

VASQVII PINCIANI MENCHACENSIS

IVRISCONSVLTI HISPANI,

IN SVMMO DOMINICAE REI PHILIPPI HISPANIARVM REGIS CATH. POTENTISSIMI PRAETORIO SENATORIS,

DE SVCCESSIONVM PROGRESSV TRACTATVS LIBRI TRES.





Cum Indice copiosissimo, & cum nouis ipsius met Authoris annotationibus, & emendationibus.





VENETIIS, M D LXIIII.
Apud Dominicum Nicolinum.



COPIOSISSIMVS EORVM, QVAE IN HOC TRACTATV, DE SVCCESSIONVM PROGRESSV CONTINENTVR.

A



Abstinendi facultas est iuris prætorii.§.13.num.7.
Abstinēdi beneficium non datur, ui si ei, qui inuitus hæres extitit.§.10.numero 26.
Abstinendi beneficio caret, qui sub conditione si decem dederit, institutus eam expleuit.§.10.nu.27.
Abstētionem reuocare nulli filio conceditur quò ad maternam hæreditatem, nec emancipato quo ad paternam.§.9.nu.28.
Abstentionis reuocandæ facultas non datur filio sub conditione si uelit instituto. idem si per statutum filius abstinere licebat.§.10.num.23.
Abstentionem suam filius iure ff.poterat reuocare,§.9.nu.26.
Abstinendi beneficium quibus detur.§.19.nu.39.
Accessorium sequitur principale quo ad sui resolutionem, non quo ad effectum.§.15.nume.21.
Accessorium sequitur solum principale.§.15.num.61.
Actus inter uiuus respiciens ultimam uoluntatem semper est reuocabilis, in præfa.num.150.
Acceptatio regulatur a concessione, in præfa.nu.12.
Actio & passio non concurrunt.§.17.num.67.

De iure accresc. & de coniunctis.

Accrescens pars propria dicitur, in præf.lib.2.nu.54.
Accrescentem partem alienare nequit, qui suam partem alienare uetitus fuit, in præf.lib.2.num.55.
Accrescens pars an dicatur uenire iure institutionis, in præfa.lib.2.nume.56.
Accrescens pars facit, ut & ex substitutione maior portio contingat, in præf lib.2.nume 57.
Accrescendi ius hæredi inuito datur, in præf.lib.2.nu.59.
Coniunctus re tantum an uerbis tantum coniuncto præferatur §.3.num 86 & num.85.
Accrescendi ius an impediatur per ius retentionis.§.3.nu.90.
Accrescendi ius differt a iure non decrescendi.§.3.num.91.
Coniunctus re tantum ad totum inuitatus uidetur.§.3.nu.92.
Accrescendi iure institutio particularis trahitur ad totum.§.3.numero 63.
Accrescendi ius quando contra uoluntatem testantis inducatur §.1.nume.60.
Ius accrescendi non est post portionem quæsitam etiam reuocabiliter contra communem.§.23.num.48.
Accrescendi ius est in feudo, & in donatione causa mortis, & in donatione simplici, & in donatione principis, & in libertate, in præfa.num.5.
An sit ius accrescendi in re quæ testatori debita erat.§.23.n.24.
Accrescit ius est in querela inoff.testamenti.§.25.nu.66.
Accrescendi ius appetit simile, in præfa.num.21.
Accrescendi ius cessat quando unus uenit per contra tab. alius per secundum tab.§.27.nu.8.§.87.
Hæredibus est ius accrescendi inter defunctos.§.21.nu.60.
Accrescendi ius cessat in testamento, militis etiam ex post facto contra nouissi.in præfa.num.3.
Accrescendi ius ut detur, quid exigatur.§.21.num.69.
Accrescendi ius quando sit, & quando ius non decrescendi.§. uigesimotertio, numero 18.
Accrescit fisco, qui loco indigni successit portio uacans.§.21.nu mero 68.
Coniunctus maxim ut reliquis præferatur.§.uigesimoprimo, numero 61.
Accrescendi ius cessat inter succedentes diuerso iure.§.23.numero 86.
Coniunctio pro una persona, nel corpore habetur.§.22.numero decimoquarto.
Accrescendi ius non datur ei, qui à testatore non fuit nominatus.§.23.num.67.
Coniunctus uniuersis non est coniunctus singulis, cum communi.§.24.num.20.
Coniuncti omnes non plus ferunt quàm unus separatus.§.22.numero 13.
Ius accrescendi cessat ubi est omnimoda disiunctio realis, cū communi.§.23.num.1.
Coniunctione in illa Titius & fratres hæredes sunto, quare fratres in iure accrescendi præferantur.§.uigesimoprimo, numero trigesimotertio.
Coniunctio realis an desideret inter coniunctos æquas partes concursu fieri.§.21.num.29.
Coniunctio realis, nō dirimitur ex diuersitate scripturarū, contra Ripam §.21.num.12.
Coniunctio nō prodest ex post facto quando non nocuit ab initio.§.32.num.18.
Ius accrescendi an detur coniunctis per statutum. §.23.numero septuagesimoquarto.
Coniunctio realis, ut differat a uerbali.§.21.nume.7.
Ius accrescendi an cesset in alimentis.§.23.numero octuagesimoquinto.
Coniunctus re, & uerbis, an accrescat cum onere.§.uigesimoprimo, numero 59.
Coniunctio uerbalis est quando duo in eadem oratione iunguntur, siue solutim, siue per copulam colligatim.§.uigesimo primo, numero sexto.
Qui dicantur re coniuncti.§.21.num.4.
Coniuncti re, qui dicantur.§.21.nu.1.
Coniunctus quis sæpe uidetur uniuersis, non singulis. §.21. numero tertio.
Coniuncti disiunctis præferuntur in iure accrescendi.§.22.numero decimooctauo.
Ex legatariis re tantum coniunctis, an qui prior uenerit totū petere possit.§.21.nume.35.
Coniunctio realis, an desideret quod de expressa uoluntate testantis plures ad eandem rem uocentur.§.21.num.22.
Coniuncti uerbis, qui sint.§.21.num.36.
Accrescere portio portioni nullę non potest. §.uigesimoquinto, numero 57.
Coniuncti re ad solidum quisque inuitatus uidetur, in præf. libro 2.nume.9.
Coniuncti re faciunt partes concursu, sicque ueniunt per ius decrescendi in præf.lib.2.num.10.
Coniunctus re partem repudiantis iure proprio capere intelligitur in præf.lib.2.num.11.
Veniens per ius accrescendi habet uoluntatem defuncti saltim tacitam, in præf.lib.2.num.26.
Accrescendi ius subiacet oneribus in præfat. libro secundo, numero septimo.
Accrescendi ius inducitur per tacitam substitutionem §.sexto, numero 23.
Accrescendi ius est legis prouisio, in præf.lib.2.num.3.
Accrescēdi ius potentius substitutione.§.6.n.17.declarabit.n.18.
Accrescendi ius uincit substitutionē pluribus factā.§.6.nu.18.

Accrescendi ius tacita substitutio est. §.6.numero.26.

Accrescendi ius est tacita substitutio, in præfa.lib.2.nu.24.

Accrescendi ius potest testator uetare, in præfa.lib.2.nu.21.

Substitutio etiam in ualidã impedit ius accrescendi in præfat. libro secundo.nume.20.

Coniunctus mixtim simpliciter coniunctis præfertur, in præf. lib.2.nume.41.

Accrescere nil habenti nil potest, in præfa.lib.secundo, numero quadragesimoseptimo.

Ius accrescendi non impeditur per existentiam sui hæredis, in præfa.lib.2.nume.48.

Accrescendi ius transit ad hæredes in præf.libro secundo, numero sexagesimoseptimo.

Accrescendi ius est interdum etiam inter diuersas hæreditates, & etiam post portionem quæsitam, in præfa.lib.2.nu.68.

Ius accrescendi est eiusdem prærogatiuæ & naturæ, cuius erat suum principale, in præf.lib.2.num.45.

Accrescere nequit portio nisi uacet omni iure, in præf.lib.2.numero.71.

Accrescere portio nisi alteri portioni non est possibile, in præf. libro secundo, numero 72.

Accrescendi ius testator potest prohibere tacite uel expresse in præf.lib.2.num.65.

Qui sint mixtim coniuncti.§.21.nu.43.

Realis coniunctio sola, an possit prælationem inducere in iure accrescendi.§.21.nume.24.

Realis coniunctio, an esse possit absque eo quod quisq; ad solidam rem, uel portionem sit expressim uocatus. §.uigesimoprimo, numero.32.

Titius & fratres mei æquè hæres sunto, hoc casu fratres loco unius non habentur, contra Accur. nec sunt uerbis coniuncti contra eundem & Iasonem & Ripam.§.22.nume.8.

Accrescendi ius cessat quando unus uenit per ius ciuile, alius per prætorium, §.23.num.88.

Accrescendi ius cessat quando unus succedit ex testamento, alius ab intestato.§.23.num.89.

Accrescendi ius cessat in casu de quo hic.§.23.nu.90.

Accrescendi ius cessat in casu de quo hic §.23.num.91.

Accrescendi ius cessat in casu de quo hic.§.23.num. 92.

Ius accrescendi an detur in annuo reddito.§.23.num.93.

Ius accrescendi an detur in eleemosina.§.23.nu.94.

Ius accrescendi an detur in distributionibus.§.23.nu.95.

Ius accrescendi est in usufructu post portionem quæsitam, cum communi.§.23.num.34.

Reconiuncti in demum dicuntur, qui faciunt partes concursu.§.21.nu.21.

Ius accrescendi non est quando institutus in pluribus portionibus unam agnoscit, & alteram repudiat, contra communem.§.23.num.45.

Coniunctione uerbali posita sequitur realis, nisi expresse adimatur.§.22 num.28.

Verbalis coniunctio, quando non inducat prælationem in iure accrescendi.§.22.nume.28.

Coniuncti re, qui sint.§.23.nu. 12.

Accrescendi ius, ut sit, esse debet portio uacans in præfa. numero septimo.

Accrescendi ius an detur inter re, & uerbis separatos, egregia quæstio.§.23.num.52.

In usufructu est ius accrescendi inter uerbis tantum coniunctos ab initio.§.21.nu 25.

Ius accrescendi cessat quando pluribus eadem res legatur, hoc acto, ut quilibet solidam rem consequatur, cum communi contra nouissi.§.21.nu.25.

Accrescendi ius non potest uetare testator, in præfa. num.4.

Argumentum de singularibus ad uniuersalia, uel è contra, non ualet.§.23.nu.55.

Separatio realis quædam diuisibilis, quædam pro indiuiso, & tunc quædam expressa, quædam tacita, quædam, quæ licet expressa uideatur inspectis uerbis testantis, tamen inspecta legis interpretatione nec expressa est, nec tacita etiam, §.21, numero 11.

Ius accrescendi cessat, in usufructu inter uerbis tantum coniunctos, contra communem.§.23.nu.27.

Vsufructu inter uiuos constituto non esse ius accrescendi, contra communem.§.23.numero.30.

Accrescens portio hæredi hæreditatem uendenti, non restituitur emptori contra Ias. Decium, Ripam. Curtium, & Policum. §.21.numero.71.

Ius accrescendi an cesset in dispositionibus limitatiuis.§.23. numero.101.

Ius accrescendi an cessat in legitima liberorum. §.uigesimotertio, numero.108.

Ius accrescendi an cessat in instituto in re certa, §.uigesimotertio, numero 109.

Hæredi rerum certarum an accrescat hæreditas. §.uigesimotertio, numero 110.

Ius accrescendi cessat portione quæsita. §.uigesimotertio, numero 111.

Ius accrescendi datur, cum portio quæsita per restitutionem amittitur.§.23.num.112.

Ius accrescendi datur post portionem quæsitam in assignatione liberti.§.23.num.113.

Ius accrescendi post portionem quæsitam an detur in hærede adire coacto, §.23.num.114.

Ius accrescendi an post portionem quæsitam detur in causis piis.§.23. nu.115.

Ius accrescendi an detur post portionem quæsitam in lucro à lege delato.§.23.num.116.

Ius accrescendi an impediat, qui ad partem admittitur, noua ratio.§.23.num.117.

Accrescendi ius an cesset in iure patronatus. §.uigesimotertio, numero 119.

Accrescendi ius an cesset in feudis, §.uigesimotertio, numero 120.

Accrescendi ius interdum uincit substitutionem.§ decimoquinto, numero 43.

Disiuncta sæpe sumitur pro coniuncta.§.24.nu.32.

Corpus unum faciunt, qui sunt in uno gradu.§.uigesimoquarto, numero 19.

Coniuncti non sunt, quando uni genus, alteri species legatur cum communi. §.23.numero77.

Côncursus non est inter usumfructuarium omnium bonorum, & eum, cui fundus legatus fuit, egregia quæstio, §.23.numero 81.

Si duobus mixtim coniunctis res legatur ut transeat dominium, §.23.nume.19.

Ante portionem quæsitam in usufructu est ius non decrescendi contra communem.§.21.num.55.

Accrescendi in iure prælatio nulla est, cum dixi, Titius & fratres mei æque hæredes sunto, contra Bart. & sequaces.§.22. numero 20.

Coniuncti re tantum inuicem non præferuntur. §.22.numero uigesimotertio.

Testator an possit prohibere ius accrescendi, in præfa.nu.7.

Vnum corpus faciunt, qui collectiue uocantur.§.uigesimoquarto, numero 19.

Posita coniunctione uerbali sequitur coniunctio realis, nisi expressim dirimatur.§.21.nu.30.

Accresce.ius an trahat ad diuersam hæreditatẽ, ard.q §.15.n 45.

Accrescendi ius cessat, & coniunctio effectualiter, quando dixi, Titio & Seio decem lego.§.21.nu.15.

Accrescẽ.ius excluditur per substitutionẽ etiã tacitã. §.15.n.44.

Copula inter personas facit partes æquales.§.13.nu.14.

Inter uerbis tantum coniunctos in usufructu non esse ius accrescendi,§.23.nu.28.

Ius accrescendi nõ est post portionẽ quæsitã cũ cõi. §.23.n.32.

Accrescendi ius cessat post portionẽ quæsitam etiam ex coniunctione legali.§.23.nu.33.

Coniunctio ad unam tantũ portionũ admittitur.§.21.nu.47.

Quare inductũ sit ius accrescendi, & quid est, in præfa.1.nu.1.

Ius accrescendi an concurrat cum substitutione, contra communem.§.23.nume.35.

Ius accrescẽ. ad deĩ qñ uni genus, alteri species legatur.§.23.n.80

Coniunctionum effectus.§.21.nu.46.

Accrescere portionem portioni uariè contingit.§.21.nu.75.

Accrescendi ius effectus coniunctionis est.§.21.nu.60.

Coniunctio realis non impeditur per partium diuisionem, contra Cuma.Ias.& Ripam.§ 21.nu.20.

Coniunctio inducatur, uel dictinatur per modum declarationis an per modum aliquem nil interest §.21.nu 40.

Accrescendi ius an natur retro, in præfa.nume 6.

Posita coniunctione uerbali per nomen collectiuum sequitur & realis nisi expressim dirimatur.§.21.nu.45.

Accrescendi in re dicto atque impedit prælationem, contra nouiss.§.22.nu 44.

Qui uerbis tantum coniuncti.§ 21.num.37.

Coniunctio uerbalis non est, si dixi, Titius, & fratres mei æque hæres sunto contra Bar.Ripam,& Iason.§.22.nu.6.

Coniunctio realis non impedit tacite partes fieri à lege. §.21. numero 13.

Accrescendi ius non datur incapaci, sed fisco non quoque datur ei, qui ut indignus priuatus est, §.25.num.71.

Coniunctio uerbalis an inducatur per copulam positam inter suas orationes.§.21.num.41.

Ius accrescendi an cesset per commemorationem. §.23. numero 96.

Coniunctione in mixta partes factæ uidetur, sed an à lege, an à testatore, ardua q.est.§.23.numero.15.

Coniunctio uerbalis, nõ est ubi sunt diuersæ orationes, siue sint solutæ, siue per copulam colligatæ.§.21.nu.5.

Accrescendi ius cessat in militis testamento, in præfa. numero secundo.

Coniunctio uerbalis, quæ inducitur per nomen collectiuum, non est fortior quàm quæ inducitur per copulam contra communem.§.22.nume.11.

Separatio realis tacita impedit ius non decrescendi. §.23.nu mero 16.

Ius accrescendi an detur in pœnis.§.23.nume.76.

Re coniuncti qui dicitur.§.23.nume.17.

Ius accrescendi an transeat in successorem singularem, cum communi contra Bartolum & alios.§.21.nu.65.

Ius non decrescendi an detur inuito. §.21.num.38.

Ius accrescendi an cesset in substitutione fideicommissaria. §.23.nume.103.

Coniunctio uerbalis, ut inducatur per dictionem cum §.22. numero 39.

Ius non accrescendi etiam in legatis datur inuitis secundũ communem nos è contra.§.22.num.29.

Vnitas orationis inducit coniunctionem uerbalem, non copula.§.21.nume.42.

Coniunctio realis an desideret ad eandem portionem esse uocatos ex expressa uoluntate.§.21.num.31.

Coniunctus re an proprie coniunctus sit.§.uigesimoprimo, numero secundo.

Ius non decrescendi inter mixtim coniuncto est, cum communi.§.22.num.58.

Accrescendi ius impeditur etiam per tacitam substitutionem, §.16.nume.4.

Accrescendi iuri præfertur substitutio etiã tacita. §.15.n.125.

Accrescendi ius uolente testatore uincit ius substitutionis. §. 18.nume.100.

Coniunctio uerbalis, an sit potior quàm realis.§.21.nu.3.

Coniunctio legalis, an uerbali assimiletur.§.21.num.44.

Accrescendi ius an detur hæreditatis emptori. §.15.nu.72.

Coniuncti uerbis tantum an se præferantur.§.22.num.3.

Ius accrescendi an detur ei, qui admittitur iure speciali, & contra uoluntatem defuncti §.23.num.70.

Accrescendi iure per testatorem prohibito testatus adhuc decessit in præfa.nume. 18.

Ius accrescendi an detur quando bona sunt in diuersis territorijs.§.23.num.75.

Vsusfructus legatus recipit ius non accrescendi. §.23.nu.73.

Accrescendi ius est interdum inter diuersas hæreditatis. §.23. nume 38.

Ius accrescendi cessat ubi portio speratur.§ 23.num.69.

Coniunctio uerbalis sola inducere non potest ius accrescendi, sola de per se contra communem opin.§.23.num.63.

Accrescendi ius est prorogatio eiusdem formæ. §.uigesimoquarto, numero quinto.

Coniunctus etiam re, & uerbis separatus excludit substitutum §.13.numero.60.

Ius accrescendi datur inter legatarios re, & uerbis separatos contra communem.§.23.nume.59.

Coniunctio realis desiderat expressam testatoris uoluntatem, declaratio noua.§.21.num.13.

Inter re, & uerbis disiunctos an fit ius accrescendi, ardua q. §.23.nume.58.

Accrescendi ius, ut sit, oportet portionem ex toto uacare. §. 23.numero 62.

Ius accrescendi an cesset, quando portio ope tantũ exceptionis uacabat.§.23.num.106.

Ius accrescendi an cesset prohibente testatore.§.23.nu.105.

Inter collegatarios re & uerbis disiunctos potest esse ius accrescendi.§.23.num 64.

Ius accrescendi an cessat, quando succeditur contra uoluntatem defuncti permissu legis.§.23.num.72.

Ius accrescendi an cesset in fisco.§.23.num.104.

Accrescendi ius datur similiori ac uiciniori.§.23. num.4.

Ius accrescendi an cessat per uerba taxatiua. §.23.nume.100.

Coniunctio realis non requirit partium expressionem, contra communem.§.21.nu. 18.

Coniunctio mixta, an moueat ius accrescendi, uel ius non decrescendi.§ 21.num.57.

Coniunctio uerbalis effectu aliter non erat, ubi dictio æqua edrecta fuit, contra glo Bar.& alios.§ 22.num.16.

Aditio hæreditatis an inducatur per implementum conditionis, si uelit.§.10.nu.24.

Ademptio inducitur per inutilem translationem. §.5.nu.22.

Adiuncti ratione receditur a regulis.§.29.num.11.

Adultus testari potest.§.1.num.105.

Aequalitas partium fit in dispositione ad plures relata §.3.numero 62.

Agere non dicitur, qui declarat, aut detegit.§.2.num 41.

Alienari potest res restitutioni subiecta ea contractu.§.28 nu.7.

Alimenta liberis aliquando denegantur in præfa.nu.33.

Alienans, ius præsens non futurum concessisse uidetur.§.11.nu mero.73.

Alienari an possit res subiecta restitutioni in diem incertum, uel conditionem.§.28.num.9.

Alienari an possit res per testatorem expresse alienari uetita. §.28.numero.10.

Alienatio facta contra expressam prohibitionem testantis purificat fideicom.§.28 nume.12.

Alimenta et dos debetur filiæ etiam natæ ex damnato coitu.§. quarto.nume.57.

Alimentorum mensura est usufructus legitimæ. § 1.nu.48.

Amor plus descendit quàm ascendit, §.decimoseptimo, numero sexagesimoquarto.

Amicitia et coniunctio præstant coniecturam uoluntatis. §.5 numero 14.

Animus noster seruus fieri non potest.§.9.num.5.

Animi quod est a persona non separatur.§.9.nu.23.

Animi declarandi ius non migrat de persona ad personam.§ nono, numero sexto.

Appellatio an tolli possit per principem in præfa.nu.131.

Appellatio an sententiam rescindat.§.2.num.44.

Argumentum de contractibus ad ultimas uoluntates quando ualeat.§.20.nume.45.

Argum.an æquiparatis quando procedit.§.7.num.38.

Ascensus quàm descensus difficilior.§.29.num.17.

Asse legato si postea certæ unciæ legentur, an assi derogatum uideatur.§.3 nume.77.

Augmentum sequitur rem legatam fallit. 12. casibus, in præfa. numero nono.

Auus paternus neptem ex filio diuite dotare non tenetur. § 4. numero 50.

Auus qui exemplarem facit, an teneatur omnes furiosi liberos legitimos instituere, uel exhæredare.§.decimoseptimo, numero septimo.

B

BOnorum poss.non agnita an transmittatur. §.septimo, numero 4.

Bo[illegible] interpretatiue continetur hæreditatis appellatione. [illegible] numero 5.

Bon. poss. & hæreditas continatur successaionis appellatione, §.7.num 30.

Bon.poss.contra tab.etiam non agnita transmittitur. § 7.nu.17.

Bon. poss.non dicitur habere uoluntatem defuncti, in præf.lib. 2 nume 33.

Bon.poss.an possit onerari, in præf.lib.2.nu.34.

Bon. poss contra taba. tam regularis quam irregularis cessat,§. 20.num.15.

Bon poss.contra tab.datur præteritis, tam suia, quam emancipatis.§.8 num 14.

Bonis moribus aduersum non est, quòd quis priuet se testandi facultate.§ 1.num.187.

Bonorum possessor hæredia appellatione continetur,si id uelit testator.§.18.num 26.

Bonorum possessor an hæredia appellatione contineatur. §.21. nume 55.

Bona ex parte uacare absurdum,in præfa.num.16.

Bon.poss. continetur hæreditatis appellatione etiam in conditionibus.§.7.nu.39.

C

CAsus excepti extenduntur,si est eadem ratio.§.29.num.7.

Casus acquisitionis nullua mutare potest.§ 23.oum.46.

Captatoria uoluntas statuto an admitti possit.§.13.num.20,

Captatoria uoluntas ualet de iure canonico.§.13 nu.21.

Captatoria uoluntas consuetudine uel statuto in tribus speciebus admitti potest.§.13.num.22.

Causa oneria de legitima reiiciendi cessante,an nous id reijciatur in præf.nu.12.

Captus ab hostibus an libertatem amittat.§.2.nu.49.

Causa odij cessante odiosa dispositio, ut est exhæredatio sustinetur in præfa num.13.

Causa concessæ iurisdictionis cessante cessat ipsa iurisdictio, in præfa.num.11.

Casus omissus remanet in iuris dispositione.§.4.num.4.

Caprio indigna iurisconsulti. §.17.nu.94.

Captatoria uoluntaa re & uerbia statuto admitti potest. §.13. numero 24.

Capt.datio aut ademptio non ualet,ardua.q.§ 27.num.20.

Captatoria uoluntas,quæ dicatur,& cur improbetur.§.13.n.16.

Captatoria ultima uoluntas an statuto uel consuetudine possit induci.§.13.num.14.

Caducum omne odiosum.§.15.num.70.

Captatoria uoluntas quæ dicatur.§.13.num.18.

Cessante una ex duabus legis rationibus, an cesset ipsa lex.§.25. nume.57.

Citatio per principem an tolli possit in præfa.nu 99.

Clerici etiam nepos institui non potest. §.2.num.77.

Clericatus liberat à patris potestate.§.1. nu.42.

Clericus atrocissimè delinquens, an curiæ sæculari possit tradi, licet incorrigibilis non sit in præfa.num.10.

Clericus de bonis ex simplici beneficio quæsitia an testari possit §.1.num.121.& quid pro male ablatis,ibi num.122.

Codicilli an perimantur capitales inimicitiæ.§.30.nu 67.

Codicillaris clausula in testamento inter liberos apposita an tueatur,si testamentum ex præteritione uel exhæredatione irritetur.§.30.num 48.

Codicilli an pereant hæreditate non adita.§.nu.61.

Codicilli cancellatione pereunt ipso iure. §.30.num.56.

Codicilli an testam.quod à filio erga parentes fiebat, uim habeat,not.q.§ 30.nu.36.

Codicilli pereunt multis casibus hic relatis.§.30.nu.71.

Codicilli testem surdū admittunt,uel etiam excum.§.30.n.19.

Codicilli non exigunt testium subscriptionē aut signacula, nec quod sint toti testamento præsentes. §.30.num.17.

Codicilli pereunt si testes in eis adhibiti eis aduersentur. §.30. nume.77.

Codicilli an fuitate confirmentur, not.q.§ 30 nu.64.

Codicillis testia fœmina admittitur.§.30.nu.13.

Codicilli hæredia repudiatione an occidant.§.30.nu.59.

Codicillis nō requirit ne testator,si diuertat ad actus extraneos contra Cor.§ 30.num.10.

Codicilli aditione confirmati an restitutione infirmentur. §.30 numero 65.

Codicilli relicta an desiderent hæreditatem ab intestato adiri, ard.q.§.10.num.42.

Codicillorum tantum uim ut habeat testamentum an testator iubere possit.§.30.num.34.

Codicillis sufficit solennitas testamenti utcunque per statutum exigua requiratur.§.30.num.28.

Codicillari an possit is qui per statutum testari uetitus fuit, ar dua q.§.30.num.32.

Codicilli an decennio senescant.§.30.num 53.

Codicilli duobus testibus contenti sunt in quam pluribus casibus supra enumeratia.§.30.num.27.

Codicilli admittunt interpretationes,quas lex facit in testamentis.§.39 num.29.

Codicilli an pereant si ibi honorati faciunt pactum de futura successione.§ 30 num 70.

Codicilli an admittant testes impuberes.§.30.nu.18.

Codicilli testes peregrinos admittunt.§.30 num.18.

Codicilli an pereat si in eis honoratus testatorem necauit, ardua q.§.30..num.82.

Codicilli non admittunt captionem.§.30 num.22.

Codicilli non exigunt testium rogitus.§.30.num.14.

Codicilli an oppugnētur querela, uel legitimæ supplemento, §.30.num.75.

Codicilli pœnitentia occidunt ipso iure.§.30.num 57.

Codicilli infirmantur arrogatione.§.30.num.55.

Codicillaris clausula respicit legitimos non remotiores,sed proximiores in præf.lib. 2.num.29.

Codicillaris clausula an testamento inter liberos semper in esse uideatur,ard.q.§.30.num 43.

Codicilli errore & incertitudine pereunt.§ 30.num.79.

Codicilli euanescunt in casibus hic subiectis.§.30.nu.80.

Codicilli pereunt,si hæres uiuo testatore decedat §.30.nu.60.

Codicilli ipso iure uitiantur cancellatione.§.30.nu.24.

Codicilli ao exigant consumatam uoluntatem.§.30 nu.26.

Codicillorum ualidatem impedit clausula derogatoria.§.30.numero 25.

Codicilli etiam iurati possunt reuocari, & etiam si fiat impuberi,uel de menti possunt reuocari.§.30 num.83.

Codicilli interdum reperiuntur in numero singulari. §.30.n.1.

Codicilli an posthumi agnatione rumpantur.§.30.54.

Codicilli an mutui fiant.§.30.num.78.

Codicillis pater se iusta indignatione filium præterisse, expressit,an ei proficiat.§.30.nu.76.

Codicillaris clausula an prosit quo ad uitium præteritionis, ardua.q.§.30.num.37.

Codicilli ex parte infirmantur per bon.poss.contra tab.liberti & per bon.poss.contra tab.emancipati.§.30.nu.74.

Codicilli per filij præteritionem non uitiantur.§.30.nu.58.

Codicilli non uitiantur liberorum præteritione. §.30.nu.23.

Codicilli quo tempore admissi.§.30.nu.3.

Codicillari an liceat de rebus tantum alienis.§.30.nu.20.

Codicilli an conualescentia testatoria infirmentur, & an condemnatione rumpantur & an secuta restitutione uires resumant.§.30.nume.73.

Codicilli nunquam pro forma exigunt scripturam, contra quā plures,etiam si id testator uelit,noua declara. & quid in testamento.§.30.num.6.

Codicilli pereunt si tempore mortis eodie illantia non superuiuunt testes ibi adhibiti.§.30.nu 81.

Conditionalia ut transmittatur facere potest testator. §.29.numero 16.

Codicilli non exigunt quod testatoria in conspectu sint testes, §.30 nume.12.

Codicillaris clausula quare a lege regulariter non inducatur. §.30.nume.72.

Codicilli an pereant monachismo,uel agnatione posthumi ueri uel interpretatiui. §.30.num.72.

Codicillus admittit testem compulsum, idem in tabellione, §.30.nume.16.

Codicilli an infirmentur repudiatione eius, qui semel adierat. §.30.num.65.

Codicilli pereunt si codicillans uendidit se &, uel fuit deportatus,uel proscriptus uel ad bestias, uel ad metalum damnatus uel

uel aqua et igni interdicta,uel si fuit absens,uel dānatus ob carmen famosum,uel reus maiestatis, uel si hæc contingerēt in eo,qui codicillis fuit honoratus.§.30.nu.63.
Codicilli priores an posterioribus ipso iure infirmentur. §.30. numero 52.
Codicillorum non sunt duæ species. contra Corn. & Grego.§. 30.numero.14.
Codicilli an condemnatione capitali, uel captiuitate pereant. §.30.nume.68.
Codicilli quid.§ 30 num.4.
Codicilli an pereant si modus uel conditio ab hærede non fuit expleta uel decessit ea pendente.§ 30.num.61.
Codicilli nec iure regio exigunt scripturam pro forma, contra nouis.§.30.nu.9.
Codicillis nominatus quando testamento scriptus uideatur.§. 12.num.8.
Codicilli tempore fieri possent iurisgentium in presa.num.141.
Collegia Salmant.an originem hominum iure speculentur. §.4. numero 45.
Collegio uel ecclesia diruta an legatum annuum ei relictum finiatur.§.1.nu.23.
Collegium non potest capere ex ultima uoluntate.§.1.nu.22.
Commertia interdum uetantur in præfa.nu.38.
Confessionem diuidere an possit iudex in præfa.nu.16.
Conditio si uelit,non tollit sanitatem.§.10.nu.16.
Conditionalia an transmittatur fauore liberorum, not.q.§.19. numero 19.
Conditio necessaria non facit dispositionem condicionalem. §. 15.numero 54.
Conditio si uelit an repudiatione extinguatur.§.10.nu.15.
Conditionalia pendente conditione non transmittuntur etiā fauore liberorum.§.7.num.52.
Conditio illa si sine liberis decesserit,restituat,an uerificetur in filio naturali,ardua q.& quid,in adoptiuis, uel arrogatis.§. 26.num.3.
Conditio si uelit,an filium faciat uoluntarium hæredem. §.10, numero 18.
Conditione positus an uideatur uocatus in hæreditate uel in legato.§.4.nu.4.& 5.& 7.
Conditio, quæ tacitè inerat, si exprimatur, interdum aliquid operatur.§.18.num.99.
Conditio retrahitur in legato ad pias causas, in quo leuissima conditio inspicitur,& in cotrina solutio pro decies gemina est.§.27.num.28.
Conditio mixta deficiens per casum non nocet in legato libertatis,uel alimentorum, uel piæ causæ, & quid si conditio fit potestatiua.§.27.num.27.
Condiaio illa,si mens erit, exponitur.i.quatenus mens erit. §. 24.numero 5.
Conditio negatiua habetur impleta simul ac efficitur imposibilis eius contrarium. §.24.num.2.
Conditio impossibilis uolente testatore non reijcitur. §. 18. numero 95.
Conditio si sine liberis decesserit an in naturalibus uerificetur. §.4.nume.24.
Conditio impossibilis quare non uitiet ultimam uoluntatem, §.2.nu.43.& 44.& 45.
Conditio potestatiua, quæ ultimo uitæ spiritu impleri poterat extinguit suitatem si filius ante eam impletam moriatur.§. §.10.nume.14.
Conditio potestatiua non extinguit suitatem.§.10.nu.12.
Conditio respiciens præteritum an reiiciatur de filii institutione.§.4.num.30.
Conditio de uni dando, an in persona alterius possit impleri, §.4.num.22.
Coniectura cessat in re certa §.6.num.25.
Consequentia cessat ubi est una differentia.§.6.num.28.
Conscientiæ in foro an ex minus solenni uoluntate teneatur quis legata præstare,ardua q.§.30.num.30.
Conseruatio facilior quàm noua acquisitio.§.3.nu.89.
Contractus,ultimæ uoluntates,iudicia, et maleficia, iuregentium erant informia,in præfa.num.191.
Contractus uel alia dispositio qualis sit ex modo ineundi cognoscitur,in præfanu.153.
Contractus non sunt iurisgentium inuentione, sed tantum approbatione,in præfa.nume.171.
Contractus omnis quo ad formam sunt iuris ciuilis in præfa. numero 172.
Contractus & successiones quo respectu dicantur esse iurisgentium,in præ'a.num 133.
Contractus omnis improbatur per quem hominis ingenui libertas oneratur § 1.nu.184.
Contractum nullus per quem præsentia & futura concedimus a lege approbatur §.1.num 186.
Contractus regulariter re integra sunt reuocabiles in præfa. nume.149.
Conuentio non exequitur nisi re uerbis, literis, aut consensu uallatur.§.1.num.144.
Conuentiones omnes,quæ iuregentium firmæ erant, iure ciuili infirmæ sunt præter nominatim exceptas.§.1.ounie.182.
Conuentiones iuregentium regulariter efficaces erant, non sic iure ciuili.§ 1.num.143.
Conuentiones non semper seruandæ in præfa num.35.
Copula non semper inducit concursum.§.17.num.44.
Copula requirit utrunque esse uerum.§.12.num.13.
Corpus unum liberi reputantur quando mulieri & eius liberis legaui.§.24.num.21.
Crimen punibile quale dicatur in præfa.nu.98.uersic et sane curator tanquam prodigo dari potest adulto curatorem habenti.§.17 nume.74.
Curator homini frugi si detur, quia de frugalitate non fuit oppositum,an teneat.§.17.num.11.
Curator furiosorum datur personæ,et rebus.§.17.nu.73.
Cura furiosi eget maiore causæ cognitione, quam cura minorum.§ 1.num.69.
Cura furiosorum cessat in pupillis §.17.num.71.
Cura non imponitur curam egenti.§ 1.num.73

D

Damnatus maiestatis non capit ex ultima uoluntate.§.2.numero 19.
Damnatus ad bestias,uel ad metallum,uel aqua et igni interdictus non capiunt ex ultima uoluntate, fallit iure regni. §.2. numero 17.
Damnatus ad mortem naturalem etiam hodie nequit capere ex testamento,nec ex codicillis.§.5.nume.11.
Damnatus ob carmen famosum non capit ex ultima uoluntate fallit iure regio.§.2.nume.18.
Damnatus ad mortem naturalem iure regio habet utranque testamenti factionem.§.2.nume.ta.
Damnatus ad metallum nec testatur nec codicillatur etiam ad pias causas, et an donet cau. mor. et quid de iure regio. §. primo,numero 159.
Damnum legitimis per spurii legitimationem illatum paruipenditur in præfa.nu.103.
Damnatus maiestatis non testatur, nec codicillatur etiam ad pias causas,nec de iure canonico.§.1.num.165.
Damnatus ob carmen famosum nec testatur nec codicillatur etiam ad pias causas,nec de iure canonico.§.1.nu.164.
Damnum alteri inferre aliquando licet,in præfa.nu.100.
Dare et adimere an eiusdem sit,in præfa.nu.61.
Defunctus afficitur iniuria, si sine hærede decessit, in præfa. numero 15.
Deportatus peregrinus est,in præfa.num.185.
Deportatus non capit ex codicillis.§.2.nume.5.
Defensio quando dicatur inculpata in præf.nu.25.
Defendere res nostras an cum nece alterius fas sit in pre°a.n.23.
Dementem instituo, Sempronium substituo, expressa exemplaris est, preter communem opinionem. §.decimooctauo, numero 47.
De prælatione inter uerbis tantum coniunctum, et re tantum coniunctum.§.22 num.21.
Defectus institutionis, aut præposteratio.§.uigesimo, numero undecimo.
Definitio an satis sit quod aptetur ad communiter accidentia. §.22.nume.2.
Deportato quod relinquitur an fisco, an uerò legitimis testatoris

toris hæredibus applicetur, in pręfa.nu.188

Deportatus mortis causa donare potest, §.1.nu.115

Definitio sat est, quòd rei definitæ essentiam monstret, licet eius effectus, & resolutionem prætermittat, in præfation. numero.64

Deportatus an testetur ad pias causas, §.1.n.156

Definitio legis de qua in l prima.ff.de legib.tuetur, in præfatio.numero 61

Deportatus filiusfa.& uiuo patre restitutus an obsit nepoti, in pręfatio. nume.189

Deum honorari cuius, quæ interest, §. uigesimooctauo, numero, 14

Deportatus hæres institui non potest, §.secundo, nu.4

Deum ut colere teneamur, unde descendat obligatio, in præfatio.numero.4

Deportatus non testatur inter liberos, nec ad pias causas, §.1. numero.153

Deportatus non perdit facultatem contrahendi, in præfatio. numero, 184

Deportatus, nec testatur, nec codicillatur, §.primo, numero, 151

Dementia probari debet antequam cuique ut dementi detur curator, §.1.nu 66

Deletum testamentum an data opera uideatur, arduæ.quæstio. §.26.numero.44

Dementia ut probetur.§.1.nu.67

Dispositiones inter uiuos liberiores sunt, quàm in ultima uoluntate, §.2.numero.26

Dispensationes restringendæ, §.11.nu.56

Distributiuum impedit ius accrescendi, §.23.nu.3

Diuini, naturalis, gentiumq; iuris transgressiones, qua uia fieri possint, & soleant. in pręfa.nu.39

Dispositio interdum extenditur, §.23.nu.71

Diuinorum pręceptorum transgressio sæpe fit per modum interpretationis. in præfa.nu.22

Dispositio intelligitur de prima uice, § 1.nu.11

Differentia in numero non consideratur, §.decimo octauo, numero.45

Dies cæptus pro impleto est, quo ad testandi facultatem, §. 1. numero.106

Dies incertus uolente testatore definit facere conditionem, §. 18.numero.92

Dispensatio non porrigitur de casu ad casum, §.decimosexto, numero, 27

Distributiuum exæquatur singulari uocationi, §. uigesimotertio.numero.14

Dispensationes odiosæ, §.16.nu.26

Disiunctiua pro coniuncta, & econtra sumitur, §.quarto, numero octauo.

Dominus sæpe uetatur alienare, §.28.n.5

Dominii acquisitio facta à lege habetur infecta, si melior conditio allata sit. in præfatione, numero nonagesimo octauo, uersi.& sanè

Dominium pecunia legatæ, non transit ipso iure in legatarium §.23.numero.120

Dominium sine possessione non tam plenum est, quàm cum ea in præfa.num.181

Dominii translatio à lege facta ex euentu futuro sępe habetur pro infecta. in præfa.nu.98.uersi.& sane.

Domum eleuare possum etiam cum læsione vicini. in pręfati. numero.102

Dominium legati ut transeat, §.8.nu.47

Dominium quid sit, in præfa.nu.176

Dominium cadit in incorporeis, in præfatio. numero centesimoseptuagesimoseptimo.

Dominium plenissimum reperitur. in.præfation.numero centesimoseptuagesimooctauo.

Dominium plenum reperitur.in præfa.nu.179

Dominium ciuile reperitur.in præfa.nu.180

Domus aut fundi legatum ęquantur, ardua.quæstio, §.27. numero.31

Dominium rei legatæ duobus ista quòd quisque solidum haberet, in neutrum transit ipso iure à morte testantis. §. 23. numero. 21

Dominium rei duobus legatæ ut transeat in eos.§.uigesimotertio, numero.22

Donatio ecclesiæ facta, liberorum natiuitate an reuocetur, arduæ, quęstio, §.26 nu.8

Donatio causa mortis an hodie egeat traditione, ardua, quæst. § 27.numero.33

Donare causa mortis filius potest de uoluntate patris, §.primo, numero uigesimosecundo.

Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorũ ualet, §. primo, numero.98

Dos gradatim debetur liberis.§.4.nu.11

Donatio facta filio in potestate à patre an ut morte confirmetur opus sit traditione.§.1.nu.142

Donatio causa mortis an appellatione contractus ueniat in statutis, §.1.nume.24

Donatio causa mortis tempore fieri posset iurisgentium. in præfa.numero.143

Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum an ualeat.§ primo.numero.181.& quid si fiat pie causę ibid.

Donatio causa mortis an pacto nudo fieri possit, ardua quæst. §.27.numero,32

Donatio inter coniuges, uel inter patrem, & filium non ualet nisi cæperit à traditione, sufficit tamen legalis traditio, quæ quatuor declaratur exemplis, §.1.nu.138

Donatio inter coniuges ut ualeat in dubio interpretandum, § primo, numero.139

Dotis casu quando res subiecta restitutioni possit alienari.§.18 numero octauo.

Dos an dotantis bonis de minutis deminuatur, §.tertio numero uigesimosexto.

Dotis legatum an sit conditionale, not.quęst. §. uigesimonono numero.22

Dos & si inofficiosa non esset, quo tempore data fuit, si tamen tempore quo ille moritur inofficiosa erat restringitur.§.tertio.numero.27

Dotem aut alimenta dare liberis vnde se alant habentibus non tenemur.§.4.nu.53

Dos an filię naturali debeatur, §.4.nu.54

Dotare filiam an pater iure actionis cogatur.§.quarto, numero quinquagesimooctauo.

Dos magis assimilatur alimentis, quàm legitimæ.§.quarto.numero:56

Duo uincula uno fortiora.in pręfa. lib.1.nu.39

Duplex quid.§.12.nu.12

Dupondium transcendere quando uideamur. §.tertio, numero 66.& 67

E

EBriosus, mente captus est, sed non omnis demens furiosus est.§.17.numero.76

Ecclesiæ fauor extenditur ad pauperes, § uigesimooctauo, numero decimotertio.

Ecclesiæ legatum abbas an repudiare possit. ardua quæstio.§. 27.numero. 23

Ecclesia, & rusticus utuntur iure communi, nisi in casibus à iure expressis. idem in muliere. & in fisco, §.uigesimonono numero quinto.

Ecclesia olim institui non poterat. §.secundo, numero trigesimoquinto.

Ecclesię etiam fauore non ualeret testamentum, in quo filiusfam.esset pręteritus.§.2.nu.30

Ecclesiæ magis quàm reliqui abstinere debent à lucro faciendo cum aliena iactura, §.9.nu.8

Ecclesiam construit iussi in loco mihi tecum communi, partẽ tuam uendere cogeris.§.29.nu.8

Emancipationis, & patriæ potestatis differentia sublata est in successionibus abintestato, §.7.nu.6

Emancipatio non præsumitur, §.15.nu.82

Emancipatio eget filii consensu, §.primo, numero quadragesimosexto.

Emancipato potest fieri pupillaris, §. decimonono, numero nono.

Emancipaui unum ex impuberibus, quos inuicem substitueram, in

ram, in neutrius persona extinguitur pupillaris contra com munem, §.19.numero.8
Emptor hæreditatis etiam utiliter non fit hæres, contra Curtium Iuni.§.21.nume.70
Emphyteosis contractus tractu temporis posset fieri iurisgentium, in præfa.nume.116
Episcopi an testentur, §.1.nu.123
Errore, filio præterito extranei institutio utilis esse potest, in præfatio.numero.73
Errore, filio exhæredato extranei institutio utilis erit, si filius uiuo testatore decedat, uel postea succedere nolit, in præfatio.numero.72
Errore uitiatur institutio, præteritio, & exhæredatio, §.tertio numero.93
Error in nomine appellatiuo uitiat. §. decimooctauo, numero octuagesimo.
Exhæredatus, qui integram legitimam titulo fideicommissi, uel legati acceperat, iure. ff. non poterat agere contra testamentum patris.§.18.nu.15
Exhæredationis quadruplex consideratio. §. quarto numero secundo.
Exhæredatio an desideret confirmationē ab hæreditatis aditione.§.decimo, numero, 29
Expressum quid dicatur.§.11.numero 27
Exceptio interdum auget regulam, §. uigesimoprimo numero quinquagesimotertio.
Exhæredatio, mala mente fieri præsumitur, §. decimoseptimo, numero uigesimosexto.
Excep.non numera.pecun. tempore fieri posset iurisgentium. in præfa.numero.140
Expressum uincit tacitum.in præfatio.libro secundo. numero decimo octauo.
Exhæredatio aditione hæreditatis fortificatur, quando testamentum non poterat querelari, §.10.nu.33
Exhæredatio fieri potest ex aliis causis similibus iis, quæ enumerantur, in §.causas, in authen.ut cum de app. cognosci.§. 17.numero.101
Exhæredatio vnius an fuitate alterius confirmetur. §. decimo, numero.36.& nu.38
Exhæredatio morte exhæredati confirmatur, §.decimo, numero trigesimoquarto.
Exhæredatio partis non trahitur ad alteram partem, aliud in institutione, §.15.nu.65
Expressum uincit tacitum.in præfa.lib.2.nu.5
Exhæredatio extranei inepta. §.17.nu.84

F

Famis descriptio, §.1.nu.21
Falcid.aut trebel.an per uerba generalia uetita uideatur, ardua.q.§.28.numero.29
Falcidia an singulis de rebus deducatur, ardua, quæstio. §. 26. numero.20
Falcidia non deducitur de piis redditis, nisi in casibus subiectis, §.26.nume.24
Falc.& Trebel. diuersa ratio §.26.nu.22
Fabula canis, §.26.nu.31
Fabula cerui, & equi.§.1.nu.64
Fabula Dædali.in præfa.nu.50
Facta non præsumuntur, §:6.nu.27
Falcidiam non detrahit fideicommissarius uniuersalis, §.tertio. numero.76
Facti appellatione etiam non facere continetur.in præfatio.nu mero.62
Facta non præsumuntur.in præfa.lib.2.nu.60
Fœmina minus fide digna.in præfa.nu.127
Fœmineum testimonium.§.10.no.9
Feriæ non semper seruandæ, in præfa.nu.32
Feudorum iura dicuntur consuetudinaria, §.decimotertio, numero sexto.
Fictionem significantia legis uerba inducunt effectum ueritatis in iis, quæ iuris sunt, §.2.num.80
Fideiussionis contractus tempore fieri posset iurisgentium. in præfa.numer.139
Fide caret assertio prohibiti, §.4.nu.43
Fideicommiss. uniuersale an transeat ipso iure in pauperes, uel piam causam, ardua, q.§.26.nu.2
Fideicommissa tempore fieri posse iurisgentium, in præfat. numero.141
Filii positi in conditione an uideantur tacitè instituti. §.quarto, numero 3. & 4
Filii morte non occidit usufructus, quem pater habet in eius bonis, §.1.nu.38
Filiatio an probetur eo quòd quis filius sit tractatus. §.quarto numero, 40.& 41
Filiusfam. clericus an etiam de aduentitiis testetur, §.primo, numero uigesimonono.
Filiusfa.an iure regio testetur.§.1.nu.30
Filius succedere impeditus an augeat aliorum legitimas. §. secundo, nume.86
Filius etiam minor potest viuo patre hæreditatem sibi delatā adire, §.8.nu.18
Filiafam. per matrimonium iure regio à patris potestate liberata non recidit in eius potestatem matrimonio soluto, §.1. numero.25
Filii plerumque superuiuunt parentibus. §.decimoseptimo, numero sexagesimosexto.
Filii præteritio an uitiet testamentum factum ad pias causas.ard. quæstio.§ 11.numero.51
Filius maior in rebus, quæ pleno iure sibi quæruntur, habet administrationem, non sic si esset minor, §.octauo, numero de eimosexto.
Filij non minus heredes necessarii, quàm serui, §.decimo numero septimo.
Filii etiam si deliberantes decesserint, adhuc mero iure heredes facti uidentur, §.10.nu.8
Filiationis nudæ, quàm legitimæ facilior præsumptio, §.quarto numero.44
Filiationis probandæ conditio an sit potestatina. §.quarto. numero, 23
Filiatio an probetur eo, quòd quis ut filius sit tractatus, §.secundo.nume.90
Filiofamil. repudiante pater admittitur excluso substituto. §. 5. numero.17
Filius si institutus non sit, uitiatur patris testamentum, §.18.nu mero nono.
Filiusfamil. etiam hodie patri obligari non potest, ardua. quæst. §.1.numero.15
Filius, & pater quare ciuiliter inter se non obligentur, §. primo.numero.16
Pater filium vendere potest ob necessitatem famis.§.1.n.17
Filius clericus etiam ob famem non venditur à patre, §.primo, numero, 18
Filius nisi ob famem non distrahitur à patre, §.1.nu.19
Filius distractus à patre, qui ad pinguiorem fortunam uenit, est redimendus.§.1.nu.20
Filiusfa.non potest testari, §.1.nu.1
Filiusfamil. non testatur, licet sui iuris esse crederetur. §.primo numero.2
Filiusfamil. non testatur, licet eius pater ab hostibus captus sit, contra Bart.Petrum Ias.& alios, §.1.nu.3
Filiifamil.testamentum non sumit uires ab emancipatione, §. 1. numero.4
Filiusfa.an testetur ad pias causas.§.1.nu.5
Filiusfa.testamentum factum cum clausula codicillari an ualeat in uim donationis causa mortis.§.1.nu.6
Filiusfa.quare nequeat testari.§.1.nu.7
Filiusfa. olim nihil suum habere poterat.§.1.nu.8
Filiusf. an olim quæreret sibi bona materna, ard.q.§.1 nu.9
Filiusfamil. clericus testatur etiam de usufru.aduentitiorum, §. primo, nume.33
Filiafam. etiam maritata non testabatur, de iure communi. §. 1. numero.35
Filiusfa.etiam de consensu patris non testatur, §.primo numero trigesimosexto.
Filius, qui dicatur, §.17.nu.14

Filius

Fiscus non tenetur vindicare necem defuncti. in præfatio. lib. 2.numero.31

Fiscus præfertur substituto.in præfa.lib 2.nu.12

Formæ legali nec addere, nec detrahere licet. §.trigesimo,numero octauo.

Forma ad rerum demonstrationem requisita æquipollenter potest impleri,in præfa.nu.168

Fructus legati ante aditam hæreditatem percepti, non debetur legatario.ardua.q.§.22.nu.22

Formam homo in testamento ut codicillis inducere nequit, nova,decla.§.30.nu.7

Fortius absorbet debilius,§.23.nu.36

Furiosus, & mentecaptus non citantur cum eis datur curator. §.primo.nume.71

Furiosum, quem non fuisse,sed sanæ mentis an afferenti notario credatur.§.1.nu.54

Furiosus semel, nunquam à furore præsumitur perfectè liberatus.§.17.nume.52

Furoris intermissio nulla est perfecta.§.17.nu.51

Furor superueniens post ingratitudinem,an eneruet exhæredationem.ard.q.§.17.nu.113

Furiosum,uel insanum, quem esse notario dicenti non creditur.§.1.numero.56

Furiosi testam. factum ante furorem ualet, §. primo numero nonagesimosexto.

Mentecapti, aut furiosi cura, an legitima sit,§.primo,numero septuagesimooctauo.

Furiosus, & mentecaptus an parificentur,§.primo, numero septuagesimonono.

Mente capti,& furiosi cura datiua est, non legitima, §.primo,numero,80

Furiosus,& mentecaptus æquantur,§.1.nu.81

Legitima an sit cura mentecapi,& furiosi, §.primo,numero octuagesimosecundo.

Furiosus est mentecaptus,§.1.nu.83

Mente capti nomen generalius,quàm furiosi, §.primo, numero. 84

Furiosus,& mentecaptus tam existenter, quàm apparenter æquè insaniunt,§.1.nu.85

Furiosus non codicillatur,§.1.nu.86

Furiosi testam.ualet in casibus.§.1.nu.87

Furiosi testamen. antequam ei curator detur, an ualeat, §.primo,numero.88

Furoris testes causam reddere debent etiam non interrogati,§.1.numero.89

Furiosi testamen. rite, & rectè factum ualet, §.primo, numero, 91

Furiosi testamen. non ualet etiam ad pias causas,§.primo,numero nonagesimosecundo.

Furtum scriptorum notatur,§.6.nu.37

Futura quando ueniat in dispositione, §.uigesimonono,numero uigesimoprimo.

G

GRauamen iniunctum legitimis,intelligitur de existentibus in primo gradu in præfa.lib.2.nu.28

Genus quod dicatur.§.23.nu.78

Gradus substitutionum sunt interpretandi ad instar gradus legitimæ successionis.§.14 nu.19

H

HAbilitatus ad testandum intelligitur, dummodo rite testetur,§. 17.nu.43

Hæres repræsentat defunctum.in præfatione,numero decimoquarto.

Hæreditas descendentium respectu ascendentium dicitur luctuosa.§.16.numero.25

Hæredum appellatione filii tantum continentur, quando accepit feudum pro me, & hæredibus in eis ardua, quæstio, & quid in emphyteosi ecclesiastica.§.uigesimosexto, numero duodecimo.

Hæres semel factus, non desinit hæres esse facto hominis, sed ex legis dispositione.§.51.nu.66

Hæreditas, legata, conditionesque an possint diuidi per honoratum,§.23.nume.47

Heres necessarius est seruus.§.5.nu.1

Hæredum alii instituti,alii substituti,§.3.n.3

Hæredum plures species,§.3.n.4

Hæres necessarius an sit hodie filius vel seruus, §.tertio,numero,quinto.

Hæres substitutus appellatur etiam institutus, §.tertio, numero sexto.

Hæredum appellatione interdum soli filii continentur, §.tertio numero septimo.

Hæredis institutio est caput testamenti,§.3.nu.8

Hæreditatem meam dono, an ualeat talis donatio,§.tertio, numero trigesimotertio.

Hæres hæredis an possit onerari.in præfatio.libro secundo, numero, 32

Hæreditatem petens non tenetur probare testatorem fuisse sanæ mentis,§.1.nu.88

Hæreditas sine animo non acquiritur,§ 9.nu.5

Hæreditatis appellatio aliquando restringitur ad partem tantum hæreditatis,in præfa.lib.2.nu.64

Hæreditas plerunque ad commoda. §. 15.nu.4

Hæreditas patris filiosam, iure ne suitatis an necessitatis quasi ta ndeatur,§.10 nu.5

Hæres anomalus,§.3.nu.10

Hæres hæredis testatori heres esse dicitur, §. tertio, numero, undecimo.

Hæreditas etiam delata non est in bonis nostris,§.nono,numero decimoquarto.

Hæreditas est inuisibilis & incorporea,§.23.n 57

Hæreditatis in diuisione cessat appellatio, §. quarto numero, trigesimoseptimo.

Hæredis institutio inter uiuos fieri nequit, §. tertio, numero nigesimoquinto.

Hæredis institutio an inducatur eo ipso quod quis in contractu ecclesiam appellauit heredem.§.3.nu.23

Hæreditas quid.§.3.nu.12

Hereditas ut diuidatur,§.3.nu.13

Hæreditas à creditoribus capta,defunctus iniuria afficitur, §.15.numero.5

Hereditas appellatur substantia,§.4.nu.13

Hæresis, aut læsæ maiestatis in crimine vbi pœna irrogatur ipso iure, an in conscientia talia bona possint retineri, & an fructus suos faciant,uel dominium retineant, in præfatio.n. 98.uersic. simillimum est.

Hereticus nec testatur, nec codicillatur. §.primo,numero centesimo sexagesimosexto.

Hereticus ipso iure incidit in pœnam.§.secundo,numero uigesimoprimo.

Hereticus omnes populatea offendere uidetur. in præfatio. nume.98.uersi.& sane.

Heretici bona publicatur ipso iure, licet liberos habeat.§.primo,numero.168

Hæreticus non capit ex ultima uoluntate, §. secundo, numero uigesimo.

Hæreticus ipso iure amittit bona, §. primo numero centesimo sexagesimoseptimo.

Historia Torquati,§. 1. nu.94

Homo est animal rationale, & sanus mente præsumitur, §. 1. numero,60

Homo est genus, & species, & indiuiduum. in præfatio.lib. 2.numero.42

Honor cunctis rebus præferendus, §. primo numero duodecimo.

Homicidium aliquando inculpatum, in præfatione, numero octuagesimo.

Hominis prouisio excludit legis prouisionem, in præfatio.libro 2.numero. 2

Hominis, quàm legis fortior prouisio. §. sexto numero uigesimoquarto.

Ieiunium



ET REVERENDISSIMO

D. GASPARI A ZVVINGA ET AVELLANEDA

ARCHIEPISCOPO COMPOSTELLANO, HISPANIARVM REGIS A SACRIS PRAEFECTO ET CONSILIARIO.

Fernandus Vasquius Menchacensis Senator Regius, S.





IN hominibus edocendis, illustrisſime Eccleſiæ princeps, illud à Cicerone officiorum primo, edocemur, Ne nimis magnum ſtudium multamq; operam in res obſcuras atque difficiles conferamus, parum præſertim, aut minimè neceſſarias: neúe iis, quæ ſat cognita non ſunt, temerè aſſentientes, quaſi rebus apprime cognitis imbuamur. præſenſit enim iſtorum uitiorum alterum ab altero plerunq; deſcendere, ſtudio enim nouitatis ſummæ primùm difficilia, nebuloſa, rara, quæ auditorum animos ſui admiratione rapiant, tradere paſsim properamus, cui rei cõſequens mox fit, ut incertitudo comes accedat, quod maximè intueri licet in illis iuris peritorum operibus, quæ uel ſingularium, uel memorabilium, aut notabilium, paradoxorumúe titulis, & cæteris id genus nominibus inſcribuntur, quorum pars non contemnenda, tam dictu mirabilia ſunt, ut portentis ſimillima uideantur: iusq; noſtrum ſui natura ſimplex & placidum ita inuertũt, ut anceps iam & ambiguum uideri incipiat. Nobis autem hæc intuentibus ſucceſsionumq; progreſſus ad ſuam puritatem & ſimplicitatem reſtituere feſtinantibus, prima cura fuit, huiuſcemodi doctorum miracula (ne portenta noxia & ſuſpecta dicam) partim exterminare, partim fœdere certo ita componere, ut quas in iure mouerunt, non leui ex parte, ſedentur procellæ: quam rem facilè me aſſequuturum ſpero, adſpirante te, præſul humaniſsime, tui enim fauores tuæq; non minus raræ eximiæq; uirtutes, quàm omniũ rerum & literarum peritia, quibus ſumma nobilitas comes eſt, maioriq; po-

tentia & splendor, me uel ex eo quòd tandiu uicarii nomine celsitudini tuæ inseruierim, ornabunt: nec id tantum emolumenti & honoris mihi accedet, memoria enim teneo, quàm enixè quàmque graui & locupleti testimonio Regi nostro potentissimo commendatus abs te fuerim, idque summo & tui denique ipsius digno animi candore, quas ob res & si me tantum tibi debere, quantum nec uerbis significare, nec mẽte assequi possim in comperto sit, tacitus tamen ea erga me beniuolentiam tuã præterire non potui: iustiusque nihil mihi esse putaui, quàm ut hoc minusculo pignore indicarem, me tanti beneficii debitorem esse, eiusque immemorem nunquam futurum, quandoquidem gratiæ referendæ uires non sunt. Ex nostris ergo uigiliis animus fuit hosce libros de successionum progressu, celsitudini tuæ consecrare; quam summus rerum opifex Deus optimus maximus seruet incolumem. Vale Hispaniarum præsulum, illustrissimorumque uirorum decus.

Venetiis. V. Kal. Februarii. M. D. LXIIII.

I

Ieiunium quare iuuentum in præfa num.97.
Illegitimorum, qui nequeant institui.§.2.nu.55.
Impubes an filios legitimos possit habere. §.decimoseptimo.numero 58.
Impubes etiam ad pias causas non testatur. §.primo, numero 107.
Impossibilitas quare uitiet ultimam uoluntatem. § tertio, numero quadragesimosexto.
Impossibilis conditio an uitiet pium legatum. §.tertio, numero quadragesimooctauo.
Impubes non potest facere testamentum, adultus autem potest etiam sine tutoris autoritate.§.1.num.104.
Incapax institui potest sub hac conditione si à principe habilitetur.§.2.nume.2.
Incapax institui potest sub conditione si à principe capax fiat, §.tertio, numero octauo.
Incapax institutus & restituere iussus compellitur adire & restituere.§.3.nume.11.
Incapax institutus & restituere iussus compellitur adire & restituere.§.2.numero primo.
Incertis personis ut sunt pauperes, uel ecclesia relinqui potest ex ultima uoluntate.§.2.nume.27.
Incertitudo circa res & circa personas uitiat. §.tertio, numero trigesimonono.
Incertitudo quando uitiet.§.tertio nume.36.
Incertitudo quare non uitiet ademptionem. §.tertio, numero trigesimoseptimo.
Incerta persona non capit ex ultima uoluntate.§.2.num.24.
Incestuosus filius non succedit. §.secundo, numero septuagesimoprimo.
Incertitudo non uitiat in spiritualibus, nec in libertate, nec in pia causa.§.3.numero.41.
Indefinita æquipollet uniuersali. §.25.nu.85.
Inducta ad augmentum interdum operantur diminutionem.§.§.17.numero 88.
Inditijs probantur dolus, metus, bona aut mala fides. §.primo, numero 57.
Indefinitæ uocationi nominata aliquando exæquantur. §.uigesimoquarto, numero.trigesimoprimo.
Indefinita refertur ad totum.§.21.nume 25.
Ingratitudo res pessima, in præfa.num.3.
Iniuriam pati quando uideamur, in præfa. numero.98. uersic. & sane.
In nominata delicta, & quasi delicta, contractus, & quasi contractus, & ultimæ uoluntates, & pactiones, & distractus, & etiam homines interdum dicuntur.§.11.numero.15.
Insania res inuisibilis.§.1.nume.55.
Institutio facta spe premij an ualeat.§.tertio, numero quadragesimosecundo.
Institutio particularis non uitiatur propter prohibitum a testatore ius accrescendi.§ 3.nume.61.
Instrumentum exemplatum ne ualeat, §.decimoseptimo, numero quarto.
Institutio facta in uno casu, trahitur ad alium non secus quàm substitutio. § 4.nume.47.
Instrumentum quando potest executioni mandari etiam in iis, quæ ex eo tacite colliguntur executioni mandantur.§.decimosexto, numero.7.
Verba per prius intelligenda §.16.nu.8.
Institutus in pluribus portionibus eiusdem hæreditatis, aditione unius omnes acquirit iure institutionis, non partim iure accrescendi.§.23.nume.41.
Institutio an in rebus alienis fieri possit. §.trigesimo, numero uigesimoprimo.
Institutio posthumi facta sub conditione si post mortem testantis nasceretur an excludat natum in uita testatoris, §.quarto, numero 48.
Institutio & substitutio an æquentur. §.sexto, numero trigesimoprimo.
Institutio generalis comprehendit etiam eum filium quem testator se habere ignorabat. §. tertio, numero nonagesimoquarto.
Institui qui non possint.§.3.num.50.
Institutus excludit substitutum, in præfa.libro secundo, numero sexto.
Institutio facta in re quæ in rerum natura non est, quando ualeat, § 4.numero 26.
Institutio descendentium, ascendentium, & transuersarum quibus in rebus potest fieri, §.4.num.29.
Institutio etiam conditionalis tria tempora habilia desiderat, §.3.numero 29.
Institutio honor est, §.18.numero 53.
Institutio an inducatur per uerbum lego. §.tertio, numero decimoquarto.
Institutio honor est, præteritio & exhæredatio dedecus. §.secundo, numero 13.
Institutionis partes in substitutione uidentur repetitæ §.tertio, numero 71.
Institutio uniuersalis comprehendit etiam filium, quem testator se habere ignorabat.§.5.numero.19.

Ex.ff.veteri.

Intellectus.l.Papinianus. §.sed neque impuberis.ff.de inoffi.testamen.§.17.num.93.
Intellectus.l.item quod Sabinus.§.unde idem. ff.de hæred. instit.§.21.numero 15.
Intellectus l.sticho.ff.de usufruct.leg. §.uigesimoseptimo, numero trigesimonono.
Intell.l.ius ciuile.ff.de iust.& iure in præfa.nu.55.
Intell.l.ut uim.ff.de iust.& iure, in præfa.num.145.
Intellectus.l.princeps.ff.de legibus, in præfa.num.c12.
Intellectus.l.1.ff.de legib.in præfa.num.151.
Intellectus l.ex hoc iure.ff.de iust.& iure, in præfa.nu.145.
Intellectus ad titulos. ff.C.& instit. & in decret.de procur. & ad titulos.ff.C.instit.& in decret.de mandato, in præfa. numero octuagesimoquinto.
Intellectus.l.manumissiones, ff.de iust. & iure, in præfa.numero 145.
Intellectus.l.omnes populi. ff.de iust. & iure, in præfa.numero quinquagesimoquinto.
Intellectus.l.Papinianus. ff.de dona.inter uirum & uxorem.§.primo, numero 137.
Intellectus.l.si ponas. §.fina. ff.de inoffic. testam. §.uigesimotertio, numero.118.
Intellectus.l.princeps legibus. ff.de legibus, in præfa.numero octuagesimoseptimo.
Intellectus.l.1 ff.de constitu. princip. in præfa. numero quadragesimoquinto.
Intellectus. l. ueluti. ff.de iustitia, & iure, in præfat. numero 145.
Intellectus.l.si non mortis. ff.de inoffic.testamen. §.18.numero decimosexto.
Intellectus.l.Seius Saturninus. ff ad Trebellianum, extenditur, §.29.numero 9.
Intellectus.l.s. §.interdum. ff.de usufru.accre. §.uigesimotertio, numero uigesimonono.
Intellectus.l Papinianus. §.quoniam. & §.quarta.ff. de inoffic. testamen.l.si quando.§ fin.C.eod. §.igitur inst.eod. titulo.§.18.numero 18.
Intellectus.l.Papinianus. ff.de donation.inter uirum, §.primo, numero 140.
Intellectus, l.1.§.interdum.ff.de usufruct.accrescend.§. uigesimo tertio, numero 31.
Intellectus.l.pen.ff.de usufruct. accrescen. §.uigesimotertio, numero uigesimosexto.
Intellectus.l.si ponas.§.fin.ff.de inoffic.testamen.§.decimoquinto, numero 67.
Intellectus ad titulos.ff. C.& institu.de contrahen.empt.in præfa. numero 187.
Intellectus, l.j.ff.de pactis, in præfatio. numero centesimoquadragesimoquinto.
Intellectus.l.ut uim.ff.de iust. & iure, in præfat.numero uigesimoquarto.

Ex Infor.

Intell.l.quæ sub conditione.ff.de cond.inst.§.30.nu.89.
Intel.l.eum qui.ff.ad Treb.procedit etiam in pupillari data paritate terminorum contra communem.§.15 nu.36.
Int.l.& proculo.ff.de leg.2.aliter intelligitur. §.22.nu.66.
Intell.l.plane.§.si coniunctim.ff.de leg.1.§.23.nu.68.
Intell.l.si ita fuerit.ff de rebus dub.§.3.nu.35.
Int.l.Scæuola ff.ad Treb.§.1.nu.114.
Intell.l.cohæredi. §.1.ff de uulga.§.1.nu.113.
Intel.l.Lucius.ff.de hær.inst.num.6.§.4.
Int.l.si paterfa.ff.de hær.inst.§.5.nu.14.& nu.15.& nu.16.
Int.l.Marcellus.ff.ad Treb.§.3.nu.78.cum §.seq.
Intel.l.cum filius,l.miles ita. §. exhæredato. ff.de mil.testamen. §.17.numero.38.
Intel.l.eum qui.ff ad Treb.§.25.nu.34.
Intel.l.in d.l.qui duos in casibus seq.ff.de uulg.§.25.nu.17.
Intel.l.item quod Sabinus.§.unde idem. a.relp.ff.de hær. instit. §.21.num.2.
Intell l.filius.ff.de inoffi.test.§.1.num.10.
Intel.l.cum.ff.ad Treb.§.25.num.27.
Intel.l.necessariis.ff.de acquir. hær. §.10.num.40.
Intel.l.qui quadriugenta.ff ad Treb §.3.num.68.
Intel.l.ita tamen.§.si quis rogatus.ff.ad Treb.§.18.num.12.
Intel.l.Scæuola ff ad Treb.§.1.num.119.
Excommunicatus an possit testari.§ 1.nu.120.
Intel.l.si qui ita.ff.de hær.inst.§.21.num.62.
Intel.l.1.ff.de legib.num.8.
Intell.l.3.ff.de adim.leg.§.18.num.35.
Intel.l.si ita scriptum. §.quidam.ff.de hæredib.instituen.§.tertio,numero 69.
Intel.l.sed & si conditioni. §.soluemus. ff.de hæred.instituen. §.3.nume.30.
Intel.l.qui quadraginta.ff.ad Trebel.§.23.num.81.
Intel.ad l.hæres mei.§.cũ illa.ff.ad Trebel,§.24.num.7.
Intell.l.pen.ff.de iniust.rup.test.§.24.nu.23.
Intel.l.si mater §.fin.ff.de uulga. l.cohæredi. in pr. eo tit.l.cum in testamento in prin.ff.de hær.inst.§.24.nu.17.
Intel.nouus ad l.Lucius.§.qui habebat.ff.ad Trebellianum. §. 23.nume.102.
Intell.l.hæres mei.§.cum ita.ff.ad Treb.qui non procedit specia li fauore sanguinis.sed secundum ius cõmune, contra doct. §.25.nume.45.
Intel.l.centurio.ff.de uulg.§.15.nu.98.
Intell.l.uerbis ciuilibus ff.de uulga.§.fin.instit. de pupil. §.11. nume.30.
Intel. §.seia libertis in l.Titia Seio.ff de leg.2.§.25.nu.24.
Intel.l.6.ff.de hær.inst.in præfa.num.75.
Intell.l.si ita quis hæredes ff de hæred .inst.in uetb. non tam coniunxisse.§.22.num.19.
Intel.ad l.sicut.ff.de adim.leg.§.23.num 97.
Intell.l.pen.ff.de iniust.rup.§.23.num.42.
Intel.6.l.Meuio. ff.de legatis secundo. §.uigesimosecundo, numero uigesimoseptimo.
Intelle.§.d.l.Meuio. ff.de legatis secundo.§. uigesimosecundo, numero uigesimosexto.
Intell.l. si ita quis hæredes. ff.de hæredi.instituend.§.uigesimo primo.num 64.
Intellectus l.Meuio.ff.de legatis secundo, & l.si quis ita.ff.de hæredi.instit.§.uigesimosecundo,numero decimoseptimo.
Intell.tituli.C.&.ff.quibus ut indignis, §.uigesimoprimo,numero 67.
Intellectus l.& Proculo ff.de legatis secundo.§.uigesimotertio, numero 61.
Intellectus l.& Proculo.ff.de legatis secundo.§.uigesimotertio, numero.65.
Intel.l.ex facto,ff.de uulgari.§.decimosemptimo, numero octuagesimotertio.
Intellectus.l.si ita quis.ff.de hæredi instituen.§.uigesimo primo, numero 26.
Intellectus l.si ita quis hæredes. ff.de hæredit. instituen. §.22. numero 7.
Intellectus.l.si ita quis hæres.ff.de hæred.instituen. §.uigesimosecundo, numero 12.
Intellectus l.Meuio. ff.de legatis secundo. §.uigesimoprimo, numero 17.
Intelle.l.ille a quo. §.si de test. ff.ad Trebellianum. §.decimooctauo,nume.36.
Intel si quis ita hæres instituatur si legitimus .ff.de hæred. inst. §.16.numero 131.
Intell.l.ex imperfecto.ff.de legatis tertio,in præfa.numero octuagesimoseptimo.
Intellectus l qui non.§.filiis,l.si ita.§.quoniam.ff.de hæredi.instituend § ex diuerso, instit. eodem titulo.§.uigesimotertio, numero decimo.
Intellectus l.1.ff.de uulg.in uerbo mihi.§.decimo quinto,numero decimo.
Intellectus.l.hæredibus.§.fin.ff.ad Treb. §.decimoseptimo, numero octuagesimosexto.
Intellectus l.centurio.ff.de uulgari. §.decimooctauo, numero quinto.
Intellectus l.qui duos.ff de rebus dubi. §.uigesimoquinto, numero.76.& num.78.
Intellect.l.cohæredi.§.qui discretas. ff de uulga. §.uigesimoprimo,numero 49.
Intellectus l.uerba hæc & l.fina.ff.de conditio.instit. §.decimo, numero 2.
Intellectus,a.l.Meuio,ff.de legatis secundo.§. uigesimosecundo,numero uigesimosecundo.
Intellectus l.qui in aliena.§.interdum. ff.de acquirenda hæred. §.10.numero.35.
Intellectus l.1.uerb.si hæredes. ff.de uulg.§. decimoquinto,numero undecimo.
Intellectus l.uerbis ciuilibus.ff.de uulgari. §.decimooctauo,numero 107.
Intellectus §.in extraneis, l.si alienum. ff.de hæred. instituend. §.3.nume.30.
Intellect.l.filium.§ sed cum exhæredatio. ff.de bon.poss. contra tab.§.10.numero 30.
Intellectus l.centurio. ff.de uulgari. §. decimooctauo, numero 111.
Intellectus l.Titius in principio, ff.de liberis & posthumis, in præfa.numero 71.
Intellectus l.in tempus.ff.de hæredi.instituend.§.tertio,numero trigesimosecundo,
Intellectus.l.codicillis, de usufru.legat. §.decimooctauo, numero trigesimotertio.
Intellectus.l.Seius saturninus. ff.ad Trebellianum.§.quarto,numero uigesimoprimo.
Intellectus.l.si pater filio.ff.de uulgari. §.decimooctauo, numero quadragesimosecundo.
Intellectus.l.eum qui.ff.ad Trebellianum.§.uigesimoquinto,numero octuagesimo.
Intellectus.l.pero.§ fratre.ff.de legat.secundo. §.uigesimooctauo,numero undecimo.
Intellectus.l.Cornelius.ff.de hæredi. instituen. §.decimo, numero uigesimoprimo.
Intellectus.l.Cornelius.ff.de hæred.instituen. & l.iam dubitari, eod tit.§.10.nume.2.
Intellectus ad titulum. ff de legat.præstand. §.trigesimo, numero quinquagesimo.
Intellectus l.cum anus.ff.de condition.& demon. §.sexto,numero uigesimonono.
Intellectus l.cum hæreditare. ff.de acquiren.hæred. contra communem.§.23.num.49.
Intellectus.l.cohæredi. §.cum filiæ. ff.de uulga. §.undecimo,numero quadragesimoquarto.
Intellectus.l.qui in aliena. §.interdum. ff.de acqui.hæred.§ decimo,numero quadragesimo.
Intellectus,l.in suis.ff.de liberis & posthumis. §.decimo,numero secundo.

Ex.ff.nouo.

Intellectus.ad titulos. ff.C et instit. et in decret.de donation.§. primo,numero 145.

Intellectus

Intellectus l.1.§.fina.ff.ad Turpilia.in præfatio.numero.98.uer ficulo,& fine.
Intellectus l. actus legitimi,ff.de regulis iuris, §.tertio, numero, 47
Intel.l.actus legitimi,ff.de reg.iur.§.3.nu.44
Intellectus,l.triplici,ff.de uerborum significatione.§.uigesimo primo,nume.17

Ex C.

Intellectus, l.fina.C.de institu. & substitution. in præfation. li bro.2.numero. 44
Intel.l.cum quæstio,C.de leg.§.3.nu.67
Intel.l.fi.C.de legib.in præf.numero.53
Intellectus ad plures leges,& authenticæ.quæ sunt sub titulis, C.de sacro.s.ecclesi. & C.de episcop. & clericis.& auth. de mona.in præf.nu.154
Intel.l.omnium,C.de testam.§.1.nu.149
Intellectus, l.humanitatis, uerbo, primo, C.de impuber. §.17. numero.30
Intellectus, l.humanitatis,C.de impuber.uerbo legitima, §.17. numero.13
Intellectus, l.humanitatis, C.de impuberum, §.decimo septimo,numero.56
Intellectus, l.precibus,C.de impuberum,§.decimoquinto.numero, 89
Intellectus secundus ad l.precibus, C.de impuber. §. decimoquinto,nume.93
Intellectus, l.nemo, C.de senten.in præfatio. numero quinquagesimo primo.
Intellectus l.precibus,C.de impuberum,uerbo neluti, §.decimooctauo,numer.58
Intellectus, l. precibus, C.de impuberum, §.decimosexto,nu mero,21
Intellectus l.fina. C.de institu.& substitu.§.decimosexto, numero nigesimonono.
Intellectus,l.precibus,C.de impuber.§.decimooctauo, numero, 110
Intellectus, l.precibus, C. de impuberum, §.decimooctauo,nu mero tertio.
Intellectus, l.precibus, C.de impuberum, §. decimosexto, numero decimo.
Intellectus, l.prospexit,ff.qui, & à quibus, §.quinto, numero quinto.
Intellectus, l.ex imperfecto, C.de testamen. in præfatione numero, 87.
Intellectus, l.pen.C.de impub.non procederet si essent alii fratres præter impuberes.§.25.nu.65
Intellectus,l.penulti.C.de impuber.quod non procedit quando impuberes ab intestato inter se non succedebant, uel nó soli,sed cum aliis.§.25.num.60
Intellectus secundus, l.quamuis, C.de impuberum, §.uigesimoquarto,numero.4
Intellectus, l.scimus, §. repletionem, C.de inofficio.testam.§. 4.numero.11
Intellectus, l.post aditam,C.de impuber. in præfatio.libro.secundo,numero 78
Intellectus, l.fina. C. de hæredib. instituen.in præfatio.libro secundo.numero.58
Intellectus, l.sicut certi,l.si cum uel in utero, C.de mil.testa.l. Titius,ff.de mil.test.§ 30.nu.49
Intellectus, ad titulum,C.de inoffic.dot. §. tertio,numero uigesimooctauo.
Intellectus, l.final.C.de insti.& substitu. in præfatio. libro secundo.numero.66
Intellectus, l.stipulatio hoc modo,ff.de uerbo.obligatio.§. 13. numero.19
Intellectus, l.stipulatio hoc modo, de uerborum obligation.§. 2.numero.190
Intellectus, l. humanitatis, C.de impuber.uersic.qui quæue,§. 17.numero.43
Intellectus, l.precibus, C. de impuberum, §. decimooctauo, numero.56
Intellectus, l.cum antiquioribus, C.de iure deliberan.§. 8. numero, 5. & numero.7
Intellectus, l.eos, in princip. C.de appellatio.in præfa.numero,98,uersi.& fine.
Intellectus, l.unicæ, C. de caduc. tollen. in præfation.numero sexagesimo octauo.
Intellectus, l.quamuis, C. de impuberum. §.decimosexto,numero.30
Intellectus,l.2.C.pro emptore,§.26.nu.15
Intellectus, l. neque apud, C. de hæredi.instit. in præfation. numero, 76
Intellect.l.unicæ, C. qui ante aper. tabul. §.sexto,numero, 32. & numero. 36
Intellectus, ad titu.ff.C.& institu.& in decreta.de loc.&.coll. in præfatio.numero.187
Intellectus, l.omnimodo,C.de inofficioso testamen,§.decimo octauo,numero,21
Intellectus, l.cum quæstio, C.de legat. §. tertio, numero, sexagesimoquarto.
Intellectus, §. sed quia l. fina. C.commun. de legat. extenditur decus,§.28.num. 6
Intellectus, l.humanitatis, C.de impuber.uersic. parentu qui uel quæ.§.17.numero.42
Intellectus, l.fina. C. de legib. in præfa.nume.95
Intellectus, l. fina. in princip.C.de bonis quæ liber.§.octauo, numero, 17
Intellectus, l.cum quæstio, C.de leg.§.23.nu.8
Intellectus. l.iubemus, C. ad Trebellian. §.uigesimosexto, numero. 34
Intellectus, l. cum acutissimi, C.de fideicommiss. §. sexto, numero uigesimonono.
Intellectus, l. final. C. de institutio. & substitutio.§.nono. numero trigesimo.
Intellectus, l. generaliter,§.cum autem.C. de institu.& substi. §.6.numero.29
Intellectus, l.donationes, C.de donation.inter uirum & uxorem,in præfatio.numero. 112
Intellectus, l.si quis in suo,§.legis,C. de inofficio.testamen.§. 18.numero, 25
Intellectus, l.unicæ, C. qui ante apert. tabul. extenditur,§.uigesimonono,numero.10
Intellectus, l. precibus uerb. ueluti ex causa fideicommissi, C. de impuberum,§.18.numero.116
Intellectus,l.quamuis,C.de impube.§.24.nume.8
Intellectus, l. final. C.de institution.& substitutio. §. decimo quinto,numero.88
Intellectus, l.primæ, C.de hæredi.instituen. §.secundo, numero, septimo.
Intellectus, t. huius,l.fina. C.de institu.& substitu. §.decimoquinto.numero. 40.
Intellectus, l. si duobos, C.de inofficioso testamen. in præfation.numero. 8
Intellectus, l.hac consultissima, §.ex imperfecto, C. de testa. §.21.numero. 83
Intellectus, l.sicut certi, & l.si cum uel in utero, C.de testam. mil. in præfation.numero. 74
Intellectus,l.fina. C.de institutio.& substitutio.§.decimosexto numero.9
Intellectus, l.si infanti, C.de iure deliberan, §.octauo,& numero,3.& 4.& numero.17
Intellectus, l. fina. C.de posthum. hære. insti. §.quarto,numero,quadragesimosexto.

Ex institu.

Intellectus, §. qua ratione, institu. de pupilla.§.decimoseptimo,numero. 69
Intellectus, §. posthumi.instit.de hære. ab intesta. §.decimoquinto,numero.80
Intellectus, §.fina.institu.quib. mod. testa. infir. in præfatio. numero.87
Intellectus, §. in extraneis institu.de hære. qual. §. tertio,numero trigesimo.

Intellec. §. sui insti. de hæred. ab intest. §. 10. nu. 2
Intellec. ad §. sed si instituto, institu. de vulgari. §. 24. numero. 18
Intellec. §. sed his permittit prætor, institu. de hære. qual. §. 10 numero. 40
Intellect. §. sed si instituto. institu. de uulgarib. §. tertio. numero. 72
Intellect. §. sed naturalia instit. de iure natur. in præfatio. numero. 55
Intel. § sui insti. de hær. qual. §. 10. nu. 2

Ex auth.

Intellec. §. aliud quoq; in auth. non licet, C. de liber. præter. §. 18. numero. 24
Intel. auth. ut cum de app. cognos. per totam, & auth. non licet, & auth. ex causa, C. de libe. præt. §. 30. nu. 47

Ex iure canonico.

Intellectus capi. Rainutius de testamen. §. decimo octauo, numero, 27
Intellectus, capitu. si pater de testamen. libro. sexto. §. 18. numero, 28
Intellectus 2. ad capitu. Rainutius de testament. §. decimo octauo, numero: 19
Intel. clem. pastoralis, §. uerum, de re iud. in præfa. nu. 107
Intellectus clement. pastoralis, §. uerum de appellation. in præfa. numero. 107
Intellectus capitu. si pater. de testamen. libro sexto, §. decimooctauo. nume. 48
Intellectus capitu. cum secundum leges de hære. lib. sexto. in præfa. nu. 98. uer. & fine.
Intellec. cap. cum secundum leges de hære. lib. 6. in præfa. n. 98. vers. ex superioribus colligitur pœnam.
Intel. c. si pater. de test. lib. 6 §. 11. nu. 7
Intel. l. si pater filio, ff. de uulg. §. 11. nu. 8
Intellectus capitu. Rainutius, de testamen. §. decimooctauo, numero, 11
Intellectus c. Rainutius, de test. §. 18. nu. 7
Intellectus capitu. si pater de testamen. libero sexto, §. decimooctauo, nu. 39
Intellectus capitu. Rainutius. de testamen. capitu. si pater, eod. titu. libro. 6. l. precibus, C. de impuber. §. decimooctauo, numero, 104
Intellectus capitu. si pater de testamen. in sexto, §. decimooctauo, numero. 30

Ex iure Hispano.

Intel. l. 3. ti. de los alcal. lib. 2. ord. §. 1. nu. 25
Intel. l. 2. tit. de los alcaldes, lib. 2. ord. §. 1. nu. 65
Intel. l. 5. Tauri, §. 1. nu. 31
Intel. l. 48. Tauri. §. 1. nu. 43
Intellectus l. fina. titul. de los pleitos, libro primo, fori. §. 1. numero. 26
Intellectus l. 2. & l. quarta, titu. primo, libro. 5. ordina. §. primo numero. 28
Intel. l. 47. Tauri, §. 1. nu. 27 & nu. 34
Intel. l. 48. Tauri, §. 1. nu. 17
Intel. l. 131. tit. 1. par. 6. §. n. 12
Intellec. l. 1. & l. 4. titu. 1. lib. 5. ordinamen. & l. 1. titu. 7. eod. libr. §. 1. numero. 44
Intel. l. 3. & 4. titu. 3. par. 6
Intel. l. 4. tit. 4. par. 6
Intel. l. 1. & 3. tit. 4. par. 6
Interdictus aqua & igni licet non testetur de iure ciuili, nec canonico, potest tamen donare causa mortis, & quid iure regio, §. 1. nu. 157
Iudex quid acturus in re omnino dubia, præfa. nu. 56
Iudicum qualis potestas circa legum interpretationem, aut dispensationem, in præfa. nu. 49
Iussus capere post mortem omnium amborum, uel utriusque, an assimuletur ei, qui iussus fit accipere post mortem nouissimi, quod non contra commu. §. 25. nu. 23
Iuramentum est legitima probatio, ardua quæstio. §. 22. numero primo.
Iuramentum non semper seruandum, in præfation. numero trigesimosexto.
Ius & utilitas publica, in quo consistat, in præfatio. numero. 98. versicu. & fine.
Iuramentum calumniæ an videatur esse iurisgentium, in præfatio. nume. 134
Iurisdictio nulla non recepit prorogationem, §. uigesimoquinto. numero. 55
Ius naturæ, & gentium vt lege positiua alteretur, in præfat. numero. 108
Iurisdictionis prorogatio non fit in nullam habentem iurisdictionem, §. 15. nu. 63
Iurisdictio ecclesiastica in temporalibus est à populo. in præfatio. numero. 155
Iurisdictio erga subditos est, ut tutela erga minores. in præfatio. numero. 158
Iurisdictio ecclesiastica in spiritualibus est à Deo. in præfat. numero. 156
Iurisdictio tam ecclesiastica, quàm profana sui natura est limitata, & restricta ad subditorum vtilitatem, in præfation. numero. 157
Iurisdictio ecclesiastica, & profana differunt in sui ortu, & resolutione, & quid in effectu, in præfa. nu. 160
Iurisdictio ecclesiæ in sæcularibus ad spiritualia necessariis regulatur ut in ipsis spiritualibus. in præfa. nu. 161
Iurisdictio delegati non prorogatur partium consensu. §. uigesimoquinto, nu. 56
Ius naturale quid. in præfa. nu. 1
Ius ciuile in iusgentium uerti, & rursus ius gentium in ciuile potest conuerti, in præfa. nu. 32
Iure authenti. legitima filiorum non requirit titulum institutionis, § 18. nu. 23
Ius positiuum quid, in præfatio. numero. 98. versicu. ex superioribus colligitur pœnam.
Ius dicendi nullum cessat, §. 20. nu. 14
Iure canonico legitima an titulo institutionis relinquenda filiis, §. 18. nume. 26
Ius positiuum non recedit à iure naturali diuino, uel gentium primæuo per modum addendi, mutandi, minuendi, sed declarandi. in præfat. nu. 21
Iusgentium primæuum incommutabile est, aliud in secundario §. 2. numero. 189
Ius diuinum, naturale, aut gentium ut hominibus liceat interpretari. in præfa. nu. 54
Ius gentium duplex. in præfa. nu. 2
Iure naturæ, & gentium regimur à quo nisi ob aliquam vtilitatem non recedimus, ut ad positiuum transuolemus, in præfation. nu. 20
Iusta hæreditas, quæ dicatur, §. 9. n. 7
Iuris ciuilis quę sunt tractu temporis iurisgętium fieri possunt & econtra, §. 1. nu. 181
Ius ciuile elegans, in præfa. nu. 42
Iusgentium primæuum incommutabile, sed secundarium uariabile est. in præfa. nu. 144
Ius speciale non est in consideratione, §. 9. nu. 2

L

Legatum reuocatur rei legatæ alienatione, quod si legatũ sit sub modo, uel sub conditione negatiua, quid iuris. §. 27. numero. 10
Legatorum quot genera. §. 27. num. 3
Legatum post mortem alterius an sit conditionale, ard. quæstio §. 27. numero. 11
Legatum pauperibus, uel ecclesiæ relictum ualet etiam sine alia demonstratione. §. 27. num. 42
Legatum rei alienæ, quam testator suam putabat an ualeat fauore piæ causæ, ard. q. §. 20. num. 41
Legauit testator centum pro filia maritanda, quam postea minore dote maritauit, an residuum petere possit, ardua quæstio. §. 27

§.27.numero 8
Legata bis quantitas eidem,& ab eodem,& in eadem scriptura semel debetur,si in diuersis scripturis bis debebitur.§.21.n.9
Legata ad pias causas hæreditate non adita,an debeatur, ard.q. §.27.numero.44
Legata pari quantitate etiam in diuersis scripturis, legatum semel tantum debetur,cum Zasio contra communem.§.21.numero. 13
Legatum relinquitur,aut pure,aut in diem, aut sub cõditione. §.29.numero.15
Legatum relictum monachis sub conditione,ut certam partem diuidant inter pauperes,an conditionale,ard q.§.27.nu.15
Legatum reuocatur per super uenientes inimicitias capitales inter testantem & legatarium,licet legatarius inculpatus esset ard.quæstio §.27.nume.9
Lego Titio decem,& Seio decem, una tantum decem , non bis decem debentur,cum Bar.& Ripa contra communem.§.21. numero. 14
Legatum pro æquiualẽte quantitate obligatum an hæres luere teneatur,ard.q.§.27 num.14
Legatæ rei dominiũ an legatario quæratur,in præfa.nu.98.uers. simillimum est.
Legati & ambasciatores iure gentium non ciuili utuntur,unde ualet eorum stipulatio sine uerbis & emptio sine pretio in pecunia numerata & locatio sine mercede certa, in præfa. numero.185
Legatum uxori relictum sub conditione si castè uixerit,an perdatur per secundas nuptias,ard.q.§.27.num.29
Legatum rei ecclesiæ an ualeat quoad æstimationem, ardua.q §.27.numero.7
Legatum uel fideicommiss.captatorium an fauore libertatis uel piæ causæ sustineatur,ard.q.§.27.num.17
Legatum rei propriæ ualet multis in casibus.§.27.num.37
Legatum ecclesiæ relictum potius parrochiæ quam matrici debetur,ard.q.§.27.num.43
Legaui duplum filiæ si maritaretur,quam si monacharetur,an si fiat monacha simplum habiturá sit, ardua quæstio.§.29.numero.23
Legans ius solum quod habebit,& si esset morte periturũ alienare uidetur.§.21.num.74
Legatum rei propriæ quando ualeat,§.27.num.36
Legata in 25.casibus conseruantur, & si hæreditas non fuerit adita.§.27.nume.4
Legata eadem species bis eadem, & ab eodem etiam in diuersis scripturis,semel debetur.§.21.num.10
Legata bis eadem species ab eodem semel debetur.§.21.num.8
Legata quantitas sæpius, an semel tantum debeatur.§.21. nu 11
Legatariis,quæ actiones accommodentur , & an ante aditioné habeant personalem,actionem,ard.q.§.27.num.5
Legatis & ambasciatoribus donatio facta eis ne uel eorum principibus acquiratur,in præfa.num.190
Legatum relictum cannonicis alicuius ecclesiæ,an ipsis, an uero ecclesiæ quæratur,ard.q.§.26.num.6
Legatum conditionale non potest cedi.§.29.num.20
Legati alternatiui,an utrunque debeatur,ard.q.§.27.num.21
Legatario hypothecaria interdum competere desinit.§.2.numero. 98
Legatum quid sit.§ 23.num.6
Legatorum interpretatio an lata esse debeat , ardua quæstio.§. 27.numero 26
Legati definitio.§.2.num.1
Legis definitio.in præfa.num.164
Lex generalis comprehendit personas etiam priuilegiatas.§.9. numero. 9
Lex an recta esse,necesse sit,in præfa.nu.165
Lex an à populi uicem gerente ut fiat necesse sit,in præfa. numero. 166
Lex uoce ne an scripto promulgetur in præfa.num.167
Legis pęnalis transgressor aliquando ultra pęnæ præstitionem tenetur in conscientia,in præfa.num.93
L.generalis comprǽhendit priuilegiatos.§.26.num.7
Legis latæ causa cessante,an lex intercidat,in præfa.num.67
Legum ignorantia quando præsumatur.§.21.num.56
Leges fiunt maturo consilio.§.7.num.80
Leges quando ligent iure poli,uel fori.§.29.num.16
Legum & principum quanta potestas in præfa.num.104
Leges priuilegia inducentes sunt communes, non particulares, in pręfa.num.64
Lex est ratio expressa in lege.§.1.num.174
Lex municipalis de aliqua eleemosina annuatim danda, an possit immutari,in præfa.num.146
Lex generaliter intelligenda.§.8.numero.185
Lex pęnalis an obliget in conscientia,in præfa.nu.80
Leges sęculares clericis priuilegia dantes possunt per eosdem sæculares tolli,in pręfa.num.147
Lex generalis comprehendit etiam priuilegiatos.§.11.nu.48 Quid iure canonico.§.11.num.49
Legum correctio non fit per subauditos intellectus.§.11.numero. 50
Leges,consuetudines,statuta similiora esse ultimis uoluntatibus quam contractibus,in præfa.num.148
Leges quando ex contemptu transgredi uideantur,in pręfa.numero. 148
Leges quando ex contemptu transgredi uideantur,in præfa.numero. 81
Lex quando obliget in conscientia,& quid si prosit plerisq; licet noceat quibusdam,in pręfa.num.78
Lex quæ annuum tributum induxit,an cesset cessante causa tributi indicendi,in præfa.num.98
Lex si patitur uarios intellectus non præstat ad aliquid sufficiẽs fundamentum. §.55.numero.87
Legis causa cessante,ipsa lex desinit obligare in conscientia , in pręfa.num.93
Legis causa cũ cessat quisq; priuatus potest quoad se iudicare in re clara non sic in re dubia,in pręfa.num.94
Lex ab initio inutilis non desinit ualere,licet interea executione careat, in pręfa.nu.70
Legis positiuæ transgressor interdum peccat , qui ea lege non lata non peccaret,§.30 nu.88
Legis ratione cessante,non perit lex , sed interea dormit. §.17. numero.54
Legum correctio non inducitur ex sub auditis intellectibus. 16.numero.28
Lex correctoria disponens in uno casu ex olim æquiparatis , an extendatur ad alterum , ardua,quæstio.§.vigesimosexto , numero 16
L.cum qui, extenditur ad directam pupillarem dicta paritate terminorum,§.25.nu.81
L.qui duos cum concor. non procedit quando impuberes ab intestato inter se non poterant succedere, nec quando poterant,sed non soli, sed simul cum aliis , §.vigesimoquinto, numero. 77
Legis vna ratione cessante , ipsa sustinetur in aliis , §. septimo, numero, 40
Leges quando obligent in conscientia , in præfation. numero octuagesimo octauo.
Legis causa debet ex toto cassare,ut ipsa cesset, in præfatio.numero.96
Lex nociua quandiu nocet, caret effectu licet bona fide facta fuerit.in præfa.nu.16
Legis causa cessante dormit lex , unde ratione redeunte vires resumit pro iure,in præfa.nu.69
Lex generalis comprehendit personas priuilegiatas,§.secundo numero.31
Lex ut pauperes ,uel monachi de publico alantur reuocabilis est,in præfatio.nu.152
Lex canonica an obliget in conscientia , & quandiu, & quid in foro contentioso,& quid si abinitio fuit inutilis , uel postea inutilis esse cœpit,in præfa.nu.161
Leges reprehendentes an peccent, in presa.nu.79
Lex initio iniusta,non desinit ualere quando possibile est eam tractu temporis iustam fieri , in præfation.numero septuagesimoseptimo.
Legem an semper oporteat esse iustam , in præfation. numero. sexagesimosexto.
Legis potestas quanta sit,§.13.nu.25
Leges intelligendæ iuxta materiam titulorum sub quibus collocantur,§.18.nu.17

Legibus

Legibus obedire quare teneamur, in præfa.nu. 7
Legislatio regulatur ab animo subditorum non legislatoris. in præfa.nume.8
Lex corrigés in uno ex olim æquatis corrigit & in alio, si utrobiq; par ratio sit.§.2.nume.13
Legibus omnes subditi interpretatiuè uidentur consentire, in præfa.num.59
Lex quid sit,& quare subditos obliget,in præfa.num.58
Legis causa impulsiua & si uera non sit non nocet,in præfa.numero.118
Legum extensiones ut faciendæ.§.17.num 79
Legibus,qui per malitiam calumniantur,peccant, in præfa.numero. 81
Legitima filiorum quo titulo relinquenda.§.18.nume.6
Legitimatio quid significet.§.2.num.42
Legitimari potest nepos per subsequens matrimonium etiam contractum post mortem patris sui.§.2.num.87
Legitimitas humanum inuentum.§ 2.nu.79 & 88
Legitima quid iure.ff.& quo titulo relinquenda.§.18.nume.10
Legitima potest assignari in omnibus rebus hęreditariis.§.3.nume.16.cum duobus seq.
Legitima titulum institutionis non requiritur.§.18.nume.20.de iure.C.
Legitima non debeatur spurio à matre illostri.§.17.num.20
Legitimam omnibus in rebus hæreditariis iudex sæpe potest assignare.§.4.num.36
Legitimam iudex quibus in rebus assignare possit.§.4. num.35
Legitimam perdit,qui non soluit pia legata infra tempus legè diffinitum.ard.q.§.27.num. 35
Legitima filio non debetur in bonis patris uiuentis.§.5.num 47
Licet pater fiat monachus ibid.
Legitimam in pecunia numerata relinqui posse.§.4.nu.10
Legitima an singulis in rebus hæreditariis possit relinqui.§.4.numero.19.
Legitimam parentum in pecunia numerata relinqui posse.§.4.numero.13.cum seq.
Legitima recipit grauamen de consensu filii.§.4.nu.33
Legitimati excludunt fœminas,non secus quam legitimi.§.2.numero.78
Legitimam in una re hęreditaria eligere non potest filius.§.4.n. 38.& 39.
Legitima non debetur filio naturali.§.17 num.12
Legitimæ expletio quæ fit à lege filio tacente habetur infecta, in præfa.num.98.uersi.& sane.
Legitima in re aliena an relinqui possit.§.4.num.15
Legitimam in usufructu tantum relinqui non possit. §.4. numero. 25
Legitimę supplementum in quibus rebus possit relinqui.§.4.numero. 28
Legitima quibus in rebus assignetur à lege.§.4.nu.30
Legitimæ assignatio ut fieri debeat per iudicem.§.4.nu. 31
Legitima filiis naturalibus non debetur.§.4 nu.55
Legitimare spurium princeps sine causa potest, in præfa.numero. 116
Legitimati an excludant ecclesiam fidei commissariam, ardua.q. §.26.numero.42
Legitimi omnes nascebantur inspecto iure naturæ.§.1.numero. 67
Legitimationis cõcessio simplex an trahatur ad casum mixtum. §.2.nume.72
Legitimatus,succedit in feudum,non secus quam legitimus.§. 2 numero.52
Legitimum cum aliquem princeps facit,an sufficiat dixisse eum esse spurium.§.2.num.53
Legitimi remotiores an uideantur habere uoluntatem defuncti,ard.q.§ 30.num.63
Legitimatio an contingat inuito per subsequens matrimonium §.1.num.152
Legitimatus legitimus non tam denuo fit ,quam natiua legitimitas detegitur.§.2.nu.10
Legitimatus quando excludatur à uenientibus abint.§.secundo numero. 91
Libertas.quæ non ualet directo,non obliquatue.§.decimooctauo.numero.81
Libertas interdum adimitur,in præfa.num.37
Libertas an dari,an detegi uideatur.§.2.num.48
Libertas nubendi aut monachandi minui non uidetur per denegationem lucri,an successionis.§.2.nu.37
Libertas & ecclesia ęquantur.§ 29.num.6
Liberi a parentibus ut sint alendi, dotandi, instituendi siue sint legitimi,siue naturales,siue spurii.§.4.num.49
Liberorum appellatione naturalis an cõtineatur.§. decimoseptimo.numero.15
Libertas cunctis rebus fauorabilior.§ 1.num.176
Liberi etiam in numero singulari reperiuntur.§.trigesimo numero. 2
Liberi & parentes aut instituuntur,aut exhæredantur aut prętereuntur.§.4.num.2
Liberi parentibus obediant.§.26.num.18
Libertas est pia causa.§.27.num.18
Literarum obligatio tempore fieri posset intelligentium,in præfa.num. 137
Liberorum,aut parentum prętcritio,uel exhæredatio.§.20. numero. 12
Libertas maior est in disponendo nostra bona inter uiuos,quam in ultima uoluntate.§.17.nu.99
Libertas,pia causa,amicitia,an inducãt clausulam codicillarem, ard.q.§.30.num.41

M

Maioratus creandi consilium.§ 26.num.10
Maioratus sępe ampliatur per exceptionem.§. vigesimoprimo.numero.54
Maioratus in successione quis proximus agnatus dicatur,ard.q. §.26 numero. 11
Maioratus in legitima filii fieri potest.§.4. nu.32
Maioratus an fieri possit ex feudo ad liberos transitorio.§.4. numero. 34
Maioratus uel fideicommissi in successione, an filius succedat loco patris.ard.q.§.26.num.9
Maioratus in successione pręfertur legitimatus natu maior legitimo natu minori §.2.num.89
Maioratus in successione legitimatus succedit non secus quam legitimus §.2.num.51
Mandatum recipit extensionem.§.2.num.74
Mater excludens substitutum pupillarem dicitur uenire de iure speciali.§.9.num.16
Mater excluditur per tacitam pupillarem in uulgari cõtentam, quando id uolint testator.§.15.num.108
Mater si quia tutorem impuberi non petiit eius legitima successione priuetur,an sequens legitimus, qui similiter non petiit sit priuandus,in pręfa.lib.2.num.30
Matrimonium inter prohibitos an contrahi possit sub conditione si Papa dispensauerit.§.3. num.9
Mater tam pupilli quam testatoris excluditur per illam pupillarem,si filius infra pubertatem decesserit,substituo.§.decimotertio. numero. 16.
Matrem excludit illa substitutio si alter uestrum hęres nõ erit, uos inuicem substituo.§.15.num.114
Matrem an excludat tacitus substitutus pupillaris testatoris filius,ardua.q.§ 15.num.111
Mater testatoris & etiam impuberis excluditur,si dicat,impuberem instituo,Seium substituo , noua opi.§.18 num.46
Mater secundo nubens, an excludatur per tacitam pupillarem in uulgari contentam,ard.q.§.15.num.109
Matrem excludit pupillaris sub reciproca cõtenta.§.decimooctauo.numero.44
Matrem an excludat pia causa ueniens per tacitam pupillarem in uulgari contentam,ard.q §.15.num 110
Matrem testatoris an excludat uulgaris tacita in expressa uulgari comprehensa,ard.q.& quid in uulgari tacita contenta sub compendiosa.§.15.num.120
Mater an transmittat ius prelationis sibi competens contra tacitam pupillarem.§.15.nu.106
Meum possum prodicere,in pręfa.nu.101
Mens potissimum inspicienda.§.10.nu.18
Mente capit cura datur post annum.25.§.1.num.68

Meuxe capti appellatione furiosus cōtinetur.§.decimoseptimo numero. 77
Medium in pertinens,an impediat extrema coniungi §.sexto nu mero. 1
Militis in testamento,exemplaris non continet uulgarem.§.20. numero.34
Miles potest legare,quod apud hostes est, sub conditione, si ad nos reuersum fuerit. §.20.num.58
Militum pactum reciprocum de succedendo ualet, quod an fauore piæ causæ ualeat,ard.q.est.§.20.num.19
Miles si hæredem ex parte scripsit,cessat ius accrescendi,cū Viglio.& Decio contra plures.§.20.num.17
Miles sub pupillari non uidetur fecisse uulgarem. §.vigesimo. numero.31
Miles hæredem nutu facere potest.§.20.nu.27
Miles an se conformare cum legis dispositione uideatur.§.20. numero. 25
Militis pecunia res empta eius fit,& ei sæpe conceditur restitutio,quæ aliis denegatur.§.20.num.59
Militis in testamento cessat temporis inscriptio.§.vigesimo. numero. 47
Miles deportatus testatur,idē si aqua & igni esset interdictus, uel ad bestias damnatus.§.20.num.50
Militis de testamento quando reiiciatur conditio impossibilis. §.20.numero.49
Miles illam conditionem si hæres non erit, quo sensu posuisse uideatur.§.16.num.11
Miles partim testatus decedere potest.§.3.num.57
Miles nutu testatur,& quid si fiat testamentum ad pias causas, uel inter liberos,ard.q.§.20.num.44
Militis filius,qui à iudice monitus legata non præstitit etiam legitima priuatur.§.20.num.53
Miles Trebellianicæ quando pepercisse uideatur. §.vigesimo, numero.18
Miles à legatario legare potest.§.20.num.42
Militis testamentum ualet,licet non relegatur coram testibus, ard.q.§.28.num.41
Miles etiam codicillis legare potest.§.20.num.41
Militis in testamento non est necesse cōditionem impleri in forma specifica §.20.num.52
Militis testamentum est informe.§.20.num.1
Militis in testamento executori etiam impedito currit annus.§. 20.numero.57
Miles an nutu testetur.§.1.num. 17
Militis in testamento an executor nominatus sit cōpellendus acceptare.§.20.num.54
Militis in testamento cessat supplementum legitimæ.§.20. numero. 36
Militis substitutio uulgaris continet fidei commissariam.§.20, numero.33
Miles mutus , & surdus à natura, an possit testari. §. vigesimo. numero. 40
Militis in testamento exequutor agere potest contra hæredē. §.20.numero.51
Miles in codicillis potest facere institutionem.§.vigesimo numero. 39
Militis testamentum habet clausulam codicillarem.§.vigesimo numero. 56
Militis testamento non oportet testes esse in conspectu testantis.§.20.numero.3
Militis in testamento conditio casualis,uel mixta non reiicitur de filii institutione.§.20.num.35
Militis in testamento non cessat substitutio post aditam hæreditatem.§.20.num. 32
Miles potest partim testatus decedere quoad res,& quoad tempus §.20.num.16
Miles ita dixit,si filius meus uiuo me decesserit,Seius hæres esto an filius institutus uideatur,ard.q.§.20.num.17
Miles etiam maiori potest post aditam directo substituere. §.20 numero. 37
Miles ultra uires legatariis non tenetur,licet non fecerit inuentarium.§.20.num.55
Miles nō refert faciat directam militarem,an fideicommissariā, nam utroque casu cessat quartæ detractio.§.18.nu.57
Miles codicillis potest facere directam pupillarem & exempl.& uulgarem,& compendiosam & informem.§.20.num.38
Miles etiam post aditam potest directo substituere.§. vigesimo. numero. 18
Miles inuentarium an facere teneatur.§.20.nu.23
Militis in testamento sub uulgari expressa non continetur tacita pupillaris.§.16.num.20
Militū priuilegiis doctor non gaudet in testando:§.decimoseptimo.numero. 81
Miles ius ignorare præsumitur.§.20.num.24
Miles comprehenditur sub regulis,contra Tiraquel.§.vigesimo numero. 20
Miles sub compendiosa non uidetur fecisse uulgarem, §.vigesimo.numero.22
Militis in testamento non reiicitur conditio iurandi §.vigesimo numero. 48
Miles cum duobus testamentis decedere potest.§.vigesimo numero.29
Militis testamentum non subiacet querelæ.§.20. nu.21
Miles præsumitur iuris ignarus.§.15.num.97
Miles partim testatus decedens cessat ius accrescendi.§.15. numero.101
Militis in testamento cessant leges fauorabiles,quæ inducuntur per uerborum suppletionem.§.15.nu.103
Militis in testamento cessat ius accrescendi.§.decimoquinto numero. 100
Milites etiam comprehendunt leges generaliter loquentes. 18.numero.60
Miles etiam cæcus informiter potest testari,contra Ange. §.20., numero. 46
Militis in testamento uerba intelliguntur prout iacent,remota suppletione,& legis interpretatione.§.15.nu.99
Militis in testamento cessat falcidia.§.15.num.102
Miles præsumitur iuris ignarus.§.15.num.95
Minor,qui ante aditam opulentam hæreditatem decessit,an læsus in uita uideatur.§.8.num.15
Minor ætate minus fide dignius. in præfa.nu.123
Mediocritatis commendatio,in præfa.nu.124
Monachus succedere uetitus,etiam ex codicillis capere nequit §.2.numero. 4
Mors ciuilis regulariter non æquatur naturali.§.1.nu.40
Monachus ut institui nequeat,an statuto induci possit.§.secundo.numero.36
Mors ciuilis naturali non æquatur,nisi in casibus à iure expressis.§.1.nume.51
Monachus non testatur.§.1.num.103
Monachus filiofam.an seruo æquetur.§.9.nu.2
Monachismo patris usus fructus aduentitiorum an finiatur.§.1. numero.45
Monacho & non monasterio hæreditas patris defertur,estque ard.q.§.26,numero.4
Mors ciuilis morti naturali quando æquatur, ardua quæstio.§. 26.numero. 40
Monachus non testatur.§.1.numero.49
Monachismus an impediat testamenti mutationem.§.primo numero. 52
Mortui non resurgunt.§.12.num.14
Monacho an monasterium hæreditatem illi delatam possit adire.§.9.num.14
Mors & repudiatio inuitant substitutum.§.decimosexto numero. 23
Modus primus.§.24.num.24
Monachismus an habilitet ad succedendum.§.2.num.56
Monachus desinit esse in patris potestate,sed non in suitate.§. 15.numero. 85
Mortem qui sibi consciuit,non capit ex ultima uoluntate. §.2. numero. 15
Mors omnia soluit.§.10.num.31
Mors extinguit suitatem suspensam.§.10.nu.32
Monachismus incapacem non habilitat ad capiendum ex codicillis.2.2.num.60
Monasterium an dicatur filius ex corpore grauati natus,ard.q. §.26.num.41
Monacho decedente ius adeundi non migrat in monasterium. §.nono

§.nono,numero. 1
Mutus, surdus natura an pias ad causas testetur.§.primo numero. 173
Mulier seruum suum quando possit hæredem facere.§.quinto nomero. 6
Mutos felicissimi sensos.§.1.num.172
Monachismus an exhæredationis iustitia eneruetur. §.secundo numero. 61

N

NAturalis liberi grauatorum an excludant ecclesiam fideicōmissariam,ard.q.§.26.num.43
Nephario ex coitu nati, an successibiles liberos generent. §.2. numero. 63
Nepharii non capiunt ex codicillis.§.2.num.70
Nostris possumus uti & abuti.§.15.num.137
Nephario ex coitu natis liberis alimenta debentur,sed nō dos. §.2.nume.64
Necessitate coactis subuenitur.§.10.num.18
Nephario ex coitu natus,est in successibilis.§.secundo numero. 62
Notarii signum an sit de substantia scripturæ. §.tertio numero. 18
Notarii rogitus an præsumatur, si non probetur. §.tertio numero. 19
Notario se rogatum in ipso instrumento scribenti creditur.§.3. numero. 20
Notarius in contractu uel in ultima uolūtate à quo sit rogādus. §.3.numero. 21
Notarii qoalitas probanda ab eo, qoi scripturam producit.§.3. numero. 22
Nostris abuti possumus, alienis nobis commissis non possumus, in præfa.numero.46
Nostra alienare in tempus prohibitum an possimus.§.vigesimooctauo numero. 4
Nostrum possumus prodigere.§.1.num.76
Nostrum nobis interdum aufertur,in præfa.num.34
Nutu testamentum an fieri possit à milite, uel inter liberos, uel ad pias caosas.§.1.num.177
Nuptiarum repetitarum pęna tenet masculus & fęminas.§.decimoseptimo.numero.28

O

OBligatus non tenetur etiam in conscientia ultro offerre, in præfatio.numero nonagesimooctauo versi.ex superioribus colligitur pęnam.
Oblig.natur.ex consensu descendit,uel tacito, uel expressa, in. præfa numero.6
Obligatio,aut indebitum intelligitur ioxta personarum qualitatem.§. 18.numero.32
Obligationum materia quæ sit,in præfa.num.40
Obligationes unde nascantur & formentur.§.4.nu.59
Occasio delinquendi remouenda,In præfa.nu.29
Occasio delinquendi & peccandi tollenda.§.1.num.68
Originarius an dicatur,qui nascitur extra fines suę ciuitatis.§. 2.numero.9
Ordo literæ inspiciendus.§.17.num. 40
Ordo literæ hodie non consideratur.§.3.num.2
Orbis & unionis ad similitudinem omnia ferè reducuntur, in præfatio. numero. 13

P

PActum futuræ successionis etiam inter liberos est prohibitū. §.17 numero. 65
Pactum de non succedendo continet turpitudinem etiam ex parte renuntiantis §.13.num.23
Pactum de succedendo utroque iure turpe est.§.1.num.191
Pactum iuratum de nō succedendo nō trahitur ad bona postea quæsita.§.2.num.75
Pactum futuræ successionis non ualet etiam fauore piæ causę. §.3.numero.34
Pactum de hæreditate diuidenda an pariat obligationē.§.2.numero. 83
Pactum futuræ successionis quare desinat ualere.§. primo numero. 109
Pactum quid,§.26.nume. 34
Pacto filia succedere non potest,ubi est statutum, ne ea succedat stantibus masculis.§.2.num.82
Pactum improbatum sæpe est utile ad læsionem paciscentium. §.2.numero. 3
Papa an possit beneficia adimere sine causa,& quid in principibus sæcularibus.§.30.nume.85
Pars pro toto,& totum pro parte sępe sumitur.§.vigesimosexto numero. 30
Partium diuisio non refert,quo tempore fiat,contra Ripam.§. 21.numero.19
Pars,quæ potest ad oculum demonstrari facit alienam uideri. §.23.numero.2
Partem domus,quam habitare solebamus,uxori legaui, totum debetur,si totam habitamus,in præf.lib.2.num.62
Partis appellatione totum & totius appellatione pars interdū continetur,in præfa.lib.2.num.63
Partis appellatione non uenit totum,nisi quando de parte tantū dispositum fuit,in præf.lib.2.num.61
Parentibus non semper obediendum,in præfatione.numero trigesimosecundo.
Pars non semper derogat toti.§.3.num.73
Pars prius deinde totum,an contra legetur,non refert.§.3.numero.74
Pater iniuriam filio factam remittere potest,nisi uilis persona. §.17.numero.98
Par in parem non habet prælationem, in præfatio. libr.2.numero, 25
Pater usumfructum, quem habet in bonis filii non perdit per filii clericatum,aut monachismum.§.1.nu. 41
Pater non amittit usumfructum,quem habet in bonis filii monasterium ingredientis.§.1.num.39
Pater bonum consilium capere uidetur pro filio,eum & si exhæredauerit.§.19.num.97
Patriæ & principibus obedire quare teneamur,in præfatio.numero. 5
Patriæ,principibus, legibusq; obedire descendit à iuregentium primæuo,in præfa.num.9
Pater & filius inter se quare ciuiliter non obligentur. §.primo numero, 146
Peccatum an inducatur ex falsa opinione, in præfatione. numero. 91
Pœnalis stipulatio tripliciter concipi potest. §.tertio numero nono.
Pęna obliget ad passionem non ad actionem, & quæ dicatur pœna legalis,& pœna in terminis titulorum.ff.C.& instit.ad legem Aquili.an debeatur in conscientia,in pręfatio.numero nonagesimooctauo versicul. ex superioribus colligitur pœnam.
Pœnalis contractus transgressor etiam in conscientia ad solam pœnam tenetur, non ad principalem pactionem seruandam, in pręfa num.90
Pœna iudicis arbitrio imponenda est,cum ea non reperiatur à lege imposita.§.11.num.16
Pœna conuentionalis peti potest etiam in foro animæ, in præfatio.numero nonagesimooctauo uersic. ex superioribus colligitur pęnam.
Pęnæ non debentur in conscientia,in præfa.numero.98.uersic. ex superioribus colligitur pęnam, & quid in pęna conuētionali, ibid.
Pęna mortis imponi potest pro homicidio etiam non qualificato,licet homicida non sit incorrigibilis, in præfatione. numero. 27
Pęna etiam ipso iure irrogata non debetur in foro aut in conscientia,nisi & peti possit,& petita sit,in præfatio.numero nonagesimooctauo uersi.ex superioribus colligitur pœnam. Et interdum appellatur pœna damni dati emendatio ibidem, & an legalis pęna possit in conscientia retineri ibid.
Pœna quare malefactoribus imponatur, in præfatione. numero. 28

Pœna

Pœna ad quem finem imponatur.§.1.num.97
Persona extrinsecus non præsumitur.§.decimooctauo numero.114
Personæ rebus digniores,& à dignioribus inchoandum in præfa.numero.192
Peregrinus ex codicillis capere non potest.§.2.nu.8
Peregrinus testatur de iure commum.§.1.num.148
Peregrinus non testatur.§.v.uum.124
Peregrinus si donat & fictè tradit, ea traditio nil est.§.primo.numero.141
Peregrinus an testetur ad pias causas.§.1.nu.150
Peregrinus hæres institui nequit.§.2.num.6
Peregrini donatio facta filio suo an initio ualeat.§.primo numero.147
Peregrinus non legat.§.1.num.129
Peregrinus non codicillatur.§.1.nu.127
Peregrini qui non sunt commilitones non possunt disponere per pactum de hæreditatibus suis.§.1.nu.128
Peregrinus donare potest causa mortis.§.1.nu.129
Peregrinus non testatur etiam inter liberos.§.1.nu.130
Priuilegiatos casus lex generalis an comprehendat.§.primo.numero.131
Peregrinus utitur iure gentium, non ciuili.§.1.nu.132
Peregrinus an testetur ad pias causas.§.1.nu.133
Peregrinus potest donare causa mortis.§.2.nu.135
Peregrinus an uxor,uel filio possit donare.§.2.num.136
Peregrinus an testetur ad pias causas.§.1.num.134
Pias ad causas an inhabiles ad testandum admittantur.§.primo. in prin.
Pia legata an testamento infirmato euanescant.§.tertio numero.49
Piæ causæ fauore an ambiguitas saluetur.§.5.num.40
Pias ad causas an testentur inhabiles ad testandum.§.primo. numero.179
Pias ad causas legata an debeantur ex testamento minus solemni, & quid si factum fuerat inter liberos sic quē ualebat,ard. q.§.27.num.25
Piis in causis an semper ius canonicum sit inspiciendum.§.23. numero.51
Pietas est inter liberos & parentes.§.19.num.9
Piis in causis ius canonicum an ciuile seruetur.§.primo numero.52
Piæ causæ fauore an sine testibus & notario ualeat testamentū.§.3 numero.19
Piæ causæ fauore an quis possit partim testatus decedere, ard. q.§.23.num.50
Pias ad causas non testantur inhabiles.§.1.num.163
Pias ad causas an testetur interdictus aqua & igni.§.primo numero.158
Pias ad causas filius fa.an de consensu patris testetur.§.primo. numero.50
Pluralitas ex interpretatione resoluitur in singularitates, cum comm.§.25.nume.40
Pluralitas resoluitur in suas singularitates.§.decimonono numero.7
Pluralitas resoluitur in singularitates.§. vigesimoquinto numero.63
Pluralitas resoluitur in singularitates.§. vigesimoquarto numero.8
Pollicitatio obligat fauore reipublicæ non fauore priuatorum, in præfatio.numero nonagesimooctauo uersi.ex superioribus colligitur pęnam.
Posthumus quis proprie dicatur,ardua quæstio.§.vigesimosexto.numero.5
Posthumi uel filii præteritione ruptum testamentum non conualescit,licet ij uiuo patre decedant.§.septimo numero uigesimonouo.
Posthumus non est homo donec nascatur.§.decimoquinto numero.75
Posthumus non habetur pro nato quoties agitur de testamēto conseruando.§.15.num.79
Posthumus nondum natus non est suus.§.decimoquinto numero.76
Posthumus an capiet ex ultima uoluntate.§.2.num.28
Posthumus pro nato habetur in ei utilibus.§.decimoquinto numero.77
Posthumo præterito non uitiatur ipso iure testamentum.§.15. numero.74
Posthumus propriè est, qui nascitur post mortem patris.§.15. numero.81
Posthumi & filii nati præteritio in pari sunt inre.§.septimo numero.28
Posita coniunctione uerbali sequitur coniunctio realis, nisi expressim dirimatur.§.21.nu.62
Potestas & uoluntas ad actus ualiditatem debent concurrere §.18.numero.79
Potest scribi per notas.§.20.numero.8
Pęnitentia uera quid,in præfa.nu.158
Pręteritum quando inducat præsumptionem ad præsens,uel ad futurum.§.15.num.90
Præteritio filii reddit testamentum nullum, etiam antequam filius impugnet.§.9.num.33
Præmii spe,quem inuitare ut nos hæredes faciat,an liceat, ard q.§.27.num.19
Præsumptio legis est liquida probatio.§.16.num.32
Præteritus quis dicatur.§.2.num.32
Præterito filio eo ipso dicitur pater intestatus.§. septimo numero.32
Proximitas quoad succedendum abintestato quando inspiciatur.§.10.numero.37
Pręlatio nunquam est inter uerbis tantum coniunctos ex ui solius conditionis uerbalis, contra communem.§.vigesimosecundo numero.50
Pręteritione unius filii etiam inter liberos factum testamentū uitiatur.§.11.num.54
Prælatio an esse possit inter re tantum coniunctos.§.vigesimosecundo,numero.1
Præteritus quis dicatur.§.21.num.72
Præteritus filius abintestato succedere nequit, antequam testamentum dicat nullum.§.7.num.27
Prælatio esse non potest inter uerbaliter tantum coniunctos, licet sint diuersimodè uerbaliter connexi,contra communē. §.22.numero.5
Præsumptio iuris est allegenda,nec ea allegatio nocet.§.primo numero.59
Præteritus quis dicatur.§.18.num.13
Principum,legum,& patriæ potestas ad utilitatem subditorum aptatur nec ultra progreditur,in præfat.num.15
Princeps ius quæsitum ex conuentione non potest auferre, in præfa.lib.2.num.40
Principum potestas & iurisdictio non ob ipsorum, sed ob subditorum utilitatem admissa, in pręfa.num.10
Priuilegiatas personas comprehendit lex generalis.§. secundo numero.88
Princeps contractuum substantiam non formam seruare tenetur in præfa.num.182
Principum qualis potestas in legibus mutandis uel dispensandis,in præfa.num.48
Princeps an posit tollere exceptionem,in præfatione. numero.109
Princeps an iuramentum posit tollere, in præfatione. numero.210
Principes legibus solutam esse,ut intelligendum,in præfatione numero.111
Priuilegium cessat quando ipsi priuilegiato cœpit nocere.§.17. numero.89
Princeps facere potest quod surdus mutus natura testetur.§.2. numero.171
Principis uel legis definitio ut ualeat,quid requiratur,in pręfa. numero.113
Principis assertioni quando standum,in præfa.num.124
Priuilegio principis asserentis aliud eidem priuilegium dedisse se quando stetur,in pręfa.num.117
Primus nominatus quod uideatur magis dilectus,ut intelligendum,in pręfa.lib.2.num.43
Priuilegia personalia non transmittuntur.§.nono numero decimonono.
Principibus non licere commissionem à populo immediatè & à

subditis manifestè sibi datam transgredi, in præfa nu.60
Principis ad exemplum quando sit iudicandum. in præfatio. numero. 12
Principis emptio ualet sine pretio in pecunia numerata, & locatio sine mercede certa, & emphyteusis sine scriptura, & stipulatio sine uerbis, in præfa num.183
Primogenito secundo genitum excludente & illico moriente durat exclusio. §.9.num.32
Priuilegia facilius pereunt, quàm ius commune. §. nono numero. 20
Principum angusta pot stas, in præfa. num. 108
Princeps an sit legibus solutus, in præfa. num.86
Princeps an cum legibus possit dispensare, in præfatione, numero. 41
Princeps etiam sine ulla causa dispensare potest in ijs, quæ sibi sunt á regione sua concessa, & etiam in reliquis quæ sunt leuioris præiudicij, non sic in alijs, in præfa. num.42
Princeps an dispensare possit ad maioratus creandos, uel creatos dissoluendos, & quoad officia aut munera publica uendenda, in præfa. num.43
Principis potestas regulatur á populi concessione expressa, aut tacita, aut uerosimili, in præfa. num.44
Principum aut uirorum illustrium assertioni an stetur in cócernentibus damnum tertii, in præfa. nu.119
Principis assertioni an stetur in respicientibus eius commodũ, in præfa. num.120
Principis assertioni statur cum res agitur inter partes, necéius magis intererat unum quam alterum, in præfatione numero. 121
Principi benemerita priuilegiati præcessisse asserenti an credatur, in præfa. num.122
Propria improprijs præferenda, in præfa. lib.2. num.38
Prodigalitatis uitium perniciosum. §.1. num.63
Proximitas quo tempore inspiciatur. §.10. num.13
Prorogari non potest terminus finitus. §.25. nu.54
Probatio nulla concludit indubitanter. §.17. num.112
Prodigus notorié ante interdictam bonorum administrationẽ, an possit contrahere. §.17. num.104
Probatio incerta non releuat. §.3. num.3
Prodigo furioso & mente capto etiam non petẽtibus datur curator. §.1. num.70
Prodigus non testatur etiam ad pias causas. §.1. num.61
Proscriptus non capit ex ultima uoluntate, fallit iure regio. §.2. numero. 16
Prodigi testamentum & contractus an antequã eis sit bonis interdictum ualeat, §.1. num.62
Probatio distat á rei essentia. §. 30. num.5
Prudentia iudicium bonitatis, in præfa. num.125
Prudentiores magis fide digni. in præfa. num.126
Puri, & purificati idem iudicium, §.23. num.40

Q

QVartas duas quando possit filius deducere, ardua quæstio. §. 28. numero.33
Quartas duas quando parentes deducant. ardua quæstio. §.26. numero.36
Querela, quo colore admissa. §.17. num.95
Quartarum in materia cui iuri standum sit, ardua quæstio. §.26. numero. 35
Querelam non habet filius naturalis tantum. §. decimoseptimo. numero.17
Querelam habebat institutus in minore portione, quàm legitima iure. ff. §.18. num.22
Querela inoffi. testam. etiam non præparata transmittitur. §.7. numero. 83
Querelans testamentum efficitur hæres necessarius ábintestato. §.3. numero.56

R

RAtione legis cessante in particulari, an cesset ipsius legis dispositio ard. q. §.30. num.31
Ratio expressa in lege, lex est. §.20. num.2
Ratio noua. §.17. num.13
Ratio an his, quæ sunt uoluntatis liberæ exquirenda non est. §. 30. numero.84
Rationis in lege expressæ quanta uis. §.19. num.6
Ratio in lege expressa, lex est. §.1. num.185
Ratio expressa in lege, pro lege habetur etiam in correctorib.
Repudians hæreditatem salua legitima totam hæreditatẽ quærit. §.15. numero.68
Restitutio an trahatur retro in præfa. num.95
Regulam transgredimur, ubi id aliqua æquitas suadet. §.18. numero. 113
Reciproca quando inter inæquales facta dicatur. §.19. nu.15
Regulis est adhærendum. §.18. num.12
Restituere hæreditatem rogatus, an prælegatum sit restituendum, ard. q. §.26. num.19
Restituere oneratus post mortem, si cum liberis decesserit filius, non tenebitur etiam ecclesiæ restituere, ardua quæstio. §.26. numero.6
Restitutio damni dati intelligitur cum appenditiis, in præfa. numero.98. uersi. ex superioribus colligitur pœnam.
Repudiatio particularis non trahitur ad aliam partem, aliud in aditione. §.15. num.64
Restituere si iussus sit, qui nouissimus decesserit ex pluribus, tunc inter illos tacita fideicommissaria facta uidetur, contra communem. §.25. nu.23
Restituere iussus, quo casu liberi solent excludere substitutũ, an eum excludant liberi concepti in seruitute in figura matrimonij egregia q. §.26. num.26
Res eadem non debet uario iure censeri, in præfa. nu.88
Regnum, aut imperium quid, in præfa. num.47
Relicta á secundo gradu an primo repetita uideantur, ardua q. §.27. numero.30
Res appellatio uerificatur in parte, ex præsumpta uoluntate testatoris. §.25. numero.62
Rei simpliciter prolatæ appellatione intelligitur tota res. §.25. numero. 64

S

SAcerdotium & iura & monachismus quando æquentur in fideicommissi restitutione. §.26. num.46
Seruos potest hæres institui, quod multoties ampliatur. §.5. numero. 2
Seruus in.8. casibus non fit hæres continuo sub morte testantis §.5. numero.3
Seruus non potest hæres institui á domina de adulterio cum ipso accusata. §.5. numero.4
Seruus á domino institutus & postea manumissus est hæres uoluntarius. §.5. num.7
Seruus á non domino institutus cuius iussu adire debeat. §.5. numero. §.& 9
Seruus cur possit iniussu domini hæreditatem tacité repudiare non expressim. §.5. num.10
Seruus alienus quis dicatur. §.5. num. 11
Seruus in quo usumfructum tantum habemus, dicitur alienus. §.5. numero. 12
Seruus plurium ut eis acquirat. §.5. num. 13
Sententia an rescindatur appellatione, in præfa. numero.98. uersicu. fatue.
Senectus, morbus est. §.1. num.74
Senex unde dicatur. §.1. num.75
Seruo non licet codicillari. §.1. num.99
Sententia ut rité á iudice lata habetur pro ueritate, ita etiam non rité á principe lata pro ueritate est, in præfatione. numero. 105
Seruus non testatur. §.1. num.97
Seruus habet uelle & nolle. §.5. nume.4
Seruitus potest desinere esse necessarium, in præfatione numero. 135
Seruus pene hodie fit nullus. §.1. num.152
Similia pro cautis habentur, §. decimoseptimo numero sexagesimoprimo.
Similia quando sequenda, aut captanda. §. uigesimosexto numero. 83

Similitudo ad transformationem apta,in præfa.nu.16
Similia quando limitanda.§.2.num.59.
Similis similem quærit,& amat.§ 17.num.106.
Sol difficilius ascendit quàm descendit.§.29.num.18.
Species generi suo affinior est , quam alteri speciei. § uigesimo tertio,numero 53.
Species integra semper deducitur de genere siue primo genus legetur,deinde species,siue contra.§.23.nume.82.
Spes non est ad hæreditatem uiuentis.§.nouo,numero decimo tertio.
Spurium successibilem facere statutum potest. § secundo , numero.65.
Specialia duo ex uarijs fontibus procedentis concurrunt.§.6. numero.30.
Statuta & consuetudines inferiorum an ualeant, si aduersentur iuri superioris.§.13 num.11.
Statutum ut stantibus masculis filiæ fœminæ non succedant, stante uno filio excludit fœminas contra Feli. cum multis.§. uigesimoquinto,num.41.
Statutum adimens adulto bonorum administrationem, uel inducens quod pater filio puberi faciat testamentum , ualet.§. 13.numero 8.
Studii causa donatio a patre filio facta , an ualeat, ardua quæstio.§.73.num.13.
Statuto stante ut stantibus masculis fœminæ non succedant ad fratris repudiantis portionem fœminæ non admittuntur in præf.lib.2.num.46.
Statutum & consuetudo inducere possunt ut quis cum duobus testamentis decedat, uel etiam partim testatus & pro parte non.§.13.num.13.
Studii causa legatum in minus solenni testamento relictum per triennium solutum an ualidetur,ardua quæstio. §.uigesimoseptimo,numero 12.
Stipulatio tempore fieri posset iurisgentium, in præf.nu.138.

Communia de substitutionibus.

Substitutio fortior iure accrescendi.§.6.nu.21.
Substitutio tacita præfertatur iuri accrescendi.§.24.num.4.
Substitutus separatim præfertur coniuncto.§.24.n.25.
Substitutio post mortem omnium amborum uel utrius si facta sit,quod non uideatur facta inter grauatos tacita substitutio sed post mortem primi statim admittitur substitutus , ardua q §.25.num.29.
Substitutus pupillariter ei , qui nouissimus decesserit,non facit uideri factas reciprocas fidei commiss. inter impuberes,cum communi,contra nouissimos.§.24.nu.70.
Substitutus pluribus implicatur non admittitur nisi post omnes exclusos cum communi §.uigesimoquarto, numero quadragesimoprimo.
Substitutus particulariter præfertur coniuncto,cum communi, §.24.nume 26.
Substitutus pluribus indefinite non admittitur , nisi post omnes exclusos in communi,noua ratio.§.24.nu.34.
Substitutio est conditionalis institutio.§.23.nu 39.
Substitutio facta impuberibus uulgarem tantum continet . §. uigesimoquarto,nu.10.
Substitutus pluribus alternatim post mortem cuiusque admittitur,contra communem.§.24.num.33.
Substitutus pluribus indefinite gradui magis quàm singulis personis substitutus uidetur.§.24.nu.13.
Substitutio illa post mortem omnium institorum tota hæreditas restituatur,habet locum statim post mortem cuiusque, contra cōmunem,§.25.num.43.
Substitutus pluribus repetit, non admittitur , nisi post omnes exclusos.§.24 num.40.
Substitutus pluribus alternatiue non admittitur post cuiusq; exclusionem,sed post uniuersorum exclusionem contra communem §.24.num.27.
Substitutus non uidetur uelle inter primo nominatos ius accrescendi adimere.§ 24.num.11.
Substitutus filiofam.adire nolenti excluditur per patrem illius, in præfa.lib.2 nume.7.
Substitutus pluribus non tam singulis quàm uniuersis substitutus uidetur , ideo excluditur per coniunctum , in præfa. lib.2.num.7.
Substitutus pluribus non tam singulis quàm uniuersis substitutus uidetur , ideo excluditur per coniunctum , in præf.lib. secundo,nume.8.
Substitutus præfertur coniuncto , cum communi,in præfa. lib. secundo,numero primo.
Substitutus uidetur nepos cum sic dixi , filium & ex eo nepotē hæredes instituo.§ decimoquinto,numero uigesimooctauo
Substituere directo post aditam paganus non potest §.18. numero 106.
Substitutio facta uidetur secundum ordinem coniunctionum. §.21.numero 48.
Substitutio directa cessat post aditionem ex legis interpretatione facta contra uerborum generalitatem. § decimosexto, numero decimoseptimo.,
Substitutio uincit ius accrescendi, in præfa.libro secundo, numero decimoseptimo.
Substitutus excludit coniunctum etiam si sit tacitus, cum communi,in præf lib.2.nu.15.
Substitutus pluribus collectiuè non admittitur, nisi post omnes exclusos cum communi.§.24.num.37.
Substitutio pluribus facta multipliciter potest formari. §.24.numero 23.
Substitutus an præferatur coniuncto, quando pluribus substituitur uulgariter & indefinite,§.24.num.primo.
Substituo uerbum,aptum est comprehendere utrumque casum tam aditæ quàm repud.hæred. §.decimoquinto , numero secundo .
Substituere non uidemur odio primi nominati , sed ad euitandam caducitatem.§.16.nu.18.
Substitutæ arbores.§.16.num.13.
Substitutus quare uincat coniunctum , ratio noua , in præf.lib. 2.numero 13.
Substitui puberibus an possis post aditam etiam hæred. directo fauore piæ causæ,ardua quæstio.§.11.nu.47.
Substitutus an præferatur coniuncto restituto, in præfa.lib. secundo, num.74.
Substitutio inualida an uincat ius accrescendi , in præfa . libro secundo,nume.70.
Substitutio uariatur ex temporis uarietate.§.decimooctauo, numero 55.
Verbum substitutus , comprehendit casum tam aditæ quàm repudiatæ hæreditatis § 11.num.1.
Substitutio facta in usufructu non extinguitur aditione,uel agnitione relictorum,in præf.lib.2.num.77.
Substitutus sapit naturam eius , cui subrogatur. §.duodecimo, numero quinto.
Substitutus an excludatur ab eo, qui iure tantum prætorio succedere potest.§.12.num.6.
Substitutus dicitur hæres .§.12.nu.2.
Substitutus dicitur hæres institutus.§ 12.nu.2.
Primum,secundum,& tertium instituo, si primus & secundus hæredes non erunt,eis substituo, non singulis sed ambobus facta uidetur substitutio , contra Alexandrum , & Curtium §.25.nume.72.
Substitutio illa, eis substituo , non singulis sed uniuersis facta uidetur,contra Cor.Bal.Ang.& Curt.iuniorē.§.25 nu.71.
Substitutionis species noscitur ex qualitate personæ , cui fit §. 13.num.42.
Substitutio nunquam inducitur per coniecturas, si est directa. §.25.num.52.
Substitutus pluribus similitudinarie non admittitur, nisi post omnes exclusos,cum communi.§.24.nu.42.
Substitutio omnis,quæ post aditam hæreditatem locum habet si pluribus sit post mortem cuiusque admittit substitutum,secus in substitutionibus,quæ ante aditam tantum hæreditatem locum habent,estque egregia q §.25.num.31.
Substitutio est hominis prouisio,in præf.lib.2.nu.4.
Substitutus per fideicommissum ei , qui nouissimus decedret ad totum inuitatus uidetur , licet non adiciat uerbum totum,sed indefinite loquatur , contra communem.§.uigesimo quinto,numero 21.

Substitutus pluribus distributiuè non admittitur nisi post omnes exclusos, cum communi,§.24.nu.39
Substitutus pluribus uniuersaliter non admittitur,nisi post omnes exclusos,cum communi.§.24.nu.38
Substitutus ei,qui nouissimus decesserit, non admittitur, nisi post omnes exclusos cum communi. §.24.nu.46
Substitutiones ut in successionibus legitimus a lege gradui, & non personis fieri uidentur,ita & cum fiunt à testatore gradui,non personis singulis factę intelliguntur.§. uigesimoquarto,numero.28
Substitutus pluribus copulatim,non admittitur, nisi post omnium exclusionem.cum communi. §.uigesimoquarto, numero trigesimoquinto.
Substitutus pluribus copulatiuè non admittitur, nisi post omnes exclusos,cum communi.§.24.nu.36
Substitutio an præsupponat præambulam institutionem.§.15. numero 75
Substitutio aptatur ad qualitatem personæ,cui fit, §.decimooctauo,nume.54
Substitutus Iudex.§.16.nu.14
Substitutiones quæ ante aditam hæreditatem locum habent, aliter interpretantur, quàm, quæ post acquisitionem locum habent,§.24.nu.16
Substituta pecora.§.16.nu.16
Substitutio non facta non recipit extensionem,secus si aliquo casu facta fit,nam tunc potest extendi ad alios casus, declaratio noua.§.25.nu.53
Substitutus potior coniuncto.§.24.n.3
Substitutionum noua diuisio.§.11.nu.17
Substituo verbum inspecta legis interpretatione,an omnes substitutiones comprehendat.§.11.nu.6
Substituo uerbum commune est,§.11.nu.25
Substituta actio.§.16.nu.15

De substitutione informi.

Informis substitutio quando excludat libertatem, §.11.nu. 35
Informis,& vulg.differunt.§.11.nu.36
Informis impuberi facta continet expressam tam uulgarē quā pupillarem uerbis generalibus,§.13.nu.41
Informis substitutio erat in terminis capitu.si pater, de testa, lib.6.§.11.nume.41
Informis substitutio comprehendit pupillarem etiam ex proprietate uerborum,§.11.no.20
Informis substitutio non tantum vulgarem, sed etiam reliquas omnes substitutionum species comprehendit. contra communem,opi.§.11.numero 5.
Informis,uel pupillaris,quæ iure directo valere nequit,quando ualebat vt fideicom.ard.q.§.11,nu.29
Substitutio informis continet sub se vulgarem expressam uerbis generalibus.§. 11.nume.4
Substitutio informis est illa,primum institu o,secundum substituo.§.11.numero.2
Informis non expirat,& si pupillus, cui fit uiuo patre decedat. §. 11.numero.37

De substitutione vulgari.

Vulgaris pupillarem definit in casibus continere.§.duodecimo numero vigesimoprimo.
Vulgaris facta in vno casu ad alium non porrigitur ,in 10. casibus.§.12.numero.22
Vulgaris comprehenditur cum dixi, si impubes hęres erit & in pupillari ętate decesserit, idem & facilius cum dixi, si in pupillari ętate decesserit. §.15 nu.6
Vulgaris, & pupillaris est,cum dixi,quis quis mihi heres erit, is impuberi hæres esto,§.15.nu.7
Vulgaris tacita contenta in uulgari expressa,an admittatur contra matrem.ardua. q.§.15.num.121
Vulgaris non continet tacitam pupillarem in militis testamento.§.15.numero. 44
Vulgaris tacita comprehensa in uulgari expressa, an admittatur contra matrem.§ 15.numero 41
Vulgaris contenta sub compendiosa, an admittatur contra matrem,§ 15.nume.154
Vulgaris continet sub se exemplarem.§.15.nu.48
Vulgaris tacita excludit matrem.§. 15.nu.119
Vulgarem an inducant illa uerba, uos inuicem substituo, ard. quęstio.§.11.numero.13
Vulgaris sub pupillari contenta, durat etiam impubere in uita patris moriente.contra communem.§.15.nu.13
Vulgaris expressa statuo post pupilli ablensionem tribuit bona testantis, & post mortem pupilli ex tacita pupillari bona testatoris dantur.§.12.nu.16
Substitutus post pupilli abstensionem ex tacita vulgari capit bona testatoris.§.12.nume.15
Vulgaris sub pupillari contenta,est ei ęque principalis , sed in 8.casibus non continetur hic enumeratis . §. decimoquinto numero.12
Vulgaris substitut. & ad diuersum finem fiunt quam fideicommissaria,& similes,§.25.nu.32
Vulgaris interdum non continet pupillarem . §. decimoquinto,numero.51
Vulgaris continet pupillarem etiam si mater sit in medio,§.15 numero.50
Vulgaris in pupillari an contineatur facta in testamento imperfecto inter liberos,§.15.nu.14
Vulgaris tacita contenta in pupillari expressa,an admittatur cōtra matrem.§.15.nu.118
Vulgaris expressa matrem excludit.§.15.nu.115
Vulgaris contenta sub reciproca admittitur contra matrem testatoris,§.15.nu.153
Vulgaris tacita an contineatur sub pupillari facta ex interuallo post patris testamentum §.12.nu.7
Vulgaris continetur sub tacita pupillari, cum communi contra nouis.§.11.nume.23
Vulgaris sub compendiosa comprehenditur secundum communem,opin.§.11.nume.3
Substitutio vulgaris uerificatur in casu uoluntatis , aut impotentiæ.§.12.nu.3
Vulgaris non refert fiat in hæreditate , an in suitate, §. 22.numero.4
Vulgaris tacita non extinguitur,licet pupillus cui fit dignitate uel deportione ,uel aliter a patris potestate liberetur,sed neq ipsamet pupillaris his casibus extingueretur. contra omnes. §.11.nume.45
Vulgarem non impediunt illa uerba,si hæres erit adiecta substitutioni compendiosæ, idem si adiiciantur substitutioni pupillari.§.12.nume.9
Vulgaris tacita contenta sub pupillari excludit matrem. §. 22. numero.10
Vulgaris tacita an extinguatur , si pupillus uiuo patre moriatur.§.11.numero.38
Vulgaris tacita non expirat, licet popillus cui fit à patre emancipatur,ardua.q.§.11.nu.40
Vulgaris tacita an aduentu pubertatis extinguatur. ardua. q. §. 11.numero.46
Vulgaris facta in uno casu facilius trahitur ad alium quàm ad pupillarem.§.15.nu.42
Vulgaris an comprehendatur sub compendiosa.§.18.n.2
Vulgaris contenta sub compendiosa admittitur contra matrem §.13.nume.34
Vulgaris tacitam pupillarem continet ea interpretatione extensiua.in præfa.lib.2.nu.37
Ius vulgaris substitutionis tacitę, an sit potentius iure accrescendi,in præfa.lib.2.nu.16
Vulgaris tacita contenta in expressa pupillari excludit matrem §.9.nume 17
Vulgaris tacita in expressa pupillari comprehensa admittitur contra matrem etiam cohęredem.in præfa.lib.2.nu.19
Vulgaris , uel informis facta non dementi , an contineat etiā exemplarem , in præfatione numero 98. versiculo quibus etiam.
Vulgaris tacita contenta sub pupillari expressa admittitur contra matrem testantis.§.13.nu.38
Vulgaris sub fideicommissaria nunquam intelligitur. §. 18. numero quarto.

De substi-

De substitutione pupillari.

Pupillaris substitutionis definitio . §. decimotertio , numero primo.
Pupillaris quare dicatur. §. decimotertio. nu. 2.
Pupillaris an fieri possit codicillis. §. decimotertio , numero tertio.
Pupillaris quare inuenta. §. decimotertio , numero 4.
Pupillaris quo iure inuenta. §. 13. nu. 5.
Pupillaris uon desinit nasci propterea quòd mater sit in medio, §. 18. num, 53.
Pupillaris tacita contenta sub uulgari expressa, uon admittitur contra matrem , secundum communem opinionem, nos contra. §. 15. num 104.
Pupillariter substitui impuberi exhæredato, cui legatum relinqui au ipso uiuo me moriente substitutus id legatum habiturus sit. §. 15. num. 15.
Pupillaris ab auo facta nepoti, nou infirmatur licet nepos in patris potestatem reciderit, contra communem. §. decimoseptimo, numero 35.
Pupillaris tacita contenta sub uulgari expressa admittitur contra legitimos dempta matre. §. decimoquinto, nume. 105.
Pupillaris est gemina, idem in uulgari . §. duodecimo , numero uigesimo.
Pupillaris substitutus excludit matrem etiam a legitima. §. decimoquinto, numero 16.
Pupillaris a milite facta nepoti iu patris potestatem recasuro, ad quæ bona trahatur. §. 15. num. 22.
Pupillaris obliquatur quando fit codicillis , idem si fiat extraneo, idem si maiori , idem si fiat à matre. §. decimoquinto, uumero 25.
Pupillaris est, cum dixi, pupillum instituo, Seium substituo, & continet sub se uulgarem. §. 15. num. 8.
Pupillaris fit etiam mala mente exhæredatis. §. decimoseptimo, numero 25.
Pupillariter substitutus interdum est hæres necessarius , §. 15. uumero 29.
Pupillaris substitutionis illud uerbum, si hæres erit , quem sensum habeat. §. 15. num. 3.
Pupillaris tacita an excludat fratrem pupilli, ardua q. §. 16. numero 36.
Pupillaris tacita contenta in expressa uulgari , an admittatur contra matrem, ardua q. §. 16. uum. 1.
Pupillarem ut pater facere nequeat statuto posset caueri , §. 13. numero nono.
Pupillus doli capax ut possit hæreditatem adire & alios contractus facere statuto induci posset. §. 12. num. 10.
Pupillaris fit principialiter fauore ipsius pupilli. §. uigesimoquinto, numero 48.
Pupillaris facta alternatim, uel alteruatiue, an post mortem cuiusque locum habeat, noua opi. §. 25. uum 49.
Pupillaris substitutus an post mortem cuiusque statim admittatur, noua opin. §. 25. nume. 50.
Etiam quando impuberes quorum ultimo moriente pupillariter substitui non succedebant inter se ab intestato , non uidetur inter eos facta reciproca eademque directa substitutio. § 25. numero. 51.
Pupillaris tacita contenta sub expressa uulgari an admittatur contra matrem, ardua q. §. 25. num. 86.
Pupillaris expirat pubertate. §. 15. num. 32.
Pupillariter substituendi ius an etiam hodie sit consuetudinarium. §. 13. uum. 12.
Pupillaris quotuplex sit. §. 13. num. 26.
Pupillaris expressa quadrupliciter fieri potest. §. decimotertio, numero 27.
Pupillaris quare excludat matrem. §. decimoquinto , numero quinquagesimonono.
Pupillaris quando obliquetur. §. decimoquinto, numero uigesimoquarto.
Pupillaris contenta sub breuiloqua , an sit expressa , uel tacita, §. 15 numero 113.
Pupillaris tacita contenta sub pupillari expressa an reperiatur, §. 15. num. 122.
Pupillaris contenta sub reciproca matrem excludit. §. 15. numero 112.
Pupillaris sub uulgari taxatiuè facta , uon comprehenditur. § 15. uumero. 92.
Pupillaris tacita ut fiat. §. 13. num 28.
Pupillaris sub reciproca contenta est expressa uerbis generalibus. §. 13. uum. 19.
Pupillarem non compendiosam inducunt hæc uerba, si filius in pupillari ætate decesserit. §. 13. uum. 10.
Substitutio pupillariter facta in tota hæreditate ei, qui nouissimus decesserit, non inducit inter impuberes tacitam substit. siue fiat uniuersaliter, siue distributiue, siue collectiue , siue ei, qui nouissimus decesserit contra communem plures conclusiones. §. 15. uum. 73.
Pupillaris facta pluribus, qui inter se ex toto non succedebant, habent locum statim post mortem cuiusq; contra communem, licet uon fiat ei, qui nouissimus decesserit, sed post mortem utriusque, uel amborum, uel omnium. §. uigesimoquinto, numero. 61.
Pupillo facta substitutio intelligitur pupillaris. §. decimotertio, numero 32.
Pupillaris an compēdiosa sit, cum dixi, si filius infra annum 14 decesserit. §. 13. num. 35.
Pupillaris non exigit illa uerba , si hæres erit , §. decimotertio, uumero 31.
Pupillaris & exemplaris differunt. §. uigesimosexto, numero decimoseptimo.
Pupillaris cuius fauorem respiciat. §. 12. num. 17.
Pupillaris an codicillis possit reuocari. §. decimoquinto, numero trigesimotertio.
Pupillari substitutione, §. 25. uum 47.
Pupillaris etiam si fiat in re certa trahitur ad bona. §. 15. numero 19. utriusque.
Pupillarem inducunt illa uerba, quisquis mihi hæres erit, is impuberi hæres esto. §. 13. num. 44.
Pupillare testamentum, quo tempore factum intelligitur. §. decimoseptimo, uumero 50.
Pupillaris finitur pubertate , & si longius tempus esset comprehensum. §. 18. num. 78.
Pupillaris est sequela testamenti paterni. §. decimoquinto , numero 60.
Pupillarem , uel exemplarem , an turpis persona facere possit, nor. q. §. 17. num. 90.
Pupillarem impuberem instituo, Titium substituo , pupillaris expressa est , matremq; excludit , contra communem. §. 18. numero 43.
Pupillaris tacita an matrem excludat. §. 11. uum. 18.
Pupillaris tacita an sub uulgari contineatur , stante statuto, ut uerba intelligantur ad literam. §. 11. nume. 19.
Pupillum instituo, Seium substituo, uulgaris est. §. decimotertio. numero 37.
Pupillaris est duplex substitutio. §. 12. num. 11.
Pupillaris emancipatione pupilli an extinguatur , ardua q. §. 11. numero 43.
Pupillaris tacita excludit matrem, & si pupillus uiuo patre moriatur. §. 11. num. 39.
Pupillaris tacita uel informis au matrem excludat, quando pia causâ fuit substituta. §. 11. num. 34.
Pupill. an compendiosam inducant illa uerba, si filius in pupillari decesserit, ardua q. §. 11. uum. 33.
Pupillaris excludit matrem a legitima etiam si sit statutum, ut uerba ad literam intelligatur. §. undecimonono, numero uigesimosexto.
Pupillaris an excludat matrem a legitima ardua quæstio. §. undecimo, numero 24.
Pupillis uarie subuentum quo ad eorum successiones. §. primo uumero 110.
Pupillaris facta in codicillis uertitur in fideicommissariam. §. 1. numeru. 111.
Pupillaris facta usque ad annum. 25. ualet usque ad 14. §. 1. numero 117.
Pupillaris non iure puberi facta nunquam obliquatur. §. primo, numero. 18.
Pupillaris tacita non excluditur per impuberis legitimos hæ

redes dempta matre.§.9.nume.18.
Pupillaris tacita an ius accrescendi matri competens excludat. §.9.numero 29.
Pupillaris est impuberi fauorabilis.§ 18.num.70.
Pupillaria utilis est pupillo.§ 17.num.40.
Pupillaris substitutio an codicillis possit reuocari. §.trigesimo, numero 33.
Pupillaris an extraneo fieri possit,in præfa.numero 98. uersic. ex superioribus.
Quando impuberes inter se ab intestato non possint succedere,tunc substitutus si non apparet uter prior decesserit, neutram hęreditatem habebit.§.15.nume.79.
Pupillaris quis sit effectus,quando pupillus post abstensionem decessit.§.13.num.40.
Pupillaris testamento facta,cum clausula condicillari infra pubertatem ualet iure directo secundum omnes, postea iure fideicommissi secundum communem opi. Viglius contra & recte.§.15.num.26.
Pupillaris expressa continet,sub se tacitam uulgarem, ardua q. §.15.nume.1.
Pupillaris ut pubertate,an ita & uulgaria substitutio in ea contenta expiret,ardua q.§.15.numeo 35.
Pupillaris an impuberum substitutio congruentius dicatur.§. 15.numero 18.
Pupillus impubes quis dicatur.§.15.numero.29.
Pupillaris tacita an excludat patrem pupilli, ardua quæstio, §.16.numero 35.
Pupillaris est non compendiosa, cum dixi, filio impuberi si decesserit substitutio,§.13.nume.43.
Pupillaris an tum non etiam uulgaris finitur si impubes uiuo patre moriatur.§.decimoquinto, num.36.
Pupillaris hęreditas est ueluti portio paternę hæreditatis. §.uigesimotertio,numero.37.
Pupillaris tacita an excludat matrem testatoris, auiam pupilli, ardua q.§.16.num.33.
Pupillaris facta a milite potest non trahi ad bona utriusque, §.15.numero 21.
Pupillaris tantum non etiam uulgaria euanescit impubere emancipato.§.15.numero 37.
Pupillaria tacita quare contra matrem cesset. §.decimoquinto, numero 55.
Pupillaria facta exhæredato uulgarem non continet. §.decimo quinto,numero 53.
Pupillaris continet sub se uulgarem & exemplarem.§.decimoquinto.num.52.
Pupillaris tacita,an excludat auiam maternam pupilli, ardua.q. §.16.num 34.
Pupillaris facta in patre pupilli ultimo morientis si erant alii fratres,& auus,nunquam trahitur ad utriusque impuberis portionem contra mentem communis opinionis. Idem, si alii fratres non essent, sed tantum auus uel auia impuberū, contra mentem communis opin.§.15.num.39.
Pupillaris duobus impuberibus facta, ambobus non alterutri facta uidetur.§.15.nume.34.
Pupillaris continet sub se tacitam uulgarem etiam si fiat in casu tantum impotentiæ, §.15.numero 46.
Pupillaris trahitur etiam ad bona materna.§.15.num.20.
Pupillaris substitutus matrem excludit etiam in foro animæ a legitima.§.15.nume.17.
Pupillaria tacita non careret effectu, licet contra matrem non admittatur.§.16.nume.24.
Pupillaris substitutus potest esse nilus persona. §.17.nume.92.
Pupillaris fit etiam exhæredato.§.17.num.96.
Pupillaris tacita excludit matrem de uoluntate testantis. §. decimooctauo,num.101.
Pupillaria quando in fideicommissariam conuertitur, cessat quartæ detractio. §.decimooctauo, numero septuagesimosecundo.
Pupillaris est, si dixi, si pupillus in pupillari ætate decesserit, Seius hæres esto. §.decimotertio, numero trigesimotertio.
Pupillarem, aut exemplarem, an possit facere notorie prodigua.§.17.nume.103.
Pupillaris an conseruatur uitiato per præteritionē testamēto, & quid in legatis relictis in principali testamento, uel in pupillari,& quando conseruentur legata & si hęreditas adita non fuerit.§.30.num.51.
Pupillaris an uulgarem sub se contineat.§.decimoquinto,numero nono.
Pupillaris trahitur ad bona tam patris quā filii, §.decimoquinto,numero,28.
Pupillaria expressa excludit matrem, §.decimoquinto, numero quinquagesimooctauo.
Pupillari in substitutione illa uerba, si hæres erit, quo sensu uideantur adiecta. §.decimotertio, numero trigesimo nono.

De substitutione exemplari.

Exemplarem humanitatis intuitu admissam fuisse, ut accipiendum.§.17.num.29.
Exemplarem quare fiat a matre, quæ pupillarem facere non potest.§.17.num.12.
Exemplaris fieri potest pupillo furioso in potestate testantis constitutio,ardua quæstio.§.decimoseptimo, numero sexagesimooctauo.
Exemplarem continet pupillarem §. decimoquinto, numero quadragesimonono.
Exemplarem an facere possit mater uilis. § decimoseptimo, numero 105.
Exemplaris an fieri possit recasuro in alterius potestatem, not. q §.17.num.13.
Exemplarum quid dicatur §.17.num.3.
Exemplaris non fit spurio a matre illustri.§.decimoseptimo, numero decimonono.
Exemplaris facta extraneo an ualeat. §.undecimo, numero trigesimoprimo.
Exemplaris non fit,nisi liberis,qui possunt ad querelam inoffi. testamenti uenire.§.17.nu.16.
Exemplaris facta ab auo nepoti non infirmatur, licet nepos in patris potestatem redierit, contra communem,§.decimoseptimo,numero.16.
Exemplaris non fit filio spurio.§.17.num.18.
Exemplaris facta a matre per secundas nuptias ipsius non infirmatur contra communem.§.decimoseptimo, numero trigesimoptimo.
Exemplarem facere potest pater secundo nubens. §.decimoseptimo,numero 32.
Exemplarem,& pupillarem auus nepoti in patris potestatem recasuro facere potest.§.17.num.34.
Exemplaria quare dicatur.§.17.num 2.
Exemplaria quid sit.§.17.num.1.
Exemplaris,& pupillaris consilia simillima. §.decimoseptimo, numero.70.
Exemplaria an fiat a matre, quæ transiuit ad secunda uota,ardua.q.§.17.num.24.
Exemplaris excludit matrem etiam a legitima. §.undecimo,numero 28.
Exemplaris non fit nisi liberis, quibus debetur legitima. §.17. numero 11.
Exemplaris an fieri possit a patre filio naturali tantum, §.17. numero 10.
Exemplaris quare inuenta.§.17.num 8.
Exemplaris fi[illegible] nō pōt parentibus a liberis, not.q.§.17.nu.62.
Exemplaris non fit nisi perpetuo morbo laborantibus, contra nouissimos.§.17.num.109.
Exēplaria tacita cōtinetur sub uulg.expressa.ard.q.§.17.nu.59.
Exemplaris an fatuo fieri possit,not.q.§.18.num.110.
Exemplaris pupillo furioso,emācipato fieri potest.§ 17.n.107.
Exemplaris pōt hodie fieri furioso de iure cōi,not.q.§.17.n.75.
Exemplare testamētum quādo plures parentes simul facere possint.§.17.num.47.
Exemplaris & pupillaris regulariter æquantur. §.decimoseptimo,numero sexto.
Exemplarem facere non potest pater, nec pupillarem, si ei est interdicta bonorum administratio. §.decimoseptimo, numero 102.

Exemplaris

Exemplaris an per superuenientiam liberorum euanescat. ardua quæstio. §. 17. nu. 83
Exemplare testamentum, quo tempore factum uideatur. §. 17. numero. 49
Exemplaris, quæ resipientia euanuit, an conualescat si resipiens recidat in furorem. ardua quæstio. §. decimoseptimo numero. 48.
Exemplari in substitutione facienda, qui præferantur, not. q. §. 17. nume. 45
Exemplaris substitutio an admittat exhæredationem, uel præteritionem quorundam ex liberis mente capti. ardua. q. §. 17 numero. 55
Exemplaris non potest fieri simul à patre & matre, sed ab alterutro tantum. egregia. q. §. 17. nu. 39
Exemplaris, & pupillaris differentia. §. decimoseptimo numero. 57
Exemplaris puberi facta, si is furere cœperit, uidetur sub uulgari simpliciter ei facta. ardua. quæstio, §. decimoseptimo numero. 60
Exemplarem an uilis persona facere possit. nut. q. §. 17. numero. 98
Exemplaris quo iure inducta. §. 17. nu. 5
Exemplaris regulatur secundum naturam pupillaris. §. 17. numero. 46
Exemplaris facta in uno casu trahitur ad alios. §. decimoquinto, numero. 47.
Exemplarem spurio mater non illustris facere potest, §. 17. numero. 21

De substitutione compendiosa.

Compendiosa à pagano non refert fiat verbis directis an communibus, nam utroque casu post pubertatem ualet ut fideicommissaria, & infra pubertatem, ut pupillaris, siue mater sit in medio, siue non. §. 18. nu. 61
Compendiosa facta à pagano uerbis directis post pubertatem, an obliquetur, ard. q. §. 18. nu. 76
Compendiosa est apta comprehendere sub se omnes substitutionum species, §. 18. nu. 103
Compendiosa & pupillaris ut differant inter se. §. 18. numero septuagesimoquarto.
Compendiosa facta à pagano uerbis obliquis omni tempore est fideicommissaria, §. 18. nu. 66
Compendiosa ita facta, si sine liberis decesserit, uel sic, quandocunque decesserit, ualet etiam post pubertatem §. decimo octauo numero, 75
Compendiosa, uel fideicommissaria facta in legatis continet sub se uulgarem. §. 18. nu. 34
Compendiosa uulgarem continet, fallit si sic statutum, ut uerba intelligantur prout iacent. §. 11, nu. 21
Compendiosæ & pupillaris uaria exempla, & differentiæ. §. 13. numero. 45
Compendiosa facta puberi, uel extraneo, ualet ut fideicommissaria etiam post pubertatem, §. 18. nu. 69
Compendiosa est muta, §. 18. nu. 83
Compendiosa facta à pagano post pubertatem nullo modo ualet. §. 15. numero. 62
Compendiosa facta uerbis communibus continet sub se omnes substitutionum species, quæ dicuntur expressæ uerbis generalibus. §. 18. nu. 52
Compendiosa impuberi facta à pagano uerbis communibus infra pubertatem ualet iure pupillaris, si mater non in medio, sed & si mater sit in medio adhuc idem, §. decimooctauo numero. 51
Compendiosa facta à milite uerbis directis post pubertatem, an ualeat ut directa militaris etiam si mater sit in medio. ardua. q. §. 18. nu. 109
Compendiosa uerbis communibus facta, eas substitutiones comprehendit, quæ post aditam, non quæ ante aditam locum habent. §. 18. nu. 8
Compendiosa post pubertatem ualet iure fideicommis. quando inter fuit tantum dinumeratio, §. decimooctauo numero septuagesimotertio.
Compendiosa sic facta, quandocumque impubes decesserit bona mea inter pauperes distribuantur, est pupillaris infra pubertatem, & postea fideicommissaria. §. decimooctauo, numero. 62
Compendiosa facta à milite uerbis communibus, quas substitutiones comprehendat ardua quæstio. §. decimooctauo, numero. 63
Compendiosa à milite uerbis communibus facta infra pubertatem ualet ut pupillaris, postea ut directa militaris, siue mater sit in medio, siue non. §. decimooctauo, numero sexagesimoquarto.
Compendiosa facta à pagano uerbis communibus post pubertatem fideicommiss. est. §. decimooctauo, numero quinquagesimo.
Compendiosa à pagano uerbis communibus facta, quòd infra pubertatem sit pupillaris, licet mater in medio pro communi contra alteram communem, §. decimooctauo, numero quadragesimonono.
Compendiosa facta à milite uerbis obliquis omni tempore est fideicommissaria. §. 18. num. 68.
Compendiosa facta à pagano uerbis communibus, & si mater sit in medio, infra pubertatem ualet ut pupillaris. §. decimo octauo, nu. 67
Compendiosa continet sub se uulgarem. §. decimooctauo numero. 102

De substitu. reciproca.

Rebus non verbis noscitur actus, §. uigesimosexto numero decimosexto.
Reciproca inter filiumfamil. & emancipatum impuberes facta, si emancipatus readoptetur, an incipiat continere pupillares §. 19. numero. 13
Reciprocam, & compendiosam non iustè fuisse à Barto. exæquatas. §. 11. nu. 14
Reciproca non comprehendit fideicommissariam, cum communi, contra, Ias. §. 11. nu. 9
Reciproca facta non uidetur inter impuberes, licet eis pupillaris facta sit in tota hæreditate contra communem, unde si prior post pupillarem decederet superstiti portionem suam restituere non teneretur. cum Viglio contra Aret. & Coua. § 25. nume. 75
Etiam quando impuberes quorum nouissimo moriente pupillariter substitui, inter se ab intestato non succedebant, non uidetur inter eos facta reciproca fideicommissa. §. uigesimoquinto. nu. 58
Reciproca quot tempora habilia desideret. §. decimonono. numero tertio.
Reciproca continet sub se pupillares, & licet unus ex pupillis pubescat, non illico in persona alterius euanuit pupillaris. §. 19. nu. 16
Reciproca in substitutione eædem partes adiectæ uidentur, quæ inerant institutioni. §. decimonono. numero secundo.
Reciproca ut fiat. §. 19. nu. 1
Reciproca continet sub se tam uulgares, quàm pupillares, §. duodecimo, numero. 18. & omnes sunt expressæ verbis generalibus, nu. 19
Reciproca facta duobus filiis impuberibus, & extraneo, an etiam pupillares contineat. ardua quæstio. §. decimonono, numero quarto.
Reciproca facta inter impuberes & dementem, an pupillarem, & exemplarem contineat. ardua quæstio. §. decimonono numero. 14
Reciproca comprehendit omnes substitutionum species. §. 19. numero quinto.
Reciproca filiis impuberibus facta, si alter emancipetur, pupillaris in eius tantum persona, non etiam in persona alterius suspenditur. cum Iason. contra communem, §. 19. numero decimo.

Fideicommiſſum etiam infra pubertatem, quod poſſea ualet iure fideicommiſſi, ampl. etiam ſi fiat à milite. §. decimoquinto numero. 23
Fideicommiſſaria fit ſubſtit. quæ ut directa fieri non potuit. §. 18. numero. 84
Fideicommiſſaria fit principaliter fauore fideicommiſſarii, uulgaris autem fauore teſtamenti. §. 25. num. 1
Fideicommiſſaria eſt oneroſa. §. 18. num. 71
Fideicommiſſ. onus eſt. §. 1. num. 112
Fideicommiſſaria quando imitatur pupillarem, expirat pubertate. §. 1. num. 185
Subſtitutus etiam fideicommiſſarius excludit coniunctum, in præfa. lib. 2. num. 89
Fideicom. tranſit in directam ſubſt. fauore libertatis & piarum cauſarum. §. 11. num. 12
Fideicommiſſaria an ſit propria ſubſtitutio, & quid in ſtatutis. §. 11. numero. 11
Fideicommiſſ. an inducant illa uerba, ſi filius in pupillari ætate morietur, teſtamentarii mei bona mea diſtribuant inter pauperes, ard. q. §. 26. num. 2
Intell. l. quod fideicommiſſum. ff. de leg. 2. §. 1. num. 116
Fideicommiſſ. ſubſt. coniunctis poteſt induci. §. vigeſimoquinto numero. 19
Fideicommiſſ. uniuerſ. an à morte teſtantis tranſmittatur, ard. q. §. 26. numero. 39
Fideicommiſſ. facta nouiſſimo morienti non habet locum poſt mortem primi, cum communi. § 25. num. 17
Reſtituere poſt mortem pauperibus iuſſus poteſt tempus mortis præuenire, ard. q. §. 26. num. 14
Fideicommiſſ. poſt mortem impuberis relictum, an ab ipſo relictum uideatur ard. q. §. 26. nu. 38
Fideicommiſſaria facta duobus ut ſi utrunque deceſſerit, reſtituat poſt mortem cuiusque uendicat locum. §. vigeſimoquinto numero. 44
Reſtituere totum ex primo nominatis, qui nouiſſimus moreretur iuſſus ſi fuit, tacita fideicommiſſaria inter illos facta uidetur cum communi op. idem ſi uerbum totum adiectum nō eſſet, contra communem, unde primi morientis portio, ad ſibi coniunctum migrauit, contra communem, & poſtea utraque portio fideicommiſſarium pertinebit, contra communē, idemque etiam in legatis. §. 25. num. 18
Fideicommiſſaria eſt odioſa. §. 18. nu. 19
Fideicommiſſ. facta nouiſſimo moriente ſimpliciter trahitur ad utranq; portionem, contra communem. §. 25. nu. 18
Fideicommiſſ. facta in portione tantum ultimi morientis nunquam trahitur ad utranque portionem, contra communem, & idem in pupillari ſimiliter contra communem. §. vigeſimoquinto, num. 31
Fideicommiſſaria facta poſt mortem omnium inſtitutorum uendicat locum poſt mortem cuiusque, cum communi contra Curti. iuni. Paul. & alios. §. 25. nu. 42
Fideicommiſſo res ſubiecta, an iure. ff. poſſet alienari. §. 28. numero. 8
Fideicommiſſaria ita facta, ſi uterque filius ſine liberis deceſſerit reſtituas, alter cū liberis alter ſine liberis deceſſit, ad huius ſucceſſionē admittitur ſubſtitutus. egregia. q. §. vigeſimoquinto numero. 46
Fideicomm. ita facta. inſtitutis ſubſtituo talem in tota hæreditate, habet locum poſt mortem cuiuſque, cōtra communem. §. 25. num. 20
Fideicom. facta ſingulariter poſt mortem cuiuſque habet locū, cum communi. §. 25. num. 3
Fideicom. onus eſt. §. 18. nu. 41
Succeſſ. legitima præfertur teſtamentariæ, ſi id uelit teſtator. §. 18. numero. 87
Succeſſiones quoad ſui tam inuentionem quam formam ſunt iuris ciuilis, in præfa. num. 172
Succeſſiones quoad actiones ad ſui executionem competentes ſunt iuris ciuilis, in præfatione numero centeſimo ſeptuageſimoquarto.
Succeſſionis cauſa dominium quæſitum an ſit iuris ciuilis, in præfa. numero. 171
Succeſſio ex teſtamento, & abinteſtato gradatim debetur liberis. §. 4. num. 52
Succeſſibiles an ſtatutum facere poſſit natos ex damnato coitu. §. 2. num. 66
Suitas an tollatur exhæredatione. §. 7. nu. 29
Succeſſio legitima defertur fratribus ſimul cum auo uel auia. §. 25. nume. 38
Succedere ex teſtamento filia poteſt, ubi eſt ſtatutum ne ea abinteſtato ſuccedat. §. 2. nu. 81
Succeſſionum legitimarum ad inſtar ſubſtitutiones, quæ ante quæſitum relictum locum habent, factę uidentur. §. vigeſimoquarto numero. 15
Succedere ab ſtatuto cum filia ſtantibus maſculis uetatur an pacto accedente patris uoluntate ſuccedat. §. ſecundo numero. 85
Succeſſio in uniuerſalem tradit ius accreſcendi in legatis ſecundum communem, nos contra. §. 22. nume 72
Succeſſionis, qui ad ſuam utilitatem incapax eſt, ad alienum cō modum capax non eſt. §. 2. num. 57
Succeſſio abinteſtato gradatim defertur inuito eo, cuius de hæreditate agitur. §. 2. num 84
Succeſſiones ſunt iuris ciuilis. §. 1. nu. 125
Suus non erit filius meus fratri ſuo pupillariter ſubſtitutus, cum Ripa contra communem. §. 11. num. 10
Suitas an tollatur datione ſubſtituti uulgaris, in præf. libr. 02 numero. 52
Suitatem non tollit tacita uulgaris ſub pupillari contenta, in præfa. lib. 2. num. 53
Sui non minus, ſed magis neceſſarii erant quam ſerui. §. decimo numero. 3
Suitas non tollitur, quando filius ſub conditione inſtitutus fuit, & cohæredem extraneum habuit. §. 10. num. 9
Suitas non tollitur datione cohæredis extranei. §. 10. nu. 10
Suitas non tollitur licet filius ſub conditione inſtitutus fuerit, & ſubſtitutum uulgarem & cohæredem extraneum habuerit. §. 10. num. 18
Suitas per exhęredationem non extinguitur, ſed ſuſpenditur. §. 2. numero. 45
Sui in hæreditatibus æquantur extraneis & in legatis. §. 6. n. 15
Suitas non extinguitur, ſed ſuſpenditur per conditionem appoſitam in filii inſtitutione. §. 2. num. 46
Suitas per conditionem ſi uelit, extincta, an reuiuiſcat ſi conditio exiſtat. §. 10. num. 7
Suitatis ratione continuatur dominium in filios ſtatim à morte parentum. §. 7. num. 30
Suitas eſt & non patria poteſtas in adoptiuis. §. decimoquinto numero. 84
Suitas non tollitur datione cohæredis extranei ex uoluntate præſumpta teſtantis, idē in ſubſtituto uulgari. §. decimooctauo numero. 99
Suitas pendente poſthumi natiuitate ſuſpenditur, non tollitur. §. 10. num. 20
Suus an ſit filius in re certa inſtitutus. §. 7. nu. 20
Suitas ſæpe eſt ſine patris poteſtate. §. 15. nu. 81
Surdos, mutus natura teſtatur, ſi ſit miles. §. 1. n. 169
Suitas an exhęredatione extinguatur, in pręfatio. numero. 98. verſi. & ſane.
Lex futurorum certa non eſt, in pręfatione, numero. 98. verſic & ſanè.

T

TAcita voluntas non eſt propria, in pręfa. lib. 2. nu. 35
Tacitum & expreſſum ſi cōtrariantur, præfertur expreſſum. §. 15. nume. 116
Tacitum non ſemper vincitur ab expreſſo. §. ſexto numero. 34
Taciti & expreſſi par potentia. §. 16. num. 3
Taxatiua, non excludit caſus ſimiles. §. decimoſeptimo numero. 100
Tacitum non raro fortius expreſſo. §. 6. num. 6
Tempus aut ponitur ad creationem, aut ad reſolutionem, aut ad executionem relicti. §. 29. num 3

Tempus non quo fit, sed in quod confertur dispositio inspicitur. §.18. numero. 37
Tempus longum inducit præsumptionem etiam in his, quæ sunt præiudicii tertii. §.4. num. 42
Tempus certæ ætatis an fauore piæ causæ faciat diem. §. 28. numero. 4
Tempus certæ ætatis positum ad exclusionem iuris quæsiti facit diem. §. 29. num. 1
Testari aut codicillari nequeunt proscriptus, aut ad mortem naturalem damnatus, aut qui mortem sibi consciuit, aut obses, aut captus ab hostibus, & quid in donatione causa mortis. §. 1. num. 160
Testari quis non potest in quinq; casibus hic enumeratis, & si liceat mortis causa, donare §. 1. num. 161
Testari pro parte tantum nullus potest præter militem. §. 3. numero. 54
Testatus pro parte quare ex post facto quis possit decedere. §. 3. num. 55. & 59
Testandi facultatem potest sibi adimere quis per actum meritorium, uel demeritorium, uel medium, sed non nuda uoluntate. §. 1. numero. 101
Testari non potest, qui articulate loqui nequit. §. primo. numero. 91
Testamenti appellatione an ueniant codicilli. §. primo. numero. 100
Testamentum semel infirmatum, an si id uelit testator conualescat. §. 18. numero. 90
Testamentum superius per inferius minus solenne nolente testa te tollitur. §. 18. num. 89
Testamentum superius per inferius tolli desinit, si id uelit testator. §. 18. numero. 88
Testatori, qui mortis cogitatione turbatus præsumitur, est subueniendum non irascendum, in præfa. num. 20
Testator potest facere ut dies incertus non faciat cōditionem, & ut conditio, quæ non est conditio, conditionem faciat. §. 20 numero. 15
Testandi & codicillādi facultas laxior est de iure canonico, quā ciuili. §. 1. num. 175
Testator non uidetur habere respectum ad tempus certæ ætatis, sed tantum ad tempus. §. 29. num. 12
Testari an possit, qui omnia bona præsentia & futura donauit. §. 1. numero. 180
Testatoris uoluntas seruanda, licet à ui uerbi recedatur. §. 18. numero. 82
Testamentum non impugnat, qui ab intestato nequit succedere. §. 17. numero. 85
Testandi potestas est iuris ciuilis. §. 1. num. 174
Testamenti irritatio ob filii præteritionem à lege facta eo absente habetur infecta, in præfat. numero nonagesimooctauo uersi. & fané.
Testamentum semel ualidum, & postea infirmatum, reualidatur cessante ratione suæ inualidationis. §. 17. num. 53
Testandi facultatem quisque sibi auferre potest. §. primo numero. 182
Testamentum inter liberos ratione uoluntatis an ut codicillus ualeat, ard. q. §. 30. num. 39
Testator de uno fundo plures facere potest, sed de hæreditate plures facere nequit. §. 23. num. 56
Testandi facultas dispensanne data. §. 3. num. 51
Testamentum an incipiat à tacita uulgari, ardua quæstio. §. 11. numero. 22
Testamentum nuncupatiuum, an ualeat tanquam conditum in scriptis, uel contra, testator possit iubere. §. 30. num. 35
Testamenti factio passiua denegatur, in casibus. 5. §. 2. nu. 29
Testandi & succedendi ius ciuile. §. 2. num. 25
Testamentum imperfectum ratione uoluntatis an pias ad causas ualeat, ard q. §. 30. num. 40
Testatur quis per alium. §. 20. num. 15
Testato quam intestato expedit decedere. §. decimosexto numero. 6
Testamentum etiam nuncupatiuum minus solenne an ualeat inter liberos, ard. q. §. 30. num. 44
Testamentum inter liberos si quidam sint instituti, quidem præteriti non ualet. §. 2. num. 34
Testari non potest, qui uendidit se. §. primo numero centesimoprimo.
Testari alter pro altero an possit ex ui statuti. §. decimotertio numero. 15
Testati quam intestati causa potior. §. 16. num. 5
Testandi libertas an statuto minui possit. §. 13. num. 17
Testati quam intestati causa fauorabilior. §. 13. num 69
Testator quoniinus pote t uidetur hærede onerasse. §. 23. nu. 54
Testamentum potest incipere à substitutione. §. 3. num. 70
Testari non posse nociuum est, num. 108. in. §. 1
Testator uidetur se confirmare cum legis dispositione. §. 6 num. 19. & idem in successione abintestato. num. 20
Testamentum inter liberos an uideatur habere clausulā derog. & clausis non ualet quod ago, ut ago, &c. §. 30. num. 45
Testatus pro parte paganus decedere nequit, §. 3. nu. 88
Totum intelligitur rei simpliciter legatæ appellatione. §. 25. numero. 26
Testam. minus solenne inter liberos an exigat quod sint æqualiter honorati ard. q. §. 30. num. 46
Testari potest semi mortuus. §. 1. nu. 94
Testium receptio aliquando ualet sine partis citatione, in præf. numero. 128
Testes in re uariantes peiores quam si in uerbis uariarent. §. 3. numero 87
Testes forenses. § 20 numero. 10
Testes domestici quando admittantur, in præfatio. nu. 119
Testis in re propria quando admittatur, in præfatione. numero. 130
Testis etiam hodie esse non potest filiusfam. in testam. §. primo numero. 14
Titulus institutionis non inducitur per uerbum relinquo adiectum rei singulari. §. 18. num. 8
Tyrannidis signum claudere aditum ad iudicadum de legibus, in præfa. num. 79
Totum continetur rei appellatione. §. 3. num. 65
Totum pertinet ad simpliciter uocatum, in præfatione, libro. 2. numero. 14
Transmissio cessat post repudiationem, §. quinto numero decimooctauo.
Transmissionis ius potentius quam substitutionis. §. decimoquinto numero. 107
Transmittitur hæreditas ut adeunda. §. decimoquinto. numero septuagesimooctauo.
Transmissio uolente testante definit impediri per conditionem. §. 18. numero. 94
Transmissio iure sanguinis, non contingit ascendentibus, sed tantum descendentibus. §. 17. nu. 63
Transmissio iure sanguinis contingit in hæreditate cuiuscunq; ascendentis. §. 7. num. 10
Transmittitur hereditas non adita ex ui iuris deliberandi. §. 7. numero. 11
Transmittitur residuum anni ad deliberandū concessi ad quoscunq;. §. 7. num. 12
Transmissio ex iure deliberandi contingit in hæreditate etiam extranei tam ex testamento quam abintestato. §. septimo numero. 13
Transmissiones iure suitatis uel sanguinis fiunt perpetuo & etiam ab eo qui ignoraret hereditatem sibi delatam. §. septimo numero. 14
Transmissio ex iure deliberandi non fit nisi intra annum, & requirit quod transmittens sciat hereditatem ex testamento sibi uel abintestato delatam. §. 7. nu. 15
Transmissio ex iure deliberandi contingit ignorantibus per restitutionem. §. 7. nu. 16
Transmittitur fideicommissum uniuersale. §. 7. num. 17
Transmittitur ius agendi ad supplementum. §. septimo numero decimooctauo.
Suitatis iure an hæreditas ad extraneos transmittatur. §. octauo numero. 6. & 8
Suitatis iure transmittitur hereditas non adita etiam ad extraneos & etiam ad exclusionem liberorum. §. 8. nu. 9
Transmissio iure suitatis non impeditur per conditionem si uelit. §. 10. nu. 22
Transmittuntur actiones personales. §. 7. nu. 22

Transmitti an possit ius nondum agnitum.§ 7.nu.23
Supplementi ius ad quos transmittatur.§ 7.n.24
Transmittitur querela inofficiosæ donationis,§.7. n.25
Transmittitur ad quoscunque etiam extraneos iusdicendi nullum.§.7.nume.26
Transmissio inuenta fauore eius, cui per prius delata fuit hæreditas.§.7.nume.41
Transmittit conductor ante impletum conductionis tempus decedens.§.7.numer.42
Transmittutur actiones personales actiuè & passiuè.§. septimo numero.43
Transmittit mulier priuilegium reuocandi rem dotalem à marito alienatam.§.7.nu.44
Transmittatur ne ius reuocandæ abstensionis.§.7.nu.45
Transmittitur nobilitas in posteros legitimos.§.7.nu. 46
Transmissio contingit etiam ex ui conuentionis. §.7 nu 47
Transmittitur pœna debita iniuriam passo.§.7.nu.48
Transmittitur etiam ante hæreditatis restitutionem fideicommissum uniuersale. § 7.nu.49
Restitutionis beneficium transmittitur,§.7.nu.50
Transmittatur ne hæreditas ab instituto sub cōditione,§.7.n.51
Transmissio hæreditatis non aditæ cessat regulariter. §. 6.nu.7
Idem in bo.poss. n.8.idem in substitutione.nu.9
Transmittitur ius accrescendi.nu.10.§.6
Transmissioni. ius an sit potentius iure. substitutionis. §. sexto, numero.11
Transmissio iure suitatis vnde causetur.§.10.nu.4
Transmissio non tam suitatis, quam necessitatis iure contingit §.decimo nume.5
Transmittitur iure suitatis hæreditas ut quęsita, sed non ut adita,§.10.nume.6
Transmittatur ne hæreditas ad parentes iure sanguinis, §.octauo,numero.10
Transmissio ex iure deliberandi contingit ex uehementi opin. §.8.numero.11
Transmissio ex iure deliberandi cessat in successionibus prætoriis.§.8.numero.12
Transmissio iure deliberandi infra annum tantum fit.§.8.num. 13. & nu.14
Transmissio iure suitatis an impediatur per ius accrescendi. in præfa.lib.1.nu.49
Transmissio potentior substitutione. in præfatio.libro secundo numero 50
Transmissio quid sit,quotuplex, quo iure,& quare inuenta,§. 6.numero.1
Transmissio ratione sanguinis,quæ requirat.§.6.nu.2
Transmittitur hęreditas non adita ad extraneos iure suitatis §.6.nume.16
Transmittit ius dicendi nullum præteritus licet statim decedat, §.7.nume.31
Transmittuntur actiones etiam datiuę.§. 7.n.54
Transmittitur ad patrem hęreditas filio delata, & ab eo repudiata.§.7.nume.56
Infanti hęreditas delata ad patrem ne an ad matrem transmittatur.§ 7.num.17.& an transmittatur ut adita.n. 58.§. 8
Infantis hęreditas ut transmittatur.§.7.n.55
Transmittit mater hęreditatem filii etiam ad exclusionem taciti substituti pupillariter,§.9.n.15
Transmittitur ratione sanguinis hęreditas non adita.§.septimo numero septimo.
Transmissio ratione sanguinis fit ad descendentes tantum. §.7. numero octauo.
Transmissio iure suitatis fit solum à filio, qui est in potestate patris,§.7.numero 9
Transmissio sanguinis,& suis hęredibus nulis esse potest,§.sexto,nume.35 & nu.38
Transmitti nequit ius reuocandę abstensionis.§.9.nu.27
Transmissio ratione sanguinis datur in multis casibus. §. sexto, numero.39
Transmissio ratione sanguinis est etiam in pretoriis successionibus.§.6 nu.40.& in successionibus in testarorum. nu.41
Transmissio ratione sanguinis non tollitur datione cohæredis extranei.§.6.nu.42. nec per substitutionem vulgarem, numero.43
Transmittunt ratione sanguinis etiam ignorantes. §. sexto numero.44
Transmissio ratione suitatis fit hęreditatis non aditæ.§.septimo numero,1.etiam ad extraneos,ibi.nu.2
Transmittatur ne hęreditas fratris vigore suitatis.§.septimo numero 3.& numero.4
Transmittere emancipatus patris hęreditatem non aditam non potest.§.7.num.5
Transmittit hęreditatem,qui impedimento iuris vel facti adire nequiuit.§.9.nu.10
Transmitti non potest uiuentis hereditas.§.9 nu.11
Transmissio est successionis prorogatio eiusdem formę, & naturę,§.9.numero.12
Transmissio si quando per substitutum impeditur, intelligitur expressum non per tacitum.§.9.nu.31
Transmitti nequit hæreditas non adita,nisi in casibus à iure expressis.§ 9.nu.22
Transmissibile non est, quod non est e ssibile, §. nono numero uigesimoquinto.
Transmittatur ne ius agenti ad supplementum à filio in re tantum certa instituttus ratione suitatis,§.7.nu 21
Trebellianica an deducatur de relictis piis.ardua.q.§.26.n.21
Trebellianicę detractio an liberis primi gradus possit prohiberi ardua q.§.26.num.17
Trebellia. an testator possit uetare, ardua quæstio, §.vigesimo sexto numero.15
Trebellianicę an imputetur acceptum conditionis implendæ causa,ardua.q.§.26.nu.37
Tutelam legitimam,qui suo tempore non petit,postea non admittitur.§.1.nume.77
Tutoris, uel patris authoritas quando exigatur, § octauo numero. 18
Tutela matris anormala,§.1.nu.76
Tutor datur personæ,& rebus.§.17.nu.72
Tutelę onus furiosis,& similibus non imponitur, §. primo numero. 72
Tutela ultra pubertatem porrigitur de uoluntate testantis, §. 17.numero.97
Tutores etiam exhæredatis liberis dari possumus,§. decimoseptimo.numero.27

V

VAriare an liceat.§.1.nu.13
Vectigalia noua quando princeps possit imponere.in præfatio.numero. 115
Vendere quis suam hæreditatem non potest.§. tertio, numero trigesimoquarto.
Verborum cis.§.18 nu.29
Verbum tota,quid importet,§ 15.nu.74
Verbum commune inspecta proprietate uerborum comprehēdit omnes substitutiones.§.18.no.37
Verba illa,ualeat iure testamēti,& codicillorum, quem sensum habeant.ardua.q.§.15 nu.27
Verbum substituo, sumitur pro instituo,§.decimo octauo,numero, 105
Verba aptantur ad uoluntatem, non contra.in præfatio.numero decimo octano.
Verborum proprietas communi loquendi vsui, an contra præferatur.in præfa.nu 57
Verbum uideri fictionem significat. in præfation.libro secundo,numero.36
Verba partim proprie, partim impropriè sumuntur, §.decimo octauo,numero.16
Verbum substituo, est commune §.18 n.19
Verba non tam demonstrant,quàm indicant nostram uoluntatem.in præfa nume.170
Verbum habere interpretatur iuxta qualitatem personarum, idem in uerbo possidere,§.18.nu.31
Verbum substitui inspecta legis interpretatione,an omnes substitutiones comprehendat.§.18.numero 8
Verbum substitutio continet utrunque casum. §.deciomsexto numero duodecimo.
Verbum totum à uerbo indefinito non differat,§.15.nu. 19

Verba

Verba illa, impubes moriatur Titio, communia sint, an directa. ardua, quæstio. §. 11. num. 42
Verba cum effectu accipienda. §. 16. nu. 2
Verba enunciatiua quando disponant. §. 3. nu. 15
Verba enunciatiua an disponant fauore libertatis, piæ causæ, & liberorum, §. 3. nu. 16
Verborum proprietati præualet usus communis loquendi, §. 2. numero. 38
Verborum proprietati etiam in pœnalibus præualet communis usus loquendi. §. 2. nu. 39
Verba quare repetita, §. 2. nu. 40
Verbum relinquo, quando inducat institutionem, §. 3. nu. 13
Verba directa an inter se se differant. ard. q. §. 11. nu. 32
Verbum substituo sumitur pro uerbo instituo. §. 18. nu. 65
Verba directa sæpe obliquantur, non è contra, §. 11. nu. 11
Verborum proprietas uiolatur, ne pereat dispositio. §. 17. n. 87
Verbum unum, partim proprie, & partim improprie sumitur. §. 18. nume. 85
Verba concessionis ut interpretanda. §. 2. nu. 54
Verba, quo animo fuerint prolata si dubitetur, standum declarationi proferentis. §. 10. nu. 25
Verbum idem proprie, & improprie sumitur. §. 22. nu. 24
Verosimilia pro dispositis habentur. §. 6. nu. 18
Verba simpliciter non secundum quid accipienda. §. 23. n. 44
Verba ad totum referenda. §. 23. nu. 43
Verbum omnino, quid significet, §. 15. nu. 91
Verbum distributiuum quid significet. §. 25. nu. 1
Verbum respiciens plura determinabilia uarie determinat iuxta naturam alterutrius, §. 22. nu. 25
Verba specifice intelligenda. §. 17. nu. 78
Verba aptantur ad uoluntatum, non contra. in præfa. nu. 17
Verba intelligenda iuxta materiam, §. 26. nu. 13
Verbum moriatur, an sit directum, ard. q. §. 18. nu. 108
Verba directa ciuilia, & non ciuilia. §. 18. nu. 77
Verbum hoc amplius repetit qualitates differentes. §. 3. nu. 31
Verbalis contemptus qualis. in præfa. nu. 82
Victoria cessat inter pares, §. 6. nu. 33
Vinco uincentem te a fortiori te. in præfatio. lib. 2. nu. 91
Vltima uoluntas etiam sine ullo teste ualet interdum, §. 18. n. 91
Vltima uoluntas non uitiatur per adiectionem improbatam. in præfat. numer. 19
Voluntas in mente retenta nil operatur. §. 6. nu. 5
Voluntas ut colligatur. in præfa. nu. 169
Voluntas primum, sequentem uerisimilitudo, ultimum locum uerba tenent. §. 2. nu. 10
Voluntas uerbis potior. §. 6. nu. 13
Voluntas dilucida, aut uerosimilis uincit uerba. §. 2. nu. 73
Voluntas præsupponit notitiam §. 15. nu. 96
Voluntas inutilis in tollendo, est utilis. in præfat. lib. 2. nu. 12
Voluntas probatur ex inutili etiam dispositione. in præfa. lib. 2. numero. 21
Voluntas, uerisimilitudo, uerba, ut inter se præferantur. §. 25. numero. 33
Voluntas primum locum, sequentem uerisimilitudo, ultimum uerba tenent. in præfa. nu. 19
Vsusfructus an patri ademptus uideatur eo quod mater iussit filio suo bona sua dari integraliter, ardua. q. §. 26. nu. 32
Vsucapere pro herede poterit frater fratri suo pupillariter substitutus, §. 15. nu. 31
Vsurarius manifestus non testatur et ad pias causas, §. 1. nu. 178
Vsufructus legati si ueterur alienatio, an inducatur proprietatis concessio, §. 21. nu. 52
Vtilitatis causa inducta, diutius non durant, quàm ea utilitas duret. in præfa. nu. 14
Vtilitas, §. sed qui. l. fin. C com. deleg. §. 28. nu. 3
Vxor, quæ uidua caste non uixit an ipso iure perdat legatum sibi quæsitum, sed relictum quandiu caste uixerit. in præfatio. nu. 98. uel si ex superioribus colligitur pœnam.

INDICIS FINIS.

Venetiis, Apud Dominicum Nicolinum.
M. D. LXIIII.

D. FERNANDI VASQVII MENCHACENSIS IVRISC. HISPANI,

In summo dominicæ rei PHILIPPI *Hispaniarum Regis Cath. potentissimi Prætorio Senatoris,*

De successionum progressu tractatus

LIBRI TRES.

SVMMARIVM.

1 Ius naturale quid?
2 *Ius gentium duplex.*
3 *Ingratitudo res pessima.*
4 *Deum ut colere teneamur, unde descendit obligatio.*
5 *Patriæ, & principibus obedire quare teneamur.*
6 *Obligatio nat. ex consensu descendit, siue ille tacitus sit, siue expressus.*
7 *Legibus obedire, quare teneamur.*
8 *Intell.l.j.ff de legib.*
9 *Patriæ, principibus, & eorum legibus obedire, descendit à iure gentium primæuo.*
10 *Principum potestas, & iurisdictio, non ob ipsorum, sed ob subditorum utilitatem reperta & concessa.*
11 *Causa concessæ iurisdictionis cessante, cessat ipsa iurisdictio.*
12 *Causa oneris, de legitima reiiciendi cessante, onus non reiicitur.*
13 *Causa odij cessante, odiosa dispositio, ut est exhæredatio sustinetur.*
14 *Vtilitatis causa inducta, diutius non durant, quàm ea utilitas duret.*
15 *Principum, & legum, & patriæ potestas, ad utilitatem subditorum aptatur, nec ultrà progreditur.*
16 *Lex nociua quamdiu nocet, caret effectu, & si bona fide facta fuerit.*
17 *Verba aptantur ad uoluntatem, non contrà.*
18 *Verba quare reperta.*
19 *Voluntas primum locum, sequentem uerisimilitudo, ultimum uerba tenent.*
20 *Iure naturæ, & gentium regimur, à quo nisi ob aliquam utilitatem non recedimus, ut ad positiuum ius transuolemus.*
21 *Ius positiuum non recedit à diuino naturali, uel gentium per modum addendi, mutandi, aut adimendi, sed declarandi.*
22 *Diuinorum, naturalium'que præceptorum transgressio sæpe fit per modum interpretationis.*
23 *Defendere res nostras an cum nece alterius fas sit, ardua quæstio*
24 *Intell.l.ut uim ff. de inst. & iu.*
25 *Defensio quando dicatur inculpata.*
26 *Confessionem diuidere an possit iudex.*
27 *Pœna mortis imponi potest pro homicidio etiam non qualificato, & licèt homicida non sit incorrigibilis contra nouissimos.*
28 *Pœna, quare malefactoribus imponatur.*
29 *Occasio delinquendi remouenda.*
30 *Clericus atrocissimè delinquens, an possit curiæ seculari tradi, & si incorrigibilis non sit.*
31 *Feriæ non semper seruantur.*
32 *Parentibus non semper obediendum.*
33 *Alimenta liberis aliquando denegantur.*
34 *Nostrum nobis interdum aufertur.*
35 *Conuentiones non semper seruantur.*
36 *Iuramentum non semper seruatur.*
37 *Libertas interdum adimitur.*
38 *Commertia interdum uetantur.*
39 *Diuini, aut naturalis, aut gentium iuris transgressiones ut fiant, aut fieri possint.*
40 *Obligationum materia quæ sit.*
41 *Princeps ut leges reuocare, an ita iis stantibus, possit cum eis dispensare.*
42 *Princeps dispensare etiam sine ulla causa potest, in iis quæ sunt sibi à iure suæ regionis concessa, & in reliquis quæ sunt leuis præiudicij, non sic aliàs.*
43 *Princeps dispensare an possit ad maioratus creandos, uel creatos dissoluendos, & quo ad officia, aut munera publica uendenda.*
44 *Principum potestas regulatur à populi concessione expressa, tacita, aut uerosimili.*
45 *Intell.l.j.ff.de consti.prin.*
46 *Nostris etiam abuti possumus, alienis nobis commissis non possumus.*
47 *Regnum aut imperium quid?*
48 *Principis potestas circa leges mutandi, aut cum eis dispensandi.*
49 *Iudicum qualis potestas circa legum interpretationem, aut dispensationem.*
50 *Fabula Dædali.*
51 *Intell.l.nemo. C.de sent.*
52 *Principis ad exemplum quando sit iudicandum.*
53 *Intell.l.fin. C.de legibus.*
54 *Ius Diuinum, naturale, aut gentium, ut hominibus liceat interpretari.*
55 *Intell.l.omnes populi. l.Ius ciuile.ff.de insti.& iur. & §. sed naturalia insti.de iure nat.*
56 *Iudex quid acturus in re omnino dubia.*
57 *Verborum proprietas communi loquendi usui an contrà præferatur.*
58 *Lex quid sit, & quare subditos obliget.*
59 *Legibus omnes subditi interpretatiuè uidentur consentire.*

60 Principibus non licere commißionem à populo immediate, & à subditis mediatè sibi datam transgredi.
61 Legis definitio de qua in l.j.ff.de legib.tuetur contra nouißimos.
62 Facti appellatione, etiam non facere continetur.
63 Leges priuilegia inducentes, non uideri particulares, sed communes contra nouißimos.
64 Definitio sat est quòd rei definitæ essentiam monstret, licèt eius effectus, & sui resolutionem prætermittat.
65 Legis definitio tradita per nouißimos impugnatur.
66 Legem an semper oporteat esse iustam.
67 Legis latæ causa cessante, an lex intercidat, ardua q.
68 Intell.l.un. in prin.C.de cadu.toll.
69 Legis causa cessante, dormit lex, unde causa illa redeunte uires resumit ipso iure.
70 Lex ab initio inutilis, non desinit habere uim legis, sed interea non exequitur, noua declaratio.
71 Intell.l Titius in princ.ff.de lib.& posth.
72 Errore, filio exhæredato extranei institutio utilis erit, si filius uiuo testatore decedit, uel postea succedere nolit.
73 Errore, filio præterito extranei institutio utilis esse potest.
74 Intell.l.sicut certi.l.si cum uel in utero.C.de mil.test.
75 Intell.l.fin.ff.de hær.inst.
76 Intell.l.neque apud. C.de hær.inst.
77 Lex initio iniusta non desinit ualere, quando poßibile est quòd tractu temporis iusta fiat.
78 Lex quando, & quare obliget in foro conscientiæ, & quando uideatur esse utilis si prosit plerisque, & si noceat quibusdam.
79 Leges, accusantes aut calumniantes, an peccent mortaliter, & tyrannidis sit inditium, claudere aditum ad iudicandum de legibus.
80 Homicidium aliquando inculpatum.
81 Legi superioris, qui per malitiam calumniatur, peccat.
82 Verbalis contemptus qualis.
83 Leges quando ex contemptu transgredi uideantur.
84 Legis latoris animus, an subditorum sit inspiciendus quo ad legis uim, contra nouißimos.
85 Intell.ad titulos.ff.C.& insti. & in decre.de procur. & de mandato.
86 Princeps an sit legibus solutus.
87 Intell l.princeps legibus.ff.de legib.§.fi. inst.quib.mo.test.infir.cum simi.
88 Leges quando obligent in conscientia.
89 Lex pœnalis an obliget in conscientia.
90 Pœnalis contractus transgressor, etiam in foro animæ ad solam pœnam tenetur, non ad principalem pactionem seruandam.
91 Legis pœnalis transgressor interdum in foro animæ tenetur ultra pœnæ solutionem.
92 Peccatum an inducatur ex falsa opinione.
93 Causa legis cessante, ipsa l.desinit obligare in conscientia.
94 Legis causa an cesset, quisque priuatus potest quo ad se iudicare in re clara, secus in obscura.
95 Intell.l.fin. C.de legibus.
96 Legis causa debet ex toto cessare, ut ipsa cesset.
97 Ieiunium quare inuentum.
98 Lex, quæ tributum annuum indixit, an cesset cessante causa tributi indicendi.
99 Citatio per Principem tolli non potest.
100 Damnum alteri inferre interdum licet.
101 Meum possum prodigere.
102 Domum eleuare possum usque ad cœlum etiam cum læsione uicini.
103 Damnum legitimis illatum per spurij legitimationem parui penditur.
104 Legum principum'que potestas.
105 Sententia ut ritè à iudice lata, habetur pro ueritate, ita etiam non ritè à Principe lata pro ueritate est.
106 Principum augusta potestas.
107 Intell.clem.pastoralis.§.utrum de appell.
108 Ius naturæ, & gentium lege positiua potest alterari, immo per omne ius positiuum plerunque alteratur.
109 Princeps an exceptionem poßit tollere, ardua quæstio.
110 Princeps an iura poßit tollere, ardua quæstio.
111 Principes legibus solutos esse, ut intelligendum.
112 Intell.l.princeps.ff.de legib.l.donationes.C.de don.inter uirum.§.fin.inst.quib.mo.test.infir.
113 Principis, uel legis definitio à iure naturæ gentium, uel ciuili discedens, ut ualeat, nil exigitur, nisi ut ipse, uel ipsa iusta ex causa id fecisse se putet, hoc in foro contentioso.
114 Principis assertioni quando standum.
115 Vectigalia noua quando Princeps poßit imponere.
116 Legitimare spurium Princeps potest sine ulla causa.
117 Priuilegio Principis asserentis se aliud priuilegium dedisse, eidem quando stetur.
118 Legis causa impulsiua, & si uera non sit, non nocet.
119 Principum, aut uirorum illustrium assertioni, an stetur in concernentibus damnum tertij.
120 Principis assertioni an stetur, in respicientibus eius commodum.
121 Principis assertioni statur, cùm res agitur inter partes, nec eius unum plusquam alterum interterat.
122 Principi benemerita priuilegiati præceßisse asserenti, creditur.
123 Minores ætate, minus fide digni.
124 Mediocritatis commendatio.
125 Prudentia inditium probitatis, & uirtutis.
126 Prudentiores magis fide digni.
127 Fœminæ minus fide dignæ.
128 Testium receptio, aliquando ualet sine partium citatione.
129 Testes domestici quando admittantur.
130 Testis in re propria quando admittatur.
131 Appellatio an tolli poßit per Principem.
132 Ius ciuile in ius gentium uerti; & rursum ius gentium in ciuile potest conuerti.
133 Contractus, & succeßiones quo respectu uideantur esse iuris gentium.
134 Iuramentum calumniæ, iuris gentium an uideatur.
135 Seruitus posset desinere, esse iuris gentium.
136 Emphiteosis contractus tractu temporis posset iuris gentium fieri.
137 Literarum obligatio tempore fieri posset iuris gentium.
138 Stipulatio tempore fieri posset iuris gentium.
139 Fideiussorius contractus iuris gentium tempore fieri posset.
140 Exceptio non numeratæ pecuniæ, tempore fieri posset iuris gentium.
141 Codicilli, tempore fieri possent iuris gentium.
142 Fideicommissa, tempore fieri possent iuris gentium.
143 Donatio causa mortis, tempore fieri posset iuris gentium.
144 Ius gentium primæuum incommutabile, sed secundarium commutabile est.
145 Intell.l.ueluti.l.iustitia.l.ut uim.l.manumißiones.ff.de inst.& iure.l.j.ff.de pact. cum simi.
146 Lex municipalis de aliqua eleemosina annuatim danda, an poßit immutari, ardua q.
147 Leges seculares clericis priuilegia concedentes, possunt per seculares tolli.
148 Leges, consuetudines, & statuta similiora ultimis esse uoluntatibus quàm contractibus.
149 Contractus regulariter re integra sunt reuocabiles.
150 Actus inter uiuos respiciens ultimam uoluntatem est semper reuocabilis.

151 *Intell.l.j.ff.de legibus.*
152 *Lex ut pauperes, uel monachi Franciscani de publico alantur reuocabilis est.*
153 *Contractus, aut alia dispositio qualis sit ex modo ineundi, an cognoscatur, ardua q.*
154 *Intell.ad plures ll.& auth. quæ, sunt sub titulo C. de sac.san.eccl. & C.de epis.& cle.& auth.de monach.*
155 *Iurisdictio Ecclesiastica in temporalibus est à populo.*
156 *Iurisdictio Ecclesiastica in spiritualibus est à Deo.*
157 *Iurisdictio tam Ecclesiastica, quàm prophana, sui natura est limitata subditorum utilitate tenus.*
158 *Iurisdictio erga subditos se habet ut tutela erga minores.*
159 *Potentia uera quid.*
160 *Iurisdictio Ecclesiastica, & secularis differunt in sui ortu, & resolutione, & quid in effectu.*
161 *Dare, & adimere an einsdem sit.*
162 *Lex canonica an obliget in conscientia, & quandiu, & quid in foro contentioso, & quid si ab initio fuit inutilis, uel tractu temporis inutilis esse cœpit.*
163 *Iurisdictio Ecclesiæ in secularibus ad spiritualia necessarijs regulatur, ut in ipsis spiritualibus.*
164 *Legis definitio repetitur per epilogum.*
165 *Lex an recta esse necesse sit.*
166 *Lex an à populi uicem gerente, ut fiat necesse sit.*
167 *Lex an uoce, an scripto promulgari necesse sit.*
168 *Forma ad rerum demonstrationem requisita, æquipollenter potest impleri.*
169 *Voluntas ut colligatur.*
170 *Verba non tam demonstrant, quàm indicant nostram uoluntatem.*
171 *Contractus non sunt iuris gentium inuentione, sed tantùm approbatione.*
172 *Quò ad sui formam omnes contractus sunt iuris ciuilis.*
172 *Successiones quò ad sui tam inuentionem, quàm formam sunt iuris ciuilis. sed quo ad approbationem sunt iuris gentium secundarij.*
174 *Successiones quò ad actiones ad sui executionem competentes cuius iuris sint.*
175 *Successionis causa dominium quæsitum an sit iuris ciuilis, & an nobis possit auferri.*
176 *Dominium quid sit.*
177 *Dominium cadit in incorporeis.*
178 *Dominium plenißimum.*
179 *Dominium plenum.*
180 *Dominium ciuile.*
181 *Dominium sine possessione non tam plenum est quàm cum ea.*
182 *Princeps contractuum substantiam, non formam obseruare tenetur.*
183 *Principis emptio ualet sine precio in pecunia numerata & locatio sine mercede certa, & emphiteosis sine scriptura, & stipulatio sine uerbis.*
184 *Deportatus non perdit facultatem contrahendi.*
185 *Deportatus peregrinus est.*
186 *Legati, & ambasciatores iure gentium, non ciuili utuntur, unde ualet eorum stipulatio sine uerbis, & emptio sine pretio in pecunia numerata consistente, & locatio sine mercede certa.*
187 *Intell. plurimorum non solùm textuum, sed etiam titulorum.*
188 *Deportatus incapax est hæreditatis, quòd si ei relinquatur an fisco, an legitimis testantis hæredibus deferatur, dubitatur.*
189 *Deportatus filius familias & uiuo patre restitutus nepoti an obsit.*
190 *Legatis, aut ambasciatoribus donatio facta, an eis, an eorum principibus quæratur, ardua quæstio.*
191 *Contractus, ultimæ uoluntates, iuditia, maleficia iura gentium erant informia.*
192 *Personæ rebus digniores, & à dignioribus incheandũ.*



Erum humanarum, plerasq; omnes, sui ortu, progressu, atq; interitu natura constare, in comperto est, ad cuius rei imaginem cùm defunctorum successiones accommodare animus esset, tribus libris earum creationem absoluimus; nunc uerò totidem tomis progressum peragemus, ac deinde ad resolutionem, & sic ad totius operis consumationem properabimus. Enimuero successiones (ut non paucis nostrorum placuit) iuris gentium esse intelliguntur, tametsi eo iure rudes, inertes, incultæ, ac informes, cùm essent, ciuilibus postea legibus, moribus, ac usu gentium, in sui progressu uarias formas, pulchritudinem, culturam ac perfectionem, summis lucubrationibus ac uigilijs excogitatam & inuentam acceperunt, ut in l. si quando. in prin. C. de inof. testa. Iustinianus Imperator auctor est. cuius rei ut plenam cognitionem habere liceat, à principijs ac iuris naturæ & gentium cunabulis exordium ducendũ est. ius 1 ergo naturale est, quòd natura omnia animalia docuit, quæ in mari, quæ in cœlo, quæ in terra nascuntur. l.j.§.Ius naturale.ff.de Iust.& iure.& in pr.inst.de iure nat.c.ius naturale.j.dist. quòd ius non solis hominibus peculiare est, sed tam hominibus quàm reliquis animantibus commune ut dictis iuribus. hinc descendit maris & fœminæ coniugatio, hinc liberorum procreatio & educatio; quæ omnia & similia, reliquis animantibus non aliter atque hominibus communia esse in comperto est; & de hoc iure negocium nobis non est, sed de illo iure naturali, quòd solis hominibus, non etiam reliquis animantibus insitum aptumq; est, quòd ius gentium appellatur, quòdq; 2 in duplici differentia reperitur. est enim ius gentiũ primæuum seu primordiale, & est ius gentiũ secundarium seu successiuum. primæuum dicitur, quòd simul cum ipso humano genere proditum fuit, quodq; peræquè apud omnes gentes custoditur, ut in §.singulorũ. inst.de rerum diui. hinc descendit erga Deum religio, hinc ut patriæ pareamus, hinc ut parentibus morem geramus, hinc ut corpus nostrum tueamur, hinc ut uim atq; iniuriam propulsemus, hinc ut res nostras defendamus, hinc ut fidem seruemus. quæ omnia & omnibus peræquè gentibus & ab origine mundi innata, ignorat nemo. nã 3 ingrato homine terra nihil peius creauit, ut testatur Ausonius in epigr. & Plautus in Persa ait, ingratum cùm amas, nihil amas. Vnde cùm hominis proprium sit & bonum esse & aliquid esse, nihil ab homine remotius quàm ingratitudo, quæ eum faceret uel nullũ uel pessimum uideri, sicq; 4 cùm gratißimi erga Deũ optimum maximum, à quo omnia accepimus, & erga parentes, ad quos sequens obligatio est & proxima, eadem ratione esse debeamus, superest ut omni tempore & omnis gens huius iuris & perita & ei subiecta esse uideatur. nam nulla unquam fuit gens tam immanis, trux, tam barbara aut ferrea, quàm non imbuerit aliqua notitia deorum, ut Cicero lib. 1. de legibus auctor est. Et rursus, libro de rep. sic ait, Quis est tam uecors, qui cùm suspexerit in cœlum, deos esse non sentiat: & ea, quæ tanta fiunt, ut uix quisquam arte ulla ordinem rerum, atque uicissitudinem persequi possit, casu fieri putet? & Ouid. lib. 1. Metamor. sic cecinit;

1 *Ius naturale.*

2 *Ius gentiũ duplex.*

3 *Ingratitudo res pessima.*

4 *Deũ ut colere teneamur, unde descendit obligatio.*

Sanctius his animal, mentis'q; capacius altæ
Deerat adhuc, & quod dominari in cætera posset:
Natus homo est.

et Manilius lib. 4. Astron.

Sidereos oculos propius'q; aspectat olympum,
Inquirit'q, Iouem.

Homo rationis capax, nõ sic reliqua animantia.

et Iuuenalis Satyr. 15.

— Sepatat hæc nos.
A' grege mutorum, atque ideo uenerabile soli,
Sortiti ingenium, diuinorum'q; capaces.

Deniq; 5 qui in cõmuni societate uitam politicam agere, & non syluestrem more ferarum uoluit, is sanè aut patriæ aut qui patriæ uices gerit, obedire quoque & uoluit & coocessit, ut ciuium rixæ, discordiæ, seditiones, tumultus, inimicitiæ, factiones sedarentur, & ex isto consensu tacito, uel expresso sese naturaliter ad patriæ aut eius uicem agenti obediendum obtemperandumque obligasse uidetur,

5 *Patriæ & principibus obedire quare teneamur.*

6 nec quicquã tam humano generi à sui primordio proprium naturale ac peculiare innatum quàm conuentiones seruare & ex consensu obligari. l. i. ff. de pact. l. non minorem. C. de transf. l. i. ff. de conf. pe. l. sub specie. C. de postul. nec refert tacitus sit consensus an expressus. l. cùm quid, ubi multa per Iaso. ff. si cert. pet. plenè idem Ias. in l. cũ ex filio in prin. ff. de uulg. idẽ Ias. in l. j. nu. 6. C. qui admitti Andreas Tiraquel. in l. si unqnam. C. de reuo. don. pag. 347. num. 76. & plenissimè per eundẽ post leges connub.

6 *Obligatio nat. ex consensu descendit, siue ille tacitus sit, siue expressus.*

7 & hæc est illa cõmunis reipub. sponsio, quam quisque ciuium patriæ suæ polliceri, quaque ei obstringi uidetur, ut non ineleganter significauit Papinianus in l. j. ff. de legibus uer. communis reipublicæ spõsio;

7 *Legibus obedire quare teneamur.*

8 spondere enim est firmissimè strictissimeq; ac enixo & deliberato animo polliceri ac promittere, ut ibi & in. §. j. inst. de uerb. obl. uer. spondes spondeo. l. j. ff. eod. tit. qua uoce ideo in contractuum omnium illustrissimo. l. utitur ut. ff. & C. & extra de sponsalibus per totos illos titulos. cùm ergo secundum philosophum homo sit animal sociabile, nec humana societas (ut ostendimus) cõmodè consistere possit,

8 *Int. l. j. ff. de legib.*

9 nisi aut patriæ aut eius uicem gerenti in honestis & utilibus ciues obtemperent, piè credendum est, ab origine mundi omnes peræquè gentes patriis suis aut eius uices gerenti in honestis & utilibus paruisse, sicq; hoc ius à primordio generis humani proditũ fuisse, & ita intelligo. c. 2. de mai. & obedi. ut quò ad tempus amplietur retrahaturq; ad primordium usque humani generis, sed quò ad efficaciã coangustetur,

9 *Patriæ principib. & eorum legibus obedire descẽdit à iure gentium primæuo.*

10 ut ea obediẽtia esse intelligatur limitata, quatenus utilitas & honestas ipsorum subiectorum deposcit & non ultrà, cùm ipsorummet subditorum non etiam regentium ob utilitatẽ hæc subiectio & obedientia nata, introducta & concessa fuerit, ut iam ostendimus, nec dubium sit quin ea, quæ cuiusquã utilitatis causa inducta fuerint,

10 *Principũ potestas & iurisdictio non ob ipsorũ sed ob subditorum utilitatem reperta & concessa.*

11 ea utilitate cessante cessent, nec ultra nec citra illam utilitatẽ rectitudo consistat. l. Titio centum in prin. ubi per doct. ff. de cond. & dem. l. stipulatio ista. §. inter certam. ff. de uerb. ob. ubi omnes doct. l. quoties ab omnibus ubi plenè per Alex. Ias. & Philip. Corneum. C. de fideicom. l. cũ pater. §. mando. ff. de leg. 2. ubi per omnes. l. pen. C. de pact. l. cum pater. supra alleg. §. dulcissimis. l. adigere. §. quamuis de iure patr. l. un. in prin. ubi plene per Philip. Cor. C. de cad. toll. c. cum cessante ubi per Decium & alios de appell. plenè per Tiraq. de cau cesс. par. j. & l. filio præterito. ff. de iniust. rup. Aret. in rub. ff. de lib. & posth. Dec. in c. 2. de testi. col. 2. idem Decius. in l. hac cõsultissi. C. qui testam. facere poss. col. 2 Bart. in. l. j. §. sed si filius. ff. de leg. 3. Abb. in. c. si. §. his autem. de offi. deleg. & Alfon. de Castr. de iust. hæret. pun. libr. 1. cap. 5.

11 *Causa concessa iurisdictionis cessante, cessat ipsa iurisdictio*

Vnde 12 & si ob utilitatem liberorũ inductũ fuerit, ut onus eorum legitimus impositum, à lege ipso iure reiiciatur. l. omnimodo l. quoniam in prioribus. l. scimus. in prin. & §. cum autem. C. de inof. test. tamen si eis utilius est onus non reiici, non reiicitur, ne inducta ad eorum utilitatem, in ipsorum necem & læsionem conuertantur, contra. l. quod fauore. ff. de. legib. l. non ideo minus. C. de procur. l. legata inutiliter. ff. de lega. j. l. legata inutiliter. ff. de adim. legat. ita in specie tenent glo. in d. l. quoniam in prioribus. uerbo tollatur. & ibi Bald. Salicet. & Rapha. Fulg. & Paul. Cast. & Roder. Xuar. ampliatione prima, post Pet. de Bella perti. ibi. ubi etiam Ioan. Faber. & Iacob. Butr. & Bart. in l. filius matrem, eod. tit. & Azo in summa eiusdem. tit. idem Bart. in l. si pater puellæ. eod. tit. & in. l. cum ex filio. in prin. ubi tradunt communiter Doct. ff. de uulg. Bal. & Salic. in d. l. filius matrẽ. quamuis Ias. ibi uacillet Salic. in. l. si quis in suo. §. fi. eod. tit. de inof. testam. Bal. in. l. si pater. C. de instit. & substi. ubi plerique doctorum. Imola. in d. l. cum ex filio idem Bal. in. l. filię cuius. C. fami. herc.

12 *Causa oneris de legitima reiiciendi cessante, onus non reiicitur.*

13 Proinde & si exhæredatio filij facta sine iusta causa uiciet patris testamẽtũ, §. aliud quoque. in auth. ut eum de appel. cognos. & per totum tit. ff. C. & insti. de inof. testa. tamen si fiebat ob utilitatem exhæredati non nocet testamento, ut in. l. multi. ff. de liber. & posth. etiam hodie ut tenuit Bar. & commu. Doct. in. d. l. cũ ex filio. in prin. Sequitur & adfirmat receptam esse sententiam, Roder. Xuar. in. d. l. quoniam in prioribus. limitat. j. Bal. in auth. ex causa. C. de lib. præter. col. 8. Guliel. de Cun. in auth. non licet eod. tit. Salice. in. d. l. quoniam in prioribus. Ias. in. d. l. filius matrem. col. 2. qui hanc dicit commun. opin. quod adfirmat & probat Emann. à Costa. in l. Gallus. §. & quid si tantum. pagina 15. & pag. 21. ff. de liber. & posth. & Ias. in. d. l. multi.

13 *Causa odij cessãte, odiosa dispositio ut est exhæredatis, sustinetur.*

14 quia quæ introducta sunt ob utilitatem alicuius, in læsionẽ conuerti non debent, nec diutius durare quam ea utilitas perdurauerit, id quod docemur à iureconsulto in. l. ex facto. in princ. ubi plenè tradunt omnes antiqui & noui. ff. de uulga. & in. l. humanitatis. ubi plenè per omnes. C. de impuber. §. qua ratione. instit. de pupil. optimus tex. in. l. quod fidei commissum iunctis duabus legibus præcedentibus. ff. de leg. j.

14 *Vtilitatis causa inducta, diutius non durãt quã ea utilitas duret.*

15 Cùm ergo potestas, quã patria in ciues suos habet ueluti ex cõsensu ipsorum descendat & ab eorum utilitate reguletur nec ultrà progrediatur, & imperium ac potestas iustis principibus data à populo fuerit, nec maior esse potuerit ea, quam populus ipse habebat. l. j. ff. de const. princip. §. sed & quod principi. inst. de iure natur. iuncta. l. nemo plus, ubi multa per Dec. & Cagn. ff. de reg. iur. c. nemo potest. eod. tit. lib. 6. l. traditio. ff. de acquir. rer. domin. superest ut sui natura coangustata restricta & limitata tam populorum quàm principum in suos ciues uel subditos potestas esse intelligatur. nec dubium est quin limitata causa limitatos producat effectus, ut in. l. age cum geminiano. ubi Ias. & recentiores, multa congerunt. C. de transact. qua ratione si quæ lex siue à populo libero siue etiam à principe fiat, non aliter legis uim & potestatem habebit, ciuesq; aut subditos obligabit, quam si utilis eis sit, ne contra omne ius omnemq; rationem & contra ea omnia quæ supra differuimus, ea potestas populis aut principibus à conciuibus data ob suammet utilitatem, in ipsorum læsionem ac perniciem conuertatur. nec ad rem pertinet quòd princeps aut populus, qui talem legem tulit, bonam fidem habuerit, & sic animum proficiendi non nocendi.

15 *Principũ & legum & patriæ potestas ad utilitatem subditorũ aptatur, nec ultrà progreditur.*

nã 16 adhuc si lex nociua sit, non ualet cũ effectu quandiu nocet nec ciues ligat, quia bona fides eius qui egreditur cõmissionis aut mandati fines nihil mutat. text. est notab. & ibi Bal. in l. si procurator. de condi. indeb. l. 3. §. si procurator. ff. quod quisque iur. l. contra iuris. §. fin. ff. de pact. l. j. quæ res. pig. oblig. poss. l. filius familias. §. j. ff. de donat. facit. l. j. §. causa. ff. de edili. edicto. Nec quicquam mutat quod commissionis aut mandati uerba aut concessio sint generalia,

16 *Lex nociua, quãdiu nocet caret effectu etsi bona fide facta fuerit.*

17 nã solẽne est, ut in omni dispositione ex mente & sententia agentium & concedentium testringi & ad mensuram, & modum uoluntatis & consensus redigi ea aptarique soleant & debeant. l. non omnis. ff. si certum peta. ubi multa per Doct. etenim

17 *Verba aptãtur ad uolũtatem non cõtra.*

18 teste Cic. in oratione pro Cæcina, uerba reperta sunt, quæ indicarent, non, quæ impedirent nostram uoluntatem, quod edocemur à iure consulto in l. labeo. ff. de supel. leg.

18 *Verba quare reperta.*

19 & in omni dispositione primum locum tenet uoluntas, sequentem uerisimilitudo, ultimum uerba l. in conditionibus primum locum. ff. de cond. & demon. auth. de nupt. §. disponat. l. pen.

19 *Voluntas primũ lo-*

cũ, sequẽtem uerisimilitudo, ultimũ uerba teneunt.

pen.uersi.cogitasse.C.de impub.tex.egregius.in.l.hæredes mei §.cum ita.ff.ad treb.l.pater seuerinam.§.conditionum uerba.l.quibus diebus. §.dominus.ff.de cõdi.& demonst.l.3.C.de liber.præte.l.non aliter.ff.de leg.3.l.ita stipulatus. in magna. §.Sabinus. uerbo. ex mente. ubi notant Paul.& Ias.ff.de uerb.obli.l.an inutilis.ff. de acceptila. l.obligationum substantia. in prin. & §.fin.l.non figura.ff.de action.& oblig.l.licet imperator.ff.de leg.1.& fusè per Doct.in dictis locis, unde in specie nostra cùm uerosimillimum sit ciues, qui ad suam utilitatem uel patriæ uel principi potestatem concedebant, ad inutilia uel nociua eam non concessuros, reliquum est, ut concessio utcumque quò ad uerba generalis sit, quò ad mentem & sensum tamen limitata & sic in effectu restricta & coangustata uideatur, 20 præsertim cũ omnes homines iure naturæ & gentium uti soleát & debeant.l.omnes populi.ff.de iusti.& iur.§.sed natur.insti.de iur. natur. a quo iure recedere nefas est, nisi ob aliquam utilitatem ut dictis iuribus; unde si quæ lex positiua citra ullam utilitatem ab eo iure naturali uel gentium recesserit, ut nullius momenti sit par est, tum quia ultra, commissionem, & concessionem ciuium facta lata'ue intelligetur, ut supra ostẽdimus, 21 tum etiã quia inferiori legem aut ius superioris lædere, inmutare aut alterare fas aut liberum non est.c.cùm inferior de maior.& obed.& ff.de arbi.l.nam magistratus & d.l.omnes populi.& d.§.sed & quod principi.quamuis legem superioris possit interpretari & limitare ex uerisimili mente ipsius superioris, quasi in specie, quæ se obtulit ipsemet superior, qui legem tulit uerisimiliter suam legem generalẽ seruare noluisset, & ea de re interrogatus, ita uerisimiliter respõsurus esset, 22 unde & si lege diuina duobus testibus sit fides adhibenda, impuberibus tamen non adhiberetur.c.relatum.1.c.cùm esses de testam.§.1.insti.eod.tit. cùm plenè notatis in dictis locis, & quamuis occisor occidi iubeatur; si tamen id fecerit ad suam defensionem, contrarium erit.l.ut uim. cùm ibi plenè notatis per glo.& Doct.ff.de Iust.& iure.quinimmo 23 & pro rerũ nostrarũ defensione alterum occidere fas est, nedum pro personæ defensione, ista est communis opi. legistarum secundum Ias.in d.l.ut uim & ibi per Ioã. Oroscium. Careri. in pract.fol.106.nu.31. Bernar. Diaz. regula.597. quamuis tam multi partem contrariam tueantur ut Feli.in c.2.nu.4.de homi. eam dicat communem, sed prior pars uerior est per generalitatem.d.l.ut uim, ibi iniuriam propulsemus. 24 est enim iniuria omne quod non iure fit, in prin. inst. de iniur.nec dubiũ est quin iniuria nostrũ nobis auferi etur.l.id quod nostrum.ff.de reg.iur.ubi multa per Dec. & Cag.l.iure naturæ eod.tit.l.nam hoc.ff.de cond. indeb.quod & probat.d.l.ut uim uerb. uim propulsemus iuncto toto tit.ff.de ui & ui arm.& C.unde ui.ubi uim pati tam ratione rerum quam etiam personæ propriæ uidemur. 25 intellige tamẽ dũmodo defensio sit necessaria, secundum Bal.in l.un.col.10.C.de conf.Roman. quem refert Ias.in d.l.ut uim col.1.licet ipse & Bal.in l.non solum col.fin.C.de testi. contrarium teneant sed ut probare defensionem fuisse necessariam oporteat disseruimus de success. crea.lib.3.nu.24.§.23.cæterùm si dixi hominem me occidisse, sed ad meam rerum'ue mearum defensionem Bar.in.l.Aurelius.§.idem quæsit.ff.de lib.leg. 26 tenuit iudicẽ potuisse diuidere confessionem, eam acceptãdo quatenus dixi hominẽ occidisse me, & in reliquo eam reiiciendo & Bal.in l.si quidẽ.C.de excep.est communis opi.ut firmat & approbat Ias.nu.13.& ibi Castalius in.d.l.ut uim. Alex nu.7.in.l.1.§.si quis simpliciter.ff.de uerb.obl.ubi Rom.nu.7.& nu.14.tenet contrarium & Bald. in l.1.C.de edil.act.Alciat.nu.76.in l.1.§.si quis ita.ff.de uerb.obli. Socin.in l.non utiq; nu.7.ff.de excep.per Aymon.in consuetud.Aluerniæ.tit.12.de successione art.50.ad fin.Ias.in l.1.§.editiones.ff.de edendo & in d.§.si quis simpliciter, per

20
Iure naturæ & gentium regimur à quo nisi ob aliquam utilitatem non recedimus ut ad positiuum ius transuolemus.

21
Ius positiuum non recedit à diuino, naturali uel gẽtiũ per modũ addendi mutandi, aut adimendi, sed declarandi.

22
Diuinorũ naturaliũque præceptorũ trãsgressio sæpe fit per modum interpretationis.

23
Defendimus res nostras cum nece alterius.

24
Int.l.ut ui ff. de iust. & iu.

25
Defensio quando inculpata.

26
Confessionẽ diuidere an possit iudex.

Felin.in.c.cum uenerabilis col.5.de excep.quod dic.ut fusius edocemur ubi supra.nu.23. Denique & pro tranquilitate reipublicæ hominem occidere iudicibus non solùm fas est sed etiam opus meritorium est.l.omnes.C.de seruis cum ibi notatis, nec enim potest pinguior uictima mactari Deo quam reus iniquus ut ibi habetur. qua ratione etiam in die festo id fieri licet, quamuis reliqua iudiciaria talibus diebus fieri non liceat ut ibi, idque facilius procedit quando ille erat incorrigibilis, 27 sed etsi non esset sed aliter pœnã mortis mereretur eo quod fortè simplex homicidium fecisset & cætera id genus ex quibus pœna mors naturalis est, adhuc idẽ, quia & si ille aliter quam per sui interfectionẽ aut occisionẽ emendari posset, tamen 28 pœne delinquẽtibus non ideo duntaxat imponuntur ut malefactor emendetur, sed ideo ut reliqui ciues huiusmodi pœna perterriti à similium facinorum perpetratione abstineant.l.1.ff.de Iust.& iur.ibi bonos non solùm metu pœnarum uerùm præmiorum quoque exhortatione efficere cupientes, parum enim esset malefactorem emendasse aliter quam per legitimæ pœnæ impositionem, sic enim facilè futurum esset ut istius impunitate reliqui conciues liberiores proniores que fierent ad similia maleficia perpetranda. similem impunitatem uel leuiorem quam par esset punitionem spectantes: unde apparet errore lapsum doctissimũ fratrem Castrensem qui de potestate legis pœnalis.c.6.lib.1. contrarium scripsit, existimans facinoroso non aliter mortis pœnã posse imponi quam si esset incorrigibilis, motus quia membrum putridum quando est incurabile nec ullo alio remedio sanari potest quàm per abscisionem, tunc demum & non aliter abscindendum est, ne aliis membris noceat, quæ ratio sufficienter (quando alia urgentiora fundamenta deessent) probat contrarium & eius confutat sententiam, quia ut ostendimus istius membri aut hominis impunitas, aut minus integra & legitima punitio reliquis conciuibus præberet occasionem delinquendi similem impunitatem aut leuiorem æquè pœnam sperantes, sicque reliquis conciuibus bonis iniuria fieret tranquilitasq; minueretur, dum his malis aut improbis mitior pœna quam legitima imponeretur, 29 & remouere delinquendi occasionẽ etiam parum uerisimilẽ per accerrimæ penæ impositionem legistatoribus & consultissimis reipublicæ regentibus solẽne esse solet. arg.l.a.§.fin. ff.de his quibus, ut indig.l.quidam in iure.§.fin.ff.de donat.iuncta. l.si.C.de pact.l.de fideicommisso.C.de transac. c.detestanda. & c.ne captandæ de concess.præb.li.6.ubi sola nimia festinatio, quæ de iure Diuino, naturali & gentium impunita & inculpata erat nec prohibita fuerat, accerrimè (ut ibi) punitur ob uitandam delinquendi occasionem. Et tandem hæc pars usibus forensibus receptissima est, & longè dilucidior quam prolixiore contentione egeat. Huius tamen monachi doctissimi opinio posset fortè in casu, de quo ipse non meminit, saluari. 30 nã de iure canonico clericus, qui inmane crimen (quale fortè esset homicidium proditoriè perpetratum) commisit, si incorrigibilis non sit, non est curiæ sæculari ut morte afficiatur tradendus, ut placuit non paucis nostrorum, ita Areti.in.c.cùm non ab homine.col.9.de iudi. tradunt pleriq; doctorum in.c.at si clerici.in princ.de iudi.ubi Dec.in col.fin.hanc firmat esse communem sententiam, & ibi etiam Areti.col.8.Alberti.in.c.1.de hæreti. q.11.nu.55.Felin.in d.c.at si clerici.in prin.nu.15. Bernar.Diez.in pract.crimi.canonica.c.90.ad fi. Couar.qui hanc firmat communem esse sententiam.lib.2.resol.c.20.num.7.sed tamen in contrarium est etiam hoc casu receptior & fortè uerior opinio, ut plenius edocemur.suprà de success.crear.lib.3.§.22.nu.52.uers.stat.ergo. 31 Deniq; ut & suprà incidenter attigimus illud præceptum diuini iuris, ut dies festus immunis & uacuus ab operis humanis (quales sunt fabriles, pictoriæ & similia) seruetur & custo-

27
Pœna mortis imponi potest pro homicidio etiam non qualificato, & licèt homicida non sit incorrigibilis.

28
Pœna quare malefactoribus imponatur, contra nouiss.

29
Occasio delinquendi remouẽda

30
Clericus atrocissimè delinquens an possit curiæ seculari tradi & si incorrigibilis non sit.

31
Feriæ nõ semper seruantur.

dia-

diatur, facilè per interpretationem transgreditur.d.l. omnes.C.de feriis id quod usu forensi usitatissimum est.& quáuis 32 parentibus obedire iure diuino iubeamur, & etiam iure gentiũ primæuo.l.ueluti.ff.de iusti.& iur.id tamen præceptum ex causa transgreditur, quale esset si quicquam turpe pater filio imperaret.l.Lutius.ff.de cond.& demonst.l.reprehendenda.ubi tradunt cõmu.doc.C.de inst.& subst.l.nepos proculo.ff.de uerb.sign.l.filius.ff.de condi.instit. tradunt commu.doc.in d.l.ueluti. Proinde etsi liberos educare iure naturæ teneamur.l.j.§.fin.ff.de insti.& iure.& in princ.eiusdem legis & insti.de iure natu.in prin. ex causa 33 tamen liberis alimenta non raró denegantur, sicq; huius quoq; præcepti transgressio fit. auth. ex complexu. C.de incest.nup.cùm ibi fusè notatis per glo.& doc.& plenius dissernimus de successiõn. creation.lib.2.§.20.num.305. In summa & si id, quod nostrum est, nobis sine causa auferri nequeat ex præcepto iuris diuini quod & iure naturali repetitum est.l.id quod nostrum.ff.de reg.iur.l.iure.naturæ.eod.tit.l.nã hoc natura.ff.de condi.inde.§.iuris præcepta.inst.de iure natu.l.iustitia.ff.de iust.& iu. tamen 34 hoc præceptum non raró uiolatur & nostrũ ex causa nobis aufertur, ut tradunt Bar.& commu.doc. per tex.ibi.in l.rescripta & in l.nec damnosa C.de precib.imper.offeren.Paul.Cast.Ias.& reliqui in d.l.fin.C. de precib.imper.offeren.idem Ias.in l.fin.C.si cõtra ius.uel util.publ.Alex.post Paul.Cast.& alios.in l.eum hæredes in prin.ff.de acquir.posse.Ias.cons.7.lib.1.& rursus consi.127.col.3.lib.4.Eman.de Acosta.in l.Gall.§.& quid si tantum.part.j.pag.74.ff.de liber.& posth.Dec.in c.quæ in ecclesiarum.nu.19. cum seq.de constit. idem Dec.consi.191.nu.4.& cõsi.198.nu.2.& cõsi.262.nu.12. Aymo.Craue.de antiq.temporum.part.j.in prin.nu.49. Deci.consi.269.nu.7. & in d.l.id quod nostrum. Barba. in d.c.quæ in ecclesiarũ. col.pen. Et 35 quamuis iure diuino & gentiũ conuentiones seruare teneamur ut in c.j.cum ibi plenè nota.de pact.l.nõ minorem.c.de transf.l.j.ff.de pact.l.j.de constit.pecu. huius tamen præcepti transgressio in mille iuris speciebus facillimè fit.l.fi.C. de non numera.pecun.l.pactum quod dotali.C.de pact.l.pactum dotali.C.de colla.l.conuenire.ff.de pact.dotal.l.priuatorum.C.de iur.om.iud.l.ius publicum.ff.de pact.l.ij.§.circa.ff.de doli excep.l.iuris gentium.§.igitur nuda.ff.de pact.& per totum tit.ff.& C.de rerum permut.& per totum tit.ff.de præscr.uerb.& per totum tit.ff.& C.de cond.ob cau.Et quamuis 36 iure diuino iuramẽtum seruare teneamur ut in præcepto decalogi. & in c.quáuis pactum.de pact lib.6.c.cum contingat.c.debitores.c.ad nostram. & ferè per totum, de iureiur.auth.sacr.pube.C.si aduers.uendi.l.si quis maior.C.de transf.l.qui per salutem ff.de iureiur.tamen huius quoque præcepti non raró transgressio fit.c.non est obligatorium de reg.iur.lib.6.d.l.fi.C.de non nume pecu.l.non dubiũ.C.de legib.l.si quis inquilinos.§.fin. de leg.j. plenè per Bart.& alios in l.si quis pro eo.in prin.ff.de fideiuss.& quæ, plenè diximus lib.3.de succes.creat.§.28.& §.29. Et 37 quáuis homo iure diuino liber esse iubeatur iuxta illud omnia subiecisti sub pedibus eius, id quod & iure naturali edocemur, ut in l.manumissiones ff.de iusti.& iur.& ferè per totum inst.de iure person.tamen iure gentium secundario huius quoq; præcepti transgressio fit, ne uicti a uictoribus trucidarentur, ut dictis iuribus. Et licèt 38 cõmercia libera esse deberẽt de iure gentiũ, sæpe tamen prohibentur, ut C.ne iudæus Christianum mancipium l.inter stipulantem.§.sacram.& ibi plenè per Bar.Pau.Castr.Ias.& alios ff.de uerb.oblig.§.j.institu.de inutil.stipul.l.si quis inquilinos ff.de lega.j.l.cætera in prin.& §.j.eod.ti.& in mille legibus regiis Hispanorum, quæ prohibent, ne aurum, argentum, coria, equi, arma, & cætera id genus extra Hispaniæ fines extrahantur, neue alia multa ab aliis regionibus in Hispaniã reducantur, ut per totum titulum delas cosas uedadas in lib. ordin.

32 *Parentibus non semper obediendũ.*

33 *Alimẽta liberis aliquando denegantur.*

34 *Nostrũ nobis interdũ aufertur.*

35 *Conuẽtiones nõ semper seruantur.*

36 *Iuramẽtũ non semper seruatur.*

37 *Libertas interdum adimitur.*

38 *Commertia interdũ uetantur.*

Cùm 39 ergo inferior legẽ, aut ius, seu præcepta superioris transgredi, uiolare, aut mutare nequeat, ut suprà ostendimus, non pauci nostrorum mirari solent, quonam modo omnium legum, aut præceptorum tam iuris diuini, quam naturalis, & gentium primæui transgressiones, ut ostendimus, fiant per leges positiuas, & sic per inferiores (sunt enim principes terræ, & leges positiuæ respectu diuini, & naturalis iuris, & etiam gentium primæui inferiores d.l.omnes populi ff.de iust.& iur.d.§.sed naturalia instit.de iur.natu. Vnde Cicero in Catone maiore ait, nihil aliud esse cum diis gigantum more pugnare quam naturæ repugnare. & rursus ibi ait, quicquid homini naturaliter insitum est, eo uti decet. Ergo uidendum an ius diuinum, naturale, uel gentium per principes, aut leges positiuas possit ex toto deleri, aut immutari, uel saltem ex parte limitari, aut fortè dispensari, uel an fas sit illud interpretari, & ex toto deleri non posse, plusquàm manifestum est.d.l. omnes populi d.§.sed naturalia.d.c.cum inferior de maio.& obed. c.quæ in Ecclesiarum, & c.Ecclesia sanctæ Mariæ de consti.& utrobique per omnes cum aliis suprà all. Et pari ratione ex parte deleri, aut mutari non licebit, quod uel ex eo intueri licet, quia si ex parte deleri posset per partes, posset uniuersum consumi, & quia bonum est argum.de toto ad partem l.quæ de tota ff.de rei uend.l.an pars ff.pro dereli.l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Treb.& quia regula negatiua, ut per hominem ea iura subuerti nequeant comprehendunt & totum, & omnes ac qualibet totius partes l.si quis cum totum ff.de except.rei iud.l.qui usumfructum ubi in simili multa per Bar.& Ias.ff.de uerb.obl.l.Meuio in prin.uerb.totus ff.de lega.2.l.coniunctim ff.de leg.3.l.si pluribus ff.de lega.1.§.si eadem inst.de lega.l.un.§.fin uerò non omnes C.de cad.toll.

39 *Diuinũ aut naturale, aut gentium iuris transgressiones, ut fiãt aut fieri possint*

Gigantum more cum diis pugnare uidentur qui superioribus aduersantur.

Ius diuinũ aut naturale nec ex toto nec ex parte potest per hominẽ immutari, sed licet declarari, nõ etiam cũ eo dispensari etiã in minima parte.

Hactenus cùm de parte quota quæstio esset, quid autem quò ad tertium articulum quo quæritur, non an ex toto, aut ex parte quota possit princeps, aut lex humana legem diuinam, aut naturalem abrogare sed circa eam dispensare, & magis est, ut nec dispensare possit, aut gratiam alicui facere in iis, quæ sunt iuris, siue diuini, siue naturalis per iura, & rationes proximè allegatas, quorum ratio uis, & potestas ex integro, & in specie hac locum habent, sicque l.j.ff.de const.Principum, & §.sed, & quod Principi inst.de iure nat. in iis, quæ iuris positiui sunt procedunt, non in iis, quæ sunt iuris diuini aut naturalis, uel quando dispensatio fieret ex iusta causá, quæ uerisimiliter procederet ex uoluntate ipsiusmet Dei optimi maximi, uel eius uoluntati uerosimiliter non repugnaret, quibus casibus interpretatiuè, aut enigmaticè non tam ab homine, quam ab ipsomet Deo omnipotente id factum uidetur, sicq; non tam dispensatio contra legem diuinam, aut naturalem quam diuinæ uoluntatis, iurisque naturalis declaratio esse uideretur, id quod generale est in omnibus omnino præceptis, tam iuris diuini, quàm naturalis, ut per modum declarationis eorum transgressio, & fieri possit, & quotidie fiat, ut seriatim per omnia ferè utriusque iuris præcepta supra discurrendo fusè ostendimus (si modò transgressionem hanc rationabilem iustam, piamque illorum iurium declarationem, & interpretationem nominari fas est) huiusmodi autem transgressiones ideo & fieri possunt, & quotidie fiunt quia (ut iam attigimus) interpretatiuè uirtualiter, & mẽtaliter non aduersantur diuini, aut naturæ iuris præceptis, nec 40 enim tam ex ipsorum præceptorum uerbis, quam ex ipsorum mente, & sensu obligamur.l.obligationum substantia in prin. & §.fi.l.non figura.ff.de act.& obli.l.3.C.de lib.præt.l.hæredes mei.§.cum ita ff.ad Treb.l.in cõditionibus primum locum.l.pater seuerinam.§.conditionũ uerba.l.quibus diebus.§.dominus ff.de cond.& dem.l.ita stipulatus in mag.uers. Sabinus uerb. ex mente ubi per Paul.& Ias.ff.de uerb.obl.quia uerba non quæ impedirent,

Intel.l.j.ff. de consti. prin.§.sed & quod principi inst.de iust. & iure.

40 *Obligationum mens mãs ria quæ sit.*

rent, sed quæ indicarent nostram uoluntatem reperta fuerunt, ut fusius supra attigimus, & plenissimè ornauimus in l.si quando in prin.C de inof.test.cuius tituli relectionem collocauimus infra de successionum resolutione lib.2.qui est 8 huius operis. cum ergo ex mente, & sensu, non ex uerbis legum, aut præceptorum obligemur, cumq; quo magis orbi consuleretur utrunq; ius tam diuinum, quam naturale, & gentium proditum fuerit: reliquum est, ut quoties orbi, & humano generi consultius fuerit horum iurium transgressiones fieri, toties & fieri possint & debeant: nec tunc iis iuribus aduersari, sed potius morigerari, ac obtemperare uideamur. ergo horum iurium transgressiones ut iusta ex causa fieri laudabile & pium est, ita & sine causa iusta fieri nefas est, nisi gigantum de more uelis cum diis pugnare, ut Cicero ait in Catone maiore, uel nisi adulatorum more malis iactare celebres illos Maronis uersiculos, sic parum piè canentis.

Nocte pluit tota redeunt spectacula mane,
Diuisum Imperium cum Ioue Cæsar habet.

Quid enim si princeps, aut lex humana disponeret, aut dispensaret homicidium sine ulla causa fieri posse per semestre tempus cuiusque anni, id sane esset, ut proximè dicebamus diuisum imperium cum Deo maximo uelle habere. quid si definiret, ut id saltem uno mense cuiusque anni liceret, adhuc idem, ut non solum ineptum, sed etiam impium esset. quid si ut saltem liceret per unam hebdomadem, aut per unam diem, uel horam cuiusque anni, adhuc non minus insani, ac dementis id esset quam superius: ergo illorum iurium dispensatio etiam in minima parte uel re non magis fieri poterit, quam totalis ademptio. quid si iuberet, ut saltem id uni, aut alteri homini una hora cuiusque anni, uel tantum unius anni liceret, & sane tam in hac specie ineptiri uideretur, quàm superioribus. ergo cum causa præcepta etiam omnia, sine causa nulla omnino, cum causa uel maximum, sine causa, nec minimum uiolari, aut transgredi fas est.

41 Princeps an leges reuocare, an natis statibus possit cum eis dispensare.

Inter tot. tit. in auth. quib. mo. na. effi. sui, & tit. in authen. quib mod. na. effi leg. & tit. ff & C. de nat. rest. & C de sententiam passis.

Quid quò ad ius positiuũ, & sanè 41 princeps uel populus liber cũ legibus merè positiuis à se latis ex causa dispẽsare potest.d.l.j.ff.de const.prin.d.§.sed & quod principi. nam & posset totum abrogare.§.sed naturalia insti.de iure nat.l omnes populi.ff.de iust.& iure, sed an sine causa dispensare poterit, quod admittendum est in iis, quæ ab ipsomet iure positiuo iam concessa principibus sunt, quale est legitimare spurios, per totum in auth.quib.mo nat.effi.sui & per totum quib.mo.nat.eff. legitimi.§.quibus instit de hær.ab. Idem in deportatis, uel aliter damnatis restituendis, per totum.C de sent. passis & rest.idem in natalibus restituendis per totum.ff. & C.de nat.rest.neque hisce in rebus ullius citatione opus est, ut in locis supra allegatis edocent communiter doctores.

42 Princeps dispẽsare etiã sine ulla cã potest in iis quæ sunt sibi à iure sua regionis cõcessa, & in reb quæ q̃ sunt leuis præiudicij nõ sic aliàs.

Quid 42 autem aliis in rebus, quæ non repetiuntur ipsi principi permissa quò ad sui dispẽsationem secundũ suæ ciuitatis iura (pendent enim obligationes positiui iuris ex iure cuiusq; ciuitatis.d.l.omnes populi.d.§.sed naturalia, & instit.de oblig.in prin.ibi secundum nostræ ciuitatis iura) & quidem ex iusta causa dispensare sine dubio poterit. ut dict.ll.sine ulla omnino causa poterit similiter in re modici præiudicij, arg.l.scio.ff.de minori. non sic si sit maioris præiudicii, nec est obscura harum rerum differentia, nam uerosimillimum est ciues, qui principibus sese commiserunt, & subdiderunt eis liberiorem disponendi & dispensandi facultatem in modicis, aut minimis concessuros, quam in eis quæ maioris momenti forent. sicut quotidie naturaliter euenire uidemus, ut parentes liberis, mariti uxoribus, domini suis œconomis, & si non expressim tamen tacite, & uirtualiter ad libitum circa leuiora disponendi facultatem relinquant, grauiora non sic concessuri, idq; innumeris exemplis ornauimus de succ.resol.lib.j.qui est septimus huius operis.§. Et ita est restringenda d.l.j.ff de constit. prin.& d.§.sed & quod principi secundum quæ 43 regulanda est principum potestas, tam quo ad maioratus in præiudicium legitimarum aliorum filiorum constituendos, quàm ad eos, qui iam sunt ordinati dissoluendos ex toto uel ex parte, item quo ad dispensationes, quæ in officiis, aut ministeriis publicis uendendis quotidie concedunt, & cætera id genus innumera. Princeps 44 enim ea potest, quæ sibi à populo cõcessa sunt, & præterea nihil d.l.j.ff.de cõst.prin.l.2.ti 25.par.4.l.18. ti.4.par.3.concessum autem accipere debemus quod expressim, concessum ac commissum fuit, & etiam quod uerosimiliter populus esset concessurus.l.diligenter ff. mand.§.Item is, qui exequitur instit.eodem tit.l.2.ff.de iur.om.iud.gl.communiter ibi app.in l.tale pactum.§ si. ff.de pact.Ias.in simili in l.de quibus num.14.ff.de leg.& in l.quamuis.C.de fideicõmiss. & in auth.quas actiones nu.19. C. de sacr eccl.

43 Princeps dispensare an possit ad maioratus creandos, uel creatos dissoluendos, & quo ad officia, aut munera pub. uendenda.

44 Principum potestas regulatur à populi concessione expressa, tacita, aut uerosimili.

Nec ad rem pertinet quod.l.j.ff.de const.prin.ait populum omne suum imperium in principem transtulisse, nã 45 intelligẽdum est de potestate, quã ipse populus, ut uniuersitas habebat non de ea quam singuli ciues habebant, potestas enim quam omnes ciues habebant ut singuli, quoad regimen reipublicæ non esset sufficiens cùm eorum quisq; in familia sua, non in aliena habeat potestatem. ad regimen autem reipublicæ oportet potestatem esse quoad alienas familias.l.j.& ij.ff.de legib. iuncta auth.res.C.cõ.delega. Rursus reipublicæ regentes non expedit, ut tam integram potestatem in singulorum familiam habeant, quam ipsemet paterfami. ut in §.sed & maior instu.de his qui sunt sui uel ali.iur.l.non usque.ff.si à par.quis.l.sed & si lege.§.consuluit ibi dum rebus suis se abuti putat.ff.de peti.hære.l j.ad med.&.§. pe.uerb.prodegit.ff.si quid in frau.pat.cùm 46 aũt siue principi, siue cuique priuato aliena commissa sunt, abuti, aut prodigere non licet.l.omnes.ff.quæ in fraudem cred.§.1.2.& 3.instu.quib.mod.re contrahitur obl.præsertim quando ad utilitatem ipsius concedentis, & committentis concessio fit, ut est in iurisdictionis commissione, ut supra dixi, imperiũ 47 enim & regnũ, nihil aliud est quam suprema illa iurisdictio ut d.l.j.ff.de cõst. prin.& expressius in prin.inst.de perp.act. & in dictis.ll. partitarum. Ergo 48 & ciues in populũ, & populus in principem cùm summã tantùm iurisdictionẽ contulerit, & præterea nihil ea quæ ad ipsorum committentium, & concedentium utilitatem aptanda sit & regulanda superest ut leges etiam positiuæ ad populi, quo de agitur, utilitatem latæ non facilè per principem possint transgredi, per modum, siue reuocationis totalis, siue etiam dispensationis, sed tunc demum quando adest iusta causa, ex qua & ciues populo, & populus principi uerosimiliter id concessuri essent, argum.l obligatione generali.ff.de pigno.cum simi.supra alleg.nã nec populi quatenus uniuersitas est potestas amplior est, ut diximus. Vel quando id expressim principi ab ipso populo concessum fuit, ut in terminis titulorum ff.&.C.de natal. rest.&.C.de sententiam passis, & in auth.qui.mo.na.effi. sui.& in auth.qui mo.na.effi.leg.qui tituli (iudice me) ita sunt intelligendi, uel & tertiò, qoando ageretur de modico præiuditio, ut supra edocti sumus, uel quando lex ciuilis dubia esset, quam princeps potest interpretari l.si.C.de legi.nam & quilibet iudex idem posset facere, non secus quàm princeps potest ius diuinum, aut naturale (cuius respectu ipse inferior est) interpretari, ut suprà diximus. Est tamen uerum quòd doctiss.frater Alfon. in.d.lib.j.de potest.leg.pena.c.7. scripsit quoties 49 leges uerba præ se ferẽt duas significationes ex æquo, & proprias, & à populi usu receptas, tunc iudicem inferiorem non posse non consulere superiorem, quia inquit, eius est legem interpretari, cuius est condere.l.fin.C.de legibus cuius uerus sensus (ut ipse arbitratur) is est, secundum quæ si quando in sacris litteris ali-

45 Int.l.1 i.ff. de cõst.prin.

46 Nostris etiam abuti possumus, alienis nobis cõmissis non possumus.

47 Regnũ aut imperium quid.

48 Principis potestas circa leges mutandi, aut cum eis dispẽsandi.

49 iudicũ quæ in potest. circa legi interpretationem aut dispensationem.

ris ali-

ris a''qna uox quæ duas significationes æquè proprias, & æquè usu receptas conti neret reperiretur ceteras uel alterius materiæ alas nobis aptare (id quod 50 Dædalū,

50 *Fabula Dedali.*

& Icarum olim fecisse poetę fabulantur) necesse haberemus, in cœlum Dei optimi maximi consulendi gratia euolaturi. ergo unusquisque iudex (uerius est) ut in causis sibi à principe suo, uel à populo commissis ius, potestatemque habeat leges interpretandi ad definitionem causarum sibi occurrentium, non aliter atque princeps ad definitionem omnium omnino causarum, ut hac tu re à principe suo differat tanquam pars à toto, ea tamen huius iudicis interpretatio facit ius, quò ad illas tantùm causas, quas ipse definiuit, non etiam quò ad alias, quæ sub aliis iudicibus sunt, & hoc est 51 quod

51 *Intell. l. nemo C. de sent.*

dici uulgò solet, exēplis non iudicandum. l. nemo, C. de senten. exemplis inquā intelligendum est aliorum iudicum, ut ibi, nam 52 ipsius principis exemplo iudicare

52 *Principis ad exēplū quando sit iudicandū.*

debemus, eaq; imitari, & insequi. l. non iustā. C. ad treb. l. si. ff. de hær. insti. l. si Titio, & Meuio. §. Iulianus. ff. de lega. 2. l. cum hic status. §. ait oratio ff. de iure doti. ut & tradunt communiter doct. in. §. sed & quod principi inst. de iure nat. & in. l. j. ff. de const. prin. nisi quando princeps ob gratiā aliquid pronuntiauit, ut. d. §. sed & quod princi pi, & d. l. j. quod 53 intelligendū quando princeps cum plena causæ cognitione processit, ut dictis ll. & is est ue-

53 *Intell. l. fin. C. de legib.*

rus sensus. d. l. fi. C. de legibus, ut interpretatio principis faciat ius quo ad omnes: nec ad hunc effectum uniuersalem ab alio quàm ab ipso fieri posit. sed non id impedimento est quin unusquisque iudex & posit, & debeat leges interpretari ad definitionē causarum sibi cōmissarum, & tunc quo ad eas, non etiam quo ad causas reliquas ius faciet ea interpretatio. ut dictum est. Secundū 54 quæ ius tam diuinum, quàm naturale, &

54 *Ius diuinū naturale, aut gētiū, an hominibus liceat interpretari.*

gentium unusquisque princeps, aut populus liber (Deo optimo maximo inconsulto) & potest, & debet interpretari, licèt respectu iuris tam diuini, quàm naturalis, uel gentiū inferior esse uideatur, & is est 55 uerus sensus. l. omnes populi. ff. de iust. & iur. §. sed naturalia instit. de iure nat. l. ius ciuile ff. de iust. & iure, hæc tamen interpretatio faciet ius quo ad suos tantùm subditos, nō etiam quo ad omnem orbē, & sic nō quò ad peregrinos,

55 *Int. l. omnes popula. l. ius ciuile. ff. de iusti. & iure. §. sed natura lia insti. de iure nat.*

aut alienos subditos. d. l. nemo. quæ omnia nota, quia non minus utilia, quàm frequentia, nec sic passim dilucidata inuenies. Quid 56 igitur faciet iudex qui uidet legis uerba duas significationes æquè, & proprias & receptas. respondeam, in pœnis sequatur benigniorem partem. c. in pœnis de reg. iur. lib. 6. l. pe. & antep. l. absentem. ff. de pœnis. idem in quibuscunque odiosis. l. cùm quidam. ff. de lib. & posth. l. j. & ij iuncta sua gl. ff. de acq.

56 *Iudex quid acturus in re omnino dub.*

hæred. in beneficiis sequatur latiorē interpretationem, idemque in ultimis uoluntatibus glo. communiter ibi app. in l. si ff. de const. prin. l. si pluribus. ff. de lega. j l. in legatis. ff. de reg. iur. ubi sing. per Decium, & Cagno. in contractibus sequatur strictiorem l. stipulatio ista. §. eā qui. l. quoties in stipulationibus. ff. de uerb. oblig. l. semper in contractibus. ff. de reg. iur. & tandem in omnibus actibus, qui fiunt inter partes, in re omnino dubia reo fauendum est potius quàm actori, & possessori potius quàm petitori. §. commodum instit. de interd. l. j. l. actor quod asseuerat. l. fin. C. de probat. l. qui accusare. C. de

57 *Verborum proprietas cōmuni loquēdi usui an contra præfera-tur.*

edeu. d. l. semper, & cōmunis usus 57 loquendi, an uerborum proprietati præferendus sit, an contra. Vide plenè per Bart. in d. l. omnes populi. q. 6. princ. Abbatem in procemio decretaliū, per legem librorum. §. quod tamē casius, & l. non aliter. ff. de lega. 3. Ioan. Andr. in c. fundamenta de electio. Abb. in c. per tuas de probation. qui in dicto procemio uult, quod si princeps multarum ciuitatum, uni tantùm ciuitati, non etiam reliquis legem tulit, ea lex, seu statutum est interpretandum iuxta consuetudinem loquendi illius ciuitatis, non iuxta consuetudinem loquendi ipsius legislatoris, quod & sequitur idem frater Alfonsus ubi suprà, de quo admiror quia secundum eum legis obligatio pendet ab animo legislatoris, ut infrà dicemus, ipse autem legislator præsumitur ignorare consuetudinem loquendi particularem illius loci c. 1. & 2. cum ibi notatis de consti. lib. 6. ergo non potest uideri uoluisse se accommodare, & appellere ad cōsuetudinem quam ignorat. adhuc tamen conclusionem teneo quia hisce in legibus, quæ feruntur non tam animus ipsius legislatoris, quam ipsorum subditorum inspicitur, ut infrà uidebimus, nisi dixerimus ipsosmet subditos legem illam fecisse uideri quandoquidem de eorum commissione, & auctoritate facta fuit. omnia enim meritò nostra facimus, quibus auctoritatem impartimur. C. de uec. iur. enuc l. l. j.

Quæ superius dicta sunt, iustiora & apertiora fiunt ex ipsa legis definitione quam prodidit Papinianus Iurecons. dum ait in l. j. ff. de legibus, lex 58 est communis reipublicæ sponsio, hoc est ualidissima, ac exactissima promissio, ut ostendimus supra: nam & quælibet priuatorum conuentio, ac promissio l. appellatur; lexq; est inter eos: eosque non aliter obstringit, atque lex generalis omnes reliquos ciues. c. contractus de reg. iur. dum ait contractus ex conuentione legem accipere dignoscuntur l. j. §. si conuenit. ff. depositi. l. si conuenerit. ff. de iurisd. omnium iudi. l. legem quam. C. de pact. ubi notant nouiores. l. contractus. ff. de reg. iu. ubi multa per Decium, & per Cagnolum num. 72. Ioannes Andr. & Francus in d. c. contractus, Decius consi. 140. ad fi. Ripa q. 54. in. l. fi. C. de reuo. don. Decius consi. 265. Ias. & alij in. l. pe. per tex. ibi. C. de pact. Feli. & alij, per tex. ibi in c. si diligenti, de foro comp. & ut priuati inter sese ex suis

58 *Lex quid sit, & quare subditos obliget.*

contractibus, & pactionibus astringuntur necessitate, & ligantur, quia obligatio est iuris uinculum, quo necessitate astringimur in princ. instit. de oblig. ita & lege omnes ciues astringuntur l. j. & ij. ff. de legibus, & ut lex contractus ipsos contrahentes ex suo consensu obstringit, & ligat, ut diximus ita & lex generalis ex ciuium consensu eos ligat. d. l. j. uerbo. communis reipublicæ spōsio ff. de legibus, nec mutat quod fortè tempore, quo fit lex aliquis ciuium, uel aliqui cōtradicant, & dissentiant. nam & eos ligat non secus quàm reliquos, qui expressim, uel tacitè legi assentiuntur: quia ut in regula iuris refertur ad uniuersos, quòd publicè fit per maiorem partem, de quo per Io. Andr. & Francum in c. quod omnes de reg. iur. lib. 6. & quia satis est quod lex ciuilis omnibus, aut saltem pluribus ex ciuibus suæ ciuitatis utilis sit, & si quibusdam non utique prosit l. ius pluribus, ubi per omnes ff. de iust. & iu. & sanè 59 huic rei con-

Obligatio est iuris uinculum.

sensum ab initio etiam ipsimet reluctantes quo tempore se principi, aut suæ reipublicæ subdiderunt dedisse uidentur, & etiam taciti sub hac conditione mentali socialem, & politicam (ut iam dixi) uitam agere possunt, & eligere intelliguntur d. l. ius pluribus, & per doct. in dictis locis, sicque postea ab hoc consensu discedere uni, aut alteri non licet. l. sicut ab initio. C. de act. & oblig. l. sicut maior. C. de rep. hær. l. iura non in singulas. ubi per omnes. ff. de legibus, & quod pluribus, & sic reipublicæ prodest, id unius alteriusue utilitati, cui forte lex lata noceat præferendum est. auth. resq;. C. com. de lega. Verùm ut ex causa contractus commissio data, aut mandatum non porrigitur ultra fines concessionis. l. diligenter. ff. man. §. Item is instit. eod. tit. l. j. cum ibi not. C. de procu. ita & iudicis commissio ultra suos fines non porrigitur. l. à iudice. C. de iudi. ubi per omnes. c. ap. p. & g. ubi per omnes de offi. delega. & per totum illum titulum, & per totum. ff. de offi. eius. Idemque in commissione regi à ciuibus data, uel à ciuibus data populo, ut dictum est, nam ea commissio siue à priuato in priuatum, siue à ciuibus in populum, uel principem, siue à populo in principem processerit. habet uim legis conuentionalis, cuius fines transgredi nefas est, & omnes istæ commissiones, ut substantiam, ita & nomen legis habent, ut diximus, & quilibet iudices etiam princi-

59 *Legibus omnes subditi interpretatione uidentur consentire.*

pes

pes appellantur.l.ſpadonem.§.j.ff.de excu.tut.quia principatus regnum, & imperium a iuriſdictione deſcendunt, ut ſic principes à reliquis magiſtratibus, an non tam in ſpecie, quam tanquam plus & minus differant,

Principibus non licere commiſsionē à populo immediatè, & à ſubditis mediatè ſibi datam tranſgredi.

& an Imperatores, & Reges inter magiſtratus connumerentur, ui. per Iaſ. in.l.imperium.ff.de iur.omn.tradunt doct.in rub.& in.l.j.de off.eius. Ex quibus apparet, quod neque populus, neque princeps, qui populi uicem gerit, poteſt commiſſionis ſibi a ſubditis datæ terminos egredi, non magis quam mandatarius terminos ſui mandati aut commiſſionis, quia omnes iſtæ commiſſiones exæquantur tam in nomine, quam in ſubſtantia, & tam nomen quam ſubſtantiam legis re uera tenent, quæ inuiolabilis eſt in aliqua ſui parte, niſi quatenus ex mente concedentium ueroſimiliter conceſſum, aut permiſſum eſſe intelligeretur.

Legis definitio, de qua in l.j. ff.de legibus tuetur contra nouiß.

Eſt tamen aduertendum, quod.d.Papiniani definitionem improbat doctiſſimus frater Alfonſus de Caſtr.de poteſtate legis pœna. lib.j.c.a.motus quia dum Papinianus definit legem eſſe commune præceptũ negat ipſe comprehendi leges, quibus nihil fieri præcipitur, ſed ſola uitia interdicuntur, atqui dubium non eſt legis uirtutem conſiſtere inuetando, & permittendo non ſecus quàm in præcipiendo.l.legis uirtus.ff.de leg. Quæ obiectio leuis eſt, nā 62 facti appellatione etiam non factum continetur.l.ſemper qui non prohibet.ubi notat Decius.ff.de regu.iur.tradunt. Doct.per tex.ibi in.l.in facto.ff.de condi.& demonſtra. & in.l.in illa ſtipulatione per te non fieri.per tex.ibi.ff. de uerb.oblig.& inſtit.de nup.in.§.ſi uxor.dum ait melius facerent ſi ſe abſtinerent.l.qui patitur.ff.mand.unde ſub uerbo facto, uel præcepto etiam non facere continetur, nec quicquam in rerum natura eſt, quod ſub hoc uerbo facere, & non facere. interpretatiuè definitum comprehendi, nec ad rem pertinet altera ipſius obiectio, dū ait 63 plures leges particularibus perſonis dari; ſicque non eſſe commune præceptum, ſed & hoc minus urget quàm ſuperius, quia leges particulares (quales ſunt illæ quæ reſpiciunt minores, aut milites, aut Eccleſias, aut abſentes, aut ruſticos, aut rempublicam, aut mulieres, & cætera id genus) ad omnes omnino ſubditos uidentur ſpectare, nam dum datur priuilegium minoribus, Eccleſiis, abſentibus, Reipublicæ, fiſco & ſimilibus commune præceptum fit, quo reliqui omnes ciues certiores fiunt de priuilegio, & conditione iſtorum priuilegiatorum, & perinde eſt, ac ſi ab ipſis ciuibus id priuilegium conceſſum eſſet; quia talis lex commune præceptum, & communis reipublicæ ſponſio eſſe intelligitur, & non ſolùm ipſis priuilegiatis, ſed etiā reliquis ciuibus uidetur eſſe utilis in communi, & ſi ita non eſſet leges illæ priuilegiatæ latæ nunquam fuiſſent, aut ſi fuiſſent legis uim non haberent. Obijcit & alia quæ conſultò prætermitto, eo quòd leuiora uideantur quàm longa contentione egeant. & quia re uera illa definitio; quod lex ſit communis reipublicæ ſponſio ſatis idonea eſt, nam, quod adijcitur per Papinianum de delictorum coertione non tā ad eſſentiam legis, quàm ad eius effectū pertinet, ut enim ſit 64 bona definitio, ſat eſt ut contineat eſſentiam, & quidditatem rei licet nec ipſius effectus, nec etiam interitum ſui demonſtret Bar. in.l.j.ff.de acquiren.poſſ. Cagnolus in d.l.ſemper.nu.3. & ipſe Alfonſ.de Caſtro.ubi ſuprà.nam ſi ſimul ac homo in lucem editus eſt definiatur, rectè dicetur animal rationale, quamuis tunc nullos effectus operetur, & licèt in illa definitione non adijciatur hominem Deum noſſe, patriæ, & parentibus obedire, fari, ſcribere, legere, nauigare, & ſimilia quæ homines facere, & poſſunt & ſolent, non ideo minus rectè homo ille definitus eſt. nec etiam opus eſt adijcere, quod ſit mortalis, nam cùm quæque res conſtet origine ſui, & progreſſu, & interitu ſatis eſt ad eam definiendam, ut eius eſſentia declaretur quæ in ſui perfecta creatione, & conſummatione conſiſtit, & ſic ponitur definitio in.l.legatum eſt.ff.de lega.j.

62 Facti appellatione etiā non facere cōtinetur.

63 Leges priuilegia inducentes non uideri particulares, ſed cōmunes, contra nouiſsimos.

64 Definitio ſat eſt, quod rei diffinitæ eſſentiam exprimat, licet eius effectus, & ſui reſolutionem prætermittat.

& in.§.legatum eſt inſtit.eod.ti.quamuis etiam ad effectus ſoleant extēdi definitiones, ut in prin.inſt.de obl.& in princ.inſtit.de actio.& in.l.j.ff.de tutel.& in princ. inſtit.eod.tit.

Alia legis definitio ponitur ab Iſidoro.in.c.erit autem lex.4.diſti.alia etiam refertur à Marciano Iureconſulto in.l.ij.ff.de.ll.auctoritate Demoſthenis ibi relati, alia, & quarta refertur ibi tradita a Chryſippo celeberrimo philoſopho, niſi malis dicere eas non tam legis definitiones, quàm commendationes uideri. Quinta 65 definitio traditur à Cicerone libr.j.de legibus.ſextam definitionem poſuit Cicero lib.3.de legibus, quas omnes refert, & improbat d.Alfonſus Caſtren.ubi ſupra, qui ultimo loco talem prodidit definitionem. lex eſt recta uoluntas eius, qui uicem populi gerit, uoce aut ſcripto promulgata, cum intentione obligandi ſubditos ad parendum illi.quæ definitio tantùm ei placuit, ut hæc uerba ſubiecerit legem humanam, alij aliter definiunt, & inter tam multos illius definitores rarus certè eſt (abſit uerbo inuidia) qui integram, & exactam legis definitionem reddat, ac proinde quid cuiq; definitioni deſit, ea qua potuit diligentia circumſpiciens unam ex omnibus legis definitionibus nunc colligam, quæ omnes illius partes, integrè complectatur, & apertè declaret. Nunc uidendum de ſingulis uerbis huius, definitionis, nam quod ait uoluntas, & ſi primo aſpectu minus rectè dictū uideatur ipſe tamen illud ſufficienter tuetur. Quod 66 autem ait recta id controuerti poteſt, conſtat enim tenuiſſe legem Papiam quam inuidioſam fuiſſe fatetur Iuſtinianus in l.unica.in princ.uerbo.inuidioſam.C.de cad.tol. ualetq; l.machinationibus plena.d.l.unica.§.& cum lex. ibi ſuis machinationibus. Sed etſi ſit lex per quam dura ualere non deſinit.l.proſpexit.ff.qui, & a quibus, quinimmo etſi immanis, & triſtiſſimi euentus plena ſit, ualere non deſinit.l.in ſuis.ff.de libe.& poſth.ibi quos & occidere licebat; hoc amplius etiam ſi iuri diuino aduerſetur, quia homicidium permittat & parricidium, ualere non deſinit, ut ibi &.§.ſed & maior inſtit.de his qui ſunt ſui, uel alie.iu.ſunt.l.Gracchus.C.ad.l.Iuli. de adult.ſed & lex duriſſima erat in terminis legis maximū uitium.C de liber.præter.& durior in terminis, de quibus in princ.inſt.de ſucceſ.ſublatis qua de re plenius diſſeruimus de ſucceſ.creation.lib.ij.§.xx.nu.292.cum ſequent.adhuc tamen magis eſt ſecundum doctores, ut rectitudo ſit, quo ad ſui executionem de eſſentia legis, ut ſuprà oſtendimus, & ad omnia proximè in contrarium adducta reſpondendum eſt, uel, quòd illæ leges à ſui primordio re uera uim legis non habebant, licèt per uim, & imperium ſuperioris exequutioni mandarentur, uel quòd initio non erant iniuſtæ, ſed mutatis poſtea temporibus iniuſtæ eſſe cœperunt, & ſic meritò per Iuſtinianum non paucæ earum abrogatæ fuerunt, ut in.d.l.unica.in princ.C.de cadu.toll.& in iuribus ſupra alleg. Sed 67 an ipſo iure ea lex quæ initio ualuit, ſi poſtea mutatis temporibus cœpit eſſe inutilia, uel etiam nociua ipſo iure euaneſcat, ingens quæſtio eſt, ſed ita tenetur plenè per Corn.poſt alios in.d.l.unica.plenius per And. Tiraquel. de cauſa ceſſante & S.Tho. in 2.2.quæſt 60. artic.5. & in.j.2.quæſt.96.art.4. & Alfon. a Caſtro ſuprà citatus de poteſtate legis pœnalis, lib.i.c.5.documento tertio, & hanc partem olim ueram eſſe putabam per.l.cum pater.§.dulciſſimis com ſim.ff.de leg.ij.(idem Alfonſus ubi ſupra in quinto documento, ſed & iſtorum & noſtra quam olim & nos tenebamus ſententia in melius reformanda eſt.) Nunc uerò in hac ſum opinione, ut putem ceſſante ratione legis etiam ex integro adhuc tamen ipſius legis diſpoſitionem non ceſſare quandiu legislator eā non abrogauerit, & hoc 68 mihi diuino pene motu uidetur ſignificaſſe Iuſtinianus imperator, dū in.l.un. in prin.C.de cad.toll.ſcripſit, ut quæ belli calamitas introduxit pacis lenitas ſopiret (aperi oculos) nam legem bellorum tempore bellorumque neceſſitate

65 Legis definitio tradita per nouiſsimos impugnatur.

66 Legem an ſemper oporteat eſſe iuſtam.

67 Legis lata cā ceſſante, an lex intercidat, ardua q.

68 Iatell.l. un.in prin C.de cad. toll.

B cala-

calamitosa latam, lenitate pacis redeunte, negat ipso iure cessare, sed ait 69 sopiri quid in hunc sensum, ut eius effectus, & executio interea remoueatur, ac cesset, & dormiat, uel sopiatur, non autem ut eadem lex intereidisse intelligatur, aut extingui ipso iure, ut enim homo dormiens non extinguitur, quamuis interea nihil agat, ita cessante causa, & utilitate ac ratione, propter quam lex facta fuit, eam interea legem sopitam, non extinctam esse dicemus. Effectus est magnus, nam si postea par eadem'ue necessitas, quæ legi ferendæ causam iustam dedit, redierit, eadem lex quasi semper perdurauerit, & modò à suo somno expergefacta, uel à suo impedimento liberata sit, obstringit subditos, non secus quàm si re uera eius utilitas, aut necessitas nunquam cessaret. Nec noua lex esse uidebitur, sed eadem quæ antea erat, tex. egregius in simili in l. filio quem pater. ff. de lib. & posth.

69 Legis causa cessante dormit lex unde causa illa redeunte uires resumit ipso iure.

Quid 70 autē si ab ipso initio ea lex inutilis esse uideatur, hoc est parū, aut nihil necessaria, & sanè diuus Thomas, & Alfonsus à Castro, ubi suprà, & Isidorus in. c. erit autem lex. 4. dist. & ibi Gratianus compilator illius codicis, & gl. & omnes doct. & communiter doct. in. l. j. & ij. ff. de legibus, palam significant talem legem non ualere, quod omnino nego per omnia iura supra adducta, in quibus uidimus leges duras, iniquas, captiosas, calamitosas, machinationibus plenas, tristissimi ac periculosissimi euentus occasionem præbentes legum uim habuisse: ergo & ista qua de agimus legis uim longè facilius habebit. & in eo duntaxat quæstio erit, an interea dum eius utilitas nulla publicæ rei apparet, aut accedit conquiescere debeat, ac cessare eius effectus, & executio, quod admittendum est, ut interea tamen non extincta, sed uiua uideatur sopita tamen, effectus est magnus, quia si postea mutatis temporibus, utilis esse reipublicæ cœperit, quasi iam à somno surgens subditos tenebit, obstringetq; ipso iure, nec omnia ex integro, aut denuo quæ in legibus ferendis (iuxta. l. humanum. C. de legibus. §. lex. insti. de iure nat.) necessaria sunt fieri denuo oportebit, eaq́ue lex simillima erit fœtibus leenarum, quæ fœtus suos pariunt mortuos, quos tamen postea immani uociferatione uiuificant, aut posthumorum institutioni ea lex simillima erit quæ initio inutilis esse uidetur, præsertim si posthumus nondum conceptus instituatur iuxta. l. placet. ff. de lib. & posth. l. Gallus. per totam eod. tit. per totum. C. de posth. hær. instit. & tamen si postea ille conceptus & natus fuerit, incipit uires & effectum ea institutio sumere, quam initio effectum habere impossibile erat. Quæ omnia egregiè confirmantur per l. pen. §. testamēto. ff. de bo. pos. se. tab. ubi optimum simile, alterum simile si scis inducere in l. si tibi homo. §. cum seruus ff. de lega. j. l. legatarius. §. fin. eod. tit. l. j. ad medium. ff. si quid in fraudem patr. Et ita est restringendus tex. in. d. c. erit autem lex, & hæc omnia sanctus Thomas, & Alfonsus de Castro, & reliqui suprà relati fortè interrogati non abnegarent, quamuis eorum uerba aliorsum spectare uideantur. ex quibus omnibus apparet hanc qualitatem, ut lex sit utilis non esse de essentia, aut substantia legis, sed posse adesse, & abesse præter ipsius legis corruptionem, est tamen de substantia legalis executionis, quia quandiu legis utilitas cessat, tandiu lex ipsa executioni mandari non debet. Simillimū est, 71 quod iurecōsultus in l. Titius in princ. ff. de lib. & posth. significauit ualere testamentum, in quo pater f. filium suum quem mortuum esse putabat errore exhæredauit (his uerbis cæteri omnes filij mei exhæredes sunto) non præteritus si uiuum esse eum nouisset, neque quicquam mutat iustè erranti subueniendum esse arg. l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisd. cog. ubi multa per Iaso. arg. etiam. l. fin. ff. de hær. instit. nam si quidem filius ille sic errore exhæredatus patri suo superstes fuerit ei subuenietur, probato testatoris errore, hæreditasq; illa hæredi scripto aufertur, da

70 Lex ab initio inutilis non desinit habere uim legis, sed interea nō exequitur, noua declaratio.

posthumorum institutio quo sensu admittatur.

71 intell. l. Titius in pr. ff. de libe. & posth.

biturq; ipsi filio, ut in. d. l. Titius non obscurè illis uerbis significatur dū ait. Cæterùm 72 de errore testatoris apud iudicem agi oportere, non enim ociosè filius ille errore exhæredatus agere iubetur contra testamentum, sed ad aliquem effectum, sicq; ad consequendam patris hæreditatem si errorem probauerit. l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. ut leg. no. cau. l. non cogendum. §. Sabinus. ff. de procur. l. uerba hæc. ff. de cond. instit. l. cornelius. ff. de hæred. instit. Quòd si is filius uiuo patre moriatur nil pericli erit, nec est cur hæreditas auferatur hæredi scripto, qui in uoluntate testatoris post filium suum primum locum tenuisse constitit. Id quod ut in exhæredatione pari ratione, & in præteritione procederet. nā 73 si mater filium, aut miles (quorum præteritio pro exhæredatione habetur. §. pen. & fin. instit. de exhær. lib.) errore præteritum reliquissent, testamentū quidé teneret si filius ille errore præteritus uiuo testatore decederet sin minus testam. periclitaretur: & 74 ita non parum utiliter intelligo tex. in. l. sicut certi, & in. l. si cum, uel in utero. C. de testa. mil. Nec aliter euenturū, & 75 in terminis l. si. ff. de hæred. insti. in comperto esse debet, nam & ibi posterius testam. sustineretur etiam quo ad institutiones, si cognata illa testatoris priore testamento instituta eo uiuo decederet, sicq; prius testam. ualere non posset, tunc enim quin posteriore testamento scriptus uoluntatē testatoris teneret dubitari nō posset, nec esset cur ei hæreditas auferretur, quæ 76 interpretatio non parum utiliter accommodabitur ad. l. neque apud. C. de hæred. instit. ubi testator, quam in locum sororis inutiliter adoptauit, eam ut agnatam iure (ut ipse falsò opinabatur) factam hæredem scripsit, & lex negat eam hæreditatem apud talem putatiuam sororem permansuram. nec leuis contentio est inter nostros iuris interpretes talis hæreditas ei adempta ad fiscum, ne an ad legitimos testatorios hæredes translatura sit, aut migratura: nos autem cum nulla ex parte, delictum ibi interfuisse uiderimus, fisco indistinctè excluso apud eammet talem hæreditatem permansuram respondimus, si quidem testator, uel nullos habuerit hæredes legitimos, uel ipsi ab eius hæreditate abstineant. his enim cessantibus quin in uoluntate testātis ea mulier primum locum teneret dubitari, non iure posset, quod si alij testantis legitimi hæredes, & superessent, & adire uellent eis, non fisco ea hæreditas applicarem, ut ibi iuncta d. l. Titius & l. filio præterito. ff. de iniust. rup. & l. pen. §. testamento. ff. de bon. poss. se. tab. qua de re per Alex. in. l. recusare. §. si fisco. ff. de senatusconsul. Trebel. & per omnes doct. in. l. si seruus plurium. §. si quis ante. ff. de lega. j.

72 Errore, filio exhæredato extranei institutio utilis erit, si filius uiuo testatore decedat, uel postea succedere nolit.

73 Errore, filio præterito extranei institutio utilis esse pōt.

74 int. l. sicut certi. l. si cum uel in utero. C. de mi. tes.

75 int. l. si. ff. de hær. insti.

76 int. l. neq; apud. C. de hær. insti.

Sic ergo, & in specie nostra (ut è diuerticulo ad uiam redeamus) & si lex initio nullam habeat utilitatem, non ideo desinit ualere, quamuis interea cesset effectus ipsius, quemadmodum, & cùm in hæredis institutione, uel præteritione, uel exhæredatione error fuit, testam. ualere non desinit, sed qualis testamenti futurus sit effectus euentus sequens declarabit ac deteget, ut ostendimus. Et, 77 quod diximus quādo lex esset inutilis, idem & si iniusta esse dicatur intelligendum est, nec enim ualere desineret. argumento. d. l. un. C. de cad. toll. in prin. uerb. captiosum, &. §. j. ead. l. uerb. machinationibus suis, & d. l. prospexit uerbo per quàm durū, & d. l. in suis cum aliis supra all. quod intellige dum modo ea iniquitas in posterum cessare possibile sit, tunc enim ea lex interea sui executione careret, ac cùm primùm utilis esse cœpisset quasi à somno surgens, uel à uinculis liberata subditos tenere, ac obstringere inciperet. Tertiò intellige etiam si inspecto præsenti statu sit ferè impossibilis si modò mutatis postea temporibus possibilis esse cœperit. Quartò intellige, ut his casibus cùm primùm ea lex de inutili, utilis, de iniqua iusta, de impossibili possibilis facta fuerit, obstringere incipiat subditos non solùm in foro contentioso, sed etiam in foro animæ, si quidem subiecta materia id suadeat. Ergo

77 Lex initio iniusta non desinit ualere quādo possibile est quod tractu temporis iusta fiat.

si lex

si lex quo tempore in prouincia bellum non est, iuberet arma, aut equos negociandi causa non posse extrahi, si re uera ea lex iniqua, aut inutilis sit: iniqua, quia restringit naturalem libertatem negotiandi iuregentium datam (.l.ex hoc iure.ff.de iust.& iure.§.Ius autem gentium inst.de iure nat.§.libertas inst.de iure personarum l.libertas.ff.de statu hominum) inutilis quia uerosimiliter in ea prouintia cùm eo tempore ad bellum equi necessarij non sint nullus, aut perpauci ex ciuibus equos alere curabunt, si intelligant eos se extra fines prouintiæ non posse uendere.

78 *Lex quando, & quare obliget in foro conscientiæ.*

Si inquã 78 ea lex sic appareat esse iniqua & inutilis, ualebit quidem adhuc sed interea ciues non obstringet in foro conscientiæ ad sui obseruationem, non quoque in foro contentioso, quamuis cùm primùm bella sæuire cœperint; sicque ex lex utilissima esse cœperit & iusta eos in utroque foro tenebit tam contentioso (ut notum est) quam conscientiæ, quia ex consensu nostro oritur obligatio naturalis, quæ ligat in foro animæ; quia nihil tam naturali iustitiæ ac diuinæ quam fidem seruare debitum est.l.j.ff.de pact.l.j.ff.de constit.pec.l. non minorem. C.de transact.l.sub prætextu. C.de post ul.c j.de pact.nec dubium est, quin ciues, qui principi uel patriæ regentibus subdiderunt se se huius animi fuerint, ut legibus iustis aut utilibus parerent, & hæc est illa communis reipublicæ sponsio, aut firmissima promissio, de qua in d.l.j.ff.de legib.ergo iste promissor etiam in foro animæ & naturaliter & ciuiliter tenetur leges non egredi, cùm primùm iustæ, & reipublicæ utiles esse cœperint, etiamsi initio non tales essent. idemq; etiam si talis lex huic transgressori, & modò & semper plus adferat incommodi quam commodi (quia fortè uictum ex sola equorum negotiatione quærebat, & de periculo bellorum parum curat, quia fortè pauper est, qui aliò se conferre potest, ubi uitam degere fas sit & tutum) nam adhuc eam legem in utroq; foro seruare cogitur, quia iura non in singulas personas &c. Sed pro communi utilitate fiunt.d.c.erit autem lex.l.iura non in singulas ff.de legib.& quia qui ex conuentione aut consensu suo obligatur, in utroque foro fidem seruare tenetur; etiam si is contractus ei dannosus esse cœperit, et ei imputetur, qui contrahere uoluit.l.sicut ab initio.c.de act. & obliga.l.sicut c.de rep.hær.ergo multo magis cum reipublicæ se se ex consensu suo obligauit.auth.res quæ. C.com.de lega. quod obtinet quo ad realé legis transgressionem.

Legis utilitas intellige respectu uniuersorum.

79 *Leges accusantes aut calumniantes, an peccent mortaliter.*

quid 79 autem si sit uerbalis transgressio, eaque lex iusta erat, sed subditus uerbis palam indicabat eam legem esse in iustam, eique grauiter indignabatur, & tunc eum mortaliter peccare doctissimus frater Alfonsus Castrensis de potestate legis pænnalis lib.j.c.5.prope finé contendit, motus auctoritate Isaiæ.5.sic dicentis, Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. at (ut beatus Hieronymus in prouerb. inquit) ubi ponit uæ, denotat culpam esse mortalem. & Paulus etiam Apostolus (inquit) ita ait in simili aut pari specie, qui hæc spernit non hominem spernit sed Deum. pro quo etiam facit, licet ipse non alleget, prouerbiorum c.8.uel.9. ubi dicitur per me leges regnant, & conditores legum iusta decernunt sed cùm nos passim uideamus innumeras subditorum leges principum iniustas esse, liberrimo ore iudicare eisque grauiter indignari, nec propterea ipsi existiment se mortaliter aut etiam uenialiter peccare: durum ac perniciosum mihi uidetur, hanc sententiam admittere. cùm ut in missarum celebratione quotidie dicitur, Deus optimus maximus pijssimus ac redemptor noster, non inducat sed tollat peccata mundi, nec ad inducendum sed ad tollendum mundi peccata nosque redimendum uenerit: neque ullus (qui non sit rerum inexpertus) ignorat leges quotidie omnino inutiles fieri, alias inuidiosas, alias dannosas, alias durissimas, alias immanes & periculosissimi euentus plenas præbentesque (ut supra ostendimus) delinquendi occasionem, ut qui illis indignetur, etiam palam tam longè absit à peccato mortali, ut fortè opus meritorium in hoc fecerit, quod occasionem talium legum mutandarum dederit. & ita nobis contigit, qui similem indignationem cõtra inutiles quasdam leges scripsimus lib. 3. §.30.ad tit.supra de successi. crea.nec quicquam mali sed potius boni & meritorij me fecisse existimabam. nec ullum euidentius. Tyrannidis initium excogitari posset quam prohibere, ne ciues possent de legibus uerbo & sermone iudicare. sic enim facilè eueniret, ut a reipublicæ regentibus leges fierent, quæ nos liberos & ingenuos in miseram seruitutem ac lamentabilem conditionem conijcerent, quam morti comparamus.l.seruitutem ubi multa per Dec.& Cagnol.ff.de reg.Iur.Iunctis.l.j. in princ.& §.j.C.de cad.toll.d.l.prospexit.d.l.in suis ff.de lib.& posth.d.§.sed & maior asperitas instit.de his qui sunt sui uel ali.iur.& inst.de succ.subl.quale ergo esset si legum ferendarum data à ciuibus potestas; ad suam duntaxat utilitatem ut suprà ostendimus in eorum necem, & miseram calamitatem conuerteretur; & nec etiam uerbo se tueri aut medelam, quærere liceret, aut quo nam modo possibile est, quòd mortaliter peccasse uideatur, qui contra legem principis, quam iniquam putat inuehitur? nam siue illa iniqua re uera sit; opus etiam meritorium (ut iam dixi) facit, siue non sit iniqua, quid peccauit, qui clariore iudicio & ingenio à Deo donatus non fuit. non ne 80 homicidium aut etiam parricidium facere grauius esset? & tamen si dementia id fieret inculpatum & impunitum tam quò ad Deum quàm quò ad homines esset.l.Diuus ff.de offic. præsid.l.de creationibus C.de episcop.audi.&.C.de cura.furi.l.fi.§.sed cũ antiq. plenè in simili per Bar.nu.19. Alex.num.32. Ias. num.28.cum seq.Ripam num.72.in l. ex facto ff.de uulg.idem Iaso.in l.patre furioso ff.qui sunt sui uel alie. iur.ergo si contra legem superioris, quam in iustam putabam indignabar, si quidem re uera iniusta erat, proximior merito, quàm culpa ero, quòd si re uera iusta erat, insaniæ, dementiæ obnoxius potius aut stultitiæ quam nequitiæ esse uidebor quòd si dixeris, in eo nequitia est, quòd tuum iuditium superioris iudicio anteponis, replicabo, immo in eo stultitia mea est, quòd sine iusta ratione id feci deceptus, quod si 81 id facerem solùm ad hunc finem ut superiorem; contemnerem, tunc peccatum esset, nam & si hominem priuatum contemnerem peccarem, ergo grauius si superiorem; sed tamen id peccatum esset diuersæ speciei, non enim descenderet ex legis incusatione, sed ex iniuria quæ etiam solo uerbo fieri potest non solùm Principi sed etiam priuato homini.l.si nõ conuitij C.de iniuri. tenendo nostram sententiam tunc ad auctoritates in contrarium adductas resp.quòd procedunt quando re & animo fieret contemptus, quod obtinet quo ad forum conscientiæ. nam quo ad forum contentiosum dici ut in.d. l.si non conuitij, nostra sententia tutior ac iustior uel ex eo reditur, quòd 82 in uerbis contemptus esse non potest, nisi in animo quoque sit; Verba enim reperta sunt, quæ indicarent non quæ impedirent nostram uoluntatem teste Cicerone in oratione pro Lutio cæcina. l. Labeo ff.de supel. lega. l. obligationum substantia.l. non figura ff.de act.& oblig.l.an inutilis.ff.de accep.l. non solùm ff. de acti.& oblig.ergo qui uerbis tantùm non etiam animo contempsit is quidem non contempsit, quasi uerba errore ueluti prolata defierint intentioni ut debebant deseruire.§.si quis in nomine iust.de lega.l.si in nomine ff.de lega.j.l.si per errorem ff.de iuris. om.ind.ubi plene per Ias. & alios in simili.l.iiij.ff.de lega.j.ergo contẽptus aut est in solis uerbis, aut in solo animo; aut in utroque, si in solis uerbis extra noxam est; ut proximè ostendimus, si in solo animo quo ad leges seculares (de quibus semper loquor & locutus sum)

Tyrannidis initium, claudere aditum ad iudicandum de legib.

80 *Homicidiũ aliquando inculpatũ. maleficia ab animo descendũt & regulantur.*

81 *Legi superioris, qui per maliciam calũniatur peccat, idẽ si cuique priuato*

82 *Verbalis contẽptus qualis.*

idem est. nam cùm omnis effectus reguletur à sua causa finali.c.cum cessante de appell.l.cum pater §.dulcissimis ff.de leg.ij.l.adigere.§.quanuis ff.de iure patr. cúq; legibus & Principibus secularibus ad nostram tantùm non etiam ipsorum utilitatem obligemur & subiiciamur, ut suprà ostendimus: necesse est, ut legis secularis transgresio eatenus transgressori noceat, quatenus ea transgresio reipublicæ aut tertio nocuit & non amplius. sed licèt in animo meo milies dixerim & constituerim leges me uiolaturum & transgressurum, certè quandiu te transgressio non fit, nemini omnino nocui. ergo ex tali animo & cogitatione, nec in foro contentioso nec in foro conscientiæ reus ero; quando animo constitui me leges transgressurum, quas iniquas putabam; quia tunc contra meam conuentionem meumq́; consensum me minimè uenire aut uenturum intelligebam, cùm ab ipso initio legibus tantùm iustis non etiam in iustis me subiicere animus fuisset. tertio casu quando animo & uerbis transgressionem feci, uel re & animo, si quidem lex iusta erat culpæ reus sum in utroque foro, secus si iniusta. ratio differentiæ quia illo casu & contra meũ consensum & obligationem ueni & reipublicæ nocui, hoc autem casu, nec contra meam obligationem aut consensum ueni, nec nocui reipublicæ ut ex superioribus edocemur. quòd si quis animo suo tantùm uel animo & etiam uerbis decreuisset legem aut principes contemnere & non obedire etiam in licitis & honestis, is quo ad Deum culpæ reus esset, non secus immo fortius quàm si contractum à se legitimè celebratum constituisset se non seruaturum & etiam si postea transgressio uel contractus uel legis uel præcepti principalis non sequeretur, adhuc tamen peccatum semel animo commissum infectũ non redderetur. nec enim pauci sunt qui similes legum ac contractuum transgressiones in animo suo se facturos constituerunt cum omni deliberatione nec postea animum suum (quia fortè defuit cõmoda occasio) expleuerunt, qui non ideo minus semel peccauerunt, nec ideo magis infectum illud peccatum redditur. & hoc est, quod dici solet, solus inferioris deliberatus contemptus ad legis uel superioris iniustam inobedientiam inducere peccatum, etiam si inobedientia postea re non comprobetur. ut per Alfons. Castren. de potest. legis pen. lib. j. c. 5. idq; cùm procedat in legibus & principibus etiam secularibus multo magis & in ecclesiasticis ut ibi per eum, per Sanctum Thomam. 2. 2. q. 186. art. 9. Ioann. Gerson. lect. 5. de uita animæ spiri. & Adrianũ quodlibet. 6. art. ij. ex quibus apparet aliquando esse contemptum sine transgressione, ut proximè diximus, aliquando & secundo transgresionem sine contemptu (quod frequentius accidit) ueluti si quis ob concupiscentiam, iracundiam aut libidinem peccauerit contra leges diuinas, naturales uel positiuas, canonicas aut seculares. aliquando 83 concurrit utrunq; ut si cum tali concupiscentia, iracundia uel libidine concurrat legis aut principis contemptus, contemptus autem in legis transgresione tunc in esse intelligitur quando frequentissimè ab homine plures ac plures eius transgressio fit. ita Ioannes Andr. in c. sacris de his quæ ui metusue ca. collectarius in. c. j de consti. Archidiac. in c. excellentissimus. 11. q. 3. quos refert & improbat Alfonsus Castrens. ubi suprà, quod non iniuria faceret, si eorum animus is fuisset quem ipse collegit, sed cùm animus eius, qui legem transgreditur soli Deo notus sit d. l. non solum d. l. obligationum substantia. d. l. an inutilis. l. fi. C de hær. inst. l. f. C. de inst. & subst. l. si quis intentione ff. de iud. & ferè per totum tit. ff. de rebus dub. cumque contemptus causa nec ne legis transgressio fieret pendeat ex animo transgressoris, nullus ignorare potuit, talem contemptum non causari ex legalis transgresionis frequentia aut geminatione, quæ ad contemptus probationem aut præsomptionem duntaxat non ad contemptus essentiam consideratur. & si ita intelligant ut ipsi rectè loquuntur, & eorum sententiam ex innumeris geminationis effectibus confirmabis, quos enumerauimus suprà de succ. crea. lib. j. in. §. 3. num. 13. cum pl. seq. hæc tamen contemptus præsumptio, & si efficax esse posit quo ad forum contentiosum, tamen quo ad Deum non obligat si reuera contempus nunquam adfuit sed tantùm infirmitas ex communi op. theologorum & canonistarum quos proximè citauimus. quòd si lex superioris sit iniusta, & ego eam iniustam existimem, sicq́ue concurrat ueritas cum opinione, posum eam sine peccato mortali contemnere, ut & ipse Alfonsus ubi suprà uers. tertia conclusio agnoscit post doctorem subtilem. 4. sententiarum dist. 3. q. 4. art. j. quòd si re uera iusta erat illa lex, cuius transgresionem feci, tunc aut intellexi iustam esse & utroq; foro culpæ reus sum, aut putabam in iustam esse, & quo ad Deum culpæ reus non sum sed in foro contentioso tenebor; ut ex superioribus edocemur. quòd si dubius eram, iusta esset nec ne, tunc teneor, iuxta illud Domini documentum, qui amat periculum, peribit in illo. & quia quo ad Deum inculpatus non est, qui comisit se periculo, unde læsio reipublicæ resultare poterat: & hæc est illa imperitia, quæ culpæ annumeratur. §. præterea medicus instit. de lege aquil. sunt tamen plures gradus dubitationis, qui possunt augere uel minuere peccatum illius, arg. l. cum quidam. §. quod dicit cum ibi notatis ff. de acq. hære. facit. l. f. C. de cond. indeb. & ita intelligendum est, quod traditur ubi suprà per Alfon. Castr. uers. lex humana, qui tamen (ut nobis uidetur) non leuiter errat, dum 84 putat ex uoluntate legis latoris pendere, utrum legis humanæ transgressor peccet nec ne quando illa iusta erat, nam si tibi mandatum dedi ad emptionis uel locationis uel societatis uel dotis uel donationis uel commodati contractum celebrandum & cætera id genus, non ex animo tuo pendet sed ex meo utrum obligatus sim nec ne. nam si executus mandatum meum illam contractus speciem mandato comprehensam celebrasti, sine dubio me obligasti, etiam 85 si me obligandi animum non haberes tunc enim iam negocium, nõ tam inter me & te quàm inter me & illum cum quo nomine meo contraxisti gestum esse uidetur; ut hac in re non tam animus tuus occultus & soli Deo notus inspiciatur quàm factum extrinsecum. nam & si tu animum obligandi me non haberes, sat superque est, quòd ego ipse animum me me illi cum quo nomine meo contrahere obligandi haberem; tua enim persona hac in re tanquam pica, organum & instrumentum haberi debet, & uoluntas mea & illius qui sumus ad quos negotium principaliter spectat inspicienda est. l. 1. ij. & iij. ff. de procur. & per totum illum titulum & per totum inst. per quos agere pos. per totum C. de procur. & extra eod. tit. per totum ff. C. & inst. de mandato. sic ergo & in specie nostra cum lex ferè negocium inter ipsos subditos quasi inter mutuò ac inuicem contrahentes geri uidetur, & ad 86 eam legem seruandam inter sese non minus sed magis obligati uidentur, quàm si inter eos seque omnes alia conuentio, aut contractus factus uideretur d. l. j. ff. de legib. ibi communis reipublicæ sponsio, cum iis quæ suprà diximus. ipsi autem legislatori uix est ut hac in re obligati uideantur, aut si uidentur erit non tam principaliter quàm inter se se, uel ei obligati uidebuntur tanquam uni de populo, & ipse met legislator eis reliquis conciuibus ad parem legis obseruationem tenebitur. & quod 87 in. l. Princeps legibus ff. de legib. cum similibus negatur Principes legibus obstringi, procedit in iis quę leuioribus sunt preiudiciij ut suprà in simili dicebamus, qualia sunt ea, quæ pertinent ad solemnia iudiciorum, & contractuum, & testamentorum aliorumue ultimarum uoluntatum, non sic quò ad pactionum obseruantiam, siue illæ expressæ sint siue tacitæ, siue priuatæ siue uniuersales. ut tradunt nouissimi in l. j. ff. de consti. prin. & in l. princeps suprà all. & diximus plenissimè

83 *leges quando ex contemptu transgredi uideantur.*

84 *Legislatoris animus, an subditorum sit inspiciendus, quo ad legis nim, contra nouissimos.*

85 *Intell. ad titulos ff. C. & inst. & in decret. de procurat. & de mãdato.*

86 *Princeps an sit legib. solutus.*

87 *Intell. l. princeps legibus ff. de legib. §. f. inst. qui. mo. test. in fir cum simi.*

nissimè

nissimè de succ.crea.§.26.per totum in lib.iij.facit in simili egregius tex.in l.pater filium §.quindecim libertis ff.de lega.iij.cùm ergo ad legum obseruationem, non secus quam ad contractus inter se se celebrati fidem seruandam ipsi ciues mutua uice obligari intelligantur; hæc obligatio per ipsius legislatoris uoluntatem sine ipsorum inet subditorum (quibus ius obligationis quæsitum est) uoluntate & consensu tolli non potest nec acquiri definit.l.ad quod nostrum ff.de reg.iur.l.Iure naturæ eod.tit.l.nam hoc ff.de cond.ind.c.alteri.de reg.iuris lib.vj.stat 88. ergo conclusio, quòd lex iusta obligat ad sui obseruationem omnes subditos etiam in foro conscientiæ quod uarie intelligitur primù quando huius animi fuit ipse legislator, deinde etiam si id ipse noluisset si tamen ea uoluntas fuit in mente retenta, quæ regulariter nihil operatur.l. si repetendi.C. de cond.ob cau.sicque non fuit impedimento quin ciues inter se ac mutua uice unusquisque reliquis uoluisset ad legis obseruationem se obligare, ex quo consensu inter eos obligatiu naturalis & consequenter in foro conscientiæ oritur ut supra disseruimus. limita nisi ipse legislator quo tempore legem tulit aperuisset, se nolle ut ea lex obligaret in conscientia, tunc enim unusquisque ciuium conciuibus reliquis ad talis legis obseruationem uideretur uelle obligari quo ad forum tantùm contentiosum & non quo ad forum animæ, sicque ultra terminos sui consensus ea obligatio extendi non posset, quia limitata causa & c.l.age cũ geminiano.C.de trã act.facit.l.f.C.de pact.l.si quis in principio testamenti.ff.de lega.iij.l.iij.l.si pecuniam in pem.ff.de cond.ob cau.& ferè per totũ illum titulum. & C.eod.& ff.& C.de rerum permu.l.naturalis.§.j.& ferè per totũ ff.de præscrip.uerb.l.fi.C.de non nume. pec. quatenus in dd.ll. consensus præstitus sui natura est limitatus. litem 89 limita nisi lex illa iusta, pœnam assignaret transgressori, tunc enim uideretur non habere animum obligandi transgressorem in conscientia sed tantùm in foro contentioso ad pœnam præstandam, & ita uidentur sentire plerique nostrorum in. c. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constit. quod uidetur contra omne ius omnemque rationem pœna enim illa imponitur quo minus transgressio fiat, ergo non debet remouere obligationem in foro animæ, ne præbeat occasionem transgrediendi legem, sicque operetur contrariũ eius ad quod ea pena apposita fuit contra.l.ea tamẽ adiectio ff.de lega.iij.l.legata inutiliter ff.de lega.j.l.legata inutiliter ff.de adim. leg.l.non ideo minus. C.de procura. & ita uult ipse Alfonsus Castrẽ.de potest.legis pęnalis libro j.c.9.&.c.ca.sed prior sententia, quam & tenent cõmuniter doct. per tex.ibi in l.si pacto quo pœnam C.de pact.ut humanior ita & uerior uidetur. nam 90 cũ huius controuersiæ definitio ex animo ipsorũ subditorum, qui hanc legem acceperunt pendeat potissimùm.d.l.j.ff.de legibus ibi communis reipublicæ sponsio cumque tam eorum quàm ipsius legislatoris animus qualis fuerit soli Deo notum sit, quid impedimento est, quin interpretemur tam legislatorem quàm subditos alternatiuam facere uoluisse obligationem, ut uel lex obseruetur uel pœna pacta præstetur. nam similis interpretatio in simillima causa fit, nempe cùm tecum contraxi obligor ad pacti obseruationem etiam in foro animæ & tamen si adiectum fuerit ut si ita obseruatum non fuerit pœna præstetur, tunc præstita pœna, obligatio ex mente agentium quo ad conuentionem primordialem & principalem cessat.l.si pacto quo pœnam.C.de pact. iunctis iis quæ supra adduximus.l.ubi pactum C.de transact.l.pacto ff.eod.tit.doctiss. Tornellus in q. an pœnalis obligatio nouet principalem nu.5.uers.iij. conclusio l. qui fidem.ff.eod.tit,l. subdiuersa.l.cum proponas.eod.tit.C.l.qui Romæ.§.Seia.ff.de uerb.oblig.& in simili per Alex.in d.l.ubi pactum col.iij.& iterum nu.15.& ibi etiam Ias.num.9.post Bart.ibi col.fi.facit.l.qui ea mente ff.de furtis.optimus tex.in l.ea quidem.C.si mancip.ita fuer.alien. facit.l.rescriptũ.§.j.ff.de pact.l.apud Celsum.§.Labeo ff.de doli excep.ubi per glo.l.si quis rem.ff.de arbit.l.si quis a socio.ff.pro socio.l. prædia.ff.de action.emp.l.si quis accepto.ff.de cond.ob caus.sic ergo & in specie nostra cùm pœna legi humanæ adijcitur hoc actum uidetur inter legislatorem & subditos uel ab ipsis subditis inter sese ut uel legi obtemperetur, uel pœna præstetur, non ut utrunque, & sic alternatiuè non coniunctiuè. quod 91 obtinet quando lex prohibuit id quod de iure Diuino, naturali, uel gentium non erat de genere prohibitorum uel quando imperauit id quod de Iure Diuino, naturali, uel gentium facere nõ tenebamur. & si aduersus ea factum esset uel ita factum non esset pœna apposita fuit, tunc enim quia illud factum uel non factum remota illa lege positiua inculpatum erat & eadem lex positiua mentaliter intelligitur esse alternatiua, superest ut altera parte impleta ex toto satisfactum esse uideatur.l.plerumque ff.de iure dotium.l.si ita quis &.l.si quis ita.ff.de uerb. oblig. Ceterùm si quod illa lege fieri præcipiebatur, uel non fieri iubebatur, erat de iure Diuino uel naturali de genere prohibitorum (puta ut furtum non fieret, uel ut dies festus coleretur uel ut parentibus obtemperaretur) & si pœna adiecta esset transgressor ad pœnam præstandam teneretur. & Præterea in foro animæ culpæ reus esset, non minus sed fortè magis quam si ea lex positiua lata non esset, quia hoc casu deficit potestas ex parte tam legislatoris quam subdictorum ad dispensandum cum hoc præcepto.c.cum inferior.de maior.& obidien. & ff.de arbitris.l.nam magistratus. Et Præterea hic gemina culpa est quia non solùm legis Diuinæ aut naturalis sed etiam legis positiuæ transgressio fit, nec culpa unius legis uiolatæ minuit culpam in altera lege uiolanda comissam sed potius eã anget.l.ij ff.de priua.delict. & in fin.print. insti.si quadrup. pauper.fecis.dic. limita 92 tamen ut.l.pœnalis etiam in quibus casibus transgressorem non obligat ad peccatum, semper eum ad peccatum obstringere uideatur quando ipse ex legis transgressione peccare se falsò existimabat idque ex Dei contemptu descendit quod & in lege non pœnali procederet.ita Sanctus Thom.in i.ij.q.xix.art.5.& Sanctus Bonau.in ij.sententiarum disti.39.arti.i q.iij.fratrer Alfon. à Castro.de potest. legis pœnalis.lib.j.c.5.uers.lex humana denique 93 in quibus casibus lex humana, obligat transgressorem ad culpam & peccatum desinit obligare si mutatis postea temporibus ipsius legis utilitas cesset, ut suprà attigimus. quod procedit primùm quando ratio legis in ea expressa fuerat & modò constat cessare deinde & procedit quando ea ratio expressa non fuerat in lege sed rationem quæ uero similiter legislatorem mouere potuit constat modo cessare ita Panorm.in.c.quia plerique de immunit.eccles.Cyn.in.l.non dubium.C.de.ll.Bal.in.l.fi.C.deliber.præter.& in.l.fi.ff.de hæred.insti.Alfons.à castr.ubi suprà.uers.iij.documentum.Sanct.Thom.2.2.q.147. in simili per Andre.Tiraq.de causa cessante parte.i.num.139.& est ex mente Aristotel.in 5.ethi.c.10.quod 94. procedit quãdo legis causam uel rationem cessare manifestum erat, & tunc unus quisque potest sibi esse iudex ex mente eorundem præsertim.d.Alfonsi.Cæterùm si dubium esset an ratio legis cessaret uel non, ad superiorem recurendum esset ut id interpretaretur. sunt tamen plures gradus dubietatis de quibus per tex.glo &.dd.in.l.cùm quidam.§.quod dicitur.ij.ff.de acquir. hæred. secundum quos gradus hoc ultimum potest laxius uel strictius accipi. neque 95 ad rem pertinet quòd legem superioris soli principi interpretari liceat, & præterea nemini.l.fi.C.de legib.nam illud procedit primùm in legis dubiæ interpretatione, secus ubi certum esset eam legẽ cessare ita.d.Alfonsus.ubi suprà post Sanct.Thom. quem refert in.2.2.q. 120. art. i. deinde intelligitur ut procedat in foro exteriori non sic in foro animæ secun-

88 leges quãdo obligẽt in conscientia.

89 lex pœnalis an obliget in conscientia, ar dua q.

90 pœnalis contractus transgressor etiã in foro animæ ad solã pœnã tenetur, non ad principalem pactione seruandam.

91 Legis pœnalis trãsgressor interdum in foro animæ tenetur ultra pœnæ solutionem.

Leges pœnales aliæ alias non consumunt.

92 peccatum an inducatur ex falsa opinione.

93 causa legis cessante ipsa.l. desinit obligari in conscientiã

94 Legis causa an cesset, quisque priuatus potest quo ad se iudicare in re clara secus in obscura.

95 intell.l.f. C.de legibus.

dum eundem Alfonſum ubi ſuprà.in.5. documento. tertius ſenſus illius legis qui cæteris & generalior & ut ſuprà dixi utilior eſt fuiſſe nobis uidetur, ut.l.principalis à ſolo principe recipiat interpretationem generalem quæ faciat ius quo ad omnes ſubditos non ſecus quam ipſamet lex, quales ſunt illæ interpretationes quas Imperatores faciebant reſcribendo ex deliberatione magna ad prouintiarum proconſules & ſimiles ad definitionem cauſarum occurrentium de quibus in l.non iuſtam C.ad treb.l.fi.ff de hær.inſti.l.ſi Titio & Meuio.§.Iulianus.ff.de lega.ij.l.Diuus.ff.de offi. Præſid. & alibi ſæpe. & in l.cum hic ſtatus.§.ait oratio ff.de iure dotium. cæterùm interpretationem particularem quæ deſeruiat ad ſolius cauſæ occurrentis definitionem & in foro contentioſo quilque iudex & facere poteſt & debet. ut in l.iij. ibi tu melius ſcire potes ff.de teſt.l.neque leges.l.non poſſunt.ff.de legib.l.iiij.ff.de præſcr.uerb.l.Titius in fi.prin.ibi apud iudicem agi oportere.ff.de lib.& poſth. & in foro conſcientiæ quiſque priuatus id ſibi facere poteſt ut dictum eſt. & ita accipienda eſt.d.l.fi.ff.de legibus iuncta.l.nemo.C.de ſenten. & quod 96 diximus de cauſa legis ceſſante, intellige dũmodo ceſſet ex toto non ſic ſi ex parte ſecundum eundem Alfonſum ubi ſuprà.iij.documento. Vnde inquit & rectè utcunq; quis habeat carnes plus æquo maceratas adhuc ieiunare tenetur quia 97 non ad ſolam carnis macerationem (ut quidam falsò putabant) ſed etiam ad mentem in Deum eleuandam ieiunium fuit inuentum. Verùm ſi 98 ex toto ceſſet cauſa propter quam lex tributum annuum fortè indixit, ceſſabit & tributum ſecundum eum, quod & tenuit Abbas in.c.j.de conſtit.Bar.in l.uectigalia ff.de publi.plenè per Corn.poſt alios in l.un.in prin.C.de cad. toll.per tex.ibi dicentem ut quod belli calamitas introducit lenitas pacis ſopiret. id, quod nos non parum utiliter ac nouè intelleximus ſuprà ut talis quidem lex ſopiatur non tamen extinguatur. nam ſi extingueretur tunc & ſi eadem neceſsitas rediret, adhuc lex ſemel extincta non ſuſcitaretur.l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de uerb.oblig.§.j.inſt.de inut.ſtip.l.qui res.§.areá ff.de ſolu.ſicque ut tributum illud rurſus exigere omnia ex integro agenda eſſent, quæ in lege noua ferenda neceſſaria & ſolennia eſſe ſolent de quibus in l.humanum.C.de legib.in ſimili per tex.in.l.hæredes palàm in prin.&.§.j.ff.de teſtam.nouaque lex eſſe uideretur non ea, quæ antea erat ut.dd.ll.& d.§.ſacram.d.§.aream.& l.ſi ſeruus legatus.§.fi.ibi nouus homo eſſe uidetur.ff.de adimen.leg. Verùm cùm ceſſante cauſa ob quam lex tributum annuum indixerat ſecundum nos lex ipſa non extinguatur ſed tantùm ſopiatur, euenit ut eadem cauſa, & neceſſitate redeunte, idem tributum ipſo iure & debeatur & exigi poſſit.

96 legis cauſa debet ex toto ceſſare ut ipſa ceſſet.

97 Ieiunium quare inuentum.

98 Lex quæ tributum annuum indixit, an ceſſet ceſſante cauſa tributi indicendi.

Ex ſuperioribus colligitur definitio ad quandã egregiam.q.ſcis enim uehementer controuerſum fuiſſe per Bar.Bal.Alber.Ang.Ioan.Imolen.Cuman.Paul.Caſtren. Alex.Soc.Iaſ.Alci.& alios in l.moribus.ff de uulgari.per Zaſ. & Lancelot. Politum & Anton. Fumeum in tract. ſubſt.omnes in requiſito ij.pupillaris ſubſ.& per omnes doctores in l.ſi teſtamento. C.de impuberum. & per doctores in princ.inſtit.de pupill.ſubſt.& in aliis pluribus locis, quæ plenius referemus in lib.ſeq.§.15.ſuper.ij.requiſito pupillaris ſubſt. ſcis inquã fusè acriterq; controuerſum fuiſſe. An extraneo fieri poſſit pupillaris ſubſtitutio, eorum quos ſuprà retulimus & aliorum quàm plurium quibuſdam fieri poſſe exiſtimantibus, aliis ad omnino abnegantibus & alterutris ſententiam ſuam alacriter defendentibus. nos autem in hac fuimus ſententia ut pars affirmatiua ut elegantior ita & uerior & fortè receptior ſit, cum quodam tamen moderamene, quod partem quoque negatiuam aliquantulum amplectitur. nam ualet quidẽ ea pupillaris ſubſtitutio (ut pars affirmatiua docet) per d.l.moribus.§. ſed & ſi extraneum, ita tamen ut effectu careat donec extraneum ille ad familiam & poteſtatem teſtatoris per adoptionis interuentum reci diſſet, id quod ad partem negatiuam aliquantiſper accedit. non aliter atque lex, quæ initio nullam utilitatem afferre uidebatur, ualere non deſinit quanuis interea effectu careat donec poſtea temporis tractu aliqua utilitas enaſci cœperit; tunc enim uelut à ſomno ſurgens; ſuos incipiet producere effectus.

pupillaris an extraneo fieri poſſit, elegans declaratio.

Quibus etiam conuenit altera eorundem ſimillima controuerſia cùm ſubſtitutio ſiue uulgaris ſiue fortè informis filio teſtatoris facta fuerit, an ſub ea ut pupillaris ita & exemplaris ſubſtitutio contineretur, etiam ſi tempore teſtamenti impubes ille non fureret. & cùm multi noſtrorum tenerent exemplarem comprehendi ſed longè plures id abnegarent, nos in hac fuimus ſententia ut contineretur quidem initio non ſecus quàm tacita pupillaris: ita tamen ut interea ueluti ſopita uideretur, donec ille impubes etiam adhuc impubes uel fortè maior effectus furere cœpiſſet, tunc enim uires ſuas ac effectus productura. ut in lib ſeq.plenius edocemur in materia exemplaris ſubſtit.§.18.

Vulgaris uel informis facta non demum tiam contineat etiam exemplarem.

Simillimum eſt quòd rei legatæ dominium lex uoluit ut ipſo iure tranſiret in legatarium à morte teſtatoris ſed quia incertum erat utrum ille agniturus eſſet legatum an forte repudiaturus, quo caſu extra mentem & teſtatoris & legis erat, ut ille quicquam emolumenti inde caperet, proſpexit lex ut ex futuro euentu id declararetur; nempe ut ſi agnitum fuiſſet legatum, à tempore mortis teſtatoris & rei legatæ dominium & fructus ad legatarium pertinerent: quòd ſi repudiatum fuiſſet, neutrum nihilque ad eum ſpectaſſe uideretur.l.ſi tibi homo.§.cum ſeruus ubi tradunt Bar.Imol.Alex. & alij communiter.ff.de lega.j.l.legatarius §.fi.ubi tradunt omnes doct.ff.de lega.j.melior textus de iure qui à nemine allegatur in l.j.ad medium ff. ſi quid in fraudem patroni. quarum rerum imaginem (iudice me) ſequi debemus & in quadam alia quæſtione quæ & ſummopere ardua eſt & (quæ noſtræ tempeſtatis infœlicitas eſt) longè frequentior quam ſiue lachrimis effari poſſit. ſcis enim quòd hæretici bona ipſo iure uel ipſo facto publicantur.c.cum ſecundum leges de hæreti.lib.vj.ſed uehementer controuerſum eſt, primùm, An etiam ante ſententiam iudicis, uel etiam ante accuſationem & ſic facilius ante executionem rerum ſuarum dominium ab eo abſcedat & ad fiſcũ tranſuolet: & an ſimiliter interea fructus ſuos tanquam malæ fidei poſſeſſor facere deſinat: deinde an ſe ſe deferre teneatur, bonaque ſua fiſco tradere. mouet quæſtionem quòd ut quis fructus ſuos faciat, iuſtusque poſſeſſor uideri poſſit, oportet ut ſcientiam rei alienæ non habeat. c.fi.& c. uigilanti de præſcrip.& ita in ſpecie tenent aut ſaltem ſentire uidentur Sanctus Thomas. in.2.2.art.98. in reſp. ad.iij. arg. Adrianus in quodlib.q.6.& in.4.ſententiarum Abbas Panor.in c.j.de conſtit.idem Panorm.in.c.dilecti de arbitr. ubi, qui crimen hæreſis uel læſæ maieſtatis cõmiſit negatur poſſe bona ſua cum bona conſcientia retinere quaſi nec eorum iam dominium habeat nec fructus ſuos facere poſſit, idem Dominic.in.c.prohumani.§.ſacri de homi.lib.vj.Panor in c.cum non ab homine de iudic.Fel. in.c.Rodulphus de reſcrip.uerſ.ſed declaratoria fall.iij. allegat idem tenere glo. & Angel. in authen. de inceſt. nup.in prin. idem Panorm. in.c.peruenit.de appell.& in c.in quibuſdam de pænis & in.c. fi.de hæret. Barbat. in cap.Rainutius de teſt.fol.11.col.ij.Phil. Dec.in.c.canonum ſtatuta col.v.num.30.de conſtit.idem Decius in l. quod à quoquam ff.de reg Iur.Paul.Caſtrenſ.in l.j.§.ad beſtias ff.de poſtulan. Bal.in l.id quod pauperibus uerſ. nono quæritur de Epiſc.& cleri.C.Angel. in authen.de inceſ.nupt. col.j.Alfonſus Caſtrenſis de poteſt.legis pœnalis lib.ii c.8.Iaſ.conſ.xxi.lib.iij.poſt Bar.in l.j.ff.de infamibus & Bal.in l.un.col.iiij.C.ex delict. defunct. quos ipſe allegat.Ant.Corſet.in ſuo ſingul.uerb.pena.Andr. Tiraquel. qui plures allegat in l. ſi unquam. C.de reuo.

legatæ rei dominium ut legatario quæratur.

Hæreſis aut læſæ maieſtatis in crimine ubi pæna irrogatur ipſo iure, an in conſcientia talia bona poßint retineri & an fructus ſuos faciãt & an dominium retineant. ardua quæſ.

don

don. uerb. reuertatur per gl. & doct. in c. quam sit, uerbo. eo ipso de elect. lib. vj. & ibidem altera gl. uerbo. euacuetur, idem sentit gl. in c. cõmissa, uerbo. iusto impedimento, idem sentit & gl. & doct. in clem. multorum gl. ult. de pœnis ubi etiam not. per Ioan. Imol. & ad hãc partem inclinare uidentur Ioan. Ferrar. & Hierony. Cagnol. in l. quod à quoquam ff. de reg. iur. & Paul. Paris. cons. 34. lib. j. & cons. 19. lib. ii. & Ias. in. ii. lect. l. nemo potest ff. de leg. j. col. 18. Nicol. Boerius decis. 263. & decisione 277. contrariam partem uidentur tenere Bar. & alij in l. eius qui delatorem ff. de iure fisci Archid. in d. c. cum secundum de hæret. lib. vi. & ibi Petr. Anchar. & etiam Philip. Franc Guiliel. Benedict. in c. Rainucius de testamen. parte. ii. uerb. in eodem testamento. i. num. 32. Alciat. in l. postea quam. C. de pact. Mars. in sua practica causarum criminalium. §. aggredior num. 105. idem Alciat. in. l. si quis maior. C. de transact. & Hippol. Mars. in in rubr. ff. ad legem corn. de fals. num. 22. cum seq. Ioannes metina de contract. q. 22. Syluester de Prierio in summa tit. hæresis. j. Caietanus in cõment. super. 2. 2. q. 62. art. iij. & hæc pars fortè receptior est.

Et sanè hæc posterior pars, quam & alij non pauci (ut ex relatione eorum quod supra retulimus apparet) sequuntur, ut benignior ita fortè & uerior est. & in primis cùm cogitationis pœnam (ut est in regula iuris) nemo mereatur, quia non solùm quando delictum commissum non fuit, sed tantùm cogitatum, cessat pœna legis exterioris sed etiam si re uera cõmissum esset; si tamen uel omnino occultum esset uel lex de eo inquiri prohiberet, cessaret legis pœnalis intentio & definitio. arg. l. in suis ff. de lib. & posth. ibi, quos & occidere licebat. & talia crimina solum Deum ultorem habere dicuntur. l. ii. ubi per doct. C. de reb. credit. leges enim pœnales humanæ, tunc demum & non aliter maleficia persequebantur, cùm malefactor uel alicui tertio uel reipublicæ noceret; non sic si sibi non etiam alteri nocuisset, siue quis sibi quo ad bona sua noceret, dum fortè ea prodegit. l. sed & si lege. §. consuluit ibi dum re sua se abuti putant. ff. de pet. hær. l. j. §. & magis uers. prodegit. ff. si quid in frau. patr. l. nõ usque. ff. si à par. quis fuer. ma. l. quia autem. §. j. ff. quæ in fraud. cred. siue quis sibi noceret quo ad corpus suum sese neci tradendo si modo id non formidine pœnæ sed uel impatientia doloris uel fortè tædio uitæ id in se admisit. l. j. ff. ad Syllan. & ferè per totum. ff. de his qui mor. sibi cons. ergo qui delictum tantùm cogitauit, non etiam commisit ab omni pœna legis humanæ expers est, quia nemini alteri nocuit, in eodem numero habendus est ille qui delictum commisit si nemini nocuit. quid enim si quis formaliter iurauit aliquid se facturum, uel non facturum, idque iuramentum uiolauit; sed nullus erat conscius huius iuramenti in periurium postea uersi (puta iurauit se ædem Diui Iacobi aditurum, idque efficere noluit, uel plateam non aditurum idque uiolauit, & sanè immunis erit à pœna humana, quæ periuris imponitur, non solùm in foro contentioso (quòd indubitatum est cum ponamus nullum illius rei fuisse conscium) sed etiam in foro animæ, quia per iuramenti uiolationem sibi soli non etiam alteri nocuit, quo casu satis Deum ultorem habet. & legis humanæ pœna periuris imposita huius peccatum non auget; quia sui natura est limitata, quatenus malefactor alteri nocuit, nõ etiam si sibi tantùm nocuisset. ergo secundum hoc dicet quis hæreticus ille qui dicto uel facto in hæresim incideret impunitus maneret, idque nefandum ac ridiculum esset asserere. sed respondeo, non sequitur, nã qui hæreticus facto uel dicto ita fuisset, ut alicui uel aliquibus notesceret, is reipublicæ non solùm nocere, sed etiam uehementer damnum inferre uideretur, cùm ius & utilitas publica in sacris potissimùm inque Dei opt. max. religione consistere, in comperto sit. l. j. §. huius studij. ff. de iust. & iur. l. ueluti eod. tit. nec dubium est quin nocentior sit is, qui rempublicã quam, qui priuatos læderet, auth. res quæ. C. cõmu. de leg. hactenus quando aliquibus notum fuit illum facto uel dicto fuisse hæreticum, non sic si id nemini omnino notum fuisset, tunc enim & si is, quo ad Dei punitionem hæreticus foret, tamen quo ad leges humanas tale delictum punientes, aliud esset: ratio differentiæ ea est, quia hoc posteriore casu sibi soli, non etiam alteri, tertio aut reipublicæ nocuisse uidebitur; at priore casu reipublicæ per illam nefandam in Deum irreuerentiam & perfidiam nocuisse uidetur. nam si quando alicui de familia mea iniuria fit, ego iniuriam pati uideor. §. patitur instit. de iniur. quanto magis si Deo opt. max. iniuria fiat, singuli uiri iniuria affecti uidebuntur: cùm erga Deum sit longè maior obligatio quàm erga cognatos uel etiam liberos uel parentes ut in l. ueluti arguendo ab ordine literæ. ff. de iust. & iur. & diximus plene suprà. præterea expedit & reipublicæ & etiam singulorum talem irreuerentiam ac perfidiam nefandam non manere impunitam, ne impunitas præberet aliis sceleratis hominibus ansam & occasionem similia perpetrandi arg. l. j. ff. de legib. l. congruit. ff. de offic. præsi. l. omnes. C. de feriis, maximis his quæ superius attigimus, quas rationes ex toto cessare quando crimen fuit omnino occultum, uel quando crimen est omnino occultum nullus non uidebit. ergo succedit regula supra plenè probata, quæ habet cessante ratione legis pœnalis ipsam quoque Legẽ & pœnam cessare, sicque talis hæreticus sese deferre non teneretur: hoc, primò; dominiumque bonorum suorum posset retinere nec ab eo recessisse uideretur, hoc, secundò, fructus quoque suos utroque iure tam fori quàm poli facere uideretur, hoc, tertiò. & ita esse uidetur ex mente Ioã. Gersonis de uita spirituali animæ & in summa Angelica tit. hæreticus. §. 15. tenentque Io. Andr. & alij quos refert Panorm. in c. absolutos de hæret. quamuis contrarium teneant Andr. Tiraq. & Abb. ubi suprà, & Alfon. à Castro ubi suprà. c. fin. etiam eo casu quo crimen esset notorium post Domini. in c. perpetuo, uers. super dubio glossæ de elect. lib. 6. sed superior opin. uerior est, ut & in simili per glo. in c. fin. de temp. ordi. ubi per omnes, summa Syluestrina de homic. 3. q. 8. per c. Christiana. 32. q. 5. Panorm. in c. ex tenore de temp. ord. c. sicut tuis. c. tua nos de simonia, & per ipsum Alfon. Castr. ubi supra. d. c. fin. 3. q. his omnino fauet æquitas rei. quid enim si quis crimen hæresis aut læsæ maiestatis in corde suo tantùm cum omni tamen deliberatione commisisset, aut committere statuisset; deinde in corde similiter suo pœnituit, & ad sanitatem rediit? quid etiam si talia facinora uerbo aut etiam re perpetrauit, ita tamen ut id sibi soli & præterea nemini notum esset; & postea ex animo integerrimo pœnituit; certè si is in conscientia teneretur ad pœnam, tunc aut sese deferendo & bona sua & præterea famam & existimationem illuderet ac perderet, aut animam perderet, bona illa aliena utpote iam fisco delata retinendo. idque quàm ab illa consultissima utriusque iuris latorum prouidentia alienum & remotum sit, nullus modò sanus ignorabitur. præterea quòd palàm aduersari uidetur iuribus proximè allegatis & d. c. cum secũdum leges de hære. lib. 6. quæ absurda contrariæ etiam partis fautores uiderunt, sed in ea sententia (quæ ipsis quoque displicebat) steterunt uicti & superati ab illo argumento tracto ex eodem c. dum ait ipso iure induci bonorum amissionem eorumque dominium ad fiscum transuolare. unde malefactor ille alienũ nullo iure posset iam retinere. sed certè non est nouũ ut quando lex ipso iure transfert dominium rerũ de persona huius ad personã alterius, id fieri intelligatur ueluti sub hac mentali ac tacita conditione, ut nisi aliquis futurus euentus sequatur, id dominium translatum fuisse non uideatur. quale est (ut & suprà attigimus) in rei legatæ dominium quod à morte testatoris ipso iure separatur & delibatur ab hæreditate & migrat ad legatariũ. l. legatum est. ff. de leg. j.

Crimen punibile quale dicatur.

Nostra prodigere licet.

Hæretici cus omnes populares offendere uidetur.

Ius & utilitas publica in quo consistat.

Iniuriam quando pati uideamur.

Dominij translatio à lege facta ex euentu futuro sæpe habetur pro infecta.

Intel. c. cũ secundum de hæret. lib. 6.

leg.j.l.à Titio ff.de furtis & tamen id intelligitur ita demum ut sequatur legati acceptatio.nā ea non sequuta nec ab ipsa hæreditate uidetur abscessisse, neq; ad legatarium transuolasse l.legatarius.§.fi.l.si tibi homo.§.cum seruus ubi plenè per gl.Alex.& alios ff.de lega.j.Iaf.in d. §.fi.tale etiam est, quod filiof. præterito patris testamentum est ipso iure nullum eorumque paternarum dominium ad filium ipso iure migrasse intelligitur.l.necessarijs ff.de aeq.hær.§.sui inst. de hær.qual.§.sui inst. de hær.abint.iuncto prin.inst.de exhe.liber.j.ff.de iniust.rup.l.inter cætera.ff.de.lib.& posth.& tamen id intelligitur dummodo is futurus euentus sequatur ut filius agnoscat patris bona, aliter enim ea bona penes hæredem remanebunt.l.filio præterito ff.de inoff.tes.simillimum quoque est, quòd si in minore portione quàm legitima filiusfa.instituatur, ipso iure inducitur legitimæ supplementum l.omnimodo.C.de inof.test.l.scimus in princ.uerb.ipso iure eod.tit.& tamen subintelligitur hæc tacita conditio si illud petierit, ut tradunt ibi gl & doctores & est communis op.ut ibi Ias. adfirmat: & saltem in hoc omnes conueniunt ut illud legitimæ supplementum filio quiescente & tacente, utroq; iure tam poli quàm fori remanebit penes hæredem. sic ergo & in specie nostra, legis intentio est, ut simul ac crimen fuerit commissum ipso iure pæna irrogetur bonorumq; dominium ab ipso delinquēte abscedat & ad fiscum transferatur, dummodo quidam futurus euentus sequatur (hoc est condemnatio) si autem ea non sequatur nunquam dominium à delinquente abscessisse, neque ad fiscum transuolasse uidebitur. Quartò, simillimum est, quòd si mihi res aliqua addicta sit, eius dominium statim acquirere uideor; & tamen si postea melior conditio uenditori allata fuit, id dominium à me non solùm abscedit, sed etiam penes me nunquam fuisse intelligitur.l.ij.cum ibi plenè not. per Glos.& Doct. ff.de in diē addi. Quinto, simile est in pacto legis commissoriæ eodem modo inducendo ut l.j.ij.& iiij. ff. de lege commis. Sexto, simile in l.cum quidam.§. quòd dicitur.j.& ij.cū ibi plenè not. per Gl.& Doct. ff.de acqui.hær.l.antiqui ff.si pars hæred.l.si pater ff.de solut. Septimo, simile in l. humanitatis uerbo legitima.C. de impub. intelligendo, quòd ibi legitimam relinqui non erat necessarium ad primordialem testamenti ualiditatem. Octauo, simile in l. ex tribus. C. de inof.test. eodem modo inducendo. Nono, simile in l.j.§.fi.ff.ad turpil. Iuncta l. eos in prin.C. de appell. nam appellatio an rescindat sententiam, an eam duntaxat suspendebat, pendet ex futuro euentu, ut si per superiorem fuerit reuocata prior sententia, tunc per ipsius appellationis interuentum retro uideatur rescissa, sin autem fuerit confirmata, tunc nunquam rescissa uideatur, sed tantùm suspensa. Decimo, simile in filij exhæredati suitate, qui si in querela inofficiosi testamenti uictus fuerit, eius suitas semper retro à tempore exhæredationis uidetur fuisse extincta, l.filium.§.sed cū exhæredatio.ff.de bo.pos.cō.tab.quam si ipse uicerit tunc nunquam sublata uidetur.l.papinianus §.si ex causa uerbo. sinus. ff. de inoffi. test. Vndecimo, simile in posthumorum institutione, cuius utilitas & effectus pendet ab illo futuro euentu, utrum ille nascatur uel non, ut per totum tit. C. de posth.hær. insti.et per totum ff.de lib. & posth. Duodecimo, simile (& hoc est, quòd expendimus) est in lege lata, quæ ab initio nullam utilitatem secum ferebat, nec tamen ideo ualere desinit, quia postea potest utilitas ei denuo emergens accedere ut suprà peregimus. alia plura similia futuri euentus, qui detegit id, quod retro gestum erat, illudque declarat poterimus sumere ex suprà dictis per l.ii.ff.de hær inst.l.sicut certi.l.si cum uel in utero.C.de test.mil.l.Titius in prin.ff.de lib.& posth. quorum omnium ratio ea est, quòd l.eorum, quæ futura sunt, certa non est aut esse intelligitur, sed tantùm præsentium & præteritorum.ut est communis doct.op. per tex.ibi in d.§.quod dicitur & in.d.l.antiqui & .d.l.si pater.l.cum ad præsens ubi per doct.ff.si cer.pet. lex autem prospectum uoluit, ut si talia facinora perpetrantes condemnati essent, etiam retro à tempore facinoris admissi eorum bona ad fiscum pertinuisse uiderentur; ut sic ea capetet cum fructibus stantibus & ea uendicaret si fortè interea fuissent alienata: sin autem condemnatio secuta non fuisset quia forte crimen fuit occultum, uel non fuit sat probatum, aut detectum; tunc lex non uidetur ad talia bona fiscum inuitasse. & hoc est quod suprà ostendimus, Ecclesiam non iudicare de occultis. ex talibus enim facinoribus quasi respublica ipsa læsa uideatur ad qualem qualem læsionem emendationem bona illius capiuntur præter personę punitionem. cùm autem crimen occultum fuit uel absolutoria secuta fuit, ipsa respublica non potuit læsa uideri, etiam si re uera facinus fuisset admissum; sicque non est cur illius bona capiat tuncque & solum satisq; Deum ultorem ille habebit ut suprà ostendimus. ergo uerissimæ sunt sequentes conclusiones, primùm quod taliter delinquentes ad pœnam legalem præstandam in conscientia non tenentur, quandiu ab eis non fuerit exactum. deinde quòd retinent interea dominium bonorum saltem utiliter. tertiò, quòd fructus legitimè percipiunt, quòd interea possunt ea bona alienare quamuis postea ea alienatio periculo euictionis subiaceat, ut in simili in l.fi.§.sin autem C.com. de lega. quod ultimum saltem procedit in crimine omnino occulto. quæ omnia uidentur ex mente eorum, quorum sententiam tuemur contra mētem eorum à quorum sentētia recedimus. quæ etiam dilucidiora redduntur ex iis, quæ continuò subiiciemus, & præsertim quia taliter delinquentes nullus tenetur deferre, antequam eos admoneat ut ab illa insania & cæpto desistant. ut tradunt Doct.in c.nouit de iudi.diximus plenè in.lib.j.de succ.reso.qui est septimus huius operis, ergo ille talis delinquens si pœnituit & sic ei Deus pepercit, ei nil debebit, non quoque reipublicæ, quàm dum crimen occultum est, non læsit. ergo &c. nam in conscientia tutissimus erit.

Testamenti irritatio ob filijfa. præteritionem eo abstinente habetur pro infecta.

Legitimæ repletio, quæ fit à lege filio tacente habetur pro infecta.

Dominij acquisitio facta à lege, habetur pro infecta si melior conditio afferatur.

Sententia an rescindatur appellatione.

Suitas an exhæredatione extinguatur.

Lex futurorum certa non est.

Intell.c.cū secundū de hær.lib.6.

Ex superioribus colligitur pœnam legalem non deberi in foro conscientiæ, ut enim lex bona illius, quem ipso iure rerum suarum dominio priuauit sub hac uelut tacita conditione aut sub hoc tacito modo eum priuasse uidetur, si damnatus fuerit: & facilius in reliquis pœnis malefactor sub hac conditione uel modo teneri ad pœnam uidetur si condemnatio uel saltem petitio sequatur. & in specie ut tales pœnæ in foro animæ non debeantur communis op.est, quam tenet gl.celeberrima in c.fraternitatis. 12.q.ij.late per Bal.Abb.& Fel.in c.j. de constit. ubi plenius etiam per Phil. Dec. col.8. idem Dec. & Ferrar. & Hierony. Cagnol. in l.quod à quoquam, qui hanc firmat esse communem op.ff.de reg.iuris.Alex.in l.si pœnæ.C.de cond.indeb.Corset.in singul. uerb.pœna uers.in foro conscientiæ Fel.in c.audiuimus de simon. Dec.consi. 298.col.j.Phil. Cor.consi.28. & consi.69.col.ii.lib.ij.& consi.ij.li.iij. Alfonsus Castrensis de potest.legis pœnalis.c.9.uers. secundo pro confirmatione, quæ res, nulla lux oritur in qua necessaria non sit cùm quotidie mulier ac milites fiant publicorum uectigalium fraudes ac redituum priuatorum quibus fraudatoribus pœnæ à iure impositæ sunt. limita ut procedat in pœna legali non sic in conuentionali, quę debetur etiam in foro conscientiæ secundum quod post Anchar. scripsit Felinus ubi supra & Decius in locis suprà allegatis, pręsertim in d.cons.298.& Corsetus ubi supra & Anchar.consi.148. Hierony.Cagnol. in.d l.quod à quoquā in pr.limi.quæ limitatio uera non est, ipsi enim unico hoc argumento mouentur, quòd pœna conuentionalis ex uero consensu descendat & debeatur, nec aduertūt legalem quoque pœnam ex uero consensu descendere non secus quàm conuentionalem, cùm lex ut suprà diximus, sit communis reipublicæ sponsio & promissio l.j.ff. de legib.

Pœnæ nō debeatur ī foro cōsciētia.

Pœnæ conuētionales an debeantur in foro animæ ardua.q.

de legib. nec dubium sit qnin fortius obstringatur, qui reipublicæ spondet, quam si alicui priuato sponderet. arg.auth.res quæ.C.com.de lega.hinc est, quod ex pollicitatione reipublicæ obligamur & tamen priuato non obstringeremur, nt resoluit Ias.in rub.ff.de uerb.oblig. & ibi Fran. de Ripa. ergo cùm pœna à lege statuta est subditi uidentur ei se subiicere & consentire, non secus quàm contrahentes pœnæ conuentionali, sicque utroque casu ex consensu debetur. Verùm utroque casu, qui incidit in pœnam non tenetur eam offerre, sed tantùm pati ut à se exigatur. pœna enim (ut apparet ex omnibus ferè legibus ff.&.C.de pœnis) non eò pertinet ut aliquid ultrò faciamus sed ut patiamur id, quod eleganter docet Alfonsus Castrens. de potest. legis pœna.lib.j.c.3.post Aristotelem & Sanctum Thomam quē refert. denique præmium & pœna sunt duo quibus maximè Respublica continetur l.i.ff.de legib.& pœna legalis id esse intelligitur, quod excedit & egreditur maleficii seu damni illati restitutionem: ideoque dicimus pœnas statutas ut metu pœnarum homines boni efficiantur. nam etiam nulla lege positiua lata indubitatum erat, homines teneri de iure gentium & naturæ & diuino ad danni iniuria dati emendationem. leges autem positiuæ abdiderunt alias pœnas, non tam propter illius, qui fortè à me dannum passus fuit utilitatem, quàm propter aliorum ciuium utilitatem, ut unius pœna reliqui perterriti à similium facinorum perpetratione abstineant; sicque tutiores incolumesque sint boni ciues per quod commodum maximum sentire uidentur.d.l.j.l.omnes.C.de ferijs.ergo si dannum tibi iniuria dedi, de iure diuino & naturali ad perfectam danni emendationem tantùm tenebar, non ad id, quod à lege positiua propter aliorum conciuium utilitatem superadditum est, nec talem pœnam ultro præstare & offerre teneor eo iure inspecto, licèt per hoc reliquis conciuibus uideretur aliqua parari utilitas: quia eis consulere cum nece mea danno & iactura non teneor. nam bene ordinata charitas &c. l.præses. C.de seruit. ergo postquam damnum, quod dedi, perfectè restitui ad nihil amplius teneor in foro animæ. nec ad rem pertinet quod lex fortè ipso iure pœnam irrogauerit, nam suprà responsum est, id sub hac conditione tacita factum uideri, si petatur, nec mutat quòd tali penæ ex consensu nostro obligati uideamur, & sic naturaliter & consequenter in foro animæ. nam respondeo tacitè inesse hanc conditionem si petitum fuerit. nam & similia emptio & uenditio contrahitur simul atque de precio conuenerit inter contrahentes, idemque in reliquis contractibus bone fidei (puta locatio, conductio, societas, mandatum & similia) per totum tit.inst.de obliga.ex consensu. l. consensu.ff. de actio.& oblig.& in prin.inst.de emp.& uend. & tamen si conuenimus inter me & te, sicque uendidi tibi domum certo precio, naturaliter & ciuiliter tibi sum obligatus domum tradere & tu precium mihi numerare; & tamē si neque tibi domum tradidi nec tu mihi pecuniam numeralti, utroque iure tam poli quam fori uterque nostrorum tutus est, quandiu ab altero interpellatus non fuerit: quasi sub hac tacita conditione uidear consensisse meque obligatum uoluisse, si ille instauerit & petierit, secus si cessauerit & acquieuerit.l. Iulianus.§. offerri.ff.de act. emp.& uend.sic ergo & legi penali consensum unusquisque ciuium dedisse quidem uidetur, sed tamen sub hac tacita conditione, si requisitus fuerit, idque ex dictis in præced.art. milies comprobabitur. ergo nihil oberit quòd lex iusta sit, legesque iustæ obligent. nam omnes illæ leges positiuæ ut cunque iustæ quatenus excedunt pœnas iuris diuini & naturæ uidentur obligare sub tacita illa conditione suprà dicta.s. ad patiendū nō ad ultrò faciendum aut ultrò offerēdum. Vnde apparet ueram non esse secundā limit. de qua per Alfons.Castr.post alios, quos ipse refert ubi suprà d.gl. d.c.fraternitas, limitātes eo casu, quo pœna ipso iure aut ipso facto irrogaretur. nam adhuc idem cùm etiam tunc subintelligatur ex ipsa rei & peuæ natura ea tacita cōditio, si ea pœna petita fuerit & exacta, ut suprà mille exēplis edocti sumus. tertia limitatio est, ut si pœna quidem sit ex parte solius soluentis non etiam ex parte accipientis, qui nihil lucri fecit, sed damnum duntaxat quòd senserat recuperauit (quale est in terminis titulorum.ff.C.& inst.de lege aquilia) tunc ea pœna debeatur in foro conscientiæ non secus quam in foro animæ, sicque locum non habeat glo.in d.c.fraternitas ita Hieronymus Cagn. ubi suprà, & Feli. in d.c.audiuimus ad finem de Simonia. quæ limitatio aut uera non est, aut est extra regulam (quod esse non debet) cùm exceptio debeat esse de regula.l.j.ubi per doct.ff. de reg.iur.l.nā, quòd liquide.§.fin.ff.ad leg.aquil. etenim dannum aut datum fuit dolo, aut culpa, aut casu, & sic extra noxam dolum aut culpam. primo casu uerùm est, eam dāni restitutionem deberi in foro conscientiæ, sed id non contingit ex ui legis positiuæ pœnalis, sed legis Diuinæ & naturalis, quæ iubet alterum non lædere & damnum iniuria datum restitui.l.iustitia.ff.de iusti.& iure. §.iuris præcepta instit.eod.tit. c.non dimittitur de reg. iur. lib.6. l.id quòd nostrum.ff.eod.tit. Secundo casu, idem foret si culpa lata esset, ut dictis ll. idem si culpa nec lata esset nec etiam minima sed media, arg.dictorum iurium glo.communiter ibi app.in §.præterea insti.quibus mo.re con.oblig.& his casibus eam damni restituendi obligationem uel necessitatem acceptam ferre debemus, non tam iuri & legi illi pœnali positiuæ quàm ipsi iuri Diuino & naturali. idem quoque præcipienti ut dictis ll. nam ut ius positiuum dicatur, oportet ut iuri naturali ac Diuino aliquid addat uel detrahat, aliter enim non tam ius nouum inductum quàm ius naturale repetitum uideretur ac declaratum: & qui iam inductum repetit ac declarat nihil egisse sed tantùm quòd iam antea erat detegisse uidetur.l.ius ciuile cum ibi not. per glo.& doct.ff.de iust.& iure.l.adeò.§.cùm quis ex aliena ff.de acqui.rer.domi.l.hæredes palam.§.sed si nota.ff.de testam.l.si ita scripsero.ff.de condi. & demon.l.illa institutio.ff.de hære.insti. Tertio casu quando casu damnum datum fuit uel etiam culpa minima aut leuissima, quā unusquisq; diligens paterfam.circa res proprias admitteret. regula iuris positiui est, restitutionem damni nō deberi, sed rem domini, sui periculo & damno intercidisse, ut per glo. communiter ibi app. in d.§.præterea & §.2.& §.3.insti.quib.mo.re contrah.oblig.l.quæ fortuitis.C.de pign.act. idemq; de iure naturali arg.dictarū ll.à quo iure naturali si lex municipalis positiua fortè recessit iubens etiam his casibus damnum resarciri, merè pœnalis mihi uidebitur: nec in foro conscientiæ tenebitur ultrò pœnam offerre is, qui damnum dedit, per eadem iura & rationes quibus tuemur glo.d.c. fraternitas. id quod admittunt Cagnol. ubi suprà, & Roman.singulari 106. & Innoc.in c.sicut dignum de homici. Aquensis in l.j.col.v.ff.de legib.& Corset.ubi suprà, & Feli.in d.c.sicut. Summa Ang.in uerb.pœna uersi.19. secundum quem & Cagnol.ubi suprà. idem foret quando damni emendatio iuberetur esse maior quàm ipsius damni illatio. nam tunc quatenus excedit, pœna esset, & nunquam in foro animæ excessus ille deberetur; sicque quicquid hac atque illac circumcurses, ueritas est, pœnam merè legalem in foro conscientiæ à reo non deberi quo ad hoc ut illam ultrò offerre teneatur: & uix ullam speciem ab hac regula declinatam inuenies, dummodo in damni restitutione etiam de accessoriis & appenditiis ratio habeatur. argu.§.plus insti.de act.cum ubi plenè not.l.si quis ita hæres institutus.ff.de acquir.hære. ibi sunt enim appendiciæ præcedentis institutionis. quid autem ex parte illius, cui pœna legalis debetur, an eam petere ac exigere possit & retinere tutus in foro animæ, non secus quàm potest in foro contentioso? per d.l.quòd à quoquam mouet quæstionem,

Pollicitatio obligat fauore reipubli. non priuatorū

Pœna obligat ad passionem non ad actionē

Pœna legalis quæ dicatur.

Obligatus non tenetur ultro offerre etiam in foro conscientiæ.

Pœna etiā ipso iure irrogata non debetur nisi petiti & possit & petita sit etiam in foro animæ contra nouiss.

Pœna in terminis titulorū. ff. C.& inst. de lege aquil. an debeatur in foro animæ.

Ius positiuū quid dicatur.

Pœna interdum dicitur etiā dāni dati emēdatio.

Restitutio dāni dati intelligitur cū appenditiis.

Pœna legalis an peti et retineri possit in foro cōsciētiæ not.q.

quòd iure naturæ iniquum est, alterum alterius iactura locupletari.l.nam hoc ff.de condi.indebi.l.iure naturæ ff.de reg.iur.& ita in specie tenet Dec. d.c.j.col.viij. de const. & quia correlatiuorum par iudicium esse debet secundum eum l.fin.C.de indict.uidui.contrarium tamé tenet Com. in consiliis supra alleg. & Hierony.Cagno. ubi supra post Host. Ioan. andr. Ioan. Imol. & Panor. quos, ipse allegat subiungens & rectè d.c.fraternitas, procedere de perfectione non de necessitate. sicque à fure etiam tutus in foro animæ potero exigere & retinere dupli aut quadrupli pœnam.§.dupli.& §.quadrupli inst.de actioni. cujus rei ratio & si satis dilucida à nullo unquam in cuius scripta inciderim reddatur, tamen satis dilucida ex superioribus colligitur. nam cùm unusquisque ciuium legi pœnali consensum accommodasse, non secus quàm reliquis legibus reipublicæ uideatur d.l.j.ff.de legib. ut sæpe diximus. inde nascitur contra legis transgressorem tam ciuilis quàm naturalis obligatio, quam ipse & si uiolare non uideatur quandiu non interpellatur d.l.Iulianus.§.offerri ff.de actio. & obliga. quasi iustè possit existimare, id ex uoluntate eius cui debetur descendere, arg.l.qui patitur ff.mand.l.semper qui non prohibet.ff.de reg.iur. tamen simul ac interpellatus fuerit in mora & mala fide constitutus & suam ciuilem & naturalem obligationem uiolare uideretur, ut d.§.offerri. idemque pari ratione & in pœnis conuentionalibus, quas quandiu creditor non interpellat tuti possumus retinere in foro etiam conscientiæ, non sic si ille interpellauerit. quid si uxori usumfructum bonorũ meorum si castè & honestè uixerit reliqui, ipsa autem post mortem meam contrarium fecit, an in foro conscientiæ etiam si transgressio occulta sit, teneatur restituere, id quòd sentiunt Caietanus in summa uerbo pena Cagno.ubi suprà, Ange.in auth. de incest.nupt. in prin.Alfon.à Cast.de potesta.legis pœnalis lib.2.c.11.ad fin.mouentur quia à pari procedunt, legis & testatoris prouisio auth.de nup.§.disponat.l.in conditionibus primum locum.ff.de cond.& demon.quæ ratio contrarium probè probat, cùm ut supra diximus pœnæ legales etiã ipso iure irrogatæ cessent quandiu occultum est crimen facit quia illa conditio si castè uixerit umbram tantùm conditionis habet, sed re uera modus est l.quibus diebus.§.Termilius.ff.de cond.& demon.unde in ea dicendum est, ut in materia modali latè differit Bar.ibi & Soci.quæ omnia nota quia quotidie milies ac milies fiunt uectigalium fraudes in quibus pœna irrogatur, miliesq́; fiunt contractus pœnales, immo nunquam fiunt ferè sine pœna. superioribus dum de legum & principum potestate agebamus, proxima est ardua etiam. q. illa, scis enim quòd citatio est de iure naturali, unde per principem tolli non potest.ut est communis opin. secundum Boeri.decisi.247.num.7.incipit & uidetur quòd sic. per clem.pastoralis.§.cæterum. de re iud. Bart.in extrauag. ad reprimendum in uerbo.figura.col.j.per Iaso.& Ioan. Orosc. & Claud.de Seisel.col.j. in l.ut uim.ff.de iust.& iur. Abb.Sicul. & Feli.in c.ea quæ.de re iudi. Brun.consil.12.col.xxvij. uersi.tertia ratio.

Pœna conuentionalis peti potest in foro etiam conscientiæ.

Vxor, quæ uidua castè non uixit an ipso iure perdat legatũ relictũ sub conditione si castè uixerit.

99 Contrarium 99 ut per principem tolli possit tenet glo.in l.is qui reipublicæ.ff. ex quib.cau.maio.côm. opinio est secundum Feli.in c.quæ in ecclesiarum num.26. & 66.de consti.adde quòd in his quæ non pendent à libera principis uoluntate, ut cum agitur de aliquo à iure suo priuando, iudex non procedit parte non citata côm.opinio est secundum Aymon. de antiq.temporum. in prin.num.39.per Curt. consi.170.num.17.per Soci. consi.120.lib.3.

Citatio per Principem tolli nõ potest.

Quid dicendum, & sanè uera huius rei cognitio à principiis iuris naturæ perẽda est, princeps enim ut dixi ea, quæ sunt iuris naturæ aut gentium primæui tollere non potest.§.sed naturalia insti.de iur.natu.l.omnes populi.ff.de iust.& iure, nec dubium est quin alterũ nõ lædere sit præceptum iuris naturæ.l.iustitia.§.iuris præcepta ff.de iust.& iu.§.iuris præcepta insti.eod.tit.l.ut uim ff.eod.tit. intellige ut id procedat regulariter, fallit 100 quando is, qui alteri nocuit utebatur iure suo, tunc enim nemini iniuriam fecisse uidetur utcunque alterius ius aut conditio deterior ideo fiat, ut in c.memini de reg.iur.lib.6 l.nullus uidetur.ff.eod.tit.ubi plenè per Dec. Cagno.& alios. aliter enim nulli hominum fas esset aut libertas rerum suarum utendi, contra.l.penult.ff.de pact.l.in re mandata.C.mand. ubi 101 in re sua & iure suo quilibet est moderator & arbiter, non solùm utendo sed etiam abutendo.l.sed & si lege.§.consuluit ff.de per.hæred.l.j.§.antepen.uersi. & magis uerbo prodegit ff.si quid in fraud.patr. Vnde 102 usque ad cœlum domum meam possum eleuare, etiam si per hoc officiatur luminibus uicini mei, dummodo id non ut ei nocerem sed ut mihi consulerem fieret.l.altius.C.de seruit.ubi per omnes doct.& per Dec. & Cagno. in l.nullus ff.de regu.iur. proinde possum minutatim omnia bona mea in pernitiem etiam liberorum alienare, dummodo id non ut eis nocerem fieret.l.non usque.ff.si à par. quis fuerit manu. ratio istorum omnium est ut in l.quia poterat ff.ad trebel. hinc est 103 quòd princeps potest spurium legitimare, licèt per hoc fiat damnum legitimis hæredibus illius, cuius de successione agitur, id', quòd in consideratione non est ut tenet Bart. in l.Gallus §.& quid si tantum ad fin. quem ibi latè sequuntur repetentes ff.de lib.& posthu. & Cagno.in l.nemo plus ff.de reg.iu.& differuimus latissimè lib.1. controuersiarum.c.1. num.23. cum pluribus sequen.

100 *Damnum alteri inferre interdum licet.*

101 *Meum possum prodigere.*

102 *Domũ eleuare possũ usq; ad cælum etiam cum læsione uicini.*

103 *Damnũ legitimis illatum per Spurij legitimationem parũ impéditur.*

Secundum quæ cùm populus omnem suum imperiũ in principem contulerit, præsertim quòd ad gubernandum & iustitiam reddendam pertinet.l.j.ff.de const.om. prin.§.sed & quòd princi. insti.de iure natu. unde princeps potest immutare ea omnia, quæ pertinent ad ordinem procedendi in causis litibusque agendis ut plenissimè dixi supra §.26. ferè per totum, uidetur quòd princeps possit tollere talem citationé.principis 104 enim & legis potestas par est, d.l.j.d.§.sed & quòd principi l.fin.C.de legib. æ lex dedit parentibus potestatem liberos occidendi l.in suis ff.de lib.& posth. ualuitq́; lex quæ quodammodo machinationibus plena erat.l.un. in prin.C.de cad.tol. & quæ per quàm dura & rigida erat. l.prospexit ff.qui & à quibus, multa per Andr.Tiraq. de utroque retract. in præfa. num.75. quid ergo nonne durius est dare potestatem occidendi, machinandi, & cætera id genus, quàm appellationem denegandi? ergo ut illud fieri potuit, ita & istud fieri posse uidetur, idque facilius. unde cùm lex, ius potestatemque principi dederit quo ad gubernationem omnium subditorum & quo ad iustitiam eis reddendam, & sub hoc mandato, commissione, & concessione tam citatio quàm reliqua omnia quæ ad causam inchoandam, prosequendam & finiendam pertinent contineantur: magis est ut si princeps uoluerit dixeritq́; se uelle causam talem parte non citata (ob causam quæ eum mouebat quasq́; detegere nolebat) terminare id quidem poterit, causaque sic determinata à principe, pro ueritate illa sententia habebitur non secus 105 quàm si sententia ab ipso uel ab alio iudice rite lata esset.l.res iudicata ff.de re iudi. & ut iudex & princeps id, quòd nostrum est sine causa nobis auferre non potest, ut plenè differuimus lib.1. controuersiarum.c.1. ita tam iudex quàm princeps per modum sententiæ quod nostrum est nobis auferre poterit, & (quæ imbecillitas humana est) non rarò aufert l.j.ff. de appel. ut tamen hoc plus in principe sit, quòd ad sententiam parte nõ citata si uoluerit peruenire potuisset; id, quòd reliquis iudicibus fas non esset, ut ferè per totum.C.de sententiis & quomodo & quan.iud. sic quotidie iudices supremi cùm partem condemnatam desinũt condemnare in expensis, sic ratiocinantur (& ob causas quæ nos mouerunt non facimus condemnationem expensarum) itaque siue princeps, qui non præcedente

104 *Legũ principũq; potestas.*

105 *Sententia ut rite à iudice lata, habetur pro ueritate, ita & non rite à principe lata pro ueritate est.*

citatione

citatione causam finiuit, iusta causa motus fuerit siue non iusta; utroq; casu sententia ualebit. neque quicquam præter ius imperiumq; sibi commissum fecisse ui debitur; eritque cautus etiam in foro animæ si iusta causa motus citationem prætermisit, non sic si sine iusta causa, præsertim si sententia quoque iniusta fuit. Sed quo ad forum contentiosum, etiam si & causa prætermittendi citation in nulla fuerit, & sententia iniusta similiter fuerit, ualere non desinet transibitque in rem iudicatam: quia ut pro sententia à iudice rite lata præsumitur. d.l. res iudicata, ita quoque & à principe sententia etiam non ritè lata iusta præsumitur, ut dictum est. at si

106 *Principū angusta potestas.*

106 notorium esset etiam ex confessione ipsius principis sententiam fuisse iniustam; tunc non ualeret, non quidem eo quòd citatio omissa fuisset, sicque minus ritè sentētia lata esset. nam eo ipso quod à principe fertur ritè satisque solenniter lata uidetur; sed eò quòd principibus ad bonum potestas, non ad malum, ad iustitiam non ad contrarium, ad ædificandum, non ad destruendum, data fuisse intelligitur. quinimmo quanto maior excelsiorque princeps est, tanto minor eius potestas est quò ad malum & quò ad nocendum & iniurium quid faciendum. ut ex communi opin. plenè disseruimus d.c.1. lib.1. controuersiarum. per c. principium. §. charitas de pœnit. distin. 11. Fulgos. cons. 61. D. Catherina Aymon. crauet. de antiq. temp. par. 1. uers. non omitto num. 3.

Vnde Ouid. sic ait,

Omne animi uitium tanto conspectius in se
Crimen habet, quanto maior qui peccat habetur.

Itaque cùm indubitatum esset de iniustitia sententiæ principalis nobis quidem de iure non noceret, non magis quàm si lata esset ab alio quouis iudice, at in re dubia, ideo nocet quòd iusta præsumitur, etiam si omni ordine omisso lata fuerit, quia solennia alios quidem iudices & homines priuatos nō uerò summum principem astringunt aut tenent l. omnium C. de testamen. cum aliis supra alleg. tenendo hanc partem, tunc ad clemē.

107 *Intell. clem. pastoralis. §. uerum de appell.*

pastoralis. §. cæterum de re iudi. respondetur quòd ibi sententia Imperatoris fuit damnata per Papam potissimum ex defectu iurisdictionis ipsius Imperatoris. & quòd tex. ait quòd etiam in subditum non deberet sine citatione procedi, intelligo uerissimum esse regulariter principes non debere sine citatione procedere, ex causa tamen posse; & quod subiicit esse contra ius naturale ut procedatur sine citatione, ideo per principem fieri non posse, uel non facilè posse; intelligo uerissimum esse regulariter; at 108 ea, quæ sunt iuris naturæ per

108 *Ius naturæ & gentium lege positiua potest alterari imo per omne ius positiuum plerunque alteratur.*

principes & leges transgredi ex causa & possunt & quotidie solēt. tex. ubi gl. cōmuniter ibi app. in l. ius ciuile ff. de iust. & iure per om. doct. in l. ut uim per illū tex. cū gl. ff. de iust. & iure. l. manumissiones ubi per doct. l. ex hoc iure ubi per doct. ff. eod. tit. §. ius autem gentium ubi per omnes doct. inst. de iure natur. quinimo ius nat. uel gentium semper alteratur per ius positiuum, aliter enim non ius ciuile induci sed antiquum ius repeti uideretur l. ius autem ciuile ff. de ius. & iur. ut suprà ostendimus. hactenus quo ad principis plenam potestatem qua ex causa uteretur, cæterùm de potestate ordinaria princeps omisso ordine iudiciorum præsertim in tam principali articulo ut est citatio procedere non debet, cum sit iuris naturæ ut. d. §. cæterùm & c. 1. de causa poss. & prop. & l. digna uox. C. de legibus.

109 *Princeps an exceptionē possit tollere, & duas q.*

Proinde cùm 109 exceptio sit similiter defensio, & si uulgo dici soleat, principem non posse exceptionem tollere non magis quàm defensionem ut in. c. ex parte de foro compet. ubi notant communiter doct. & Ias. in l. quoties. C. de precibus imper. offer. Boerius decisi. 247. & uidetur num. 7. & quòd 110 similiter non potest tollere iuramentum secundum eum post Cyn. & Salicet. in

110 *Princeps an iuram. possit tollere, & duas q.*

l. fi. C. si contra ius uel utilitatem pub. Alber. in l. ij. col. j. C. de precib. imper. offer. Brun. cons. 38. Alex. cons. 132. num. 7. lib. vi. Iaso. in d. l. quoties. ij. not. estque communis op. ut patet ex relatione eorum, quia tale iuramentum est species probationis, ut est communis op. quam tenēt Alex. & Iaso. col. j. in l. iij. in prin. ff. de iureiu. Rom. co[n]s. 302. super eo quo & alij multi relati per Boerium ubi suprà num. 8. qui omnes generatim uolunt principem non posse tollere probationem tamen in his tribus speciebus, s. in exceptione & probatione & iuramento & similibus, & si aliquo casu istæ communes opin. defendi possint, tamen generaliter aut simpliciter nunime procedunt. nam si princeps dixerit se uelle meam exceptionem mihi adimere, aut meam probationem, aut iuramentum, nulla iusta causa motus nihil ageret, egrederetur que notissimos terminos suæ potestatis ut suprà, ostendimus. cæterùm 111 si expressertt se uelle, tali

111 *Principē legibus solutum esse, ut intelligendum.*

exceptione aut probatione aut iuramento remotis & abiectis causam decidere, eamque definierit eius sententia ualebit, non secus quàm si isthæc omnia inter fuissent; quia cùm hæc omnia ad causæ instructionem, ordinem & iustificationem pertineant, si ab eo ex causa reiiciantur uera & iusta, æquissimum est & eius potestati & dignitati ac imperio consentaneum sententiam ualere. d. l. omnium cum aliis suprà all. quòd si re uera iusta causa exceptionis, probationis, iuramentiq;, reiiciendorum nulla interfuit, ipse tamen princeps, ex iusta causa se cuncta abiecisse professus fuerit; eius assertioni standum est, non secus quàm statur definitioni, quam quis que iudicum facit per suā sentētiā, in qua asserit se iustè causam definire, licet contrarium fecerit, ut non minorem auctoritatem habeat sententia principis, qui scienter & ex causa deque potestatis plenitudine dixit se id facere & procedere omissto iudiciorum ordine quàm habet sententia cuiusque iudicis ordine iudiciorum obseruato lata. arg. d. l. res iudicata iuncta. d. l. omnium cum aliis suprà alleg. utroque enim casu præsumitur pro illis sententiis & pro ueritate habentur. &

112 *Intell. l. princeps ff. de legib. l. donationes. C. de don. inter uirum. §. fin. inst. quib. mo. test. infir.*

ita 112 intelligendum est, quòd uulgò dici solet principem legibus solutum esse (. §. fi. inst. quib. non est permi. fac. test. l. princeps legibus ff. de legib. l. donationes quas diuus, ubi multa per Ioa. Igneum. C. de dona. inter. uirum & uxorem cum concord.) potest enim omnia solennia omnemque ordinem procedendi non solùm à iure positiuo sed etiam a iure naturæ descendentem prætermittere, nec per hoc eius actus aut actiones minus iustè præsumuntur; licèt aperto marte ius nostrum lædere aut nostrum nobis adimere non posset sine causa, & tunc facta demum nobis damni dati moderata recompensatione ut disseruimus in c. j. controuersiarum lib. j. confirma

113 *Principis uel legis definitio & iure naturæ gentiū uel ciuili discedens ut ualeat nil exigitur, nisi quòd ipse uel ipsa iusta ex causa id fecisse se putet, hoc in foro contentioso.*

113 nam lex ut ualeat in foro contentioso, sufficit quod legislator iustam eam esse putauerit. plenè Tiraq. de retrac. in præf. num. 75. ergo & hæc principis definitio ut ualeat nil exigitur nisi ut ipse putet se iusta ex causa fecisse l. j. de const. prin. ff. ex quibus apparet standum esse assertioni principis etiam in iis, quæ concernunt ius alterius tertii, & illi tertio possunt obesse; licet contrarium teneat & firmet communiter teneri. Nicola. Boer. decis. 247. num. 8. qui 114 distinguit, utrum princeps aliquid uelit tollere in præiudicium alicuius tertij uel aliquid uelit inducere in eius præiudicium in rebus, quæ non dependent ex sua uoluntate, prout est in exemplis superioribus, ut tunc non ualeat: an uerò dependeat ex potestate principis ut tunc ualeat, etiam si alicui uel aliquibus sit nociuum ut in gabellis & uectigalibus imponendis. ut per totum. C. uectigal. noua. instit. non posse. & per totum ff. & C. de muner. sed utrumque membrum huius distinctionis suspectum est. nam qua-

114 *Principis assertioni quādo standum.*

tenus ait quòd in exemplis superioribus ea, quæ princeps ademerat uel induxerat non pendebant ex ipsius principis potestate, id uerum non esse supra ostendimus quatenus 115 uerò ait, nouorum uectigalium indictio pendere à libera ipsius principis uoluntate. id similiter suspectum est, nam ex causa publicæ utilitatis uel necessitatis id principi fas est, aliter uerò non utique,

115 *Vectigalia noua quando princeps possit imponere.*

 ut per

ut per totum. C. uectigalia, noua instit. non posse. cùm enim nouorum uectigalium indictio non uni aut alteri sed & cunctis ciuibus noceat, longè difficilius fieri poterit quam si uni aut alteri noceret. arg. auth. res quæ C. commun. de legat. cum ibi plenè notatis per glo. & doct. unde cùm incõperto sit, uni aut alteri ciuium principem nocere non posse sine iusta causa, ut ex superioribus edocemur, longè minus poterit sine iusta causa cunctis ciuibus nocere. cùm facultas nouorum uectigalium imponendorum non tam ad suam libidinem explendam quam ad publicas necessitates subleuandas principi data sit ut dictis iuribus. diuersa causa est in facultate (ut supra ostendimus) legitimandi principibus concessa, ut per totum in auth. quibus modis natura. effici. sui. & per totum in auth. quibus modis natura. effi. legit. & per totum. ff. & C. de natu. restituen.

116 *Legitimare spuriũ princeps potest sine ulla causa.*

huiusmodi 116 enim facultate princeps uti potest, sine cuiusquam iniuria & læsione, saltim considerabili; dat enim legitimitatem, quam nec sibi adimit nec alteri, ut in simili notant glo. & doct. in. l. manumissiones. ff. de iusti. & iu. Cagnol. in. l. nemo plus. ad fi. ff. de reg. iur. unde

117 *Priuilegio principis asserentis se aliud priuilegium dedisse eidem, quando stetur.*

117 si princeps in suo priuilegio Titio dato, faciat mentionem alterius priuilegij eidem Titio antea concessi, dubitari solet, an tali principis assertioni standum sit quasi in re ab eius libera potestate dependenti; an uerò standum non sit, quasi in re alteri præiudicante. & quòd eius assertioni standum sit, tenet glo. in. c. si romanorum. 19. dist. uerbo definit. quam ut singularem sequuntur ibi Domini. & Cardin. Alexandrinus. Iacobi. de S. Georgio. in auth. si quis in aliquo documento. C. de edend. uers. secundo fallit. col. ij. Innoc. & Felin. in. c. inter dilectos. col. v. de fid. instru. Nic. Boer. ubi supra. nu. 3. post alios plures doct. quos ipsi allegant, sentit glo. in. l. lege obuenire. ff. de uerb. signi. Bald. & Alber. in. l. j. C. de episco. & cleric. intelligentes id procedere dummodo tenor uel substantia primi priuilegij in posteriore referatur, nam & similiter si in una lege fiat mentio de alia lege, quæ non apparet non ideo minus ualet, ut per glo. in. d. l. lege obuenire. ergo idem in priuilegio principis arg. l. j. ff. de consil. princip. quibus concinit quod Bart. & communiter doct. in. l. demonstratio. §. quod autem. ff. de cond. & demonstr. aiunt, lege

118 *Legis causa impulsiua & si uera non sit, non nocet.*

118 uetanti ne mulieres procuratrices esse possint (cui legi ferendæ iure consultus ait, Calphurniæ impudicitiam causam dedisse) standum esse, etiam si talis Calphurnia in rerum natura nunquam fuisset.

Contrariam tamen partem tenet & firmat communiter teneri Boer. d. decis. 547. num. 4. post Felin. in. c. dilectus. de exceptio. dicens,

119 *Principũ aut uirorũ illustrium assertioni an stetur in concernentibus dãnum tertij.*

119 principis assertioni standum esse in iis duntaxat, quæ pendent ex sua libera potestate, non in aliis, præsertim si tertio alicui nocere possint, id, quod in principibus & Cardinalibus & reliquis clarissimis personis uidetur tenere glo. & doct. per tex. ibi in. c. nobilissimus. 97. dist. glo. in. c. sicut uerbo alio modo de sent. excom. glo. in. c. ad apostolicæ uerbo. proponi. de re iud. lib. 6. Spec. de teste. §. restat. uers. hoc tamen fallit. 18. fal. & in tit. de legato. §. superest. Bal. in. l. si qua per calumniam. col. fin. C. de episc. & cler. & in. l. exemplo. in fi. C. de probat. & in. l. iurisiurandi. de testib. & in. c. iure peritus. in prin. de offi. delega. Bart. in l. unica. per illum tex. C. de super indict. lib. x. Roma. in l. sciendum. ff. de uerb. obligat. & in cons. 58. ad discutiendam in. 4 dubio. Corn. con. 159. lib. j. & consi. 248. col. fi. lib. iij. Ias. in. l. neque is in princ. col. fi. ff. de acqui. hæred. & consi. 72. col. fi. & cõsi. 194. circa. lib. i. Ruin. cõsi. 90. col. iii. lib. i. & consi. 31. lib. v. Paris. consi. 5. col. xvi. lib. iiii. Bertran. consi. 165. col. fi. lib. ii. Fernan. Loaces. in consi. pro Marchione de ucles. dubita. i. num. 49.

120 *Principis assertioni an stetur in respiciẽtibus eius cõmodum.*

Idem & fortius in iis 120 quæ respicerent ipsius principis utilitatem, unde non staretur assertioni principis dicentis aliquem suum subditum contra ipsum principem conspirasse, & per hoc feudum & reliqua illius bona sibi applicatã & proscripta fuisse ita Isern. & Affl. in. c. Sanctissimus. col. v. quo tempore miles in feudis. Panor. in. c. quæ in Ecclesiarum. in fin. de consti. & in. c. primo. in fin. de proba. Ruin. cõsi. 36. in causa feudali. lib. j. Rom. consi. 352. Spiritus sancti. Dec. cõsi. 602. uiso puncto. col. iii. & consi. 606. Serenissimus. col. ii. Affli. in tit. qui successores teneantur. 8. col. in feudis. Loaces. ubi supra Castal. de optimo Imperatore. q. 98.

121 *Principis assertioni statur cum res agitur inter partes nec eius magis plus quam alterium interesat.*

Cæterùm 121 ubi non ageretur de mero commodo ipsius principis cum læsione alterius tertij, uel de solo commodo principis cessante etiã tertij læsione, in quibus casibus principis assertioni non statur & longè minus si de commodo ipsius cum læsione reipublicæ ageretur, ut ex superioribus docemur, sed ageretur res & causa inter priuatos ei subditos, tunc eius assertioni standum esset. ut in clem. unica. de proba. & ibi glo. & in. c. j. de renun. & in. c. ad Apostolicæ. de re iudic. glo. & alii. in. c. post cessionem. de proba. Felin. col. i. in. c. cum a nobis. post glo. & alios ibi de testib. Isern. & Affl. col. xx. in. d. c. j. qui successi. teneantur & etiã in. c. Sanctissimus. quo tẽpore miles Clau. de Seisel. in auth. si quis in aliquo. col. iiii. C. de edend. Bal. in. c. Ecclesiæ ut lite pẽdente. unde

122 *Principi benemerita priuilegiati præcessisse asserenti creditur.*

122 & si regulariter assertioni personæ prohibitæ non stetur super benemeritis, fallit in principe asserente benemerita præcessisse. ita Bal. consi. 327. & in. d. c. cùm a nobis. & alij plures, quos refert & sequitur Loaces ubi suprà num. 41. ex cuius relatione apparet hanc esse commun. opin. Secundum quæ si priuilegium principis in quo fiebat mentio alterius priuilegij inferebat læsionem alicui tertio uel inferebat læsionem reipublicæ, non staretur tali assertioni, & multo minus si simul cum læsione alicuius tertij uel reipublicæ inducebat utilitatem ipsius principis. Cæterùm aliud esset si ipsi principi duntaxat nocebat, nam eius assertioni standum est, ueluti si de proprio suo patrimonio, non de bonis regiæ coronæ se antea donasse in eo priuilegio referebat. Idemque si neque ipsius principis neque alterius uel reipublicæ damnum inferebat. quale esset si legitimasse se aliquem enarrabat. id enim sine cuiusquam iniuria saltem considerabili fit, ut suprà ostendimus. regulariter uerò instrumento publico facienti mentionem de alio instrumento nõ statur nisi illud exhibeatur ut per Boer. ubi suprà num. 3. & ita possunt & debent superiores uarietates conciliari. Denique quanta huic principis assertioni fides adhibenda sit non tam lege definiri quàm iudicantis prudentia comprehendi iuxta species subiectas poterit. nam aut princeps minor ætate erat aut maior, si minor

123 *Minores ætate minus fide digni.*

123 non tam fide dignus est arg. & exemplo illius Ouidianæ sententiæ dum sic cecinit.

Ardua quippe fides maturos exigit annos. facit. l. fi. ff. de fide instr. & quòd de huiuscemodi ætate Horatius depingit in arte poetica sic dicens. *Facilis in uitium flecti monitoribus asper.* Uerùm si is princeps legitimæ ætatis erat, tunc aut summæ prudentiæ uir est, aut mediocris, aut minus industriosus, aut omnino demens, fatuus aut furiosus. si summæ prudentiæ, tunc in iis, quæ ad eius commodum aut incommodum non spectabant, sed inter subditos eius lis erat, ei adhiberem integram fidem. arg. l. omnium. C. de testam. licet per hoc de læsione tertii subditi tamen ageretur, uel de læsione suæ reipublicæ ut ibi. quòd si eius aliquantulum interesset in re modica idem adhuc arg. eorum, quæ plenè diximus suprà lib. j. de succ. resol. §. 67. per. l. scio eum simi. ff. de minorib. idemque

124 *Mediocritatis commendatio.*

124 per omnia & si is princeps mediocris, non summæ prudentiæ esset. nam ut de memorabili oratione & sentẽtia Cleonis Tucidides refert, uix est ut mediocris prudentiæ uiri non reipublicæ humanoq; generi utiliores sint, quàm qui sublimioris acrioris que ingenii sunt. unde sapienter Horatius sic cecinit,

125 *Prudẽtia inditium, probitatis & uirtutis.*

Insani nomen ferret sapiens, æquus iniqui
Ultra quàm satis est uirtutem si petit ipsam.

Quòd si 125 is princeps minus industriosus erat

longè

longè minus fidei eius assertioni adhibenda est; est enim natura prona ad malum. unde Terentius ingenium omnium hominum est natura procliue ad libidinem. Vnde cùm, teste Propertio lib.iij. eleg.ix. naturæ sequatur femina quisq; suæ. & teste Horatio lib.i.epist. *Naturam expellas furca tamen usque recurrit.* id quod procliuius faciunt homines tanto quanto imprudentiores sunt. nam 126 prudentiores solent subagere ingenium ac supera re ratione ut attestatur Persius Satyra.5. his carminibus,

126 *Prudētiores magis fide digni.*

Stat contra ratio & secretam garrit in aurem,
Ne liceat facere id, quod quis uiciabit agendo.

Vnde legitimæ ætatis uiri quasi adæquantur ætate minoribus, si illi maiores parum industriosi sunt. l. Titio centum in prin. cum glo. ubi Paul. & alij. ff. de condi. & demonst. facit. l. is cui lege ff. de testa. l. in cui bonis. ff. de uerbo. oblig. Verùm si is princeps apertæ dementiæ esset, nulla fides eius assertioni adhibenda esset. arg. l. furiosum cum ibi traditis. C. qui testam. face. poss. l. qui testamento. §. furiosus ff. de testamē. Sed 127 & princeps si esset fœmina minus fidei ei adhibenda, arg. l. qui testamento. §. mulier. ff. de testam. & multa edocemur supra de succ. crea. lib. 2. §. 12. num. 22. redeundo ad quæst. de principe, an possit citationem adimere, quin possit idem quòd lex nemini dubium, d. l. j. ff. de const. prin. §. sed & quòd princeps insti. de iure nat. lex autem citationem adimere & potest & sæpe solet, tex. est in l. ii. C. naufragio lib. 2. quē Ang. dicit ibi esse mirabilem ad hoc 128 quòd si in loco ubi, quis patitur aliquem fortuitū casum, faciat examinari testes de casu, quòd illa probatio faciet postea fidem coram iudice, competēti & in alio; & dicit quòd est mirabilis ille tex. quòd in tali examinatione non est necessaria partis citatio cum fiat in longinquo, ad hoc & commendat illum dominus Ioā. de Plat. ibi, dicens, quòd ubi quis patitur aliquem casum amissionis mercium uel equorum conductorum uel aliū casum in partibus remotis, quòd si faciat ibi examinari testes de casu quòd ille probationes faciēt postmodum fidem coram iudice competenti, non obstante quòd pars de cuius præiudicio agitur non fuerit citata, quòd dicit ualde notandum. Sic ergo ex duobus capitibus ille tex. summopere commendandus est, tum quòd inducat ut ualeat probatio receptioque testium facta extra partis aduersæ citationem, tum etiam quòd ualeat talis receptio testium facta authoritate iudicis in competentis, cuius rei illa ratio est, quòd huius rei similia solent accidere in regionibus remotis ubi est penuria tam iudicis cōpetentis quàm partis aduersæ: unde ne periret ius ex defectu probationis, oportet huiusmodi probationes legitimas iudicare. & in his casibus probatio 129 coniecturarum & testium domesticorum admittitur, ut etiam tex. est singularis in d. l. ii. C. de naufrag. quem ad hoc ibi commendat Barto. dicens quòd in rebus, quæ geruntur intra nauim seu intra domum admittuntur testes domestici ut ibi & l. consensu de repudiis. insuper dicit quòd ille tex. notabilis est ad probandā amissionem rerum per uerisimilitudinem, & quòd de perditione eorum possunt uerisimiliter testificari, qui uiderunt mitti in domum, uel in naui; quæ postea submersa est. ita dicit Io. de Pla. in l. quotiens eod. tit. 3. nota. dicens, quòd et si sint domestici & familiares & cōiuncti admittantur in testimonium de his, quæ fiunt in naui uel domo uel alio loco secreto, quilibetq; testes admittuntur. & quòd de hoc est casus sing. ibi dum dicit, quòd uno nauiculariorum agente, alii magistri & nautæ examinantur & testificantur, 130 sic hoc casu potest aliquis esse testis in re propria, de qua spectat ad eum commodum uel incommodum in subsidium. ex quibus dicit inferri quod ad probandum res, amissas ex naufragio uel casu deperditis, sufficiens est probatio per uerisimilia & probationes domesticas & indicia, ut si uiderunt deferri ad nauem nec reductas ad domum. idem dicit Ang. in d. l. quoties, quo ad probandum amissionem rerum sufficit probatio per uerisimilitudinem, allegat Cyn. in l. si creditor C. de pign. act. in fin. ubi hoc bene dicit, dicens, quòd probatio rerum amissarū probatur per coniecturas ut si probaui quòd intrauit equitans & probatur per alios testes quòd postea exiuit sine equo.

127 *Fœmina minus fide digna.*

128 *Testium receptio aliquando ualet sine partium citatione.*

129 *Testes domestici quando admittantur.*

130 *Testis in re propria quando admittatur.*

Redeundo ad principum legumq; potestatē circa mutationem, uariationem, alterationemque eorum quæ sunt iuris Diuini, naturalis, uel gentium, cùm citationem & exceptionem & reliqua id genus, posse per principem aut legem tolli edocti simus. consequens est ut 131 & appellationem per eundem facilius adimi possit quade re per Bal. in præl. feudorum num. 34. Ias. in l. pri. num. 2. ff. de consi. prin. Bal. in prœmio Gregoriano num. 4. Spec. de locato. §. nunc ostendendum uers. 89. Bal. in c. cum super col. i. de cau. poss. & propri. c. in memoria. 20. distinct. Ang. in l. item si uerberatum §. i. ff. de rei uen. Curt. Iunior consi. i. num. 19. Dec. cons. 191. num. 4. & alii non pauci ut plenius hac de re disputantes, egimus lib. i. controuersiarum c. i. num. 4. quibus adde in simili Anton. Vacam & Castalium in d. l. i ff. de constit. prin. quibus etiam adde ea omnia, quę diximus de citatione & de exceptionē & de probatione & de defensione & de appellatione, in duabus speciebus procedere, prima quando constaret iusta ex causa id per principem uel legem factum fuisse, altera quando essemus in dubio, ut ostendunt nostra fundamenta supra relata: non sic quando constaret principem hanc ad rem iustam causam non habere, ut eadem fundamenta suadent.

131 *Appellatio an tolli possit per principem*

Illud autem prætermittendum non est, nempe quicquid etiam hodie iuris tantùm ciuilis est, non etiam Diuini, naturalis uel gentium id 132 successiuis temporibus in ius gentium, conuerti posse. quid enim si lege Hispanorum caueretur ne quisquam cum instrumentis sulphureis (hominum certissima pestis) bellum gereret. id nullus modò sanus abnegaret, quin iuris ciuilis Hispanorum esset. at si postea paulatim similibus legibus aut moribus idem in reliquis orbis regionibus uel in earum plerisque admissum esset. Iam 133 quidem id iurisgentium esse diceretur, quia ut iurisgentium quid sit, non unde inuentum aut originem traxerit inspicimus, sed an à plerisque gentium admissum & usitatum sit. l. omnes populi ff. de iust. & iu. §. sed naturalia insti. de iure nat. & in hunc sensum contractus & successiones iurisgentium esse intelligantur, ut propè dicemus. & in hunc sensum iuram. 134 calumniæ iuris gentium esse testatur l. nostra Hispanorum lib. 3. ord. tit. 4. l. i. ibi. Las quales posiciones recibio y hallo en los pleitos el uso y luenga y general costumbre de toto el mundo, idemque in positionibus ut ibi. & rursus si positiones & successiones in desuetudinem totius orbis abirent iurisgentium esse desinerent, idemq; 135 in seruitutibus & captiuitatibus, ut sic pleraque eorum, quę iurisgentium secundarii sunt, sub potestate humana sit, ea non solùm inducere, sed etiam abucere; non sic in ea quæ sunt iurisgentium primęui. & ita utilissimè declaro d. l. omnes pop. & d. §. sed naturalia & l. manumissiones. l. ex hoc iure ff. de iust. & iu. §. ius gentium insti. de iure nat. unde 136 & contractus emphiteoticus iurisgentium fieri possibile esset, ita declaro gl. & communem opin. de qua in d. l. ex hoc iure & totum titulū C. de iure emph.

132 *Ius ciuile in ius gentium uerti & rursum ius gentiū in ciuile potest conuerti.*

133 *Cōtractus & successiones quo respectu uideantur esse iuris gentium.*

134 *Iur. cal. iuris gentiū an uideatur.*

135 *Seruitus posset desinere esse iuris gentium.*

136 *Emphiteosis contractus tractu temporis possit fieri iuris gentium.*

Itaque quæ sunt iuris ciuilis, tractu temporis iurisgentium fieri possunt, si ab omnibus uel à plerisque gentium, quæ legibus & moribus reguntur admissa fuerint. & ita sunt intelligenda, omnia exempla meri iuris ciuilis, quę enumerantur per glo. & doct. in l. ex hoc iure ff. de iust. & iu. Sicque locum habebit in d. contractu emphiteotico & in testamenti factione & in rel. quis de quibus supra mentionē habuimus. proinde 137 & si literarum obligatio, sit inuentum ciuile, tamen si tractu temporis ab omnibus uel plerisque gentium quæ

137 *Literarū obligatio tēpore fieri posset iuris gentium.*

legibus & moribus reguntur in usu esse cœpisset, iu-
risgentium fieret. & ita intelligo totum tit. instit. de li-
138 Stipulatio tēpore fieri posset iuris gentium.
ter.oblig. qua ratione si 138 stipulatio, quæ inuen-
tum ciuile est, similiter ab omnibus uel plerisque gen-
tium in usu esse cœpisset, idem foret. & ita intelligo.l.i.
& totum tit.ff.de insti.de uerb obl. Vnde 139 si fide-
iussorum contractus ab omnibus. uel plerisque gentium
paulatim receptus esset, similiter iurisgentium fieret,
139 Fideiussorius cōtractus, iurisgentium tēpore fieri posset.
& ita intelligo omnes titulos ff.C.& insti. & in decreta-
libus. de fideiussoribus. qua ratione 140 si exceptio
non numeratæ pecuniæ ab omnibus uel plerisque gen-
tium admissa esset, idem foret, & ita intelligo totum
tit.C.de non numer.pecu. & C.si cautio.de fideinstrum.
idemque in exceptione non numeratæ dotis, & ita in-
telligo totum tit. C.de dote cauta non numer. unde si
140 Exceptio non nu.pe. tempore fieri posset iurisgē tium.
141 codicilli ab omnibus uel plerisque gentium in usu
esse cœpissent, similiter iurisgentium fierent, & ita in-
telligo totum tit.C.de insti.de codicil. & ff.de iure co-
dicil. quamuis hodie codicillum, esse ciuile inuentum
incomperto sit, ut in princ. instit.de codicil. idemque
142 in fideicommissis futurum, si ab omnibus uel ple-
risque gentium admitterentur; quamuis constet esse
ciuile inuentum ut in prin. insti.de fideicommis.hered.
141 Codicilli tēpore fieri possent iurisgentiū
ita intelligo totum illum tit. & C.de fideicom. & ff.de-
lega.& fideicom. t. 2. & 3. cum multis titulis sequenti.
unde 143 idem foret in donatione causa mortis, quæ
ciuile inuentum fuisse constat. ut per totum tit.ff.& C.
142 Fideicommissa tempore fieri possent iurisgē tium.
de dona.causa mor.quos ita intelligo. quæ omnia si post
quàm ab omnibus uel plerisque gentium recepta essent,
cursus in desuetudinem abire cœpissent illico iurisgen-
tium esse desinerent. facit text. in prin.insti.de testam.
ergo 144 quę iurisgentium secundarij uel hodie sunt
uel etiam postea esse cœperint non sunt fixa, ęterna &
incómutabilia quamuis quę iurisgentium primęui sunt,
143 Don. cau. mor. tempore fieri possent iurisgē tium.
qualia sunt erga Deum religio, utque patriæ & paren-
tibus pareamus, ut fidem seruemus, ut uim atque in-
iuriam propulsemus, utque nos nostraque tueamur.
hęc omnia fixa, ęterna, incommutabiliaque sunt,
eruntque semper. ita 145 intelligo legem ueluti &
legem ut uim cum ibi not. & l.iustitia est. primo resp.
144 Ius gentiū primęuū incomutabile sed secundarium comutabile est.
& in §.iuris pręcepta. & l.i. & l.ex hoc iure ff.de iust.
& iu. & ferè per tot. instit.eod.tit.l.i.ff.de pact.l.i.ff.de
consti.pecun.§.singulorum. insti.de rerum diuis. c.1.de
pact.l.non minorum.C.de transac. quę omnia nón mi-
nus utilia sunt quàm noua.

Quid autem 146 in his, quę ueluti iuris Diuini
sunt, an poterunt per leges humanas aut principes im-
mutari si huius iuris per legem uel statutum humanum
145 Intell. l. ueluti l. iustitia l. ut uim l. manumissiones ff. de iust. & iure l.j.ff. de pact. cum simi.
esse cœperint id quod negare uidetur Bar.in l.priuilegiā
per tex.ibi C.de sacrosan.eccl. & per c.ad apostolicā.de
rescript. dū ait Bart.quòd constitutio cōsuetudo, uel sta
tutū de aliquo annuatim inter pauperes, uel piis locis di
stribuendo iure eleemosinę, non potest tolli per eos, qui
talem constitutionem uel ordinationē fecerunt uel con-
suetudinem introduxerunt. sequitur Roma. in auth. si-
militer. in nono speciali contractuum.C.ad l. falc. Do-
minic.in c.quæ in ecclesiarū. col.3.de consti. Pau.castr.
in l.si quis curialis.C.de episc.& cler. Aretin.& Iaso. in
146 Lex municipalis de aliqua eleemosina annuatim danda an poßit immutari, ardua.q.
l.non amplius.§.j.ff.de leg.i. Dominic.in c.1. col.vii.de
consti.lib.6. Andr.Tiraquel.qui eos refert de priui.piæ
causæ priuil. 159. Lauren.Calc.consi. 13.pro parte. co-
lum.4. in simili per Io.Andr. ad Specul.de instr.edict.§.
nunc uerò aliqua ad fin. per Felin.col.v. in c.ueniens.
de testibus Panor. & Felin. in d.c.ad Apostilicam. Con-
trarium tamen ut talis constitutio, consuetudo, uel sta
tutum possit immutari per eius authores, tenent Cyn.
Imol.& Alex.in d.l.non amplius §.i. & in simili uoluisse
uidentur Bald.& Fulg.in l.si quis curialis supra allegata
C.de episc.& cler. dum aiunt quòd licet 147 laici ne-
147 Leges seculares cleri
queant per sua statuta clericos lędere, possunt tamen
priuilegia, quę eis concesserunt adimere si in contra-
ctum non transierunt. quod & tenent Salice. Fulgos. &

cis priuilegia concedentes possunt per seculares tolli.
Pau. cast.in auth.cassa & irrita C.de sacrosan.eccl. Fulg.
& Paul.in d.l.priuilegia. Alex.consi.210. statutis accu-
ratè. col.iiii.lib.2. Iaso. in d.l.non amplius. & hęc pars
uerior uidetur arg.text. in l.si quis. in principio testa-
menti ff.de leg.3. ubi testator non potest suæ uoluntati
eam legem imponere, à qua non liceat recedere, & ul-
timæ uoluntates ut sui natura commutabiles sunt ad
libitum testatorum ut ibi, & l.si mihi & tibi §.in lega-
tis.ff.de leg.1.l.si iure.ff.de leg.iii.l.iiii.ff.de adimen.le-
ga.c.cum Marta de celebra.miss.ita leges, cōsuetudines
& statuta ad uoluntatem eorum, qui eas ea'ue constitue-
runt commutabiles sunt.l.omnes populi.ubi Bart.& om-
nes.ff.de iusti.& iu.§.naturalia. insti. de iure nato.c.non
debet ubi omnes. de consangum. & affini. leges enim;
148 consuetudines & statuta, non tam contractibus
148 Leges, consue. statu. similiora ultimis uoluntatibus quàm contractibus.
quam ultimis uoluntatibus assimilātur Bar.Ang.Imol.
Cuma.Pau.Roma. & Alex. in l.hęredes mei §.cum ita
ff.ad Trebel, Andr.Tiraq.de reuoc.dona. in l.si unquam
uerbo susceperit liberos nu.84. uersi sed illud hic quę-
ro,& tradunt communiter doct. tam in d.l.omnes po-
puli quàm in d.§.sed naturalia. unde ut ultimę uolun-
tates, ita & leges, statuta, & consuetudines in sui re-
solutione liberrimę esse debent. præterea 149 etiam
149 contractus regulariter re integra sunt reuocabiles.
in ipsismet contractibus liberum est pœnitere regulari-
ter re integra, pręterquam in contractibus nominatis
ut in l.iurisgentiū in prin. ubi per omnes doct.ff.de pac.
& per totos titulos ff.& C.de rerum permu. & ff.& C.
de condi.ob cau. & per totum ff.de pręscr.uerb.iuncta
l.ii.§.circa ff.de doli excep. & consensus 150 etiam in
150 Actus inter uiuos respiciens ultimam uoluntatem semper est reuocabilis.
actu inter uiuos prestitus reuocabilis est, si is actus ad
ultimam uoluntatem referebatur eamque respiciebat
text.egregius in l.si.C.de pact.unde in specie nostra ille
consensus statuentiū & legislatorum ad eorum arbitriū
reuocabilis est & esse debet ex natura ipsius rei, quia
legibus & consuetudinibus commutabilius sui natura
nihil omnino est.d.c.non debet.d.l. omnes populi. d.§.
sed naturalia. nec 151 ad rem pertinet quòd (ut su-
151 intell. l. i. ff. de legib.
prà attigimus) lex sit communis reipublicę sponsio l.j.
ff.de legibus sicque quasi quidam contractus aut pro-
missio obliget. nam obligat quidem tandiu quandiu au
thoritate publica immutata non fuerit & nō ultrà; quin
immo interest subditos obligat, non ipsum legislatorem
l.princeps legibus ff.de legib. cum moderamine de quo
supra. unde 152 si fieret statutum prout Hispaniæ in
152 lex ut pauperes uel monachi Franciscani de publico alantur reuocabilis est.
quibusdam ciuitatibus fieri cœpit, ut pauperes hostia-
tim eleemosinam non deposcerent, sed ab ærario pu-
blico alerentur uel ut monachi Franciscani eodem mo-
do alerentur, si quidem in formam contractus id non
fieret, sed tantùm in formam legis ad bonum & regimē
reipublicę, certè quandiu respublica uellet id duraret
non diutius nec interea ulla inde orta uideretur obliga-
tio. aliud fortè si ex modo ineundi appareret eam rem
transiuisse in formam & substantiam contractus, tunc
enim cessaret pœnitentia.l.sicut ab initio cum uulga-
tis C.de act.& oblig. & ita possunt & debent superiores
uarietates conciliari. actus 153 enim qualis sit aut cu
153 contractus aut alia dispositio, qualis sit, ex modo ineundi an cognoscatur, ardua q.
ius uirtutis & naturę cognoscitur ex modo ineundi ut
in contractibus innominatis uoluit gl.in l.ex placito.C.
de rerum permu.gl.in l.cum proponas C.de dolo & gl.
fin. in l.cum mota.C.de trans. & est communis opio.se-
cundum Imol. in rubr. num.6. de rerum permu.& Alci.
in d.l.cum mota. contrariam partem tenet Bart. nu.10.
in d.l.ex placito existimans non tam modum ineundi
quam modum implendi esse inspiciendum, idem Bart.in
d.l.cum proponas num.6. idem Bart.in l.cum mota nu-
me.4. & in l.si intra. num.2. ff.de pact. & est commu-
nis opin.secundum Iason. nom.28. in d.l.cum mota ubi
Claud. col.pen.& Alex.in d.l.cum proponas colum.ii.
& hanc esse communem sententiam affirmat Fernandus
Berengarius in l.pacta conuenta num.77. col.vii. ff.de
contrah.emp. & Ias.in l.si quis cum debitore num.5.ff.
de iureiur. Fortun.in l.iurisgen. col.i.ff.de pact. sed ad

superiorem

superiorem sententiam procliuior sim, quæ confirmatur per.l.non codicillum.C.de testam.l.si idem.C.de codici.& confirmatur ex plenè & utiliter traditis a Bar.in l.ij.in principio ff.si cert.pet.ubi dum enarrat omnium ferè contractuum naturam, planè uult ex modo ineundi contractuum tam naturam quàm differentias cognosci.

154 *intell.l. ad plures.ll. & auth. quæ sunt sub titulo C. de sac. eccl. & C. de Episco. & cleri.et auth. de monach.*

tenendo ergo quòd 154 principes & leges possint statuta, leges, aut consuetudines tales à se latas reuocare. inde subsequitur quòd omnia priuilegia clericis, aut Ecclesiis, hospitalibus, monasteriis, aut aliis piis locis & causis quæ per leges ciuiles & auth.concessa fuerunt, poterunt eis adimi per eosdem legislatores laicos, sicq; poterunt immutare & adimere omnia priuilegia sub legibus & titulis C.de sacrosan.eccl. & C.de episc.& cle. concessa & comprehensa. & quæ continentur in auth. de ecclesi.titul. & in auth. de monachis cum mille similibus. nisi quatenus sunt à canonibus Pontificum repetita. nam tunc etiam remota legum laicarum authoritate, in sola legum Ecclesiasticarum authoritate subsistent. ut plenè per Dec. post alios in c. Ecclesia S. Mariæ de constit. & uidetur ex mente Bald.& Fulg in d.l. si quis curialis.

155 *Iurisdictio ecclesiastica in temporalibus est à populo.*

Hactenus quo ad legum principumque secularium iurisdictionem & potestatem. quid 155 quantū ad Ecclesiasticam, & sanè sunt tres casus, primus, quo ad temporalem iurisdictionem, quam habet & exercet Ecclesia sancta in terris suis, secundus, quo ad spiritualia, tertius, quo ad temporalia quatenus necessaria sunt ad expeditionem spiritualium. primo casu, omnia, quæ superius edocti sumus, & hic locum habent repetitaque esse intelligantur, quia si quam iurisdictionem habet Ecclesia in temporalibus, eam ex consensu ipsorum subditorum habere intelligendum est: non secus quàm principes seculares. arg.d.l.j.ff.de legib.ibi communis reipublicæ sponsio cum supra latè adductis. ex consensu subditorum accipere debemus etiam si subditi quibusdam principibus, & illi princeps aliis principibus, & rursus illi eam potestatem ecclesiæ concesserint. nam semper transit migratque cum eadem natura, qua ab omnium primò tenebatur l.ii.§.ex his cum ibi plenè not.ff.de uerbo.oblig.l nemo plus ff.de reg.iur. c.nemo potest plus eod.tit.lib.6. plenè utrobique per doct.

tyrannorū imperium quale.

nec mentionem facio de imperio quod per uim, tyrannidem & debellationem paratur, quia id stabile non est, nec diutius durat quàm ipsi subditi potuerint rebellare seque in suam laxitatem eripere.§.item ea quæ ab hostibus insti.de rerum diui.l.iii.l.naturalem ff.de acquir.rer.domi.§.feræ insti.de rerum diuisi.per modernos in rub.ff.de acq.poss. dixi fusius lib.1. controuersiarum c.1.cum limit.de qua ibi

156 *Iurisdictio ecclesiastica in spiritualibus est à Deo.*

ceterùm quatenus 156 ecclesia habet iurisdictionem in spiritualibus receptior theologorum opin. esse uidetur, ut ab ipso Deo Opt. Max. non autem à populo eam habere intelligatur, quòd & tenent communiter docto.in c.1.de consti.& in c. Ecclesia S. Mariæ eod.tit. d.Alfonsus ubi supra lib.2.c.10. qua de re per gl.& Abb. in c.nouit de Iudic.ubi Felin.col.ii.in fin. & Dec. nu.7. & Bal.in procemio ff.col.ii. Alfons.de Cast. de iusta hæreti.punitio.lib.2.c.2.col.ii. Martin.Nauarrus.in d.c.nouit. tertio notabili.qui latissimè procedit. Anto.de Rosel.de potestate Imper. fol.8.§.ne prolixius. gl.in clem. ad nostram. de hæret. Bernondus de publi.concubin. col.376.Bar.in l.1.§.præses.ff. de requir. reis. Couarub. in c.peccatum.§.9.num.7.de reg.iur. glo.in c.causam. qui filii sunt legit. per.d.c.nouit cum aliis suprà citatis, & per illud Domini, tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & per illud, pasce oues meas &c.

157 *Iurisdictio tam ecclesiastica quàm prophana sui natura est limitata subditorū utilitate tenus.*

per 157 quod etiam eorum, quos retulimus non pauci existimant ad bonum & non ad malum datam esse potestatem ecclesiasticam, eamque regulandam & terminandam esse iuxta subditorum utilitatem, ut sic non lupi sed ueri pastoris officium fiat: & quia secundum philosophum propter unumquodque tale & illud magis, hoc est, non tam incipiendam esse personam illius, cui datur aut committitur quam illius illorumue propter quos datio, commissio, aut cōmendatio fit. quod & probat.l.sed si plures.§.in arrogato ff. de uulg. ubi multa in simili per doct. & ut tutela est uis ac potestas in capite libero ad tuendū eum, qui se tueri non potest.l.j.ff.de tut.in prin.inst.eod.tit.ita

158 iurisdictio erga subditos se habet ut tutela erga minores.

158 & utraque potestas tam ecclesiastica quàm temporalis ad tuitionem & utilitatem subditorum potissimū profecta fuit, sicque ut tutorum ita & istorum principum potestas ad utilitatem siue subditorum siue minorum aptanda; & iuxta eam regulanda est: etenim

159 potentia uera quid.

159 quo illustrior aut maior potestas est, eo iustior esse debet, quia id tantum possumus quod iustè & honestè possumus.l.nepos proculo ubi per Alciat.ff.de uerb.sig.l.Lucius secundum unum intellectum ff.de cond. & dem.l.filiusf.ff.de cond. inst.rectè enim omnipotens solus ille appellatur, qui nihil mali facere potest: malum enim facere aut facere posse, non potentia sed infirmitas, non possendi (ut sic loquar) à malo abstinere est. secundum Augustinum in c.principium.§.charitas de pœni.distin.ij. Curt.seni. cons. 73. col. 29. Fulg.cons 61. D. Catherina col. pen. Aymon. Crauet. de antiq. temporum in princi.par.j. ita ipsi arguunt, quod modo nec probo nec improbo, alibi fortè dicturus. sed eorum interea retenta opinione, stat conclusio utranque potestatem, tam ecclesiasticam quàm secularem regulandam aptandamque potissimùm esse ad utilitatem subditorum, sicque in efficacia ac effectu data paritate terminorum, uix est ut differant, nisi quatenus tendunt ad diuersa. in sui tamen creatione

160 iurisdictio ecclesiastica & secularis differunt in sui ortu & resolutione, & quid in effectu.

160 longe differre uidentur, cum altera (ut diximus) ab homine, altera à Deo processerit, & consequenter in sui quoq; resolutione ut inter sese differant necesse est.

161 dare & adimere an eiusdem sit.

quia 161 cuius est dare eius est adimere.l.iudicium soluitur ff.de iudic.l.j.§.fin.ff.de leg.iij.l.conficiuntur ff. de iure codicill.l.si mihi & tibi.§.in legatis ff.de lega.j.l. si quis in principio testamenti ff.de leg.iij. & plenè per doct. in dictis locis.l.omnes populi ff.de iust. & iure.§. sed naturalia inst.de iure nat.c.omnis res de reg.iur.l.nihil tam naturale ff. eod. tit.l. fin.ff.de accept.§.fi.instit. quib.mod.toll.oblig. Vnde potestas Ecclesiastica quatenus à populo data non fuit, per eum adimi non poterit; secularis uerò fortè poterit si quidem recens fit, sin autem uetustissima, diuersum esset, ut controuersiarum lib.j.c.1.edocemur ac attigimus quod modo non firmo.

162 lex canonica an obliget in conscientia, & quandiu et quid in foro contentioso & quid si ab initio fuit inutilis uel tractu temporis inutilis esse cæpit.

ergo 162 cùm humana ferè omnia constent creatione, effectu, seu progressu, ac resolutione, cumque potestas ecclesiastica & secularis inter se differāt quo ad sui creationem, item quo ad sui resolutionem, sed quo ad efficaciam uix differant (secundum quod ostendimus) euenit ut leges canonicę, quæ in spiritualibus non loquuntur (quales sunt omnes quæ disponunt circa iudicia, circa contractus, circa ultimas uoluntates, & similia) in utroque foro siue contentioso, siue conscientiæ perinde obligent ac obligare diximus leges seculares data paritate terminorū, ut sic ea lex canonica & si initio parum iusta aut utilis uideatur, aut ferè impossibilis, legis uim habere non desinat: non quidem ut interea executioni mandari possit, sed ut si postea mutatis temporibus utilis aut iusta aut de ferè impossibili possibilis ac facilis esse cœperit, ualere uimque legis tenere incipiat. impossibilitatem accipere debemus iuxta terminos.l.apud Iulianum.§.constat.ff.de leg.i. rursum si ea lex canonica initio iusta seu utilis aut facilis erat, si mutatis postea temporibus iniusta aut inutilis, aut ferè impossibilis esse cœperit, non quidem tam extincta quàm sopita intelligatur, ut sic interea executioni non mandetur: licèt legis uim uinculis tamen allegatam habere non desierit.

163 iurisdictio ecclesiæ in secularibus ad spiritualia necessariis, regulatur ut in ipsis spiritualibus.

tertio 163 casu principali, scilicet in his, quæ temporalia sunt, sed necessaria ad spiritualium commodam expeditionem, idem iuris erit quod in mere spiritualibus proximè esse diximus.

c.acceſſorium de reg.iur.lib.6. l.i.& ii.ff.de pecul.leg. egregius tex.in l.ſi quis ita hæres inſtitutus,uerbo,ſunt enim appenditiæ præcedentis inſtitutionis.ff.de acquir. hered.l.iii.§.fin.ff.de inoſ.rup.

Redeundo ad legis definitionem de qua per d.doctiſ-

164 *legis definitio repetitur per epilogum.*

ſimum Alfon.ſupra relatum, quæ ſic habet,lex 164 eſt recta uoluntas eius qui uicem populi gerit uoce aut ſcripto promulgata, cum intentione obligandi ſubditos ad parendum. ibi uoluntas recte quidem ut & ſupra attigimus & cõfirmauimus quibus adiice l.Iuſtitia ff.de iuſt.& iu.§.iuſtitia inſt.eod.tit.ubi optima iura ſi ſcis inducere, ibi recta.ſupra plenè oſtendimus ualere 165 legem etiã

165 *lex an recta eſſe neceſſe ſit.*

ſi recta non ſit,quia mutatis poſtea temporibus rectitudo accedere potuit quod ſufficit. ibi eius 166 qui uicem populi gerit,ſupra oſtendimus non eius ſolius, ſed & ipſius populi, quinimmo potiſsimũm ipſius populi uoluntatem eſſe inſpiciendam. prçterea ut ſit lex, non

166 *lex an à populi uicem gerente ut fiat neceſſe ſit.*

eſt neceſſe ut fiat a uicem populi gerente,cum & ab ipſo populo fieri & poſsit & ſoleat. inſtit.de iuſti.& iu. §.lex. l.ii.ff.de orig.iur.§.deinde quia difficile eum §.§.prçc. & ſequ. ibi uoce 167 aut ſcripto promulgata. dicito. quòd cum ſola uoluntas ſit quæ obligationem qua de

167 *lex an uoce aut ſcripto promulgari neceſſe ſit.*

agimus inducat ut ſupra oſtendimus, non refert quo mõdo ea uoluntas colligatur. nam rei ſemel quouis modo demonſtratæ, fruſtra adiicitur altera demonſtratio. l.i. §. fin. ff. de dote prælegata. unde 168 etiam in iis, quæ pro forma requiruntur ad cuiuſque rei demon-

168 *forma ad rei demonſtrationem requiſita, æquipollẽter poteſt impleri.*

ſtrationem admittitur demonſtratio æquipollens glo. egregia & communiter app. ut per Salice. Bald. Corn. Alex. & Iaſ.ibi in l.iubemus C.de teſtam.tex.optimus & ibi doct.in l.nemo dubitat ff.de hære.inſt.Aret.Alex.Iaſ. Alciat.& reliqui in l.j.ff.de lib.& poſth.ubi optimus tex. ſi ſcis inducere.l.certum ff.ſi cer.pet.l.ubi autem.§.fin. ubi per doct.ff.de uerb.oblig.l.j.§.ſi quis ita uerb.quid ni ubi plene per Bar.Aret.Alex.Vincen.Hercul. Soc. Iaſ. Ripam Alcia.& alios repet. per Dec. poſt alios in l.hac conſultiſſima.C. qui teſtam.facere poſſu.ubi ita tenent Bal. Imola Cuman.Paul. Caſtren.Aret. & Alex. Dec. in c.2.de teſtib.Soc.in d.l.j.num.8. id quod longè facilius in ſpecie noſtra recipiendum eſt, cum pro forma legis nuſquam lectum nuſquam relatum ſit uerba aut ſcriptu-

169 *uoluntas ut colligatur.*

ram deſiderari. quid 169 enim ſi de agentium uoluntate conſtiterit ſignis, ut per gl.& omnes in.§.j.inſt.de uerb.obli.quid ſi nutu de eorum animis appareat,ut in l. nutu ff.de lega.iij.in omnibus enim his ſpeciebus & ſimilibus,euidens eorum uoluntas ac liquida dicetur,non ſecus quàm ſi uerbis aut ſcriptura patefacta eſſet.l.ſi quis locuples ff.de man.reſt.l.licèt imperator ubi per omnes doct.ff.de lega.j.agentium enim uoluntas nota ſoli Deo omnino eſſe poteſt, hominibus autem non utique: ut

170 *uerba non tam demonſtrant quã indicant noſtram uoluntatem.*

ſit 170 uerba noſtram uoluntatem non omnino patefacere ſed tantùm indicare poſſint, hoc eſt indiciis quibuſdam, ueluti rimari & colligi.l.labeo ff.de ſupp.lega. Vnde Cicero pro Cecinna in ſua oratione ait, uerba reperta ſunt, quæ uoluntatem noſtram indicarent, hoc eſt indiciis aperirent. unde ſit ut ſæpe decipiant nos uerba tex.in l.diuus ff.de mil.teſt.§.planè inſtit.eod.tit. l.an inutilis ff.de accep.l.non ſolùm ff.de acti. & oblig. per totum titulum C.plus ualere quod agitur.ibi in eadem definitione, dum ait cum intentione obligandi ſubditos,ſupra iam oſtendimus non ſolam, quinimo non tam inſpiciendam eſſe legiſlatoris quàm ſubditorum intentionem.rurſus in eodem uerbo obligandi,cur non dixit perpetuò? ut differet à præceptis, quæ quotidie temporalis negocii cauſa à principibus fiunt, quæ a legibus longè diſtant.ut in l.quod iuſſit ubi per omnes ff.de re iud. rurſus ibi uicem populi, cur non adiecit aut meminit de legibus prçtoriis, quæ annales erant? quia & eorum imperium annale erat. ut in princ.inſti.de perp. & temp.actio. qualis ergo fuerit doctiſsimi uiri huius definitio, alterius ſit iudicio. unum hoc compertum eſt mihi, Papiniani definitione cęteris potiorem eſſe, aut tutiorem, cùm omnis definitio in iure periculoſa ſit.l. omnis definitio.ff.de reg.iur. idque longius aliquantulũ egimus, quòd noſtrę munus eſt, iureconſultos tueri: & quia à uera legis definitione pendent, dicenda ſunt ferè omnia.

Poſtquam de iure Diuino & gẽtium primæuo & eius appenditiis diſſeruimus, reliquum eſt, ut de iuregentium ſecundario doceamur, & ſanè huius iuris ſunt omnes ferè cõtractus de quibus in l.ex hoc iure ff.de iuſt. & iu.& in §.ius autem gentium inſti.de iure natu.& ita utrobique traditur communiter per docto.quo in re

171 *Cõtractus non ſunt iuris gentiũ inuentione ſed tãtùm approbatione.*

171 ſunt tres caſus inſpiciendi. Primus quo ad inuentionem contractuum, & iſte eſt de iure poſitiuo, quia contractus fuerunt inuenti humanis neceſſitatibus exigentibus ut in d.§.ius autem gentium, quæ neceſsitas par eſſe non poterat aut pariter occurrere in omnibus mundi regionibus; ſed modo huc modo illuc ſucceſsiuis uicibus, ac temporibus. unde cùm primùm una contractus ſpecies in una prouincia recepta fuit, tunc ibi iuris ciuilis eſſe contractus ille uideri debebat, quamuis ſi poſteà illa contractus ſpecies ad alias totius orbis omnes prouincias uel pleraſque porrecta, dilatatu, & recepta eſſet, iam iuris gentium eſſe uideretur; non quidem inuentione ſed magis approbatione & ueluti hoſpitio quodam ut plenius in ſimili, oſtendimus ſuprà de ſucceſsionum creatione.lib.j.§.j. ad principium. 172

172 *Cõtractus quo ad formam ſunt iuris ciuilis.*

Alter caſus eſt, quo ad formam contractuum quæ ſecundum omnes ubi ſuprà iuris ciuilis eſt, & ita intelliguntur omnes tituli qui ſunt in ii.parte.ff.ueter.& in iii. parte.ff.noui.& in.iii.lib.C.& qui ordinarius collocantur.inſtit.de obliga. uſque ad titulum inſtit.quib.modis tol. obliga. Tertius caſus eſt, quo ad approbationem, cuius reſpectu, iuris gentium eſſe dicuntur ſecundum omnes ut proximè dixi. nam iuris gentium eſſe dicuntur, non ſolùm ea, quæ ab omnibus gentibus cuſtodiuntur, uerum ea quoque quæ à gentium pleriſque uſu recepta ſunt. quinimmo non ſolùm quæ à pleriſque omnium gentium, ſed etiam quæ à pleriſque earum gentium, quæ honeſtis legibus & moribus reguntur admiſſa ſunt.l.omnes populi.ff.de iuſti.& iure.§.ſed naturalia inſtit.de iuſti.& iure. & utrobique notant communiter.

173 *Succeſsiones quò ad inuentionẽ et formam ſunt iuris ciuilis ſed quò ad approbationem ſunt iuris gentium ſecundarij.*

Doct. 173 & ex hoc iuregentiũ ſecũdario profectæ ſunt ſucceſsiones ut innumeris ferè noſtrorum interpretum placuit, quamuis ſint non pauci, qui eas à iure diuino effluxiſſe exiſtimauerint,ſed & fuit tertia ſententia eorũ, qui contendunt, eas eſſe de iure ciuili; nec defuerunt, qui affirmarent à iure naturali ſucceſsiones deſcendiſſe. reperiturque quinta ſententia arbitrantium ac diſtinguentium in hunc modum, ut inuentione fuerint de iure gentium, ſed approbatione de iure ciuili. nos autem ex diuerſo fuimus in ſextu & ultima opinione, ut à iure ciuili inuentæ fuerint,ſed poſtea ita propagatæ per uniuerſum ferè orbem ut iam hodie approbatione, hoſpitio & receptione iuris gentium eſſe uideantur. id, quod pleniſſimè diſſeruimus ſuprà de ſucceſsio.creati.lib.i.§. i.circa princ.quibus adde tex. egregium ac dilucidum qui hanc quæſtionem (ad quam à nemine unquam quòd ſciam allegatus fuit) dirimere uidetur.in.l.quidam iure §.ſi.ff.de dona.dum ait quoniam contra bonos mores & ius gentium feſtinas etc. Et denique hac in re idem dicendum eſt, quod proximè in contractibus admonuimus. nam ſucceſsiones quò ad inuentionem ſunt iuris ciuilis ut modò diximus,& tenent Acurſ.in.l.ex hoc iure uerbo.dominia.ubi Bart.col.iii.ff.de iuſti.& iure.Chriſt. Port.in prin.& in.§.i.inſt.de teſtam.Corn. conſ.137.nume.5. lib. ii. Angel. in auth. ut factæ nouæ conſtitut.in prin.Guliel.Benedit.in.c.Rainutius.de teſtamen.uerbo. teſtamentum. princ.num.2.& num.6.& iterum in uerbo & uxorem nomine.num. 43. & alii non pauci quos citauimus in loco ſuprà allegato. quibus adde idem tenere Ioan.Corraſ.in.l.filium quem habentem. in prefatione. & Andre. Tiraq. in l. ſi unquam. C.de reuocan. donati.

uerbo.

uerbo.libertis. num.89.Iaſ.& Phil. Dec. in Rub. C. qui teſt.face.poſſ.Arias Pinel.in.l.ij.C.de bon. mater. nu.7. uerſ. quo generitè . ſentit glo.in.l.illa inſtitutio ff. de hære.inſtit.expreſſius per Abb. Panor in Rub.de teſta. Paul.Caſtr.in.l.j. in prin.per tex.ibi ff.ad.l.falcid.Iaſ.in prin.inſtit.de teſtam. Rolan.& eius additionator in tracta.de teſtam. in princ.Cæterùm quo ad formam omnes conueniunt ut ſucceſſiones ſint etiam de iure ciuili.

174 *Succeſſiones quo ad actiones ad ſui executionem cõpetẽtes cuius iuris ſint.*

Verùm quoad approbationem magis eſt ut ſint iuris gentium ut proximè dicebamus. 174 quo ad actiones uerò ad exequendas ſucceſſiones competentes, an ſint iuris ciuilis, an iuris gentium, dic ut per Acurſ.& Dignum.in princ.inſt.de actio.ubi etiam Petr.de bella Per. & Bal. & Nicolaus. Bart. Ioan. Faber.Angel.Gomeſ & Benincaſim num. 227. Dominium 175 autem ex hac ſucceſſionis cauſa acquiſitum, an ſit iuris gentium, an potius iuris ciuilis, diſſeruimus ſupra de ſucceſſionum creatione. lib.1.§.1.num.2.uerſi.ſeptimò infertur. & nume.33. & in ſimili, & an per principem nobis poſsit auferri, diximus in lib.1.controuer. c.i. & quid 176 ſit dominium, tradit Bart.in l.ſiquis ui §.differentia.ff.de acquir.poſſ.quem ſequuntur communiter doct.ibi, qui ſic ait, dominium eſt ius perfectè diſponendi de re corporali niſi lege prohibeatur. ſequuntur communiter doct.in Rub.inſti.quibus alien. licet uel non. Pau.caſtr. in l.ex hoc iure ſuprà allegata. Bereng. in l.naturaliter §.nihil commune. num.31. ff.de acquir.poſſ. Franc.de Ripa in Rub.de cauſa poſſ. & proprie. Bald.de præſer.in ſecunda parte princ.q.2.num.6. Bald.in l.fœminę.§.his illud C.de ſecund.nup.Galiaula.in l.centurio num.190. ff.de uulg. Alex.& Claud.in d.§.differentia. & eſt communis opin. ſecundum Ripam ubi ſupra num. 46. Alexand.& Iaſ.in d.§.nihil commune. Benincaſius in præfatione num.146. inſti.de action. quę definitio non eſt generalis, quia non comprehendit dominium uſusfructus & cęterarum rerum incorporalium. 177 nec dubium eſt, quin & in eis dominium cadat & conſiſtat.l. qui uſumfructum.ff.ſi uſusfruct.pet.l.fin. ad med. C.de præſcri.longi temp. Sed Bart.& commun.opin. defendi poſſunt, eo quòd fortè ad dominium ex naturali poſſeſſione quęſitum reſpexerunt.l.2. in princ. ubi dominium quod ex naturali poſſeſſione cœpiſſe. Sed & dicta definitio non congruit utili dominio, quod habet emphiteota, quia is non poteſt alienare rem inſcio domino directo.l.fin.C.de iure emphi.ſicque id dominium improprium eſſe dicitur, ut tradunt Bart. in d.l.i.in prin. & ibi Aret. Iaſ. num.35. Claud.& Ripa. Iaſ.in l.ſi domus. §.ſi fundus.ff.ad trebel. Bald.per tex.ibi in l.ſi finita.§.ſi de uectigalibus. ff.de dam.inf. & Iaſ.in l.i.in princ.ff.ad trebel. 178 deniq; eſt dominium pleniſsimum de quo in l.i.C.de nudo iure qui.toll.ubi Bal.ait alibi non reperiri illum dicendi modum. Feli.in c.conqueſtus de foro compet. 179 eſt dominium plenum quando adeſt & proprietas & uſusfructus.l.qui uſumfructum ubi Bar. & Iaſ.ff.de uerb.obl. Rip.ubi ſupra. Iaſ.in d.§.ſi fundus.gl. & Alciat.in l.rectè dicimus ff.de uerb.ſig. Benincaſ.ubi ſuprà num.179.item dicitur 180 eſſe dominium ciuile illud, quod nobis ex legis diſpoſitione acquiritur ſine naturali apprehenſione: quale eſt, quòd legatario ignaro acquiritur. ut in l.cum pater §.ſurdo ff.de leg.ii. l.ſi Titio ff.de furt. & quod acquirit heres hereditatem adeundo antequã poſſeſsione apprehendat. 181 quòd tam perfectè dominium non eſſe, quam ſi apprehenſa poſſeſsio ſemel foret, apparet ex lege ii.ff.de crim.exp. her.iuncto §.furtum inſti.de obli.quæ ex deli.qua de re plenè per Alex.& Pau.caſtr.in l.cum heredes ſupra all. Pau.caſtr. Bar.& Iaſ.in d.l.ex hoc iure ubi per nouiſ. & quæ edocemur plenius lib.1.controuerſiarum c.1.

175 *Succeſſionis cauſa dominium quæſitum an ſit iuris ciuilis, & an nobis poſsit auferri.*

176 *Dominium quid ſit.*

177 *Dominium cadit in corporeis.*

178 *Dominium pleniſsimum.*

179 *Dominium plenum.*

180 *Dominium ciuile.*

181 *Dominium ſine poſſeſſione nõ tã plenum eſt quàm cum ea.*

182 *Princeps cõtractuũ ſubſtãtiam nõ formam obſeruare tenetur.*

182 Denique cùm contractus quò ad inuentionem & approbationem iurigentium eſſe intelligantur, ut proximè diximus, quò ad formam uerò ſint iuris ciuilis: cumque ſolennia contractuum principem non obſtringant. ut ſupra attigimus, & pleniſsimè ſupra lib.3. de ſucceſſ.crea §.26. per totum.eueuit ut ea communis opin. de qua per Caſtalium poſt Oroſ. Iaſ.& alios in l. ex hoc iure ſupra alleg.per Iaſ.in l.i.colum.pen.de conſti.principum ff.per Dec. & alios per tex. ibi in c.1.de proba. & in c.1.de natura feudi. quatenus exiſtimant principem contractibus teneri, procedat & elegãter declaretur quò ad efficaciam & fidem ſeu conuentionem, ſed nõ quò ad ſolẽnia.& uide in ſimili per Iaſ.& per Anto.Vacc.& per Caſtal.in l.1.ff.de conſt.princ. 183 unde ſiue in principis emptione pretium non conſiſteret in pecunia numerata iuxta §.pretium & §. item pretium inſti.de emp.& uend. ſiue in eius locatione merces non conſiſteret in pecunia, uel non eſſet certa, iuxta princ. inſtit.de locat.& cond. ſiue in eius emphiteoſi ſcriptura non fieret, iuxta l.i.ii.& iii.C.de iure emph.ſiue in eius ſtipulatione uerba ceſſarent uel eſſet aliqua diuerſitas inter interrogationem & reſponſionem iuxta l.i.in prin. & § ſi quis ſimpliciter ff.de uerbo.oblig. ad hoc tamen contractus, ualeret & ipſe illi quo cum contrahebat, & ille ſibi efficaciter obligarentur. per quod non parum utile ea iura limitantur: & quotidie in prętorio noſtro uſu amplectimur.& ita eſt declaranda ſuperior communis opin. 184 & cum per l. ſi mandauero. § is cuius ff.mand.deportatus non amittat facultatem contrahẽdi quod & tenuit Caſtal. in d.l.ex hoc iure 185 cumque deportatus peregrino aſsimiletur.l.i.cum ibi notatis C. de hęred.inſti. facit.l.ſed ſi hac §.ſi pœnam uerbo peregrinitatem ff.de in ius uocan. dubium eſt, an tam in peregrino quàm in deportato contrahente ſolennia legis ciuilis ſint inſpicienda. 186 & non parum utiliter interpretabimur, inſpicienda non eſſe, ſed merum ius gentium eſt ſpectandum iuxta l.omnes populi ff.de iuſti.& iu.§.ſed naturalia inſti.de iure nat. & ſequendum aut executioni mandandum eſſe ut in l.ii. ad prin.ff.de orig.iur. nimis enim rigidum eſſet affirmare ut legatus aut ſimiles (quos uulgo ambaſciatores appellamus) qui à regionibus extraneis breuis aut breuiter expediendi negotii cauſa ad noſtram rempublicam acceſſerunt, ius noſtrum uagum ac ferè immenſum, quaſi afflatu quodã Diuino repente addiſcere aut peritiores conſulere aut eis fidere teneantur. ſicq; ne benignius eſt ut iure gentiũ utantur, idque ius utrinque cuſtodiatur, nonq; ne aliter executioni mandetur, quàm olim antequam ius ciuile inuentum eſſet exequebatur per manum regiam.d.l.ii. in prin. una enim determinatio reſpiciens plura determinabilia debet illa pariformiter determinare.l.it.l.quã uis C.de impub. l.Lucius ff. de uulga. ſicque ex parte utriuſque contrahentis par ius erit. ergo ſiue in contractu emptionis pretium non conſiſtat in pecunia numerata, ſiue in contractu locationis merces certa non fuerit, ſiue in ſtipulatione uerba defuerint, & ſcriptura tantùm interfuerit. utrinque is contractus iure tantùm gentium inſpecto & ualebit & executioni mandabitur, per quòd 187 egregiè declarantur dictæ. ll. & omnes tituli qui ſunt à titulo inſtit.de oblig. uſque ad titulum inſt.quibus mod.toll.oblig. & quæ tradunt doctores in l.i.C.de hered.inſt.& in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.2.ff. ad trebellia. & nouiſsimi in d.l.ex hoc iure. ia tamen 188 deportatus & ſi contrahendi, tamen ex ultima uoluntate capiendi incapax (ut diximus) manebit.l.i.cum ibi not.C.de here.inſti.l.ſi quis filio exhęredato §.irritum ff.de iniuſt.rup. niſi in caſibus octo quos enumerat Iaſo.in d.l.i.quòd ſi ex facto hereditas ei relinquatur, an ad legitimos teſtatoris hęredes, an uerò ad fiſcum transferatur, diſputant ad partes Iaſ.ibi & Alex.in l.recuſare §.ſi fiſco ff.ad Treb.in l.recuſare §.ſi quis ante ff.de leg.1. & cum deportati inſtitutio tam pro non ſcripta habeatur quam ſi is tempore teſtamenti iam mortuus eſſet, ut colligitur per totum ff.de his quę pro non ſcriptis habentur. cumque quoties pro non ſcripta inſtitutio eſt, continuò inuitentur legitimi teſtantis hęredes §.in primo, & §.pro ſecundo.C.de cad.toll. magis eſſe uidetur, ut fiſco excluſo ea hęreditas transuolet

183 *Principis emptio ualet ſine pretio in pecunia numerata, & locatio ſine mercede certa, & emphiteoſis ſine ſcriptura, & ſtipulatio ſine uerbis.*

184 *Deportatus nõ perdit facultatem contrahendi.*

185 *Deportatus peregrinus eſt.*

186 *Legati & ambaſiatores iure gẽtium nõ ciuili utuntur. unde ualet eorũ ſtipulatio ſine uerbis, & emptio ſine pretio in pecunia numerata cõſiſtente, & locatio ſine mercede certa.*

187 *Intell plurimorũ nõ ſolùm textuum ſed etiam titulorum.*

188 *Deportatus incapax eſt hæreditatis quòd ſi ei relinquatur an fiſco an legitimis teſtantis hæredibus deferatur. dubitatur.*

Deportatus an retineat ius eligendi.

ad legitimos, quòd dic ut per Emanue. à Costa in l. Gallus. §. & quid si tantum ff. de lib. & posth. par. 2. num. 40. is autem deportatus ius eligendi an retineat disputat ipse ad partes ibi num. 24. post Alex. Claudium, & alios in d. §. si quis togatus. & si 189 quidem filiusfam. deportatus uiuo patre restitutus fuerit, an nepoti obsit, disputat idem à Costa ubi supra par. 3. num. 5. & ut obsit non secus quam si re uera deportatus nunquam fuisset est egregius text. in simili in l. filio quem ff. de libe. & posth. ibi reditus uideretur, faciunt multa quæ congessit Ias. per text. ibi in l. si unus §. pactus ne peteret ff. de pact. l. non putauit §. si quis filium ff. de bon. poss. cōtra tab. quamuis in contrarium aliquantulum faciat. l. si seruus legatus §. fin. uerbo nouus homo esse uidetur, ff. de adim. leg. sed primum uerius. pro quo etiā facit. l. adeò §. cum quis ex aliena de acquiren. rerum domi. denique 190 cùm peregrinus & legatus seu (ut sic loquar) ambasiatores possint iure gentium tantùm inspecto contrahere, non dubium erit quin ex causa donationis possint acquirere, non secus quàm ex reliquis contractibus: ut est recepta opinio eorum, quos illico referemus. Sed in en tantùm quæstio erit, an, quas donationes (ut solenne est) principes facere solent ambasiatoribus, ab aliis principibus uel aliqua republica ad eos missis, ipsismet ambasiatoribus acquirantur indistinctè, an uerò distinguendum sit, quibus uerbis donator uteretur: quasi si dixerit tales res ambasiatori talis regis dono do aut donatas esse uolo, tunc ipsi regi acquirantur, ueluti aut quasi eius contemplatione donatio facta fuerit: quàm si mentio facta non fuerit de ipso principe sed tantùm de suo ambasiatore, tunc ei acquiratur quasi sua contemplatione facta. & hanc esse communem ait sententiam Alber. in l. qui proprio §. procurator ff. de procu. arg. l. cum quis C. de iu. delibe. ubi in seruo respectu domini similis distinctio fit, quæ æquiparatio de seruo ad talem legatum meritò (ut nobis uidetur) displicere debet, itáque magis est ut indistinctè ipsi legato acquiratur, ex regula quæ habet unumquéq; suo nomine potius quàm alieno contrahere uideri. l. & magis ff. de solut. l. meritò in prin. ff. pro socio. l. ita stipulatus §. Chrisogonus ff. de uerbo. oblig. & quia inuenti sunt contractus ut unusquisque sibi consulat & acquirat. l. stipulatio ista §. alteri ff. de uerb. obl. §. alteri insti. de inuti. stip. & quia in contractibus persona extrinsecus nunquam subintelligitur. d. §. Chrisogonus in fin. & tandem ita obseruat consuetudo, & ita etiam est receptior opin. quam in specie tenet glo. in d. l. qui proprio §. procurator, tenet Iacobi. de S. Geor. in d. l. cum quis. ex cuius relatione hanc partem esse receptiorem apparet, & est communis opi. secundum Alcia. in regula pri. præsumpt 18. num. 2. glo. in l. si uerò §. item quicquid ff. solut. matr. communis opin. est secundum Euerard. in topicis col. 490. uersi. gratia exempli, facit l. socium in eo §. fin. ff. pro socio.

189 Deportatus filiusf. & uiuo patre restitutus, nepoti an obsit.

190 Legatis aut ambasiatoribus donatio facta, an eis an eorum principibus quæratur, ardua q.

Denique (ut tandem à diuerticulo in uiam redeamus) cùm totum ius nostrum quatuor potissimùm partibus constet, uel circa quatuor potissimùm uersetur. nempe circa dispositiones inter uiuos, circa ultimas uoluntates, circa iudicia, & circa maleficia. cumque 191 omnes istæ dispositiones & actiones iure diuino, naturali & gentium essent innominatæ & informes, quia neque actus inter uiuos quo ad sui formam & nominationem inter se distinguebantur satis explicitè, nec ultimæ dispositiones inter se nec etiam iudicia inter se neq; etiam maleficia inter se quo ad sui formam & denominationem satis explicitè distinguebantur: sed hæ res ferè omnes rudes, inertes, innominatæ informes, ac indigestæ erant, ac ueluti infectæ quæ postea fermè omnes à iure positiuo tam formatè, digestè, distinctè, nominatè & ad debitam aptamque sui pulchritudinem perfectionem & consummationem redactæ sunt ut non minus utiliter quam nouè per omnes penè dispositiones discurrentes disseruimus supra de succ. crea. lib. 2. §. 15. nume. 43. uersi. item ad omnia. cumque isthæc omnia per principes, statuta, leges, mores, ac consuetudines humanas fieri & posse & solere (nonnullis repugnantibus) supra edocti fuerimus; reliquum est, ut successiones (quas, quo ad sui approbationem iurisgentium esse diximus) quot & quantas, qualesque mutationes ac uariationes in sui progressu quo de agimus receperint edoceamur. & quia a personis ut a dignioribus initium capiendum esse ab Imperatore Iustiniano edocemur; & personas 192 reliquis omnibus rebus digniores ac excellentiores esse constat. iuxta illud omnia subiecisti sub pedibus eius, ut & ipse testatur in §. fin. insti. de iure nat. ideo in primis edocebimur de personis, quæ successionum capaces sunt tam actiuè quam passiuè.

191 Contractus, ultimæ uoluntates, iudicia, maleficia, iure gentium erant informia.

192 Personæ rebus digniores et a dignioribus inchoandum.

SVMMARIVM.

Piae ad causas an inhabiles ad testandum testari possint?

1 *Filiusf. an non potest testari.*
2 *Filiusf. non testatur, licèt sui iuris reputaretur, cum communi.*
3 *Filiusf. non testatur, licèt eius pater ab hostibus captus sit, cum cōmuni contra Bar. Petr. Ias. & alios.*
4 *Filiusf. testamentum, non sumit uires ab emancipatione cum communi.*
5 *Filiusf. an testetur ad pias causas.*
6 *Filiusf. testamentum factum de consensu patris cum clausula codicillari, an ualeat in uim don. ca. mor?*
7 *Filiusf. quare nequeat testari.*
8 *Filiusf. olim nil suum habere poterat.*
9 *Filiusf. olim non quærebat bona materna, estque ardua q.*
10 *Intell. l. filius ff. de inof. test.*
11 *Dispositio intelligitur de prima uice.*
12 *Honor cunctis rebus præferendus.*
13 *Variare an liceat.*
14 *Testis etiam hodie esse non potest filiusf. in testamento, quo pater hæres est.*
15 *Filiusf. patri obligari hodie efficaciter non potest. estque ardua q.*
16 *Filius & pater quare inter se non obligentur ciuiliter elegans & pia ratio.*
17 *Pater filium uendere potest ob necessitatem famis.*
18 *Filius clericus etiam ob famem nō distrahitur à patre.*
19 *Filius nisi ob famem non distrahitur à patre.*
20 *Filius distractus à patre qui ad pinguiorem fortunam uenit, est redimendus.*
21 *Famis descriptio.*
22 *Donare causa mortis filius potest de uoluntate patris.*
23 *Declaratio l. iij. tit. de las al caldes lib. ij. ordi.*
24 *Statutum uetans contractum, an intelligatur etiam in donatione causa mortis.*
25 *Filiaf. qui liberatur patris potestate per matrimonium an solu. matrim. iure regio recidat in potestatem patris.*
26 *L. fin. tit. de los pleitos. fori. lib. j.*
27 *Intellectus l. 47. tauri.*
28 *Intellectus. l. ij. & iiij. tit. j lib. 5. ordi.*
29 *Filiusf. clericus an etiam de aduentitijs testetur.*
30 *Testam. an facere possit filiusf. iure regio.*
31 *L. 5. tauri.*
32 *L. 131. tit. j. par. 6. corrigitur.*
33 *Filiusf. clericus testatur etiam de usufructu aduentitiorum.*
34 *L. 47. tauri.*
35 *Filia etiam maritata non testabatur de iure communi.*
36 *Filiusf. etiam de consensu patris non testatur.*
37 *L. 48. tauri.*
38 *Filij morte non extinguitur usus fructus, quem in eius*

bonis

bonis pater habet.

39 Pater an amittat usumfructum, quem habet in adventitijs filij religionem ingredientis, quòd non, cum communi.

40 Mors ciuilis regulariter non exæquatur naturali.

41 Pater usumfructum, quem in bonis filij habet, non perdit per filij clericatum aut monachismum de iure communi, & quid iure regio.

42 Clericatus liberat a patris potestate.

43 L. 48. Tauri. declaratur.

44 L. j & 4. tit. 1. lib. 5. ordi. & l. j. tit. 7. eod. lib. limitatur.

45 Monachismus patris usufructus adventitiorum an finiatur, ardua q.

46 Emancipatio eget filij consensu.

47 Legitima filio non debetur in bonis patris viuentis, licèt sit monachus, estque ardua q.

48 Alimentorum mensura, est usufructus legitimæ.

49 Monachus non testatur.

50 Pias ad causas filiusf. an de consensu patris testetur, ardua q.

51 Pias ad causas ius canonicum an ciuile seruetur.

52 Monachismus an impediat testamenti mutationem; egregia q.

53 Mors ciuilis naturali non æquatur, nisi in casibus à iure expressis.

54 Furiosum, quem non fuisse sed sanæ mentis notario scribenti an credatur, ardua q.

55 Insania, res inuisibilis.

56 Furiosum vel insanum, quem esse, notario scribenti non creditur.

57 Indicijs probatur dolus, metus, bona aut mala fides.

58 Hæreditatem petens an probare teneatur testatorem fuisse sanæ mentis, ardua q.

59 Præsumptio iuris est allegãda, nec ea allegatio nocet.

60 Homo est animal rationale & sanus mente præsumitur.

61 Prodigus non testatur etiam ad pias causas.

62 Testamentum prodigi contractusque valet antequam ei sit bonis interdictum.

63 Prodigalitatis vitium perniciosum

64 Fabula cerui & equi.

65 Extensio l. 2. tit. delos al caldes lib. 2. ordi.

66 Dementia probari debet antequam cuique ut dementi detur curator.

67 Dementia ut probetur.

68 Mente capti cura durat post annum. 25.

69 Cura furiosi eget maiore causæ cognitione quàm cura minorum.

70 Prodigo, furioso, & mente capto sine ipsorum petitione datur curator.

71 Furiosus & mente captus non citantur, cùm eis datur curator.

72 Tutelæ onus furiosis & similibus non imponitur inuitis nec volentibus.

73 Cura non imponitur curam agenti.

74 Senectus morbus est.

75 Senex unde dicatur.

76 Tutela matris anormala est.

77 Tutelam legitimam qui infra 84. menses non petit postea non admittitur.

78 Mente capti aut furiosi cura, an legitima sit?

79 Furiosus & mente captus an parificentur.

80 Mente capti & furiosi cura datiua est, non legitima.

81 Furiosus & mente captus æquantur.

82 Legitima an sit cura mente capti & furiosi cura.

83 Furiosus est mente captus.

84 Mente capti nomen generalius quàm furiosi.

85 Furiosus & mente captus tam existenter quàm apparenter æquè infamant contra Bal. Alex. & Ias.

86 Furiosus non codicillatur.

87 Furiosi testamentum valet in casibus.

88 Furiosi testamentum antequam ei curator daretur, an valeat.

89 Furoris, testes causam reddere debent etiam non interrogati.

90 Furiosi testamentum rite & rectè factum an valeat, ardua q.

91 Furiosi testam. non valet etiam ad pias causas.

92 Furor superueniens an impediat delictum puniri, cum Ias. contra communem.

93 Pœna ad quem finem imponatur.

94 Testari potest semimortuus.

95 Testari non potest qui articulatè loqui non valet.

96 Furiosi testam. ante furorem factum valet.

97 Seruus non testatur, cum communi.

98 Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum valet, contra communem.

99 Seruo non licet codicillari.

100 Testamenti appellatione an codicilli veniant.

101 Testari non potest qui se vendidit.

102 Testandi facultatem potest quis sibi adimere per factum meritorium, vel demeritorium, vel medium non tamen nuda voluntate.

103 Monachus non testatur.

104 Impubes non potest facere testamentum, adultus autem potest etiam sine authoritate curatoris.

105 Adultus testari potest.

106 Dies cœptus pro impleto est, quo ad testandi facultatem.

107 Impubes etiam ad pias causas non testatur.

108 Testari non posse, nouissimum est.

109 Pactũ futuræ successionis quare inuentũ, ut non valeat.

110 Pupillis variè subuentum quo ad eorum successiones.

111 Pupillaris facta codicillis vertitur in fideicom.

112 Fidei com. onus est.

113 Intellectus l. cohæredi. §. cum filiæ ff. de vulga.

114 Intellectus l. Scæuola ff. ad Treb.

115 Fideicommissaria quando imitatur pupillarem, expirat pubertate.

116 Intellectus l. quod fidei commissum ff. de legatis. 2.

117 Pupillaris facta usque ad annum. 25. valet usq. ad. 14.

118 Pupillaris non iure puberi facta nunquam valet in vim fidei commissi, contra communem sex. conclus.

119 Intellectus l. Scæuola ff. ad treb.

120 Excommunicatus testari an possit, ardua q.

121 Clericus de bonis ex simplici beneficio quæsitis an testari possit, ardua q.

122 Clerici de bonis ex simplici beneficio quæsitis testari possunt pro malè ablatis.

123 Episcopi an testentur remissiuè.

124 Peregrinus non testatur.

125 Successiones sunt iuris ciuilis.

126 Peregrinus non legat.

127 Peregrinus non potest facere codicillos.

128 Peregrini non commilitones non disponunt per pactum de hæreditatibus suis.

129 Peregrinus donare potest cau. mor. egregia q.

130 Peregrinus non testatur etiam inter liberos.

131 Priuilegiatos casus lex generalis an comprehendat.

132 Peregrinus utitur iure gentium, non ciuili.

133 Peregrinus non testatur ad pias causas.

134 Peregrinus non potest codicillos facere etiam ad pias causas.

135 Peregrinus potest donare causa mortis.

136 Peregrinus an uxori vel filio possit donare.

137 Intellectus l. Papinianus ff de donat. inter virum & uxorem.

138 Donatio: inter coniuges vel facta à patre filio non confirmatur morte, nisi cœperit à traditione. ardua q. sufficit tamen facta traditio per constitutum aut per retentionem usus fructus aut per traditionem instrumenti, vel si quis se donatarij nomine colonum constituerit.

139 Donatio inter coniuges, quo magis valeat, in dubio interpretandum.

140 *Intellectus l. Pap. de do. inter uirum. ff.*
141 *Peregrinus si donat. & fictè tradit, ea ficta traditio pro uera non est.*
142 *Donatio facta filio in potestate, an morte ut confirmetur opus sit traditione.*
143 *Conuentiones iure gentium regulariter efficaces erant at iure ciuili regulariter non exequuntur.*
144 *Conuentio non exequitur nisi, quæ re, uerbis, litteris, aut consensu uallatur & formam & regulam recepit.*
145 *Intellectus ad titulos, inst. C. & ff. de donat.*
146 *Pater & filius inter se quare naturaliter non ciuiliter obligantur.*
147 *Peregrini donatio facta filio suo ab initio ualet.*
148 *Peregrinus de iure canonico testatur.*
149 *Intellectus l. omnium C. de testam.*
150 *Peregrinus an testetur ad pias causas.*
151 *Deportatus nec testatur nec codicillos condere potest.*
152 *Seruus pœnæ nullus hodie fit.*
153 *Deportatus non testatur inter liberos, nec ad pias causas.*
154 *Testandi potestas, est iuris ciuilis.*
155 *Deportatus mortis causa, donare potest.*
156 *Deportatus an testetur ad pias causas.*
157 *Interdictus aqua & igne non testatur, nec codicillos facere potest de iure ciuili aut canonico, sed iure regio fit, potest tamen donare causa mortis*
158 *Pias ad causas an testetur interdictus aqua & igne.*
159 *Damnatus ad metallum nec testatur nec codicillos facit de iure ciuili aut cano. sed regio iure fit, nec etiam ad pias cau testatur.*
160 *Testari aut codicillos condere nequeunt prescriptus aut ad mortem naturalem damnatus, aut qui mortem sibi consciunt, idem in el. pede idem in capto ab hostibus, nec etiam ad pias causas.*
161 *Testandi aut codicillandi potestas cessat in quinque casibus, de quibus hic. Sed donare causa mortis bene licet.*
162 *Legitimatio an contingat inulto per subsequens matrimonium uel aliter.*
163 *Pias ad causas non testantur inhabiles.*
164 *Damnatus ob carmen famosum non testatur aut codicillos facit, etiam ad pias causas nec de iure can.*
165 *Damnatus maiestatis non testatur nec codicillos facere potest etiam ad pias causas.*
165 *Hæreticus non testatur nec codicillos condit.*
167 *Hæreticus ipso iure amittit bona.*
168 *Hæretici bona publicantur ipso iure licèt ille liberos haberet.*
169 *Surdus mutus natura, testatur, si sit miles. ardua q.*
170 *Miles an mutu testetur. ardua. q.*
171 *Princeps facere an posset quòd surdus mutus natura testetur, ardua q.*
172 *Mutus fœlicissimi sensus.*
173 *Mutus surdus natura, an ad pias causas testetur? ardua. q.*
174 *Lex est ratio expressa in l.*
175 *Testandi & codicillandi facultas laxior est de iure canonico quam ciuili.*
176 *Libertas fauorabilior cunctis.*
177 *Nutu an testamentum ad pias causas, uel inter liberos uel a milite fiat. ardua q.*
178 *Usurarius manifestus non testatur etiam ad pias causas*
179 *Piam ad causam an testetur inhabilis ad testandum, cum communi oppinio contra Bart.*
180 *Testari an possit qui omnia bona præsentia & futura piæ causæ donauit.*
181 *Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum an ualeat fauore Ecclesiæ uel alterius pij loci, ardua q.*
182 *Testandi facultatem quisque sibi auferre potest.*
183 *Conuentiones omnes quæ iure gentiũ firmæ erant, iure ciuili infirmæ sunt, præter nominatim exceptas.*
184 *Contractus omnis improbatur, per quem libertas hominis ingenui oneratur.*
185 *Ratio in l. expressa, lex est.*
186 *Contractum nullus per quem præsentia & futura concedimus à lege approbatur.*
187 *Bonis moribus aduersum non est, quòd, quis priuet se testandi facultate, contra communem, nec de iure canonico, nec etiam de iure ciuili.*
188 *Iuris ciuilis, quæ sunt tractu temporis possunt fieri iuris gentium.*
189 *Ius gentium Primæuum incommutabile est, non sic secundarium.*
190 *Intellectus l. stipulatio hoc modo ff de uerb. oblig.*
191 *Pactum de succedendo iure ciuili & canonico turpe est.*



POSTQVAM humano iure (ut & supra attigimus) ad successiones tam actiuas quam passiuas iures apertæ fuerunt, & unusquisq; & unoquoq; modo poterat testari. l. uerbis legis ff. de uerb. sig. donec paulatim tractu temporis, uarijs personis ac uarijs in causis ac speciebus testandi facultas adempta fuit. hinc est, ut quibus in causis ius gentium hac in re, non etiã ius ciuile romanorum inspicitur (quale est in successionibus ad pias causas & cętera id genus) in illis omnibus peręque aperta est ac concessa testandi facultas, si modo intellectu non careant. ut per Bart. in l. i. col. ii. & rursus colum. iii. C. de sacrosan. eccl. quod tamen quia non est satis expeditum, di ut per Ias. ibi in utraque lectura & ibi Cyn. & Gulliel. de Cun. ubi ce[illegible] Sal c. colum. vi. & Fulg. & Pau. castr. Birto. in l. i. §. nunciat[illegible] o col. iii. ff. de oper. no. nunt. [illegible]en. Bar. in l. omnibus C. ad trebel. & in l. non dubium c[illegible]l. [illegible] C. de legib. ut ref[illegible] Andr. Tiraq. in tract. de priuilegiis pię causę priuilegio 79. Bal. consil. 448. quæritur in primis col. i. & Alex. consi. 182. super eo de quo quæritur in fine lib. 5. Bal. in d. l. i. tam in lect. quam in repe. & consi. 244. proponitur lib. 5. Abb. in rub. de testa. col. iiii. Francus in rubr. de testam. lib. 6. Hypp. Marsi. consi. 13[illegible]. omnipotens col. i. lib. 2. denique etiam inspecto iure ciuili omnes possunt facere testam. præter nominatim prohibitus. l. si quęramus in princ. ff. de test. & in prin. insti. quib. mo. est perm. fa. test. ergo in primis filiusfam. 1 non habet facultatem testandi tex. est ubi tradunt omnes doct. in l. qui in potestate. ff. de testam. & in prin. inst. quib. non est permis. fac. tes. l. iii. tit. i. par. 6. l. v. alias. 3. in l. tauri, & tradunt doct. communiter in dictis legib. illud autem dubium est 2 an filiusfam. qui sui iuris reputabatur, possit facere testam. & communis opin. est, quòd non possit. ita tenent Bald. in l. ii. in fi. c. de senten. Alex. in l. i. col. ii uersi. & ex hoc deciditur, & ibi Ias. col. ii. C. de testam. Dec. in l si emancipati: col. iii. de colla. Alex. consi 147. uiso themate co lumi. pen. lib. 7. Castell. Cor. in memorabilibus, incipit opin. communis, quos refert & sequitur Tiraq. in legibus connubialibus glo. viii. num. 44. quid autem in seruo qui liber reputabatur. & idem communiter tenent eius testam. similiter non ualere.

Ille autẽ articulus satis dubius est, 3 an filius eius, qui ab hostibus captus est, pendente patris captiuitate possit testamentum facere. quæ in re communis opin. esse uidetur, ut interim filiusfam. non possit facere testamentum, cùm interim incertus sit de statu suo; quandiu pater ab hostibus reuerti potest. & consequenter testamentum facere nequeat. l. de statu ff. de testam. l. ii. §. pen. ff. unde legit. gl. in l. si pater. in glo. fin. ff. de in ius. rup. Cyn. col. pen. Odofr. & Ange. col. fin. in l. ult. C. de sent. pas. Alex. num. 10. Ias. num. 9. in l. lex Cornelia. ff. de uulg. Corn. consi. 204. quamquam uideatur col. fi. lib. 3. Imol. in l. si is qui pro emptore. col. viii. & Iaso. nu. 243. ff. de usucap. & ibi Crotus num. 18. Marius Salom. in l.

Pias ad causas an inhabiles ad testamdum testari possint.

1 *Filiusf. nõ potest testari.*

2 *Filiusf. nõ testatur licèt sui iuris reputaretur, cũ communi. idem in seruo quilibet credebatur.*

3 *Filiusf. nõ testatur licèt eius pater ab hostibus captus sit, cum cõmuni. contra Bar. Petr. Ias. & alios.*

Gallus §.quid si is. num. 16. ff.de lib. & posth. quos refert & sequitur Emanue.de a Cost.in l.Gallus §.& quid si tasu in secunda par num 92. ff.de lib. & posth. unde infertur, quod si is pater ab hostibus reuertatur, testamentum quod filius interea fecit, non rumpitur, quinimmo a sui primordio nullum fuit. ergo rumpi non potuit. ut in l.nam & si sub conditione ff.de iniust.rup. ita tenet Marius & a Costa ubi supra, licet cōtrarium & male ut tale testamentum in ab initio ualuerit, sed patre reuerso rumpatur tenuerit. glo. Petrus de Bellapert.Bald. num.15. & Bart.num.9. in d.l.fin.C.de sententiam pass. Ang. & Ias. in additionibus ad Christoph. in §.si ab hostibus in fin.insti.quib.mod. ius patriæ potestatis soluitur. Bar.in d.l.si is qui pro emptore num.54.quos refert & iure improbat Emanuel.ubi suprà. an autem filiusfā. possit testari de bonis aduentitiis, quorum ususfructus patri. non quæritur, tradit notabiliter Iaso. in l.fin.C. qui testam.fac.poss. quod diximus. infra. denique 4 testamentum ... filiusfam. de bonis profectitiis uel aduentitiis quod ... similiter non ualet, ut in l.pen.C. qui testam.fac.poss. ... fin.§.filius.& ibi glo.in simili Bal. & Salic.C.de bonis quæ lib.non ualebit etiam si is filiusf. sui iuris efficietur emancipatione uel morte patris uel ... l.1.§.... filius ff.de leg.iii. l.j.ff. ... firmatur de reg iu. in vj. docet in specie Guli ... ed. in c. Raino. de testam. in uerbo ... inst. ... .12. & licet is filiusfam.fine consensu patris. de castrensibus & quasi castrensibus testetur de aduentitiis tamen & profectitiis. etiam consentiente patre non testatur. ut tradunt omnes. in d.l. pen.per tex.ibi & idem Guliel. ubi supra. par.t. fol.45. num. & 7.& num.18. an autem 5 ad pias causas possit filiusf. testari de consensu patris in aduentitiis. tradit idem Guliel.ibid. par.t. fol.47. num.34. de quo notabiliter per Corn.cons. 289.in pacto & copia. lib.3. colum.1.per eundem Corn.consi.85.num.7.lib.3.ubi tradit an testamentum filiifam.ualeat in omni peculio.

4 *Filiusf. testam. non fuerit ul. res abrenū. cipat. cum communi.*

5 *Filiusf.an testetur ad pias causas.*

Illud autem dubium est, 6 an testamentum filiifa. factum de consensu patris ualeat in uim donationis causa mortis eo casu, quo id testamentum habebat clausulam codicillarem, & communis opin.uidetur. ut tale testamentum ualeat in uim donationis causa mortis, si modo pars presens erat. ita Guliel. de Con. relatus per Ang.in l. ... C.qui testa.face.poss. & Ang.idem sequitur, & Feder.de Senis consi.288. Pontan.in d.l.senium Imol.in ... his ff.de don.c u.mor. quos refert & sequitur. Corn consi.237. uiso themate lib 4. nu.tr. contrarium tamen tenuerunt Dinus & Cynus in d.l.senium. Specul.in tit.de instrumentorum editione §.cōpendiose uersi.quid si filius. Ang.in d.l.senium & ibi Fulg. prout eos refert. Corn ubi supra num.6. filius tamen sepulturam eligere non prohibetur, ut in c.fin. de sepul.in 6. Bart.& alij in l.filiusfam. ff de testam. & filiusfam. de iure communi 7 ideo testari non poterat quia nulla bona habere poterat, hæc ratio redditur in l.lex Cornelia ff.de uulg.ibi, quia non efficitur per eam ut is,qui nulla bona in ciuitate reliquit heredes habeat. constat enim 8 filiumfam.ante Constantinum Imper. suum nihil habere potuisse.l.placet ff.de acquir.hered. l.acquiritur ff.de acqui rer.dominio l.cum oportet per totam legem C.de bon.quæ lib.§.j. insti.per quas personas.l.j.C.qui admitti. ubi omnes l.frater a fratre ff.de cond.indeb.ubi Corras. §.1.nu.12. l.1.ff.si quis a parente fuerit manumissus l.patre furioso ff.qui sunt sui uel alie. l.pater.§.1.ff.de acquir.her. l.antistius §.fin.eod.tit.l.it. C de pat.potesta.l.filiæ licet C de colla.l.si donation. iunctis ibi notatis. & l.fin.eod.l.i. per totam ff.de coll. bo.l. 1.§. fin. cum l.seq.ff.ad macedo.l.siquis uxori.§.1. ff.de furt.l.queritur ff.de bon.libet.l.post legatum §.si pater ff.quib.ut indig.l.iii.§.hæc autem ff.de leg.præst. l.qui liberis.§.hæc uerba ff.de uulg.l.si infanti ibi iure patrio C.de iure delibet.l.si pater ff.de castren.pecul.l.

6 *Filiusf. testam. facta de cō sensu patris cum clausula codicillari an ualeat in uim don. ca.mor.*

7 *Filiusf. quare nequiret testari.*

8 *Filiusf. olim nil suum habere poterat.*

seruum filij in princ. ubi Iaso.ff.de leg.j.quę leges euidentius loquuntur quam nostra inductione egeant, idq; in omnibus iis locis plerique scribentium tenent, ueluti notissimum iuris elementum catholicamque atque indubitatam sententiam. Bar.& omnes in d. l.frater a fratre. Bart. Pau.& omnes nouissimi in l.j.C.qui admitti Bar. Imol. Alex. & alij in l.legatum. Alex.in l.a filio ff. de leg.1. idem in l.stipulatio ista §.secut. num.7.ff.de uerb. obli.Bar.& Pinel.par. .num.9.in l.i.C.de bonis mater.

Contrariam sententiam tenuit Politus de uulg.subst. num.43. satis inermis quo ad congressum tot tantorumq; uirorū ut ei satisfacere ociosum sit,hinc est quòd 9 bona materna iure ueteri ff.non quærebantur filiisfam. qui similiter sua nihil habere poterat,& nouè per Constantino.in l.1 C.de bo.mater.inductum fuit ut proprietatem bonorum maternorum filiusfa.sibi acquireret ita Bart. Pau. & Pinel.num.18. in l.1.par.1. C.de bon.mat. Cynus in l.1.C.qui admit.gl.in d.l.i.de bon.ma. & in l. si filius C.de pet.hered. & in l.is, qui hæres §.fin.ff.de acquit.hered. & in d.l.i.C.qui admit. & in l.fin.ff.quis ordo in bon.poss. seruetur. & in l.cogi §.si pater ff.ad trebel. in quibus locis plerique scribentium securi & incauti ita tenent, non aliter atque notissimum iuris elementum per tex. in d. l.is qui heres §.fin. cum l.seque. l.qui in aliena. ad princ.eod tit. facit l.si una matre C. de bon.ma.l.ui.§.uerbum ff.de dona.inter uirum.l.mulier ff.ad trebel.l.iii.C.de insti. & substi.l.filiis matrem C.de inoffi.testa. l.siquis in suo §.legis eod.tit. l.iii.§.si emancipatus.j.ff.de bon.poss.contra tab.

9 *Filiusf. olim non quærebat bona materna, et que ardua q.*

Licet cōtrarium & male tenuerint Ricardus Malun. & alij relati a gl.in d.l.is qui heres §.fin.ut refert. Bar. in d.l.j.C.qui admit.firmat Polit.de uulg.substi. nu.43. & Alciat. lib.4. paradox. c.3. per l.filiusf.de inoffi.test. 10 cuius uerba ita habent filius non impeditur quominus inofficiosum testamentum matris accusaret, si pater eius legatū ex testamento matris accepisset, uel adiisset hereditatem quamuis in eius esset potestate, nec prohiberi patrem dixi iure filij accusare: nam indignatio filij est, & quærebatur si non obtinuisset in accusando, an quòd patri datum est publicaretur, & in hac causa nihil ex officio patris, sed totum demeritis filij agitur, & iudicandum est, non perdere patrem sibi datum, si secundum testamentum pronuntiatum fuisset. circa illa uerba, alij commodum uictoriæ patri. laborant glo. & plerique scribentium ibi, Bar.in l.j.C.qui admitt. Bar. in.d l.is qui hæres.§.fi.Dec.in d.l.j.lect.j.ad fi.& in.lect. 2.num.71. Pinel.ubi.supra.Aret.in filiusf.ff de acq.hær. Iacob.denigro & Curt. nume. 53.in d.l.j.C. qui admitt. ubi Ias.num.5. Soc.nepos in l. cum filio ff de leg.j.nu.2. & Hubertinus num.77.& Bal.opppposit.28.in.d.l.j.Fulg. in.d.l.filius. ubi etiam Paul.& Sebast. sapia in.d.l.j. nume.48.C.qui admitt.ubi Dec.num.72.& Iacob.denigro num.45. Bellon.lib.4.supputationum c.4. Paul.in d.l.is qui heres § fin. Cynus & Albe.in d.l.j.C.qui admitti. quorum plerique ex illo tex.hunc sensum perceperunt, ut licèt ex testamēto matris quæ filium impiè preterierit uel exheredauit pater legatum aut hereditatis portionem agnouisset, adhuc possit pater nomine filij querelam intendere: nec ad rem pertinere quòd agnoscens relictum querelandi ius amittat.l.pen.& fin.ff.de inoffi. testam.l.parentibus C.eod.tit. nam illud procedit quādo suo nomine. & ad suum emolumentū uellet querelā mouere; non sic quando alieno nomine & ad alienam utilitatem quale erat in terminis d.l.si filius, ubi pater nomine filij & ad filij utilitatem querelam mouebat, ut si uinceret hereditas illa materna qua de agebatur ipsi filiof.deferretur, quod si dixeris eo tempore filiusf. nihil suum habere poterat. replicabo quòd ipsi filio deferebatur hereditas, iusque adeundi & acquirendi in eius persona residebat. neque ad rem pertinere. quod emolumentum illius acquisitionis illicò ab eo abscessurum erat, inque patrem suum migraturum. nam

10 *Intell. l. filius ff. de inof. tes.*

tlia

11 *Dispositio intelligitur de primis uice.*

11 illa uerba alii commodum uictorię parat, intelliguntur de primęua aut primordiali acquisitione, non de secundaria. simile in l.iij.& in l.qui liberis §.hoc uerba ff. de uulg. simile in l.si quis hæredem C.de inst.& subst. simile in l.bones §.hoc sermone ff.de uerb.sig. ubi multa per Alciat. simile in l.j.ff.si ager uectig.pet. ubi uerba semper intelliguntur per prius non posterius, simile per gl.sing.in l.non iustam C.ad treb. dum ait, legitimorum heredum non omnes habere tacitam uoluntatē defuncti, sed eos tātum qui sunt in priore gradu Similē in l.j.§.penult.& fin.cum l.sequen.ff.de leg.præst. facit

12 *Honor cunctis rebus præferendus.*

12 quia honor cunctis rebus præferendus est l.Iulianus ff.si quis omiss.cau.testam. is autem honore affectus uidetur, cui per prius defertur hereditas ut ibi, nec dubium est quin nota ignominiæ is filius affectus uideatur, quem sui parentes segregarunt à sua hereditate l.nō putauit in prin.l.j.post prin.ff.de contra tab. hanc ergo infamiam ignominiamque purgare ad commodum honoremque filij summopere pertinere nullus negabit, qui honore indignus non sit. Præsertim cum etiam hac in re emolumentum pecuniarium ipsius filij possit considerari. quid enim si paterf. inter moras litis eum emanciparit? quid, si ipse pater ab hostibus captus, aut deportatus, aut in metallum damnatus, aut aqua & igni interdictus fuerit, aut etiam morte naturali abreptus? quid, rursum si ipsemet filius per interuentum dignitatis sui iuris effectus fuerit. in his enim casibus & similibus de quibus per tex. & nouiss.in l.Gallus §.& quid si tantū ff.de lib.& posth. filius a patris potestate liberatus eam matris sibi hęreditatem habebit. quid prætereà si ipse filius post uictoriam adire iussu patris nolit hęreditatem, iuxta l.iii.C.de hęr.inst.l.is qui heres §.fin.ff.de acqui.hęr. ut eam post mortem patris sibi soli acquirat, quid similiter quòd licet patri ex tacto ea hęreditas acquireretur adhuc ipsius filii commodum est, cuius per hoc legitima augetur iustaque spectatio hoc in casu filii est, ut in l.post mortē per text. ibi declarant Ias.& alii ff.de leg.i. ergo cum uictoria in querela inoffi test. indubitanter existenteque ad commodum filii pertineret intuitu honoris & intuitu etiam emolumenti pecuniarii saltem potentialiter, & ad eius commodum etiam uerisimiliter pertineat, non est cur abnegemus ibi de commodo ipsius filii iureconsultum

13 *Variare an liceat.*

sensisse loquutumque fuisse. facit 13 in simili ff.de inoffi.testam.l.Papin.si quis impuberis ubi glo.ait reuolūto mantello substitutionem pupillarem defendi matrę prætęrita & fratre ipsius testatoris, ut agente matre excipiamus testam.esse non tam filii quam mariti, agēte uerò fratre testatoris, allegemus filii potius testa.uideri quam patris, qui & frater erat conquerentis, tantus est fauor testamenti conseruandi querelamque excludendi ut in l.si patres ff.de inoffi.testamen. sic & in specie nostra, si ad excludendum patrem a querela mota allegetur, quòd relictum agnouit, dicemus agi nomine filii, qui recepit nihil, & re uera in querela inoffi.testam.de iniuria propulsanda potissimùm agi docemur a Papi. in l.Papin.in prin.ff.de inoffi.testam.l.cum quidam C.de lega. & d.l.si filius.

Stat ergo, communem sensum ad d.l.si filius uerum esse, & literæ amicum, non tamen abnegem quin & is intellectus quem Soc.nepos. Huberi.& Pinel. ubi supra accommodarunt, uerus in se sit. aiunt enim quòd ibi filius suo nomine querelam mouit cùm pater legatum testamento matris relictum agnouisset, & quia, qui querelam mouit contra testam.ex quo aliquid relictum agnouit punitur in amissione relicti, ideo ibi pater puniendus uideretur, quia licet ipse non ageret contra testam. tamen ad eius commodum filius, qui in eius erat potestate agebat. adhuc tamen respondetur, patrem minimè puniendum, & secundum alterutrum sensum tex.ille non probat bona materna filiusf. iure ff.acquiri quinimmo probat contrarium ut patri acquirerētur.

Vnde inferri uidetur quòd cùm hodie iure nouo non acquirantur patri, sed remaneant penes ipsum filium, ut iuribus supra alleg. tunc 14 in testamento, quo pater hęres scriptus esset, filius in eius potestate constitutus possit testis esse, sicque hodie cesset dispositio §. sed nec heres inst.de testa. quia secundum gl.ibi, olim ideo testis uetabatur esse, quia acquirebat patri, & ita tentabat Ang.ibi, qui ab hoc tandem discedit; & iure quia ibi loquitur Iustinianus ultimus legumlatorum, qui non potuit ignorare filiumfam. posse sibi acquirere aduentitia, & longè antea acquirebat bona materna, ut dictum est, secundum Baueri. ibi & Pinel. in l.i.C.de bo.mater. par.i. num.16.

14 *Testis etiam hodie esse nō potest filiusfam. in testa quo pater hære. est.*

Deinde etiam infertur retenta uera & communi opi. an licèt 15 olim inter patrem & filium nulla esset obligatio efficax.l.frater a fratre ff.de condi.indeb.§.hi qui inst.de oblig.quæ ex delict.nasc.l.stipulatio ista §.hi qui & §.hæc quoque ff.de uerb.obl.l.lis nulla ff.de iudi. an hodie cum filius sibi materna & aduētitia quærere possit, contrarium dicendum sit, ut inter se efficaciter obligētur, & quod efficaciter obligentur est receptior opi. quam tenent glo.in l.frater a fratre in prin.supra alleg. Paul.in l.dominus ff.de uerb.obl. Pinel.in l.i.par.i numе.17.C.de bon.mater.est cōmunis opin.secundum Iasoo.in l.frater à fratre lect.i.num.37. sentiūt Bal. Salic. Pau.& Corn.in l.iubemus §.in supradictis C.ad Treb. Alex.consi.185.num.6.lib.6. Crot.in l.si constante.2.repet. num.120. ff.sol.matr. Caccial.in d.l.frater a fratre num.39. contrarium tamen ut etiam hodie inter se non obligentur efficaciter non magis quam olim sentiunt Bal.& Imol.in l.a filio ff.de leg.i. & Corras. in d.l.frater a fratre §.i. num.16.

15 *Filiusfa. patri obligari hodie efficaciter non potest estque ar-dua q.*

Et hanc opio.ueriorem puto per iura suprà adducta & quia lex non propter solam acquisitionem sed etiam propter unitatem personarum negauit obligari inter se patrem & filium, arg.in l.fin.C.de impub.l.in suis ff.de lib.& posth.dicimus planè suo loco. unde licet hodie filius possit aliquid sibi acquirere sicque cesset illa ratio, quòd nihil suum olim habere poterat, superest tamen alia ratio unitatis personarum, in qua sustinetur lex antiqua.§.affinitatis inst.de nup.l.si non lex ff.de hęred. inst.Tiraquel de causa cessante limi.32. Aret.in l.ij.ff.de uulga.per tex.notabilem in l.j.ad finem ff.de minor.l. si non lex Blasentia ff.de hæred.inst.facit.l.re coniuncti ff.de legat.3.& l.ultima ff.de hæred.institu. facit.l.prospexerit ff.qui & a quib. & quæ plenissimè congerit Andr.Tiraq.in tractatu de utroque retractu in præfatione nu.74.cum pluribus pręcedentibus, & sequentibus.

Prætereà inter obligatum & obligantem debet esse distinctio personarum l.ille à quo §.tempest uum ff.ad trebell.d.§.hi qui multa per Ias. in l.a filio ff. de lega.i. & in d.l.frater a fratre, sed hic inspecta legis censura non est distinctio personarū, ergo &c. Prætereà lex antiqua, quæ filiosf. reddebat incapaces quo ad huiusmodi obligationes stat integra, nec expressim reperitur immutata. ergo quòd non mutatur &c.l.sancimus C.de testam.nec ualet arg.de acquisi.ad obligationem. nam infans, furiosus, & ignorans possunt acquirere nec tamen possunt sese obligari.l.cum pater.§.surdo ff.de lega.ii.§. pupillus instit.de inuti.stip.l.in negotiis ubi plenè per Dec.& Cagnol.ff.de reg.iuris. Postremò etiam olim filiusf. ex quolibet contractu poterat cuicunque obligari l.tam ex contractibus ff. de iudi. ergo non sequitur filiusf. nihil suum habere potest, ergo obligari non potest. nam iure.ff.& tempore.ff.& si filiusf.nihil suum habere posset, adhuc tamen obligari non prohibebatur reliquis omnibus præter patrem, sicque apparet ciuilem obligationem inter patrem & filium non ideo prohibitam esse, quòd filius nihil suum habere posset, sed ideo quòd inter eos inspecta legis cēsura, distinctio personarum non erat. l.fi.C.de impube. quæ esse debet, ut efficax obligatio consistere possit. ut plenè per Ias.in l.

cum

cum filio ff. de lega. j. col. iiij. idem Ias. in l. j. in prin. C. de ser. fugit. est 16 & alia elegans ratio, de qua in l. si quando §. illud. C. de inof. test. dũ ait meritis magis filios ad obsequia paterna prouocandos, quam pactionibus astringendos. & hæc ratio moralis ostendit indecorum impium & ueluti nepharium esse, litem ullam aut obligationem ciuilem, quæ in foro contentioso agitari posset, dari inter patrem & filium: cùm inter eos meritis & beneficijs, non litibus armatis aut iurgiis decertari longè honestius & humanius esset. nam filio patris persona semper honesta & sancta uideri debet. l. liberto ff. de obse. j. quale ergo esset in foro contentioso filium uidere patrem pulsantem aut accusantem. proinde etiam iuregentium parentibus obedire tenemur. l. ueluti ff. de iust. & iure. quale ergo esset, cui reuerenter obedire tenemur, eum iurgiis lacessere.

16 *Filius & pater quare inter se non obligentur ciuiliter elegãs & pia ratio.*

Patris persona filio sancta uideri debet.

Stat ergo, filiumf. regulariter testam. facere non posse, quia alieno iuri subiectus est. ut in princ. insti. quib. nõ est permis. fa. testa. & in l. qui in potestate ff. de testa. & adeò subditus erat patri, ut liceret parentibus liberos suos impune occidere. l. in suis. ff. de lib. & posth. qua 17 ratione parentibus similiter licebat liberos suos, quos, in potestate habebant, ob necessitatem diræ famis alienare, uel per titulum uenditionis. ut in l. ii. C. de patr. qui fil. distrax. l. vij. & l. viij. tit. 17. part. 4. & per Alciat. lib. ij. de uerb. sig. all. 48. Tiraq. lib. j. de retractu. §. 26. num. 14. uel etiam per titulum pignori. dationis. ut est gl. communiter ibi app. in d. l. ii. l. vii. & viii. tit. 17. par. iiij. Bal. in d. l. in suis. l. iii. & l. vii. tit. 13. part. 5. pignoris enim datio, genus est alienationis. tex. in l. fin. C. de reb. alien. non alienan. limita 18 ut non procedat in filio clerico secundum Hostien. Io. Andr. & communiter Docto. in c. indecorum de ætate & qual. Gerar. singulari ulci. Hippoly. in singulari. tot. quos refert & sequitur Didacus Couar. in c. 14. lib. ii. Variar. resolut. qui hanc dicit communem sententiam. limita. 19 ut non procedat ex alia causa, quam famis, etiam si similis, aut par esse uideatur. ut tenet glo. in d. l. ii. Alciat. & Cur. ubi suprà. iii. limita. 20 ut postquam pater peruenerit ad ubetiorem fortunam, possit filio petente, compelli ut eum redimat. ut tenent per d. l. ii. Fel. in c. cum dilecta de rescrip. uers. viij. fallit. & Hippoly. in l. unica. C. de rap. Virg. num. 53. Bal. in c. ex rescripto. de iureiu. Dec. in regula quę propter. ff. de reg. iu. tex. in c. pro necessitate 2. q. 1. & docet. idem Didac. ubi suprà. nec mirum est. si parentibus, quibus licebat filios, quos in potestate habebant (nulla etiam ex causa.) occidere; eisdem liceat filios ob uehementem & coactam famis causam distrahere, cùm de fame sic cecinerit.

17 *Pater filium uendere potest ob necessitatem famis.*

18 *Filius clericus etiã ob famem, non distrahitur à patre.*

19 *Filius nisi ob famem, non distrahitur à patre.*

20 *Filius distractus à patre, qui ad pinguiorem fortunam uenit, redimendus.*

Ouid. 8. Metamorph.

21 *Est locus extremis Scythiæ glacialis in oris,*
Triste solum, sterilis, sine fruge, sine arbore tellus.
Frigus iners illic habitat, pallorque, tremorque,
Et ieiuna Fames, & infrà.
Quæsitamq; famem lapidoso uidit in agro
Vnguibus, & raris uellentem dentibus herbas.
Hirtus erat crinis: caua lumina, pallor in ore,
Labra incana situ, scabri rubigine dentes.
Dura cutis, per quam spectari uiscera possent:
Ossa sub incuruis extabat arida lumbis.
Ventris erat pro uentre locus: pendere putares
Pectus, & à spinæ tantummodo crate teneri.
Auxerat articulos macies, genuumq; tumebat
Orbis, & immodico prodibant tubere tali.

21 *Famis descriptio.*

Plautus in amphitrione.

Fames & morabilem in nasum concitunt.

Ouid. 6. Metamorph.

Haustus aquæ mihi nectar erit, uitamq; fatebor
Accepisse simul uitam dederitis in undis.

Horatius, Satyra 5. lib. 5.

Ieiunus stomachus raro uulgaria temnit.

An autem filiusfam. possit testari ad pias causas Ias. disputat plenissime in d. l. senium col. ii. de quo differuimus suprà. an 22 autem de consensu patris filiusf. possit donare causa mortis; communis opin. est posse, ut latè per Ias. in l. senium C. qui test. fac. poss. contrarium tenuit Cuma. in l. qui in potestate in prin. ff. de testam. & in l. tam is §. i. ff. de don. cau. mor. per l. i. §. i. ff. de tutel. & ration. distrah. quòd die ut per Ias. ubi suprà. donatio autem causa mortis, quando assimiletur contractui. & quando ultimæ uoluntati, tradit plenissimè Ias. in l. ii. col. iiii. ubi etiam Ripa & alii ff. de leg. 1. an autem 23 filiusf. possit de iure regio esse iudex dubitari potest, per l. iii. tit. de los alcaldes iusgadores lib. 2. ordin. ubi seruus iudex esse prohibetur, quia sui iuris non est, sed filiusfam. sui iuris non est, ergo &c. contrarium tamen puto, quia iudicia assimilantur contractibus. l. iii. §. idem scribit ff. de pecul. filius autem familias potest contrahere. l. tam ex contractibus ff. de iudic. nec oberit, quòd nequeat testari, quia id ratione patriæ potestatis, quæ est iuris ciuilis, in princ. instit. de patr. potest. sicque contrahendi facultatem, quæ est iurisgentium. l. ex hoc iure ff. de iust. & iure. adimere non potuit. §. sed naturalia insti. de iure nat. testandi autem facultatem adimere potuit. quia hæc facultas de iure positiuo est, sicque iure positiuo adimi potuit, ut plenè ostendimus §. 1. & §. 2. & §. 3. de succ. ere. illud autem dubium est, stante 24 statuto, ut mulier non possit contrahere, sine interuentu duorum consanguineorũ, an talis mulier poterit donare causa mortis. communis opin. est, quòd sic. ita tenuit Ancha. consi. 366. dubium in hac. Alex. in d. l. ii. col. fin. Aret. & Alex. in l. ii. in prin. ff. de uerb. obl. Abb. consi. 147. factum in effectu lib. 2. & est communis opi. secundum Ias. num. 12. in d. l. ii. qui tenet contrarium, quia licèt in contractibus adulti habentis curatorem, eius autoritas requiratur. l. si curatorem C. si in integr. restit. tamen non sic in testam. ab eo faciendo, ergo & hæc mulier & si egeat consensu consanguineorum ad contrahendum, non tamen eo egebit ad testandum uel mor. cau. donandum ut per eum. Iuxta superiora, quia per taurinam. l. 47. per matrimonium, liberi liberantur patris potestate. quæro filia 25 liberata patria potestate per contractum matrimonij iuxta d. l. regni, an recidat in potestatem patris matrimonio soluto? & teneo quod non recidat. sed in contrarium pro parte affirmatiua facit, quia cessante causa &c. Sed matrimonium fuit causa, quòd filia liberaretur &c. ergo dissolutio debet esse causa quòd redigatur in potestatem, quia cessante &c. Sed non obstat, quia iam consumauit suum effectum. Secundo in contrariũ quia omnis res per quascunque causas &c. c. 1. de reg. iur. sed non obstat, quòd illud est uerum quando postea interuenerit actus retro contrarius, puta adoptio. uel simil. arg. l. qui liberatus de adopt. cum simi. ff. sed hic nullus actus interuenit, sed peremptio primi actus, hoc est dissolutio matrimonii, & sic non obstat quòd solutio matrimonii est priuatio & sic nihil, ergo non debet aliud operari.

22 *Donare cau. mort. filius potest de uoluntate patris.*

23 *Declaratio l. iij. tit. de los alcaldes libr. 2. ordi.*

24 *Statutum uetans contractũ, an intelligatur etiã in donatione cau. mor.*

25 *Filiafam. quæ liberatur patris potestate per matrimoniũ, an sol. matrimo. iure regio recidat in potestatẽ patris.*

Tertio in contrarium facit, quia uidemus, quòd potest quis esse seruus & postea liber per manumissionem. item esse in potestate & postea sui iuris per emancipationem, & sic diuerso tempore potest quis esse in diuerso statu, facit. l. i. §. 1. de lati. liber. tollen. cum simi. ergo sic in proposito. Sed non obstat quia lex possit ut in contrario, non tamen sequitur, quod ideo redigatur in potestatem. præterea licèt possit, dissolutio tamen matrimonii non esset modus per quem redigatur in potestatem. & hoc est quòd teneo. quarto in contrarium facit. l. fin. C. de senten. pass. in prin. ubi deportatus pater perdit patriam potestatem, quam habet in filio, & idẽ pater restitutus illam recuperat. & sic restitutio deportationis operatur, ergo in proposito, cùm matrimoniũ abstulit paternam potestatem, rescissio matrimonii debet

bet

bet illam restituere. Sed non obstat, quia in l.fin.ideo est quia restitutio. principis est in pristinum statum repositio. l.j.eod.tit. & sic recuperat pater omnia, quæ amisit per deportationem, & idem si sit pater captus, & per posthiminium reuersus. §.sed si ab hostibus inst.quib. mod.ius patr.po sol.

26 *L. fin. tit. delos pleitos fori libr. t.*

Quinto uidetur obstare 26 l.fi.lib.j.foro legum tit. de los pleitos que deuen ualer o non. ubi filia, quæ nondum nupsit, & filia uidua æquiparantur, sed quæ nondum nupsit est in potestate patris, ut est notum. ergo & uidua. respondeo, & fateor quòd utraque est in potestate de iure communi, tamen dico quòd si semel liberata esset per contractum matrimonij non recideret in potestatem, licèt matrimonium esset solutum, & sic nõ obstat. uel aliter, quòd ibi specialis est casus, in quo nondum nupta, & uidua æquiparantur, propter rationem quæ ibi colligitur, scilicet quòd filia non nupta & uidua, non possunt contrahere cum patre, quia non est qui eis præstet consensum uel auctoritatem, quia pater non præstat consensum in causa propria, & ideo nupta contrahit cum patre ut ibi, quia est maritus, qui possit consentire uxori. regulariter autem uidua & nupta æquiparantur. l.fi.de bo.mater. & ideo quemadmodum nupta non est in potestate per.l.regni, eod.modo.nec uidua ut ego teneo.

Sexto obstare uidetur si scis inducere.l. si pater §. quid nos de adoptio.sed non obstat.quia fateor quòd ad tempus potest esse in potestate, & ad tempus extra potestatem; tamen non sequitur quòd si fuit extra potestatem per certum tempus, scilicet durante matrimonio, redigatur in potestatem eo soluto: licèt hoc possit de nouo fieri, puta adoptione uel alio modo, & ita tenet in specie Andr. Tiraq. in glo. iii. post leges connub. Masuer. de dote. §.item de consuetudine. Septimo ualet argumentum de re ad tempus. l.miles ita, eum simi.ff.de testam.sed quo ad aliquid potest seruus quis esse ut notatur in l.ii.C.de iure aure.annul. ergo & quo ad tempus. solutio quod ibi loquitur de potentia & possibilitate, & idem potest esse in casu nostro, tamen non iubet aut loquitur ex sola solutione matrimonij, quem redigi in potestatem. & sic non obstat. & ita tene, & si multi relati per Tiraq. ubi supra contrarium teneant. postremò facit l.filio quem ff.de lib.& posth. si scis inducere, sed dic quòd ibi interfuit nouum factum ex uoluntate tam patris quam filij. denique quòd talis filia non recidat in patris potestatem est tex.clarus in d.l.47.

27 *Intell.l. 47.tauri.*

tauri 27 ibi per ea auido per emancipado en todas las cosas para siempre. ubi per matrimonium talis filiaf.uniuersaliter tam ratione rerum quàm temporum iubetur esse sui iuris, neque illud uerbum semper aliò tendit quàm ut omni tempore, etiam si matrimonium finiatur sit sui iuris, facit pulcher tex. cum materia in l. si quis

28 *Intell.l.2. & 4.tit.j. lib.5.ordi.*

hæredem C.de instit.& subst. ex his 28 infero quòd uidua non uidetur recidere in potestatem patris quo ad pœnam l.ii.& iiii.tit.de los matr.lib.v. ordi. quod nota denique illud controuerti solet, an 29 paterfam. amittat usumfructum, quem habet in bonis aduentitiis uel maternis filii sui per monachismum ipsius filij uel etiam per clericatum uel matrimonium? & an de talibus bonis possit filiusf.testari? & primo pro parte affirmatiua facit presertim inspecto nostro iure Hispanorum tex. fo. legum lib.iii.tit.6 l.i.ubi 30 dum dicit e no lo pueda Obargar nin padre nin madre ubi 31 glo.dicit quòd licet filiusf. de aduentitiis non testatur ut l. sensum & l. pe.& fi.C.qui testa. face. pos. hodie tamen per prædictam.l.potest. secundo hoc ipsum est apertius decisum. per legem taurinam. l.v cuius uerba sunt el fijo o fija questa spoder de su padre seiendo de hedad legitima pera hacer testamento pueda facer testamento como si stubie se fuera de su poder. ecce igitur text. apertum quod filius ætatis legitimæ quantum ad factionem testamenti censetur extra potestatem patris, & sic potest

29 *Filiusf. clericus an etiã de aduentitijs testetur.*

30 *Testamentum an facere possit filiusfam. iure regio.*

31 *L.5.tauri.*

liberè testari tam in usufructu quàm in proprietate. ut apertè innuunt prædicta uerba, como si stubie se fuera de su poder, per quem tex. apertè corriguntur prædicta iura communia. & tex. 32 qui idem disponit.in 6.part.tit.j.l.xiii.& in.c.licet.de sepult.lib.6. per quę iura cautum erat, quòd filiusf. etiam cum consensu patris non poterat testari, nisi tantùm pro anima. Tertio induco tex in c.quia nos de testam. ubi probatur quòd clericus potest testari de bonis proprijs uel acquisitis intuitu personę per quem tex.dicit ibi Abb.sic formaliter not.ult.optimum arg.quòd 33 clerici etiam in potestate parentum constituti cùm iste tex.non distinguat, possunt licitè disponere & testari de omnibus aduentitiis, Vnde ususfructus illorum bonorum non acquiritur parentibus &c. per quod patet quod data potestate testandi filiofam.intelligitur quòd potest testari de usufructu & proprietate ratio secundum Abba.ibi, est, quia id, quod est laicis aduentitium, in personis Ecclesiasticis est castrense. ut in auth.presbyteros C.de episco.& cleri. hoc idem tenet Anchar. in.c.licet de sepul. lib.vj. fi. col. dicens, quòd de hoc est glo. in.c.quia ingredientibus de testam.olt.glo. quę dicit. quòd clericus in potestate potest testari & Abb. in allegato. c. quia nos, arguit de ingredietibus religioné ad clericos ad prædictorum omnium confirmationem induco Paul.de cast. in.l. Sacrosanctæ C.de episc.& ele. secundo notabili ubi decidit, quòd clericus filiusf. potest testari non solùm de acquisitis ocasione clericatus. sed etia in omnibus aliis bonis undecunque quæsitis. & sic pater in illis non debet habere usumfructum, sicut nec de castrensibus. quod dicit ipse perpetuò tenendum menti. quarto facit. 34 tex. foro legum. lib. j.tit.xj.l.fi. & in ordinat. Taur. l. 47. quibus iuribus cauetur quod filius 35 uel filia per contractum matrimonij remanet emancipatus per quę iura corrigitur tex.in l.filiæ licet & l.ut liberis. C.de coll. quibus probatur quòd licet filia mea sit maritata; est tamen in potestate mea, 36 & ideo non potest testari. ut.l.pe. C. qui testa. face. pos. Iuncta l.j.ff. de leg.ij.etiam cum consensu patris ut l. tam his §.j.& ibi Glos.Bar.& Imol.ff.de donat.ca.mor.tex.& ibi Ang. instit. de senat.consult.tertul. in princ. probat. tex per locum à speciali. in c. licet de sepulturis. lib. vj. igitur multo fortius filius uel filia contrahentes matrimonium spirituale intelliguntur liberati a patria potestate, de quo ultra prędictam rationem etiam ante prædicta iura, est glo.in.c.j.20.q.ij. & l.si ex causa §. Papinianus.ff. de minno.quas glo.commendat. Abb.in c.in presentia de probat.xvj.col. dicens per ipsas probari, quòd filius religiosus liberatur à patria potestate. quinto induco tex. in eadem ordinatione Taur.l.48. 37 cuius uerba sunt mandamos, que de aqui adelante el fijo o fija casandose y uelandose aian parasi el usufructo de todos sus bienes aduenticios puesto que sea uiuo su padre el qual sea obligado a gelo restituir sin le quedar parte alguna del usufructo dellos. 38 per quam l. etiam corrigitur ius commune, secundum quod sufficiebat patria potestas initio acquisitionis, & ideo ususfructus semel quæsitus patri, non estinguebatur morte filii. ut l.fin.C.ad tertul. gl.in l.quidquid C.de bo.mate. & ibi. Bald. & ideo idem multo fortius est dicendum in filia intrante religionem, ut in auth.de sanctiss.episcopis.§.sed hoc præsenti. colla.9. ubi relictum mulieri sub conditione si nupserit, consequitur mulier si intrat religionem. Sed ad hoc ego induco tex. in c.in præsentia de proba. ubi probatur, quòd mulier monasterium ingressa habetur proinde ac si decessisset cum liberis, & substitutus ei datus si decesserit sine liberis remanet exclusus, igitur mulier ingressa monasterium, non solùm habetur perinde ac si matrimonium contraxisset, uerùm etiam ac si post contractum ex ipso liberos sustulisset. item hoc ipsum dicit ratio quia si contrarium diceretur mulieres retraherentur ab ingressu religionis, quòd esset contra

32 *L.13 tit.j. par.6. corrigitur*

33 *Filiusf. clericus testatur etiã de usufructu aduentitiorum*

34 *L.47.tauri.*

35 *Filia etiã maritata non testabatur de iure communi.*

36 *Filiusf. etiam de consensu patris non testatur.*

37 *L.48.tauri.*

38 *Filij morte non extinguitur ususfructus, quem in eius bonis pater habet.*

ius

ius & Dei timorem tex. est & ibi Bal. in l. Deo nobis C. de episc. & cler. præterea est alia ratio euidens, quia monasterium cogitur alere monachum, sicut pater filium, Bar. in l. 1. col. 1. ff. de uulg. & pup. unde sequeretur quod pater se exímeret &c. & habui ex facto in filia monasterium ingressa, sed per contrarium quod 39 propter professionem factam per dictam filiam in dicto monasterio pater suus non amiserit usumfructum, quem semel quæsiuit in bonis filiæ suæ, immò quòd illud debeat retinere etiam post professionem prædictæ filiæ, ista conclusio probatur per sequentia. certum est de iure, quòd pater non amittit usumfructum quem habet in bonis aduentitiis filii propter mortem naturalem ipsius filii, nec talis mors facit usumfructum finiri text. est in l. fin. C. communia de succes. §. fi. inst. de usufr. & ibi Bar. qui dicit per illum tex nota hic quòd per mortem filij non extinguitur usufructus competens patri, quod hodie non est correctum, licèt omnis quæ hac. l. dicuntur sint correcta. idem etiam tenet ibi notanter Bal. dicens, & nota quòd licèt per mortem filij soluatur patria potestas, tamen non finitur usufructus formalis retro quæsitus patri ratione patriæ potestatis, quem tex. tene menti. hæc Bal. hoc etiam tenuit idem Bal. in all. l. quod scitis in fin. uerbis de bon. quę libe. ubi dicit, ultimo nota, quod usufructus acquisitus iure patriæ potestatis, ea finita perdurat, & nimirum quia potestas patria. i. causa efficiens iam consumauerat fines suos. idem etiam tenet Paul. de castro in alleg. l. fi. §. fi. C. ad tertull. dicens, not. quòd licèt per mortem filij pater desinat esse legitimus administrator, non tamen finitur usufructus, quem habet in bonis aduentitiis filii. hoc idem tenuit glo. not. in l. si patri. C. de usufructu per tex. in l. ij. C. de bonis mater. & per dictam l. fin. §. fi. C. ad Tertul. & ratio huius est, quia in usufructu perdendo attenditur mors usufructuarij & non proprietarij ut in d. l. si patri & ibi Bal. C. de usufructu, si ergo per mortem naturalem filij non perdit pater usumfructum quem habet in bonis ipsius filij, ergo multo minus perdet eum per mortem ciuilem filij qui fuit religionem ingressus, & maximè pręter uoluntatem patris ut in casu nostro, immo amplius dico, quòd etiam si esset iure cautum, quòd per mortem naturalem filii pater perderet usumfructum, cuius contrarium cauetur ut supra apparet, illud tamen non esset trahēdum ad mortem ciuilem per professionem alicuius religionis, Immo requireretur expressa iuris dispositio quæ faceret dictam extensionem, cum 40 mors ciuilis nunquam æquiparetur naturali. nisi in casibus à iure expressis iuxta glo. not. & uulgatem & ab omnibus approbatam in c. susceptum de rescript. lib. vj. præterea ultra prędicta istam nostram conclusionem scilicet quòd pater non amittat usumfructum quem habet in bonis aduentitiis filij, propterea qoòd filius ingrediatur & profiteatur religionem, immo illum retineat post professionem factam à filio, tenuit ualde singulariter Salice. qui in propriis terminis quæstionem mouit in authen. ingressi iij. col. C. de Sacros. Eccle. cuius uerba quia sunt pulchra in isto proposito formaliter recitabo, & sunt ista, quæ sequuntur. sed de usufructu patri competenti fortius potest dubitari & maximè propter opinionem illorum qui dicunt quod per ingressum liberatur à patria potestate, de qua dicam in sequenti auth. sed non credo finiri primo quia cautum nó reperitur, ergo &c. ut l. illam infra de coll. secundo quia factum filij præter consensum uel culpam patris nō debet patrem afficere dāno arg. infra unde ui. l. meminerint cum concor. ibi notatis in gl. Secundo quia mors naturalis superueniens in persona filii, non facit in persona patris usumfructum finiri ut infra communia de success. l. fi. & ad tertull. l. fi. §. fi. & de bonis quę libe. l. quòd scitis inf. (licet Placen. senserit contrarium & malè in l. ii. infra de bo. mat.) ergo multo minus hic mors ciuilis. hæc Salicet. qui apertissimè nostram quęstionem decidit, & fulcitur ista conclusio, iuridica ratione, quam sensit Bal. in l. fin. §. fin. C. ad Tertul. & in d. l. quod scitis & etiā Salice. in d. auth. ingressi prout ex eorum. Verbis apparet, uidelicet quòd ius alicui semel quæsitum non potest mutari seu ab eo euelli ex facto alterius si non interueniat proprium factum uel consensus. tex. est not. in l. cum a socero & ibi Bal. C. de iure dot. & in l. si constante. C. de dona. ante nup. & bonūs tex in l. seruus creditoris. C. de pactis & in l. sicut maior iuncta. gl. C. de repu. here. cum aliis, sic ergo cum iste usufructus sit quæsitus ipsi patri in bonis dictæ filię, cùm non interuenerit factum aut consensus ipsius patris adhibitus ad abdicandum a se ipso præfatum usumfructum illum amisisse minime intelligetur; ne id, quod nostrum est sine facto aut culpa nostra nobis auferatur, contra l. id quod nostrum ff. de reg. iur. & ista est communis opin. ut patet ex Sali. & aliis suprà relatis, tenet Pinel. Lusitanus in l. i. C. de bo. mater. in prima par. num. 45. Decius in d. c. in pręsentia num. 62. Palat. Rub. § 42. in fin. in rubr. de don. inter uirum & ux. Roder. Suarez in q. maioratus in fi. sentit Gregor. lupus in l. 13. tit. 1. par. vi. in gl. quæ est, Enpoder. Abb. in d. c. in præsentia num. 19. Faber & Sali. in auth. ingressi. C. de sac. Eccles.

39 Pater non amittat usumfructū, quē habet in aduentitijs filij religionem ingredientis, quòd non, cum communi.

40 Mors ciuilis regulariter non exæquatur naturali.

Facit nam & similiter filiusf. per interuentum clericatus sui aliquando iuris efficitur & testari potest, secundum communem opin. doctorum in l. Sacrosanctæ per tex. ibi C. de episcop. & cleri. & ibi scribentium plerique tenent quòd non poterit testari de usufructu; quem in suis bonis aduentitiis habet pater, quemq; 41 non amisit ipsemet pater per interuentum clericatus ut supra dixi estq; communis opin. ut per Dida. de Couar. in c. quia nos num. 2. de testam. per Pinel. Lusita. in l. ii. par. i. num. 45. C. de bon. mater. Deci. in c. in pręsentiā nu. 64. de probati. Ant. Gome. in l. 48. tauri. nu. 7. Roder. in d. q. de maioratu ad fi. Imol. in c. quia ingredientibus de testamen. col. vi. sentit Grego. Lupus ubi suprà, Palat. Rub. in rubr. de donat. inter uirum & uxo. §. 42. num. 7. Abb. in c. constitutus de in integ. rest. quod sequitur & ampliat Micha. Cifont. in l. 48. tauri.

41 Pater usumfructum quem in bonis filij habet, non perdit per filij clericatum aut monachismum de iure cō muni, & quod iure regio.

Qui 42 ferè omnes similiter tenent quod per interuentum clericatus, filiusf. liberatur a patria potestate, & peculium quod in reliquis filiisf. est aduentitium, in filiisf. clericis dicitur esse castrense uel quasi, ut per eosd. & per Abb Barb. Anto. Imol. Host. Card. Ancha. & alios in d. c. quia nos ubi etiam per Couar. in princ. Paul. & alios in d. l. Sacrosanctæ. l. iii. tit. xxii. par. i. & consequenter inde etiam descendit testandi potestas, de qua mentionem habuimus ut in l. pe. & fin. C. qui testamen. facere possunt ut per Alex. Corn. Iaso. Decium que post alios ibid.

Hæc securius tutiusque procedunt in terminis iuris communis quàm in terminis iuris regii, quo iure cautum est filiumf. filiamue fa. simul ac nup erint, statim liberari in omnibus & in omni tempore a patria potestate ut 43 in d. l. 47. tauri. unde infertur patremf. non habiturum usumfructum bonorum aduentitiorum, horum filiorum aut filiarum ut ibid. l. 48. Vnde cùm matrimonium spirituale æquipararetur matrimonio carnali ut dictum est, uidebatur legem nouam loquentem in matrimonio carnali, porrigendam esse ad spirituale matrimonium, quod contingit per monachismi interuentum etiam in correctoriis ne dum in limitatoriis, arg. gl. ubiq; cōmuniter receptæ in l. si quis seruo alieno per suaserit. C. de furtis. Ias. in auth. quas actiones num. 22. cum plur. præc. & seq. C. de Sacr. Eccles. & in l. de quibus nu. 14. ff. de legi. & idem Ias. in l. quamuis C. de fidei commiss. nisi respondeas, quòd mors ciuilis non æquiparatur morti naturali, nisi in casibus à iure expressis. glo. sing. & app. in c. susceptum de rescrip. per nouiss. in l. Gallus §. & quid si tantū ff. de lib. & posth. ita quoq; matrimonium spirituale non uideatur matrimonio carnali exequatū, nisi tantū in casibus à iure expressis, un-

42 Clericatus liberat à patria potestate.

43 L. 48. Tauri declaratur.

Mors ciuilis naturali nō æquatur nisi in casibus à iure expressis.

de is casiis cùm expressus non reperiatur, remanet sub regula separatorum. præsertim quia cùm iure regio filiusf. nubere nequeat citra patris consensu m, non magis quam iure ciuili ut in.l.ii. & 4. tit.1.lib.v ordi.matrimonium autem spirituale, hoc est monachismum aggredi citra licentiam patris aut etiam noticiam possit, est istarum rerum non obscura differentia, quia non tam in iurium est quod patri, qui consensit matrimonio carnali filiorum usus fructus aduentitiorum quasi ex consensu & facto suo auferatur, quam si auferretur per interuentum monachismi, cui ipse non consensit, sed hęc ratio non est generalis, quia etiam citra consensum parentum hodie iure regio possunt liberi matrimonium contrahere, ut per Michael Cifont. & Gomes. in d.l.48.Tauri. per nos alibi circa interpretationē auth. sed si post.& l. si filiam C.de inof.test. unde prior ratio est præstātior.

Denique retento quòd ęquiparatio matrimonii carnalis & spiritualis non procedat regulariter, nisi in casibus a iure expresis, inde dicebam, quòd licèt filia, quæ nupserit inscio patre 44 in terminis.l.ii.&.l.iiii. tit.i. lib v.ordi.& l 1.tit.vi.eod.lib. possit exhæredari. tamen non sic si ingrederetur religionem; cùm id sit factum meritorium, & ita dictas.ll.limitari debere. & dum diximus per interuentum clericatus interdum sed nō semper clericum fieri sui iuris, uide per ipsum Dida. Couar. in d.c.quia nos. num.5.de testam.

44 L. j. & 4. tit.1.lib.5. ord. & l. j. tit. 7. eod. lib. limitatur.

Stat ergo quod per interuentum clericatus licèt filiusf. possit testari, id tamen non potest in prę iudicium usus fructus patri quæsiti, pro quo etiam facit.l. impuberi.ff.de adm.tuto. ibi nam ad alienam iniuriam priuilegium militum prorogare non oportet. facit l.i.C.de bo mate. ibi in diem uitæ ubi in aduentitiis & maternis bonis patri per totum tempus uitæ suæ non tam ipsius filii conceditur usus fructus, facit denique coacta ratio. nam nulli dubium quin olim ad patrem pertinerent bona quæsita per filiosf. tam in proprietate quam in usu fructu.l.placet.ff.de acq. hæredi.l.acquiritur ff.de acq. rer.domin.id quod restrictum est ad usumfructum tantū ut per totum.C.de bo.mater.& de bon. quæ liber. is ergo usus fructus post mortē naturalem aut ciuilem filiif. iure peculii apud patrem manebit, non secus quàm olim tam proprietas quam usus fructus iure peculii similiter non iure hæreditario apud eum permanebat.l.seruum filii in princ.ubi plenè Iasō.post alios ff.de lega.i.l. si pater.ff de castr. pecul.l.si infanti ibi iure patris C.de iure delib.

45 Monachismus patris usufruct. aduētitiorum an finiatur, ardua q.

Hęc procedunt 45 quando ipsemet filiusfa.monachus fit. at quid rursus si ipse paterf monachus fieret. an usus fructus aduentitiorum & maternorum statim consolidaretur cum sua proprietate reuerteretur que ad filium, an uerò per totum tempus uitæ ipsiusmet patris permaneret apud ipsum monasterium, qua in re tres sunt opiniones.

Prima fuit opin. existimantium, eum usumfructum apud monasterium mansurum uiuente patre, ita tenet glo.in auth.idem est.C.de bonis quæ lib. idem gl.in authen.ingressi in fi.C.de sacrosan.eccl. Cyn. & Alber. ibi ubi Bar.num.42. & Rosel.num.18. sequitur & dicit cōmunem Io.Crot.in l.Gallus.§.& quid si tantum nu.30. ff.de lib.& posth. Ant.Gomes.in l.48.tauri.num.8. dicit communem Alex.consi.139.lib.2 num.5. Soci.consi.10. num.20.lib.t.qui similiter hanc dicit communem. Dec. in c.in præsentia de proba.num.66. Bald. Fulgo.Paul.& Corn. in d.auth.idem est Imol.in l.cum filio.ff.de leg.1. Cepol.consi.22.num.4. sentit Inno.in c.in præsentia de proba. Guido Papa decis.477. num.4. & in decis. 595. post Specul. quem ipse refert, sequitur & dicit communem Pinel.in l.1.par.i.num.49.C de bo.mat.

Altera fuit opi.asserentium statim post monachismū, usumfructum, quo de agitur ad filium reuersurum nec quandiu uixerit pater penes monasterium futurum, ita tenuit Mart.Sil.quem refert Cyn. in d.auth. sequitur Salic.in d.auth.ingressi Din.in d.auth.idem est, ubi ait, hanc esse communem. Riminald.§.1.num.128. insti.per quas personas. Couar.in c.2. num.8.de testam.qui hāc dicit communem. Iason.in d.auth. nouissimè num.48. Hippoly.singulari 668.

Secūda fuit opi.eorum qui mediam partem eligunt, ut dimidia pars usus fructus reuertatur ad filium, altera uerò dimidia remaneat penes monasterium, quasi filius ex facto patris, sui iuris efficiatur non secus quàm si ab eo emanciparetur, arg.tex.in l. cum oportet.§.cū autē.C.de bonis quæ libe. & cum hæc res uehementer controuersa sit, & reuera dubia & incerta, quia nullo Iure satis expressim deciditur hęc opi.mediam uiā eligentium quæ satis equa esse uidetur, cùm in dubiis opinionibus ita eligendum iudicandumque doceamur per Tiberium Imperatorem ut in l.si paterfam.ff.de hære. insti. & in §.fin.insti.de uulg. & ita tenent Bart.& Ang. in d.auth.idem etiam Abb.in c.cum simus de regular. idem Abb.in c.in præsentia num.57. de proba. Siluestr. in summa uerbo religio. 6. Gomes. Arias in l.46.Tauri. colum.11.Riminal.in §.ii.num.19. instit.per quas personas, quos refert Pinel.ubi suprà.facitque ubi deficit decisio legis, ibi à proximioribus & magis similibus, ac finitimis iuris decisionibus similitudo & decisio perēda est ut in l.quæritur.ff.de statu hominum.l.non possunt l.neque leges.ff.de legib.nec dubium est quin decisio d.§.cum autem satis proxima sit quæstioni nostræ, qua de agimus, nisi dixeris in facto esse proximitatem quia utrobique filiusfa.sui iuris efficitur ex facto patris uoluntario. Verùm nec paritatem nec etiam similitudinem esse in ratione, fine, & uoto faciendi, cùm paterfam. qui ingreditur religionem ob salutem animę suę fecisse uideatur, non sic quando filium emancipat, ut in ipsum filium beneficium conferat, nisi hoc etiam casu contendere uelis, emancipationem filij cōuerti in ipsius quoque patris utilitatem, quia pater deinceps non tenebitur eum alere & propter alia multa. Vnde si tempore emancipationis ei aliquid donauerit, non simplex donatio dicitur, sed donatio ob causam ut alibi disseruimus. Vnde 46 in emancipatione tam patris quàm filij consensus desideratur. glo. in l.filius matrem C.de inoffi. testam. Bart.& Ias. in l.quidam cum filium.ff.de uerbo. obliga.num.14. quasi de utriusque utilitate ageretur. Vnde si filius per monachismum patris, siue per emancipationem liberetur a patria potestate, utroque casu, & ex facto patris liberatus intelligitur, & ex factu respiciente patris utilitatem.

46 Emancipatio eget filij consensu.

Adhuc tamen priorem opinionem ueriorem puto ut quandiu uixerit pater tandiu usus fructus ex integro sit penes monasterium, per iura superius adducta illuc spectantia, ut per totum tempus uitæ suæ pater gaudeat usufructu, neque ad rem pertinuit, quòd ciuiliter mortuus intelligatur quia mors ciuilis morti naturali non equiparatur regulariter, nisi in casibus à iure expressis d.glo.communiter app.in c.susceptum de rescrip.sicque stat pro nobis regula, nec exceptio bene probatur, nec me mouet, quòd ab aduersæ partis fautoribus dicitur, eum usumfructum patrifam concedi propter custodiam ipsorum bonorum, sicque cessante custodia patris, cessare quoque debere cōcessionem usus fructus.l.adigere §.quamuis.ff.de iure patr.l.cum pater §.dulcissimis.ff. de leg.ii. latè in simili per Tiraq. de causa cessante. nam respondetur, quòd monasterium ut in usufructu, ita quoque in ea custodia succedit, & præterea non probatur quòd propter solam custodiam immo etiam propter patriam potestatem ipsiusque patris intuitum, fauorem, & utilitatem usus fructus sibi conceditur ut cōstat ex l.1.& per totum C.de bon.mat.l.cum oportet, & l.fin.per totum C.de bo.quæ lib. unde dispositio legis, quę pluribus nititur rationibus per cessationē unius rationis non uidetur euanuisse. §.affinitatis instit.de nuptiis.l.si non lex.ff.de hęre.insti. facit, quia ut per monachismum

Lex quæ nititur duabus rationibus, altera cessāte, non extinguitur.

nachismum filij, non extinguitur usufructus patris. ut ex communi opin. supra resoluimus, ita quoque non debet extingui per monachismum ipsius patris, quia correlatiuorum, &c.

Vnde cùm usufructus permaneat apud ipsum monasterium nec reuertatur ad filium, apparet 47 quòd ipse filius quandiu uixerit pater monachus non poterit legitimam petere ab ipso monasterio, non magis quam posset proprietarius possessionem petere ante mortem usufructuarij, & ita est uera & magis communis opin. quam tenent glo. Bar. & omnes in auth. si qua mulier per tex. ibi C. de sacrosan eccl. Abb. in c. cum simus de regular. Alex. in l. sicut dotem num. 13. ff. sol. matri. Felin. in d. c. in præsentia num. 56. ubi Deci. num. 66. cum sequen. & est communis secundum Salic. & Ias. col. 14. in d. auth. si qua mulier.

47 Legitima filio nō debetur in bonis patris uiuentis, licèt sit monachus est quæ ardua quæst.

Licèt contrariam partem tenuerint nonnulli scribentium in c. cum simus per tex. ibi de regular. glo. & Abb. in c. transmissæ qui filij sint legit. Corse. in singulari. uerbo legitima. sequitur & dicit communem Bald. Nouell. de dote par. 1. col. 3. Anan. in c. 2. col. penul. de delict. puer. Aret. in l. i. num. 6. ff. de testam. quos refert & sequitur Couar. in c. 2. num. 7. de testam. quorum opin. eo casu defendi potest quo pater f. ante monachismum suam legitimam filio assignasset, iuxta tex. in l. si pater & in l. quæ pater ff. fami. hercisc. & in l. cum quo §. fin. ff. ad leg. falci. in l. parentibus C. de inoffi. testamen. in l. quid ergo. 2. ff. de leg. i. in l. quoties C. fami. hercis. tunc enim 48 cùm ad onus monasterij pertineat filium patris monachi alere, neque alimentorum nomine minus assignari possit quam sit usufructus legitimæ, ut per Deci. consi. 181. & consi. 182. Pau. post Bart. & alios in l. Titio centum §. Titio genero. ff. de condi. & demonstr. superest ut statim expediat, legitimam tradi tam in proprietate quam in usufructu, quandoquidem id necessariò post mortem monachi faciendum erat, & frustra spectaretur tempus, cuius nihil speratur euentus: qua ratione equius & uerius fortè erit generaliter teneri per d. c. cum simus, ut statim post monachismum, non spectata morte patris monachi filio tradenda sit legitima in proprietate & usufructu: cum spectatio mortis quo ad legitimam nullius foret momenti. neque ad rem pertinere, quòd secundum ueriorem & receptiorem sententiam usufructus maternorum & aduentitiorum non statim post monachismum patris ad filium reuertatur. nam illud est uerum in reliquis bonis excepta legitima usq; ad cuius mensurâ, licet etiâ ipso iure non reuertatur, tamen infructuosum est & inutile monasterio interea id retinere. ad auth. si qua mulier responde, non sumendum argumentum à contrario sensu contra expressam decisionem d. c. cum simus, uel aliud esse de iure ciuili, aliud de iure cano. uel d. auth. si qua mulier intelligenda quo ad iuris necessitatem. d. c. cum simus intelligendum quo ad consilium, & honestatem, pietatemque, & inutilem, spectationem circuitumque uitandum. & ita tenendum est si admiseris sententiam existimantium, alimentorum nomine non minus quam nomine legitimæ assignādum esse ut supra obiter diximus, idque non firmo. deniq; 49 ex superioribus patet, per monachismum amitti testamenti factionem actiuam, idque tenent omnes doct. in auth. ingressi per tex. ibi C. de sacrosanc. eccle.

48 Alimentorum mensura est usufructus legitimæ.

49 Monachus non testatur.

Postremò quatenus supra incidenter attigimus, an 50 de consensu patris filiusfa. posset ad pias causas testari; sciēdum est, hac in re, quatuor principales opin. reperiri prima existimantium posse, ita Cyn. Bal. Ang. Salic. Rom. & Alex. in l. senium C. qui testam. face. poss. Panor. in rubr. de testam. col. pe. Calder. consi. 10. in tit. de testam. & rursus per Calca. consi. 12. Ang. in l. qui in potestate §. j. ff. de testam. Imol. in c. 2. col. 2. eod. tit. Imol. & Dominic. in c. si pater eod. ti. lib. 6. Andr. Tiraq. de priuil. piæ causæ priuilegio. 78. Bald. in l. qui in potestate supra all. & in l. j. §. sed & si filius ff. de leg. iii. & in l. hæreditas. § si defuncto 2. lect. de pet. hær. ff. & est receptior opin. secundum Tiraq. ubi supra ut per Ias. in d. l. senium & per Philipp. Franc. in rubr. de testamen. colum. 19. lib. 6.

50 Pias ad causas filiusfa. an de cōsensu patris testetur, ardua q.

Altera fuit opin. affirmantium, non posse ad pias causas testari, etiam de consensu patris, ita Archid. Petr. Anchar. Ioan. Andr. in c. licet de sepulturis lib. vi. Ioan. Andreas in c. si pater de testam. in princ. eod. lib. Abbas consi. 63. uidetur primo lib. ii. col. iii. Fulg. & Iaso. in d. l. senium Imol. & Aret. in d. l. qui in potestate in princ. idē Imola in l. tam is. §. j. ff. de donatio. Perus. & Anchar. in c. ii. de testam. lib. vi. Fulg. in l. i. in fi. C. de Sacro. Ecclesi. Tertia fuit opin. Bar. in rep. l. i. q. iij. i. partis princ. C. de Sacr. Ecclesi. contendentis etiam sine consensu patris posse filiumf. testari de aduentitiis, quæ sibi interdum etiam quo ad usumfructum acquiruntur ut auth. excipitur cum ibi traditis. C. de bo. quæ lib. sed quando patri acquiritur usufructus, tunc de consensu ipsius & non aliter, sequitur Imola in c. ii. de testam. & Rom. in auth. similiter in 19. speciali inter ultimas uoluntates ad leg. fal. Paul. Castren. consi. 101. ad primum lib. ii. & sic huius tertiæ opin. assertores accedūt priori opinioni eamq; reddunt longè receptiorem. sed est quarta opi. Bar. in d. l. qui in potestate in princ. & Paul. Cast. in d. l. senium distinguentium per contrarium in his duobus membris proximè relatis. quid dicendum? & sanè in hac suâ opinione (quam & non pauci eorum, quos retulimus præsensisse uidentur) ut de iure ciuili uera sit pars negatiua existimantium etiam de consensu patris tale testamentum non ualere, non quidem magis quam si is assensum non præstitisset, quia testamenti factio publici iuris est. l. iii. ff. de testam. sicque priuatorum consensus testabilem facere non potest eum, qui erat intestabilis. l. ius publicum. ff. de pact. l. priuatorum C. de iur. om. iud. l. nemo potest. ff. de lega. 1. l. fin. ff. de suis & legiti. deinde quia filiisf. generaliter est denegata testandi facultas. d. l. senium d. l. qui in potestate & in princ. instit. quib. non est permi. fa. test. l. pe. & fin. C. eod. tit. nec dubium est quin leges generales (ut illæ sunt) comprehendant personas & causas utcunque priuilegiatas, si ea in specie de qua agitur non reperiantur habere speciale priuilegium. l. in fraudem in fin. ibi quia generalis erat illa determinatio. ff. de mil. test. ubi not. Bal. Dec. in c. i. col. iii. & in c. sedes Apostolica de rescrip. & in consi. v. & in l. ex testamento. C. unde liberi & in l. 1. & in l. nemo potest. ff. de reg. iu. Tiraq. de præscr. §. j. glos. 11. Alciat. parad. lib. iiii. c. 10. ergo etiam pia causa comprehenditur, quādoquidem de iure ciuili hac in re non reperitur habere speciale priuilegium. Cæterùm de iure canonico aliud est, ut satis uidetur probari si uerū amamus in d. c. licet. & quia de iure canonico testamentum potest pendere ex alieno arbitrio. c. cum tibi de testam. idemque & nostro iure regni Hispanorum per Taurinam legē 31. quod in omnibus actibus inter uiuos permissum generaliter fuit per omnes titulos. ff. C. & inst. & in decret. de procur. & de mandato, sed in ultimis uoluntatibus id iure ciuili prohibitū fuit l. captatorias. l. illæ institutiones. l. illa institutio. ff. de her. inst. l. captatoriæ ff. de lega. j. l. captatorias. C. de testamen. mil. sicque de iure ciuili erant duæ rationes propter quas filiusf. testari uetatur, prima ne patri fiat præiudicium, qui filii bona iure peculii si is decederet capere posset. l. si pater ff. de priuil. cre. l. si infanti ubi per Doct. C. de iur. deli. altera ne testam. filii à patris arbitrio, & sic ab aliena uoluntate penderet, unde licèt pater consentiat, & per hoc cesset una ratio, arg. l. pe. C. de pact. superest tamen altera ratio, ne testamentum ab alterius quam ipsius testatoris arbitrio pendeat, in qua cōseruatur d. regula prohibitoria nō secus quàm si utraq; ratio integra maneret. §. affinitatis inst. de nup. l. si non lex. ff. de her. inst. sed de iure canonico utraque ratio cessat, quia eo iure non improbatur, quòd testam.

Filiusf. potest testari iure regio de consensu patris.

ab alieno arbitrio (accedente testantis uoluntate) pendeat.d. c.cum tibi & preiudicitium patris de consensu ipsius cessare uidetur.d.l.pe.& tex.sing.in l.fi.C.de pact. qua 51 ratione idem & iure regio Hispanorum admittendum puto.per d.l.Taurinam,& alterutrum ius in suo foro seruandum censeo ut tenuit Ang.in l.illa institutio. ff.de hær. inst.Innocen.in.c.relatum de testam.quanuis in contrarium sit receptior opin. quam suspectam esse alibi diximus Ioan.Andr.& Innocent. in.c.nouit de iudic. plenè per Andr. Tiraq.de priuileg.piæ cau.priui. 163.Corn.in l.captatorias.C.de testam. milit.

51 *Pias ad causas ius canonicum an ciuile seruetur.*

Redeundo ad monachum, quo ad eius testamenti factionem uel reuocationem illud dubium est, 52 an is monachus post professionem possit reuocare testamentum, quod ante monachismum rite confecerat, quia in re communis opin.est non posse, ita Abb.nu.61. in.c.in præsentia. de probat. ubi Dec.num. 68. Rubeus consi. 55. col.fin Ang.& Imol.in.l.3.ff.de testam.Iaso.in auth. si qua mulier.C.de Sacro. Ecclesiæ sequitur Couar.in.c.2.de testam.num.9. mouentur quia monachus non potest post professionem facere testamentum auth. ingressi & auth.si qua mulier.C.de Sacros. Eccles.glo. fin.ubi omnes.in d.c.11.de testam. ergo non quoque poterit testamentum rite factum reuocare quia eius est nolle, qui potest & uelle.l.nulle.ff.de acq.hær.sic is potest adire, qui potest repudiare. & è contra.l. is qui heres.§.fin. ff.de acq.hær.l.cum proponas.C.de her.insti.deinde est tex.expressus in.§. ex eo.Insti.quib. mod. test.infirm.l.militis codicillis.§. ueteranus.ff. de mil.testamento,ubi post testamentum rite perfectum licèt testator expressim pœniteat. & declaret se nolle id testamentum ualere, seque malle intestatum decedere adhuc eius uoluntas rata non est.quinimmo id testamentum firmum manet, non secus quam si testator non pœnituisset, cuius rei illa ratio uiua est, quod ut si uas argenteum, aureum, luteumue conflaueris, licèt pœnituerit uelisque illud uas infectum reddi, nihil sola uoluntatis mutatione feceris, quinimmo uas illud integrum manebit, nisi manus adhibueris illudque confregeris. ita quoque ars ciuilis, quę naturam anxie imitatur.l.si quis posthumorum in prin.l.filio quem.ff.de lib. & post.l.adoptio.ff.de adopt.§.minorem.insti. eod. non permisit ut testamentum, quod in sui forma perfectum & consummatum est, sola uoluntatis mutatione infectum fiat, non magis quàm si uas illud semel factum sola uoluntatis mutatione infectum redere uelis.unde fit, ut id testamentum per cancellationem rite infectum redatur.uel per scissionem instrumenti ut per totum.ff.de his quæ in testamento delen.quia tunc ut animo & facto nostro.id testamentum confectum erat, ita quoque contrario animo & facto infectum reditur, id, quod per interuentum solius uoluntatis mutatæ fieri non posset. simile in.l.ab emptione.ff.de pact. simile.in.l.si acceptolatum.ff.de accepti. simile in.§.item per acceptila.insti. quib.mod.toll.oblig.& in.§.fi.eod.tit.Sed ut testam. reuocare possit, & sic opinionem contrariam, tenet Bar. quem non pauci sequuntur in auth. si qua mulier.C.de Sacros.Eccl.cuius opin.ueriorem puto, quia monachus siue filio exequetur siue seruo (id quod plenè disputat Ias.in.l.3.§.per seruum qui in fuga.ff.de acq.pos.) semper dicitur habere uelle & nolle, ut in seruo habes tex. & exemplum in l.11.C.de her.inst.& in filio habes tex.in l. is,qui hæres.§.fin.ff.de acq.hær.& in l.fin.in princ.C.de bon.quę lib.ergo consequens est, ut possit tale testamentum reuocare. item 53 quia mors ciuilis naturali morti non æquiparatur, nisi in casibus à iure expressis, ut tenet gl.in c.susceptum de rescrip.lib.6.glo in c.placuit 17.q.3.tenet Ripa in l.ex facto.§.ex facto.ff.ad Trebel. num.11.& ibi Vincent. Hercul. col.3. & Costa. in l. Gallus.§.& quid si tantum parte 2.in princ. ff. de lib. & posth.& ibi Alex.num.5.cum seq.Bar.Soc.in l.cum auus. ff.de condi.& demonst.nu.103.cum pluribus seq.& Felin.

52 *Monachismus an impediat testamenti mutationem, egregia q.*

Monachus post professionem non potest testari.

Pœnitentia sola nō redit infectū testam. & quare.

Intell ad titul.ff. de his quæ in test.del.

53 *Mors ciuilis naturali non æquatur, nisi in casibus à iure expressis*

in.c.in presentia num.55.de probat.sequitur & dicit esse communi opin.Nico.Boer.decis.323.num.6.per.l.uerum §.fin.ff.pro socio.l.3.§.fi.de bo.pos.contra tab. dixi plenè lib.11.de suc.creat.§.21.num.72.id, quod uel ex eo suadetur quòd nullus unquam iureconsultorum de morte ciuili meminit, aut hoc modo loquendi usus fuit. Vnde & si talem monachum pro mortuo ciuiliter habeamus, adhuc tamen cum apud omnes constet superius testamentum per talem mortem ciuilem (hoc est per monachismum) ipso iure non infirmari, consequens est. ut per testatorem reuocari posit, ex regula.§.posteriore inst.quib. mod. test. infir.l.si quis priore ff.ad Treb.l. sancimus C.de testam.l. si iure. ff.de lega.iii.l. si mihi & tibi.§.in legatis ff.de lega.i. l.si quis in principio testamenti ff.de lega.iii.c.cum marthæ de celebr.mis.l.uii.& l.iii.§.fin.l.ex parte ff.de adim.lega.l.i.C.de Sac.Eccles. & re uera ab ista regula exceptio non bene probatur, sicque regulę standum est, d.l. Sancimus cum simi.

Tertio furiosum non posse facere testamentum, ut & suprà diximus certum est.l.furiosum.C.qui testamen. facere possunt.§.item furiosi inst.eod.tit.unde 54 notariis solenne est dicere ac scribere Titium sanum mente hoc suum testam.ordinauit.&c.sed an in hoc credatur tabellioni dubium est, & plerique nostrorum negant fidem notario adhibendam. nam testibus & notariis fides adhibetur in iis, quę sensu corporeo comprehendi possunt,non sic si non possunt.l.testium.C.de testibus.l.omnium.C.de testam.mentis autem 55 sanitas intellectu dumtaxat, non etiam sensu corporeo comprehendi potest, cum sit qualitas quędam incorporea & inuisibilis ita tenens Bal.& Areti.in l.ii.C.de testam.tradunt communiter Doct.in l.sanum mente.C.de transact.& est cōmunis opin.secundum Ias.ibi,Curt.Iunior consi.151.nume.1.Roni.consi.420. col. iiii. Nicol. Boerius decisione 25.num.73.nam & in contrarium secundum Ias.& Boer. ubi supra post Bal.in l.imperator.ff.de statu homi.si 56 in instrumento diceretur Titium sanum corpore sed mēte languentem ei fides non adhiberetur per eandem rationem.ergo 57 isthæc cum pendeant ex animo hominis agentis, ut indiciis & coniecturis colligantur necesse est. sicut diximus in dolo.l.dolum. de dolo. C.& in metu.l. metum. C.quod met.cau.& in bona uel mala fide possidentis.l.pe.C.de euictionibus illud 58 autem dubium est, quis nam teneatur probare sanam testatoris mentem, an ille, qui hereditatem petit, an uerò insaniam ille qui eam defendit, & sunt, qui uelint, quod ille qui super insania uel super mentis sanitate fundat intentionem suam. ita specul. tit.de probationibus. §. 1.uers. pone quidam erat furiosus, Lapus allegatione 26. disputat primo an prodigus.Nicol. Boer.qui eos refert decisione.23.num.67. Vnde si hæres scriptus petat hereditatem allegans testatorem sanum mente eum instituisse, non obtinebit, nisi illam sanitatis qualitatem probasset, licèt (inquit) obtineret si simpliciter hereditatem peteret, non allegans eum esse sanum mente, quia, id à lege pręsumeretur. ita ipse Boerius ubi supra qui allegat idem tenere Bartho. Soc. consi. 42. in causa restitutionis lib.1. id quod tantis uiris indignum quidem uidetur. homo enim est animal rationale, neque ulla in toto iure uerior iustior aut certior presumptio est, aut esse potest. cùm omni iure diuino & humano tam naturali quam positiuo statutum fuerit ac declaratum ut plenè supra in præfatione & tales 59 præsumptiones sunt liquidissime probationes l.si adulterium cum incestu.§.idem polionis ff.ad legem Iuliam de adulteri.l. licet, Imperator ubi notant Alex.& Ias.ff.de lega.i. & præsumptiones iuris licet releuent ab onere probandi, non tamen releuant ab onere allegandi ut.d.§. idem polionis notant Alex.& Iaso. ubi supra. quid ergo mali fecit. quid peccauit aut quo modo potuit sibi nocere? qui id, quod à lege præsumitur (scilicet illum esse sanæ mentis) allegauit. quinimmo rectè fecit tantum abest ut ius

suum

54 *Furiosum, quem non fuisse sed sanæ mentis notario scribēti an credatur, ardua q.*

55 *Insania, res inuisibilis.*

56 *Furiosum uel insanū, quem esse, notario scribenti nō creditur.*

57 *Inditijs probatur dolus, metus, bona aut mala fides.*

58 *Hæreditatem petēs an probare teneatur testatorem fuisse sanæ mentis, ardua q.*

59 *Præsumptio iuris est allegāda. nec ea allegatio nocet.*

suum leserit. hinc est, quòd hæres scriptus in possessionem mittendus est, etiam si ex aduerso allegetur testamentum esse falsum, aut filium testatoris fuisse præteritum & similia. l. ij. cum gl. C. de edicto diui Adr. tollen. & ita alibi ostendimus hanc esse communem opin. ea potissimum ratione, quod quæque res præsumatur in priore sui statu perdurare quandiu non probatur contrarium, quodque 60 nulla uehementior, iustior, aut certior præsumptio esse possit, quam quòd homo sit sanæ mentis. Vnde Ouidius lib. i. Metamor. sic cecinit.

60 *Homo est animal rationale & sanus mente præsumetur.*

Sanctius his animal mentisque capatius altæ,
Deerat adhuc & quod dominari in cætera posset,
-Natus homo est.

Et Claudianus de raptu Proserp.

Quid mentem traxisse polo, quid profuit altum
Erexisse caput, pecudum si more pererrant.

Et Iuuenalis Satyra 15.

Separat hæc nos
A grege mutorum atque ideo uenerabile soli
Sortiti ingenium diuinorumque capaces
Atque exercendis capiendisque artibus apti.

Idque euidentius est quam longa demonstratione egeat, & tradit multa in simili Decius in l. furiosum. C. qui testamen. facere poss. col. prima post reliquos Doctores ibi. ergo ut æquius ita & uerius est, nihil obesse, quòd hæres petens hęreditatem allegauerit defunctum testantem sanum mente fuisse, quinimmo siue id allegauerit siue allegare prætermiserit semper id ita esse præsumitur; & sic obtinebit quandiu oppositum probatum non fuerit.

61 *Prodigus non testatur etiam ad pias causas.*

Quarto prodigus 61 non potest facere testamentum nec etiam codicillos, postquam ei bonis interdictum est, nec etiam ullum contractum. l. is cui lege. ff. de testamen. l. is cui bonis. ff. de uerb. obl. iuncta. l. ij. ff. de lega. i. ante tamen quam ei bonis interdicatur, diuersum esse in dictis locis plenissimè habetur. amplia ut nec ad pias causas testetur, ita Bal. in lect. ij. l. j. col. iiij. C. de sac. Eccles. Andreas Tiraq. priui. 79. in tract. de priui. piæ cau. contra Bal. in rep. d. l. j. col. ix. q. 12.

62 *Testamentum prodigi contractusque ualet antequam ei sit bonis interdictum.*

Et quia 62 quærunt doct. an curator dari, aut exemplaris subst. prodigo non dum declarato fieri possit? dic quòd omnis dispositio omnisque actus & etiam testamentum & contractus ab eo factus ualet & tenet; etiã si esset prodigus manifestus, ante quam sibi fuisset prouisum de curatore, & esset eidem interdictum bonis. & ita dixit gl. & ibi Bar. nobiliter in l. is cui bonis. ff. de uerbo. obl. & ibi Paul. de Cast. & Imol. de quo latius ibi per modernos & per glos. & ibi Bal. in l. prima. ff. de cura. furio. & aliis extra mino. dando. & idem uidetur probare tex. apertus in l. Iulianus. ff. eod. tit. ubi iurisconsultus ait, eleganter Iulianus scribit, eos quibus per prætorem bonis interdictum est, nihil transferre posse ad aliquem: quia in bonis non habet, cùm eis diminutio sit interdicta, idest bonorum administratio. & sic uult, quòd ante quam sit interdictum bonis ualet contractus gestus per prodigum, ad idem etiam in specie allego duas ualde singulares. ll. part. quæ hoc expresè innuunt in partita. v. titulo. iiij. l. j. ubi dicitur pero bel que haze ladonation es loco desme moriado o des gastador desus bienes de manera queles de sendido del iuzgador del lugar queno use dellos nobaldria ladonacion que hiziese. idem habetur in l. v. v. partita titulo. 11. ubi dicitur enlatin prodigo tanto quiere dezir en rromance como delgastador desubs bienes edes mos quesi aeste tal porestarrazon le fuese dado guardador ilefuese defendido del Iuez del lugar, queno usa'e delus bienes sin cotorgamiento de aquel suguardador ningun prometimiento quedespues desto hiziese nobaldria & sic apertè uolunt ll. part. quòd ante quam sit interdictum bonis prodigus potest contrahere aliosque legitimos actus facere, & id probat tex. loquens in testamento in l. is cui lege. ff. de testam. & tex. disponens in notorie prodigo & ibi Bar. expresè. in l. etes. tutores. §. fin. ff. ex admi tuto.

Sicq; negari non potest (id quod omnes planè agnoscunt) testamentum fieri non posse à prodigo etiam notorio antequam ei sit bonis interdictum, licèt 63 prodigalitatis uitium multa mala secum ferat & è contra multa bona parsimoniæ frugalitatisque uirtus, ut patet ex Claudiano lib. 2. in Ruffinum, dum ait,

63 *Prodigalitatis uitium perniciosum.*

Viuitur exiguo melius natura beatis,
Omnibus esse dedit, siquis cognouerit uti;
Hæc si nota forent fruerremur simplici cultu.
Classica non fremerent, non stridula fraxinus iret,
Non uentus quateret puppes, non machina muros.

quibus etiam concinit, quòd Seneca canit in Hercul. furente.

Alium multis gloria terris
Tradat & omnem fama per urbes
Garrula laudet, cæloque parem
Tollat & astris.
Alius curru sublimis eat.
Me mea tellus lare secreto,
Tutoque tegat.
Venit ad pigros cana senectus:
Humilique loco, sed certa sedet
Sordida paruæ fortuna domus
Alte uirtus animosa cadit.

his autem arridet elegans illa Horatij fabella de ceruo & equo, ait enim

64 *Fabula cerui & equi.*

64 Ceruus equum pugna melior communibus herbis
Pellebat, donec minor in certamine longo
Implorauit opes hominis, frenumque recepit:
Sed postquam uictor insolens discessit ab hoste,
Non equitem dorso, non frenum depulit ore,
Sic qui pauperiem ueritus potiore metallis.
Libertate caret, dominum uehet improbus atque
Seruiet æternum, qui paruo nesciet uti.
Cui non conueniet sua res ut calceus olim
Si pede maior erit, subuertet, si minor uret,
Lætus sorte tua uiues sapienter Aristi.

quinimmo hoc prodigalitatis uitium solet sæpissime urbes pessundare, teste Syluio Italico, dum canit in hunc modum.

Aspice late
Illustres quondam luxus quas uerterit urbes,
Quippe nec ira Deum tantùm, nec tela, nec hostes,
Quantùm sola noces animis illapsa uoluptas.

Hæc licèt ita se habeant tamen prodigalitas eius, cui bonis interdictum à iudice nondum est, non est impedimento, quo minus ipse possit omnes ut dixi contractus actus dispositionesq; facere, quas homines reliqui faciũt & consequentur testari poterit sicque alius ei testamentum facere minimè poterit exemplariter substituendo. postquam uerò bonis ei interdictum esset, tunc exemplariter ei substitui posset secundum receptiorem scribentium sentẽtiam de qua inferius suo loco disseremus. 65 iure autem regio notoriè prodigus Iudex ut puto nõ esse potest arg. l. 2. tit. delos alcal. lib. 2. ordi. & quia furoris, prodigalitatis, dementiæque uitium non præsumitur ut suprà attigimus, & nos habuimus de facto in lite. d. cathe. de Benaud. ideo dicimus 66 in primis antequam de curatore prouideatur, cognoscendum fore super dementia dicta cum sit allegatum eum esse dementem, & ei tanquam dementi ipsam curam constituendam esse, ut est casus expressus de hoc loquens in cura furiosi, uel mente capti. in l. obseruare ff. de curat. furi. cuius uerba sunt, obseruare prætorem oportebit, ne cui temere citra causæ cognitionem, plerisque curatorem det. & dicit Alber. post Oldra. cognitionem, scilicet 67 adhibendo medicos, qui cognoscant an uerè sit demens, uel furiosus; & dicit uel quòd etiã fiat probatio per publicam uocem & famam & alias probationes super dementia, eisque primo diligenter

65 *Extensio. l. 2. tit. de los al caldes lib. 2. ordi.*

66 *Dementia probari debet, antequam cuique ut dementi detur curator.*

67 *Dementia ut probetur.*

inquirendum super dementia, de quo etiam facit bonus tex. in l.cogruit §. fi. & l. sequenti.ff.de offic.præsi. in intantum quòd dicit ipse Alber. in d.l.obseruare quòd si iudex non facta inquisitione, an sit demens, uel non, curatorem det, quòd talis datio curatoris non ualet. per l.cum hi §.si prætor ff.de transac.idem tenēt etiam cōmuniter doct.in l.is cui bonis ff. de uerb.obli. dicentes, quòd ante quam cura detur dementi & furioso uel prodigo, quòd debet adhiberi causæ cognitio super ipsa dementia uel furore. quæ omnia pluribus iuribus possent confirmari: sed omittimus, quia non necessarium, cùm habeamus casum legis, & quia est clarum quòd interest ante omnia super ipsa dementia cognosci, quia

68 Mente capti cura durat post annum 25.

68 si est mēte captus debet dari sibi curator, ita quòd curam habeat etiam post.25. annos dicti hominis. ut in l.i.C.de cura.furio.cum uulga. & quia 69 in cura furiosi uel mente capti maius periculum est, propter dementiam personæ, quam in tutelis aliorum, ideo cautius est agendum, ut probatur in l. cum repudiaitte C. de cura. furi.ubi Odofr. prædicta uerba dicit, & quia debet dari quando est mente captus secundum formam l.de creationibus C.de episcop.audient,& l.fin.C de curat.furio.& quæ formam in datione dictæ curæ debet adhiberi latè prosequitur Anchar.in consi.314.incipi uidetur prima facie. ubi dicit, quòd si datur curator mente capto etiam adulto & minori.25.anis, debet dari secundum formam dictæ l.de creationibus & aliorum iurium, quæ ponunt formam dandi curam furiosis uel mente captis. & in propriis terminis est glos.sing.de prædictis in l. hęc autem ex quib.cau.in poss.eatur.ff.quam ibi commendat ad hoc Bar.quod 70 in dando curatorem furioso, uel mente capto, eius petitio non requiritur nec attenditur, quia iudicium nullum habet. quam dicit esse singu.Bal.in d.l.is cui bonis & in singularibus suis in parte curator, ubi multum notat d.glos.ad prædicta & tenent Docto.in l.qui habet ff.de iudi.idem etiam tenet Bar.in §.furiosus inst.de curato.ubi melius quam in aliis locis hoc tradit, dicens, quòd furiosus non potest petere curatorem, 71 immo quòd non testatur nec attenditur uelle eorum, uel petitio, quia non habet uelle nec nolle.argu.l.ii.§.fin.ff.solu.matri.& ideo quòd etiam inuito demente uel furioso datur, idem etiam ibi tradit Bal.dicens, quòd ipsi propter eorum dementiam non possunt curatorem petere idem etiam dicit ibi Ioan.de placea notabiliter in proposito & singulariter Deci. in d.l. furiosi. ff. de reg. iur. quæ omnia adcò sunt uera. quòd ut dicunt.Angel.Roma.& communiter scribentes in dicta.l.is cui bonis cùm nullum habeat iudicium nec uoluntatē mente captus uel furiosus, non requiritur quòd citentur ipsi quando eorum cura debet dari, ut requiritur in creatione curatoris aliorum. quod dicis singulare Deci.in d.l.si furiosi & illud etiam non est prætermittendum, quòd 72 huiusmodi personis onus tutelæ uel curæ inuitis non imponitur: quin etiam & illis uolentibus & sponte suscipientibus (si modo earum personarum ulla uoluntas est) denegaretur. hoc amplius, si quando rite tale onus eis impositum fuisset; tamen 73 per huiusmodi morborum superuenientiam finiretur & extingueretur.tex est in l.i.iuncta glo.C.qui morbo.ibi, luminibus captus, aut surdus, aut mutus, aut perpetua ualetudine tentus tutelæ seu curæ excusationem habet.lib.10.& ibi gl.& docto.dicunt, quòd non solùm habet excusationem in casibus tex.immo quòd & si uellet, non posset esse curator. est etiam bonus tex.in l luminibus.ff.qui dari.tuto possunt. & etiam in l.14. titulo. 16. partita.6. ibi otro si el que fuere mudo o sordo nopuede ser guardador democos ni el que fuere ocasionando ni embargado de su persona o en otramanere deguisa que nopudiese entender nirabaxasse en pro dellos idem etiā dicit.l.4. eiusdem tituli & notabiliter per Azo in summa qui dari tuto possunt.& per docto. in l.i. C. qui morbo lib.x.& in l.prima C.qui ætate, facit tex.in.§.fi.instit.de

69 Cura furiosi eget maiore causæ cognitione quam cura minorum.

70 Prodigo, furioso, & mente capto sine ipsorum petitione datur curator.

71 Furiosus & mente captus nō citantur, cùm eis datur curator.

72 Tutela onus furiosis & similibus non imponitur inuitis nec uolentibus

73 Cura non imponitur surdo & ęgrot.

cura.cum similibus. ubi etiam postquam alicui est data cura, si efficitur ualetudinarius uel aliter detentus fit, ita quòd non possit gerere negocia pupilli, actor periculo ipsius curatoris institutus. est etiam de prædictis bonus tex. in l.penul.ff. de tutel. & facit bonus tex. in l. non solùm.§.si quis ita.ff.de excusat.tuto. iuncta glo. in uerbo à tutela, ubi habetur, quod si quis ita sit ęgrotus uel infirmus, quòd non est spes sanitatis quod etiā tutelam, quam semel habuit nunquam habebit. & est bonus tex.in .l.idem Vlpianus ff.eo.tit. facit ratio text. in §.minores insti.de excusa.tut.ibi, cum erat inciuile, eos, qui alieno auxilio in rebus suis administrandis egere noscuntur, aliorum tutelam uel curam subire. facit bonus tex.in. l.fin.C.de legi.tuto. & latè de hoc per Speculum.in tit.de tute.§.generaliter & argumento tex. in l.is qui de tuto.& cura. datis ab his. ibi, de his qui in ea causa sunt, ut superesse rebus suis non possit, &c. facit etiam tex.in l.post susceptam de excusa.tut. & ibi gl.notabilis. bonus tex.qui prædicta dicit in l.penul.§.fin.ff. eod.tit.ibi si tanta corporis ualetudine ab agendis rebus libertatibus prohibeatur ut nec suis negociis sufficiat. necessitati erit succurrendum, ne ei iniungatur tutelæ munus, quod exerceri non potest, nisi cum incommodo pupilli & aduersus utilitates eius &c. Ad prædicta 74 facit bonus tex.in c.Florētinus 85.dist. ibi, sed ita ętatis senio. iam confectum accipimus, ut ad regiminis officium non possit adsurgere. bonus text. in c.literas de renuncia. & ibi per docto. & in c.nisi cum pridem de renun. per Ioan. de Platea in l.fin.C. qui ętate lib.10. ubi dicit, quòd tanta potest esse senectus, quod aliquem reddat inhabilem. facit l. solet. ff. de tutel. ibi propter aduersam ualetudinem, uel senium, ętatemque. & facit, quia senectus est morbus ut in cap. magnæ deuot. unde Terentius, ipsa senectus morbus est. & dicitur secundo Regum 10. senes ualde dicitur octagenarius, & tali seni non est sensus, ut ibidem, quod ad literam refert in diction. Alber. in parte senex, dicens amplius 75 quòd dicti sunt senex, quia se nesciunt, quia propter nimiam ętatem delirant, & quòd dicti etiam sunt sines, a sensus diminutione. adde quòd licèt regulariter onus tutelarum, curæ & similium agnatis & reliquis, qui ab intestato ad agnatorum successionem à lege uocantur, etiam inuitis imponatur. siue loquamur de tutela minorum, siue etiam de tutela & cura furiosorum, dementium, prodigorum, & similium.l. quo tutela ubi Dec.& alij ff.de regul.iuris. tamen sunt personæ, quibus inuitis non imponitur, sed demum uolentibus & petentibus. qua in re sciendum est, quòd tutela 76 matris uel auiæ est anomala; ut per glo. & Docto.in d. auth matri & auiæ & Bar.in l.si tutor petitus ff.de tuto. & cura.dat.ab his & Specul.in tit.de tutore.§.nunc dicendum & communiter Docto. in c. ex parte eur. de appell. ita quod licèt regulariter omnis tutela sit necessaria, auiæ tamen non datur nisi uolenti.ut in d. auth.matri & auiæ, ibi, permittitur, & ibi notant Cyn. Alber.Bar.& Docto.& 77. debet se offerre & petere curam iudice, ut in tex. ibi,si inter gesta, & ibi tenent Glos. Salic. & Docto. ac debet renunciare nuptiis & aliis de quibus in tex. alias ut ibi dicitur, excluditur à tutela & cura, & quòd excludatur & censeatur noluisse dictam curam, ex quo infra quatuor menses dictam curam non petiit.tex. est sing.in auth.presbyteros la.ii. C de Episc & cleri. quam ad hoc ibi expressè notat Bar.& Salice. subiungens hæc uerba, ita quòd uocati ad legitimam tutelam uolentes & non inuiti debent infra quatuor menses declarare apud iudicem, quòd tutelam sponte suscipiunt. quod est notabile propter matrem, & auiam, quas uolentes uocat lex. ut auth. matri & auiæ. nam uides quòd ita demum eis suscipere permittitur, si intra quatuor menses hoc declarent. ergo postea non admittitur. hæc ille, idem probatur 6.partita.tit.16.l.14.ibi.Pero debem

uenit

74 Senectus morbus est.

75 Senex unde dicatur

76 Tutela matrix anomala est.

77 Tutelam legitimam qui infra 4. menses non petit postea non admittitur

uenit ante el Iuez ordinariu del lugar facta quatro meses desque supieren que aquel supariente murio e dexo hisos sui guardador. & idem tenet apertè Bar.in d.auth. matri & auiæ & melius ibi Angel.col.ii.dicens hæc uerba, potest etiam dicere quòd si stetit per tres menses uel quatuor, & hoc fuit iudici liquidatum, dicitur auia negligens. ut in auth.presbyteros.& de ista liquidatione dicit ibi Bal.quod non est necessaria. & idem apertè tenent Cynus Odof. & ibi Docto. dum loquuntur in mora auiæ ad petendum curatorem. idem uidetur tenere Bal.in §.nos autem instit.de Attilia.tut.& tenet expressè Bar.in l. tutor si petitus.ff.de tuto. & cura.dat.ab his.ubi Bal.sibi cõtrarius hoc singulariter tenet dicens, quòd inducitur tacita renunciatio per matrem & auiam ita quòd postea non admittitur ex lapsu quatuor mensium. idem tenet etiam notabiliter Ioa. de ana. in consi. 100.uisa petitione dicens, quòd auia post quatuor menses excluditur à tutela uel cura & est in mora. & in hoc etiam uidetur inclinare Phil. Deci.in consi.16. colu.fin. & dicit Cyn.in d.auth.matri & auiæ quòd ex quo auia est in mora, quòd dicitur nolle curam.argu.l.alienationis uerbo.signifi.& Bart.etiam in l.ii.ff.qui petant tuto. dicit quòd si per moram excluditur auia in tutela, quòd non requiritur alia renunciatio, & fortius dicit Bart.in l.ii.§.confestim.ff ad Tertul.quod infra quadraginta dies tenetur petere. ¶Ille autem articulus sæpe cõtrouersus est, quẽ ex facto agitatũ uidimus in causa d.comitis de mõt.

78 Mente capti aut furiosi cura, an legitima sit?

78 an mẽte capti cura legitima sit, nõ secus quam cura furiosi? & dato quod sit legitima, an sit cõmittenda ei, qui ad talis furiosi uel mente capti successionem primus uocatur ab intestato, uel à lege in hæreditatibus uel ab homine in constitutione maioratus? & uidetur quod tali cura sit legitima. & Primò ad hoc allego tex. in l.ii.C.de curator. furio. ubi dicit tex.quòd beneficium minoribus concessum in quo prohibetur possessiones rusticas siue decreto alienari non posse, iuste ad agnatum furiosi porrigitur. sequitur litera, si igitur citra decretum præsidis fundus mente capti etiam ab agnato eius ubi pignori nexus sit, uinculum pignoris in eo non cõsistit.

79 Furiosus & mente captus an parificentur.

79 Ecce ergo quòd lex in principio loquitur in furioso, & retento eodem themate in decisione eiusdem casus, concludit idem in mente capto. & sic in decidendo ponit pro eodem mente captum & furiosum. item & secundo pondero illa uerba tex. fundus mente capti etiam ab agnato eius.i.a curatore agnato, qui tex. præsupponit quòd & mente capti curator agnatus est, &

80 Mente capti & furiosi cura datiua est, non legitima.

80 sic cura est legitima & non datiua. quod hæc inductio sit uera, probat ibi gl.in parte agnatum, dum dicit agnatum eundemque curatorem & ad hoc Bal. ibi ponderat illud uerbum mente capti, & dicens, apostillando illud pro eodem ponit mente captum & furiosum. hoc idem fundat tex. in l.consilii §. curator ff.de cura. furio.ubi in pri. iuris consultus loquitur in mente capto & postea decidit in furioso.idem uidetur probare tex. in l.obseruare ff.eo. secundo ad hanc partem facit. quia

81 Furiosus & mente captus æquantur.

81 non potest dari ratio quare sit magis cura legitima in furioso quam in mente capto.nam si utrique prouidetur de curatore in persona & rebus eorum propter defectum iudicii. & hic defectus pariter est in utroque, quare leges disponentes in furioso super cura ipsius, non habebunt locum in mente capto? cum utriusque sit eadem ratio conseruationis personæ & bonorum & sic considerata identitate rationis, permittitur in legibus extensio. & ad hoc propositum singulariter locutus est Ioa. de Imol.in l.si uero.§.de uiro.ff.de solu.matri.& in l.si cũ dotem in prin.ff.eo. traditur per gl.& doctores in Cle.i. de rescrip.tertiò ad hanc partem allego tex.singularem in l.i.iuncta.l.ii.cum gl.sua in uers.non dubitabit, de curat.fur.ff.dicit tex.in d.l.i.loquendo in curatore furiosi Sed stat diui Pii rescriptum filio potius curationem permittendam in patre furioso, si tamen probus sit. sequitur tex.in l.ii.& dicit.in mente capto nec dubitatur filiũ quoque patri curatorem datum.addit glo.nec dubitabit ut in l.i.in fin.quasi uelit glo.dicere quòd eodem modo quo prouidetur in d.l.i.de curatore legitimo patri furioso eodem modo prouidetur in d.l.ii.de curatore legitimo patri mente capto. & certe illæ leges sic ponderatæ uidentur determinare quæstionẽ nostram. ultra sic prædicta ad hoc quòd iura quæ loquuntur in furioso habeant locum in mente capto allego duas.ll.singulares, ex quarum coniunctione istud infertur necessariò uidelicet tex.in l.fi.§.sin autem præsentes iuncta glo.super uerbo cõstito de curato.furio.& iuncta.l.humanitatis C.de im pub.& aliis subst.quam allegat d.gl.dicit enim tex.in d.l. fin.quid fiendum erit, si parentes filii furiosi ab hac luce migrauerint? & respondet quòd seruetur constitutio quæ dicta est de his, quæ in test.furioso filio relinquenda sunt, subdidit glo. constitutio, quam habes infra de impub. & aliis.l.humanitatis quæ dicit quòd si parentes habeant filios uel filias mente captos indulgetur iis, ut legitima portione relicta, possint eos, quos uoluerint substituere. Ecce ergo quod illum, quem uocauit.l.fi. C.de cura.furio. furiosum, uocat l. humanitatis mente captum, quæstio enim formata in d.l.fin.in furioso est, & remittit ad l.humanitatis quæstionem & determinatur in mente capto & isto modo & ad hoc propositum reperio inductas has.ll.per Raph Fulg.cons.80.ii.col.incipit quidam seruitutis. & est ponderandum quòd in d. l.fi.non est aliquod uerbum in mente capto disponens, sed semper est locuta in furioso.& in d.l.humanitatis nõ est aliquod uerbum, quod sonet in furioso sed tota lex loquitur in mente capto, & sic ex supra dictis clarè infertur quod iura loquentia in furioso habent & locum in mente capto.bene facit ad supra dicta.l.partite vi.partita tit.16.l.13.dum tex dicit, & a un los mayores fiendo locos & des memoriados &c. & lex ponit pro eod. furiosum & mente captum. Quinto ad hanc partem accedat tex. expressus in authen.ut hii qui obligaras.§.& hæc dicimus coll.vi.cuius uerba sunt, & hæc dicimus in omni curatore in quibus omnino curas aliquorum introducunt leges prodigorum fortè atque furiosorum aut dementium. quem tex.notat ibi Ange.Peru.dicens, ibi esse casum expressum, quòd

82 Legitima cura an sit mente capti & furiosi cura.

82 cura mente capti est legitima non datiua, & idem dicit ibi Bar. quòd in illo.§.est casus expressus quòd cura mente capti est legitima & est ponderandum Bar. patrem legistarum qui tantæ fuit auctoritatis dicere ibi esse casum expressum de quæstione. & illum tex.notat Bal. secutus istam partem in l.si furiosi.C.de nupt. & istam decisionem Bal.refert & sequitur Alex.ibi in Apostillis & in l.ex facto §.i. ff.de uulg.& pupill.ix.col.& Ias.in l.patre furioso.i.col. in fi.ff.de his qui sunt sui uel alie.iur.& Iacobi.in l.humanitatis.C.de impub.& aliis subst.pe.col.hanc eandem conclusionem tenet ipse Bal.in l.sed & milite. §.iam autem.ff.de excusa.tuto ubi dicit quòd tex. esset de hac q. ualde singularis in d.auth.ut hii qui obliga.hoc idem tenet ipse Bal.in l.amicissimos §. Lutius.ff.de excusa. tuto. & in l.uenteri.ff.de tut.& curato.dat.ab his. ubi dicit quod

83 Furiosus est mente captus.

licèt reperiatur cura legitima minorum furiosi & prodigi, idem tamen est in mente capto.

83 Stat ergo ex superioribus, quòd furiosus mente captus, & prodigus. quibus bonis interdictum fuit, non possint facere testamentum, & quòd mente capti cura, legitima sit, non secus quam cura furiosi, pro quo l.furiosum.C.qui test.fac.poss.estque tex.expressus in §. item furiosi inst.quib.non est permis.face.testamentum ibi item furiosi,quia mente carent. unde apparet, mente captum esse, quisquis furiosus est.neque in alio differt, nisi in eo dumtaxat quòd

84 Mente capti nomen generalius quam furiosi,

84 nomen mente capti generalius est quam furiosi ut declarat Corn.consi.118.in causa uertente lib.iii.num.1.Dec.in in l.humanitatis in prin.C.de impub.idem Dec.in.l.furiosum in prin.C.qui testa.face.pos.Curtasi.in d.l.humanitatis.in prin.Alcia. lib.ii.parergon.capite.26.unde

85 Furiosus & mente

85 apparet, ueram nõ

ca-

esse differentiam, quam tradunt Bal. in l. ii. C. de curat. furio. & in l. si furiosi. C. de nupt. Alex. consi. 54. lib. ii. Ias. in d. l. furiosum num. 2. & in d. l. humanitatis. num. 3. uuns

captus tam existenter quàm apparenter æquè insaniunt contra Bal. Alex. & Ias.

enim, furiosum esse & appellari eum, qui insaniam aperte monstrat; mente captum autem eum esse, qui eam magis occultam habet; ut sic licèt utique insaniat, tamen euidentior & apertior sit in actibus exterioribus dementia furiosi quam mente capti. sed hæc differentia uera nõ est, nam furiosus & mente captus idem sunt, tam existenter quam apparenter, & in eo solùm differentia est, quod furiosus trux, iracundus, feroxq; sit, mente captus autem mitior & placidior ut tamen per hoc non magis occultam habeat unus, quam alter insaniam. amplia ut 86 etiam codicillari nequeat. l. ii. ff. de lega. i. licet testamenti appellatione codicilli large contineantur. ut no. in l. ii. C. com. de lega. & in l. ii. C. de consti. pe. l. nec codicillos. C. de codi. quod autem diximus, mente captum aut furiosum non posse testari. 87 limita ut non procedat, quando testamentum factum fuit tempore dilucidi interuali, hoc est tẽpore intermissionis furoris. ita probat tex. in d. l. furiosum. ubi per omnes. Secundo 88 limita ut non procedat, quando testamentum fuit factum antequam curator datus esset ei testatori, qui modo est furiosus, uel mente captus. ita eleganter resoluit. Corn. in d. consi. 216. num. 1?. lib. iii. quia cùm quilibet præsumatur sanæ mentis, non sequitur, quòd qui hodie furiosus est, furiosus etiam fuerit, tẽporeq; anteriore furiosum fuisse, facit tex. in l. ii. ff. de testa. cogita. Tertio 89 limita, ut non procedat, quando teste. de furore deponentes, non redunt rationem de causa furoris, quam redere tenentur etiam non interrogati. ita tenet Corn. in d. consi. nu. 16. & per eũ in d. l. furiosum. ubi Deci. num. 28. & ibi Gal. idem Bal. in c. cum causam de test. & in l. solam. C. eod. tit. & Inno. in d. c. cum causam. & Paul. in d. l. furiosum. & sic ista est communis opin. Quarto 90 limita ut non procedat, quando testamentum a furioso fuit rite & rectè factum. nam tunc licèt probatum fuerit quòd testator erat furiosus ante testamentum, nec fuerit probatum quòd habebat dilucida interualla, ad huc tamen eo ipso quod rite & recte testamentum fecit, præsumitur quòd tempore testamenti furor intermissus fuit. ita eleganter tenet Corn. in d. consi. 216. lib. iij. num. 15. Pontanus in l. furiosum suprà. all. Ioanes. Andre. n. c. fin. de success. ab intes. Bal. in c. i. per quos fiat inuesti. & est dictum mirabile secundum Pontan. & Corn. ubi supra quod tamen multi improbant, quales sunt Ias. & Deci. num. 14. in d. l. furiosum qui plures allegant & hoc tutius est.

86
Furiosus non codicillatur.

87
Furiosi testam. ualet in casibus.

88
Furi. si testam. antequam ei curator daretur, an ualeat.

89
Furoris testes causam redere debent etiam non interrogati.

90
Furiosi testam. rite & rectè factum, an ualeat, arduus q.

Quinto limita, 91 ut non procedat in testamento facto (secundum quosdam) ad pias causas. in contrarium tamen se habet (ut per Tiraq. de priuil. piæ ca. priu. 79.) communis opin. ut laté per dominum Alex. Bal. & Deci. num. 15. in d. l. furiosum, qui plures alleg. licèt non desint, qui contrarium tueantur. an autem 92 furiosus, qui ante furorem homicidium perpetrauit, sit decapitandus non secus quam si furore correptus non esset, tradunt plenè Ias. num. ?. in d. l. furiosum idem Ias. num. 30. in l. ex facto. ff. de uulg. Deci. col. fi. in d. l. furiosum. & secundũ eos communis opi. est negatiua, ut talis furiosus. non sit decapitãdus, quia satis furore suo punitur. l. diuus. ff. de offi. præsidis. neque afflictio addenda est. l. unica. C. ante aper. tab. & quia furiosus habetur loco absentis. l. ii. §. furiosus. ff. de iure codicil. absens autem capitaliter puniri non debet. l. absentem. ff. de pœn. & quia furiosus pro mortuo habetur, mortuus autem pœnæ capitali affici non debet. l. defuncto. ff. de publi. iudic. ita tenet. Bal. in l. humanitatis C. de impub. ut is furiosus decapitandus nõ sit. Cyn. in l. ii. C. qui test. face. poss. Bal. & Alex. in l. furiosum. C. qui testa. face. pos. idẽ Alex. in d. l. ex facto. Bal. in c. i. & ibi Aluar. de eo qui interfe. fratr. suum. Imol. in c. Raynutius de test. in materia exemplaris substitutionis. Contrariam partem tenet Roma in d. l. furiosum & in l. pe. ff. si ex noxa. cau. aga. idem tenet Ias. in puncto iuris. in d. l. ex facto. & in d. l. furiosum per tex. in l. diuus. ff. de offi. Præs. ubi tex. distinguit inter furiosum perpetuò, qui ex delicto non obligatur, neque punitur, & furiosum habentem dilucida interualla, qui tempore intermissionis, si deliquerit & obligatur & puniri potest etiã redeunte furore. unde multo magis obligatur delicto is qui furiosus non erat tempore facinoris licèt postea insanire cæperit, ut non solum delicto obligatus uideatur, sed etiam puniatur. etiam si furere incipiat. Vnde apparet non procedere, quòd Deci. ait in d. l. furiosum in fi. dicens, quòd licet in specie nostra, furiosus delicto obligetur, non tamen potest fieri executio; & re uera ille tex. hanc partem decidit. ut firmat Iaso. in dd. locis. Quod ultra omnes probatur una ratione. nam 93 pœna morti, non afficitur facinorosus, ut in posterum emẽdatus existat, cùm post mortem emendari non possit, sed ut eius punitio reliquis exemplo sit & terrori; ut a simili facinorum perpetratione arceantur. l. i. ff. de inst. & iu. nam delictum semel commissum, per necem delinquẽtis infectum non reditur. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. & postlim. reu. hæc autem ratio, ut punitio delinquentis reliquis terrori sit, militat etiam in hoc casu. ergo &c. prçterea faciunt l. i. ff. de pœn. & alia de quibus per Iaso. ubi supra qui respondit sufficienter ad fundamenta partis contrariæ. sed in usu forensi non recedatur à communi. Sexto limita, 94 ut testamentũ ualeat, licèt fiat à semidemente hoc est abeo, qui est ferè in ultimo uitæ spiritu. ita tenet Ang. Paul. Alex. Corn. Iaso. nu. 3. & alij communiter in l. quoniam indignum per tex. ibi. C. de testamen. ibi quç semmecis & balbuciens lingua profudit. quem tex. reputat singularem. Roman. qui idem. sequitur consi. 179. amplissime. doctor in. ui. col. ad idẽ tex. in l. Panphilo. §. propositum in uerbo in discrimine uitæ. constitutum per infirmitatem. ff. de leg. iii. tex. in l. si pater. §. fi. in uerbo in extrema esset ualetudine. ff. de fidei co. libert. tex. in c. nos quidem in uerbo de hac luce migrante. & in c. Raynutius. in uerbo in extremis positus de testam. & in c. si. in uerbo agens in extremis de succes. ab intest. late Deci. consi. 489. in casu occurrenti num. 4. tenet. glo. in d. l. quonia indignum in uerbo seminecis Ang. in l. in aduersa. ff. de testam. idem Ang. in l. in fraudem. §. j. ff. de milit. testamento. Corn. consi. 91. in causa uertente lib. iiii. col. fin. ubi subdit, quòd semimortuus. & semialienatus a mente potest testari. facit. quia testator prçsumitur turbatus mortis cogitatione l. hac. consultissima. §. at cum humana. C. qui testam. face. poss. in auth. de trien. & semiss. §. illud. limita 95 ut Balbutiens & semialienatus a mente, non aliter possit testamentari, quã si articulatè loqui possit. ista est uera & cõis opi. ut latè per Deci. in d. consi. 489. nu. 4. Bart. Bal. Salice. Paul. Alex. Corn. Iaso. & reliqui communiter in l. Iubemus per tex. ibi. C. de testa. Alex. consi. 33. lib. iii. & consi. 185. super his lib. vii. Bal. consi. 320. quidam lillius. in fi. lib. iiii. ut refert. Deci. ubi supra Ang. & Imol. in d. l. in aduersa. idem Ang. in l. in fraudem. §. sicut. ff. de re .mi. Roman. consi. 306. proposita consultatio Ang. de Areti. instit. de testa. in prin. quos refert & sequitur Ias. in d. l. quoniam indignum. per tex. in d. l. iubemus ibi neque articulatè loqui possit mortuo similis est, & falsitas in elogiis committitur. & Guiliel. in d. c. Raynutius. fol. 154. nu. 1. & fol. 158. nu. 27. unde is iudex esse non posset. arg. l. ii. tit. 15. lib. ii. ordi. ibi quç se a enduda si guareeera o no. quod nota. 7. limita. ut non procedat. quando, testamentum furiosi. factum esset ante furorem. nam 96 tunc furor superueniens non uitiat testamentum; quia habilitas sanç mentis inspicitur tempore quo fit testamentum. l. furiosum. C. qui testa. face. pos. l. ii. C. de testa. ubi per omnes. & notabiliter per Iaso. in simili in l. si arrogator nume. 13. ff. de adoptio. habes ergo nõ posse testari filiumf. monachum, prodigum, furiosum, mente captum, sicque sunt quinque casus.

91
Furiosi testam. non ualet etiã ad pias causas.

92
Furor superueniẽs an impediat delictũ puniri cum Ias contra commun.

93
Pœna ad quem fuit imposita

94
Testari potest semimortuus.

95
Testari non potest qui articulatè loqui non ualet.

96
Furiosi testam. ante furorem factũ ualet.

97
Seruus nõ testatur, cum communi.

6. Seruus 97 non potest facere testamentum,

quia

quia testamentum est iuris ciuilis.l.iii.ff.de testam.& plenè.suprà diximus.§.i.in princ.seruus autem quod attinet ad ius ciuile pro nihilo reputatur.l.quod attinet.ff.de reg.iu.in prin.instit.quib.non est permis.face.testamen.l.si filius f.ff.de testam.intellige primò in seruo uero.ut.d.ll. secúdo intellige etiam in seruo putatiuo.iii.intellige,& in eo,qui neque seruus re uera erat, neque etiam seruus reputabatur, sed tamen de statu suo dubitabatur, ut latè per Bar.& omnes in.l.si queramus.ff.de testam.4.intellige etiam in eo,qui uendidit se ad precium participandum,nam & testamentum facere non potest. ita resoluit.Corn.consi.176.in præsenti consultatione.num.7.lib.ii.post Ang.& Bal. quos all. in.l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de uerb.obli.per tex in.l.& seruorum. ff.de statu homi.& per §.fin.instit.de iure person. 5.intellige etiam in eo, qui seruum se fecit per actum meritorium puta per monachismum ut in auth.ingressi C.de Sacro.Eccl.& tradút Corn.& alij ubi supra.unde infert.Corn.ibidem.post Bal.& Ang.in d.l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de uerb.obliga.quòd 98 ualet donatio omniú bonorum præsentium & futurorum. quia licèt per hoc restringatur facultas testandi, uel successores habendi. arg.tex.in princ.inst.de lege falci.& in l.j.in prin.ff.eod.tit.& in l.i.in prin.ff.ad Trebel.tamen id in consideratione esse non debet, cùm etiam ex toto possit quis abdicare a se facultatem testandi per omnem actum, siue ille meritorius sit, qualis est monachatio,ut in d.auth.ingressi,siue ille sit demeritorius & detestabilis,qualis est cùm quis uendit se ad precium participandum. ut in d.l.& seruorum.d.§.fi.inst.de iure person. licèt in contrarium se habeat cómunis opin.ut fatetur idem Corn.ubi suprà & tradunt cómuniter doct.in l.fi.C.de pact.& in.l.pactum dotali C.de collatio.sed nó recedas a communi.opin.quam.infra noua ratione tuemur. denique qua ratione,seruus non potest facere testamétum; eadem quoque ratione non potest esse iudex.ut expressum est, in l.iii.tit.15.lib.ii.ordin.nisi in terminis.l.j.C.de testam.& l.Barbarius ff.de offic.Præto. codicillos 99 similiter is seruus facere non poterit.arg.l.ii.& quæ ibi tradunt cómuniter doct ff.de lega.i.quia 100 testamenti appellatione etiam codicilli largo modo continentur. ut notatur in l.ii.C.communia de lega.& in l.ii.C.de constit.pe.& probatur in prin.inst.de testa. ibi testatio mentis.etsi aliter sit strictè sumpta uoce capiendo.l.si idem.C.de codicil.

98 Dn omniú bonorum præsentiú & futurorum ualet contra communem.

Seruus iudex esse non potest.

99 Seruo non licet codicillari.

100 Testam. app. an codicilli ueniant.

7. testamentum facere non potest, ut & iam attigimus ille, qui 101 uendidit se ad precium participandum.l.si quis filio exhæredato.§.irritum. ff. de iniust.rup.iuncto §.fi.inst.de iure perso.cum simi. cuius rei ratio eadem est, quæ in reliquis seruis.nam seruus, quod attinet ad ius ciuile pro nihilo reputatur.l.quod attinet.ff.de reg.iur.ubi multa per Dec.& Cag. nec dubium est, quin testandi facultas à lege ciuili descendat.l.iij.ff. de testamen.l.lege obuenire.ff.de uerborum signi. ité quia seruitutem mortalitati comparamus. unde ut testamentum facere non posset, qui re uera mortuus esset; ita & is seruus testamentum facere prohibetur,arg.l. seruitutem.ff.de regu. iur. sicque uides casum, 102 in quo quis sibi ipsi potest testandi facultatem adimere, cui rei aduersari uidetur.l. si quis in principio testamenti.ff. de lega.iii.ubi quis sibi facultatem testandi, aut testamenti mutandi adimere non potest.&.l.si mihi & tibi.§.fi.ubi multa per Ias.in utraque lect.ubi & Alex.ff.de lega.j.sed responde, nuda uoluntate non posse, quem sibi testandi facultatem adimere sed per alicuius facti interuentum posse; siue sit demeritorius ut.d.§.irritum, ubi sunt hac de re multa exempla,siue etiam meritorius ut puta 103 per ingressum religionis ut in auth.ingressi.C.de Sacro.Eccl.ubi est alius casus principalis, in quo quis desinit posse testari ex proprio facto suo,quia cùm se & sua Deo dedicauerit, ut ibi, reliquum est, ut amplius testari non possit. quia per legem fieri non potest,ut qui nulla bona habere possit, is heredem habeat.ut nominatim dicit.l.lex Cornelia.ff.de uulg. sed & per factum, medium,hoc est nec meritorium nec demeritorium potest quis sibi adimere facultatem testandi, hoc est testamenti mutandi, sicque alterius denuo testamenti faciendi.quale est in specie sequenti.nam & si testamento suo quis dixerit, hanc esse uolo meam ultimam uoluntatem, quá me non reuocaturum promitto; & si contigerit me illam reuocare,uel aliud cótrariú facere testamétú ex núc dono omnia bona mea tibi hæredi instituto in isto meo primo testaméto, talis clausula etsi nó ualeat quasi auferat liberá testandi facultatem,arg.l.stip.hoc modo.ff. de uerb.obl.ut ita tenuit Bar.in.l.si quis in prin.testam.num.12.ff.de leg.iij.facit.l. Tauri.69.Bar in.d.l. stip. hoc modo & est communis opin. secundum Corn.consi.60.lib.ii.col.ii.est communis secundum Curt.Iuni.in l.fi.num.57.C.de pact.Paul.de cas.consi.82.infi lib.ii.Ripa lib iii.responsorum.c.14.Cagnolus in d.l.fi.num.220.ubi Iacobi.nu.37.& Purpu.nu.240.Curti.Iuni.consi.25. clau.in.l. licet C.de pact.Pala.Rub.& Castell.in Taurina.l.69.Aymon.Sanili.consi.139.Fortu.de ult.fi.ill.20.adeò ut hac in re iuramétú non prosi, secundú plerosq; eorum quos modo retulimus. argumento.l.si quis in principio testamenti.ff.de lega.iii. cum similibus.l. si iure.ff. de lega.iii.l. si mihi & tibi.§.in legatis.ff.de lega.j.tamen contrariam partem tenet Fortu. ubi suprà & propterea firmat ualere donationé illá omniú bonorú factam cum iuraméto. ut tenet Bar.in.l.fi.C.de pact.ubi Fulg.Iacobi.Ias.Lancel.& Deci.num.31.& Cagno.num.203.Purpu. num.242.secundum quos ista est communis tenet Abb.in.c.fi. de succes. ab int.Felin.in.c.præsentia num.5.de proba ubi Deci.nu.8.& hæc posterior pars receptior est, quádo interfuit iuramentum, sed prior sententia frequentius recepta est, quando iuramentum non interfuit. quod obtinet quò ad firmitatem donationis omnium bonorú præsentium & futurorum, non sic quò ad impediendam testamenti reuocationem, & ita superiores uarietates conciliari fas est.

101 Testari non potest, qui se uendidit.

102 Testandi facultatem potest quis sibi adimere per factum meritorium, uel demeritorium uel medium non tamen nuda uoluntate.

103 Monachus non testatur.

Testa. an iuramento fiat irreuocabilis.

8. impubes 104 non potest facere testamen. ut in.§.præterea instit.quib.non est permis. face.l.13. tit i. part.6.l.qua ætate.ff.de testam.Bar.& omnes ibidem,idé Bar.in.l.j.§.fuit quæsitum ff.ad Trebel.num.3.idem Bar.in.l. si quæramus ff.de testam.latè Decius in.l. in negocíis de reg.Iur.Ias.Decius. & alii in.l.furiosum.C.qui testa.face.poss.adultus 105 uerò siue habeat curatorem siue non,testamentum facere potest.l.Aurelio.§. Gaius.ff.de lib.legat.ubi Bar.& omnes Docto.Decius nume.9.& ibi Ias. & alii in d.l.furiosum glo.in.l.si curatorem habens minor C de in integr.restitut.l.cum pater. §. curatoris.ff.de leg.ii.ubi per docto.& impubes similiter iure regio iudex esse non potest, quia animæ prudentia in iudicádo,nó secus quam in testaméti factione desideratur.l.ii.tit.delos iuzgadores lib.ii.ordi.neque authoritas cósiliumque curatoris hac in re sufficeret, quia iudex in iudicando suamet prudentia, non aliena uti debet. per.l.j.eod.tit.per quod utraque.l.notanter ampliatur.quinimo etiam si adultus sit, similiter iudicare non poterit: nisi habeat annos uiginti.per.l.iii.eod.ti.neque per interuentum curatoris (ut diximus) ætatis defectus hac in re suppletur.denique 106 & dies cœptus, quo ad potestaté testandi habetur pro impleto,ut in d.l.qua ætate.& quando dies cœptus habeatur pro impleto, tradit plenè Iaso.in.l.eum qui calendis nu.2.ff. de uerb.oblig. & quòd minor 25.annis sine consensu curatoris possit testamentum facere,ultra præalleg. tradit plenè Guili.Bene.in c.Raynutius de testam.parte.j.in uerbo adiectæ impuberi nume.88.quod satis mirandum est, ut qui unam minimam rem inter uiuus alienare non possit sine curatore,neque etiam cum eo sine decreto iudicis,is sine curatore & etiá sine decreto posit uniuersum patrimonium alienare: præsertim cum testator præsumatur turbatus mortis cogitatione:unde longè minus minori testanti licere debe-

104 Impubes non potest facere testamentum adultus aut potest etiá sine auctor. curatoris.

105 Adultus testari potest.

106 Dies cœptus pro impleto est quo ad testandi facultatem.

ret, quàm contrahenti.l.hac consultiss.C.qui.test.fa.po.
omnes tamen testari possunt qui non reperiuntur ueti-
ti.l.si quæramus.ff.de testa.l.13.titulo. primo, partita 6.
107 *Impubes etiam ad pias causas non testatur.* nec etiam 107 impubes testatur ad pias causas, ut est
communis opin.de qua per Tiraq. de priuil. piæ causæ
priui.79.& 64.priuil.

Cùm igitur impubes testamentum facere non possit,
cumque 108 testari non posse, periculosum sit, propter
insidias, quas legitimi hæredes parare solent iis, quorum
108 *Testari nõ posse, nociuum est.* successiones sperant.arg.§.sin autem quis ita formido-
losus.inst.de pupill.qua etiam ratione pactum 109 fu-
turæ successionis uetitum fuit, ut in.l.fi.& in.l.i. ibi non
iniquis rationibus à contrario sensu.l. pactum quod do-
tali C.de pact.l.pactum dotali. C.de colla.l. de fidei co-
109 *Pactũ fu. su. quare inuentum ut non ualeat.* misso.C.de transac.l.fin.ff.de suis & legi.l.nec nos. C.de
capti.ideo 110 plura remedij loco ad impuberum pro
uisionem & incolumitatem reperta sunt auxilia, primum
de quo in.l.cum ex filio in princ.ff de uulgari.secundum
de quo in.l. Seius Saturninus.ff.ad treb.tertiũ, de quo in.
l.multi nõ notæ causa.ff.de lib.& posth.quartũ de quo in
110 *Pupillis uariè subuẽtum quo ad eorum successiones.* l.si mater in prin.ff.de uulgari.quintũ.de quo in.l.Sceuo
la.ff. ad Treb. & in.l.si fundũ per fideicomissum.§.sicuti
cũ.§.seq.ff.de lega.1. ultimum de quo per totum.ff.C.&
inst.de uulg.aut de pupill.subs.testator enim hoc est pa-
ter, qui de legitimis filii sui impuberis hæredibus secum
suspicatur . potest ei testamentum facere, legitimisque
adimere spem impuberi succedendi, probumque succes-
sorem, qui impuberis uitæ non insidietur eligere uel si
de nullo hominum fiduciam habeat, pupillarem substi-
tutionem facere. iuxta consilium.d.§. sin autem quis ita
formidolosus. quid autem 111 si paterf.non testamen-
111 *Pupillaris facta codicillis uertitur in fideicom.* to sed codicillis fecit pupillarem substitutionem, & qui-
dem non ualet. ut in.d.l.Scæuola & in.l.ii.§. prius.ff.de
uulga.&.§.pe.inst.de codici.sed an tunc pupillaris tene-
bit saltem in uim fideicõmissi, uidetur quòd non, ne in-
ducta ad fauorem conuertantur in odium & læsionem,
contra.l.quod fauore.ff.de legibus.l.legata inutiliter.ff.
de lega.j.l.legata inutiliter.ff. de adim.lega. fideicomis-
sum 112 enim onus est.l. coheredi.§. cum filiæ.ff. de
112 *Fideico. onus est.* uulg.pupillaris est fauor & utilitas ipsius impuberis.l.si
pupillus uerb.utilitatem impuberis.ff. de acq.hęr. not.
gl.& omnes doct.in.l.ex tribus.C.de inof.tes.ergo ea pu
pillaris facta ad impuberis utilitatem, non conuertetur
in fideicomissariam, ne inducta ad fauorem in læsionem
conuertatur. adhuc tamen contrarium ut in fideicomis-
113 *Intell.l.coheredi. §. cum filiæ. ff.de uulg.* sariam conuertatur. decisum est in.d.l.Scæuola.& 113
ad contrarium sic ad.d.§.cum filię respnude, quòd non
habet locum, quando testator pupillarem facere uo-
luit, & quia minus rite eam fecit, sicque in uim pupil-
laris ualere non potuit; ideo in uim saltem fideicomissi
sustinetur, tunc enim ut fauor pupilli erat, habere suc-
cessorem pupillarem substitutum à patre dilectum, ita
quoque fauor pupilli esse intelligitur, ut eundẽ habeat
successorem ex causa fideicomissi, iam quòd ex causa
substitutionis pupillaris, id fieri non contigit, lâtius qui
dem foret, cum ex integro successorem ex causa pupil-
laris substitutionis habere, quam ex causa fideicomissi
114 *Intell l. Scæuola. ff.ad treb.* eum successorem habere cum deminutione quartæ tre-
bellianicę. ut in prin.& per totum.ff.&.C.ad Treb.sed ta
men melius est, eum cum illa diminutione successorem
habere, quàm ex integro tam optimo successore carere,
115 *Fideicomissaria quando imitatur pupillarem expirat pubertate.* spemque uniuersę hæreditatis legitimis non ita probis
paratam esse, isque 114 est uerus sensus.d.l. Scæuola.
& ideo ut pupillaris expirat pubertate, quia si diutiua
durasset, inciperet esse damnosa.l.ii.ff.de uulga.in princ.
inst.de pupilla.iuncta.l. ea facto in princ.ff. de uulga. ita
115 quoque & hæc fideicommissaria, quæ pupillarem
imitatur impuberisque fauore potissimùm sustinetur pu
bertate expirat. quia illuc usque pupillo utilis erat, ac
deinceps inciperet esse dãnosa.tex. 116 not.in.l.quod
116 *Intell.l. quod fidei-* fideicõmissum iuncta.d.l.si fundum per fideicom.§.sicu-
ti.ff.de lega.i.& d.l.Scæuola.& per.d.l.quod fideicõmis-
sum generaliter, apparet fideicommissariã impuberi fa- *commissum. ff.de lega.j.*
ctam utilem uideri, sicque cum primùm impubes adole-
uerit, expirabit: ne in eius odium conuertatur.qua 117
ratione si impuberi usque ad annum.25. pupillarem fe- 117 *Pupillaris facta usq. ad annum.25. ualet usq. ad.14.*
ci, quę post pubertatem nullius momenti est.l.uerbis ci-
uilibus.ff.de uulg.uerbo.frustra, tamẽ intra pubertatem,
ut pupillaris directa ualebit.ut tenuit ibi Bar.& commu-
niter doct.ubi Alex.num.10. Lanfran.de Oriano in rep.
l.Centurio.ff.de uulg.num.22. nam ea dispositio fauora-
bilis, etsi in totũ ex defectu potestatis sustineri nequeat,
tamen ex uerisimili testantis uoluntate par est, ut qua-
tenus se eius potestas extendebat, eatenus dispositio ua-
leat, sicque teneat per tempus pupillaris ętatis.arg.d.l.
Scæuola, sicque d.l.uerbis limitetur . unde si pater filio
emancipato impuberi talem substitutionem faceret, etsi
ut pupilaris ualere nõ posit, ualeret tamen ut fideicom.
per tempus pupillaris ætatis, arg.d.l.Scæuola. postea au-
tem expiraret.arg.d.l.quod fideicõmissum.ex mẽte Bart.
& communiter Doct.quos proximè allegaui & per Ias.
in d.§.sicuti.idemque eadem ratione, si pater filio natu-
rali impuberi talem substitutionem faceret. idemq; &
si impuberem, extraneum hæredem à se scriptum fuis-
se, sicq; ei pupillariter prospectum esse diceretur. nec di
uersum foret, si mater filio impuberi talem fecisset sub-
stitutionem.ut hæc omnia ex mente communis opin.su-
pra relatę esse uidentur.

Hactenus quando impubes erat filius, cui pupillaris
non iure fiebat.quid 118 si erat pubes, & ei facta fuit
pupillaris, & quidem iure pupillaris directę non ualere 118 *Pupillaris non iure puberi facta nunquam ualet in uim fidei cõmis. contra cõmunem sex concl.*
expeditum est.d.l.uerbis &.§.fi.inst. de pupill. sed an ua-
leat iure fidei cõmissi? uidetur quòd sic, arg.d.l.Scæuo-
la 119 & ita tenent Bar.& communiter Doct. ubi su-
prà sed in contrariam partem procliuior sum, arg.d.l.q.
fideicõmissum. nam & si durante pupillari ætate, quod
ualeat in uim fideicõmissi utile sit pupillo, & ideo per
tempus pupillaris ætatis sustineatur ut ibi. tamen post
pubertatem, si in uim fideicõmissi ualeret, læsio esset
filii ut ibi.&.d.§.cum filiæ &.d.l.ex facto.ergo etiam in
uim fideicõmissi non ualebit, cùm ipsa ob impuberis tã- 119 *Intell.l. Scæuola. ff.ad treb.*
tùm utilitatem, non etiam ob utilitatem substituri de
pupillari in fideicõmissariam conuertatur ineunte pupil
lari ætate, quę transformatio meritò post pubertatem,
quo tempore pupillo noceret, cessare debet.ut d.l.quod
fideicõmissum per quam declaratur d.l.Scæuola, quæ
nominatim loquitur, quando & pupillo facta fuit sub-
stitutio, & is in pupillari ætate decessit. non quando uel
puberi facta esset, uel si impuberi, is iam pubes effectus
decessisset. id, quod ex eo iustificatur, quòd d.l.Scæuola
ait suam interpretationem ex benignitate procedere,
quæ quidem benignitas adest quidem, quando is, cui
substitutio fit, impubes decessit, cessatque quando pu-
bes factus decessit. quia illo casu ei utilis reputatur, isto
autem casu onerosa.ergo &c. stat ergo, pupillarem pu-
beri factam, non conuerti in fideicõmissariam, contra
communem opin.quod primò intelligo, quando fieret à
patre filio in potestate.secundo etiam si fieret filio emã-
cipato tertiò etiã si fieret filio naturali, quarto & si fieret
extraneo.quinto idem si à matre fieret.postremò idẽ fo-
ret, siue testamẽto fieret, siue codicillis.quæ omnes sex
declarationes sunt cõtra mentem .d. communis senten-
tiæ, uos iudicabitis, quis iustius induat arma.

Agnosco tamen receptam ut iam dixi sententiam es-
se, ut pupillaris, quæ iure directo ualere non potest.sem
per ualeat ut fidei cõmissaria . ut tenuit Bart.& Iaso.nu.
me.6.in.l.ii.&.nu.19.ff.de uulg.communis opi.est, ut ait
Guido Papa.consi.202.& consi.203.Cur.Iunior.qui hãc
dicit communem in.l.precibus.num.56.C.de impub. Vi
glius. in.§.fi.insti.de pupil.Ias.nu.32. Soc.nu.55. Claud.
col.vi.in.l.Centurio.ff.de uulg. Benedi. in.c. Rainutius.
de testa.uerbo si absque liberis.in.ii.in materia compen
diosæ. nume.37.Vincen.Hercul.& Ripa. in.l.ex facto.in
prin.ff.de uulgari.Cõtrariam tamen partem tenent glo.

Angel.

Angel. & Viglius.in.§.fi. insti.de pupil. Ales.in.l.uerbis ciuilibus.num.u.ff. de uulga.quam dicit communem An cha.in.c.fi patet.de testa.in.6. Machesil.sing. 140. post Butrium,& alios,quos allegat. quę uarietates secúdum nostram distinctionem (iudice me) & possunt & debent conciliari quamuis isthæc à nostris supra relatis, an præmisa fuerint,aliorum sto iudicio.

120 *Excommunicatus testari an possit, ardua q.*

9. excommunicatus 120 an possit facere testam. non satis certum est.nam Bar.in.l.si quæramus num 9.ff. de testam.tenet quod possit, cuius opin. sequitur & cómunem esse existimat Aretinus ibi & est communis secundum Gualdensem de arte testandi tit.i.caut.18.nu.1. sentæ gl.in.§.si.inst.quibus non est permi.fac.testam.ubi Nicasius hanc partem receptiorem putat. & cum illa gl. transeunt ibi Portius Faber.& Ang.quia eam non impobant. contrariam tamen partem tenent multi, quos refert Felin.in.c.ad probandum de re iudica.Soc.in regula 133.Barbat.in.c. quia ingredientibus col.fin.de test. Viglius in.d.§.fi.inst. quib.non est permi.facere testamen. per Felin.in c.cum uoluntate de sent. excommuni. per Couarrub.in rubr.de testamen.par.a.num.18.adeò ut harum partium, utra receptior sit, uix in comperto sit.sed io hanc partem procliuior sum, ut existimem testamenti factionem non impediri.nam ex communicationis senté-tia per interuentum appellationis , licèt non rescindatur neque etiam suspendatur, quemadmodum reliquæ sententiæ,appellatione interposita resciduntur.iuxta.l.§.fi.ff.ad Turpil. uel suspenditur earum effectus,tameo ut cunq; ea sententia etiá transisset in rem iudicatam,& per hoc ex communicatus à communione & societate fidelium esset separatus , non uideo , ut possit ei adimi testandi facultas , non magis quam facultas de rebus suis disponendi inter uiuos.præsertim cum etiam si ab hominum cómercio alienus factus uideretur, quò ad negocia inter uiuos agenda, id intelligendum esset in his , quæ sine mutuo hominum consensu aut conuentione fieri ne queût.l.absenti.ff.de donati.l.qui absenti.ff.de acq. poss. l.140 prin.ff.de pact.ibi duorum plurium'ue in idem placitum & consensus. sed cum per ultimam uoluntatem absentibus & ignorantibus possit ille bona sua concedere.l.cum pater.§.surdo.ff.de lega.ii.l.a Titio.ff. de furt. §.incertis cum.§.seq.insti.de lega.& etiam iis,qui in rerum natura non sunt.§.posthumos inst.eo.tit.l.qui quæ tam.§. si quis unam.ff. de lega.j.l. placet.l. Gallus & per totum.ff.de lib.& posth.per totum.C.de posth.hær.inst. non uideo quid impedimento sit,quin & ille qui, à societate hominum per ex communicationem non aliter atque tactus à peste erat, possit ueluti eminus bona sua per ult.uoluntatem hominibus concedere , quibus non potest accedere.

121 *Clericus de bonis ex simplici beneficio quæsitis, an testari possit ard.q.*

10. Clericus 121 potest testari de bonis ex simplici beneficio acquisitis. gl.in c.in præsentia. de offi.ord. lib.6. cuius opinio communiter seruatur secundú Imol. in c.fin.extra de peculi.cleric.

Verùm contrariam opi immo quòd de talibus bonis testari non possit , dicit commun. Iaf. in consi.75.nolam.3. & est uerior secundum Guald. de arte testan. tit.1.caute.3.num.1. & Couar.in c.cum in officiis numero.6.de testam. & hæc pars tutior est. cum enim quicquid superest tali clerico ex illo beneficio , pauperibus (ut ab ipsis docemur) concedendum sit , quis non uidet superesse id de quo testamur. nudi enim ab hac una in alteram [illegible] transitus . Vnde poeta sic cecinit.

122 *Clerici de bonis ex simplici beneficio quæsitis testari possunt pro malè ablatis.*

Haud ulli [illegible] pes Acherontis ad undas
Nudus ad [illegible] stulte uehere rates.

Crederem [illegible] men ut & non pauci sentiunt) contrariam sententiam posse & debere saluari, quando de eo , quod ex tali beneficio supererat, testabatur pro cre ditoribus suis [illegible] tale enim legatum ad piam causam indicatur esse factum . idemque si legatu relinqu [illegible] pro incertis & malè ablatis . tunc enim uix esset ut superesse uideretur . quandoquidem par debitum quoque supererat , ut tradunt Bald. in .l.hæreditas §.si defuncto.ff.de peti.hæred.lect.1. & ibi Ang. Floria. in l.cum quidam.§.si dies.ff.de usu. And.Tiraq. de priuilegiis piæ causæ in præfatione uersi.item relictum pro incertis cum uersi sequen. in reliquis uerò an & quemadmodum clerici possint testari, & quid 123 in episcopis doceamur plenius per nos controuersiarum usu frequentium lib.5. unde , quę hic desunt petenda sunt, & clericorum materiam plene tradidimus lib.3. de succes.crea.§.22.num.37. cum plur. seq. Vbi etiam postquam de episcopi testamento uidimus , an liceret ei testari, mox acturi de clericis eramus plenius hoc in loco, & etiam de episcopis, an & quomodo testari possint. qua in re in primis admonendi sumus multa dixisse nos lib.5. controu.post multos præsertim cum(ut dicto lib.5.docemur) sit consuetudo Hispaniæ , ut clerici testentur de bonis, non solùm patrimonialibus sed etiam Ecclesiæ intuitu & ex redditibus Ecclesiæ quæsitis . nam cum hæc consuetudo à tempore cuius initij memoria non extat , inualuerit , habet uim priuilegij . nec dubium est , quin summus Pont. id ex priuilegio concedere potuerit , qua de re fusius per Couar.in c.2. de testam. Crotus in l.omnes populi num.91.ff.de iust. & iu. Io Andr.in c.nemo potest de reg iur.num.7.Martin.Nau.in manu.confesso.c.25.num.128. Lambet.de iure patr.art.8.2.q.princ.lib.3. Tiraq.de primogeni.q.4. num.154. Romanus sing. 289. Andr.ab eaea in c.cum omnes. num.33.de constit quod procedit etiam in filiosa clerico, licet in terminis iuris communis per sacerdotium non liberetur à patria potestate secundum communem opin.de qua per Boerium aurea decis.121. num.12. Cassaneus in consuetud.Burgun.fol.213.col.1. num.4. Abb.in c.indecorum de ætate & quali. idé Abb. in c.cum uoluntate de sententia excom. facit glo.in c. quia ingredientibus 19.q.fin. Iaso.in l.filiæ col.2.C.de coll. Abb.in rub.de peculio cleri. col.2. Guliel. Bened. in c. Rainucius de testam.uersi.insuper de re mil.nu.17. per nouissimos in c.relatum.el.1. & in c.cum esses de testamentis per Catel.Cottam in suis memorabilibus uerb.clericum & per Corset. in dict.uerb.cle. quibus prætermissis, quia etiam aliquid suprà attigimus , ad reliqua procedemus .

123 *Episcopi an testentur remissiuè.*

Clericus ex acquisitis intuitu beneficij potest testari de cõcessione papæ.

Clericatus nõ liberat à patria potestate.

11. Peregrinus 124 non potest facere testamentú, sicque actiuè successionis incapax est.l.j.C.de hæredi. institu.ubi glo.& doct.uariant circa illius tex.intellectum, qui hoc quidem non probat, licèt ad hanc conclusionem soleat allegari. nam ibi dicitur, eum non posse capere ex testamento , sed non dicitur non posse testari. adhuc tamen conclusio uera est. nam peregrinum accipere debemus eum , qui iuri nostro ciuili subditus non est, sicque eo non utitur , eiusque iuris ciuilis beneficiis non gaudet. & ita sumitur peregrinus in d.l.j. unde 125 cum testandi facultas sit merum inuentum iuris ci uilis , succedendique & successionis concedendæ facultas eo iure descendat. ut docent Corrasius in præludi. l.filium quem habentem.C.famil.ercisc. Andr.Tiraq. in l.si unquam.C.de reuo.don.uerb.libertis num.89. Pau. castr.in l.in prin.per illum tex.ff.ad leg.falci.Rolandinus & eius additionator in rub.in trac.de testam. Panor. in rub.de testam. Iaf.& Dec.in rub.C.qui testam. facc. poss. Pinel.de bo. mater.in l.ii.num.7. Benedict.in cap. Rainu.de testam.§.testamentum. 1.num.5. & alij quos citaui suprà de success.crea.lib.1.§.2.in prin. cumque is peregrinus nostri iuris ciuilis expers sit, successionis actiuè incapax erit . sicque per ultimam uoluntatem bona sua concedere non poterit . sed tantùm inter uiuos, usus iure naturali uel gentium. ut in simili non parum uti liceat edocemur. infrà de success. resolutione. lib. 1. qui est septimus huius operis in 27.casu,quo infirmatur testamentum . uideq; opt.tex.in l.sed si hac.§.si pœnam ff.de inius uoc. intellige primò quòd si peregrinus non poterit testari, ut diximus, & probat l.ii.ff.de testam.

124 *Peregrinus nõ testatur.*

125 *Successiones sunt iuris ciuilis.*

126 deinde 126 quòd non poterit legare. arg.l.i.in princ. ff.ad leg.fal. tertiò quod non poterit fideicommissum relinquere. arg.l.ii.ff.de leg.i. quartò quod non poterit donare causa mortis. arg.l.fin.C.de don.cau.mor.quod non firmo.; quintò quod non poterit facere eas dispositiones, quę morte confirmantur, nec initio firmæ sunt. arg.l.donationes quas parentes. C.de don.inter uirum & uxo.& l.Papin.cum ibi notatis per gl.& doct.ff.eod.

Peregrinus non legat.

127 quod non firmo, postremò 127 quod non poterit codicillos facere arg.l.ii.cum ibi plenè traditis, per Bart. Cum in.Pau.castr.Alberi.Alex.Ias. & Ripam prope finē in l.ii.ff.de leg.i.ubi contendunt prohibitū testari ab ista tuto non posse codicillari. in summa, 128 idem intellige in reliquis omnibus ultimis dispositionibus, de quibus per Bar.in.l.in quartam num.9. ff.ad legem falc. idemque & in terminis.l.licet.C.de pact. & etiam in terminis legis fi. eod.tit. nam si peregrini milites aliis de hereditatibus suis paciscentibus consensum accommodarent nihil agerent, nec tali consensu pactum illud uetitum iustificaretur. & ita non minus utiliter quam nouè limito. l.fin. suprà alleg. & similiter si commilitones peregrini conuenirent inter se ad bellum pergentes, ut qui eorum superstes esset, is premorienti succederet; tale pactum non ualeret, sicque nouè & utiliter limitanda est.d.l.licet, quarum rerum ratio est, quia peregrini iure tantùm naturæ uel gentium, non etiam iure ciuili utuntur. at inspectis principiis iuris naturæ uel gentium dominium quæritur ex naturali possessione.l.i. in prin. ibi ex naturali possessione dominium cepisse.ff. de acquir.poss. ubi notant omnes doct. possessio autem naturalis quæri non potest, nisi corpore & animo.l.quemadmodum.ff.de acqui.poss. ergo acquisitio, quę fit ex causa ultimæ uoluntatis sine corporis interuentu & apprehensione. iuxta.l.cum pater.§.surdo.ff.de leg.ii. l.si Titio.ff.de furt. l.si tibi homo.§.cum seruus.ff.de leg.i. iuncta l.enim hæredes in prin.ff.de acquir.poss. pertinet ad eos tantùm, qui etiam iure ciuili nostro utuntur, non autem ad peregrinos, qui iure tantùm communi (quale est ius naturale uel gentium) non etiam iure ciuili nostro utuntur.d.l.i.C.de hæred.insti. unde quod supra attigimus, an peregrinus 129 possit necne donare causa mortis? magis est ut posit, si talis donatio incipiat à traditione: quia tunc etiam inspecto iure communi naturæ uel gentium quo ille utitur, transit rei donatæ dominium in donatarium ut.dictis.ll. nec ad rem pertinet, quòd donatore conualescente, ad eum ea res reuersura fit, ut in prin.inst.de donatio. nam non ideo minus ab eo semel dominium & possessio naturaliter abscesserat, nec nouum aut mirum est, dominium acquiri reuocabiliter. nam simile est, in.l.in bello.§.si quis seruum.ff.de capti. simile in. l.quoties & ferè per totum.C.de dona. quæ sub mo. simile in. l.fin.C.de lega. simile in titulo.ff.de in diem addict. simile in terminis totius tituli.ff.de lege commiss. simile in terminis.l.fin. §.sin autem sub cōditione.C.com.de leg.simile in.l. unū ex familia per totam.ff.de leg.ii. simile in terminis totius tituli.ff.& C.de condi.ob cau. præsertim in l.iii. & in.l.si pecuniam in prin.ff.de cond.cau.data, idq; quando causa ob quam dabatur, ab altera parte sequuta non fuit. simile in terminis totius tituli.ff.& C.de rerum permu.cùm ab altera parte deficit implementum. simile denique in omnibus contractibus innominatis ut in. l.naturalis.§.fi.ff.de præscrip.uerb. simile in eo quod dedi causa conditionis implendę, cùm, conditione impleta postea relictum repudiaui.l.i.ff.de condi.cau.data, simile in aliis non paucis iuris speciebus relatis in l.uideamus.ff.de usuris, in quibus non ideo minus ius, possessio, & dominium trāslatum naturaliter uidetur, quod reuocabiliter, id non etiam irreuocabiliter contigerit, sic ergo & in specie nostra, cum dator causa mortis, nō ideo minus naturaliter dominium translatum uidetur, quod ad donatorem, si conualuerit reuersurū fit, sicq;

Peregrinus non codicillatur.

128

Peregrini cōmilitones non disponūt per pactū de hære. sui.

Intel. l.licet & l.fi. C. de pac.

129

Peregrinus donare potest cau. mort. egregia.q.

Dominium reuocabiliter trāsit in multis casibus.

huius rei peregrinus capax erit. arg.§.per traditionem insti.de rerum diui.quæ nota quia hæc res uehementer controuersa est, ut disputant Aret. Alex. Ripa, & plenissimè Iason. post alios in.l.ii.ff.de leg.i. & quis fit peregrinus, est optimus text. in l.sed si hac.§ si poenam ff.de in ius uocan.

Sed 130 an is peregrinus poterit fortè testari inter suos liberos, cùm in tali testamento ius tantùm gētium inspiciatur, quo iure ille capax est, eoque utitur, uideatur quòd sic, arg.l.fin.C.fami.ercisc.l.hac consultissima.§.ex imperfecto.C.de testam. adhuc tamen in contrariam partem proclinior sum, quia dictas leges procedunt data habilitate ex parte testatoris, sicque ubi dispensatur cum solennitate testandi iure ciuili introducta, sed non cum habilitate aut capacitate seu facultate testandi. & in contrarium stat generalitas.d.l.i.C de her.inst. nec 131 dubium est, quin leges generaliter loquentes comprehendant personas aut casus utcunque aliis in rebus priuilegiatis, si in ea re, qua de agitur non reperiuntur habere peculiare priuilegium l.in fraudem ad fin.ubi not.Bald.ff.de mil.testam. Deci. in. l.i. & rursus in. l.nemo potest. ff.de reg.iu. Andr. Tiraq.de præscri.§.i.gl.11. Alciat. lib.4.paradoxorū.c.10. idem Deci. in consi.5. & iterum in l.ex testamento.C. unde liberi. & si contrarium & minus rectè tenuerit Iaso.in l.i.ff.sol.matr. sed peregrinus hoc in casu non reperitur habere peculiare priuilegium, non magis quam in reliquis, ergo &c. facit. nam eadem ratio prohibitionis seu denegationis adest ex integro, & in hoc casu non aliter atque in reliquis. nam is peregrinus per actū naturalem traditionis poterit liberis suis bona sua inter uiuos concedere, iuxta.d.§.per traditionem inst.de rerum diui. l.cum quo de peculio.§.fin.ff.ad leg.falci.l.si pater &.l.quę pater.ff.fam.ercisc.l.quoties.C.eod.tit.l. parentibus.C.de inoffi.test.cæterùm 132 per modū ciuilē (qualis est ult. uolūtas ut suprà diximus & docemur per glo.& omnes in l.ex hoc iure.ff.de iust. & iu. id facere minimè poterit: non magis quàm si leges ciuiles hac de re loquentes factæ non essent, quia ipsis ipse uti non potest, aut earum gaudere aut potiri beneficiis, ut supra ostendimus.

Peregrinus non testatur etiā inter liberos. 130

Priuilegiatos casus lex generalis an cōprehēdat. 131

Peregrinus utitur iuregētiū non ciuili. 132

Quibus 133 rationibus consequens est dicere, etiam ad pias causas talem peregrinum non posse testari, nō magis quam ad usus & personas prophanas, sicq; declarandum esse.c.relatum.1.& c.cum esses de testam. unde nec ad pias causas poterit legare, cùm nisi in testamento legatum relinqui possit, ut probare uidetur tex.satis fortis in prin.inst.de sing.reb.per fideicom.reli. & in §.præterea insti.de fideicom.hær. de quorum intellectu disseruimus supra lib.1.de success.crea.§.17.nume.133. sed hoc probatur in l.ii.ff.de leg.i. idem ergo & in fideicommissis per æquiparationem de qua in l.i. ff.eod.tit.l.ii.C.com.de leg. neque 134 ad pias causas poterit codicillari, arg.d.l.ii.ff.de leg.i. & quia testamenti appellatione largè continentur codicilli, ut no.in l.ii. C.com.de lega. & in l.ii.C.de consti.pecu. arg.in princ. insti.de testam. ibi testatio mentis, hoc tamen casu & superiore magis esse uidetur, ut 135 is possit causa mortis donare, ut proximè peregrinus. sed an poterit facere donationem coniugi suę uel etiam filio, licèt hæ donationes morte confirmentur ad imaginem ultimarum uoluntatem, & quidem 136 magis est ut posit. si inceperit à traditione. iuxta terminos tex.cum glo.in.l.Papinianus.ff.de dona. inter uirum & uxo. quia tunc naturali modo transiret ius, dominium, & possessio in donatarium. nec quicquam mutat, quòd ea res ad donatorem ex conuentione fortè contractus si conualesceret reuersura esset. nam non ideo minus ab eo semel naturaliter abscessisse uideretur. in quem donatarium iure gentium transuolasse, licèt postea eodem iure reditura sit (impleta conditione & pactione) ad donatorem.ut supra pluribus similibus comprobauimus.dū

de do-

Peregrinus non testatur ad pias causas. 133

Peregrinus nō codicillatur ad pias causas. 134

Peregrinus potest donare cā mortis. 135

Peregrinus an uxori uel filio posit donare. 136

de donatione causa mortis agebamus. quod apertius patet, quia tales donationes inspecto iure gentium, quo is peregrinus utitur uetitæ non sunt, sed in eis omnia ex lege conuentionis seruabûtur. arg. l. j. l. iurisgentium in prin. &. §. igitur nuda. ff. de pact. iuncta. l. i. u. & iii. ff. de don. inter uirum & uxorem & in princ. inst. de patria potest. cæterùm, quando donatio inter patrem & filium, uel inter coniuges non inciperet a traditione, quo casu adhuc in terminis iuris ciuilis confirmantur morte, ut uoluerunt Bal. consi. 397. casus talis est lib. i. Anchar. consi. 76. per modum col. i. sentit Bar. & Salic. in d. l. Papinianus, prout eos ita intelligere, referre & sequi uidetur Andr. Tiraq. de iure constituti parte pri. num. 53. intelli-

137 *Intell. l. Papinianus ff. de do. inter uirum & uxorem.*

gens 137 quod in d. l. Papinianus negatur morte coniugis confirmari promissionem inter coniuges de donando, sed non ipsam donationem tunc, quo inquam casu, donatio inter coniuges non inciperet à traditione, non confirmaretur morte, si fieret à peregrino coniugi suæ uel filio suo, quia quòd morte confirmetur, inuentum ciuile, non iuris gentium est. idque 138 retenta opinione eorum, qui sentiunt donationes inter patrem & filiũ in potestate, & donationem inter uirum & uxorem morte donatoris confirmari, etiam si non incipiant a traditione, ut tenuerunt ii, quos proximè retulimus: sed tamen receptior opin. & uerior est, ut quibusdam uidetur, non aliter morte confirmari, quàm si incipiant à traditione. ita tenent communiter doct. tam in d. l. Papinianus per tex. ibi quàm in d. l. donationes quas parentes & communiter docto. in l. ii. C. si quis alt. uel sibi. præsertim Bart. ibi per illum tex. id, quod uirtualiter ac mentaliter tenere uidentur omnes alii, qui contendunt in huiusmodi donationibus, ut morte confirmentur, sufficere quòd donator nomine donatarii se possidere cõstituerit. prout in donatione inter coniuges. ita tenent Alex. consi. 7. uiso instrumento col. i. lib. vi. idem Alex. consi. 252. in causa & lite col. ii. eod. lib. Decius consi. 202. ut præsens consultatio col. j. Barba. in add. ad Bal. in c. si quis ad fin. de feu. dato inuicem legis comis. Soc. in l. i. §. si uir col. pe. ff. de acq. poss. Bertran. consi. 233. ponitur in facto in princ. lib. i. Ioan. Lup. in repe. rubr. de dona. inter uirum & uxorem. §. 76. col. i. idem Bertran. consi. 238. circa donationẽ lib. iii. Paris. consi. 60. lib. iii. incipit pro resol. col. pe. Ang. in l. ii. not. i. C. de inof. don. & alii quos refert & sequitur Tiraq. de iure consti. par. i. num. 49 idque & in reliquis interpretatiuis seu fictis traditionibus procedit, ut nominatim in retentione usufructus tradunt (& etiam in traditione instrumentorum uel in se inquilinum nomine donatarii constituente) Alex. consi. 7. col. i. lib. 6. glo. in l. ii. ubi Cyn. Bart. Alber. Bal. & Ang. C. de dote cau. non nu. Bar. Bal. & Salic. in d. l. Papinianus & alii, quos refert & sequi uidetur Tiraq. ubi suprà num. 51. cuius rei ueritas pendet ab intellectu d. l. Papinianus. nam si uera traditione opus non est, nec ficta quidem traditione opus erit. rursus si traditione opus est, non solùm uera sed etiam interpretatiua proderit. arg. d. l. quod meo in prin. ff. de acq. pos. & l. j. C. de donat. l. quisquis eod. tit. cum simi. l. j. §. si iusserim cum ibi not. per glos. & Docto. ff. de acq. pos. & quia hæc materia prohibitoria in re dubia nõ est extendenda, præsertim cum prohibitio descenderit non à iure naturali uel gentium, sed tantùm à ciuiũ moribus. l. j. ff. de dona. inter uirũ & uxo. maximè 139 cùm

138 Don. inter coniuges uel facta à patre filio non confirmatur morte, nisi cœperit à traditione ardua q. sufficit tamen ficta traditio per constitution, aut per retentionẽ usus fructus, aut per traditionẽ instrumẽti, uel si quis se donatarii nomine colonum constituat.

139 *Don. inter coniuges quo magis ualeat in dubio interpret. inde.*

hæc donationis prohibitio lenienda & temperanda sit, nec enim ueluti inter infestos prohibetur. l. si id quod. §. j. ff. de dona. inter uirum & uxo. & in re dubia in fauorem donationis pronunciandum est. l. cum hic status. §. ait oratio eod. tit. id, quod generale est in omni materia priuatiua. l. cancellauerat, uers. in re dubia. ff. quæ in testa. delentur. ergo ut in reliquis dispositionibus, ubicunque traditione opus est, regulariter huiusmodi traditiones interpretatiuæ sufficiunt, ita & longè facilius in hac materia, quæ fauoribus plenissima est, sufficere debent. sicque in eo tantùm quæstio relicta erit, an ad ta-

lis donationis confirmationem traditio uera uel interpretatiua exigatur. id, quod abnegant nonnulli, sed longè plures ut exigatur, firmant. prout suprà enarrauimus quorũ sentẽtia ut receptior ita & uerior est. per d. l. Papinianus. 140 quæ potest intelligi altero de tribus modis, uel quòd maritus dixit uxori dono tibi talem fundũ, uel quòd dixit promitto me tibi talem fundum donaturum, uel quòd dixit promitto tibi talem fundum, neque adiecit uerbum dono. & his omnibus casibus sanè iureconsultus sensit traditionem desiderari, ut morte confirmetur donatio. nam & cum dixerim, tibi talem fundũ promitto, & si non addit uerbum dono, adhuc tamen si nulla obligatio præcesserat, intelligitur animus donandi. ut tradunt Paulus Castr. & Ias. in rubr. ff. de uerb. obl. per l. campanus. ff. de oper. liber. nam & qui rem nomine alterius emit, si postea ei gratis tradidit, animum donandi habere præsumitur, si nulla obligatio præcesserat. l. 2. C. si quis alte. uel sibi. secundum quæ apparet, quòd qui contra communem opin. suprà relatam d. l. Papinianus restringebant ad eum duntaxat casum, quo maritus se donaturum polliceretur, non rectè illam legem interpretabantur, quæ in sui generalitate omnes tres casus suprà relatos comprehendit: & difficilius quidem ad hunc casum, quam ad reliquos duos trahi potest. uerum ut ad nostrum propositum redeamus, cùm 141 peregrinus iure naturę uel gentium non iure ciuili utatur, cumque iure naturæ uel gentium hæ interpretatiuæ aut fictæ traditiones incognitæ sint. futurum esse existimo, ut in eo ficta traditio pro uera traditione non habeatur. & consequenter quod si uel causa mortis uxori uel simpliciter uxori suę uel etiam filio suo donauerit, nec tradiderit uerè, sed tantùm fictè (constituendo se nomine donatarij possidere, uel agnoscendo se ut illius inquilinum aut colonum possidere, uel tradendo ei scripturam donationis) tunc ea ficta traditio pro uera traditione nõ habebitur. quid 142 autem in donatione facta à patre filio in potestate, an & in ea ficta traditio (puta per constitutum, aut per usufructus retentionem, aut per instrumenti traditionem, uel constituendo se inquilinũ nomine donatarij) sufficiat, ut morte donatoris confirmetur donatio. & quòd sufficiat tenent Bal. consi. 430. præmittendum ad fi. lib. j. sentit gl. Alber. & Aug. in l. ij. C. de dote cau. ubi tenent & reputant mirabile Bal. & Bar. sed sanè procedit ex non obscura ratione, quam suprà in donatione inter coniuges reddidimus, tenet Angelus in l. ij. C. de inof. donat. estque communis opin. ut apparet ex relat. Tiraq. de iure const. par. i. num. 50. cum ergo in comperto sit, traditionem fictam, non secus quam ueram sufficere in eo tantùm quæstio manebit, an ulla traditio necessariò exigatur, id, quod frequentius (ut diximus non paucis tamen reluctantibus) receptum est. per d. l. ii. C. si quis alte. uel sib. qui text. si rectè inspiciatur, uix est ut hanc ad rem possit accomodari. adhuc tamen sententia communis tenenda est, quia ea dispositio firmitatem capere debet, ueluti ut ultima uoluntas, aut ueluti ut actus inter uiuos. at ut ultima uoluntas non tenet, quia nec est testamentum, nec codicillus nec ut donatio causa mortis ualere potest; cùm non inter fuerit traditio, ut actus uerò inter uiuos ualere nequit, quia 143 & si inspecto iure gentium, omnis conuentio legitima esse intelligeretur, & sic manu regia executioni mandaretur: nisi iuri naturæ uel gentium aliqua ex parte aduersari uideretur. l. ii. ad princ. ff. de orig. iur. tamen aliud est de iure ciuili, quo iure regula est negatiua. ut omnis conuentio, quæ causam obligatoriam præexistentem non habet, intelligatur esse illegitima, nec executioni mandetur. l. ii. §. circa. ff. de doli excep. facit. l. conuentiones & l. legitima. ff. de pact. fallit, 144 in casibus, quibus ea conuentio, re, aut uerbis, aut literis, aut consensu uestitur. ut testatur Iustinianus in prin. inst. de oblig. & in l. consensu ff. de actio. & obliga. & in l. iuris gentium in princ. ubi per omnes doctores. ff. de pact.

140 *Intellect. l. Pap. de do. inter uirum. ff.*

141 *Peregrinus si donat. & fictè tradit, ea ficta traditio pro uera non est.*

142 *Donatio facta filio in potestate, an morte confirmetur opus sit traditione.*

143 *Conuentiones iure gentium regulariter efficaces erant at iure ciuili regulariter non exequuntur.*

144 *Conuentio nõ exequitur nisi, quæ re, uerbis, literis, aut consensu uallatur et formã legalem recipit.*

itaque omnis conuentio, quæ re, aut uerbis, aut literis uestita non reperitur, inefficax est, cum iis duntaxat modis & non aliis contrahatur obligatio. ut in d. princ. inst. de oblig. sed in specie nostra, hæc donatio re uestita aut contracta non reperitur, cùm nulla res interfuerit corporaliter. ut per totum inst. quib. mo. re non contrahitur oblig. non quoque uerbis contracta uideri potest, cùm stipulationis solennitas defuerit. ut per totum. ff. & inst. de uerb. oblig. quinimmo & si præcederet stipulatio, adhuc idem foret, nisi ex causa obligatoria interponeretur. arg. d. §. circa. nec etiam contrahitur literis, quia cessant solennia, de quibus in tit. inst. de liter. oblig. facit. l. non figura. ff. de actio. & obligatio. cessat etiam uestimentum consensus quod in quibusdam tantùm casibus contingit, qui enumerantur in. l. ex hoc iure ubi per gl. & doctores. ff. de iust. & iur. & in. d. l. iuris gentium ergo superest, ut si pater filio dixerit, dono tibi fundum talem, uel promitto tibi talem fundum, hinc nulla nascatur ab initio obligatio. & ideo omnis donatio olim erat

145 *Intellect. ad titulos, inst. C. & ff. de donat.*

inefficax, si uerbotenus fiebat. sicque 145 procedebat tituli. ff. C. & inst. de donati. licèt secuta traditione, aliud esset ut ibi. donec per Iustinianum, qui legulatorum nouissimus fuit, pacto donationis sicque donationi, quæ uerbotenus fiebat, robur fuit accommodatú. l. si quis argentum. C. de donati. quod 146 robur cessat inter pa-

146 *Pater & filius inter se quare naturaliter non ciuiliter obligentur.*

trem & filium inter quos obligatio efficax nulla esse potest, sed tantùm naturalis. l. frater a fratre uers. naturalé ubi notat Ias. post alios. l. si id quod. ff. de cód. indeb. quia obligatio consistere non potest, nisi ubi sit diuersitas personarum. l. cum filio ubi plenè per Bar. & Iaso. col. iiii. ff. de lega. i. Iaso. in. l. i. C. de ser. fugi. sed de iure ciuili pater & filius. sunt una eademque persona. l. fi. C. de impuberum & plenè per Ias. & Corras. ibi, & per Angel. de periglis & Iaso. in. l. in suis. ff. de lib. & post. per tex. ibi. ergo de iure ciuili nulla obligatio inter eos esse poterit. ad idem. l. lis nulla. ff. de iudi. sed quia de iure gentium non eadem persona reputabantur, ideo eo iure inter eos cadebat obligatio. d. uers. naturalem ubi per omnes. d. l. si id quod. unde si filio pater donauit & tradidit, & patris hæredes rem donatam uendicare uellent, exciperet filius quòd ex pacto donationis pater ei erat naturaliter obligatus, sicque rem tutus retinebit: quia obligatio naturalis, quæ non producit actionem, producit tamen exceptionem. §. i. & ii. inst. de excepti. d. l. iuris gentium in prin. ubi per omnes. Vides ergo ut donatio inter patrem & filium ualere nequeat, nisi uel inceperit à traditione uel filius in possessione rei donatæ (iuxta terminos. l. ii. C. si quis alte. uel sibi) reperiatur. id, quod nullibi ita enodatum fortè inuenies. secundum quæ cùm 147 pere-

147 *Peregrini donatio facta filio suo ab initio ualet.*

grinus iure naturæ uel gentium utatur, si filio suo donauerit, non tam morte hæc donatio confirmari quàm ab ipso primordio ualuisse uidebitur: cùm eo iure omnis conuentio (ut diximus) firma foret, & pater & filius non eadem persona sed diuersæ intelligantur inspecto iure gentium, quo iure non etiam iure romanorum ciuili peregrinus (ut non semel admonuimus) utitur.

148 *Peregrinus de iure canonico testatur.*

Quid 148 autem de iure canonico, an peregrinus poterit testari? & magis esse uidetur ut possit, quia iuris canonici iurisdictio per orbem uniuersum se se extendit. c. nouit ubi Panorm. Alcia. Martinus Nauar. & reliqui dum contendunt, utranque etiam iurisdictionem esse apud summum Pontificem. ergo eo iure inspecto, nullus est aut esse potest peregrinus, hoc est a iurisdictione canonica exemptus. ergo in terris Ecclesiæ eius testamentum & etiam codicilli ualebūt. l. ii. ff. de lega. i. quid autem in terris Imperii uel cuiusque alterius principis, adhuc idem, si res agatur apud iudicem Ecclesiasticum, non sic si apud sæcularem. sicque disces ut hæredi agendum sit. nam hac in re sotus testatoris inspicitur, tam de iure communi quam regio. unde hæredi petenti coram iudice Ecclesiastico testamentum exequi, non poterit se se opponere iudex laicus, qui erga ant in peregrinum nullam habebat iurisdictionem. quid si is peregrinus esset miles militans sub nostris Imperatoribus, an eius testamen. uel codicillus ualeret? quod nego, quia & si quò ad solennia disponendi ius tantùm gētium in eo inspiciatur. §. planè & in princ. inst. de mil. testa. l. 3. l. Diuus. ff. de mil. test. . l. i. & 3. l. quamuis. l. milites. C. eod. ti. tamen non sic est, quò ad capacitatem testandi uel quo ad habilitatem ut supra in simili attigimus. quid 149 si is peregri-

149 *Intellect. l. omnium C. de test.*

nus esset princeps supremus in sua regione uel ibi haberet merum imperium? adhuc idem puto, ut eius testam. quo ad nos nostrosque iudices non ualeret, sicque ibi disposita iudex aditus noster seruari non iuberet. arg. d. l. i. C. de hær. inst. sed id testam. ad regionem suam delatū posset ibi secundum suæ regionis aut ciuitatis iura seruari. & ita est limitanda & restringenda (ut nobis uidetur). l. omnium. C. de testamen. & uide plenè per Tiraq. de priuil. piæ caus. priu. 79. an 150 ad pias causas teste-

150 *Peregrinus an testetur ad pias causas.*

tur peregrinus iste?

151 *Deportatus nec testatur nec codicillos condere potest.*

ta deportatus 151 non potest facere testamentum l. si quis filio exhæredato. § irritum. ff. de iniu. rup. l. eius. §. in insulá. ff. de testam. ratio, quia deportatus ciuitatem amittit. l. qui ultimo. ff. de pœnis. §. minor instit. de capit. dimi. ergo in eo eadé ratio est, que in peregrino de quo supra egimus. secunda ratio, quia deportatus seruus pœnæ efficitur. ut. d. §. irritum. ergo non poterit testari, non magis quam reliqui serui, qui quod attinet ad ius ciuile (a quo descendit potestas testandi, ut suprà in peregrino diximus) pro nihilo sunt. l. quod attinet. ff. de regul. iur. tertia ratio, quia deportati bona publicātur. d. l. eius. ergo cessat testandi facultas. d. §. irritum, quia per legem fieri non potest, ut qui nulla bona habere potest, is hærédé habeat. ita an. l. lex Cornelia. ff. de uulg. hodie 152

152 *Seruus pœnæ nullus hodie fit.*

autem nullus bene uatus efficitur seruus pœnæ auth. sed hodie. C. de don. inter uirum & uxo. q̃ dic ut per Deci. & Cagnol. in. l. seruitutem. ff. de reg. iuris Ioa. Igneus in. l. 3. §. qui sibi manus nu. 104. ff. ad Syllani. per Soci. in. l. si cognatis. ff. de reb. dub. Ang. in. §. 3. instit. de cap. dimi. Aret. in. l. eius. §. si cui. ff. de testa. Bar. in. d. l. qui ultimo. sed 153 an is poterit testari inter suos liberos, uel an

153 *Deportatus non testatur inter liberos nec ad pias causas.*

fortè ad pias causas, cùm iis casibus ius tantùm gentium inspiciatur arg. c. relatum. i. & c. cum esses de testam. l. fi. C. fam. her. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. & magis est, ut non possit, quia & si is capax adhuc uideretur eorum, quæ sunt iurisgentium, facultas tamen testandi non a iure gentium sed à iure ciuili descendit. unde cum eo iure istius status sit annihilatus testari nequibit. quòd 154 de iure ciuili sit testandi potestas,

154 *Testandi potestas, est iuris ciuilis.*

sensit gl. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & in. Iaso. & Dec. in rubr. C. qui testam. face. poss. Pau. castr. in l. i. in prin. per tex. ibi. ff. ad leg. fal. Guilel. Bened. in c. Rainu. de testa. §. testamentum. i. num. 5. Corras. in præfa. l. filium quem habentem. C. famil. her. Tiraq. in l. si unquam de reuo. don. C. in uerb. libertis num. 89. ergo &c. quid autem si is deportatus miles esset? dic ut in d. §. irritum, quid de iure canonico, & magis est ut testari nequeat, quia ius canonicum & ciuile in unam consonantiam iuerunt, nisi in iis, quæ nominatim reperiuntur immutata. c. i. & 2. de nou. ope. nun. sed hac in re nihil reperitur innouatum, ergo &c. aliud de iure regio ut in l. Taurina, & in omnibus his speciebus, is codicillos facere non potest, non magis quàm testam. arg. l. ii. ff. de leg. i. & quia testamenti appellatione etiam codicilli largè continentur ut in princ. instit. de testam. uerbo testatio mentis not. in l. ii. C. com. de leg. gl. in l. ii. C. de consti. pec. & in

155 *Deportatus mortis causa, donare potest.*

simili per Bar. Pan. castr. Cuma. Aret. Alex. Ias. & Rip. col fin. in l. ii. ff. de leg. i. dum disputant, an 155 prohibitus per statutum testari possit codicillari? sed an is mortis causa donare possit, & magis est ut possit, siquidem aliqua bona sibi relicta fuerint, per iura & rationes de quibus supra cum ageremus hanc quæstionem in peregrino, & uide optimum tex. in l. sed si hac §. si pœnam uerbo peregrinitaté. ff. de in ius uoc. & an 156 isti

156 *Deportatus an testetur ad pias causas.*

ad pias

ad pias causas testentur, dic ut per Tiraq. de priui. piæ causæ priu. 79. Hyppol. consi. 133. col. ii. lib. 1.

157 Interdictus aqua & igne nō testatur, nec codicillos facere potest de iure ciuili aut canonico, sed iure regio sic, potest tamen donare causa mortis.

13. Aqua 157 & igne interdictus non potest facere testamentum. d. l. eius. & d. §. irritum, ratio, quia & is pœnæ seruus efficitur ut d. l. qui ultimo, ergo &c. ad idem. l. ii. C. qui testam. face. poss. item quia & huius bona publicantur ut d. l. eius, ergo intestabilis fiet, ut d. l. ii lex Cornelia. ff. de uulg. ergo is testari ut prohibetur, ita & codicillari fas sibi non erit. l. ii. ff. de leg. i. iure autem regio testari poterit. l. iiii. Tauri. ergo & codicillos facere ut nobis uidetur. arg. l. ii. ff. de leg. i. & quia cui licet quod est plus &c. c. cui licet de reg. iu. lib. 2. & arg. l. si quæramus. ff. de testa. iuncta. l. nec non. §. quod eis. ff. ex quibus caus. maiores. quod si is miles esset, an testari possit? dic ut in d. §. irritum, secundum cuius distinctionem poterit & codicillari. arg. d. l. ii. ff. de lega. i. de iure autem canonico, non magis poterit testari aut codicillari quam de iure ciuili. arg. c. i. & 2. cum ibi no. de ope. no. nun. & quod not. Ias. in l. si pecuniam in prin. ff. de condi. caus. data. ad pias 158 causas testari, aut etiam codicillari etiam inter liberos non poterit, ut suprà in peregrino & deportato scripsimus & uide And. Tiraq. de priui. piæ cau. priui. 79.

158 Pias ad causas an testetur interdictus aqua & igne.

159 Dānatus ad metallum nec testatur nec codicillos facit de iure ciuili aut cano. sed regio iure sic, nec etiā ad pias ca. testatur. cum communi opin. contra Bart. & seque.

14. Damnatus 159 ad metallū non potest testari. d. l. si quis filio exheredato. §. irritū. ff. de iniu. rupt. d. l. eius ff. de testam. sicque nec codicillari potest. d. l. ii. ff. de lega. i. ratio, quia & is seruus pœnæ efficitur, ut dictis ll. & libertatem & ciuitatem amittit, & eius bona publicantur, ut ibi ergo &c. ut l. lex Cornelia. ff. de uulg. ergo nec codicillos facere potest. d. l. ii. ff. de leg. i. iure regio aliud est in testamento. d. l. Tauri. 4. ergo & eo iure codicillari poterit. d. l. ii. ff. de leg. i. iure autem canonico testari aut codicillari non poterit, non magis quam de iure ciuili. arg. c. 1. & 2. de oper. no. nunc. sed nec ad pias causas nec inter liberos testari poterit aut codicillos facere, ut suprà in simili diximus, præsertim cum lex generaliter disponens hunc testari non posse, comprehendat casus utcunque aliis in rebus priuilegiatis, si in ea materia, qua de agitur non reperiuntur habere peculiare priuilegium. l. in fraudem. §. fin. ubi notat Bald. ff. de mil. test. Decius consi. 5. idem Deci. in l. i. & in l. nemo potest. ff. de reg. iu. & in l. ex testamento. C. unde liberi. Tiraq. de præscrip. §. 1. gl. 11. Alc. lib. 4. parad. c. 10. sed hac in re liberi, aut pia causa non reperiuntur habere speciale priuilegium, ergo &c. hodie quid iuris, dic ut in d. auth. sed hodie. C. de dona. inter uirum & ux. per Aret. in d. l. eius. §. si cui. per Dec. & Cagnol. de reg. iur. ff. in l. seruitutem Bart. in l. qui ultimo. ff. de pœ. Ang. in. §. 1. insti. de cap. dim. Soci. in l. si cognatis. ff. de rebus dub. & in specie, an huius testamentum hodie sustineatur, dic ut per Igneum in l. i. §. qui sibi manus. ff. ad Syll. num. 108. dum diximus istum ad pias causas non testari uide per Tiraq. de priui. piæ cau. priui. 79. qui nobiscum ait esse communem opin. contra Bart. & sequaces.

160 Testari, aut codicillos cōdere nequeunt proscriptus aut ad mortem naturalē dānatus, aut qui mortē sibi consciuit, idem in obside, idem in capto ab hostibus, nec etiam ad pias causas cum cōmuni opin. contra Bar. & seq.

Sunt 160 & aliæ quinque species, in quibus cessat testandi potestas. nam testam. facere non potest is, qui mortem sibi consciuit, aut etiam is, qui ad mortem naturalem damnatus est, nec etiam is, qui proscriptus est. arg. d. l. eius. d. §. irritum. d. l. qui ultimo. l. ii. C. qui testa. face. poss. l. deportati l. in metallum. C. de bonis damnatorum. l. i. §. ne autem. ff. de bo. eorum qui mortem sibi consci. l. bona fides. §. j. ff. depositi. l. j. ff. de bo. damn. unde nec poterunt codicillari d. l. ii. ff. de lega. i. id, quod & iure canonico procedit arg. c. i. & ii. de ope. noui. nun. sed nec inter liberos neque ad pias causas testam. aut codicillos facere poterunt ut suprà proximè in simili ostendimus. aliud tamen de iure regio, arg. d. l. iiii. tam in testamento ut ibi quàm in codicillis. arg. d. l. ii. ff. de lega. i. aliudque in milite testam. uel codicillos faciente. arg. d. §. irritum, item aliud in donatione causa mortis, ut in simili suprà diximus in peregrini materia. hodie autem quid iuris in his tribus speciebus, dic ut in lib. j. de succ. resol. qui est septimus huius operis in. 17. & 18. & 19. casibus quibus testam. resoluitur. item captus ab hostibus testari non potest. d. §. irritum, per rationem. l. qui in potestate. ff. de testamen. §. j. Insti. eod. tit. idem in obside. l. obsides. ff. de testam. sed an de iure canonico uel inter liberos, uel ad pias causas possint testari. dic ut proximè diximus. quid autem iure regio, an arg. d. l. iiii. Taur. possint testari, quod omnino nego. & sic sunt quinque casus in quibus cessat testandi aut codicillandi potestas. hi tamen omnes ad pias causas possent testari ita Bar. in Rep. hac. col. ii. & iii. C. de Sac. Eccles. contra quem est uera & communis opin. secundū Tiraq. de priui. pi. cau. priu. 79.

161 Testandi aut codicillandi potestas cessat in quinque casibus, de quibus hic. Sed donare causa mortis bene licet.

Sunt & aliæ 161 quinque species in quibus cessat testandi potestas. nam is, qui cùm sui iuris esset, si se arrogandum præbuit, non potest facere testamentū. §. non tamen inst. quib. non. testa. infir. l. pe. §. testamento. ff. de bonorum poss. secūd. tab. facit. l. si arrogator. ff. de adop. l. qui in potestate. ff. de testamen. §. i. inst. quibus non est permi. fac. testam. idemque in eo, qui cum suis fortunis in potestatem patris adoptiui migrauit, in quibus casibus per adoptionem id contigit, ut habetur in. l. cum in adoptiuis. C. de adop. §. cum autem &. §. i. inst. cod. ti. sed & is testamen. facere nequit, qui cùm filius naturalis tantum esset per subsequens matrimonium sub patris potestate constitutus est. iuxta. c. tanta qui filii sint legiti. l. cum quis. C. de nat. liberis. auth. quibus mod. nat. effici. sui. §. sit igitur & §. generaliter. Idemque etiā si per Principis rescriptum uel etiam per curiæ oblationem, legitimus fieret. Iuxta. §. quibus, inst. de here. ab int. & ferè per totū in auth. quib. mo. na. effi. sui & quib. mo. na. effi. legiti. & C. de natur. liberis. & hi omnes ut testamentum, ita & codicillos facere non poterunt. arg. l. ii. ff. de lega. i. & an causa mortis donare possint? pendet ab illa ardua quæstione, de qua per Ripam & plenè per Iasō. post alios ibi in d. l. ii. dum disputant; an causa mortis donatio hac in re ad ultimas uoluntates, an potius ad actus inter uiuos inclinet, qua in re ut nobis uidetur, pars affirmatiua ut donare possint causa mortis tutior & benignior est, per iura & rationes quas scripsimus suprà dum eandem. q. in peregrino ageremus. ij tamen omnes neque ad pias causas neque etiam inter liberos, si quos habebant testari poterunt, nec etiam codicillari, per generalitatem regulæ negatiuæ, quæ hac in re non uidetur excepta aut reperitur uiolata. arg. l. in fraudem ad finem. ff. de mil. testa. cum iis, quæ suprà allegauimus in casibus superioribus. nec quidem iure canonico testari aut codicillari eis fas erit, nō magis quàm iure ciuili arg. c. i. & ii. de no. opin. nun. cū ibi not. idéq; etiam iure regio & si in contrarium aliquantulum faceret. l. Taurina. iiii. sed loquitur in aliis terminis. Vnde à separatis non fit illatio. l. fi. ff. de calum. sed & si ij omnes milites essent, adhuc testari aut codicillari non possent, non magis quàm pagani, cui rei dubitandi rationem præbuit. l. si quis filio exheredato. §. irritum ad finem. ff. de ini. rupto. sed loquitur in aliis terminis, & pars nostra probatur per d. l. in fraudem ibi quia generalis erat illa determinatio. per hoc 162 tamen non intelligas filium inuitum fieri legitimum, quinimò nullus illegitimus per curiæ oblationem aut per principis rescriptum legitimatur inuitus. gl. communiter ibi app. in. l. filiis matrem. C. de inof. test. Bart. & Iaso. nume. 14. in. l. quidam cum filium. ff. de uerb. obliga. per. §. generaliter in auth. quib. mo. nat. effi. sui. quinimò etiam per subsequens matrimonium inuitus non fit legitimus, ut ibi probatur, estque communis opin. quam (multis tamen aduersantibus) tenent Iacob. de belu. ibi & Guili. de Cun. Alberi. Fulgos. & Paul. Castrens. in. l. benignius. ff. de legib. & alii quos retuli de succeßi. crea. §. 21. num. 151. lib. iii. nam, cùm per hoc & legitimatus testamenti factionem amitteret ut dixi, per hocque uehementer læderetur. l. ex facto in prin. ff. de uulg. & bonorum maternorum & aduentitiorum partem (hoc est usumfructum) amitteret, ut ad

162 Legitimatio an contingat inuita per subsequēs matrimonium uel aliter.

ut ad patrem is usus fructus migraret: ut per totũ. C. de bo. ma. l. cum oportet & l. fin. C. de bo. quæ lib. nec par æquum ue lit patri beneficium cum læsione filii fieri. l. cum auus. C. de adopti. d. l. ex facto ubi notant Bart. & plenè Fran. à Ripa. consequens est inuitum non legitimari, sed demum uolentem, uel si legitimitas ipso iure contigerit, intelligo contingere sub quadam ueluti conditione, uel modo resolutiuo. nam sic acquisitam, eam filius à se abdicare poterit; cum nouerit se factum fuisse legitimum, quinimò etiam interea magis esse uidetur, ut si à lege ipso iure sine consensu suo præcedente legitimus factus fuerit, intelligatur quidem legitimus, quò ad ea duntaxat quæ sibi prosunt, non quò ad ea quæ nocent. hi omnes 163 pias ad causas testari possent secundum Bart. col. ii. in rep. l. i. C. de Sac. Eccl. contra quẽ est uera & communis opin. ut per Tiraq. de pri. piæ cau. priu. 79. id quod in simili suprà comprobauimus 25. testari 164 aut codicillari non potest, qui ob carmen famosum damnatus est. l. is cui lege. §. fi. ff. de testam. iuncta. l. ii. ff. de lega. i. quem neque inter liberos neque ad pias causas testari aut codicillari posse puto. arg. d. l. in fraudem. §. fi. ff. de mil. test. nec etiã de iure canonico poterit testari aut codicillari. arg. c. i. & ii. de oper. no. nun. sed iure regio aliud esset arg. Taurinæ legis. iiii. aliudq; esset in milite sic damnato. iuxta distinctionem d. l. si quis filio. §. irritum. ff. de ini. rup. nec is testabitur ad pias causas secundum communem opin. ut per Tiraq. de priui. piæ cau. priui. 79. contra Bart. in. l. i. in rep. col. ii. C. de Sac. Eccles.

163 Pias ad causas non testantur inhabiles, cum communi opin. cõtra Bart. & alios.

164 Damnatus ob carmen famosum non testatur aut codicillos facit, etiam ad pias causas nec de iure can.

26 testari 165 non potest damnatus crimine læsæ maiestatis humanæ arg. l. quisquis. C. ad leg. Iul. mai. iuncta. l. lex Cornelia. ff. de uulgari, qua de re per. dd. in auth. bona damnatorum. per tex. ibi. C. de bon. proscrip. l. viii. ti. x. & l. vi. ti. vii. & l. v. ti. xxxi. part. vii. l. iii. & 4. tit. iiii. & l. iiii. tit. fi. lib. viii ordin. glo. nota. quæ loquitur in eo qui sibi mortem consciuit. ut l. fin. in fi. ubi per dd. C. de iur. fis. lib. x. Bar. in l. si. §. fi. ff. de bon. eorum. Salicet. in l. ii. C. eod. tit. l. ix. tit. xiii. lib. viii. ordin. Bal. in c. i. de pace ten. in feudis. Odofredus. in d. l. fin. C. de Iur. fis. lib. x. Imol. in l. eius. §. i. ff. de testa. Bal. & Saliçet. in d. auth. bona damnatorum. cuius rei ratio illa est, quòd hoc casu bona delinquentis ipso iure confiscantur, & consequenter facinorosus amittit testamenti factionem actiuam. iuxta l. lex Cornelia. ff. de uulga. unde nec is codicillos facere poterit. arg. l. ii. ff. de leg. i. Quinimò nec ad pias causas, nec inter liberos testari aut codicillari poterit. arg. l. in fraudem. in fi. ibi quia generalis erat illa determinatio. ff. de militar. testa. Quod procedit non solùm de iure ciuili sed etiam de iure canonico. arg. in c. i. & ii. de oper. noui. nuncia. Limita ut non procedat in milite arg. l. si quis filio. §. irritum. ff. de iniusto. rup. . ii. intellige hæc moderari de iure regio nostro, arg. Taurinæ. l. iiii. cum aliis suprà allegatis. hic ut dixi nec ad pias causas testabitur secundum communem opin. de qua per Tiraq. de priu. pi. cau. priu. 79. contra Bar. ibi relatum. 27 testari 166 aut codicillari non potest damnatus crimine heresis arg. in auth. Gazaros. C. de hereti. c. cum secundum leges, de hære. lib. vi. cum utrobique nota. per gl. & dd. & per dd. communiter. per tex. ibi in c. inquisitionis. §. prohibemus. eod. tit. Abb. in c. i. col. pen. de offi. ordin. Ioan. Lup. in repeti. C. per uestras. de dona. inter uir. & uxor. fol. 82. col. iiii. iuncta. l. ii. ff. de leg. i. ratio est, quia 167 hoc casu pœna amissionis bonorum irrogatur ipso iure, ut dictis iuribus, & notanter per Alfon. à Castro. de iusta hæreti. punit. lib. ii. c. 11. fol. 183. & diximus plenius lib. i. controuersiarum, quod 168 limitat. glo. peregrina in. l. quisquis suprà allegata. §. emancipatio. uerbo. non ualeat. ut non procedat ad exclusionem liberorum, quos hæreticus ille habebat tempore admissi criminis, contrarium tamen sentit gl. in d. l. quisquis. uerbo minus, dum ait, matrem taliter delinquentem puniri in amissione bonorum, etiamsi filios haberet tempore de-

165 Damnatus maiestatis non testatur nec codicillos facere potest etiam ad pias causas cum cõmuni cõtra nonnullos.

166 Hæreticus non testatur nec codicillatur.

167 Hæreticus ipso iure amittit bona.

168 Hæretici bona publicantur ipso iure licèt ille liberos haberet.

licti. & illam gl. reprobata superiore sequuntur. dd. communi. ibi & Imol. & Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. & Cyfuentes. in Taurina. l. 4. firmans hanc esse com. opin. hoc amplius talis hæreticus neque inter liberos neque etiam ad pias causas poterit testari aut codicillari, arg. d. l. in fraudem. §. fi. ff. de mil. testam. idq; tam de iure ciuili quam canonico, ut dictis iuribus iuncto. c. i. & ii. de oper. noui nunciat. quòd si sit miles, non tã expeditum est. arg. l. si quis filio. §. irritum. ff. de iniusto. rup. sed magis esse uidetur ut iure communi hac in re etiã miles utatur per suprà dicta, quod de pia causa diximus communiter receptum est contra nonnullos relatos per Tiraq. ubi supra.

28 Surdus 169 & mutus simul à natura non potest facere testamentum. l. discretis. C. qui testam. facere pos sunt. amplia ut procedat etiam si is miles esset, ita tenent Raph. Cuma. in l. qui in potestate. §. i. ff. de testam. Iaso. in d. l. discretis col. i. quamuis contrarium teneant Cynus Salic. & Alex. in d. l. discretis Bal. & Ang. in l. iure militari. ff. de mili. testa. ubi etiam gl. per illum tex. & gl. in §. quinimò inst. eod. tit. idem tenet gl. in §. fi. uerbo certis inst. quib. non est per. fac. testam. & hæc pars ut receptior ita & uerior uidetur, & ex mente & sensu dictorum iurium, nam plerunque eueniet, ut qui intellectus ad belligerandum necessarij capax sit, is & ad testandũ sufficiens intellectum habeat, quod si ex toto careret intellectu, tunc & si miles esset, plus quàm manifestum est testari non posse eum. l. i. ff. de testam. ibi uoluntatis nostræ iusta sententia. iuncta. l. furiosum. C. qui testa. facere poss. §. item furiosi inst. eod. tit. tuncq; non tam propter surdi & muti uitium quàm ob dementiæ uitiũ testari prohiberetur. cùm igitur constare debeat neminem, qui intellectu careat, posse testari, in eo duntaxat quæstio remanebit, an muti & surdi à natura uitium (cæteris habilibus) impedimento esse possit, quo minus testetur, quod agnoscendum est in paganis, non sic in militibus ut ostendimus, ratio differentiæ quia coniecturis & inditiis institutio hæredis, & testamentum fieri nequeunt regulariter. l. iubemus cum ibi notatis. C. de testam. & tamen constat à milite hęc omnia ita fieri posse. arg. l. quanquam & l. milites. C. de testam. milit. id quòd procedit quando erant in prælio ut ibi, non sic quando erant sub tentorio nec aderat ea urgens necessitas. arg. l. Diuus. ff. de mil. test. §. planè instit. eod. tit. Vnde 170 apparet quòd opinio existimantium militem nutu testari non posse, quam tenent Glos. & communiter doct. in l. in fraudem. §. i. ff. de mil. testa. teste Andr. Tiraq. de priuil. piæ causæ, priuilegio. 8. item opin. existimantiũ contrarium, quam tenet Alex. in d. l. discretis col. fi. Angelus consi. 257. testator fecit testamentum, quam sequitur Tiraq. ubi suprà per. l. mutus. ff. de testam. iuncta. l. iure militari. ff. de mili. test. & §. quinimò inst. eod. tito. quod inquam ea opinio potest defendi, quando sub tentorio testabatur. cæterùm in conflictu belli uel propè illum contraria opin. benignior est. unde 171 pro constanti habendum est, surdum mutumq; simul à natura permissu principis posse testari. id, quod tenuit Cynus Bal. Romanus. & Alex. in d. l. discretis per. l. si mutus. ff. de testam. quia inquiunt hoc impedimentum esse iuris humani positiui, potius quam iuris naturalis diuini aut gentium, alioquin enim per principem tolli non posset secundum eos, & secundum Andr. Tiraq. de priuil. piæ causę priuilegio. 9. contrarium tamen ut princeps efficere nequeat, ut mutus, natura surdus testetur, tenent Raph. Cuma. & Paul. Castrens. in l. is qui in potestate. ff. de testam. Iaso. in d. l. discretis Aret. in l. si mutus suprà alleg. quia mutus, surdus à natura nihil intelligit. l. seruo inuito. §. si pupillo ad fi. ff. ad Trebel. unde ut princeps mente capto non posset concedere testandi facultatem, non magis quàm ei imbuere sensum & rationem. l. iii. ff. de usufr. earum rerum. l. iiii. ff. de lega. i. iuncta. l. omnes populi. ff. de iust. & iure. §. sed naturalia inst. de iure nat.

169 Surdus mutus natura, testatur, si sit miles. ardua q.

170 Miles an nutu testetur, ardua q.

171 Princeps facere an possit quòd surdus mutus natura testetur, ardua q.

ita

172 Mutus felicissimi sensus.

ita etiam id tali muto & surdo cócedere nequit. sed 172 ego noui quendam mutum & surdum à natura fratrem utrinq; coniunctum decurionis diuitis, nomine Figueroa in celebri oppido Valisoletano, qui erat tam integri intellectus, ut quotidie magnam pecuniæ uim ad chartas pictas in omni ferè genere lusus iactaret, uicissim lucrifaciendo uel amittendo, nec ullus erat, qui eo dexterius aut magis strenuè luderet, & sua peccata coram sacerdotibus confitebatur, neque ullus erat in populo, qui plures concitiuum nosceret, aut alloqueretur signis & tractaret, nuncia udecunque relata, rarus erat, qui prior quàm ipse nosceret, quas ad res, non minus sed potius magis intellectus opus erat quàm ad testamentum faciendum: ergo tam dubitari non oportet quin tali homini lex potuerit concedere testamenti factionem actiuam, non secus quàm reliquis. id quòd in milite fecit ut diximus, id quod similiter princeps facere poterit. l.i.ff.de const. pri.§. sed & quod principi instit. de iure nat. fallit quando ille mentis compos non esset, quod procedit in terminis iuris communis etiam si miles esset & ad hanc distinctionem inclinare uidentur Ioan. Faber in.d.§.quinimmo Salicet. Alex.Corn.& Ias.in d.l.discretis & Andreas Tiraquelus ubi suprà:

173 Mutus surdus natura an ad pias causas testetur, ardua q.

Ex quibus 173 uidetur inferri, mutum surdumq; simul a natura, si mentis compos ille sit, posse testari ad pias causas. id, quod tenuerunt Bal. & Alex.in.d.l. discretis & Panor. in rubr. de testamen.col.iiii. Andreas Tiraq ubi suprà priuilegio ix. quanuis contrarium teneant Rom. & Ias.in.d.l.discretis Aret. in.d.l. qui in potestate.§.fi.Bal.in.l.i.C.de Sacro. Eccles.in lect. col.ii. mouentur quia hoc impedimentum uidetur remouere consensum. d.l.seruo inuito.§.pe iuncta.l. cum prætor. ff.de iudic.unde pupillo is equiparatur, ut.dd.ll.quinimmo etiam infanti exæquatur ita Bart.in.l.i.in prin.ff.de uerb.ob.& hæc posterior pars sine dubio uera est, quando ille intellectu careret, sed si mentis compos esset, quæstio est & pro parte affirmatiua facit, quia in.c. relatum.i.& in.c.cum esses de testam.expressa est illa ratio, quia in ore duorum.&c.d.c.cum esses ibi lege diuina &c.ergo cũ lege diuina is non reperiatur testari prohibitus, non est cur impediatur testamentum facere: quandoquidem in testamentis factis ad pias causas inde docemur standum esse iuri diuino, non iuri ciuili.

174 Lex est ratio expressa in l.

nec dubium est, quin 174 ratio expressa in lege pro lege habeatur, & legis decisio pro exemplo sit, quod regulam non arctat sicque ratio generalis ibi expressa, pro lege generali habetur uerè non interpretatiuè. Bal. per tex.ibi in.l.fi.ff.de hær.inst.idem Bal. in.l.maximum uitium.C.de lib.præter.idem in.l.in fraudem in fin. per illum tex.ff.de mil.test.& in.l.his solis per illum tex.inf. C.de reuo.dona.Alex.Corn.Ias.& Curt.Iunior in.l.humanitatis per tex.ibi.C.de impuberum Decius & Purpur.in.l.fi.per tex.ibi.C.de pactis Georg.Nat.in.c.quanuis pactum num.32.de pact.lib.vi.Ias.in auth.quas actiones nu.22.C.de Sacr.Eccles.Paul.Cast.in.l.quanuis.C. de fideico.Ripa in.l.nemo potest ubi Ioan.Hannibal.ff. de lega.i.ille num.50. hic num.349. cùm ergo hac in re iuri diuino non etiam positiuo standum sit, nec is eo iure testari uetitus nuncupatim sit; superest ut testari possit. sed certè ut iure diuino huic interdicta non est testandi facultas, ita quoque nec eo iure ei aut alicui hominum concessa fuit testandi potestas, quæ inuentum humanum est.ut per Iaso.& Dec.in rubr. C.qui testam. facere poss.Corras.in præludi.l.filium quem habentem. C.fam.hær.Andr. Tiraq in.l.si unquam C.de reu. dona. uerb. reuertatur num. 89.Angel. de Gambel.in tract.de testa. in princ.& alii quos retulimus suprà in præfatione. ergo cùm (ubi suprà & plenius de succ.crea.in.§.j.) ostenderimus testandi ius esse de genere prohibitorum,

175 Testandi & codicil-

nec fauore piæ causæ cum muto & surdo à natura ullo iure positiuo dispensatum reperiatur: remanebit in suo genere prohibitorum. nisi 175 dixeris, quòd cùm iure ciuili testandi facultas, sit iam effecta de genere permissorum, & recepta & approbata de iure canonico, & non solùm approbata, ut per totum titulum de testam. sed etiam laxius admissa & aucta: ita ut in ultimis uoluntatibus hodie inspecto iure canonico. & quò ad personas & quò ad modum, ius diuinum sit inspiciendum potius quàm ius positiuum, sequitur ut & hæ personę possint testari & codicillari, quæ iure diuino hac in re prohibitæ non reperiuntur, & his personis de iure canonico ex ultima uoluntate relinqui possit, quæ iure diuino ex testamento aut codicillis capere non prohibentur, & in modo relinquendi is modus legitimus uideatur, qui, eo iure inspecto legitimus esset, & hæc menti & sensui iuris canonici proximiora mihi esse uidentur. arg.d.c.relatum.i.ibi quoniam scriptum est in ore &c. &.d.c. cum esses ibi lege diuina & ibi cum scriptum sit in ore duorum &c.&.c.filius noster de testam.ibi quia lege Dei nó autem lege huius sæculi uiuimus, facit tex.in c.cum tibi & in c.indicante de testam. quod intelligo nisi ubi quis ob insigne facinus esset uel testamentum facere, uel ex testamento aut codicillis capere prohibitus per ius ciuile. nam & ille eodem iure uteretur de iure canonico. arg.c.i & c.ii.de operis noui nun.cum ibi.not.quia extra mentem iuris canonici esse uerosimillimum est hac in re recedere a iuris ciuilis dispositionibus, quas generaliter sponte tamen approbauit, & ueluti hospitio recepit ac admisit, ut ib. studetque ius canonicum summopere remouere occasionem delinquendi (ergo non est uerosimile facinorosis priuilegia addere uoluisse).c. de testá da &.c.ne captandæ de concess.pręb.ego agnosco ré esse difficilem; sed ad hanc partem affirmatiuam procliuior sum, ad quam etiam inclinat Tiraq.ubi supra quod intelligo procedere de iure tantùm canonico, non sic de iure ciuili, quo iure longè uerius (iudice me) esse uidetur pars negatiua, ut is etiam ad pias causas testari aut codicillari nequeat, non magis quam ad alias causas

landi facultas laxior est de iure canonico quàm ciuili.

Testam. et codicilli de iure canonico actiuè & passiuè regulátur secundum ius diuinũ nisi in facinorosis.

176 Libertas fauorabilior causis.

quia 176 de iure ciuili libertas omnibus rebus fauorabilior est.l.libertas ff.de reg.iur l.i.§.fi.C.de communi seruo ma.§.fi.inst.de donat.Bar.in.l.proximè.ff. de his quę in testam.delen.idem Bart.in.l.si unus C. de testam. & tamen mutus & surdus natura etiam, libertatis fauore testari aut codicillari nequeunt.d.l. discretis. ergo multò minus ad alias pias causas. & quia lex generaliter loquens (qualis est.d.l.discretis) comprehendit omnes personas, casus, & causas ut cunque aliis in rebus sint priuilegiati, si ea in re qua de agitur non reperiantur habere peculiare priuilegium.l.in fraudem in fi. ibi quia generalis erat illa determinatio.ff.de mil.testa.& ibi Bal. Alciat.lib.iiii.paradoxorum.c. 10. Andr. Tiraq. de prescrip.§.i.glo.11.Decius in.l.ex testamento.C. unde liberi idem Decius consi.v. & in.l.i.& in.l.nemo potest.ff.de reg.iur.sed hac in re, pia causa tantùm abest, ut peculiare priuilegium uideatur habere, quòd potius reperitur contrarium ergo &c. ergo cum in ultimis uoluntatibus forus testatoris non etiam eius, cui relinquitur inspiciatur, in terris Ecclesiæ ius canonicum, in reliquis uerò ius uel ciuile Romanorum uel cuiusque ciuitatis aut regionis obseruabitur. & sic possunt & debent superiores uarietates conciliari.

177 Nutu an testamentũ ad pias causas uel inter liberos uel à milite fiat, ardua q.

unde cum 177 quæritur an testamentum nutu factum ualeat ad pias causas, eadem distinctio (iudice me) per eadem iura & rationes adhibenda est, ut de iure canonico, quod seruabitur in terris Ecclesiæ ualeat, non sic de iure ciuili, quod in reliquis regionibus obseruabitur. ut sic concilietur sententia generaliter existimantium id testamentum ualere, quam tenuit gl.& communiter doct.in d.c.cum tibi ubi per nouiss.Bal.in lect.col.ii. & in rep. col. antep. ubi & Aret.C.de Sacr.Eccles.Steph.Bertran.consi.101.lib.i. Feli.in.c.in præsentia col.22.de probationibus Corn. & Iaso.in.l. iubemus.C.de testamen.post.Ang.& Alex.ibi. Ia.in.l.licet.C.de pactis Andr.Tiraq. qui alios allegat in tract. de priuilegiis piæ causę priuilegio.8. & sententia

G contrarium

contrarium ad firmantium, taleque testamentum etiam ad pias causas ualiturum abnegantium, quales sunt Paul. Castren. post Bal. ibi in. l. & in epistola. C. de fideicomiss.

Nutu an fieri possit testa. ad liberos uel ad pias causas.

Ang. in d. l. iubemus in quibusdam lecturis Barba. sibi contrarius consi. 92. præclarè lib. 2. col. vii. Francis. Curt. qui alios refert in add. ad Alex. in d. l. iubemus. & fortè eadem distinctio adhiberi potest tam in testamento militis quàm in testamento inter liberos, cùm ingens quæstio sit, an nutu fieri possint, ut fusius per Tiraq. in d. priui. 8.

178 *Vsurarius manifestus non testatur et ad pias cau.*

29 Vsurarius 178 manifestus non potest facere testamentum, ut & alibi attigimus & tradunt Abb. consi. 51. quidam nomine lib. ii. col. fi. & Bal. in l. i. col. iiii. C. de Sac. Ecclesi. idem Bal. consi. 20. quidam Petrus in fi. lib. 3. sed nec ad pias etiam causas is testari poterit secundum eosdem. sed & 179 generaliter, qui ad testandum inhabiles sunt, hi neque ad pias causas testari possunt. ita Cynus Guihel. Cun. & Salic. col. vi. in l. C. de Sacro. Ecclesi. ubi etiam Fulgos. & Paul. Castren. & alii Bart. in l. i. §. nunciatio col. iii. ff. de operis noui nun. idem Bart. in l. omnibus. ff. ad Trebel. Alex. consi. 182. super eo de quo quæritur lib. v. Bal. consi. 448. col. i. lib. i. & est communis opin. secundum Andream Tiraq. de priuileg. piæ cau. priui. 79. quamuis Bar. minus rectè contrarium tenuerit in rep. d. l. i. col. ii. & iterum col. iii. per illum tex. cui respondent doctores ubi suprà, quibus adde circa intell. d. l. i. quod olim Ecclesia testamento capere non poterat, non magis quàm reliqua collegia, ut dicemus infrà. § seq. uers. Ecclesia & si olim in fi.

179 *Piam ad causam an testetur inhabilis ad testendum cum communi opin. contra Bar.*

180 *Testari an possit qui omnia bona præsentia & futura piæ causæ donauit.*

30 qui 180 qui omnia bona sua presentia & futura Ecclesię, aut hospitali, aut monasterio, aut alteri piæ causæ donauit, is uidetur non posse facere testamentum; quia qui nulla bona habere potest, is testamentum facere, aut hæredem habere non potest. l. lex Cornelia. ff. de uulga. sed sic 181 est, quòd talis donatio ualet. ergo is testare non poterit. quòd autem ea donatio ualeat, tenent Bart. col. fi. Fulg. & Ias. col. pen. in l. fi. C. de pact. Alex. cō. 52. in causa & lite col. iii. lib. vi. Benedict. Capra. con. 147. in nomine domini. col. ii. in fi. Ias. in l. stipulatio hoc modo. col. iii. ff. de uerb. oblig. Abb. in c. fi. nota. i. de success. ab intest. idem Abb. in c. 2. de conce. præben. sequitur & dicit esse commu. sententiam. Andr. Tiraq de priuil. piæ causæ. priuilegio. 100. Marianus in tractatu oblationum. in. x. libello. q. i. Panor. in c. priuilegia. de priuileg. & consi. 102. circa personarum. col. ii. lib. ii. Bal. in auth. si qua mulier. col. fin. C. de Sacro. San. Eccles. idem Bal. col. pen. & Panor. 5. nota. & Felin. col. ii. Decius. notab. 7. de probation. Bal. in auth. ingressi. col. iiii. C. de Sacro San. Eccles.

181 *Donatio omnium bonorū præsentium & futurorum an ualeat fauore Ecclesiæ uel alterius pii loci. ardua q.*

Contrariam partem ut talis donatio non ualeat, tenet Panor. sibi contrarius. consi. 48. Augustinus. col. fin. lib ii. Ange. consi. 170. prædictis instrumentis. col. v. Ancha. consi. 231. de primo dubio Ang. consi. 365. quædam domina Roma. col. 12. & Alex. col. ante pen. in d. l. stipulatio hoc modo Angel. in disputatione incipiente in refulgenti palatio. Roma. in auth. similiter. in. ii. speciali inter contractus. C. ad. l. falcid. mouentur hanc partem tenentes, quia talis donatio omnium bonorum præsentium & futurorum uirtualiter & in effectu aufert testandi facultatem, & consequentur est contra bonos mores. d. l. stipulatio hoc modo, iuncta d. l. lex Cornelia. quæ ratio debelis est. nam 182 unusquisque potest facultatem testandi sibi auferre per quemlibet actum, siue ille meritorius sit, iuxta auth. ingressi. C. de Sacrosan. Eccles. siue sit demeritorius, quia uendidit se ad precium participandum. §. fi. insti. de iure person. l. si quis filio exhæredato. §. irritum. ff. de iniust. rup. siue etiam sit actus medius seu indifferens, ut si dedit se in arrogationem. l. pe. §. testamento. ff. de bo. posses. secund. tabul. l. si arrogator ff. de adoptı. §. non tamen inst. qui. mo. testamen. infir. adhuc tamen ad hanc partem proclinior sum. quæ non minus recepta quam contraria fortè est, moueor noua &

182 *Testandi facultatem quisque sibi auferre potest.*

ut nobis uidetur peremptoria ratione. nam, quæ à nostris auxiliaribus, quorum sententiam tuemur, adducuntur inbelles uidentur, etenim 183 & si omnis conuentio iure gentium firma esset, & manu regia exequeretur ut in. l. ii. d. l. ad princ. ff. de orig. iuris tamen de iure ciuili per contrarium omnis conuentio infirma esse intelligitur, nec executioni mandatur. ut in. l. ii. §. circa. ff de doli excep. l. conuentionum & l. conuentiones. ff. de pact. & fere per totum. ff. de pręscrip. uerbis. fallit in iis conuentionibus. quibus lex ciuilis proprium nomen & specificum accomodauit, quæ appellantur contractus nominati. l. iurisgentium in prin. ff. de pact. inter quas donatio olim non connumerabatur, hodie autem sic. l. si quis argentum. l. sancimus. C. de donationibus. huiusmodi autē conuentiones etiam quæ nominatæ sunt & efficacea, & si regulariter exequutioni mandentur. fallit 184 tamē quando hominis ingenui libertatem plus æquo onerarent. l. i. §. quę onerandę. ff. quarum rerum act. non datur. hinc est quod ad operas obsequiales præstandas quia nimis onerarent nostram libertatem homo ingenuus sese obligare non potest. l. si quis pro eo ubi plenè per Bart. col. i. & ii. ff. de fideiuss. hinc est, quòd ad factum pręcisè homo ingenuus sese obligare non potest. l. stipulationes non diuiduntur ubi plenè per Bart. & omnes. ff. de uerb. oblig. l. i. & ii. ff. de homi. lib. exhib. & Bar. quem omnes ibi sequuntur in. d. l. stipulationes non diuiduntur, ait, promissio facti idem non obligare præcisè, sed tantùm ad interesse, quia aliter hominis liberi libertas & laxitas contra sui naturam nimis oneraretur. ad quod est elegans tex. in d. §. quæ onerandæ ibi semperq; sit metu exactionis subiectus, si enim scirem quicquid acquirerem tuum fore, semper essem metu huius exactionis subiectus. id, quod imaginem quandam seruitutis pręseferret contra naturam libertatis. ad idem. l. fin. C. de pact. pign. ibi crescit asperitas, & faciunt alia multa iura, quæ congessimus suprà de success. crea. lib. 3. §. 22. nume. 78. cum seq. in illa quæstione, an nobilitas possit renunciari. Vnde cùm ea ratio prohibitionis in lege sit expressa, ne homo ingenuus sit semper metu exactionis subiectus, cumq; 185 ratio expressa in lege si est generalis habeatur pro lege ipsa uere non interpretatiuè, & decisio habeatur loco exempli quod non arctat regulam. ut in. l. fi. ff. de hær. instit. ubi notat Bal. & gl. in auth. de hære. ab intest. §. fi. uerbo ordine Bald. in. l. maximum uitium per tex. ubi. C. de lib. præteri. Alexan. Corn. Ias. Curt. Iunior & alii in. l. humanitatis per tex. ibi. C. de impube. Decius & Purpur. in. l. fi. per text. ibi. C. de pact. Georg. Nat. in. c. quamuis pactum nu. 32. de pact. lib. 6. Andr. Tiraq. de causa cessante parte prima nume. 173. sequitur ut generaliter quotiens aliqua conuentio siue illa nominata sit siue innominata, rederet hominem per totum tempus uitæ suæ metu exactionis subiectum, ea conuentio quasi inciuilis & inhumana esse uideatur, & consequenter ei lex ciuilis minimè assistat nec actionem accommodet facit. l. si quando. §. illud. C. de inof. test. ibi, quam pactionibus adstringendos. Vnde non minus utiliter quàm nouè responderem, si 186 quis dotis causa, uel etiam emptionis, aut uenditionis, omnia bona præsentia & futura concederet non obligaretur; quia aliter semper foret metu exactionis subiectus, idemq; generaliter omni in contractu siue ille lucratiuus esset, siue onerosus, siue ex altera tantùm parte siue etiam utrinque obligatorius, idq; facilius quò ad ecclesiam uel piam causam, quæ debet esse iustior, benignior, & iniquitatis abstinentior, cultrixq; iustitiæ. cap. 1. §. 1. tit. de alien. feudi. §. cogitandum in auth. de monachis. hinc apparet ueram esse regulariter eam communem op. quam tenent Bar. & omnes doct. in. l. fi. C. de pact. & Bar. & omnes doctores in. l. stipulatio hoc modo concepta suprà all. & denique utriusque partis fautores, quos in proxima. q. retulimus) existimantium donationem omnium

183 *Conuentiones omnes quæ iure gentium firmæ erāt iure ciuili infirmæ sunt præter nominatim exceptas.*

184 *Cōtractus omnis improbatur per quem libertas hominis ingenui oneratur.*

Obligatio ad factum nō est præcisa.

185 *Ratio in l. expressa, lex est.*

186 *Cōtractus nullus per quem præsentia & futura cōcedimus à lege approbatur. Ecclesia esse debet cultrix iustitiæ & benignitatis.*

nium bonorum præsentium & futurorum non ualere, neque ad rem pertinere, quod ut suprà attigimus possit quis sibi testandi facultatem adimere per quemlibet actum, siue ille meritorius sit, siue demeritorius, siue medius. nam id obtinet quando ipse sui iuris non remanet, non sic quando remanebat sui iuris & potestatis ac libertatis, cùm ut etiã differuimus, tale libertati & laxitati contrarium esse intelligatur quòd metu perpetuæ exactionis quis sit subiectus, itaq; in consequentiam amissæ libertatis conceditur, quod separatim de per se non concederetur. id, quòd mirum non est, ait nouum l. quædam. ff. de aeq. rerum dominio. l. in modicis. ff. de contr. emp. gl. & doctores in. c. quærelam de simon. ad. l. iubemus nulli, de sac. eccl. C. respondeo eã loqui in bonis tantùm præsentibus non etiam futuris. agnosco tamen me contrarium tenuisse suprà de succ. creat. libr. 2. §. 18. num. 292. unde cum ingenuè ut ueri amator aduersum me ipsum cùm errata mea comprehendo animaduertam, non est mirandum si circa aliorum errata idem faciam.

In summa pro his sententiis, quas sequimur etiam facit, quia talem donationem ualere, uideretur esse contra bonos mores, eo quod donatori adimeretur testandi facultas. arg. d. l. stipulatio, & ita aiunt & argumentantur omnes illi, quorum sententiam tuemur; id quod

187 *Bonis moribus aduersum nõ est, quòd, quis priuet se testãdi facultate, contra communẽ, nec de iure canonico, nec etiã de iure ciuili, ardua q.*

187 facile diluunt contrariæ partis fautores agnoscentes id procedere de Iure ciuili, non sic de Iure canonico, quia id ius non censet aut definit id contra bonos mores uideri, ita Bal. in. l. pactum dotali. q. 29. C. de colla. Andr. Tiraq. de priuilegijs piæ causæ priuilegio. 100. Imol. in. c. cum contingat. col. 13. de iureiur. ubi etiam Alcia. Couarrub. in rubr. de testamen. par. 2. nu. 3. & diximus suprà de succ. crea. lib. 3. §. 28. nu. 13.

Qui omnes agnoscunt id esse contra bonos mores de Iure ciuili, eo quòd auferatur testandi facultas, uel restringatur. & in eo tantùm quæstio remanet, an etiã sit contra bonos mores Iuris canonici, sed contra utriusque partis fautores aduertimus nullibi reperiri, aut dilucide collegi ex iure consultorum responsis aut imperatorum sanctionibus, esse aut uideri contra bonos mores, quòd restringatur aut adimatur testãdi facultas nam cùm inuentione fuerit non iuris diuini, aut naturalis, aut gentium, sed positui. ut differuimus suprà de succ. cre. lib. j. §. j. & suprà in præfatione huius. 2. par. de succ. prog. non uideo ut id turpe esse aut uideri possit.

188 *Iuris ciuilis, quæ sunt tractu temporis possũt fieri iuris gentium.*

quicquid 188 enim est iuris ciuilis, id tractu temporis iurisgentium fieri potest, si ab omnibus gentibus uel etiam à plerisque earum quę legibus & moribus reguntur, admissum ac receptum fuerit. l. omnes populi. ff. de iust. & iure. §. sed naturalia inst. de iure nat. unde contractus emphiteoticus, qui sine dubio est iuris ciuilis ut tenuit gl. in. l. ex hoc iure quæ ibi communiter approbatur. ff. de inst. & iure, si ab omnibus gentibus uel à plerisq; earum quæ legibus honestis & moribus reguntur, receptus esset, sine dubio diceretur esse iuris gentium, non secus quàm reliqui omnes de quibus in d. l. ex hoc iure & in l. iurisgentium in pr. ff. de pact. §. ius autem inst. de iure nat. ut plenè ostendimus ubi suprà. unde & si postea per non usum ab ijsdem gentibus uel earum plerisque in dissuetudinem is contractus obijsset; sine dubio iurisgentium esse desineret. nam & seruitutes, quæ hodie iurisgentium sunt. l. manumissiones. ff. de iust. & iure, si ab omnibus gentibus in usu esse desissent, uel ab omnibus ferè non dubito quin iurisgentium esse desinerent,

189 *Ius gentiũ primæuũ incommutabile est, nõ sic secundarium.*

189 quasi omnia, quæ sunt iurisgentium secundarij (qualia sunt commemorata hæc & similia) non sint fixa, æterna & incommutabilia, non magis quam ea, quæ sunt iuris ciuilis aut positiui, illaque demum iurisgentium præcepta æterna esse intelligantur, quæ sunt iurisgentium primæui, quale est erga Deum optimum maximum religio, ut parentibus & patriæ pareamus, ut uim atque iniuriam propulsemus, ut nos nostraque tueamur, ut alterum non iniuria lædamus, ut aliena nobis credita reddamus. & similia de quibus in. l. ueluti. l. ut uim. l. iustitia. ff. de iust. & iure. & ferè per totum inst. eod. tit. §. singulorum inst. de rerum diuis. quæ & utilissima sunt & conferunt ad bonam totius iuris partem dilucidandam. Secundum quę conuentio illa, per quam quis sibi adimeret aut restringeret testandi facultatem, non ex eo capite ualere desineret, quod contra bonos mores uideretur, non magis quàm si conuenitet inter eos ut contractum emphiteoticũ aut societatis non faceret, sed ex eo capite ualere desinit, quod si alterius paciscentis non intererat generale est tale pactum effectu carere. l. ex conuentione. C. de pact. l. j. C. sine censu uel reliquis. l. stipulatio ista. §. alteri

190 *Intell. l. stipulatio hoc modo. ff. de uerbo. oblig. Hæreditatem uiuentes captare turpe est etiam de iure ca no. contra communẽ op.*

190 ibi inuentę enim sunt stipulationes ut unusquisque stipuletur quod sua interest. §. alteri inst. de mut. stipula. sin autem eius intererat, tunc in eo euidens turpitudo est, quia apparet eum esse solicitum de hæreditate uiuentis. Vnde improbum esse eũ, qui solicitus esset de hæreditate uiuentis Iulianus aiebat. l. ij. §. interdum. ff. de uulg. & contra eum est sinistra suspitio. l. de fideicommisso. C. de transac. l. j. uerbo non imquis rationibus a contrario sensu & l. fi. C. de pact. & talis festinatio dicitur esse contra bonos mores & iusgentium. l. quidam in iure. §. fi. ff. de donat. id quod ibi acriter punitur & in. l. in fi. ff. de his quibus ut indignis, nec minus exosum, culpatum, & punibile esse intelligitur de iure canonico quàm de iure ciuili. c. detestanda & c. ne captandæ de concess. præb. neque ad rem pertinet. c. 2. de pact. lib. 6. cum sinu. nam ibi nihil fiebat cõtra bonos mores ciuiles aut canonicos, nec quisquam erat solicitus de successione uiuentis. nam pactum de futura successione omittenda, initum cum eo cuius de hæreditate agitur, non habet uotum captandæ hæreditatis sed potius abstinendæ, quinimò idem fieret cum alio de uoluntate ipsiusmet cuius de hæreditate ageretur. l. fi. C. de pact. & tale pactum aliis rationibus improbatur. ut diximus supra de succ. crea. lib. ii. §. 13. ad princ. ergo

191 *Pactũ de succedẽdo iure ciuili & canonico turpe est, contra communem op.*

191 si sic dixi, si me hæredem non feceris, aut si testamentum in quo me hæredem scripsisti mutaueris, centum dabis nomine pœnæ, hic turpitudo est, & uiuentis hæreditatis solicitudo, utroq; iure tam ciuili quàm canonico detestanda, & detestata & punibilis, ut patet ex superioribus, contra Andr. Tiraq. & alios suprà relatos. neque ex eo capite turpitudo esset aut descenderet, quod illi adimeretur aut restringeretur testandi facultas, ut ipsi falsò opinantur. sicque contra utriusque partis fautores teneo, etiam de iure ciuili, turpe non reputari quòd alicui adimatur aut restringatur testandi facultas, si in alio accidenti uitium non sit, prout erat in terminis. d. l. stipulatio hoc modo, ut iam ostendimus item quod etiam de iure canonico intelligeretur esse turpitudo, ubi inter fuisset solicitudo successionis uiuentis, quamuis contrarium sentiant Andr. Tiraq. Imol. Bal. & alij suprà relati. unde apparet, non leuiter errasse And. Tiraq. ubi suprà post Ioan. Andr. in regula quod semel de reg. iuris lib. 6. Imol. in c. cum contingat de iureiur. & eundem Imol. in c. dilecto de preben. in. i. char. Salice. in. l. sancimus. C. de testam. quos ipse Tiraq. refert, dum scripserunt, quod si abste recepi iuramentum de non mutando testamento, in quo me hęredem scripseris, id iuramentum ualet nec aduertunt esse contra bonos mores tam ciuiles quàm canonicos, ex eo capite,

Iuram qui exigit de testam nõ mutando turpe fecit contra doct.

q ex parte recipientis sit ea turpitudo nõ solùm culpabilis sed & punibilis, quam suprà aperuimus. unde id iuramentum non est obligatorium. c. nõ est obligatorium de reg. iuris libr. 6. nec dubium est quin hic ad sit major turpitudo ex censura etiã utriusq; iuris quàm aderat in terminis. c. si diligẽti de foro compet. in cuius terminis iuramẽtũ nõ obligat. & uide suprà de suc. crea. §. 18. n. 13.

Ergo is donator de quo egimus, secũdũ nostrã sẽtẽtiã intestabilis nõ relinquetur, sed secũdũ op. cõtrariã neq;.

SVMMARIVM.

1 Incapax institutus & restituere iussus compellitur adire & restituere.

2 Incapax sub conditione si à principe habilitetur, potest institui.

3 Pactum improbatum interdum est utile ad læsionem paciscentium.

4 Deportatus hæres institui non potest.

5 Deportatus ex codicilis nil capit.

6 Peregrinus hæres institu. non potest.

7 Intellectus l. j. C. de hær. inst.

8 Peregrinus ex codicillis capere non potest.

9 Originarius an dicatur natus extra fines suæ ciuitatis, ardua q.

10 Voluntas primum, uerisimilitudo sequentem, ultimum locum uerba tenent.

11 Damnatus ad mortem naturalem non potest capere ex testa. nec ex codicillis, quod obtinet etiam hodie.

12 Damnatus ad mortem naturalem iure regio habet test. factionem etiam passiuam. not. q.

13 Lex corrigens in uno ex casibus olim æquatis corrigit & in alio, si utrobique par ratio sit.

14 Ratio expressa in lege, pro lege habetur etiam in correctorijs.

15 Mortem qui sibi consciuit non capit ex ultima uoluntate.

16 Proscriptus non capit ex ult. uol. nisi iure regio.

17 Damnatus ad bestias, uel ad metallum, & aqua & igni interdictus, non capiunt ex ultima uoluntate nisi iure regio.

18 Damnatus ob carmen famosum non capit ex ult. uoluntate, nisi iure regio.

19 Damnatus maiestatis non capit ex ult. uol.

20 Hæreticus non capit ex ult. uol.

21 Hæreticus ipso iure incidit in pœnam.

22 Collegium non potest capere ex ult. uol.

23 Collegio uel Ecclesia diruta, an legatum annuum ei relictum finiatur.

24 Incerta persona non capit ex ult uol.

25 Testandi & succedendi ius ciuile.

26 Dispositiones inter uiuos liberiores quàm in ult. uol.

27 Incertis personis pauperum uel ecclesiæ relinqui potest.

28 Posthumus an capiat ex ult. uol.

29 Testa. factio passiua denegabatur in casibus hic subiectis.

30 Ecclesiæ fauore non ualet testa. in quo filius esset præteritus, ardua q.

31 Lex generalis comprehendit personas priuilegiatas.

32 Præteritus quis dicatur.

33 Institutio honor, præteritio aut exhæredatio dedecus.

34 Testa. inter liberos si quidam sint præteriti, quidam instituti non ualet, ardua q.

35 Ecclesia olim institui non poterat.

36 Monachus ut institui nequeat statuto induci an possit, ægregia q.

37 Libertas nubendi aut monachandi minui non uidetur per denegationem lucri aut successionis.

38 Verborum proprietati prævalet usus communis loquendi.

39 Verborum proprietati etiam in pœnalibus prævalet communis usus loquendi, ardua q.

40 Verba quare reperta.

41 Monachus succedere uetitus, etiam ex codicillis capere nequit.

42 Legitimatio quid significet.

43 Agere non dicitur, qui declarat, aut detegit.

44 Appellatio an sententiam rescindat.

45 Suitas per exhæredationem non extinguitur sed suspenditur.

46 Suitas non tollitur sed suspenditur per conditionem in filij institutione appositam.

47 Dominium legati ut transeat.

48 Libertas an dari an detegi uideatur, noua declaratio.

49 Captus ab hostibus an libertatem amittat.

50 Legitimatus legitimus quidem non fit denuo, sed natiua legitimitas detegitur, ardua q.

51 Maioratus in successione legitimatus succedit non secus quàm legitimus.

52 Legitimatus succedit in feudum, non secus quàm legitimus, est que ardua q.

53 Legitimum cum princeps quem facit, an sufficiat in genere dixisse eum esse spurium, ardua q.

54 Verba concessionis ut interpretanda.

55 Illegitimorum qui nequeant institui.

56 Monachismus an habilitet ad succedendum ardua q.

57 Successionis qui ad suam utilitatem incapax est, ad utilitatem alienam capax non est.

58 Priuilegiatas etiam personas comprehendit .l. generalis.

59 Similia quando imitanda.

60 Monachismus incapacem non habilitat ad capiendum ex codicillis.

61 Monachismo an exhæredationis iustitia purgetur.

62 Nephario ex coitu natus est insuccessibilis.

63 Nephario ex coitu nati an insuccessibiles liberos generent.

64 Nephario ex coitu natis liberis alimenta debentur, sed non dos, est'q; ardua q.

65 Spurium successibilem facere statutum potest.

66 Successibiles facere natos ex damnato coitu, an statutum possit, ardua q.

67 Legitimi omnes nascebantur inspecto iure naturæ uel gentium.

68 Occasio delinquendi & peccandi tollenda.

69 Lex non admittit disputationem postquam lata est.

70 Nepharij non capiunt ex codicillis.

71 Incestuosus filius non succedit.

72 Legitimationis concessio simplex, an admittat casum mixtum, egregia q.

73 Voluntas dilucida aut etiam uerosimilis uincit uerba.

74 Mandatum recipit extensionem.

75 Pactum iuratum de non succedendo non trahitur ad bona postea quæsita, est q; ardua q.

76 Nostrum possumus prodigere.

77 Clerici etiam nepos institui non potest, est'q; ardua q.

78 Legitimati ex forma statuti excludunt fœminas, non secus quàm ligitimi est'q; ardua q.

79 Legitimitas humanum inuentum.

80 Iuris, quæ sunt in iis lex procedit uerè & naturaliter etiam si utatur uerbis fictionem significantibus.

81 Succedere ex testamento filia potest, ubi est statutum ne filia ab intestato succedat.

82 Pacto filia succedere non poterit, stante statuto ut stantibus masculis filia fœmina nõ succedat ardua q.

83 Pactum de hær. diui an ullam pariant oblig.

84 Successio abint. gradatim defertur, etiam si aliud uelit is de cuius successione agitur.

85 Succedere per statutum cùm filia stantibus masculis ab intestato uetatur, an per pactum ex sola patris uoluntate succedat, ardua q.

86 Filius succedere impeditus an augeat aliorum legitimas.

87 Legitimari potest nepos per subsequens matrimonium etiam post mortem patris sui contractum, egregia'q; pugna est.

88 Legitimitas humanum inuentum.

89 Maioratus in successione ut legitimatus maior natu minori legitimè nato præferatur, ardua q.

90 Filiatio an probetur eo quod quis ut filius sit tractatus.

91 Legitimatus quando excludatur à uenientibus ab intestato ardua q.

POSTQVAM



OSTQVAM de his, qui non habēt
testamenti factionem actiuam disse-
ruimus, proximum est, ut, qui pas-
siua testamenti factione careant, edo-
ceamur, nam in successionum pro-
gressu huiuscemodi priuationes iuri
naturali & gentium incognitæ con-
tigerunt.

Acturi ergo de iis, qui non possunt capere ex testa-
mento, admonendi sumus talium incapatium (quorum
plures species infra enumerabimus) institutionem ex to

1 *In capax institutus et restituere iussus compellitur adire et restituere.*

to inutilem non fore, primùm quia 1 si hæredes insti-
tuti hæreditatem partem'ue iussi fuerint restituere ex
Trebelliano Senatusconsulto iubentur adire, & resti-
tuere, ut satis utiliter resoluit Benedict. in. c. Ramutius
de testam. par. j. fol. 79. nume. 75. deinde 2 quiualiter
instituti si fuerint sub hac conditione, si à principe ha-
biles fiant secuta postea principis indulgentia utilis erit
eorum institutio, ita resoluit Alex. in. l. Gallus. §. insti-

2 *In capax sub condit. si a principe habilitetur potest institui.*

tuens. ff. de lib. & posth. sequitur & affirmat esse com-
munem opinionem Hieronym. Cagno. in. l. quandiu nu-
me. 4. ff. de reg. iuris. quam sententiam communem ac
receptam esse testantur Ias. & Lancel. Galiaula in. d. §. in
stituens & Curt. iunior consilio. 85. num. 3. & Episcopus
Couarub. lib. 4. Decretalium par. 2. c. 8. §. 5. nume. 12.
per. l. in tempus. ff. de hær. inst. l. si ita quis hæres institua
tur si legitimus eod. tit. quamuis tu contrarium faciat. l.
inter stipulantem. §. sacram. ff. de uerb. oblig. l. qui res. §.
aream. ff. de solu. §. i. inst. de inut. stip. l. cæterì a. §. tractari
l. apud Iulianum. 1. §. constat, ubi tradunt in simili Aret.
& Soci. ff. de lega. j. sic & ex diuerso pactum 3 inutile

3 *Pactum improbatum interdum est utile ad læsionem paciscētiū.*

quò ad commodum paciscentium utile est quò ad dānnū
ipsorum. l. 2. infi. ff. de his quib. ut indig. l. quædam in iure.
§. fi. ff. de donatio.

Sunt ergo plures, qui hæredes nequeunt institui, &
primò deportatus 4 non potest hæres institui. l. si quis

4 *Deportatus heres institui non potest.*

filio exheredato. §. irritum. ff. de iniust. rupt. cuius rei il-
la ratio est, quia per deportationem quis amittit ciui-
tatem, & sic iura suæ ciuitatis. §. media instit. de cap. di-
mi. ideoque deportatos mortuorum ferè loco esse dici-
mus. l. 2. §. deportatos. ff. de bo. po. contra tab. l. 1. §. si pa-
ter. ff. de coniung. cum emancip. quia quo ad suam ciui-
tatem mortuorum loco habentur, cùm illius ciuitatis
iurium expertes sint. nec dubium est, quin testandi fa-
cultas descendat à iure ciuili. l. 1. ff. de testam. Corras. in
l. filium quem habentem. C. fam. hær. Andre. Tiraq. in. l.
si unquam uerb. libertis nu. 89. C. de reuo. donatio. dixi-
mus plenius de succ. crea. lib. 1. in præf. & in. §. 1. in prin.
ergò si deportatus in capax erit hæreditatis & successio
nis, quæ nisi per legem ciuilem deferri nequeunt non
secus quàm a reliquis omnibus priuatur, quæ ex iure ci-
uili suæ ciuitatis descendunt. facit. l. lege obuenire. ff. de
uerb. signif. l. 3. §. de illo. ff. pro socio. & quæ plene tra-
dunt Philip. Dec. & Hieronym. Cagnol. in. l. iura sangui-

5 *Deportatus ex codicillis nil capit.*

nis. ff. de reg. iur. & is deportatus 5 etiam ex codicillis
nihil capere potest. l. 2. ubi in simili per omnes. ff.
de lega. j.

2 peregrinus 6 hæres institui non potest. l. j. C. de

6 *Peregrinus hæres institui non potest.*

hære. institu. facit. l. neque apud eod. tit. uerbo peregri-
nos. nam cum hæredum instituendorum facultas à me-
ra legis ciuilis concessione, indulgentia, & dispensatio-
ne descendat, ut proximè disseruimus. peregrinusque

7 *Intell. l. j. C. de hær. inst.*

7 hoc est exterus non iure nostræ sed suæ ciuitatis uta-
tur, uel iure communi naturali & gentium. l. omnes po-
puli. ff. de iust. & iure. §. sed naturalia instit. de iure natur.
cumque testandi facultas non solùm ex iure naturali nō
descendat, sed etiam principiis iuris naturæ uel gentiū
repugnet & aduersetur, ut in. §. j. in prin. lib. j. de success.
crea. ostēdimus. superest, ut is peregrinus ex testamen-
to capere nequeat, cum id iure naturali uel gentium,
quo ille utitur permissum non sit. & is (ut nobis uide-
tur) est uerus sensus. d. l. i. licet glos. & Doctores ibi na-
rient, alios sensus parum fortè aptos ad illam legem ac-
comodantes. cumque 8 is peregrinus ex testamento

8 *Peregrinus ex codicillis capere non potest.*

capere nequeat, consequens est, ut nec ex codicillis ca-
pere possit. arg. l. 2. ff. de lega. j. ubi in simili ita tenent
Paul. Aret. Alex. Iaso. & Ripa circa finem & peregrinus
quis propriè dicatur colliget ex tex. egregio in. l. sed si
hac. §. si pœnam uerb. peregrinitatem. ff. de in ius uocan.
& quia in dictis locis controuersum est, an extra fines
suæ ciuitatis natus pro peregrino sit? subiicio hanc not.

9 *Originarius amplicatur natus extra fines suæ ciuitatis ardua quæstio.*

quæstionem, statutum 9 disponens ut nullus admitta-
tur ad collegium, uel officium, uel beneficium, nisi
sit originarius, ut cauetur in nostro regno, non expellit
natum alibi casu, ueluti per transitum, quia & si natus
sit extra propriam patriam aliquo casu, nihilominus iu-
dicabitur originarius seu ciuis illius regni in quo pater
domicilium habebat, & ratio est, quia mater, quæ ani-
mum reuertendi habuit fingitur semper uel præsumitur
esse in ciuitate, ut in. l. i. & in. l. retro. ff. de capt. & postli-
mi. reuers. ista est opin. commun. secundum Ripam. de
peste, de priuilegiis contractuum causa pestis num. 183.
& ita in collegio nostro Salmanticensi Diui Iacobi ubi
exterus collega esse non potest definitum fuit. uerum
tamen multi tenent contrariam partem, immo quòd na
tus casu in loco ubi mater non debebat permanere, di-
catur ibi ubi natus fuit sortiri originem, & ratio est, quià
statutum disponit ut ratione propriæ originis quis dica
tur ibi ciuis ubi nascitur, ut in. l. ciues. de incolis. lib. x. &
ista est commun. secundum Iaso. in. l. huiusmodi. §. lega-
cum. num. 14. ff. de lega. i. sed prior opin. ut equior ita for
tè & uerior est. quia 10 in omni dispositione primum

10 *Voluntas primum, uerisimilitudo sequentē, ultimum locum uerba tenent.*

locum obtinet uoluntas, sequentem uerisimilitudo, ul-
timum uerba quia secundum Ciceronē in oratione pro
Cecinna. uerba reperta sunt nō quę impedirent, sed quæ
indicarent uoluntatem. de primo est tex. in. l. in condi-
tionibus primum locum. ff. de condit. & dem. l. hæredes
mei. §. cum ita. ff. ad Treb. l. obligationum substantia. ff.
de act. & obliga. l. an inutilis. ff. de accept. l. ita stipulatus
uers. Sabinus. uerb. ex mente ubi notant Paul. & Iaso. ff.
de uerb. oblig. de secundo est tex. in. d. §. cum ita. l. 3. C.
de lib. pret. l. pe. uers. cogitasse. C. de impub. de ultimo
est tex. in. l. non aliter. ff. de lega. 3. §. sin autem ad deficiē
tis. C. de cad. toll. l. Labeo. ff. de sup. lega. nec dubium
(ut nobis uidetur) est, quin mens statuentium fuerit nō
tam inspicere natale solum quàm excludere forenses,
quorum numero is partus, de quo agimus minimè, ha-
bendus est. ergo & si uerba eum excludat, mens ta-
men statuentium non repellit eum, sicque admittendus
est. argumentoq; est etiā glo. illa cōmuniter app. in. l. tale
pactum. §. fi. ff. de pact. dum ait, pro cauto haberi, quòd
statuentes uerosimiliter hac de re interrogati respon-
derent pro nobis, quia etiam in feris animantibus illa,
non uidetur recessisse, quæ consuetudinem & ueluti
animum habebat redeundi. l. naturalem cum. ll. sequen-
tibus. ff. de acq. rerum dominio &. §. fere cum. §. §. seq.
inst. de rerum diuisi. facit etiam. l. si quis filio exhæreda-
to. §. quatenus. ff. de inius. rup. l. eius. ff. de testamen. & ita
uidi in usibus forensibus seruari.

Tertio damnatus 11 ad mortem naturalem, non

11 *Damnatus ad mortem naturalem non potest capere ex testa. nec ex codicillis quod obtinet etiam hodie.*

potest hæres institui, ut in. l. quædam sunt. ff de pœnis. l. si
quis mihi bona. §. si quis planè. ff. de acquir. hære. l. 15 ti-
tu. 1. part. 6. facit. l. qui ultimo. ubi per Bart. ff. de pœn. hi.
enim serui pœnæ efficiuntur. l. si quis filio exheredato. §.
irritum. ff. de iniul. rup. seruitutem autem illorum con-
demnatorum mortalitati comparamus. l. seruitutem. ff.
de reg. iur. unde ut mortuus institui nō potest. l. quidam
referuntur. ff. de iure. codicil. §. in primo. C. de cadu. toll.
ita & talis seruus pœnæ institui non poterit, id quod
etiam hodie immutatum non est, ut tenent & commun.
esse opin. affirmant. Decius. & Cagno. in d. l. seruitutem.
Soc. in. l. cognatis. ff. de reb. dub. Bart. in. l. qui ultimo. ff.
de pœn. tradunt communiter. d. in auth. bona damnato-
rum. C. de bon. damna. & in auth. sed hodie. C. de dona.

inter uir. & uxor. qua ratione etiam ex codicillis talis condemnatus capere non poterit.l.2. ff.de leg.j. sed an ex mortis causa donationẽ capere possit? illinc pendet, utrum donatio talis ultimæ uoluntati, an uerò actui inter uiuos exequetur, ut plenè per Alex. Iaso. & Ripam in.d.l.2. quæ omnia etiam iure canonico procedere intelligendum est. arg.c.1. &.2.de noui oper.nuncia.c.cũ eapediat. de electi. lib.6. hodie ta autem iure regio Hispanorum cùm taliter damnatus habeat testamenti factionem actiuam, ut in Taurina.l.4. uidetur etiam q habeat passiuam: quia hi duo casus a lege antiqua æquiparabantur ut dictis.ll.unde 13 l.noua corrigens in uno ex casibus à lege uetere eæquatis, uidetur etiam corrigere & in alio casu æquiparato, ut tenet glos.commun. approbata per.dd.ibi in.l.si quis seruo alieno persuaserit.C de furt.Ias.in.l.de quib.nu.14.ff. de.legib.idẽ Ias. in auth.quas actiones.nume.19. C.de Sacro San.Eccles. & in.l.quamuis.C. de fideicommis. id quod facilius obtinet quando eadem ratio erat in utroque casu.ut per. dd.ubi suprà nec dubium est, quin par ratio sit, tam in testamenti factione passiua quàm etiá in actiua testamenti factione: quia utriusque testamenti factionis is damnatus ideo incapax fiebat, quia seruus pœnæ, & sic ueluti mortuus reputabatur, mortuus autem neque ex testamento capere, neque testamentum facere poterat. d.l.quidam referũt.&.d.§.in primo.iuncto.d.§. irritum. id quod iustificatur, quia in.d.Taurina.l.4. expressa est illa ratio, como syno fueste condemnado, quæ ratio est generalis & comprehendit testamenti factionem passiuam, non secus quàm actiuam: quia si condemnatus nõ fuisset, utriusque successionis capax esset. neque dubiũ est, quin 14 ratio expressa in lege pro lege habetur & decisio si particularis est loco exempli sit, quod non arctat regulam aut legem, etiam si firaus in correctoriis & pœnalibus.glo.in auth.de hære.ab intesta.§.si.uerbo. ordine glo.in Clem.j. uerbo eligatur de elect. Paul.in.l. quamuis. C. de fideicommis. Bal.in.l.fi.ff.de hęre.instit. Curt.Iunior.in.l.humanitatis.num.15.Ias.num. 6. Alex. nu.5.Corn.num.15.C.de impub.per tex. ibi Purpur.nume.23.Cur.Iunior.num.9.Decius.nu.15.in.l.fin.per tex. ibi C.de pact.Ripa.num.50. Hannibal.num. 349.in.l.nemo potest ff.de leg.1.Tiraq.de causa cessante parte.1.nume.152.& in.l.si unquam uerbo libertis.nume.45.C. de reuo.dona.unde cũ ratio expressa in.d.l.4. sit generalis, & comprehendat testamenti factionem passiuam non secus quàm actiuam; superest ut hodie iure Hispanorũ taliter condemnatus utriusque successionis capax esse intelligatur. quod non minus utile est quàm humanum. quamuis contrarium in specie tenuerit nouissimè Cyfuẽtes in.d.l.4.id quod facilius in unlite obtineret, arg.d.§. irritum.

12 Damnatus ad mortem naturalem iure regio habet test. factionem etiam passiuam, not. quæstio.

13 Lex corrigens in uno ex casibus olim æquatis corrigit & in alio, si utrobique par ratio sit.

14 Ratio expressa in lege, pro lege habetur etiam in correctoriis.

4 ex Testam.non potest capere is, qui 15 sibi mortem consciuit arg.l.2.C.qui testa.face poss.l.j.§.ut autẽ. ff.de bon.eorum qui mortem sibi consciu. & per totum. C.eod.titu.l.1.ff.de bon damna.l. bona fides.§.j.ff.depositi.qua ratione neque ex codicillis capere poterit.l.2.ff. de leg.1. sicque uidetur quòd mortis causa nequeat. arg. l.fi.C.de dona.causa mort. quod ultimum non satis tutum est, pendetque illinc, utrum mortis causa donatio, actibus inter uiuos, an ultimæ uoluntati par sit. de quo per Alex.Areti.Ripam.& plenius per Iaso.in.d.l.2. quæ omnia iure etiam canonico procedunt arg.c.1. & 2. de oper.noui nuncia.iure autem regio Hispanorum idem adhuc existimo, licèt dubitandi causam prębeat. d.l. Taurina.4.& istius bona, an hodie fisco appelicentur, an uerò eius ascendentibus & descendentibus, dic ut per glo.nota.in.l fi.in fi.C.de iure.fis.lib.x.Bar. in.l.b.§.fi.ff. de bon. eorum, Salice.in.l.i.C.eod. titu.Cyfuentes.in.d. l.4.& est hodie tex.in.l.9.tit.13.lib.8.ordin.

15 Mortẽ qui sibi consciuit non capit ex ultima uoluntate.

5 Hęres 16 institui aut ex testamento capere non potest, is, qui proscriptus fuit, arg.tex.in Rub.C.de bon. damna. & proscr.p. iuncta.l. quędam sunt.ff. de pœn.l.si quis mihi bona.§. si quis planè.ff. de acquir. hęred.sed & per mediam personam capere non poterit, arg.tex.in. l.is cui, ubi multa per Bart. Paul.Areti.Ias.& Alex.ff.de uulga. neque ex codicillis capere poterit.l.2. ff.de leg.j. iure tamen regio tam ex testamento quam ex codicillis capere poterit. ut in simili supra, arg. Taurinæ.l.4.ostendimus. dum docebamur de damnato ad mortem naturalem.bona autem istius proscripti, an hodie publicentur dic ut per Deci.& Cagnol.in.l.seruitutem.ff. de reg.iur. Soc.in.l.cognatis.ff.de reb.dub. Cyfuentes. in.d.l.4.

16 Proscriptus non capit ex ult.uol.nisi iure regio.

6 Aqua 17 & igni interdictus, neque ex testamento nec ex codicillis capere potest, idemque & in eo, qui ad bestias damnatus esset, sed & in eo qui damnatus sit ad opus metalli idem erit, arg.l.si quis filio exhæredato.§. irritum eum.§. sequenti.ff. de iniusto rupto.l. eius ff.de testam l.2.C qui testam.face.poss. hi enim cùm serui pœnæ efficiantur mortuis assimilantur.d.l.seruitutem sicque capere ex testamento aut ex codicillis non possunt, non magis quam si re uera mortui fuissent.l. quidam referunt.ff. de iure.codici.§. in primo. C. de cadu. toll.iuncta.l.quędam sunt.ff.de pœn.iure tamen regio in his tribus hominum speciebus non denegabitur testamenti factio passiua, ut supra probauimus. dum circa damnatum ad mortem naturalem, rem istam ageremus, quamuis contrarium responsurum in his tribus speciebus Cyfuentem uero simillimum sit, aut respondisse naturaliter uideatur in.d.l.4. Tauri.num.2.

17 Damnatus ad bestias, uel ad metallum, & aqua & igni interdictus, non capiunt ex ultima uoluntate nisi iure regio, quod ultimũ negarent nouissimi.

7 Ex testamento 18 aut etiam ex codicillis capere non poterit damnatus ob carmen famosum, arg.l. is cui lege.§.fi.ff.de testa.iuncta.l.2.ff.de leg.l.quędam sunt.ff. de pœn. iure tamen Regio Hispanorum adhuc idem esset ex mente & sententia Cyfuentes in.d.l.4. Tauri. nume.2.cuius contrarium, ut humanius ita & uerius mihi uidetur; ut plenè ostendimus suprà, dum hanc rem circa damnatum ad mortem naturalem ageremus.

18 Damnatus ob carmen famosum non capit ex ult. uoluntate, uel si iure regio contra mentem nouissimorũ.

8 Ex testamento 19 aut ex codicillis capere non potest damnatus crimine læsæ maiestatis.l.quisquis.C.ad .l.Iul.maiest.iuncta.l.quædam sunt.ff.de pœn.l.is cui lege.ff.de testam. qua de re plenius egimus suprà.§. præcedenti nu. pen.

19 Damnatus maiestatis non capit ex ult.uol.

9 Ex testamento 20 aut codicillis hæresis crimine damnatus capere non potest, auth.Gazaros.C.de hære. c.cum secundum leges de hæret. lib.6. iuncta.l.2.ff. de leg.j.quinimmo etiam si damnatus non esset, simul ac in hæresim incidisset, idem foret. quia 21 in hoc crimine pœnæ legales irrogantur ipso iure, etiam ante sententiam uel accusationem, ut plenè per Andre. Tiraqu. in.l.si unquam: uerbo reuertatur.C. de reuocan. donatio.Alfons. à Castro. de potest. legis pœnalis lib.2.c.10. cum seq. & de iusta hæreti.puni.lib.2.c.11.fol.183.Io. Lup. in.c.per uestras. fol.82.col.iiij.de dona. inter uir. & uxor.& diximus plenè suprà in præf.

20 Hæreticus non capit ex ult.uol.

21 Hæreticus ipso iure incidit in pœnam.

10 Collegium 22 hæres institui non potest.l.collegium.C.de hære. instit. qua ratione ea codicillis capere non poterit, arg. in.l.2.ff.de leg.j. & quia testamenti appellatione, etiam codicilli largo modo continentur ut in prin. instit. de testam. ibi testatio mentis, notatur per glo.in.l.ii.C.communia de leg.glo.in.l.ii.C.de constit.pecun. & ita tacitè uidentur sentire Bart. & Paul. Castr. in.l.ii.ff.de leg.j.Alex.Ias.& Ripa. col.j. in.d.l.ij. ubi nu. 20. firmat hanc esse com. opin. quam etiam cõmunem esse aiunt Alex. ibi nu.2.& Ias.nu.33. & Socin. nu.6.& Zas.col.j. dum aiunt prohibitum per statutum testari, prohibitum etiam uideri codicillari, id quod etiam tenet Bar. in.l.ut tantum.ff. de serun corrup. idem met Bar.in.l j.§.lex falcidiam.ff.ad leg.fal.& Paulus Castren.in.l.non est nouum col.1.ff. de legib. contrarium tamen ut codicillari uetitus non uideatur, tenent Cuman.in.d.l.ii.ff.de lega.1.& Bal.in.l.fi.C. de testa. idem Bal.in.l.si arrogator col.pe.ff.de adop. sed quicquid sit in hac specie de statuto, tamen quin tale collegium capere ex codicillis nequeat, non magis quàm ex testamento

22 Collegium non potest capere ex ult. uol.

mento iuri proximius est, per iura & rationes suprà all. & quia utroque casu par ratio est, ut patet, ergo &c. l. illud. ff. ad legē aqui. at

23 Collegio uel Ecclesia diruta, an legatū annuum ei relictum finiatur.

23 quo casu collegio utiliter relinquitur uel ecclesiæ, an eo uel ea diruta relictum annuū finiatur tradit Anchar. in clem. ii. de religi. dom. & consi. 197. col. fi. Feli. in c. cum dilecta col. fi. de rescri. Tiraq. de priui. piæ cau. priui. 91. 11. incertæ

24 In certa personā nō capit ex ul ti. uol.

24 personæ hæredes institui nequeunt. §. incertis inst. de lega. nec eis legari aut per fideicommissum relinqui quicquā potest. ut ibi iuncta. l. i. ff. de leg. i. l. i. & l. ii. C. com. de lega. nam incerta persona uidetur esse nulla argum. l. duo sunt Titii. ff. de testam. tutel. l. si ita fuerit. ff. de reb. dub. sicq; relictum nullum est, ut d. d. ll. & . l. ita stipu'atus in mag. ff. de uerb. oblig. uel ex eo quod uerosimiliter hæreditates & legata testamento dantur. l. neque adiecit. ff. pro socio. dantur inquam propter bene merita honorati in testatorem argumento text. ibi at incerta persona non poterit de testatore bene mereri, sicque par est id relictum non approbari. est & tertia ratio, quia cùm ibi nullum meritum honorati erga testatorem præcesserit, quasi furiosi est, talia legata tales ue institutiones adscribere, sicq; quasi dementis iudicium meritò non tuebatur à lege. argum. in simili in. l. apud Iulianum. §. constat. ff. de lega. i. ibi furiosi est, &c. ubi multa in simili per Ias. l. i. ii. iii. & iiii. l. Titia. ff. de inof si. testamento, & cum

25 Testandi & succedendi ius ciuile.

25 testandi potestas à lege ciuili data sit, ueluti ex dispensatione contra principia iuris naturæ ut tenent Ias. & Deci. in rubr. C. qui testam. facere poss. Ang. de Gambeli. in princ. in tract. de testa. Guibel. Bened. in c. Rainutius de testam. uerb. testam. i. num. 5. Paulus Cast. per tex. ibi in l. i. ff. ad leg. falci. Corrasi in prælud. l. filium quem habentem. C. fami. herc. Andr. Tiraq. de reuoc. don. in. l. si unquam uerb. libertis num. 89. & docemur per nos egregiè lib. i. §. i. in pr. de succ. crea. par, æquum & ciuile erat, ne hanc testandi concessionem & ueluti dispensationem lex concederet eius qui ueluti deliraret uel temerè rebus de suis disponeret. sicq;

26 Dispositiones inter uiuos liberiores quā in ult. uol.

26 longè liberior est rerum nostrarum disponendarum inter uiuos potestas, quàm ex causa ultimæ uoluntatis, quandoquidem inter uiuos uti & etiam abuti rebus nostris possumus. l. sed & si lege. §. consuluit ibi dum rebus suis se abuti putant. ff. de peti. hær. l. non usque. ff. si à parēt. quis. l. i. §. pe. uerbo prodigit. ff. si quid in frau. patr. & tamen per ultimam uoluntatem rebus nostris uti quidem possumus, abuti uerò non utique. d. §. constat. cum simil. suprà alleg. quibus rationibus & in codicillis idem erit, quibus,

27 In certis personis pauperum uel ecclesiæ relinqui potest.

27 incertis personis relinqui nihil poterit. argumento. d. §. in certis iuncta. l. ii. ff. de lega. i. fallit in eo quòd pauperibus uel ecclesiæ relinquitur, communis op. est ut per Tiraq. de priui. piæ ca. priui. 56. Areti. in. l. i. col. fi. C. de sacr. eccl. Corn. in. l. captatorias. C. de test. mil. & ibi Romanus.

28 Posthumus an capiat ex ul ti. uol.

12 Posthumus 28 ex testamento aut etiam ex codicillis capere olim non poterat. §. posthumo. inst. de lega. l. posthumus in pr. ff. de inoff. testamento in pr. inst. de bo. possess. nam cùm plures posthumi nasci possent, incertumq; esset fœminæ an masculi nascerentur. l. est inter. ff. de fideicomm. liber. l. si pater. ff. de sold. antiqui. ff. si pars hæred. petatur. l. qui quartam. §. si quis unam. ff. de lega. i. planè, qui quicquam posthumo relinquebat, similis ei uidebatur, qui incertis personis relinquebat. & hic aderat eadem ratio temeritatis compensciendæ, cùm ex parte posthumi nullum benemeritum erga testatorem posset præcedere, ergo &c. ut d. l. nec adiecit. postea tamen laxior posthumorum instituendorū facultas data fuit. §. posthumus inst. de leg. l. Gallus per totam. l. ff. de libe. & posthu. ubi plenissimè per omnes & C. per totum de posth. hære. inst.

29 Testa. factio posthumis denegabatur in ca

Tertiusdecimus 29 casus est, in filiis nephariis casus. 14. in filiis incestuosis. 15. in filiis natis ex coitu damnato, de quibus infra dispiciemus & habetur in auth. ex complexu. C. de inces. nup. 16. casus in filiis naturalibus respectu patris, qui non possunt capere ex testamento aut ex codicillis simpliciter, sed minusculā quandam partem de qua in auth. licèt & per totum. C. de natu. lib. 17. casus est in filio uulgò quæsito respectu matris illustris iuxta. l. si qua illustris. C. ad Orficia. 18. casus in muliere nubente infra tempora luctus iuxta. l. i. & ferè per totum. C. de secund. nupti. 19. casus in ea muliere, quæ infra tempora luctus citra nuptiarum interuentum pareret ex alio quam ex uiro suo, iuxta auth. eisdem pœnis. C. de secundis nupt. casus. 20. ponitur etiam in. d. auth. & alii casus referuntur per glos. & Docto. in §. legari inst. de leg. per Bar. & omnes in. l. si quæramus. ff. de testam. per Bar. & alios in. l. fi. ff. quib. ut in dign. quibus adde casum. 21. de eo qui habetur in. l. quidam in iure. §. fi. ff. de dona. l. 2. §. fi. ff. de his, quib. ut indig. adde & 22. casum in ecclesia. l. quæ iisdem rationibus, quibus diximus incertas personas institui non posse, institui non poterat, non magis quàm collegium. nam utroque casu par ratio erat. & is est uerus intell. d. l. i. C. de sacros. eccle. sed illa prohibitio in collegio permansit, in ecclesia uerò sublata est, ut ibi uerum enimuero ut modò dicebamus. Ecclesia & si olim institui nō poterat hodie non solùm potest sed etiam cum magno priuilegio. nam

filius his fi hereditas.

Ecclesia olim institui non poterat.

30 Ecclesiæ fauore non ualet test. in quo filius esset præteritus, ardua q.

30 testamentum in quo ei aut aliæ piæ causæ fuit hæreditas relicta ualet, etiam si filius nō fuerit institutus, aut exheredatus, si est aliquid ei relictum, tit. legati uel fideicommissi. ita & in ecclesia tenet Bart. in repet. l. i. & ibi Flori. C. de sacrosanc. eccles. Anchar. & Imol. in c. cum esses. de test. Alex. consi. 105. col. penult. lib. 4. Fulgo. in. l. generali. C. de sacrosanct. eccl. Andr. Tiraq. de priuileg. piæ. causæ priuilegio. 14.

Contrariam partem tenuerunt Bal. in repetitione. d. l. i. col. 15. & ibi Salicet. q. xii. & Barba. consi. 112. quæritur utrum. lib. 4. idem Barba. consi. 38. difficile est lib. 3. & in. c. cum esses de testam. col. 22. & alii plures, quos retulimus suprà. §. 22. circa principium. nam & similiter testamentum, in quo liberi sunt instituti à patre, uitiatur ob præteritionem alterius filii glo. in. l. si filius qui in potestate. ff. de libe. & posthu. Bal. Angel. Paul. & Ias. in. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. Bal. consil. 96. licèt regulariter. libro 5. & alii plures, quos retulimus suprà. §. 22. post principium licèt & in hoc ultimo contrarium tenuerit Ias. in. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testamen. & alii non pauci, quos retulimus ubi suprà. Quid dicendum? Et quidem in utraque specie magis esse uidetur, ut de iure tale testa. nullius momenti sit, quia

31 Lex generalis comprehendit personas priuilegiatas.

31 lex generaliter loquens comprehendit casus utcunque priuilegiatos si in ea re qua de agitur, non reperiuntur habere peculiare, priuilegium. ita probat tex. in. l. in fraudem. §. fi. & ibi notat Bal. ff. de mili. testam. Decius in. l. ex testamento. C. unde liberi. idem Decius consi. v. Alciat. lib. 4. parado. c. 10. Andr. Tiraq. de prescrip. §. j glo. xj. sed filiofam. preterito testamentum est ipso iure nullum. l. inter cætera & l. pe. ff. de libe. & posth. l. j. uerb. nullius momenti. ff de iniuf. rup. l. 3. §. ex his uerb. sēper. ff. de iniuf. rup & in pr. inst. de exhær. liber. Præteritum

32 Præteritus quis dicatur.

32 autem accipere debemus eum, qui non fuit institutus aut rite exhæredatus. l. fi. C. de bon. poss. contra tab. ubi not. Ias. num. 5. etiam si integram legitimam titulo legati aut fideicommissi receperit. l. ita tamen. §. si quis rogatus ubi per Alexan. ff. ad Trebel. ergo is filius, quo de agimus præteritus fuit sicq; testamentum est ipso iure nullum; utcunque hæres scriptus aliis in rebus sit priuilegiatus, nisi hac ipsa in re reperiatur habere priuilegium, & quidē hac ipsa in re, pia causa nullum reperitur habere specia le priuilegium, nam & si per c. relatum. j. & c. cum esses de testam. dispensetur quo ad solennia testamentorum tamen non reperitur dispensatum quo ad institutā disponendi, nec etiam decebat quo ad id dispensari, nec fortè iuri canonico potestas in eo esset, quo ad terras Ecclesiæ non subiectas. constat

33 Institutio honor,

33 autem honorem institutionis

Præteritio aut exhæredatio dedecus.

cionis esse inextimabilem superareque inspecta legis censura omnem compendium pecuniarium.l. Iulianus .ff.si quis omi.cau.testam.nam & per contrarium in præteritione uel exhæredatione summum dedecus & iniuria est.l. cum quidam. C.de leg.auth.ut cum de appell. cog.§.sola enim, ubi ait sola enim est nostræ serenitatis intentio iniuriam exhæredationis & præteritionis à parentibus & liberis auferre. idem in.§.aliud ead.auth. ergo dispensatio iuris canonici in d.c.relatum & d.c.cũ esses facta solùm quo ad solennia minimè potest extendi ad iustitiam dispositionis, quæ potissimùm consistere uidetur in eo, ne honor liberis denegetur, ne'ue dedecus & iniuria eis infligatur ac irrogetur. quæ 34 ratio ex æquo militat, & cùm testamentum fit inter liberos, in quo similiter quò ad solennia tantùm, non autem quò ad iustitiam disponendi dispensatum est. per.l.fi.C. fam. her. & pet.d.§.ex imperfecto.iustũ autem non esset, liberorum quosdam summo institutionis honore decorare, reliquos uerò per contrarium summa iniuria exhæredationis aut præteritionis afficere. & ideo talia testamenta iniusta appellantur.l.3.§.ex his & ferè per totũ in rubro & in nigro.ff.de inius. rup.l.j.ii.iii. & uii. ff.de inoffi.testam.nec ad rem pertinet, quòd quidam liberorum fuerint instituti. nam respectu illius, qui fuit præteritus aut exhæredatus, non ideo minus dicitur insultum & iniuria plenum tale testamentum; quinimmo eo magis ac magis iniurium u detur, argumento.l. cum oportet in pr.C.de bonis quę lib. itaque pro nobis stat primùm generalitas regulæ.dd.legum; & regulis tenaciter est inhærendum.l.j.ff.de legibus.l.præcipimus. C.de appell.l.illam.C.de colla.deinde quòd ea generalitas seruanda est, etiam quo ad omnes personas, res, uel causas utcunque priuilegiatas; si in ea re, qua de agitur non reperiuntur habere peculiare priuilegium. postremò quòd hoc magis ac magis decet, quando ecclesia fuisset instituta, argumento.l.semper in contractibus cum gl.ff.de reg.iur.l.nepos proculo.ff.de uerb.sig.c.fi. 17. q.4. id, quòd fortius procedit quando reliquis fratribus honor habitus fuerat. argumento.d.l. cum oportet, quæ etiam ex eo iustificantur, quòd olim ut collegium, iuxta.l.collegium.C.de hær.inst.ita 35 & ecclesia hæres institui non poterat, ut ibi, donec dispensatũ fuit in.l.i.C.de sac.eccl.& hæc est ratio dubitandi, quã habuit illa.l.& facit.§.in certis inst.de leg.& in. q. prin. intellige.idem fortè in codicillis.argumento.l.ii.ff.de lega.i.quòd tamen non firmo quo ad codicillos.

34 *Testa. inter liberos si quidam sint præteriti, quidã instituti nõ ualet, ardua q.*

35 *Ecclesia olim institui non poterat.*

Denique monachus, 36 & si regulariter hæres institui possit, sitq; capax utriusque successionis, tam legitimæ quàm testamentariæ. si tamen statuto contrarium cautum esset, non pauci nostrorum contendunt tale statutum firmum esse; cum moderamine tamen, ut per Bar.in.l.fi.ff.de pact.num. 4. cum quo est communis op. secundum Paulum Castr.in.l. si quis id quod iu. 8.ff.de iurisd.omni.iudi. in quo tamen plerique nostrorum in contrarium inclinant, existimantes indistinctè talia statuta non ualere, ut per Alex.consi.139.lib.ii.qui ait hanc esse communẽ opi. Ripa in.l.ex facto.§. si quis rogatus nu.39.ff.ad Trebell.estq; cõmunis op. secundũ Zasium in.l.stipulatio hoc modo concepta num.38.ff.de uerbo.obligat.& est communis op. secundum Zachariam in addi.ad Abb.in.c.Ecclesia Sanctæ Mariæ.nu.25. de consti, ubi plenè per Felin.Deci.& alios per Hieron. Cagn.in d.l.fi.nu.178.ff.de pact. qui similiter hanc opi. firmat esse communem. Sed cum potestas succedendi tam ex testamento quàm abintestato sit merum inuentum iuris ciuilis, ut plenè resoluimus supra.§.i.in pr.& .§.20.& supra in præfatio. id posset ex toto tollere & multò facilius limitare aut moderare; præsertim si id fieret ex causa rationabili, quia fortè plus æquo ecclesiæ & monasteria cœpissent ditescere. nam tunc fortè nullius magis interesset quàm ipsorum monasteriorum huiusmodi exempla non admitti, quæ faciunt plus æquo ditari, ut exemplo experti sumus in Alemania & Francia, seu Gallia. itaq; si lege est ciuili id inductum, eadem lege ciuili adimi & facilius poterit moderari. ut per.l.nihil tam naturale.ff.de reg.iur.c.omnis res eo. titulo.l.si ff.de accep.l.si unus.§.pactus.ff.de pact. §. sed naturalia inst.de iur.nat.l.omnes populi.ff.de iust.& iure.nec 37 ad rẽ pertinet, quòd sic ab ingressu religionis retardarentur homines, contra libertatem, quæ hac in re desideratur. nam id negandum est, sed & si fateremur, non obesset, quia id non pœnæ impositio, sed lucri denegatio esset: quod fieri potest, etiam ubi omnimoda libertas desideratur.l.1.cum gl.& ibi not.per Bal. Salic.Alexan.Ias.& Decium.C.de inst. & subst.iuncta.l. cum tale.§.rescriptum.ff.de condit.& dem. ibi ne quod omnino impedimentum nuptus fieret.& an talis monachus repellatur a successione legitima, an a testamentaria tantùm, an fortè ab utraque penderet ex uerbis statuti, quę 38 secundum communem usum loquendi accipi debent: licèt per hoc à proprietate uerborum recederetur, Bar.in.l.Labeo.§.idem Tubero.ff. de supell. legata Ias.in .l.4.§.prætor ait, qui multa congerit .ff.de in ius uocando.Abb.in procemio Gregorii. nu.9. licèt 39 in pœnalibus statutis, à proprietate uerborũ non esset recedendum, nec transeundum ad communem usum loquendi.ut est communis op. secundum Alex.in add.ad Bar. ubi suprà numero 4. in quo ultimo contrariam partem esse receptiorem firmat Zachar. ad Panormit. in c. nonnulli nume. 4. de rescrip. quod uerius est.

37 *Libertas nubẽdi, aut monachandi minui nõ uidetur per denegationẽ lucri aut successionis.*

38 *Verborũ proprietati præualet usus cõmunis loquendi.*

39. *Verborũ proprietati etiam in pœnalibus præualet communis usus loquẽdi, ardua q.*

Sed regulam superiorem, ut uerba statutorum sint generaliter secundum communem usum loquendi accipienda, tenent Gerard.singulari 14.num.7.& Rom. singulari 422.communis doctrina est in prin.ubi hanc dicit communem opin.Alex.& Iaso. in rubr. ff.de ope. noui nunti. Alcia.lib.2.de uerb.signi.col.10.per Feli.in.c.qualiter & quando col. 15.de accusati.Soci.in.l. Gallus. §. si eius col.pe.ff.de lib. & posth.Feli.in.c.ex parte de rescr. & tandem in hanc partem procliuior sum, ut etiam in pęnalibus standum sit communi usui loquendi statuentium. nec hæc pars quàm contraria durior est, quia tam facilè euenire potest, ut inspecto communi usu loquendi magis pœna leniatur, quàm inspecta sermonis proprietate, quam contra. & pro communi stat regula.l.cum delanionis.§.asinam.ff. de fundo instr. quinimmo etiam unius hominis disponentis consuetudo & usus loquendi inspicitur, licèt per hoc recedatur à proprietate uerborum.l.si seruus plurium.§.fin.ff. de lega.j. ubi multa per Doct. quanto ergo magis in communi usu loquendi ipsorum statuentium, facit.l. pater Seuerinam.§. conditionum uerba.ff.de condit.& dem.l.hæredes mei.§.cum ita.ff ad Treb.l.stipulatio ista.§.hi qui &.§. hæc quoque ff.de uerb.oblig.l.si quando in princ.cum gl. C.de inoff. test.in cuius lect.quam collocauimus infra lib.penult.innumera similia congessimus, in quibus edocemur quàm facilè recedatur à proprietate uerborum ut mentem agentium sequamur, nec mirum, quia secundum Ciceronem in oratione pro Cecinna, uerba 40 reperta sunt non quę impedirent, sed quæ indicarent uoluntatem. quod & significat.l. Labeo.ff. de supelect. lega. nec dubium est quin statuentes id uerosimiliter senserint, quòd eorum usus loquendi præseferebat. d.l. Labeo cum simi.suprà all.ergo ridiculum esset ex aliena loquendi cõsuetudine, & non ex mea, dispositionem meam interpretari sic enim fieret, ut uerba ad meam uoluntatem indicandam reperta, contrarium operarentur. contra.l. legata inutiliter. ff. de lega. j. l. legata inutiliter. ff. de adim.lega.quinimmo in omni dispositione uoluntas dilucida primum locum tenet.l. in conditionibus primũ locum.ff.de cond.& dem.d.§.cum ita.d.§.conditionũ uerba.l.ita stipulatus uers.Sabinus uerbo ex mente ubi not. Paul. & Iaso.ff.de uerb. obliga. sequentem locum tenet uerisimilitudo, ultimum uerò locum proprietas sermonis licèt us

40 *Verba quare reperta.*

nis.l.licet Imperator, ubi notat Iaſ.ff.de leg.j.d.§. cum ita.d.§.conditionum uerba, iuncta.l. non aliter. ff. de lega.3.cum ergo uerosimillimum ſit, ſtatuentium uoluntatem talem fuiſſe, qualem, eorum uſus loquendi ſignificabat, de proprietate uerborum, quæ ultimum locum tenet, curandum non eſt. quæ omnia intelligas in ſtatuto ualido, quale eſt, cùm ab eo, qui ſuperiorem non recognoſcebat, fuit uel factum uel confirmantium, & in

41 Monachus ſuccedere uetitus, & ex codicillis capere nequit.

ſimilibus caſibus.denique 41 is monachus ſic ſuccedere prohibitus, etiam ex codicillis capere non poterit. arg.l.2.ubi in ſimili per Cuma.Paul.Areti.Alex.Iaſo.Ripam & alios.ff.de lega.j.iu ſumma (ut & ſuprà incidenter attigimus) illegitimum non poſſe inſtitui habetur in auth. ex complexu. C.de inceſt.nup.at uerbum 42 legitimatus eandem uim & poteſtatem habet, quàm uerbum legitimus. nam cùm ab origine mundi omnes ho-

42 Legitimatio quid ſignificet.

mines æquè liberi & legitimi æquè naſcerentur, ut in.§. natura, in auth.quibus modis natu.effici.ſui.§.ſicut &.§. liceat igitur, in auth.quibus mod.natur. effici. legit. poſteaqua ius poſitiuum induxerit eam differentiam inter legitimos & reliquos ut.dd.iuribus reliquum eſt, ut per remotionem illius iuris poſitiui, reuertamur ad primæuum ius naturæ, quod talem differentiam non nouerat res enim facilè reuertitur ad ſuam naturam.l.ſi unus.§. pactus ne peteret.ff. de pact. ubi multa per Iaſ.tuncque non tam noua ſpecies facta quàm ea, quæ antea erat impedita tamen, detecta modò & ab illo impedimento liberata uideatur ab illoq; uinculo ſoluta. ut in ſimili probatur in.l.filio quem.ff.de lib.& poſth.l.non putauit.§.ſi quis filium exhæredatum.ff.de bo.poſ.contra tab.l.adeò §.cum quis ex aliena cum.§.ſeq.ff. de acq. rerum dominio.ubi qui ex ſpicis frumenti alienis excuſſis grana fecit ſeu frumentum, nihil noui feciſſe, ſed quod antea erat detegiſſe uidetur. ſic 43 & in ſpecie noſtra, qui

43 Agere non dicitur, qui declarat, aut detegit.

legitimatur non tam denuo legitimus fieri quam ad naturalem legitimitatem reditus uidebitur. arg.d.l.filio, uel legitimitas naturalis. quæ in eo erat occulta tamen, & impedita, modò detecta uidetur.arg.d.§.cum quis ex aliena. nam & generaliter, qui declarat & detegit quod ipſi rei inerat, nihil denuo egiſſe ſed tantũ detegiſſe uidetur.l.hæredes palam.§.ſi quid poſt &.§. ſed & ſi notã ff.de teſta.l.duo ſunt Titij.ff.de teſtam.ſic & ſententia, licèt per interuentum appellationis reſcindi uideatur, tamen ſecuta ſuperioris confirmatione, non denuo renaſci quaſi noua ſententia, ſed eadem, quæ prius erat à quodam ueluti uinculo aut impedimento liberata uidetur. ſicque ex ea agitur, non ſecus quam ageretur ſi appellatio interpoſita nunquam fuiſſet l.j.§.fi.ff. ad turpil. iuncta.l.eos in fin.princ.cum utrobique not. per gloſ. & Doct.C.de appellat.ſic 45 & ſuitas, quæ per inter-

45 Suitas per exhæredationẽ non extinguitur ſed ſuſpenditur.

uentum exheredationis tollitur (ut pleriſque noſtrorum uiſſum eſt).l.filium.§.ſed cum exhæredatio.ff.de bo.poſ. contra tab. eadem poſtea hærede repudiante non tam renaſci quàm a quodam ueluti impedimento & uinculo liberari uidetur. facitque filium ipſo iure hæredem, non ſecus quàm ſi non fuiſſet exheredatus.l.Papinianus.§.ſi ex cauſa, uerb.ſuus.ff.de inof.teſt. idemq; futurum, quãdo non hæredis repudiatione, ſed querelæ interuentu reſciſſum fuit teſtam.ut.d.§.ex cauſa.nam 46 & ſimi-

46 Suitas non tollitur ſed ſuſpenditur per cõditionem in filij inſtitutione appoſitam.

liter cum ſuitas (ut pleriſque noſtrorum uiſum eſt) per. illam conditionem ſi uoluerit, uel aliam poteſtatiuam cõditionem in filij inſtitutione appoſitam, tollatur. arg.l. Cornelius.l. iam dubitari.ff. de hær.inſtit.l. uerba.ff. de cond.inſtit.tamen ea conditione ſiue impleta, ſiue defecta ſi non ſit cohæres uel ſubſtitutus, nõ impedit quin talis filius ex iu ſuitatis patri hæres fiat. quaſi ſuitas nõ tam denuo renaſci quàm ea, quæ antea erat detegi, & à quodam impedimento & uinculo liberari uideatur.l. fi.uerſ.qui ſi neminem.ff.de condit. inſt.l.conditionibus pupillus, uerb.iure poteſtatis & ibi notat Soci.ff.de cõd. & demonſtr.quanuis his duabus ultimis ſpeciebus, non tam ſuitatem tolli quàm ſuſpenſam fuiſſe contra communem ſententiam nos plenè oſtenderimus ſuprà.§.20. &.§.21. ubi plenè ſuitatis materiam diſſeruimus. his affine eſt, quòd 47 dominium legati licèt ipſo iure tran-

47 Dominium legati ut tranſeat.

ſeat à morte teſtatoris in legatarium.l.a Titio.ff.de furt. l.cum pater.§.ſurdo.ff.de lega.2.tamen ſecuta poſtea legatarij repudiatione, non tam nouum dominium legatæ rei ad eum reuerti, quàm antiquum dominium ab eo nunquam abſceſſiſſe uidetur; ſed quaſi modo detectum fuiſſe.l.legatarius.§.fi.l.ſi tibi homo.§.cum ſeruus cum ibi not.per gloſ.& Alex.ff.de lega.j.elegans tex.in.l.j.ad medi.ff.ſi quid in fraudem patr.ſic & cum 48 libertas

48 Libertas an dari an detegi uideatur, non declaratio.

ſeruo datur, non tam datio nouæ libertatis quàm antiquæ libertatis detectio eſſe uidetur. ut Accurſio uiſum fuit in.l.manumiſſiones.ff.de iuſt. & iure. dum uerbum datio exponit.i.detectio cuius ſententia (quanuis doct. ibi aduerſentur) in hunc ſenſum ueriſsima eſt. ſic 49 & captus ab hoſtibus quanuis re uera eorum ſeruus fiat.d. l.manumiſsiones.l.ex hoc iure eod.tit. per totum inſtit. de iure perſo.&.§.ius autem gentium de iure nat.tamen

49 Captus ab hoſtibus an libertatem amittat.

cum ab hoſtibus liberatur, non tam denuo liber fieri quàm priorem libertatem à quodam ueluti uinculo & impedimento liberatam retinere uidetur.l.poſt liminij. ff.de capti.l.poſtliminium eod.tit.l.ſi quis filio exhæredato.§.quatenus.ff. de iniuſt.tup.l.eius.ff. de teſtam. ſic & in ſpecie noſtra in legitimato 50 non tam noua le-

50 Legitimatus legitimus quidẽ non fit denuo, ſed natiua legitimitas detegitur, ardua q.

gitimitas renaſci, quàm antiqua detegi & à quodam ueluti uinculo & impedimento liberari uidetur, quibus cõcinunt multa, quę diximus ſuprà.§.30.ad finẽ nu.290. & ita in ſpecie tenent multi relati per Curt.conſi.145.nume.10. qui firmat hanc eſſe communem opin.quam & ſe qui uidetur Bart.in.l.ſi is qui pro emptore.3.q.prin.&.in l. ſi maritus 2.§.legis.ff.ad leg.iul. de adult.Bal.in.l.cum acutiſſimi col.2.C.de fideicommiſ.Cuman.conſi. 188.reuerẽdus pater col.pe.Paul.Caſt. in.l.ſi.C.qui ueni.ætat. in petr.Andr.Tiraq.in.l.ſi unquam uerb.ſuſceperit liberos num.75.C.de reuo.don.idem in tract.de morte par. 2.declar.6.& num.6.& 7.Ancha.conſi.225. uidetur prima facie dum aiunt quod uerbum legitimus, & eſſe uel non eſſe legitimum, ex iure pendet, non ex natura. ſicq; legitimatum uerè eſſe legitimum. nam in iis, quæ pendent a lege & iure lex procedit uerè & non fictè, etiam ſi utatur ſermone denotante fictionem & improprietatẽ, ut ex communi opin.reſoluit Tiraq.ubi ſuprà num.8.ergo multo magis ſi utatur uerbis ueritatem denotantibus, ut in ſpecie noſtra. ſicque hęc pars uerior eſt licèt contrariam tenuerint multi quos refert Curt. conſi. 75. num.4.Alex.conſi.37.in cauſa mota per Ang. lib.1. Barbat.conſi.58.ſapienter lib.2.& alij quos refert.Andr. Tiraquel.ubi ſuprà num.5.

51 Maioratus in ſucceſsione legitimatus ſuccedit non ſecus quàm legitimus.

Ex ſuperioribus colligitur ueram eſſe opin.exiſtimantium, legitimatum 51 poſſe in maioratum ſuccedere, non ſecus quàm is, qui legitimus natus fuiſſet, ut diſſeruimus.lib.2. controuerſiarum licèt à maioratuum conditoribus plerunque ſoleat nominatim caueri, ne legitimatus ſuccedat in maioratu, quo caſu eorum iuſſioni ſtandum eſt.

52 Legitimatus ſuccedit in feudum, non ſecus quam legitimus, eſtque ardua q.

Ex his colligitur, etiam legitimatum 52 poſſe ſuccedere in feudum, non ſecus quàm, qui legitimus natus fuit, id quod tenuit Curt.iunior conſi. 157. num. 5. & num.24.qui hanc firmat eſſe communem opin. quam & receptiorẽ etiam dicit & ſequitur Barth.Soci.conſi.3. col.3.lib.3. etiam ſi non per ſubſequens matrimonium, ſed per principem eſſet legitimatus ſecundum eos. licèt contrariam partem tenuerint idem Curt. conſi.136.in prin.& alij multi relati per Couarub. de ſponſalibus.c.8. §.8.num.6.par.2.ſed ſuperior pars (iudice me) ut benignior ita & uerior eſt, per iura & rationes iam relatas.

53 Legitimum cum princeps uem facit, an ſufficiat in genere dixiſſe eum eſſe ſpuriũ ardua q.

Illud autem dubium eſt, an 53 quando Imperator ſpurium facit legitimum, ſufficiat proponere filium eſſe ſpurium, an uerò oporteat declarare in ſpecie, in qua ſpecie illegitimitatis ſit, & ſunt qui uelint, ſufficere in genere propoſuiſſe illum eſſe ſpurium. ita Bal.in.l.ſi qua

illustris, C. ad Orfici. & est communis opin. secundum Ias.consi.11.col.3.lib.3.qui alios allegat.contrariam tamẽ partem receptam esse firmat Episcopus Couarub.in 4.Decretali.par.2.§.9.c.8.num.4.qui plures allegat pro hac parte.facit quia contra eum est interpretatio facienda, qui legem dicere potuit apertius, ut in.l.stipolatio ista.§.in stipulationibus.ff.de uerb.oblig.c. contra eum de regulis iuris.lib.6.per contrarium uidetur, quid princeps, qui beneficiũ legitimationis concessit, si exactiorem declarationem sibi fieri optasset, id dixisset.arg. §.sin autem ad deficiẽtis.C.de cad.toll. & beneficia principum sunt latissimè interpretanda.l.fi.ubi glo.communitèr app.ff.de const.princip. præsertim quando ex tali beneficio nemini infertur damnum, neque etiam ipsi principi concedenti quicquã ex suo abest aut deminuitur.ut not.eleganter Cagnol.in.l.nemo plus ad finem.ff. de reg.iur.id, quod accidit,ut patet ad sensum in specie nostra, ergo &c. quid dicendum? Ego existimo, quòd harum partium ut neutra simpliciter defendi possit,ita & aliqua ex parte utraque tuenda est. nam cum sint plures gradus spurietatis, quorum alij sunt maioris uitij & odij (qualis est gradus in natis ex damnato coitu) alij uerò sunt odij & uitij minoris (qualis est, in nato ex soluto & soluta) ut plenè not.per glo. & Doct. in auth. ex complexu.C.de incestis nup.& in rubr. & per totum. C.de nat. lib.certè cùm incertum sit, ad quam speciem aut gradum spurietatis concessio & beneficium principis trahendum sit, ad id,quod minimum est redigendũ est..l.semper in stipulationibus.ff.de reg.iur. sicque si legitimatus ex solutis natus esset,utilis esset concessio, sin autem ex coitu magis damnabili, non utique.limita 54 quando ex qualitate supplicantis aliud colligeretur, ueluti si clericus erat filiumque suum legitimari precabatur; tunc enim ad filium magis exosum legitimatio trahenda esset.arg.eorum, quæ tradunt gl.Bar.Deci.& Cagnol.nu.4.in.d.l. semper.& arg. l.stipulatio ista.§.hi.qui &.§. hæc quoque.ff.de uerb.oblig.l.quibus diebus.§.dominus ubi Soci.ff.de cond.& dem. & quæ plenè diximus post gl.ibi in.l.si quando in pr.C.de inof.test. quam collocauimus infra lib.penul.

54 *Verba concessionis ut interpretanda.*

Superioribus adde, quod ut etiam suprà incidenter attigimus illegitimorum, 55 qui inhabiles sunt ad succedendum plures habentur in.l.fi.ubi per Bar.& alios.ff.de his quibus ut indignis,hique etiam mediatè patri succedere nequeunt.l.is qui.ff.de uulgari.uerùm si talis illegitimus monasteriũ ingressus fuerit, poterit à patre heres institui secundum Guliel.de Cun.in.l.j.C.de Sacro.Ecclesi. Roman. in auth. similiter in.6. speciali. C.ad legem Falcid.Soci.regula 310.priuilegio 39.& Andr. Tiraq.de priuilegijs piæ cau.in priuilegio 29.mouétur quia 56 monasterium omnem maculam abstergit,auth.de monachis in prin sicque illa macula illegitimitatis diluitur.sed sensus illius tex. est maculam peccati purgari, non autem ad succedendum habilitari. item per.l. omnium. C. de natur.liber. ubi per oblationem curiæ sæcularis oblatus legitimus fit quo ad succedendum, ergo multo magis per oblationem curiæ cœlestis. sed nihil est, nam militantes in curia sæculari egent diuitiis & opibus ad splendorem militiæ terrestris, quibus non egent, qui monasticam uitam elegerunt, quorum splendor magis in parsimonia & rerum humanarum contemptu & abstinentia consistit. & sic est diuersa ratio, ergo &c.l.fin.ff.de separa.item mouentur quia per auth.ingressi C. de Sacros. Ecclesiis per monachismi interuentum quis se & sua dedicat Deo, sicque cùm hereditas penes eum nec per momentum sit remansura sed continuò sit in monasterium transitura, non uidetur inconueniens quòd succedat secundum eos. sed nihil est, nam secundum hoc talis 57 illegitimus si uenderet se se ad precium participandum iuxta.§.fi.inst de iure person.l. si quis filio exhæredato.§ irritum.ff.de iniust.rup.per hoc efficeretur capax successionis, cùm emolumentum non penes se

55 *Illegitimorum qui nequeant institui.*

56 *Monachismus an habilitet ad succedẽdũ ardua q.*

57 *Successionis qui ad suam utilitatem incapax est, ad utilitatem alienam capax non est.*

mansurum sed in emptorem esset continuò transuolaturum. idemque foret, si deportatus esset uel aqua & igni interdictus, uel in metallum damnatus, uel ad bestias, uel si se in arrogationem dedisset. sicque essent alij mille modi legitimandi sese ad succedendum: quod quam stultum & ridiculum esset,nullus modò sanus non intelliget.præterea quòd esset contra.l.j.C.de hær.insti.cum ibi plenè not.per gl.& Doct.&.l.Gallus.§. & quid si tantum.ff.de lib.& posth.cum ibi traditis per Bar.& Repet. d.§.irritum cum ibi traditis per omnes.l. qui ultimo supplitio.ff.de pœnis cum simi.ergo quod per monachismi interuentum ille successionis capax non efficiatur,non magis quàm antea erat,probatur,quia 58 leges generaliter loquentes comprehendunt omnes personas utcunque priuilegiatas, si in ea re, qua de agitur non reperiantur habere peculiare priuilegium, ut est communis & uera opin.quam tenet Bal.per tex.ibi in.l.in fraudem.§.fi.ff.de mili.test.Deci.in.l.ex testamento.C.unde libe.idem in consi.5.Alcia.lib.4.paradoxorum.c.10. Tiraquel.de præscriptu.§.1.glo.11.sed hac in re monachus non reperitur habere expressum & peculiare priuilegiũ ergo &c.& regulis iuris tenaciter adhærendum est, ut notant doct.per tex.ibi in.l. sancimus.C.de testam. l.1.ff. de reg.iur.& si uerum amamus, nihil est quòd magis in perniciem publicæ rei adspirare uideatur quam facile a legum decisionibus recedere, id, quod mihi summæ leuitatis esse uidetur, & quidem quia omnia legibus comprehendi nequeunt, cum plura sint negotia quam uocabula.l.4.ff.de præscrip.uerb.ideo 59 necessitatibus humanis exigentibus, permissum fuit, procedere de similibus ad similia, ubi casus quo de agitur nulla anteriorũ legum comprehensus erat.ita ait lex non possunt, &.l. neque leges.ff.de legib.quod omnino interdictum esse intelligendum est, quando.l.anteriore casus is, quo de agitur comprehensus erat. ut.dd.ll.&.d.l. præcipimus & d.l.in fraudem in fi.sed is casus quo de agimus per.d.l. fi.ff.quib.ut indig.comprehensus fuerat; quid ergo est, quod nos cogat, compellat, aut præcipitet quædam phantastica similia umbria, & somniis similiora captare? adde quod 60 ad capiendum ex codicillis talẽ monachismum non habilitabit.l.2.ubi in simili per doct.ff. de lega.1.

58 *Priuilegiatas et personas comprehẽdit.l.generalis.*

59 *Simile quãdo imitanda.*

60 *Monachismus incapacem non habilitat ad capiendum ex codicillis.*

Ex superioribus apparebit, quid respondendum sit, in illa quæstione, qua quæritur, an 61 per monachismi interuentum purgetur uitium ingratitudinis præteritæ, propter quod filius posset exhæredari. & sunt, qui uelint, purgari, ita ut post monachismum exheredari nequeat.ita Roma. in.d.auth.similiter.§.speci.Soci. d.reg. 310.num.3.priuilegio & Tiraq.ubi supra priuilegio 30. de quo tamen secundum eum dubitauit Glos. Guiliel. Cyn.& Bal.in.l.Deo nobis.C.de Epis.& cleri.& quidem sine causa secundum Tiraq.ubi supra,quia hac de re est tex.expressus in.c.non liceat.19.q.fi. ad quem dubitantes suprà relati fortè responderent,quòd non habet uim legis & Gratianus non habuit legis condendæ authoritatem.tu ergo dic,quòd si causa exheredandi respiciebat turpitudinem ipsius filii, bene deletur per monachismum; non sic si iniuriam patri factam.ut diximus suprà.§.x.num.612.& ita (iudice me) superiores uarietates possunt & debent conciliari.

61 *Monachismo an exhæredationis institutæ purgetur.*

Denique ut etiam suprà obiter attigimus, sanè filius 62 aut filia natus nata'ue ex coitu damnato aut nephario (ueluti ex monacho aut ex moniali professa, aut ex sacerdote, aut ex consanguinea ascendenti uel descendenti) non succedunt patri ex testamento, neque abintestato,nec de iure ciuili nec de iure canonico,Ang. in auth.ex complexu col.j.C.de in cest.nupt.sentit glo. in c.cum haberet, de eo qui dux. in matri.quam poll.per adul. ubi ita tenet Anton.Alexan.consi.139.col.2.lib.1. Deci.consil.288.quæritur in effectu.Bal. in c. in præsentia de proba.Deci.consi.176.col.j.quinimmo etiam matri non succedunt.l. si qua illustris. C. ad Orfici. hoc

62 *Nephario ex coitu natus est incapax successionis.*

63 am-

63 *Nephario ex coitu natum in successibiles liberos generentur.*

63 amplius etiam istorum filiorum filijs relinqui non potest. secundum Bal. in.d.c. in præsentia per.l.si quis incesti & auth. ex complexu.C.de incest. nupt. Guid. Pap. q 280.& alij quos allegat & sequitur Boer. decis. 127.num.8.& licèt alimenta huiusmodi liberis debeantur, ut in.d.c.cum haberet. tamen 64 dos non debetur si fœminæ sint, possunt enim & solent alimenta esse longè minoris quantitatis quàm dos.argumento.l. hæreditatum.ff.ad leg. falci.ita in specie ut dos non debeatur sed tantùm alimenta, tenet gl.in.l.uulgo.ff. de stat. homi.quam sequuntur Petr.Cyn.Salicet. Fulg. Paul. & alij in.l.ij.C.de episcop.& cleri.Ioan.Bapt.à Sancto Seuer.in.d.l.si qua illustris col.iiij.Ias.consi.26.lib.j.Ludouic.de sardis delegiti. fol.5.col.j.& alii multi, quos refert & sequitur Boer.ubi suprà nume.6.ex cuius dictis apparet hanc esse communem opi.per c.referente, qui filii sint legit.dum ait, quòd hi non suo sed parentum uitio laborant.l.legem Anastasij.C.de nat.lib. ubi idem exprimitur licèt quam plures teneant, contrariũ, quos refert Boeri. ubi suprà & Ioann. à Neuiz. in sua sylua nup.fol.17.denique 65 per statutum uel consuetudinẽ (intelligo in statuto facto uel confirmato ab eo, qui nõ recognoscit superiorem, & in consuetudine ciuitatis uel regionis superiorem non recognoscentis) admitti potest, ut spurius patri succedat. nam ut de iure communi succedit matri.d.l.si qua illustris, ita alio iure positiuo induci potest, ut patri succedat. hac enim in re non ratione uitii facta est differentia inter patrem & matrem (par enim uitium in utroque est. argumento l. maximum.C.de lib.præt.) sed facta fuit propter incertitudinem, mater enim filii spurii tam certa est, quàm si ille legitimus foret, pater uerò non ita certus; ideo ad matris, non ad patris successionem fuit ille uocatus. ita tenent Bal.Salic. & Paul.in l.j.C.de iure aure. annu. & alii multi, quos refert, hanc dicens esse communem op.Boeri.deci. 127.num.10. tali 66 tamen statuto uel consuetudine induci non posset, quòd ad patris successionem admitterentur filii nati ex damnato coitu, ita Bart.Bal.Imol.Paul.Castren.& Aret.in.l.testamenti factio.ff.de testam.Henr.de bottis de synodo par.3. artic. 1.nu.33.& alii, quos refert & sequitur Nicol.Boer. ubi suprà num.9.qui in num.10.hanc dicit communem opi. idq; secundum eos admissum est, propter turpitudinem testantis, actus enim propter turpitudinem uetitus, uidetur etiam iure diuino prohibitus, cui lege humana ex toto derogari non potest. ita uidetur probari in c.ex parte de consuet.contrarium tamen ut æquius ita & uerius nobis uidetur, tales enim liberi non suo sed parentum uitio laborant, ipsi enim nascendo nihil mali fecerunt.d.l.legem Anastasii.eosq; alieno uitio puniri satis durum uideri debet, argumento.l. si quis in suo.§. legis.C.de inof.testa. per totũ.C.ne filius pro patr.per totũ. C.ne uxor pro mar.l.non debet.ff.de iureiu. per totũ.C.res inter alios.quinimmo & ipsi parẽtes, qui in illo coitu cõgressuq; turpiter fecerunt, in liberis inde natis aliquid concedendo, turpe nihil facere uideri possunt, itaq; coitus fuit turpis, sũccessio uera bonorũ nõ turpis sed inculpata est. præterea 67 inspectis iuris naturæ principijs omnes liberi non diuersi sed eiusdem iuris ac conditionis erant, omnes æquè liberi, omnes æquè ingenui, ac æquè legitimi, ius enim positiuum eas differentias induxit. auth. quib mo.nat.eff. sui.§. natura & auth. quib.mo.nat.eff. legiti.§. sicut & .§. liceat igitur ergo iure quoque positiuo tales differentiæ reiici possent.l.nihil.tam naturale.ff.de regul.iur.§. sed naturalia inst.de iure nat.l.omnes populi.ff. de iust. & iure.l fi. ff. de accept.c.omnis res de reg. iur.& quęq; res facillimè reuertitur ad priorem statum .l. si unus .§. pactus ne peteret.ff.de pact.l.filio quem pater.ff.de libe. & posth. neque ad rem pertinet quod per hoc quodammodo inspecta legis censura inuitaremur ad peccandum uel delinquendum, & 68 prospiciendum est ne inuitemur ad peccandũ.l.2.cum glo.sua.cõmuniter app.in.l.scite.C. ut in poss.lega.l.stipulatio hoc modo concepta ubi per omnes doct.ff.de uerb.oblig.l.fi.ubi communiter doct. C.de pact.nam resp.in legis potestate esse ut cẽsuit per hoc homines ad peccandum inuitari, recedere ab ista censura easque tam remotam occasionem paruipendere. nam & similiter pactum futuræ successionis ne inducatur occasio captandæ mortis improbatum fuit.d.l. stipulatio & d.l.fi.& utrobiq; cõmuniter doct.& tamẽ tale pactum olim uetitum non fuerat, ut in pr.inst.de testam.uers. accessit ubi notat Viglius, & hodie id pactũ de consensu illius cuius de successione agitur permittitur ut.d.l.fi.& lex & si inuidiosa uideatur, non desinit habere uim legis.l.un.in prin.uerb. inuidiosę.C.de cad. toll.idem si captiosa uideatur.d.l.un.§.& cum lex.idem si dura.l.prospexit.ff.qui & à quib.idem si occasionem fœdissimè & tristissimè deliquendi præbeat.l. in suis.ff. de libe.& posthu. & denique si certum immediatumq; delictum & peccatum non inducit, ualere non desinit ex communi op. ut diximus.suprà.§.20.nu.294. & omnis successio est meri iuris positiui, sicq; potest dari & adimi per legem ad libitum. ut diximus suprà.§.i. in pr. & d.§.20.nu.293. cum seq. & denique 69 antequam fiat lex est inspiciendum ac circumspiciendum, quòd sit iusta, nec præbeat mali occasionem, postquam uerò facta est, occlusus est aditus ad huiusmodi disceptationem.cap.erit autem lex.4.disti.& nulla ferè lex sit (expertus loquor) quę non re uera dederit occasionem peccandi, & delinquendi, ut apud nos in omnibus legibus, quæ extra fines regni aurum, & argentum, monetam, equos & similia extrahi uetant. & tamen non ideo minus habent uim legis, quia alios honestos fines habere potuerunt. tene ergo tale statutum aut consuetudinem ualere. & ita utiliter declara.l.22.titul.3.lib.1. ordi. & .l.2.titul.3.lib.5.in.d.ordin.hi omnes 70 nepharii ex codicillis capere non magis possunt, quam ex testamento.l.li.ff.de lega.i.

64 Nephario ex coitu natis liberis alimenta debentur, sed nõ dos, estque ardua q.

65 Spurium successibilem facere statutũ potest.

66 Successibiles facere natos ex dãnato coitu, an statutum possit, ardua q.

67 Legitimi omnes nascebantur inspecto iure naturæ uel gentiũ.

68 Occasio delinquendi & peccandi tollenda.

69 Lex nõ admittit disputationẽ postquam lata est.

70 Nepharij non capiunt ex codicillis.

Præterea 71 filius incestuosus nihil capere potest (qualis est ille, qui nascitur ex consanguinea transuersali, cap.de incestu. 35.q.3.) ita Bal. in auth.ex cõplexu. C.de incest.nup. & ibi Alex.in add.ad Bar.Bal.in.l.perpetuo .ff. de condit. ob turp. caus. Sed 72 habens facultatem legitimandi natos ex incestu & natos ex adulterio, an possit legitimare utroque morbo laborantes. dubium est, & sunt, qui uelint posse, ita Bar.in.l.ii.§.& harum.ff.de uerb.oblig quem sequuntur ibi Bal. Ange. Imol.Cuma.& Lud.Rom.& Alex. & Alcia.nu. 62. cum seq.ubi etiam Lancel.Galiau.col.ii.Andr.Tiraq. post leges connu.glo.3.nu.65.Ludouic.Gomes. in.§. omnium nu.25.inst.de acti.& ibi Ias.nu.31.& Couarub. de sponsal.c.8.§.8.nu.9.& est communis op secundum Alciat. nu.46.in d.l.ii.tenet Nicol.Boer decis.127.num.3.uers. pro quo facit quòd legatus. Alciat.de uerbor. signific. col.162.Bermond.de public. concubin. col.33. nu. 48. Deci.consi.76.Curt.Iun.consi. 75.

71 Incestuosus filius non succedit.

72 Legitimationis concessio simplex, an admittat casum mixtum, egregia q.

Contrariam tamen partem, ut utroque uitio laborantes legitimare nequeat. tenent Aret.Ias.& Socin. in d. l.ii.ff.de uerb.oblig.Calder.in q.per eum disputata incipiente Papa concessit & alii quam plures, quos refert Ias.in d.§.omnium num.3.& num.348. ubi sentit hanc esse receptã op.Lud.de Sard.de legiti.fol. 5. col. i.gl. in pragma.sanct. titulo de concub.§.nihilominus uerb. de sponsitum Anan.in .c.fi.col.ii. de simo. ut refert Boeri. alios etiã allegans ubi suprà, sed prior pars ut benignior, ita & uerior uidetur, regula est enim ut sub simplicibus comprehẽdatur casus mixtus.d.l.ii.in pr.& §.1.ff. de uerbo.obli.à qua recedendum non aliter est, quàm si exceptio qua de agitur nuncupatim in specie nostra probetur & inueniatur, quæ satis dilucidè non reperitur, præterea 73 uoluntas omni in re tenet primum locũ, sequentem uerò uerisimilitudo, ultimum uerba.l.in cõstitutionibus primum locum.ff. de cond. & demonstr.

73 Voluntas dilucida

illustris. C. ad Orfici. & est communis opin. secundum Iaf.consi.t1.col.3.lib.3.qui alios allegat.contrariam tamé partem receptam esse firmat Episcopus Couarrub.in 4.Decretali.par.2.§.9.c.8.num.4.qui plures allegat pro hac parte.facit quia contra eum est interpretatio facienda, qui legem dicere potuit apertius, ut in.l.stipulatio ista.§.in stipulationibus.ff.de uerb.oblig.c. contra eum de regulis iuris.lib.6.per contrarium uidetur, quòd princeps, qui beneficiū legitimationis concessit, si exactiorem declarationem sibi fieri optasset, id dixisset.arg. §.sin autem ad deficiétis.C.de cad.toll. & beneficia principum sunt latissimè interpretanda.l.fi.ubi glo.communiter app.ff.de const.princip. præsertim quando ex tali beneficio nemini infertur damnum, neque etiam ipsi principi concedenti quicquā ex suo abest aut denunuitur.ut not.eleganter Cagnol.in.l.nemo plus ad finem.ff. de reg.iur.id, quod accidit, ut patet ad sensum in specie nostra, ergo &c. quid dicendum? Ego existimo, quòd harum partium ut neutra simpliciter defendi possit, ita & aliqua ex parte utraque tuenda est. nam cum sint plures gradus spurietatis, quorum alij sunt maioris uitij & odij (qualis est gradus in natis ex damnato coitu) alij uerò sunt odij & uitij minoris (qualis est, in nato ex soluto & soluta) ut plenè not.per glo. & Doct. in auth. ex complexu.C.de incestis nup.& io rubr.& per totum. C.de nat. lib.certè cùm incertum sit, ad quam speciem aut gradum spurietatis concessio & beneficium principis trahendum sit, ad id, quod minimum est redigendū est..l.semper in stipulationibus.ff.de reg.iur. sicque si legitimatus ex solutis natus esset, utilis esset concessio, sin autem ex coitu magis damnabili, non utique.limita 54 quando ex qualitate supplicantis aliud colligeretur, ueluti si clericus erat filiumque suum legitimari precabatur; tunc enim ad filium magis exosum legitimatio trahenda esset.arg.eorum, quæ tradunt gl.Bar.Deci.& Cagnol.nu.4.in.d.l. semper.& arg. l.stipulatio ista.§.hi.qui &.§. hæc quoque.ff.de uerb.oblig.l.quibus diebus.§.dominus ubi Soci.ff.de cond.& dem. & quæ plenè diximus post gl.ibi in.l.si quando in pr.C.de inof.test. quam collocauimus infra lib.penul.

54 Verba concessionis ut interpretanda.

Superioribus adde, q ut etiam suprà incidenter attigimus illegitimorum, 55 qui inhabiles sunt ad succedendum plures habentur in.l.fi.ubi per Bar.& alios.ff.de his quibus ut indignis, hique etiam mediatè patri succedere nequeunt.l.is qui.ff.de uulgari.uerùm si talis illegitimus monasteriū ingressus fuerit, poterit à patre heres institui secundum Guiliel.de Cun.in.l.j.C.de Sacro.Eccleti. Roman. in auth. similiter in.6. speciali. C.ad legem Falcid.Soci.regula 310.priuilegio 39.& Andr. Tiraq.de priuilegijs piæ cau.in priuilegio 29.mouētur quia 56 monasterium omnem maculam abstergit, auth.de monachis in prin sicque illa macula illegitimitatis diluitur.sed sensus illius tex. est maculam peccati purgari, non autem ad succedendum habilitari. item per.l. omnium. C. de natur.liber. ubi per oblationem curiæ sæcularis oblatus legitimus fit quo ad succedendum, ergo multo magis per oblationem curiæ cœlestis. sed nihil est, nam militantes in curia sæculari egent diuitiis & opibus ad splendorem militiæ terrestris, quibus non egent, qui monasticam uitam elegerunt, quorum splendor magis in parsimonia & rerum humanarum contemptu & abstinentia consistit. & sic est diuersa ratio, ergo &c.l.fin.ff.de separa.item mouentur quia per auth.ingressi C. de Sacros. Ecclesiis per monachismi interuentum quis se & sua dedicat Deo, sicque cùm hereditas penes eum nec per momentum sit remansura sed continuò sit in monasterium transitura, non uidetur inconueniens quòd succedat secundum eos. sed nihil est, nam secundum hoc talis 57 illegitimus si uenderet se se ad precium participandum iuxta.§.fi.inst de iure person.l. si quis filio exhæredato.§ irritum.ff.de inoff.rup.per hoc efficeretur capax successionis, cùm emolumentum non penes se mansurum sed in emptorem esset continuò transuolaturum. idemque foret, si deportatus esset uel aqua & igni interdictus, uel in metallum damnatus, uel ad bestias, uel si se in arrogationem dedisset. sicque essent alii mille modi legitimandi sese ad succedendum: quod quam stultum & ridiculum esset, nullus modò sanus non intelliget. præterea quòd esset contra.l.j.C.de hær.insti. cum ibi plenè not.per gl.& Doct.&.l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de lib.& posth.cum ibi traditis per Bar.& Repet. d.§.irritum cum ibi traditis per omnes.l. qui ultimo supplicio.ff.de pœnis cum simi.ergo quod per monachismi interuentum ille successionis capax non efficiatur, non magis quàm antea erat, probatur, quia 58 leges generaliter loquentes comprehendunt omnes personas ut cunque priuilegiatas, si in ea re, qua de agitur non reperiantur habere peculiare priuilegium, ut est communis & uera opin.quam tenet Bal.per tex.ibi in.l.in fraudem.§.fi.ff.de mili.test. Deci.in.l.ex testamento.C.unde libe.idem in consi.5.Alcia.lib.4.paradoxorum.c.10. Tiraquel.de præscripti.§.i.glo.11.sed hac in re monachus non reperitur habere expressum & peculiare priuilegiū ergo &c.& regulis iuris tenaciter adhærendum est, ut notant doct.per tex.ibi in.l. sancimus.C.de testam. l.1.fi. de reg.iur.& si uerum amamus, nihil est quòd magis in perniciem publicæ rei adspirare uideatur quam facile a legum decisionibus recedere, id, quod mihi summæ leuitatis esse uidetur, & quidem quia omnia legibus comprehendi nequeunt, cum plura sint negotia quam uocabula.l.4.ff.de præscrip.uerb.ideo 59 necessitatibus humanis exigentibus, permissum fuit, procedere de similibus ad similia, ubi casus quo de agitur nulla anteriorū legum comprehensus erat.ita ait lex non possunt, &.l. neque leges.ff.de legib.quod omnino interdictum esse intelligendum est, quando.l.anteriore casus is, quo de agitur comprehensus erat. ut.dd.ll.&.d.l. præcipimus & d.l.in fraudem in fi.sed is casus quo de agimus per.d.l. fi.ff.quib.ut indig.comprehensus fuerat; quid ergo est, quod nos cogat, compellat, aut præcipitet quædam phantastica similia umbris, & somniis similiora captare? adde quod 60 ad capiendum ex codicillis talé monachismum non habilitabit.l.2.ubi in simili per doct.ff. de lega.i.

57 Successionis qui ad suam utilitatem incapax est, ad utilitatem alij etiam capax non est.

58 Priuilegiatas et personas comprehēdit.l.generalis.

59 Similia quādo imitanda.

60 Monachismus incapacem non habilitat ad capiendum ex codicillis.

Ex superioribus apparebit, quid respondendum sit, in illa quæstione, qua quæritur, an 61 per monachismi interuentum purgetur uitium ingratitudinis præteritæ, propter quod filius posset exhæredari. & sunt, qui uelint, purgari, itant post monachismum exheredari nequeat.ita Roma. in.d.auth.similiter.§.speci.Soci. d.reg. 310.num.3.priuilegio & Tiraq.ubi supra priuilegio 30. de quo tamen secundum eum dubitauit Glos. Guiliel. Cyn.& Bal.in.l.Deo nobis.C.de Epis.& cleri.& quidem sine causa secundum Tiraq.ubi supra, quia hac de re est tex.expressus in.c.non liceat.19.q.fi. ad quem dubitantes suprà relati fortè responderent, quòd non habet uim legis & Gratianus non habuit legis condendæ authoritatem.tu ergo dic, quòd si causa exheredandi respiciebat turpitudinem ipsius filii, bene deletur per monachismum; non sic si iniuriam patri factam.ut diximus suprà.§.x.num.612.& ita (iudice me) superiores uarietates possunt & debent conciliari.

61 Monachismo an exhæredationis iusta purgetur.

Denique ut etiam suprà obiter attigimus, sanè filius 62 aut filia natus nata'ue ex coitu damnato aut nephario (ueluti ex monacho aut ex moniali professa, aut ex sacerdote, aut ex consanguinea ascendenti uel descendenti) non succedunt patri ex testamento, neque abintestato, nec de iure ciuili nec de iure canonico, Ang. in auth.ex complexu col.j.C.de in cest.nupt.sentit glo. in c.cum haberet, de eo qui dux. in matri.quam poll.per adul. ubi ita tenet Anton.Alexan.consi.139.col.2.lib.1. Deci.consil.288.quæritur in effectu.Bal. in c. in præsentia de proba.Deci.consi.176.col.j.quinimmo etiam matri non succedunt.l. si qua illustris. C. ad Orfici. hoc

62 Nephario ex coitu natus est insuccessibilis.

63 am-

63 *Nephario ex coitu natiam in successibiles liberos generent.*

63 amplius etiam istorum filiorum filijs relinqui non potest. secundum Bal. in.d.c. in præsentia per.l.si quis incesti & auth. ex complexu.C.de in cest. nupt. Guid. Pap. q. 280.& alij quos allegat & sequitur Boet. decis. 127.num.8.& licèt alimenta huiusmodi liberis debeantur, ut in.d.c.cum haberet. tamen 64 dos non debetur si fœminæ sint, possunt enim & solent alimenta esse longè minoris quantitatis quàm dos.argumento.l. hæreditatum.ff.ad leg. falci.ita in specie ut dos non debeatur sed tantùm alimenta, tenet gl.in.l.uulgo.ff. de stat. homi.quam sequuntur Petr.Cyn.Salicet. Fulg. Paul. & alij in.l.uj.C.de episcop.& cleri.Ioan.Bapt.à Sancto Seuer.in.d.l.si qua illustris col.iiij.Ias.consi.26.lib.j.Ludouic.de sardis delegiti. fol.5.col.j.& alij multi, quos refert & sequitur Boer.ubi suprà nume.6.ex cuius dictis apparet hanc esse communem opi.per c.referente, qui filij sint legit.dum ait, quòd hi non suo sed parentum uitio laborant.l.legem Anastasij.C.de nat.lib. ubi idem exprimitur licèt quam plures teneant, contrariũ, quos refert Boeri. ubi suprà & Ioann.a Neuiz. in sua sylua nup.fol.17.denique 65 per statutum uel consuetudinẽ (intelligo in statuto facto uel confirmato ab eo, qui nõ recognoscit superiorem, & in consuetudine ciuitatis uel regionis superiorem non recognoscentis) admitti potest, ut spurius patri succedat. nam ut de iure communi succedit matri.d.l.si qua illustris, ita alio iure positiuo induci potest, ut patri succedat. hac enim in re non ratione uitij facta est differentia inter patrem & matrem (par enim uitium in utroque est. argumento l. maximum.C.de lib.præt.)sed facta fuit propter incertitudinem, mater enim filij spurij tam certa est, quàm si ille legitimus foret, pater uerò non ita certus; ideo ad matris,non ad patris successionem fuit ille uocatus. ita tenent Bal.Salic. & Paul.in l.j.C.de iure aure. annu. & alij multi, quos refert,hanc dicens esse communem op.Boeri.deci. 127.num.10. tali 66 tamen statuto uel consuetudine induci non posset, quòd ad patris successionem admitterentur filij nati ex damnato coitu, ita Bart.Bal.Imol.Paul.Castren & Aret.in.l.testamenti factio.ff.de testam.Hent.de bottis de synodo par.3. artic. 1.nu.33.& alij, quos refert & sequitur Nicol.Boet. ubi suprà num.9.qui in num.10.hanc dicit communem opi. idq; secundum eos admissum est, propter turpitudinem testantis, actus enim propter turpitudinem uetitus, uidetur etiam iure diuino prohibitus, cui lege humana ex toto derogari non potest. ita uidetur probari in c.ex parte de consuet.contrarium tamen ut æquius ita & uerius nobis uidetur, tales enim liberi non suo sed parentum uitio laborant, ipsi enim nascendo nihil mali fecerunt.d.l.legem Anastasij.eosq; alieno uitio puniri satis durum uideri debet,argumento.l. si quis in suo.§. legis.C.de inof.testa. per totũ.C.ne filius pro patr.per totũ.C.ne uxor pro mar.l.non debet.ff.de iureio. per totũ.C.res inter alios.quinimmo & ipsi parẽtes,qui in illo coitu cõgressiq; turpiter fecerunt, in liberis inde natis aliquid concedendo, turpe nihil facere uideri possunt, itaq; coitus fuit turpis, cõcessio uerò bonorũ nõ turpis sed inculpata est. præterea 67 inspectis iuris naturæ principijs omnes liberi non diuersi sed eiusdem iuris ac conditionis erant, omnes æquè liberi, omnes æquè ingenui, ac æquè legitimi, ius enim positiuum eas differentias induxit .auth. quib mo.nat.eff. sui.§. natura & auth. quib.mo.nat.eff. legiti.§. sicut & .§. liceat igitur ergo iure quoque positiuo tales differentiæ reijci possent.l.nihil.tam naturale.ff.de regul.iur.§. sed naturalia inst.de iure nat.l.omnes populi.ff. de iust. & iure.l si. ff. de accept.c.omnis res de reg.iur.& quęq; res facillimè reuertitur ad priorem statum .l. si unus .§. pactus ne peteret.ff.de pact.l.filio quem pater.ff.de libe. & posth. neque ad rem pertinet quod per hoc quodammodo inspecta legis censora inuitaremur ad peccandum uel delinquendum,& 68 prospiciendum est ne inuitemur ad peccandũ.l.2.cum glo.sua.cõmuniter app.in.l.scite.C. ut in poss.lega.l.stipulatio hoc modo concepta ubi per omnes doct.ff.de uerb.oblig.l.fi.ubi communiter doct. C.de pact.nam resp.in legis potestate esse ut cẽsuit per hoc homines ad peccandum inuitari, recedere ab ista censura easque tam remotam occasionem paruipendere. nam & similiter pactum futuræ successionis ne inducatur occasio captandæ mortis improbatum fuit.d.l. stipulatio & d.l.fi.& utrobiq; cõmuniter doct.& tamẽ tale pactum olim uetitum non fuerat,ut in pr.inst.de testam.uers. accessit ubi notat Viglius, & hodie id pactũ de consensu illius cuius de successione agitur permittitur ut.d.l.fi.& lex & si inuidiosa uideatur, non desinit habere uim legis.l.un.in prin.uerb. inuidiosę.C.de cad. toll.idem si captiosa uideatur.d.l.un.§.& cum lex.idem si dura.l.prospexit.ff.qui & à quib.idem si occasionem fœdissimè & tristissimè deliquendi præbeat.l. in suis.ff. de libe.& posthu. & denique si certum immediatumq; delictum & peccatum non inducit, ualere non desinit ex communi op. ut diximus.suprà.§.20.nu.294. & omnis successio est meri iuris positiui, sicq; potest dari & adimi per legem ad libitum. ut diximus suprà.§.i. in pr. & d.§.20.nu.293. cum seq. & denique 69 antequam fiat lex est inspiciendum ac circumspiciendum,quòd sit iusta,nec præbeat mali occasionem, postquam uerò facta est, occlusus est aditus ad huiusmodi disceptationem.cap.erit autem lex.4.disti.& nulla ferè lex sit (expertus loquor)quę non re uera dederit occasionem peccandi, & delinquendi,ut apud nos in omnibus legibus, quæ extra fines regni aurum, & argentum, monetam, equos & similia extrahi uetant. & tamen non ideo minus habent uim legis,quia alios honestos fines habere potuerunt. tene ergo tale statutum aut consuetudinem ualere. & ita uitiliter declara.l.22.titul.3.lib.t. ordi. & .l.2.titul.3.lib.5.in.d.ordin.hi omnes 70 nepharii ex codicillis capere non magis possunt, quam ex testamento.l.ii.ff.de lega.i.

64 *Nephario ex coitu natis liberis alimenta debentur, sed nõ dos, est'que ardua q.*

65 *Spurium successibilem facere statutũ potest.*

66 *Successibiles facere natos ex dãnato coitu, an statutum possit, ardua q.*

67 *Legitimi omnes nascebantur inspecto iure naturæ uel gentiũ.*

68 *Occasio delinquendi & peccandi tollenda.*

69 *Lex nõ admittit disputationẽ postquam lata est.*

70 *Nepharij non capiunt ex codicillis.*

Præterea 71 filius incestuosus nihil capere potest (qualis est ille, qui nascitur ex consanguinea transuersali,cap.de incestu. 35.q.3.) ita Bal. in auth.ex cõpleau. C.de incest.nup.& ibi Alex.in add.ad Bar.Bal.in.l.perpetuo .ff. de condit. ob torp. caus. Sed 72 habens facultatem legitimandi natos ex incestu & natos ex adulterio, an possit legitimare utroque morbo laborantes. dubium est, & sunt,qui uelint posse, ita Bar.in.l.ii.§.& harum.ff.de uerb.oblig quem sequuntur ibi Bal. Ange. Imol.Cuma.& Lud.Rom.& Alex. & Alcia.nu. 62. cum seq.ubi etiam Lancel.Galiau.col.ii.Andr.Tiraq. post leges connu.glo.3.nu.65.Ludouic.Gomes. in.§. omnium nu.25.inst.de act.& ibi Ias.nu.31.& Couarub. de sponsal.c.8.§.8.nu.9.& est communis op secundum Alciat. nu.46.in d.l.ii.tenet Nicol.Boet decis.127.num.3.uers. pro quo facit quòd legatus . Alciat.de uerbor. signific. col.162.Bermond.de public. concubin. col.33.nu.48. Deci.consi.76.Curt.Iun.consi. 75.

71 *Incestuosus filius non succedit.*

72 *Legitimationis concessio simplex, an admittat casum mixtum, egregia q.*

Contrariam tamen partem, ut utroque uitio laborantes legitimare nequeat . tenent Aret.Ias.& Soc.in. in d. l.ii.ff.de uerb.oblig.Calder.in q.per eum disputata incipiente Papa concessit & alii quam plures, quos refert Ias.in d.§.omnium num.3.& num.348. ubi sentit hanc esse receptã op.Lud.de Sard.de legiti fol. 5. col. i.gl. in pragma.sanct. titulo de concub.§.nihilominus uerb. de sponsitum Anan.in .c.fi.col.ii. de simo. ut refert Boeri. alios etiã allegans ubi suprà,sed prior pars ut benignior, ita & uerior uidetur,regula est enim ut sub simplicibus comprehẽdatur casus mixtus.d.l.ii.in pr.& §.1.ff. de uerbo.obli.à qua recedendum non aliter est, quàm si exceptio qua de agitur nuncupatim in specie nostra probetur & inueniatur, quæ satis dilucidè non reperitur, præterea 73 uoluntas omni in re tenet primum locũ, sequentem uerò uerisimilitudo, ultimum uerba.l.in cõstitutionibus primum locum.ff. de cond. & demonstr.

73 *Voluntas dilucida*

aut etiam uerosimilis uincit uerba.

auth.de nupti.§.disponat. etiam si sit coniecturata tantùm, non etiam dilucida & perspicua uoluntas.l. licet imperator ubi notat Ias.post alios.ff.de lega.3.idq; etiá in contractibus licèt sint stricti Iuris.l. ita stipulatus in magna.ff.de uerb.oblig.uers.Sabinus in uerbo ea mente contrahentum. ubi notant Paul.Castr. & Ias.l. cum auus.ff.de cond.& demonst.l.hæredes mei.§.cum ita.ff. ad Treb.ibi quanuis conditionis uerba repugnant.l. pater Seuerinam.§.conditionum uerba.ff.de condi.& demonst.l.cum acutissimi.C.de fideicomm.l. generaliter .§.cum autem .C.de inst. & subst.iuncta.l.non aliter .ff. de lega.3.&.l.3.C.de lib.præteri.nec dubium est quin (ut nobis uidetur) princeps qui eam legitimandi incestuosos & adulterinos facultatem concessit huius animi fuerit,ut utroque etiam morbo laborantes posset illegitimos facere,sensus enim ipsius fuit,ut illis duobus morbis posset ille medelam adhibere, nec interesset simul ne an diuisim illa uitia se se offerent. facit.l.triplici.ff.de uerbo.signific.&.l.re coniuncti.ff. de lega. 3. facit quia 74 etiam mandatum recipit extensionem ex mente.l.diligenter in.fi.ff.mand.§.item is qui exequitur inst.mand.facit etiam.l.quæritur.ff. de statu homi. facit quia hæc concessio & beneficium est, non mandatum(nihil enim ut patet interest concedentis quòd ille faciat uel non faciat legitimos) ergo latissimè interpretandum, glo.communiter ibi app.in.l.fi.ff. de const. prin.iuncto pri.inst.de mand.l.1.& 2.ff.eo.titulo. Adhęc quidem successionis passiuæ expers fit quoad bona patris,qui 75 pactum iuratum fecit de ei non succedendo.c.2.de pact.lib.6.sed quid si postea patris bona augeantur, & pactum iuratum de non succedendo non extenditur ad bona postea quæsita,ita Bal.in.c. cum M.de const.sequitur Ias.in .l.si quando.§.illud.C.de inoffi.testamento,est communis secundum eund.in.l.quod Seruius col.pen.ff.de cond.cau.da.idem in auth. nouissima num.9.de inoffi.testamento.C.per cap. cum M. Ferrariensis de const.ubi plenè per Franc.à Ripa post alios.ubi iuramentum intelligitur rebus sic stantibus, sicq; pactum uel decretum etiam iuratum de non augendo numero canonicorum potest transgredi si postea augeantur facultates, quæ sufficiunt ad plures canonicos alendos, quasi tunc non uideretur cogitandum de tali augmento.

74 *Mandatum recipit extensionem.*

75 *Pactum iuratum de non succedendo non trahitur ad bona postea quæsita, est que ardua q.*

Contrariam op.tenet.Butr.in.l.pactum.C. de collat, Bal.in.l.quanuis ad fi. C. de fideicomm. est communis secundum Bened.in.c.Raintius de testam. uerb.duas habens. 242. Boer. decis. 62.col.4.per generalitatem, cap.quanuis pactum de pact.lib.6.cum simil.& hanc partem dicit Boer. ubi suprà nu.13.esse ueriorem. quid dicendum,& quidem status est coniecturalis. nam si iurãs de tali bonorum augmento cogitauit, tunc excluditur sine dubio per d.cap.quanuis. quod procedit etiam si in genere tantùm cogitasset.argumento.l.qui iure militari.ff.de mil.test.l.Titius in pr.ff.de libe.& posth. quod si de tali augmento uerisimiliter non cogitauit in specie aut in genere, tunc sine dubio iuramentum impedimẽto non est, cur minus petatur supplementum. argumento.d.c.cum.M.& l.fi.C.de non num.pecu. in dubio autem uideo iuramentum denotare enixam deliberatamque uoluntatem.l.cum pater.§.filius matrem.ff.de lega. 2.sed illud in dispositione, quę respicit utilitatem disponentis,non sic fortè quando eius damnum ut in specie nostra. & cum bona huius sint naturæ, ut quotidie augeantur uel minuantur, is qui iurato renuntiauit, uix est ut non cogitauerit saltem in genere de augmento uel diminutione bonorum. argumento.l.defunctus. C. arbitr tutel.ergo sic hæc controuersia (ut nobis uidetur) temperanda est,ut si modicum sit augmentum noceat adhuc iuramentum,quia renuntians de illo non potuit uerosimiliter non cogitare. ut. dd. ll. & quia modica parui penduntur.l.scio.ff.de minor.dixi plenè infrà lib. 7.quod si magnũ esset augmentum tunc secus, quasi is si de eo cogitasset uerosimiliter neque iuraturus neque renunciaturus esset.nam & eo colore rescinditur contractus prætextu lęsionis ultra dimidiam.l.2.C.de resci. uend. quilibet 76 enim potest suũ donare.ff.C. & inst. de dona, abiicereq;.l.1.& 2.ff.pro dereli. etiam abutendo.l.sed & si.§.consuluit.ff.de peti. hær.cur ergo si non in totum sed tantùm ex parte læsus fui,conceditur mihi rescindere contractum in terminis.d.l.2.cum in donando uel abutendo uel pro derelicto habendo,non conceditur rescindere actum,etiam si in tota re læsus fuerim, certè ratio est,quia istis casibus abiicere constat me uoluisse, illo autem casu non deteriorem sed meliorem uolebam facere conditionem meam.l. si uoluntate. C. de resci.uend. & tamen pro minore læsione mihi non subueniretur, quasi in leuiore consenserim, in grauiore non consenserim. sic ergo & cũ interfuit iuramentum ubi sit grauior læsio præsumitur abfuisse consensus, non sic si lęsio leuior erat. adde quod nepos 77 clerici institui non potest, non magis quàm filius, est opi.communis secũdum Cassan. in consuetudi.Burg.rub.3.§.5.fol. 123.Ias.in .l.hęreditas.C.quib.ut indig. quasi prohibitio non filios tantùm sed etiam nepotes, aut deinceps descendentes reliquos respexerit. sic unius exclusio nõ fit reliquorum admissio.l.cum prætor.C. de iudi.

76 *Nostrum possumus prodigere.*

77 *Clerici et nepos institui non potest, est q; ardua q.*

Contrariam partem ut nepos posit institui dicit cõmunem Alex.in.l.Gallus.§.quid si is.ff.de lib.& posthu. Deci.consi.462.Cifuentes in.l.9.tauri nu.7.uersi.quinto dubitatur. Sed prior pars uerior uidetur, quia quòd filii nequeant hæredes esse parentum suorum si quidẽ clerici erant, receptum est, ad castitatis casum uitandum impudicitiamq; tam ipsorum clericorum quàm cõcubinarum suarum refrenandam & puniendam.l.fi.C. de nat.lib.l.cum quis & .l.quæ nuper eod.titul. expressius in.l.22.tit.3.lib.1.ordi.&.l.2.tit.3.lib.5.ordi. hæc autẽ ratio militat (ut patet) in nepotibus,non secus quàm in filiis.ergo & in eis idem ius erit.l.illud.ff. ad leg. fal. nã & filiorũ appellatione nepotes & continẽtur, ubi par uel eadem ratio est.l.liberorũ.ff.de uerb.sig.ubi per Alciat. prætetea ubi ratio est expressa in l.habetur pro lege & decisio loco exempli est, quod non arctat regulam, idque non ex ui extensiua sed ea ui comprehensiua, ut ex communi opin.resoluit Andr.Tiraq.de causa cess.par. 1.num.135. & in.l.si unquam uerb. libertis nu. 45. C.de reuo.dona.glos.in Clemen.i.de elect. uerb. ordine,gl.in auth. de hære.ab. int.ueni.§.fin.Ias. nu.19.in auth.quas actiones.C.de Sac.Eccle.idem nume.14.in.l.de quibus ff.de legib.& in.l.quanuis C.de fideicom.Corn. Deci.& Curt.iun.in.l.humanitatis,ad prin. per tex.ibi.C. de impub.dixi plenè suprà 30.in prin. Vnde cum in.d.l.fi. & in d.l.22.& in.d.l.2.ordi.& d.l.fin.de natu.lib.hæc ratio expressa sit, cum & hunc casum comprehendat, non aliter atque si nominatim de nepotibus & deinceps loqueretur, dubitari non oportet. id quod iure regio expeditius est per d.l.2.& d.l.22.in quibus filius clerici non solùm à patre sed etiam à reliquis omnibus patris cognatis capere prohibetur, ergo quanto minus ab ascendentibus capere poterit.

Superioribus adde quòd (ut non paucis nostrorũ uisum est) Stante statuto, ut fœminæ non succedant stantibus masculis,legitimatis 78 non excludum fœminas. Bal.in.c.per tuas de maior. & obed. & ista est communis secundum Curt.seniorem consi.16.num. 13. & dixit etiam communem Decius consi. 275.col. penult. Dicit etiã cõmunẽ Tiraquel.in.d.l.si unquam, uerb.susceperit liberos.num.8.Crot.in.l.Gallus.§.& quid si tãtũ.nu.85. de lib. & post. Couarub.rub.in.4.2.parte.c.8.§.8. nu.3. quasi aliud sit esse tale,aliud haberi pro tali,aliudq; sit legitimum re uera esse, aliud pro legitimo haberi.arg.eorum,quæ plenè tradit Bart.in.l.maritus.§ legis.ff. ad legem Iuliam de adult.idem Bart. in.l.si is qui pro emptore.ff.de usucap.3.q.prin.

78 *Legitimati ex forma statuti excludunt fœminas, non secus quàm legitimi, estq; ardua q.*

Contrariam opinionem, immo quòd etiam legitimati ex-

ti excludant fœminas, tenet Bald. in. l. fin. col. 6. uers. Fuit quæsitum. C. de fideicommi. & alii plures relati per Tiraquell. ubi suprà num. 57. & ista est magis communis secundum Curt. consi. 153. & uide Tiraquell. de mor te. 2. parte declaratione. 6. pro hac opinione, quæ ut nobis uidetur uerior est, facit peremptoria ratio 79 nam legitimum esse, uel non esse, & sonat & pendet ex lege, non a natura. auth. quib. mo. nat. effici. sui. §. natura & authen. quib. mo. nat. effici. legi. §. sicut &. §. liceat igitur, unde ut nomen & substantiam legitimitatis sola lex positiua induxit ns. dd. iuribus ita & nomen & substantiam legitimitatis sola lex positiua delere & extinguere potest. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. cap. omnis res, extra eod. tit. & dd. auth. tradit in specie Bart. in d. l. si is qui pro emptore. 3. q. prin. & in. l. 3. ff. de inst. act. Anchar. consi. 225. Andr. Tiraq. ubi suprà & in iis 80 quæ sunt iuris lex procedit uerè & naturaliter, non fictè, etiam si utatur uerbis fictionem significantibus ita Bart. in. d. l. si is qui pro emptore & in consi. 62. punctus talis est. Anton. consi. 20. nulla mulier, Bal. in. l. in rebus. C. de iure dot. per illam. l. in fi. & consi. 244. lib. 3. Tiraq. ubi suprà nume. 8. ex quo apparet hanc esse communem opin. cùm ergo de legis potestate dubitari non oporteat quin uerè & perfectè tam nomen quam substantiam legitimitatis potuerit delere & extinguere, in eo tantùm quæstio erit, an id lex uoluerit, & quòd uoluerit legitimatos legitimos re uera fieri, patet in. d. §. liceat igitur & in in d. §. sicut & in. d. §. natura & in aliis multis locis dictarum auth. in quibus sæpe dicitur legitimatos nihil omnino differre à uerè legitimis natis; sicque tenendum est, tales fœminas excludi per interuentum legitimatorum, non secus quàm per interuentum eorum, qui legitimi nati fuerũt. & plenè in simili per Ias. Alciat. & Alex. in rubr. ff. de lib. & posth. ubi eleganter Soci. dum aiunt testam. patris filij spurij legitimatione quasi posthumi legitimi & naturalis agnatione rumpi, per quod sententia nostra apertè instificatur.

79 Legitimitas humanum inuentum.

80 Iuris, quæ sunt in iis lex procedit uerè et naturaliter etiam si utatur uerbis fictionem significantibus.

Denique statuto 81 disponente, quòd stantibus masculis filia fœmina non succedat ab intestato, ea ex testamento capere poterit. ita Bar. in. l. fi. num. 4. C. de pact. Ang. Ia. Dec. nu. 22. Alcia. & Hierony. Cagn. nu. 161. & Purpur. in. d. l. fi. Alex. & Claud. in. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de uerb. obliga. plenè per Georg. Nat. in cap. quanuis pactum num. 62. de pact. lib. 6. Corn. Ia. & Dec. in. l. pactum dotali. C. de collatio. Curt. iun. in. d. l. fin. nume. 37. qui hanc opi. dicit communẽ. nam limitata causa, limitatum producit effectum. l. age cum Geminiano, C. de transact. sed facultas succedendi ab intestato huic filię denegata est ex testamento, tamen denegata non est ergo &c. & exceptio illa ab intestato facta, firmat regulam quod ad testamentariam successionem. l. nam quod liquidè. §. fi. ff. de penu leg. hoc 82 amplius non solùm ex testamento ea filia poterit patri succedere, sed etiam per pacti interuentum. nam si per pactum conuenerit, ut illa patri suo ab intestato simul cum fratribus succederet, tale pactum ualeret per idque filia fieret capax patri ab intestato succedendi, ista est communis opin. quã tenent in d. l. fi. Ias. num. 18. Alcia. in. gl. ad huc post Bart. & Ang. ibi Georgius Natanus in. d. c. quanuis num. 65. Curt. iun. in. d. nu. 37. qui Bart. opin. dicit communem & Deci. nume. 22. Cagnol. in d. nume. 161. Alex. & Claud. in. d. l. stipulatio.

81 Succedere ex testamento filia potest, ubi est statutũ ne filia ab intestato succedat.

82 Pacto filia succedere non poterit, stante statuto ut stantibus masculis filia fœmina non succedat, ardua q.

Sed hoc ultimum ut nobis uidetur suspectum est, magisque esse uidetur, ut post tale pactum adhuc filia patri suo intestato succedere nequeat, non magis quàm si tale pactum non interfuisset: quia pacto hæreditas dari non potest. l. hæreditas. C. de pact. conuen. & quia 83 pactum super hereditate danda, tollenda, uel conseruanda nullam obligationem potest producere. l. fin. C. de pact. l. pactum quod dotali eod. tit. adeo ut etiam obligationem naturalem (quæ quo ad ius nostrum sit alicuius effectus) nequeat producere. d. l. pactum quod dotali uerbo. nullam obligationem secũdum doct. communiter ibi, ubi patet quòd agebatur de pacto successionis conseruandæ & adhuc nil ualuit, denique hęreditatem nostram alicui post mortem nostram dare, id olim erat de genere prohibitorum, quasi principiis iuris naturæ pugnas & aduersum donec per legem positiuam quasi dispensatione quadam permissum fuit. l. i. in princ. & in secundo responso. ff. ad leg. fal. & disseruimus suprà. §. j. in prin. & in præf. supra. permissum autem fuit disponere, altero de duobus modis, nempe per testamentum, uel ab intestato, sed per tale statutum huic filiæ occlusa fuit uia succedendi ab intestato, & sola uia succedendi ex testamẽto relicta fuit, ergo si per eã uiã à patre nõ inuitetur, manebit in terminis antiquæ prohibitionis sicque per nullam aliam uiam admitti poterit. nam & si cognatos haberem alios in gradu proximiore, alios in remotiore, nulli dubium quin possem omnes pariter ex testamẽto uocare & instituere; & tamen 84 si intestatus decedere malui, licèt facerem pactum ut illi omnes simul mihi intestato pariter succederent, nullus modo sanus negauerit, quin nihil agerem, quinimmo soli proximiores non etiam remotiores mihi intestato succederent. ut patet per omnes omnino titulos. ff. C. & inst. de success. abintest. ergo idem & in specie nostra. ad. l. fin. C. fam. hær. responde quòd loquitur in testamento, non in pacto, uel loquitur in alia ultima uoluntate expressa inter liberosq; ualente, sicque illa liberrimè posset mutari. cap. cum Marthæ de celebr. miss. l. i. C. de sac. eccles. l. si quis in principio testamenti. ff. de leg. 3. l. 4. ff. de adim. lega. l. si mihi, & tibi. §. fi. ubi plenè per Alex. & Ias. in utraque lect. ff. de lega. i. at si esset pactum & ualeret, non posset immutari. l. sicut ab initio. C. de act. & obli.

83 Pactum de her. diui. an ullam pariat obl.

84 Successio ab int. gradatim defertur, et si aliud uelit is de cuius successione agitur. Intell. & extẽsio ad omnes titulos de success. abin.

Sed retenta communi op. (quę apud me suspecta est) dubitari solet an 85 ut filia patri in testato succedere possit, sufficiat pactum initum cum solo ipso patre, an uerò & consensus fratrũ adesse debeat; & solius patris consensum sufficere, tenuerunt Bart. in d. l. fi. C. de pact. nume. 4. & ibi Ang. Ias. & Cagnol. nume. 161. qui firmat hanc esse communem opin. contrariam tamen partem, ut etiam fratrum consensus exigatur, quasi eorum fauore id statutum factum fuisse uideatur, tenuerunt Bal. in. d. l. fi. Imol. Roman. & Alex. in d. l. stipulatio hoc modo concepta & ibi Claud. col. antep. qui firmat hanc esse communem opin. sed in priorem partem procliuior sum, quia cum utriusque partis fautores in hoc conueniant, ut pater possit eam filiam ex testamento admittere, quod quidem testamentum ex solius patris non etiam fratrum arbitrio liberrimo pendet. ut d. l. j. de Sac. Eccl. C. cum simil. ergo & similiter eius solius uoluntas sufficiet, ut filia per pactum admittatur, si quidem pactum hac in re alicuius momenti esse condonemus, superioribus impedimento non erit, quod dici solet pactum de futura successione conseruanda ualere. nam id suspectum esse ostẽdimus infrà in. l. si quando. §. illud. C. de inof. test. & suprà. §. 18. nu. 285. denique 86 & si filius exhæredatus non computetur in numero filiorum quo ad augendam legitimam, ut ex communi opin. contra multos tamen docuimus suprà. §. 20. num. 205. tamen ista filia, quę patri intestato succedere non poterat si ab eo instituatur, quò ad mẽsuram legitimarum computabitur in numero filiorum, non secus quàm masculus quod not. & adde dictis in. d. num. 205.

85 Succedere per statutum cùm filia stantibus masculis ab intestato uetatur, an per pactum ex sola patris uoluntate succedat, ardua q.

86 Filius succedere impeditus, an augeat aliorum legitimas.

Et quia de non succedentibus agimus & illegitimi non succedunt. quæro habebam filium naturalem & ex eo nepotem, decessit filius, deinde eius matrem in uxorẽ duxi. an 87 per tale subsequens matrimonium nepos ille legitimetur, & partem negatiuam tenent Francisc. Cremen. singulari 33. ecce habebam, post Bal. quem ipse allegat in. l. benignus. ff. de legibus, Hipp. Mars. sing. 121. credo te scire, post Guliel. de Cun. quem allegat in d. l. benignus Ioan. Andr. in cap. per uenerabilem, qui filij sint legit. col. 3. Paul. Cast. in. l. j. §. cæterùm. ff. de acq.

87 Legitimari potest nepos per subsequens matrimonium etiam post mortem patris sui contra filium, egregia q; pugna est.

poss.idem Paul.in.l.scire leges.ff.de legib.Anton.de Rosel.de legiti.col.ts.Iaso.in.l.si is qui pro emptore nume.155.ff.de usucap.Ludoui.de Sardis de legiti.c.de legiti. per uerum matrimonium Prepos.in.c.tanta,qui filij sint legit. Andr. Tiraq.de iure primigeniorum q.34. num.62.cum seq.Alex.in.l.Gallus.§.si eius col.fin.ff.de lib.& posthu & est communis opin. secundum Cateli. Cot. in memorab. uerbo legitimatio per subsequens matrimonium.

Contrariam tamen partem tenet Bal.sibi contrarius in c. nouit de elect.col.pe.& Anton.in.d.c.tanta Soci.in d.§. si eius col.s. Alciat. de præsumpti.in fine princ. & rursus in lib.3. paradoxorum.c. 17. post alios,quos ipsi allegant.

Pro priore opinione facit.l.fi.C.de nat.lib.ubi medium impertinens impedit extrema coniugi,ergo multo magis quando tale medium fuit ex toto consumptum & extinctum ut in specie nostra,in qua ponimus post mortem filij naturalis contractum fuisse matrimonium. ut enim nepotem fuisse sine filio à quo procederet, rerum natura non permisit: ita quoque ars, quæ naturam imitatur, non debuit concedere, ut nepos mihi legitimus accedere posset nullo precedente filio legitimo, quasi preposterа hæc res foret & contra ordinem naturæ, quæ exigere uidebatur, ut per prius legitimitas esset in filio ac per eum ad nepotem descenderet, & sine eo descendere non posset. sed certè lex si uoluisset id optimè inducere & facilè posset, quid enim impedit quin ut lex fingit eum, qui post factum, testamentum ab hostibus captus est, & apud hostes decessit, ante quam fieret captus seu hostium seruus decessisse.l.eius ff.de testam.l.si quis filio exhæredato.§.quatenus ff. de ini.rup.ita similiter fingere possit, & istum filium superuixisse uideri usque ad tempus matrimonii, ut per hoc legitimitas & ipsi filio si opus esset & etiam nepoti accederet, in quo non potest non esse opus seu necessaria uel utilis. uel quod facilius est, cùm 88 ipsum nomen legitimitatis merum inuentum & figmentum sit iuris ciuilis,ut in auth.quibus mod.natu.effi.sui.§. natura & auth.quibus modis nat.effici.legiti.§.sicut &.§.liceat & sic alio iure ciuili tolli facilè possit.§.sed natura lia inst.de iure natur.&.dd.iuribus &.l.omnes populi ff. de iust.& iure.c.omnis res de reg.iur.l. nihil tam naturale.ff.eod.tit. quid impedit quin lex possit si uelit talé qualitatem adimere, eamque perinde haberi ac si in rerum natura nec hodie esset nec unquam fuisset.rursus quid impedit quin posset si uellet inducere, ut talis qualitas ipsi filio adhæsisse antequam moreretur,uideretur. non ne facilius est fingere præcessisse talem qualitatem licèt re uera non præcesserit, quàm fingere precessisse mortem ante captiuitatem cùm re uera nó præcesserit. ut in.d.l.eius & in.d.§.quatenus.l.postliminij &.l. postliminium.ff.de capti.cùm ergo de potestate legis non sit dubitandum, in eo tantùm quæstio erit, an id ipsam legem uoluisse uerosimilius sit, uel etiam an ipse legislator hac de re interrogatus ita uerosimiliter responderet.nam tunc pro cauto id habendum est.iuxta gl.communiter app.ibi in.l.tale pactum.§.fi.ff.de pact. per Ias. in.l.de quibus.ff.de legib.idem Ias.in.l.quamuis.C.de fideicom. & in auth.quas actiones.C.de Sac.Eccles.optimus tex.in.l.3.C.de inoffi. test. & quidem (ut nobis uidetur) uerosimillimum est, legislatorem ita responsurum, ut is nepos, quo de agimus, non desinat esse legitimus. nam quò facilius homines à concubinatu discedant & ut properantius ad nuptias cum suis concubinis contrahendas transuolét, lex uoluit prospexitque ut omnis soboles naturalis ex tali contubernio procedens fieret legitima, nec minus ad nepotes quam ad filios uidetur respexisse.arg.ferè per totum in auth.quib. mo.nat.effici.sui.& in auth. quib.mo. nat. effici.legi. & ferè per totum in rubro & in nigro.C.de nat.lib.iuncto c.tanta qui filii sint legit. præterea in dictis authenticis

88 *Legitimitas humanum inuentum.*

frequenter ea ratio expressa est, quòd Soboles ex naturali contubernio procedens,homines inuitat adducitq; ad nuptias cum concubinis contrahendas, ut sic legitimentur liberi naturales antea suscepti, quæ ratio & sæpe etiam expressa fuit in.l.cum quis & in.l. quæ nuper. C.de nat.lib.& ea ex integro militat in nepotibus non secus quam in filiis. etenim si uerum amamus, uerosimillimum nobis uidebitur nepotum legitimandorum causa homines ad tales nuptias contrahendas inuitari, non aliter atque filiorum legitimandorum causa.& cùm ea ratio sit expressa in legibus hac de re loquentibus, pro ipsa lege habenda est, non extensiuè sed comprehensiuè ut ex communi opin. resoluimus suprà.§. ta. nume.43.unde is casus de quo agimus, cùm ratione legis re uera comprehensus sit; ipsamet lege illum comprehensum fuisse,non extensiuè aut interpretatiue, sed uerè naturaliter intelligendum est. hæc pars ut equior ita & iuris menti & sententiæ proximior est.ad.d.l.fi. C. de nat.lib.resp.quòd ibi non fuit subsequutum matrimonium & hoc adiuuatur ex iis, quæ plenius diximus lib. 2.controuersiarum. Sed quæro, filius 89 legitimatus ante natiuitatem eorum, qui legitimi nati sunt, an præferatur in maioratu iis, qui postea legitimi nati sunt. qua de re per doct.in.l. ex facto.§. si quis rogatus.ff. ad Trebel. & Barba.consi. 57.lib.2.Ias.in.l.filio quem.ff.de lib.& post.& in.l.cum acutissimi C.de fideicom.melius per Tiraquel.in.l. si unquam in uerb.susceperit C.de reuoc.donat.num.63.& 67.& 81. & communis opin. est, quòd secundo genitus,qui legitimus natus fuit ei præferatur.secundum Paul.Castr.in.l.Pomponius.§.quæsitum in lectura pad.ff.de acq.poss.ubi Areti.& Ias.& Nicol.Perus.de succes.ab int.par.i. princip.6. specie filiorum.Molin.in consue.Paris.tit.i.§.8.glos.i.q.7.

89 *Maioratus in successione an legitimatus maior natu minori legitime nato præferatur, ardua q.*

Hanc etiam partem tenent alii plures, quos ipsi allegant & quos allegat Nicol.Boer.decis.159.ad finem qui tamen in contrarium inclinat, id quod & nos plenè defendimus lib.5.controuersiarum usufrequentium. licèt contrariam partem immo quòd legitimatus progenitus præferatur,attestatur esse communem Ioa. Andr.in regula sine culpa referendo Guilhel.& Alber.in.l.cũ quis C.de nat.lib.Bar.in auth.qui.mod. nat.effi.sui Paul.in l. Gallus.§.& qui si tãtũ,de lib.& post.col.pe.ubi.Are.col. antepe.Floria. in.l.in delictis.§.si extraneus col.s. ff. de noxalib. Collect.in cap.tanta qui filii sint legit.col.i.& 2.Abb.consi.84. Cardin. in c.per uenerabilem.§. quod autem,qui filii sint legiti.Feli.in c.prudentiam col.3.de off. de leg. Boeri deci.159.in fi.Anto.de Rosel.in tract. legiti.lib.i.col.5.Alcia.de uerb.sig.lib.3.s.axiomate ubi hanc dicit communem opin. Math.Afflic.in cap.i.§.naturalis nutab.5.si de feud.fuer.contr.inter dominum & agn. ubi hanc dicit communem, quæ uidetur probari in.l.tit.13.par.4.Cassane.consuet. Burg. rubr.8.§.3.fol. 287.Goxad.consi.25.num.i.Tiraquel.in.l.si unquam suprà all. in uerb.susceperit & in tract. de primogenit. q. 34.Maner.in.l.quoties.ff.de reg.iur.num.9.Barb.in d.l. cum acutissimi num.241.Soci.iunior consi.xi.num.1.& Curt.iunior consil.136. Xuares in.l.i.ti.6.lib.3.fori Ripa in.d.l.si unquã q.32. Couarub.de sponsal.2. par.c. 8. §.2.Paris.consi.13.num.33.lib.2.Maturi.in auth.de hered.ab int.fol.36.& hæc pars ut receptior ita & uerior ex superioribus redditur, rationibus,& iuribus quæ nó expedit repetere. Iuxta superiora quæro,filiatio 90 siue legitimi siue naturalis ut probetur? & an ex eo solo probetur quòd quis fuerit tanquam filius tractatus, tradunt plenè Alcia.de præsump.reg.3.presump.38.Felin.in c. per tuas nu.3.de prob.Deci.consi.54.col.3 dominus episcopus Couarub.in.4. decret.part. 2.c.8.§.3.num.6.Porrò talis naturalis si fuerit legitimatus per principis rescriptum, illa clausula adiecta (que communiter adiici solet) sine præiudicio eorum, qui ab intestato successuri sunt, aut succedere possunt, non impedit quin ex testamento integra bona patrisfam. possit capere is legitimatus

90 *Filiatio an probetur eo quòd quis ut filius sit tractatus.*

matus.arg.l.fi.C.de nat.lib.§.i.cum seq.in auth. quibus modis nat. effici.leg.quod procedit quando non sunt liberi legitimi. nam illis stantibus is legitimatus eiusdem conditionis erit cuius & quilibet extraneus esset. unde ut extraneus ex eo testamento capere posset, quatenus filiorum legitimæ non læderentur: ita & is legitimatus tantundem capere poterit, & nō ultra, quasi tunc non filiatio sed sola capacitas ei cōtigisse uideatur, arg. d.l.fi.& auth.quib.mo.na.effi.leg.§.sicut &.§.liceat. sed

91 *Legitimatus quādo excludatur à uenientibus ab intestato, ardua q.*

91 quo ad successionem ab intestato ut is legitimatus cum reliquis filiis legitimis nequeat concurrere omnes conueniunt. sed an possit concurrere cum reliquis ab intestato uenientibus uel eos excludere cōtrouersū est. nā multi, quos refert & sequitur Grat.consi.63.col.pe.firmans hanc esse communem opin. tenent, quòd non stantibus liberis reliquos omnes legitimos hæredes ab intestato ipse excludet, contrariam tamen partem ut à reliquis omnibus agnatis & cognatis testatoris usque ad quartum gradum ipse excludatur, tenent multi, quos refert & sequitur firmans hanc esse communem opin. Philip.Deci.consi.338.col.2.& consi.393.eadem 2.col. Pari.consi.14.lib 2.num.44.Soci.consi.95.col.3.lib.4. idem in.l.Gallus.§.& quid si tantum num.21.ff.de lib.& posth. Couarub. lib.4.decret.in princ. part.2.c.8.§.10. num.1.& hæc posterior pars ut receptior ita & uerior uidetur, quasi principis talem legitimationem facientis is fuerit sensus, ut nulli hominum præiudicium etiam utens iure suo faceret sicque legitimi, qui à lege inuitantur per interuentum illius non excluderentur a successione intestati: sed ut illi per interuentum cuiusque extranei à successione illa excluderentur, si extraneus a testatore institutus fuisset; ita quoque per interuentum legitimati excludantur, si ille à testatore hæres scriptus fuerit.arg.d l.fi.C.de nat.lib.

SVMMARIVM.

1 HAEREDIS *institutio est caput testamenti.*
2 *Ordo literæ hodie non nocet.*
3 *Hæredum, alij instituti, alij substituti.*
4 *Hæredum plures species.*
5 *Hæres necessarius an sit hodie filius uel seruus.*
6 *Hæres substitutus appellatur etiam institutus.*
7 *Hæredum appellatione interdum soli filij continentur.*
8 *Incapax potest institui sub conditione si habilis fiat à principe, ardua q.*
9 *Matrimo. inter prohibitos contrahi an possit sub conditione si papa dispensauerit, ardua q.*
10 *Hæres anormalus.*
11 *Hæres hæredis testatori hæres esse dicitur.*
12 *Incapax institutus & restituere iussus compellitur adire & restituere.*
13 *Institutionem quando inducat uerbum relinquo, ardua q.*
14 *Institutio an inducatur per uerbum lego.*
15 *Verba enunciatiua quando disponant.*
16 *Verba enunciatiua an disponant fauore libertatis, militis, piæ causæ, & liberorum.*
17 *Piæ causæ fauore an sine testibus & notario ualeat testamentum, ardua q.*
18 *Notarij signum an sit de substantia scripturæ, ardua q.*
19 *Notarij rogitus an præsumatur si non probetur, ardua q.*
20 *Notario se rogatum fuisse in ipso instrumento scribenti creditur.*
21 *Notarius in ult. uol. aut in contractibus à quo esset rogandus.*
22 *Notarij qualitas probanda ab eo, qui instrumentum producit.*
23 *Hæredis institutio an inducatur eo quod quis in contractu ecclesiam appellauit hæredem, ardua q.*
24 *Pactum su suc. non ualet, etiam fauore piæ causæ, ardua q.*
25 *Hæredis institutio inter uiuos fieri nequit.*
26 *Dos an dotandis bonis diminutis diminuatur, ardua q. & quid si crescant.*
27 *Dos & si inofficiosa non esset tempore quo data fuit, si tamen tempore mortis appareat inofficiosa, coangustatur.*
28 *Intell.tit.C.de inof. dot.*
29 *Institutio etiam conditionalis, tria tempora habilia desiderat, contra communem opp.*
30 *Intell.l.sed & si conditione.§.solemus.ff.de hær. inst. & §.in extraneis inst. de hær. qual.*
31 *Verbum hoc amplius, repetit qualitates præcedentes.*
32 *Intell.l. in tempus.ff.de hær. inst.*
33 *Hæreditatem meam dono, an ualeat talis donatio, ardua q.*
34 *Vendere quis suam hæreditatem non potest.*
35 *Intell.l si ita fuerit.ff.de reb. dub.*
36 *Incertitudo quomodo uitiet, cum comm contra Ias.*
37 *Incertitudo quare non uitiet ademptionem.*
38 *Probatio incerta non releuat.*
39 *Incertitudo circa res & circa personas uitiat, contra communem.*
40 *Piæ causæ fauore an ambiguitas saluetur.*
41 *Incertitudo non uitiat in spiritualibus, nec in libertate, nec in pia causa.*
42 *Institutio facta spe præmij, an ualeat, ardua q.*
43 *Conditio impossibilis, quare non uitiet ult. uol. ratio noua.*
44 *Intell l.actus legitimi.ff.de reg.iur.*
45 *Conditio impossibilis, quare uitiet contractum non ult. uol.*
46 *Impossibilitas quando uitiet ult. uol.*
47 *Intell. l. actus legitimi de reg. iur.*
48 *Impossibilis conditio, an uitiet pium legatum.*
49 *Pia legata an testamento infirmato euanescant.*
50 *Qui institui non possint.*
51 *Testandi facultas dispensatiuè data.*
52 *Hæreditas quid.*
53 *Hæreditas ut diuidatur.*
54 *Testari pro parte tantùm nullus potest, præter militem.*
55 *Testatus pro parte, quare testator possit decedere ex post facto ratio noua.*
56 *Querelans efficitur hæres necessarius abintestato.*
57 *Miles partim testatus decedere potest.*
58 *Testatus pro parte, paganus decedere nequit.*
59 *Testari pro parte, quare non liceat, nisi ex post facto.*
60 *Accrescendi ius quando contra uol. testantis inducatur.*
61 *Institutio particularis non uitiatur propter prohibitum a testatore ius accr. contra communem.*
62 *Aequalitas partium, fit in dispositione ad plures relata, quod uariè intelligitur.*
63 *Accrescendi iure institutio particularis trahitur ad totum.*
64 *Intell.l. cum quæstio.C.de legat.*
65 *Totum, continetur rei appellatione.*
66 *Si rem priori indefinitè reliqui, posteriori eiusdem rei uel hæreditatis uncias sex non uideor ad dupondium transire, sed priori adimere, quod posteriori dedi, cum glo. communiter app. non sic si post. 12. uncias expressim distributas sex alij dedi, contra glosam communiter app.*
67 *Si primo plures uncias dedi. secundo pauciores, an ad dupondium uidear transire, contra communem.*
68 *Intell l.cum q. & l.qui quadringenta.*
69 *Intell.l.si ita scriptum §.quidam.ff.de hær. inst.*
70 *Testamentum potest incipere à substitutione.*
71 *Institutionis partes, in substitutione uidentur repetite.*

Intell.

72 *Intell. §. sed si instit. Inst. de uulga.*
73 *Parum non semper toto derogat.*
74 *Pars prius deinde totum, an contra, legatur non refert, contra communem.*
75 *De eadem re.*
76 *Falcidiam non detrahit fidei commissarius uniuersalis.*
77 *Si primo. 12. uncias hæreditatis uel rei legam alteri. 7. uncias eiusd. rei uel hæreditatis do, tunc unciæ illæ non deducuntur de asse, sed ad dupondium transitum uidetur, contra communem.*
78 *Intell. l. Marcellus. ff. ad Treb. quòd procedat etiam si testator sciret uires sui patrimonij, contra communem.*
79 *Si primo totum alteri pars sub toto contenta relinquatur, tunc integra pars de toto deducitur, nec fit concursus in ea parte, contra Paul.*
80 *De eadem re contra Paul.*
81 *De ead. re contra Corneum.*
82 *De eadem re.*
83 *De eadem re contra Communem.*
84 *De eadem re contra Paul. Raph. & Corneum.*
85 *Simpliciter institutus realiter coniunctus uidetur his, qui partes uel uncias certas expressim designatas habuerunt.*
86 *Coniunctus re tantùm an uerbis tantùm coniuncto præferatur, ardua q.*
87 *Testes in re uariantes, peiores quàm si in uerbis uariarent.*
88 *De eadem re.*
89 *Conseruatio facilior quàm noua acquisitio.*
90 *Accrescendi ius an impediatur per ius retentionis.*
91 *Accrescendi ius & ius non decrescendi differunt.*
92 *Coniunctus re tantùm, ad totum inuitatus uidetur.*
93 *Errore uitiatur institutio, præteritio, & exhæredatio.*
94 *Institutio filiorum generalis comprehendit etiam eum filium, quem testator se habere ignorabat. contra communem historia Torquati.*
95 *l. 1. & 3. tit. 4. par 6. ampliatur.*
96 *Lim. l. 4. titul. 4. par. 6.*
97 *l. 3. & 4. tit. 3. par. 6. ampl.*

POSTQVAM disseruimus, qui habeant uel non habeant testamenti factionem tam actiuam quam passiuam; consequẽs est, ut ad hæredis institutionem transuolemus, quæ in testamentis principem locum tenet, queq; in successionum progressu inuenta fuit, cùm olim quando rudes erant successiones in usu non fuisset, argumento. l. uerbis legis. ff. de uerb. sign. est autem 1 hæredis institutio, caput fundamentumque totius testamenti. §. in primis inst. de fideicom miss. hær. l. proximè. ff. quæ in testato delen. l. j. in fi. de uulga. ff. estq; initium testamenti. l. 1. in pr. de hær. inst. ibi initium, hinc est quod quæ præcedunt institutioné nil ualent. §. ante hæredis, inst. de leg. l. 2. §. si prius, in decisione & iterum in responsione, ibi, constat enim. ff. de uulg. &c. errat ergo glo. 1. in uerb. debet. q̃ exponit. i. potest uel solet. glo. inquam. 1. in. l. 1. ff. de hære. inst. & glo. exhæredare ibidem, cum quibus glos. simpliciter transeunt. ibi Alber. Bar. Bal. Ang. Cuma. Paul. & eas expressim. & malè sequitur Imol. ibid. dic. ergo 2 hodie peruersio ordinis nulla ex parte uitiat testamentum. §. ante hæredis. inst. de leg. l. præposteri. C. de testam. olim testamentũ non uitiabat ex toto sed tantùm ex ea parte, quæ præcedebat institutionum hæredis. d. §. ante hæredis. l. 2. §. prius in pr. & uerb. constat. ff. de uulg. facit. l. j. ff. de hær. inst. ibi initiũ. fallit quando, uitio non testatoris. sed tabellionis fuit ordinis peruersio. l. ambiguitates. C. de testam. simile. in. l. cum auus. ff. de condi. & dem. Vide Costam in pag. 105. & pag. 97. in. l. Gallus. §. & si tantùm. ff. de libe. & post. qui pulchrè contra receptas doctorum sententias edocet quemadmodũ olim testamentum non desinebat ualere, licèt non in capite & principio testamenti hæredis institutio collocata esset, sed tamen posteriori fortè parte testamenti, tunc enim eę dispositiones quę præcedebant hæredis institutionem non ualebant: ipsa autem hæredis institutio, & quæ postea sequebatur optimè tenebãt, sed an hæredis appellatione bonorum possessor propriè contineatur, nobilis. q. est, ut edocebimur in materia. bo. poss.

1 Hæredis institutio est, caput testamenti.

2 Ordo literæ hodie non nocet.

Denique hæredes 3 aut instituti dicuntur aut substituti. l. 1. ff. de uulg. institutorum autem hæredum plures sunt species, quidam enim necessarii sunt, quidam uoluntarii, quidam sui & necessarij, ut in princ. inst. de hær. qual. & ibi in. §. 1. cum seq. l. Cornelius. l. iam dubitari. ff. de hær. instit. l. si alienum. §. in extraneis eodem titul. l. uerba hæc. l. fin. ff. de condit. inst. l. qui in aliena. §. interdum. l. necessariis. ff de acq. hære. §. sui inst. de hære. abint. §. sui, inst. de hær. quali. & ultra doct. in dd. locis, quot 4 sint hæredum species edocemur per Corn. consi. 169. num. 2. lib. 3. & consi. 100. num. 5. lib. 4. & consi. 199. num. 43. lib. 2. idem Corn. consi. 272. num. 2. lib. 4. & hodie 5 An filius uel seruus sit hæres necessarius tradit idem Corn. consi. 305. num. 11. lib. 4. quibus autem temporibus in hæredibus scriptis habilitas exigatur edocet Corn. consi. 96. nu. 15. lib. 2. qua de re infra ex professo agimus Illud autem notandũ est hæredes 6 substitutos solere non rarò institutos appellari, ut probatur in. l. Gallus in pr. ff. de libe. & post. uerbo instituat ubi glo. & communiter doctores exponunt, hoc est uulgariter substituit, ad idem tex. in. d. l. Gallus. §. quidam rectè uerbo instituat ubi similiter gl. Bar. & omnes exponunt hoc est uulgariter substituat, quod & suadet. d. l. Gallus. §. & quid si tantum uerb. institueretur, ubi eodem modo glo. Bar. & reliqui exponunt, hoc est uulgariter substitueretur. facit. l. in testamento in pr. ubi tradunt doctores. ff. de hæred. instit. l. si mater. §. fi. ff. de uulgari. l. 3. §. libertas. ff. de bonis liber. l. si quis cum, prope finem. ff. de uulga. Hæredum 7 tamen appellatione interdum soli filii continentur, quale est cum quis feudum pro se & hæredibus suis accepit ita glos. per textum ibi. in. l. ex facto. §. fi. ff. ad Treb. & est communis op. secundum Euerar. in topicis lib. 2. co. 239. & col. 344. in fi. qua de re per Alex. consil. 23. lib. 1. glo. in. l. etiam. §. 1. ff. soluto matrimonio Curti. iun. consil. 130. nu. 12. Corn. consi. 131. lib. 2. Portius in. §. adeò inst. de loca. & condu. Curt. iun. consi. 4. num. 1.

3 Hæredũ alii instituti alij substituti.

4 Hæredum plures species.

5 Hæres necessarius an sit hodie filius uel seruus.

6 Hæres substitutus appellatur etenim institutus.

7 Hæredum appellatione interdum soli filij continentur.

Illud autem notandum est, posse 8 incapacem hæredem institui sub hac conditione, si à principe fuerit habilitatus. ita tenet in spurio sub tali conditione hærede instituto Bal. Aret. & Alex. in. l. Gallus. §. instituens ff. de libe. & posthumis, ubi Iason. & Lancel. Galiau. dicunt hanc esse communem op. Couarub. in epitome de sponf. 2. par. c. 8. §. 5. nu. 12. Curt. iun. con. 84. nu. 3. Gualdens. de arte testandi tit. 5. cautela. 14. nu. 15. Bermond. de publi. concub. fol. 327. & est communis op. secundũ Hieron. Cagn. qui & eam sequitur in. l. quandiu. ff. de reg. Iur. num 4. per. l. si ita quis hæres instituatur si legitimus. ff. de hæredibus inst. nã 9 & similiter matrimonium inter prohibitos fieri potest sub hac conditione si Papa dispensauerit, & tunc secuta dispensatione nouo consensu opus non est, & ita tenet Ant. Butr. in. c. super eo de cond. oppos. cuius op. de consuetudine obseruatur secundum Boerium decisione. 264. num. 27. incipit an soror, quamuis contrariam partem teneant Innocent. Card. & Abb. in d. c. super eo & est communis op. secundum Aret. & Socin. in. l. apud Iulianum §. constat. ff. de lega. 1. Lozzes de matri. 12. dubio. Couarub. ubi suprà par. 2. c. 3. num. 7. & pro hac parte facit. l. inter stipulantem §. sacram. ff. de uerborum obliga. l. qui res. §. aream. ff. de solu. §. 1. inst. de inutil. stipul. l. cætera. §. tractari. l. apud Iulianum. §. constat. ff. de lega. 1. sed pro superiore sen-

8 Incapax potest institui sub conditione si habilis fiat à principe ardua q.

9 Matrimonium inter prohibitos cõtrahi an possit sub conditione si papa dispẽsauerit ardua q.

re sententia facit.l.in tempus.ff.de hęr.inst.& facit.l.2. .§.sed & si extraneum.ff.de uulg.ubi pupillaris substitutio facta eis, qui in testatoris potestate non est, incipit sumere uires simul atque ille impubes in testatoris potestate inciderit. & retenta opinione affirmatiua, ille

10 *Hæres anormalus.*

10 hæres anormalus esse uideretur, prout & sunt alii anormali hæredes ut per Corn.consi.11.num.2.lib.2.& etiam

11 *Hæres hæredis testatori hæres esse dicitur.*

11 hæredis heres primi testatoris hæres esse dicitur. ut tradunt communiter doct. per tex.ibi in.l.fin. C.de hæred.inst.quibus adde Corn.consi.182.nu.2.lib.2.& consi.76. nu.6.eodem lib.idem Corn.consi.97.nu.22.lib 1.& consi.74.nu.5.lib.1.nec postquam quis semel hæres esse cœperit poterit amplius hæres esse desinere, nisi ex legis ciuilis dispositione,glo. communiter ibi app.in.l.in substitutione.ff. de uulg. Corn. 10. lib.3. tollit in restitutione, quæ fit per Trebelianum, quæ nó facit ut hęres semel factus, desinat esse hæres ipso iure sed id non quòd Trebeliano defuerit potestas, sed defuit uoluntas. Sed

Hæres semel factus an possit hæres esse desinere.

12 *Incapax institutus & restituere iussus côpellitur adire & restituere.*

12 & incapax hæres scriptus & iussus restituere compellitur adire & restituere, quo casu ipse incapax etiam mero iure heres non manet,ut not.per Benedic.in.c.Rainutius de testamen.part.1. fol. 79.nume.75.

13 *Institutionem quandò inducat uerbum relinquo, ardua q.*

Adde quòd 13 hæredis institutio inducitur per uerbum relinquo adiectum uniuersitati bonorum, non sic si adiiceretur rebus singularibus tenuerunt multi relati per doctores præsertim Ias.in auth. nouissima. C. de inoff.test.tenet gl.in c.si pater in uerb.instituit de test. lib.6 quæ communiter app.secundum Imol.in cap. Rainutius nu.30.de testamen.est communis op. secundum Alex.num. 10.in consi.177.lib.2.Corn.in.l.quoties. C. de hære.inst.num.3.quod significat.l.5.tit.8. par.6.

Contrarium tamen uidentur tenere multi relati per Card.qui & eos refert col 3.& Panor.num.3.in.d.c.Rainutius & Alex.in.l.omni quod.§.non omnis.ff. ad Treb. num.6.ubi hanc dicit esse communem opinionem, quã & sequitur in consilio 105.num.19.lib.4. ubi plures allegat,pro priore opinione est tex.clarus,quem non memini allegatum hanc ad rem uidisse in.§.planè instit. de testam.mil.ibi ego te hęredem facio, aut bona mea tibi relinquo. item rursus in.d.§. planè ibi relinquere se bona cui uisum sit.idem probat.l.diuus.ff.eod.tit. primũ ibi ego te hæredem facio, aut bona mea tibi relinquo. & rursus ibi alioqui non difficulter post mortem alicuius militis existerent, qui adfirmarent se audisse dicentem aliquem relinquere se bona cui uisum sit, & per hoc uera iudicia subuerterentur, in quibus iuribus planè probatur paria esse & ueluti æquipolentia illa uerba te hæredem facio, & illa uerba, hæreditatem meam tibi relinquo, & etiam illa uerba, bona mea tibi relinquo.

14 *Institutio, an inducatur per uerbum lego.*

Aliud. 14 fortè in uerbo lego quod adiectum uniuersitati rei nullius momenti facit dispositionem, si quidem in genere generalissimo adiiciatur, ueluti si dixi lego rem uel lego substantiam, tunc enim legatum non ualet,glo.in.l.legato generaliter.ff. de lega.1. quam uidentur sequi doct.ibi sequitur & dicit esse sing.Benincasius in.§. omnium num.165. instit. de actio.nam & in donatione idem foret,l.cum post.§. gener.ff.de iure dot.l. ita stipulatus.ff.de uerb.oblig.nec dubium est quin legatum sit donatio quędam inst.de lega.§.legatum est, olim fortè contrarium obtineret, arg.l.uerbis legis.ff. de uerb.sig.l.a.in.1.& ii.rep.ff.ad legem falci.

15 *Verba enũtiatiua quando disponant.*

Item 15 declara ut procedat quando uerbum relinquo adiectum uniuersitati bonorum fuit per uerba dispositiua aliud fortè si per uerba enunciatiua principaliter propter aliud prolata,tunc enim non disponunt & ita possunt intelligi. d.§. planè &.d.l. diuus. quòd si principaliter propter se probata essent, tunc adhuc dubium est, an sufficiant ad hæredis institutionem, licèt quo ad alias res, non desinant disponere.ita tenent Bar. in.l.ex hac scriptura.ff.de donatio.& in.l. conficiuntur. ff.de iure codicil.in.l.1.§.cum iubem.ff. de offi. pręfec. urb.& in.l.optimam.C.de contrah.stipul.Alex. in.l. qui se patris nume.7.C. unde liber.Bart.in.l.sciendum.ff.de uerb.obliga.& in.l.peto.num.4.ff. de lega. 2. & in.l. Titia.§.Gaius eod.tit.& in.l.rationes.C.de probat.& in.l. demonstratio falsa.§.quod auté.ff.de condit.& demonstra. Iaso.in.l.j.C. de Sacr.Sanct. Eccles.Bart. in.l.Lucius.§. filiũ.ff.ad Trebel.in.l.si socer.§. Lurius.ff. soluto matr. in.l.quæritur.ff.de acquir.hær.nume.14. & 15.& in.l.1. ff.de noui.oper.nuncia.& in.l.ex his uerbis.ubi Ale.Ias. & Decius.& alii.C.de milit. testa. ubi faciunt regulam cum decem fall. & est decis.Rotæ Romanæ. 271.nota qualiter in antiquis & 696. dic quod si in aliqua in antiq.& Docto.in.l.nec professio.C. de testa.& in.l.serui electione.ff. de lega.1. & in.l. si quis bona.ff. de acquir. hæred.in.§.sed quid & in.l.si ita legatum.ff.de lega.1. & Bart in.l.1.C.de Sacros.Eccles. & in.l.si ita. de lega.1. & in.l.si fortè.ff.de cast.pecul. & Bauar. in.l.cum filio.nume.47.ff. de lega.1. & Picus in.l. Titia cum testamento. §.Titia.ff.de lega.ii.ubi optimè declarat, quæ dicantur uerba enuntiatiua & Ioan. Crot. in.l.re coniuncti. nume.156.ff.de lega.3.Bart.in.l.tale pactum.§. pater.ff.de pact.& in.l.cum proponebatur.ff.de lega.1. & in.l. si pater.§.auus.ff.de dol. excep.& in.l.cum testamentum.C. de iur.& fac.ignor.& in.l.Publia.§.Titius.ff.depos.& in auth.de iureiuran. a mor. præst.& in.l. Panphilo.ff. de leg.3.& Ioan.Crotus.in.l.1.num. 47.de nou.oper.nunc. Curti.in.l.si idem cum eodem.§.fi.ff de iurisd.omni iudi.Rub.10.l.non solum.§. morte.ff. de noui oper. nunc. Alex.consi.45.habito super his col.3. uers. fortificatur & consi.46.uisis & accuratè lib.1.Hypp. de Mars.442. Afflic. decis.83.in causa antiqua.& in decis.245. magnifici. & decis.285.& decis.337. in causa, Deci. consi.213.uisis

16 *Verba enũtiatiua an disponant fauore libertatis, militis, piæ causæ & liberorum.*

Quid 16 utrò in libertate,aut fauore liberorum, aut militis,aut piæ causæ,dic ut planè per Tiraquel.de priu. piæ cau.priui.86.

17 *Piæ causæ fauore, an sine testibus & notario ualeat testã: ardua q.*

Denique 17 hæredis testamento scripti institutionem aut testamentum propria testatoris manu descriptum sine testibus & notario seruandum est, si in illo legata pia inuenta sint. ista est commun.opin secundum Couar.in.c.relatum.i.num.12.de testam.

Contrarium, ut tale testamentum non ualeat.tenet Barba.consi.42.lib.4.& est commun. secundum Couar. ubi supra sed priorem partem sequi uidetur Imol.in.l.si is qui.ff.de testam.Corn.consi.307.col.4 lib.3.ut refert idem secutus Andr.Tiraq.de piis causis priuilegio.5.na & idem fore in testamento inter liberos ipse quoque ad firmat post Imol.& Corn.ubi supra Bald. in auth. quod sine,per text.ibi.C de testamen. &.§. nos quidem cum seq.in authen.de tabel. & in authen. si modo. C. famil. herc. facit.l. fin. C. famil. herc. ibi quibuscunque inditiis, & rursus ibi quibuscunque uerbis, & tertio loco ibi quocunque modo, nam si quocunque modo, ergo & isto. si quibuscunque inditiis, ergo & istis,si quibuscunque uerbis ergo & quibuscunque literis. nam uerba & litera assimilantur,ut in.l.in exercendis. C. de fide instr. id quod in testamento inter liberos per prædicta satis tolerabile est. difficilius tamen in testamentis ad pias causas admittendum, quia ad talis testamenti tuitionem non inueniuntur iura sic aperta, ut ad testamentum inter liberos. adhuc tamen & pro eo facit bonus tex.in.l.in testamento.ff.de fideico.liber.per quem Bart.ibi firmat testam.etiam ratione uoluntatis imperfectum ualere ad pias causas, estque communis opin.ut apparet ex relatione Tiraq.ubi suprà priuilegio.7. ergo longè facilius si imperfectio sit ratione solénitatis tantùm, ut in specie nostra, & hoc puto uerum, si modo literam esse testatoris plenè constiterit, uel comparatio literarum legitimè probata sit, quę facit semiplenam probationem; & præterea accesserit unus testis, qui uiderit testatorem illud scribere, ut ex his duobus semiplenis probationibus legitima probatio nasceretur. Sed cum nostro iure Hispano in testam. in scriptis tabel

lionis interuentus exigatur per tauri.l.3.An 18 in eo signum eius exigatur & pro substantia scripturæ publicæ requiritur, ut in ea ponatur signum notarij. ut in.l.fi.C.de offi.assess.& est communis secundum Bart. in.l.si quis ex argentariis.§.si initium.nu.32.ff. de eden. Boer. in decis.36.num.8.& nume.10. idem decis.37.& uidetur quod sic num.10. Vnde in tali testamen.tale signum necessarium uidetur. contrariã partem ut huiusmodi q̃stionem signi appositio non sit de substantia publici instrumenti, tenet Imola. in.c.1.de fid.instr. Alex. in addi. ad Bart.in prima consti ff.nume.5. & in Rub.num.14.ff.de noui ope.nunc.prior tamen opin. uidetur receptior, & eam tenet.gl.in auth.de instrumentorum cautela.§. sed si instrumenta.in uerbo oportet,ubi Bart.num.5.Bar. & Imol.in.l. ad testium §. si quis ex testibus. ff. de testam. Abb. in.d.c.i.col.4. & ibi.Fel. & uterque Dec. num.13. potest concordari ut prior opin. procedat de consuetudine, qua attenta requiritur signum notarij, posterior uerò opinio, procedat de iure, ista concordia est communis secundum Cagnol.in princ.ff.num.114.cum Bar. ibi num.6.per Couar.in pract.quest.c.20. num.5. quod facilius obtinet in testamentis, quæ de sui natura interuentum tabellionis non desiderant iure communi, licèt de iure regio Hispanorum aliud inductum sit in testamento in scriptis per.l.Taurinam.3.quo casu 19 rogitus tabellionis. qui necessarius est, an præsumatur, licèt non probetur dubium est, & quod quasi solennitas extrinseca illa sit non præsumatur nisi probetur.tenent glo.in.§.3. in auth. de tabel. & clarius Bart. Ang.Imol. Alex.& Ias.q.2.in.l.sciendum.ff.de uerb. oblig. Inocen. in.c.i.de fide instr. Ang.consi.400. col. fin. & consi.220. Ant.Butr. & Panor.in.d.c.1.& est communis opin.secundum Boer.decis.35.nunc dicamus de notario col.fin.licèt contrarium ut rogitus notarij præsumatur, quamuis non probetur, tenuerint Ang. Iacob. Beluis. Ludo; Bolog.in. d.auth.§.1. Aret.in.l. hac consultissima. C.de testam. Bal.in rubr.de fide instr. & alij plures relati per Boer.ubi suprà.quòd si 20 notarius in instrumento dixerit, se à partibus rogatum fuisse, creditur eius assertioni. ista est communis opin. quam tenent multi quos refert & sequitur Feli.in.c.sicut col.pe.de re iudi.Iaso. consi.137.nu.5.lib.4.& alij non pauci quos refert Boer. ubi suprà, sed prior opin.ut notario se rogatum fuisse in instrumento asserenti credatur, usibus forensibus amplexa & obseruata est. in ultimis 21 uoluntatibus an oporteat notarium ab ipso testatore fuisse rogatum, & in contractibus, an ab alterutro, an uerò ab utroque ex contrahentibus eum fuisse rogatum oporteat, tradit Boer.d.decis.35.in princ.onus 22 autem probandi notarium fuisse eum, qui instrumentum confecerat pertinet ad producentem & eo instrumento utentem, est communis opin. quam resoluit idem Boer. decisi.36. nume. 10.

18 *Notarij signum an sit de substantia scripturæ, ardua q.*

19 *Notarij rogitus an præsumatur si non probetur, ardua q.*

20 *Notario se rogatum fuisse in ipso instrumento scribenti creditur.*

21 *Notarius in ult. uol. aut in contractibus à quo esset rogandus.*

22 *Notarij qualitas probanda ab eo, qui instrumentum producit.*

Redeundo ad hæredis institutionem dubium est, an quemadmodum regulariter pacto fieri non potest (ut continuò) edocemur, ita quoque nec ad pias causas ea fieri aut hereditas dari possit. qua in re sunt, qui uelint ut non 23 solùm pacto uel actu inter uiuos possit piæ causæ dari hæreditas sed quòd etiam si in cõtractu uel, in alio actu inter uiuos quis ecclesiam uel aliam piam causam appellet hæredem, uidetur eam hæredem fecisse efficaciter.ita Bart.in.l.tale pactum.§.fi. & ibi Bal. in lectura antiqua.& Alex.& Ias.col 2.ff.de pact.per illum tex. & per tex.in.c.fi.de success. abintest. Alex.in.l.licet C. de pact.Barba.in.l. cum acutissimi.col.38. C.de fidei commiss.Alex.in.l.pactum dotale.C.de collat. Tiraquel. de priuileg. piæ causæ. priuilegio.106. Alex.consi. 152. col.3.lib.6.Contrarium tamen tenet Ang.Fulg.& Paul. Castren. in.d.l.tale pactum.§.fi.Roma.in auth.similiter C.ad.l.falcid.in.6. speciali inter contractus Angel.in.l. epistola. in princ.ff. de pact. & dubitat ipse Ias.in.d.l.licet col.2. & hæc posterior pars uerior est, per tex.in specie loquentem in.l.diuus.ff.de mil.testam.§.planè insti. eod.tit.& per regulam generalem, quæ hæreditatem pacto dari prohibuit.l. hæreditas.C. de pact. conuen.d.l. pactum dotale.l.fi.ff.de suis & legit. & quia dictæ leges generaliter disponentes comprehendunt causas ut eumque priuilegiatas, si in specie de qua agitur non reperiuntur habere speciale priuilegium.l. in fraudem. in fi. ubi notat Bal.ff.de milit. test. Deci. in.c.1.& in.c.sedes apostolica.de rescrip.& in consi.5. & in.l.i.& in.l. nemo potest.ff.de reg.iur. & in.l.ex testamento.C.unde. liber. Tiraq.de præscrip.§.i.glo.ii. Alci. lib.4.parad.c.10.nec dubium est quin pia causa hac in re non reperiatur habere peculiare priuilegium, ergo &c.nec oberit.d.l.licet.quia ibi in pacto reciproco, & præterea loquitur inter milites. quibus rationibus & iuribus tenẽdũ est, non 24 ualere pactum fut.succ. etiam fauore Ecclesiæ uel piæ causæ id quod tenuit Bal.in lect.l.1.col.fin. C.de Sac.Eccles.Rom.in auth. similiter.C.ad leg.fal.7. speciali inter contractus Soc.in.d.l. licet & in.d.l.pactũ quod dotali.C.de pact. Dec.in.d.l. licet not.3. quamuis contrarium & male teneant Bal.in.l.fi.col.pe.C.de pact. Alex.in.l.pactum quod dotali col.2.C. de pact. & consi. 152.in causa lib.6.Ias.in.l. stipulatio hoc modo col.3.ff. de uerb.oblig.Fel.in.c.in præsentiam col.12.de probat. Nat.in c.2. de pact. lib.6.Calcan.consi.13.pro parte negatiua col.3.& alii, quos refert Andr. Tiraq. de priuil. piæ causæ priui.105.

23 *Hæredis institutio an inducatur eo quod quis in contractu ecclesiam appellauit hæredem, ardua q.*

24 *Pactum fu. suc. nõ ualet, etiã fauore piæ causæ, ardua q.*

Redeundo ad hæredis institutionem sciendum est quòd 25 inter uiuos fieri non potest, quia dari potest hæreditas testamento, at pacto dari non potest, aut adimi.l.hæreditas.C.de pact.conu.l.fi.ff.de suis & legit. l.pactum quod dotali.ff.de pact.l.si quãdo.§.illud.C.de inoff.test.unde 26 si filiaiam. quo tempore nubebat tantum dotis nomine à patre accepit, quantum legitimæ nomine ad eam pertinere poterat in bonis patris, inspectis facultatibus, quas pater eo tempore habebat ipsaque renuntiauit futuræ patris successioni. sunt, qui uelint quòd crescentibus postea patris bonis potest petere legitimæ supplementum usque ad mensuram bonorum, quę pater reliquit tempore mortis quia quantitas bonorum patrisf. ut intelligatur quantum cuique liberorum falcidiæ nomine debetur eo tempore inspicitur.§.quantitas inst. de lege fal.l. cum quæritur.l. parentibus.l. si quis in suo & auth. nouissima auth.unde si parens. C. de inoff.test.l. Papinianus.§.quoniam autem quarta &.§.quarta autem.ff.eod.tit.&.ff.de bonis liber. l.etiam.§.fi.&.l.si patronum ex debita.§ fin.l.in ratione falcidiæ morte seruorum.ff.ad leg.fal.ergo siue paterf. intestatus decedat tali pacto non obstante filia suam uirilem habebit, non secus quam reliqui fratres, in quam imputabit dotem à patre receptam.l. quoniam nouella. C.de inoff.test.siue paterf. testatus decesserit filiamque in sola dote hæredem scripserit, non prohibebitur supplementum legitimę petere, quod inducitur ipso iure quo magis testamentum in tuto sit.l.scimus.§.repletionem.C.de inoff.testam.uerb.ipso iure & ead.l.in princ. quòd si contra filiam excipiatur de pacto renuntiationis, sicque eam fratres uelint repellere à supplemento legitimę, replicabit ipsa tale pactum uiuo eo cuius de hæreditate agitur initum non ualere.d.l.hæreditas.d.l. pactum q dotali.d.§.illud ibi huiusmodi pacto filiũ minimè pregrauari.&.d.l.fi.ff.de suis & legi. post mortẽ uerò patrisf.si fieret, bene ualeret.d.l.si quãdo.§.& generaliter.q si dixeris tale pactum ualere de consensu illius cuius de hæreditate agitur.l.fi.C.de pact.ergo ualebit si eum comet interponatur, replicabo hanc consequentiam non tenere, ut notant Bart.& communiter docto. in.d.l.fin.præterea ibi liberum erat testatori pœnitere, sicque actus ille non tam in uim pactionis quam ultimæ uoluntatis ualere uidetur. Item ibi agebatur non de hęreditate omittenda sed de hæreditate certo modo diuidenda. ut declarant Bar.& communiter doct.ibi & de-

25 *Hæredis institutio inter uiuos fieri nequit.*

26 *Dos an dotantis bonis diminutis diminuatur, ardua q. & quid si crescant.*

niqoe ibi inter cognatos seu transuersales illius cuius de hæreditate agebatur, pactum fiebat, non inter descendentes ipsius. eaq; lex exorbitans, non est trahenda ad liberos, qoibus lex magis curauit, ne læsio fieret quo ad successiones parentum, ut d. §. illud cum aliis suprà all. quibus enim hæreditas, de qua agebatur non erat debita ij per pactiones utcunque nocentes non uidebuntur ledi, quibus autem debita hæreditas erat ut per glo. communiter ibi app. in. l. 3. C de iur. & fact. ign. hi per tales pactiones lædi uiderentur, quod lex non permisit d. §. illud cum simi. supra all. & ita quòd supplementum legitimę talis filia petere possit, tenuerunt Phil. Franc. in .c. quanuis pactum de pact. lib. 6. col. 3. Bal. in. l. pactum opp. 6. C. de colla. Bar. & Paul. in. d. l. si quando. §. & generaliter, Paul. Castr. in. d. l. in ratione Bal. col. 4. in c. cum M. Ferrariensis, de cunst. & ibi Rip. num. 38. & Rom. in. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & post. Soc. consi. 100. lib. 4. qui sic ait fuisse iudicatum, Ias. in. d. §. illud. Couarub. in. c. quanuis de pact. lib. 6. ad finem idem Ias. num. 6. in auth. res quæ. C. com. de leg. idem in auth. nouissima, suprà all. col. 2.

Contrariam partem, ut supplementum legitimæ petere nequeat, eo prætextu quòd post dotem acceptam patris bona creuerint, tenent Butrig. q. si. in d. l. pactum dotali, de collat. & Bal. sibi contrarius in. l. in successione de reuo. iis quæ in frau. cred. C. idem Bal. in. l. quanois in fi. C. de fideicomm. Ang. in. l. stipulatio hoc modo concepta fall. 10. ff. de uerbo. oblig. & ibi Rom. & Imo. col. 2. Bal. in. l. fi. §. i. C. de usur. rei iudi. idem in. d. auth. res quæ col. 2. Paul. Castr. ibi. col. 2. Alex. consi. 180. lib. 5. sequitur & firmat esse communem op. Georg. Nat. io d. c. quanuis pactũ col. 2. fall. 3. Barb. in d. c. cum. nu. hanc sequitur & equiorem ac ueriorem appellat Boer. in decisi. 62. & circa hanc nu. 14. cum seq. Roder. Xuares in . l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. test.

Sed priorem partem ut receptiorem, ita & oeriorem esse existimo per suprà dicta, nec ad rē pertineat, quòd 27 patris facoltates ut augeri ita & minui potuerint, sicq; ut filia si decreuerint aut diminuerint bona patris nihil restitueret, ita & si aucta fuerint plus petere non debet. l. de fideicommisso. C. de trans. l. 1. C. de pact. cum simi. nam respondetur quòd si bona diminuerentur, ab ea repeti posset, quod ultra uirilem cæpisset. ita Soc. & Rip. ubi supra Ias. in. l. frater à fratre in lect. col. pen. ff. de condi. indeb. Bal. in. l. 3. col. pen. C. pro donat. oam si paterfam. decessit restatus, siue dos inspectis patris bonis, quæ sunt tempore mortis reperiatur inofficiosa, deminuetur, ut. in. l. un. C. de inoffi. dot. siue non reperiatur inofficiosa, non est cur diminuatur si testator id non iussit, cnm potuerit plus filiæ quam fratribus dare saluis eorum legitimis. quòd si paterfam. conquestus est iussitque ut filia redderet quod plus recepit, tunc idem foturum esset, ut nihil redderet si ipse pater sponte illā dotem dedit non compulsus, à iudice, nec ad rem pertinere debet, quòd modò ea dos appareat inofficiosa, si non erat immensa tempore assignationis nec liberi possunt cōqueri quia inter liberos & etiā inter extraneos potuit pater similes largitiones facere, si in fraudē non fiebant re & consilio. & ita 28 procedit totus ille titulus. C. de inoffi. donat. &. C. de inof. dotibus, iuncta. l. non usque. ff. si à paren. quis fuer. manum. l. sed & si legē. §. consuluit ibi dum rebus suis se ab uti putant. ff. de pet. hær. l. 1. §. & magis uerb. prodegit. ff. si quid in frau. patr. quod si paterfam. cum minorem dotem filiæ dare uellet per iudicem compulsus fuit maiorem dotem dare, licet eo tempore non excederet legitimam, si tamen inspectis bonis, quæ tempore mortis manserunt, apparet quod legitimam excedit, non tamen est inofficiosa uel immensa adhuc idem puto, si non excedit uirilem. quod si immensa esset diminueretur, si tamen non immensa, sed excedebat uirilem, tunc fortè idem ut redigatur ad uirilem, ut fit quando pater sponte dotem dedit & si tempore mortis patris inofficiosa appareat delibetur quatenus ad saluandas fratrum legitimas necesse est, & non amplius, quod si à iudice compulsus dotem ampliorē quam uolebat dedit, tunc dos illa delibetur usque ad uirilem argumento eorum, quæ tradunt glo. & communiter doct. in. d. l. un. & gl. & doct. in . l. 1. C. de inoffi. don. sin autem pater intestatus decessit, eandem distinctionem adhibendam puto. ad. d. l. de fideicōmisso, cum simi. respondeo quòd loquitur cum pactum fiebat post mortē eius de cuius successione agebatur, quod est permissum, secus si eo uiuo, quod est uetitum, prout hæc distinctio ponitur in. d. l. si quando. §. 1. iuncto. §. fi. Hactenus quando pactum fuit simplex, quid si iuratum, dic ut plenè de succe. creat. lib. 2. §. 18.

27 *Dos & si inofficiosa non esset tempore quo data fuit, si tamen tempore mortis appareat inofficiosa, coangusta tur.*

28 *Intell. tit. C. de inof. dot.*

Denique institutionibus 29 conditionalibus tria tēpora habilia non requiruntur, ita est communis opinio secundum Ias. in. l. cætera in pr. ad fi. col. pe. cum seq. de leg. 1. & secundum Soci. in l. 2. ff. de uulg. col. 2. cum seq. contrarium teneo, quòd immo etiam in conditionalibus institutionibus tria tempora habilia desiderantur; sed non eadem immo alia diuersa, itaque tot tempora, sed non talia. Idqoe 30 primo, probatur in. l. sed & si conditione. §. solemus & in. l. si alienum. § in extraneis. ff. de hær. inst. & in. §. in extraneis inst. de hær. qual. in generalitate sui. Secundo probatur in. dd. §§. in extraneis, ibi siue purè siue subconditione, quod est referendum ad qualitates & tempora etiam præcedentia, arg. eorum quæ habentur in. l. talis scriptura & in l. si seruus plurium. §. fi. de leg. 1. & in . l. 3. §. filius inter de libe. & posthu. ff. Tertio probatur in. dd. §§. in extraneis ibi hoc amplius, quod 31 uerbum repetit qualitates præcedentes. l. si tibi purè ubi Bar. de leg. 3. & . l. si sic locutus eod. Aret. Alex. & Soci. col. 1. ad fi. in l. 2. ff. de uulg. quarto probatur in. dd. §§. in fi. ubi postquam de conditionali institutione locutus est, ait tria adhuc tempora habilia desiderari, per quod patet referri debere tam ad institutiones puras quàm ad conditionales. Quinto hæc pars probatur in dd. §§. in ratione sui, aiunt enim habilitatem desiderari tempore testamenti ut constet institutio, & tempore mortis testatoris ut confirmetur, & tempore aditæ hæreditatis ut effectum habeat; sed hæ rationes militant in instit. conditionalibus sicut in puris ergo &c. ut. l. illud ad leg. Aquil. ff. quòd militent patet ad sensum. præterea probatur, nam habilitas tempore testamenti in puris desideratur, licèt non eo tempore sed tempore mortis institutio pura confirmetur. l. 4. de adim. leg. & dd. §§. ergo similiter tempore testamenti etiam in conditionalibus institutionibus interuenire debet. licèt non eo tempore sed tempore conditionis existentis confirmetur talis institutio, §. sin autem sub conditione. C. de cad. toll. iuncto. §. in nouissimo, cod. l. i. & l. hæres meus, de cond. & demonst. ff. per totum. ff. quando dies leg. ced. l. sub conditione filius, de libe. & posth. item cùm tempore mortis habilitas in puris instit. exigatur, qoia eo tempore confirmantur, similiter in conditionalibus requiritur tempus cond. existentis quia eo tempore confirmantur, & non tempore mortis. idem in tertio tempore. s. adeundæ hæreditatis nam utroque casu militat ratio ead.

29 *Institutio etiam conditionalis, tria tempora habilia desiderat, cōtra communem opi.*

30 *Intell. l. sed & si cōditione. §. solemus. ff. de hær. inst. & §. in extraneis inst. de hær. qual.*

31 *Verbum hoc amplius repetit qualitates præcedentes.*

Tenendo hanc partē contra communē, non 32 obst. l. in tempus. ff. de hær. insti. in pr. nam ibi loquitur in conditione intrinseca & necessaria, puta lego tibi cum capax esse ceperis, uel te instituo cum capax esse cœperis, nos loquimur in cond. uoluntaria, puta te instituo cum nauis uenerit. ratio differentiæ, qoia conditionē apponenti ex necessitate magis fauetur quàm apponenti ex uoluntate, arg. l. si fideiussor. §. qui necessaria. ff. qui satisd. cog. & . l. Gallus. §. & quid si tantum iuncta. l. commodissime. ff. de libe. & posthu. & . l. si cum dotem in pr. ff. de iure dot. l. si extraneus de cond. ob ca. nec obst. l. pe. ff. de reg. cato. nam ibi institutio sumitur pro legato secundum glo. ibi uel ibi conditio erat necessaria & in-

32 *Intell. l. in tempus. ff. de hær. inst.*

trinseca ut suprà proximè dixi. nec obstat. l. cætera. §. tractari cum simil. ff. de leg. i. nam ibi in legatis. Sed obst. fortiter secundum Soci. ubi supra. dd. §§. in extraneis, ibi, uel conditionem institutionis existentem, ubi patet q habilitas requiritur tempore existentis cond. & postea subdit tria tantùm tempora habilia desiderari, ergo apparet non loqui de conditionalibus institutionibus, nec ad eas referri posset, nam si ad eas referretur iam non tria tantũ tempora sed quatuor habilia desiderarentur tempora. Scilicet tempus facti testamenti, tempus mortis testatoris, tempus existentis conditionis & tempus aditæ hæreditatis. quòd esset contra illum tex. dicentem tria tantùm tempora &c. Sed resp. not. uerum esse habilitatum temp. conditionis existentis desiderari, & adhuc tria tantum tempora habilia esse oportere. nam cum habilitas adest tempore cõditionis existẽtis, non oportet quòd adsit tempore mortis testatoris, quia in puris institutionibus ideo eo tempore habilitas exigitur, quia eo tempore testamentum ut suprà dixi confirmatur. Vnde quando institutio est conditionalis cum morte testatoris (quid enim si post eius mortem cond. deficiat) tunc non confirmatur, non oportet eo tempore habilitatem adesse. idq́ue patet ex dd. §§. ibi inter mortem testatoris & conditionem institutionis existentem, ubi tempus existentis conditionis respectu institutionis cond. comparatur tempori mortis testatoris respectu institutionis puræ. idq; intelligendam est quando cond. post mortem testatoris extitit. nam si eo uiuo, tunc non oportet tempore, quo extat conditio adesse habilitatem. nam eo tempore non firmatur testamentum (quid enim si testator mutaret postea testamentum.) sed oportet adesse tempore mortis testatoris cum tunc testamentum firmetur, ut. l. iii. ff. de adim. lega. & dd. §§. idq́ue patet ratione, nam puri & purificati in uita testatoris nulla est differentia. l. fi. §. Titius. ff. de uulga. & uide per Corn. consi. 96. num. 55. lib. 3

33 Adde quod si quis 33 dicat dono hæreditatem meã non ualet talis donatio. Bart. in. l. fi. C. de pact. num. 14. ubi. Cagn. nu. 224. hanc dicit commun. opin.

Hæreditatem meam dono, an ualeat talis donatio, ardua q.

Contrariam partem ut talis donatio ualeat, tenuit Bart. in. l. quæsitum. §. pen. ff. de leg. i. sequitur Ias. & Lãcel. Dec. in d. l. fi. est communis secundum Crot. in. l. stipulatio, hoc modo. ff. de uerb. obl. nu. 52. licèt ipse priorẽ putet ueriorem, sed pro priore opinione, quæ (ut nobis uidetur tutior est, facit. quia neque in uim contractus neque in uim ultimæ uoluntatis is actus uidetur ut ualere possit, in uim donationis non, quia per hoc auferetur donatori libertas & facultas testandi, quia per legem fieri non potest, ut qui nulla in ciuitate reliquit bona is hæredem habeat. l. lex cornelia. ff. de uulga. unde cùm huic donatori nulla bona superessent, de quibus posset testari, hæredem habere uerisimiliter non posset, id, quod lex euitare studuit propter rationem de qua in. l. j. C. de sacr. eccles. itaq; ea ratione uitiatur ea communis op. de qua per Bar. & omnes in. d. l. fi. C. de pact. firmantes non ualere donationem omnium bonorum præsentium & futurorum, de cuius ueritate diximus suprà. §. 18. num. 292. non quoque is actus uidetur ualere in uim ultimæ uoluntatis, argumento. l. diuus. ff. de mil. test. §. planè mil. eodem titulo in quibus similia uerba etiam à milite prolata, non habẽt uim tam ultimę uoluntatis deliberatæ quàm cuiusdam iactationis, leuitatis, aut temeritatis, seu ociositatis occasione factæ. præterea cum talis donatio si in uim donationis ualere deberet, & non adesset insinuatio non teneret, etiam si à paupere prolata ea uerba essent. argumen. l. sancimus. l. data. C. de donat. iuncta. l. si defunctus. C. arbitr. tut. quotidie enim posset donatoris patrimonium augeri, quod si talis actus in uim donationis ualeret ueluti imago speciesq; seruitutis esset, ut quicquid is homo ingenuus acquireret id quasi donatarii seruus effectus ei concessurus esset. Vnde 34 nec etiã talis uenditio ut ualeret æquius est, & contrarium in ciuile & inhumanum esse uidetur, argumento. l. j. & ii. ff. de homi. lib. exhi. & quæ differit Bar. in. l. stipulationes non diuid. in pr. ff. de uerb obli. dum ibi ipse & communiter doct. negant, quem posse se ad factum pręcisè obligare, faciunt quæ in simili diximus suprà. §. 30. ad fin. ad. §. fin. inst. de iure perso. respondeo, posse me seruum facere, sed retenta libertate non posse me talem seruitutis imaginem mihi inditere, facit. l. alia. §. eleganter. ff. solut. matrimonio & denique talem donationem ualere, id esset contra bonos mores, & superior hæredis institutio quasi captatoria esse uidetur, captatoria autem institutio non ualet. l. captatorias. l. ille autem. l. illa institutio. ff. de hær. inst. l. captatoriæ. ff. de lega. j. l. captatorias. C. de testamen. milit. Sed an ualeat ad pias causas tradunt. Doct. per tex. ibi ubi glo. de testa. & in. l. fideicommissa libertas ubi Ang. ff de fideicommiss. liber: Cyn. in. l. senium C. qui test. face. poss. Bart. in repet. l. i. in 3. quæst. v. quæstionis principalis, & ibi Franc. Aret. col. penult. in. ii. priuilegio. C. de sacrosanct. eccles. & in. d. l. captatoriæ. & ibi etiam Bal. Imol. & Ias. ff. de leg. i. & in. l. quidam. & in. l. utrum. §. cum quidam. ff. de reb. dub. & in. l. i. & ibi etiam Bal. de lega. ii. & in. l. Theopompus. ff. de dot. præleg. Bal. in. d. l. illa institutio. & ibi Ang. & Imol. de hæred. instit. idem Bald. in l. hæreditas. §. si defuncto. in ii. lectura. col. ii. ff. de petit. hæred. & in. c. in causis. col. i. de elect. & in. c. auditis ante fin. de procur. & in consil. 235. Bartholomæus legauit. libr. i. & consil. 301. constitutio patriarchalis. col. v. libr. ii. & consil. 112. quæritur utrum præterita. lib. 4. & consil. 299. super primo puncto. eodem lib. 4. & in addi. Specula. tit. de instrum. edit. §. nunc uerò aliqua. uers. quid si testator. Ang. in d. l. captatorias. ff. de hær. instit. & consi. 97. Viuianus. col. ii. uersi. secundo oportet uidere. & consi. 201. uiso temate. in prin. & consil. 328. consultatio prædicta post princ. Petr. Anchar consil. 144. præfatis nominibus col. i. Rapha. Alex. Corn. & Ias. in d. l. captatorias. C. de testa. milit. Rapha. Cu. consil. 130. magister Ioannes post princ. Panormit. consil. 32. circa duo dubia col. ii. lib. 2. Soci. consil. 53. in præcedenti consultatione. col. ulti lib. 1. & consi. 49. uiso instrumento. col. viii. uers. & licèt censeatur. libr. 4. Franc. Aret. in. l. ii. col. ii. in. ii. nota. ff. de uulga. & pupilla. substit. & Steph. Bertran. consil. 101. licèt testamentum nume. 3. libr. 1. Salicet. in. d. l. captatorias. & Bal. in. d. l. 1. in lec. col. penult. uersic. iuxta hoc quæro & in repeti. col. v. C. de sacrosanct. eccles. & in d. l. captatorias. ff. de hære. instit. Angel. Salicet. & Roma. Alexan. Franc. Corn. & Ias. ante fin. in d. l. captatorias. C. de testa. milit. & in. l. executorem col. ii. C. de execu. rei iudic. & talis captatoria uoluntas inter reliquas rationes desinit ualere, quasi incertitudinem quandam contineat, ut per Doct. in dictis locis, argumento. §. incertis inst. de lega. & aliquantulum etiam facit id, quod de posthumi institutione olim improbata suprà sub titulo de his, qui hæredes institui non possunt. tradidimus.

34 Vendere quis suam hæreditatem nõ potest.

Captatoria hæredis institutio, an ualeat ad pias causas.

Et iuxta hanc partem institutionis incertæ reuoco 35 in dubium intellectum. l. si ità fuerit. ff. de reb. dub. cũ. l. ex duobus. l. qui duos. de uulga. l. qui duos de reb. dub. l. pen. de secund. tabul. l. pater filium. §. fin. ad. l. falcid. nam in. l. si ita fuerit, si eum, qui primus capitolium ascenderit monumentum fecerit, uel quid aliud, hæredem feci uel ei legaui, si 36 id duo simul fecerint dispositio uitiatur propter incertitudinem. at in contrariis dicitur, quòd si ei, qui supremus moreretur, substitui, & pariter obierint, licèt incertum sit uter prior, adhuc substitutio non uitiatur, sed perinde substitutus admittitur ac si utrique substitutus fuisset. Sol. secundũ Bart. in. d. l. ex duobus cuius solutionem sequuntur & dicunt communem Alex. & Ias. ibidem, quòd regulariter

35 Intell. l. si ita fuerit, ff. de reb. dub.

36 Incertitudo quomodo uitiet, cum commu. contra Ias.

proce-

procedit.d.l.si ita fuerit, tum propter incertitudinem, tum propter mentem defuncti, ex quo enim usus fuit numero singulari, ad unum dumtaxat totum legatum pertinere uoluit, unde si conditio legati pariter uerificetur in duobus inde resultat incertitudo, quæ uitiat legatum, ut ibi &.l. duo sunt Titij.ff. de testa. tut.l. ita stipulatus de uerb.obl.ff.at in.l.ex duobus eum concor. licet usus sit similiter numero singulari, tamen eius mẽs non fuit quod ad portionem tantùm alterius uocaretur immo uoluit quòd admitteretur substitutus, ad portionem utriusque, cogitauit enim testator, quòd (ut plerumque fit) diuersis temporibus morerentur impuberes, unde superstes præmorienti ab intestato succederet; quo fieret ut in ultimo morientis hæreditatem & portionem quoque præmorientis substitutus reperiret, itaque nouissimo tantùm substituit, non quod uellet nouissimi tantùm portionem ad substitutum pertinere, nam uoluit utranque, sed quod uoluit, quòd portio præmorientis ad superstitem prius ueniret, quam ad substitutum, confirmatur ista solutio per.l. eum qui.ff. ad Trebel.ubi statuitur, quòd si uoluntas testatoris fuisset ut ad nouissimi tantùm portionem (fuit enim talis uoluntas cum id expressit testator ut patet ibi) substitutus admitteretur tunc si pariter perirent primo nominati substitutio euanesceret propter incertitudinem.& ista solutio ita declarata uerissima est, licèt Iaso. eam impugnet in.d.l.ex duobus, dicens quod.l.illa cum concor.non in præsumpta uoluntate sed in uerborum proprietate fundatur, ad quod resp. quod immo fundatur in utroque, ut oportunè ait Paul.in.d.l.eum qui.& duarum rationum sufficit alteram militare.arg.§. affinitatis insti.de nup.l.si non lex alia sententia.ff.de hære. instit.

Intell. l. eũ qui ff. ad treb.

Adde quod in terminis.d.l. si ita fuerit, erat incertitudo cum qua lex absque alterius præiudicio dispensare non poterat. nam si duo simul capitolium ascendisse se contendant, nec apparere posìit uter prior, certè legatum uni dari absque alterius prẹiudicio non potest. idẽ si duo prætendant se esse tutores ut.l.duo sunt. Titii. de testa.tut.ff. idem si sit incertitudo circa rem, quæ sine alterius incomodo expediri non posìit uel cum ea dispensare, ut in terminis.l.eum qui.ff.ad Trebel.ubi duorum institutorum, qui nouissimus moreretur rogatus fuit portionem suam restituere Titio, tunc certè si non appareat uter nouissimus decesserit neutram ille portionem cosequetur: quia lex, quæ nam portio ad fideicommissariam pertineret, interpretari non posset absq; magno præiudicio Titii, uel eorum ad quos ex testamento uel ab intestato portiones hẹredum, qui grauati contenduntur peruenturæ erant, propter quod in certitudo meritò uitiat. sed in terminis.d.l. qui duos cum concor. incertitudo nõ uitiat ob id quod in omnem euentum ad utranque portionem substitutus admittendus erat, siue enim pariter impuberes perijsse uerum esset, ad utramque portionem tanquam hæres utriusque admittendus esset; siue uerum esset diuersis temporibus perijsse, ad utramque portionem tanquam hæres illius, qui ultimus moreretur, admitteretur, & in dubio pariter perisse uidentur.d.l. qui ex liberis.de secund.tab.ff. incertitudo ergo ideo non uitiat, quòd in omnem euentum ad utramque admittendus erat. quo fit ut licèt talis incertitudo per legis interpretationem ad certitudinem redigatur.ut.d.l.qui ex liberis, nulli præiudicium fiat, & consequenter per talem incertitudinem actus non perit simile in.l.uxore.ff.de acquir.hære.ubi, qui in omnem euentum se hæredem fore cognoscit, interim transmittit, licèt aliàs non transmitteretur, simile in.l.ii.§.illud cum.l.sequen.ff.de contra.tabul.

37 *Incertitudo quare non uitiet ademptionem.*

Adde 37 quod dum in.d.l. si fuerit de reb. dub. incertitudo uitiat dationem, quæ non uitiat sed potius auget ademptionem, id licèt contrarium uideatur, tamen eadem ratione procedit. nam si Titio albo decem & alia decem Titio nigro reliqui, & postea Titio quod dedi ademi, non declarando cui nam ademptũ uolui, certè cum uni ademptum sit, superest ut effectualiter alteri tantùm datum uideatur; nec apparet cui potius, cùm ademptio incerta sit. sed cum incerta sit, uidetur quod nulli adimere posìit sed potius uitietur, responde, quod ademptum est, id nec datum esse uidetur, quo fit ut inspecta ueritate alteri tantùm post ademptionem etiã incertam datum remaneat. nec appareat cui potius ergo &c. nam si unus petat, hæres potest excipere dicens ademptionem illam ei obesse, uel testatorem adimentem de eo fortè sensisse, qui si neget id probare debet; cum sit fundamentum suæ intentionis.arg.l.i.&.l.actor. C.de prob. sed id probare non est possibile ergo &c.& cum.d.l.si ita fuerit.concor.l.3.§. si quis duobus de adimen.leg. secundum commun.literam, licèt alia litera sit in pandectis, quam habuerunt Alex. col.fin.& Iaso.col. pen.in.l.si ita scriptum. de lega.i.ubi Aret.col.3.tenuit hunc meum intellectum, qui est uerissimus saltem inter primum, & secundum respon.d.l.si ita fuerit.in fin. &.l.3.§.si quis duobus.ff.de adimen.lega. secundum literam pandectarum, ad quam potest admitti solutio doctorum. Est & tertia difficultas inter.d.l. si fuerit, in prin.resp.&.d.l.si ita scriptum, sed quo ad difficultatem quæ est inter primum & secundum respon.l.si fuerit. placet solutio Aret. licèt aliter dicat Cumanus in.l.fuerit quem sequitur Soc.ibi col fi.& Ias.col.pen.in.l.si ita scriptum.licèt aliter dicat Imol.ibi, quẽ sequitur Alex. in fi.ergo inter primum & secundum respon.l.si ita fuerit sunt tres intellectus. primus Imolæ & Alex. secundus Cuma.& Soc.& Ias.tertius Areti.quem sequor, quẽ noua firmo ratione, nam quando eodem testamento fit datio & ademptio siue procedat siue sequatur adimitur ipso iure, in tantum ut nec datum uideatur quod ademptum est. ita ait.d.l. si ita sit scriptum in prin.& 2. respon. & quod ademptum est licèt incertum sit, non tamen desinit ualere quo ad substantiã iuris.arg.d.l.duo sunt Titii, & similiter quod ademptum non fuit, quo ad iuris substantiam ualere non desinit. & sic uerum est, dimidiam relicti partem deberi; sed cui potius debeatur incertũ est: quo fit ut nullus petitor admittatur nec obtineat, cùm indubitanter de intentione sua non posìit docere, oportet 38 enim liquidò non obscurè intentionem suam actorem probare.c. in præsentia. de proba.Areti.post Imol.in.d.l.si ita scriptum.col.3.quod in proposito fieri non potest meritò ergo subcumbit actor. Hinc infero ueriorem esse literam negatiuam in d.§.si quis duobus, quam affirmatiuam, nam cum alteri ex duobus illis Titiis uerè quo ad iuris substantiam ademptum esset, nec appareat cui potius, sequitur ꝙ neuter poterit probare liquidò sibi ademptum non esse, & consequentur nec sibi datum esse, cùm ex incertitudine ademptionis resultet & dationis incertitudo. & ideo quod ademptum est, nec datum unquam uidetur, sed si datum non fuisset, nisi alteri tantùm, tunc nullus obtineret, idem ergo &c. (ob)infertur 39 ueram non esse opin. glo.approb. in.d.l.si ita fuerit dum ait, quòd incertitudo quando est non solùm circa res, sed etiam circa personas, non uitiat, & ita intelligunt.d.§.si quis duobus, quam gl.commun.approb.dicit Ias.col.pen.in prin. in.d.l.si ita scriptum.quam & tenet Bart.in.d.l.si ita fuerit, quẹ uera non est, quia ut dixi ex legatariis nullus potest liquidò probare intentionem suam ergo nec obtinere, ut in propriis terminis probatur in.d.l.si ita fuerit & expressim in.l. eum qui.ff. ad Trebell. ut suprà declaraui.

38 *Probatio incerta nõ releuat.*

39 *Incertitudo circa res & circa personas uitiat, contra communem.*

Quid 40 in pia causa, an incertitudo uitiet? & ut nõ uitiet, uidetur sentire Hippol.Marsi. in sing. 151. semper in dubiis. & Andr.Tiraq. de priuil. piæ causæ priui.165. Vnde inquiunt si testator in testamento fassus est, se usurarium fuisse per totum tempus uitæ suẹ, usurarius præsumetur, idem Feli.in.c.dudum col.5.de præsump.idem in.c.audiuis col.antep.de præscrip.Anchar.consi.79. ui-

40 *Piæ causæ fauore an ambiguitas saluetur.*

 detur

detur prima facie id quod (si uera prodere fas est) mihi uidetur ridendum sic enim ille etiã infans dum esset uel anniculus usurarius præsumeretur, ergo reiectis his doctorum miraculis, teneo hac in re uel ambiguitatem ex regula supra dicta generali nocere, uel iudicis arbitrio relinquendum. arg. l. 3. ubi tu magis. ff. de testi. In spiritualibus 41 autem incertitudo non uitiat de æquitate canonica Archi. in. c. sunt nonnulli. 1. q. 1. Anto. in. c. ex parte de decim. Abb. in. c. t. eod. tit. Tiraq. ubi suprà priuil. 55. ex cuius relatione apparet idem esse in libertate, idemque esse in qualibet alia pia causa per. l. si cui annuum. ubi glo. & Bart. & l. pen. ff. de annu. legat. l. quædam ubi glo. & alii. ff. de leg. 2.

41 Incertitudo non uitiat in spiritualibus, nec in libertate, nec in pia causa.

Denique institutio 42 facta spe præmij ut non ualeat, tenuit Iacob. à Sancto Georg. in. l. cum donationis num. 4. C. de transact. & Butigel. in. l. stipulatio hoc modo concepta num. 4. ff. de uerb. obliga. communis opin. est secundum Soc. regula 315. uerbo matrimonium. Bened. de Vad. regula. 58. fall. fi. cuius regulæ repetiuntur post regulas Soc. contrariam tamen partem tenent multi inter quos & Alciat. in. l. cum donationis. C. de transf. qui hanc esse receptiorem sententiam affirmat. quã ueriorem existimo, quia omnia censentur permissa, quæ non reperiuntur nominatim prohibita. l. nec non. §. ꝙ eis. ff. ex quib. caus. mai. l. super statuas. C. de religiosis sed id non reperitur nominatim uetitum, ergo &c. quinimmo etiã ferè in terminis reperitur per leges admissum. nam in. l. fi. C. si quis aliq. test. prohib. uel coeg. permissum reperitur, ut blanditijs, quis, quem alliciat adducatque ut se hæredem faciat: ergo & alijs modis eius animum mouere beneuolentiamque captare hanc ad rem consequendam non prohibebitur. nam & in matrimonijs summa libertas desideratur. c. Gemma de sponf. l. Titia. ff. de uerb. oblig. l. neque ab initio. C. de nupt. & tamen ad matrimonium contrahendum potest quis spe præmij inuitari. ut in. l. i. cum ibi plenè notatis per gl. & doct. C. de instit. & substi. ergo idem futurum & in hæredis institutione, quinimmo hæreditas semp præsumitur relinqui propter benemerita. l. nec adiecit. ff. pro soci. quid ergo mirum si benemerita illine descendant ꝙ spe præmij hæres testatori blanditus fuit. hoc enim unum uetitum hac in re reperitur, ne testator necessitate obstringatur. l. pactum quod dotali, uerb. nullam obligationem contrahere. C. de pact. & uetitum quidẽ reperitur præterea nihil, in contrarium tamen facit. l. si quando. §. illud. C. de inoff. test. ibi meritis magis filios ad obsequia paterna prouocandos quàm pactionibus astringendos. sed certè illa ratio beneuolentiæ & pietatis plena inter patrem & filium magnificenda est, simile in. l. liberto. ff. de obseq. lib. sed inter extraneos aliud est, facit. l. lis nulla. ff. de iudi. per locum ab speciali, ad. l. captatorias. C. de testamen. milit. responde ut per doct. ubi suprà.

42 Institutio facta spe præmij, an ualeat, ardua q.

In summa, institutio facta sub impossibili conditione, non desinit ualere, & tamen contractus sub tali conditione factus uitiaretur. l. i. ff. de cond. inst. ubi plenè per Bart. & alios. l. impossibilis. ff. de her. instit. l. non solùm. ff. de act. & oblig. §. impossibilis inst. de inut. stipul. §. impossibilis instit. de her. instit. Sed 43 quæro cur sint tot leges prima facie irrationabiles, quæ ponunt differentiam inter contractus & ultimas uoluntates ut conditio impossibilis uel aliàs improbata reiciatur, reiectaq; ipsamet uitiet, non autẽ institutionem aut lædat in ultimis uoluntatibus, at in contractibus uitiat, non uerò uitiatur, dic nouissimam esse rationem, ex eo ꝙ, qui in ultima uoluntate adiecit conditionem improbatam nihilominus præsumitur uoluisse dispositionem ualere, secus in contractibus, quod probo duplici ratione. Prima, quia ultimæ uoluntates fiunt plerunque à testatoribus turbatis mortis cogitatione. l. hac consultissima. C. qui testam. face. poss. quę ratio cessat in contractibus, comprobatur hæc ratio per simile quod adducit Bart. in. l. prosef. C. de senten. Secunda ratio quia ultima uoluntas ualere semper interest testatoris. arg. §. j. insti. qui manum. non poss. & l. j. C. de Sacrosanct. Eccle. at contractum ualere non semper interest contrahentis, maximè promittentis. argu. l. an inutilis. C. de accept. iuncto. §. pupillus. instit. de inutil. stipul. ideo præsumitur quod testator semper uult dispositionem ualere quamcunque conditionem adijciat, secus autem in contrahentibus, hinc infero quare conditio institutionis improbata uitiatur, & non uitiat at conditio aditionis, quæ 44 improbatur per. l. actus legitimi de reg. iur. uitiat & non uitiatur, nempe quia aditio est quasi contractus, at inter contractus & ultimas uoluntates sunt differentiæ, quas signaui. & idem quoque dicas in emancipatione, serui optione, tutoris datione, & acceptilatione ut per. d. l. actus legitimi. sed dices tu, uideo quare conditio, quæ improbatur in contractibus non uitiatur sed uitiat ipsum contractum, sed modò quæro, quare quælibet conditio uitiat dispositionem in illis quinq; contractibus uel actibus, qui ponuntur in. d. l. actus. & Alcia. in lib. 4. paradoxorum c. 7. concludit, id ex eo esse, quòd dicti quinque actus in executionem de præsenti sui natura sonare uidentur, quo fit ut conditionem uel diem non recipiant, ne illa executio contra sui naturã differatur. quæ ratio parum urget, quia ipse non probat, quòd dicti actus sui natura executionem de præsenti desiderent, uel quod in executionem de præsenti fiendam sonare uideantur, quare dicit ueram esse rationem, quam ipse refert & reprobat ibidem. c. 7. s. quod serui optio & hæreditatis aditio sub conditione fieri ideo non potest, quòd testator non uidetur tantùm concessisse legatario uel heredi, ut sub conditione & agnoscere hæreditatem uel legatum posset, ne uel hæres substitutus seu legitimis, uel legataris hæredi per appositionem conditionis uel diei moram faceret, sicut in simili uidemus quòd hæredi scripto datur terminus à iudice ad adeundum uel repudiandum, ne moram longã sequentibus faciat. l. quam dni. ff. de acquiren. hæred. & l. recusare in princ. ad Trebel. iuncta doctrina Bart. ibidẽ, eadẽ quoq; ratio est in datione tutoris, quæ sub cõditione à magistratibus fieri nõ potest. qnia. l. nõ tãtùm cõcessit magistratibus ut etiã sub conditione possent dare tutores, ne interim dũ pẽdet cõditio uel aduẽtat dies, facultates perirent minorum, ut per Alciat. ibidem. c. 8. eadem quoque ratio militat in emancipatione, quæ & commodum filii respicere uidetur. arg. in. § hoc, insti. per quas pers. nob. acq. & etiam damnum eius respicere uidetur, unde eo inuito fieri non potest, unde sub conditione fieri meritò non potest, ne fortè talem emancipationem pater sub hac conditione faciat. similiter si aduentitia hęreditas uel aliud lucrum filio non deferatur uel contra, quæ conditio filio damnosa esset, itaq; ne. d. l. non tantùm patri concessit ut etiam sub conditionè emancipare posset. & cogita, an in acceptilatione eadem ratio reddi possit, uel dic ut per Alciat. ibidem. c. 5. & ex principali ratione mea, infero rationem ad differentias, quæ inter contractus & ultimas uoluntates reperiuntur de quibus per Ias. in. l. quæ de legato. num. 17. de lega. i. & rationem ad illam differentiam, quam ponit ipse ibidem. num. 22. & ad id quod dicit ibi num. 38. adde quod dicam infrà. Adde quod glo. ii. in. §. possibilis. instit. de hæred. instit. & glo. in. l. non solùm. ff de actio. & obligat. & Bart. in. l. j. col. ij. ad med. de cond. instit. & Alexan. in. l. si impossibilis. de uerb. oblig. dicũt 45 quod impossibilis conditio semper & regulariter uitiat dispositionem per rationem. l. non solùm. ff. de actio & obliga. & l. ad inutilis. ff. de accepti. fallit tamen secundum eos in ultimis uoluntatibus earum fauore, quia fauorabiliores sunt ex. l. in testamentis. de reg. iur. idẽ uult Alber. post Dyn. quem refert in. l. j. de cond. instit. idem Bal. in. l. j. de condi. insti. col. ii. post principium idẽ sentit Bart. in. d. l. non solùm. & in. l. impossibilis. de uerbo. oblig.

43 Conditio impoßibilis, quare non uitiet ult. uol. ratio noua.

44 Intell. l. actus legitim. ff. de reg. iur.

45 Conditio impoßibilis, quare uitiet contractũ nõ ult. uol.

bo. oblig. dum ait aliud in contractibus, aliud in ultimis
uoluntatibus. nec reddit aliam rationem, sentiens iu-
re singulari receptum, ne in ultimis uoluntatibus obsit
idem Alber. in. d. l. impossibilis. idem Ang. in. d. l. i. col. ij.
in medio & in. d. l. non solum, quæ solutio cum non red-
dat rationem differentiæ inter contractus & ultimas uo
luntates non est sufficiens, cum regulariter ualeat arg.
de contractibus ad ultimas uoluntates & contra aliã ra
tionem reddit glo. in. l. i. ff. de cond. instit. quam sequun
tur Faber. & Bal. in. §. impossibilis. inst. de hæred. inst.
licèt eam reprobent Bal. Angel. & Imol. in. d. l. j. de con-
di. inst. ex eo, quòd cùm contractus duorum consensu
firmentur facilius ualere deberent quam ultima uolun
tas, quæ unius tantùm consensu nititur, sed eorum ra-
tio parum obstat glo. cuius mens ea est, quòd qui adie-
cit suæ promissioni conditiones impossibiles non habet
animum quicquã utiliter agendi, quo fit ut licèt qui sti
pularis animum contrahendi utiliter habeas, ego tamen
qui promitto, talem animum non habeam, ergo unius
consensus nihil prodest, ubi duorum desideratur, quæ
ratio non placet ex alio, quia ea attenta ultima uolun-
tas indistinctè deberet euanescere, licèt sit ratio iuris-
consulti in. d. l. non solum, quæ quo ad contractus bo-
na est, non quo ad ultimas uoluntas aliam rationem re-
fert Imola. in. d. l. j. num. 3. quæ defendi potest. dic ergo
ut. l. hac consultissima. §. ar cum humana. C. qui testa.
46 fac. poss. Sed iuxta hanc partem quæro 46 quare im- *Impoßibilitas quando uitiet ult. uol.*
possibilitas, tã naturæ, quàm iuris non uitiat ultimas uo
luntates secus in impossibilitate tam facti quam per-
plexitatis, resp. in conditionibus appositis uol. testato-
ris seruanda est, si potuit habere aliquem bonum uel ho
nestum, uel utilem finem, non aliter, modò sic in pri-
mis duabus impossibilitatibus aut habuit inutilem,
aut inhonestum finem, at in perplexitate secus ut in. l.
si Titius de cõdit. insti. ff. ubi uolebat ꝙ alter sine altero
hæres esse nõ posset ergo licèt conditio fuit impossibi-
lis uitiatur dispositio, ne si admitteremus quòd alter si-
ne altero de facto adiret, ille solus contra uoluntatem
testatoris hæres esse posset altero postea repudiante. at
in impossibilitate de facto de qua in. l. cum hæres
§. i. de stat. lib. similiter habuit utilem finem, quia non
solùm seruo sed & heredi uel alteri prospectum uoluit
cui ut per tempus seruiret uel daret, uoluit. ad quæ fa-
cit. l. seruo manumisso de condit. indeb. ff. simile quando
testator legauit rem in qua ius tantum morte peri-
turum habebat ut in. l. maior patrui. C. de legat. l. quòd in
rerum. §. j. ff. de legat. i. nam hoc casu licèt legatum sit
inutile, tamen non sit à lege interpretatio, ut proprietas
relicta uideatur, quinimmo non etenim sit interpreta-
tio ut æstimatio illius iuris quod testator tempore testa
menti habebat, relicta uideatur. sed potius legatum
omni ea parte inutile redditur, & uide per Bar Imol. &
communiter doct. in. l. i. ff. de cõd. inst. cuius doctrina nõ
tam bene instruit ut superior nostra traditio. Rursus cir
47 ca 47 expositionem. d. l. actus legitimi. de regu. iur. *Intell. l. actus legitimi de regu. iur.*
dico quod lex illa solum procedit in casibus quinq; ibi
enumeratis ut tenet glo. ii. in. §. omnis. insti. de uerbor.
obligat. & ibi Angel. glo. in. c. actus legitimi de reg. iur.
in. 6. Alex. in. l. a diuo pio. §. in uenditione. nu. 16. de re iu
di. Curtius in. l. cum quid. ff. si cert. peta. num. 14. Coua-
ru. in lib. 4. parte. 2. fol. 19. col. ii. Deci. in d. l. actus. col. j.
qui non declarant quomodo lex illa generaliter loquẽs
restringi possit ad exempla tantùm ibi enumerata, cùm
exempla non artient regulam. §. hactenus. insti. de gra-
dib. tamen dicito quod ista restrictio colligitur dupli-
ter ex ipsa lege actus, primo ibi, qui non recipiunt. nam
generalitas præcedens restringitur per relatiuũ sequen
tem sicut in. l. ea tamen adiectio. ff. deleg. iii. 2. per ean-
dem. l. dum ait nonnunquam tamen actus supra scripti,
per quod constat quod in ibi enumeratis duntaxat pro-
48 cedit regula. denique 48 & si conditio impossibilis uel *Impoßibilis conditio, an uitiet pium legatum.*
aliter a lege improbata, non soleat uitiare dispositionẽ
ultimæ uoluntatis. l. i. ff. de cond. inst. §. impossibilis in-
stit. de hær. inst. l. iii. ff. de cond. & dem. ut plenius suprà
egimus, tamen fallit quando testator eam possibilem
esse putabat. l. seruo manumisso. ff. de cond. indeb. quod
ultimum sublimitatur fauore piæ causæ, cui sub im-
possibili conditione, quam testator possibilem ueri si-
militer esse putabat quidpiam relinquatur, relictum nõ
infirmatur. ita Ia. limit. 5. in d. l. seruo, Andr. Tiraq. de pri
uileg. piæ causæ priui. 75. Roma. & Aret. in. l. impossibi-
lis. ff. de uerb. oblig. idemque tenent procedere fauore
libertatis, per tex. in. l. cum tale. §. falsam ubi not. gl. ff.
de cond. & demon. sed & 49 fideicomm. quod præsta- 49
ri ab hærede (quia uiuo testatore decessit) impossibi- *Pia legata an testamento infirmato euanescant.*
le est, & si regulariter euanescat. l. tractabatur. ff. de mil.
testamen. §. in primo & §. pro secundo. C. de cad. toll.
l. quidam tenerunt. ff. de iure codi. ualet tamen fauore
piæ causæ quasi à uenientibus abint. repertum intelli-
gatur. ita Tiraq. ubi supra priui. 76. post Firmianum &
Bal. quos allegat. id quod modo nec probo nec impro
bo. Sed & quod si alio quouis modo quam per mortem
hæredis testam. infirmetur, sustineatur relictum pium
(quod asseruit Bal. per illum tex. in. l. 2. C. de fideicomm.
lib. quodque improbare uidetur Tiraq. ubi suprà priui.
77. & dubitauit Ias. in. l. ii. §. si quid ea testamento. ff. de
cond. indeb.) id quidem ut nobis uidetur sub eadem am
biguitate est, & in utroque contrarium probat si rectè
inspiciatur. l. Papinianus. §. si ex causa. ff. de inoffic. testa
mento dum disponit circa libertates iuncta. l. nam quod
liquide. §. ii. ff. de penu. lega. & ad. l. ii. C. de fidei. lib. resp.
ut per doc. ubi suprà. adstringitur hæc impugnatio quia
libertas omnibus rebus fauorabilior est, ergo ubi non
sufficit fauor libertatis longè minus sufficiet fauor alia-
rum piarum causarum. l. libertas omnibus. ff. de reg. iur.
Denique homo liber 50 institui potest ut in prin.
inst. de hær. instit. & ff. eod. titulo per totum, ratio dubi- 50
tandi quia mors omnia soluit. unde moriens omnium *Qui institui nõ poßint.*
suorum amittit dominium. Proinde uidebatur cum non
posse disponere de eo, quod statim post mortem suam
alienum futurum est. l. in re mandata. C. de mand. per to
tum. C. de rebus ali. confirma quia non refertur nec
inspicitur, quo tempore fiat dispositio, sed in quod
tempus conferatur. l. in tempus. ff. de hær. insti. l. quod
sponsæ & l. j. C. de dona. ant. nup. unde cum effectus ul-
timæ uoluntatis conferatur post mortem, quo tempo-
re bona defuncti sua esse non poterant ergo &c. Sol.
fateor contrarium, sed 51 tamen id utilitatis causa ac 51
benignitatis concessum uidetur, arg. l. j. C. de sacr. eccl. *Testandi facultas dispensatiuè data.*
idq; primus concessit Solon apud Athenienses. Corrasi. *Hæredes institui nulli ne queũt.*
in præludio. l. filium quem. in pr. C. famil. her. Tiraquel.
in. l. si unquam. in glo. libertis. num. 89. C. de reuo. don.
nec id mirum est, nam re uera hæreditatis iacentis do
minium apud nullum est. l. i. in prin. ff. de rerum diuisio.
quod autem nullius in bonis est, id occupanti concedi-
tur, quod præoccupasse uidetur defunctus de eo dispo-
nendo, uel melius propter reliquias pristini dominii (ar
gu. l. patre furioso. ff. qui sunt sui) sibi disponere conces-
sum est. limita primo in peregrino. ii. limit. in deportato
. l. i. C. de hære. instit. l. non dubitab. ff. de capti. 3. limit. in
collegio. l. collegium. C. de hære. instit. iiii. limi. in per-
sonis incertis. §. incertis. inst. de lega. 5. in posthumo. §.
posthumo. instit. de leg. & in princ. instit. de bon. poss. l.
posthumus. in princ. ff. de in offic. testam. l. Gallus. §. ille
casus. ff. de liber. & posthum. 6. in filio incestuoso auth.
ex complexu. C. de incestu. nup. auth. quibus modis na-
tu. effici sui. §. pen. 7. in spuriis. 8. in naturalibus tantùm
auth. licèt & per totum. C. de natu. lib. 9. in uulgo quæ
sitis à matre illustri. l. si qua illustris. C. ad Orficia. 10. in
muliere nubente infra tempora luctus. l. i. C. de secund.
nup. 11. in pariente ex alio quàm ex uiro infra tempora
luctus. auth. eisdem pœnis eodem. 12. in alio casu de quo
in eadem auth. 13. in filiis illius, qui maiestatis damna-
tus est. l. quisquis. §. i. C. ad. l. Iuli. maiest. alias limit. uide
per glo.

per glo.in.l.3.uel.4.& tit.3.part.6.& uide.lib.1.2.3.4.5. d.titu.iii.par.6.& glo.in.§.legari. insti.delega. per nos supra.§. prox.

52 *Hæreditas quid.*

Hæreditas 52 autem nihil aliud est quàm successio in uniuersum ius, quod defunctus habuit tempore mortis.l.hæreditas.ff. de regul. iur. l.nihil.ff. de uerb. sign. tradunt.latè Bar.Bal.Angel.Imol. Paul. Areti. Cuman. Alex. Ias. & alii in rub.ff.de acquir.hæred.& talem hæreditatem ut quis mihi relinquat, an eum possim spe premii inuitare dic ut in.l.fi.C.si quis aliq.test. prohib. & suprá attigimus, hæreditas 53 plerunque diuiditur io 12.partes quæ assis appellatione cōtinentur.l.seruum.§.fin.ff.de hær.inst.l.13.titu.3.part.6.l. interdum. §.i.ff.eod.et.l.18.titul.3.part.6.§.hæreditas. institu.de hær.inst.& quia dixi continentur, intelligas quòd illę partes includuntur sub uiginti,ut.ff.de uerbor.obliga.l.3.§.si stipulatus mihi, & quia dixi appellatione assis, intellige, quod as est quoddam totum quod diuiditur in 12. partes,quòd is numerus idoneam, facilem multiplicemque diuisionem recipiat. omne enim totum in partes 12. diuiditur.l. cum quæstio. C. de legat. ubi Iason. post alios.

53 *Hæreditas ut diuidatur.*

Partes in 12. quæq; res partitur.

Et nota quòd earum partium,quæ sub asse continentur quædam referuntur ad numerum (qualis est quincunx.septunx.) quædam uerò ad quotitatem (qualis est triens quadrans sextans) quædam ad numerum priuatiuè qualis est, deunx,destans,dodrans,non enim per hęc uerba.significatur nona,decima uel undecima pars assis. Sed significatur totus as dempta. undecima uel decima uel nona parte. unde rectius dicetur quòd quędam referuntur ad numerum uel partes numerales.quędam ad partes quotitatiuas positiuè. quædam ad partes quotas ademptiuè uel quædam ad numerum, quædam ad quotitatem positiuè, quædam ad quotitatem ademptiuè.

Hæreditas in plures quam in 12. partes potest diuidi.

Item per §. hæreditas inst. de hær.inst. probatur quod hæreditas recipit augmentum uel diminutionem unciarum secundum uoluntatem testatoris.l.interdum.§. paterfam.ff de hær.inst.l. item quod Sabinus. §. pe. & fi.l.quæsitum.eod.l.ex facto etenim agitantem.l.quo loco.eod.& .d.l.interdum.§.denique &.§.sed si excesserit .l.si ita scriptum.ff.de libe.& posthum.l.Iulianus de hęre.inst.l.triplici.§.fi.ff.de uerb.l.16.titu.3.par.6.&.l.18. secundo quia &c.ut authen. de nupt. §. disponat, item quia hæc solennitas leuis est, fitque solùm ut facilior sit & intelligibilior diuisio.ergo &c.l.i.§. pe ff. de uentre. inspic.l.ius nostrum.ff.de regu.iuris,uerum 54 testator non potest pro parte intestatus decedere ut ibi conc.l.ius nostrum.ff.de reg.iur.l.17.titulo.3.par.6.

54 *Testari pro parte tātùm nullus potest, præter militem.*

Secundo quia earum rerum naturaliter inter se pugna est.d.l.ius nostrum,sed in quo consistat hæc repugnantia nullus docuit. est enim pugna inspecta legis ciuilis non naturalis censura,patet in.l. fin. C. de testam. mil. iuncta.l.miles ita hæredem in pr. ff. eod. &.l. ii. & iii. C. eod.

Opp.i.de.l.circa.ff.de inoffi.testamento.l.cum duobus C.eod.tit.sol. secundum glo.ibi abintestato,ex post facto quòd potuit contingere quia hæredes fuerunt diuersi iuris.

Opp.quòd idem licèt non sint diuersi iuris.l. nam & si §.h.ff.de inoffic.testamento, sol.filius ibi expertus est separatim & fortè in pr. iudicio probauit in altero non probauit suam innocentiam.

55 *Testatus pro parte quare testator possit decedere ex post facto ratio noua.*

Quæro 55 quare magis ex post facto quàm ab initio nullus declarat, nouissimè dic si abinitio liceret euenire posset, ut qui ex parte ex testam.hæres extitit solueret debita hæreditaria pro ea parte & partem abintestato delatam nullus uellet capere,unde duo absurda resultarét,quia defunctus iniuria afficeretur.§.licet insti. quib. ex cau.manu non licet. utque nullus est dominus membrorum suorum, ita nec honoris, qui uitæ est anteponendus.l.2.ff.de orig.iur.§.initium fuisse,glo.insti. de suspect. tut.§. pe.

Honor uitæ præferendus.

Item quandiu locus est successioni ex testam. &c. Item fraudarentur creditores, qui insolidum ea parte hæredem institutum possent conuenire, licèt hæreditas soluendo non esset.l.fi te bonis C. de Iure delib. & si dicatur, quòd satius est ex parte inuenire heredem ex testamento, qui saltem ex illa parte satisfaciat creditoribus quàm quod nullus ex testamento uel ab intestato hæres existat: ut sic nulla ex parte eis satis fiat. resp. quod per multiplicem hæreditatis scissionem difficilius inuenietur hæres, argumento glo.l.i.C.com. diuid.

Sed quando ex post facto per querelam testamentum rescinditur, tunc 56 querelans extitit necessarius hæres abintestato pro parte expugnata, qui creditoribus satisfaciet, illius enim qui querelauit inuitus hæres existet.l.Papinianus.§.si ex causa, ibi suus.ff.de inoffic.testamento.l.suus hæres.C.de rep.hær.

56 *Querelās efficitur hæres necessarius abintestato.*

Amplia quadrupliciter ut per Dec.in l. ius nostrum. ff. de reg.iur.ueruntamen 57 miles potest decedere pro parte testatus l.ex militari.§.fi.l.idem est.i.l.idem est.ii. l.neque enim.ff.de mil.testamento.§. hæreditas inst. de hære. instit. quod.

57 *Miles partim testatus decedere potest. Miles etiā ex post facto solet, pro parte intestatus decedere contra nost.*

Primo intelligitur ab initio ut.l.si miles unum.§. miles.l.querebatur.ff.de mil. testa.

Secundo intelligitur etiam ex post facto.l. si duob. ff.de mil.testam.licèt contrarium teneat Viglius in.§. hæreditas inst. de hære. instit.

Tertio intellige quòd potest testari in rebus certis & in reliquo intestatus decedere.l.si miles unum.ff. de mil.testam.i.resp.

Quarto quòd potest testari in parte tātùm bonorum. .l.i.&.ii.C.de mil. testam.

Quinto quod potest testari in parte tantùm hæreditatis ut d.§.hæreditas inst.de hær. inst.

Sexto quòd potest quo ad partem tantùm temporis .l.miles ita hæredem in pr.de mil. testamento, ergo intellige ab initio ex post factoq; quo ad partē tantum hæreditatis quò ad partem tantum temporis, quò ad certa bona. quò ad res certas & singulares.

Miles ut pro parte testatus decedat uariè limitatur & declaratur.

Prædicta cum certa est eius uoluntas ea parte tantū testari uolentis idem si multùm probabilis, quale est in casibus supra dictis secundum glo.l.i.C. de mil. testam. Quid autem si sub dubia, & dic, regula prædicta limita duplicitér. pr. quando hæreditatem per uncias diuisit l.3.C.de testamento mil.ratio quia eo casu possumus intelligere uoluisse eum totam hæreditatem includere talis unciis paucioribus quàm duodecim uel pro parte tantùm testari. magis autem est in re dubia ut iure uideatur usus communi cum non minus per hoc eius ualeat dispositio quàm si iure militari usus uideretur, ut d.l.iii. C.de testamento mil.

Item limit.ab initio quando omnes res suas diuisit uel plerasque inter suos hæredes, tunc enim licèt una uel altera res non sit eis assignata, non per hoc uidetur pro parte.i.pro illis rebus nondum assignatis intestatus decedere,magis enim est ut per obliuionem illas non assignatas reliquerit quam quòd pro parte tantùm testari uoluisse,credatur. argumen.d.l.iii.C.de testam. mil.

Item dic miles ab initio pro parte intestatus decedere potest quod intelligo quadrupliciter. quò ad partē hæreditatis, quò ad partem temporis, quò ad partem bonorum. uel certa bona, quò ad partem rerum uel res certas, ut dixi.

Item ex post facto pro parte intestatus esse potest. quod intelligo quadrupliciter,quò ad partem hæreditatis.d.l.Si duobus quò ad partem bonorum.l.i. & 2. C. de test.mil.quò ad partem rerum.l.si certarum uerum quod si alterutra.ff.de mil.test.per locum ab specialis. nā si eo tantùm casu res repudiatæ accresceret, quò res agnitæ non sufficiebant æri alieno, ergo si sufficerent non daretur ius accrescendi. iiii intelligo quò ad partem temporis.l.miles ita hæredem in pr.de testa. mil.ff.

At paga-

58 *Testatur pro parte, paganus decedere nequit.*

At paganus 58 ab initio non potest pro parte tantùm testatus decedere. l. ius nostrum. ff. de reg. iur. intellige tripliciter primo quò ad partem hæreditatis ut d. §. hæreditas inst. de hær. inst. secundo quò ad partem rerum. l. 1. §. si ex fundo. ff. de hær. inst. tertio quò ad partem temporis. l. hæreditas. ff. de hær. inst. §. hæres & purè instit. eod. titu. quarto quò ad partem bonorum, cogita tamen.

Ex post facto non potest decedere pro parte tantùm temporis testatus. intellige quarto pluraliter. primò quò ad partem hæreditatis. d. l. si duobus per locum ab speciali, secundo quò ad partem tantùm rerum, sed cogita, quia aut in rebus certis institutus habetur loco hæredis. ut. l. si alterius. l. quoties. §. si duo de hær. inst. et procedit q. alias uidetur contra, argu. l. quoties C. de hær. inst. sed certè etiam si tunc is fundus nó hæredi scripto sed legitimis deferretur, non per hoc uideretur ex parte intestatus decedere, non magis quàm si is fundi alieni legatus esset. tertio quò ad partem temporis. d. l. hæreditas. d. §. hæres et purè quarto quò ad partem bonorum puta si unum instituit in bonis maternis, alium in bonis aliunde quæsitis, sed certè tunc illi detracta bonorum mentione ex æquo hæredes uidebuntur bonaq; illa iure prælegati conseruabuntur, in quo potest esse disparitas, paritas tamen erit in alio. s. in debitis tam exigendis quam soluendis. facit. l. ex facto de hær. instit. d. l. si alterius. d. §. si duo. d. l. si certarum de test. mil. ff.

59 *Testari pro parte, quare non liceat, nisi ex post facto.*

Sed ad ea quæ dicuntur suprà, adde quòd 59 nulla apparet concludens ratio, quare potius ex post facto liceat pro parte intestatus decedere quam ab initio. præterea id falsum puto, patet quia ut testator, qui hæredem ab initio ex parte tantùm instituit, non potest prohibere quin altera pars ei accrescat: ita & si ab initio ex toto instituit. plus nó potest disponere, quin pars repudiantis accrescat adeunti facit. l. j. & . 2. & . l. si solus in pri. l. situ ex parte. ff. de acq. hær. l. un. §. his ita, de cad. toll. C. dic ergo nulli unquam succeditur partim ex test. et partim ab intestato ex disp. hominis sed tãtum ex dispositione legis. non ergo secundum uoluntatem testantis sed contra eius uoluntatem. uerùm est ergo testatorem ex toto testatum decessisse inspecto tempore mortis sicque. l. ius nostrum de reg. iur. seruatur inuiolabiliter. sed tamen cum quæritur, an partim ex test. partimq; ab intestato succedi posit resp. nó posse ex ordinatione hominis neque ab initio neque ex post facto posse tamen ex post facto ex dispositione legis. l. nam & si §. si. l. circa. ff. de inof. test. l. cũ duobus C. eod. sed est ab initio id quod patet in persona militis & in aliis ut per Soci. in reg. 400. sed illud in casibus specialibus.

60 *Accrescẽdi ius quando contra uol. testantis inducatur.*

Et refert testator ex parte tantùm te instituat de reliquoque nil disponat, ut 60 tunc contra eius uol. inducatur ius acc. an cum ex toto plures instituens testatus esset alter repudiarit ut eius tunc portio adeunti accrescat ex uol. arg. l. si Titio & Meuio. §. Iulianus. ff. de leg. 1. l. non iustam. C. ad Treb. secũdum Vigl. in. §. hæreditas inst. de hær. inst. nos & hoc casu preter uoluntatem inductum ius accrescendi putamus arg. l. si duobus ff. de mil. testamen. l. i. C. eod. tit. Ias. et Deci. in. l. i. & 3. C. eod. tit.

Institutio hẹredis hæredum'ue facta in parte hæreditatis, trahitur ad totam hæreditatem per ius acrescendi. §. uideamus inst. de hær. inst. cum conc.

Quæro an id ius accrescendi contra, preter, an secundum uoluntatem testantis inducatur, resp. quidam quòd secundum uoluntatem, arg. l. si Titio & Meuio. §. Iulianus de leg. 2. quidam quòd contra uolũtatem, arg. l. si duobus de uul. test. quidam distingunt ut Vigli. in. §. hæreditas inst. de hær. instit. tamen dic ius accrescendi aut datur ab initio, aut ex post facto, primo casu aut testator expressim prohibuit ius accrescendi & datur cõtra eius uoluntatem, arg. auth. ut eum de app. cog. §. cęterùm, licèt in contrarium sit communis ut dixi in col. seq. aut nó prohibuit expressim, & tũc aut fit institutio in dimidia hæreditatis, aut in dimidia bonorum, aut in rebus certis, his casibus puto, quòd contra uoluntatem inducatur. aut fit in certis unciis, et tunc secundum uoluntatem, arg. tex. in. §. uideamus inst. de hær. instit. et melius in l. 3. C. de milit. testam. ratio quia tot unciæ assem efficiunt quot testator uoluit. arg. d. §. hæreditas, ex post facto, dic aut heredes, quorum alter repudiauit sunt ex toto separati (puta Titius ex dimidia hæres esto Seius ex altera dimidia heres esto.) aut sunt uerbaliter tantùm coniuncti, & his duobus casibus ius accrescendi est contra uoluntatem, aut sunt re tantùm uel mixtim coniuncti, & ius accrescendi est ex præsumpta uoluntate, arg. l. coniunctim de leg. 3. §. si uerò non omnis de cad. toll. C. simi. nam illis duobus primis casibus (per. l. 1. §. interdum. ff. de usufr. accres.) in usufr. non est ius accrescendi secus in istis. sed quia esse uidetur hæc distinctio contra generalitatem. d. l. si duobus, potest dici quod dispositio facta in parte trahatur ad totum, id semper prouenire ex coniecturata uoluntate si non prohibeatur expressim. fallit primo fauore matris arg. l. precibus de impub. C. fallit secundo fauore patroni. arg. d. l. si duobus. nec ad rem pertinet, quòd ibi uideatur fundari in uoluntate testatoris. nam resp. quòd fauor facit ut eam uoluntatem fecisse interpretemur. simi. in. l. i. §. si quis ita. ff. de uerb. ob. iuncta. l. si unus. §. si acceptilatio. ff. de pact. & has duas fall. intellige in testatore cuius uoluntas legibus soluta est, qualis est miles secus in pagano ut. l. ius nostrum. ff. de reg. iur. l. quamdiu. ff. de acq. hær.

Adde quòd aliter fit interpretatio in pagano aliter in milite, ut in pagano saltem ex post facto ius accrescendi detur ex præsumpta uoluntate. l. si Titio & Meuio. §. Iulianus de leg. 2. id quod accidit in legatis. §. ubi autẽ de cad. toll. secus in milite, arg. l. si duobus de mil. test. ratio differentiæ (quæ uix apparet) quia paganus scire præsumitur dispositionem. l. ius nostrũ de reg. iur. ff. & . l. quandiu. eod. tit. sed miles prẹsumitur ignorare, quò fit ut paganus præsumatur uelle quod lex uel eo inuito præcipit, miles autem prẹsumatur ignorare nihilque uelle nisi quod expressum disposuit uel aliter miles propter nimiam tum occupationem quàm imperitiam non præsumitur cogitare casus, qui euenire possunt. unde in incogitatis ius commune seruandum est. sed paganus præsumitur cogitare, inque prẹuisis uelle id quod & si nollet fieret a lege. uel uerisimè dic, licèt in testamentis paganorum. l. faciat suas interpretationes, tamen in testamẽto militis nullam facit interpretationem sed eius uoluntatem obseruat simpliciter & de plano, sicut & mili tum prouisiones simplices sunt. hinc est in militis testamẽto cessare falcidiá quæ datur in paganorum test. & tamen falcidia utilis reputatur testatoribus. in princ. instit. de leg. fal. sic & in specie nostra licèt ius accrescendi ex mente paganorum esse interpretetur à legẽ ne decedant pro parte intestati tamen non interpretatur esse ex mente militum, qui possunt ex parte intestati decedere. itaque illa interpretatio, quòd sit, uel non sit ex mente, fit secundum quod est liberum uel astrictum arbitrium testantis. ut semper præsumatur uelle quòd lex disponit ubi autem. l. non disponit (sicut in testamento militis) nil aliud uelle uidetur, quàm quod expressim iussit.

61 *Institutio particularis non uitiatur propter prohibitum a testatore ius accr. contra communem. Hæreditas sine libertate an seruo proprio dari possit.*

Et quod Bar. in. l. quoties. §. si duo de hær. instit. ait 61 ut si ex parte te institui prohibuique alteram partẽ in qua nullum institui, tibi accrescere, tunc ex toto uitietur institutio ut nec eá habeas quod primordialiter tibi data fuit; quòd communiter receptum est. secundum Decium in. l. ius nostrum. ff. de reg. iur. Viglium in. §. heręditas ad fi. inst. de hęr. instit. id falsum puto. nec me mouet, quòd Bart. ait, institutionem serui proprii cui expressim libertas denegatur uitiari. id enim diuersum est. nam institutio facta in parte, trahitur ad uniuersum

ea legis prouisione, ac si fiat sine libertatis datione, nulla lege prospectum est ut ad libertatis dationem porrigatur inspecto iure.ff.nec ad rem pertinet quòd inspecto iure nouo porrigatur. id enim fit ex tacita & coniecturata uoluntate.§. idemque inst. quib. ex.cau.man. non licet,in pr inst.de hær.inst.l.p.in fi.prin.C.de necess. ser.quę cõiectura cessat data expressa. prohibitione sed quare.l.antiqua ut induait ꝙ institutio partis traheretur ad totum, non ita induxit,quòd institutio serui traheretur ad libertatis donationem,resp.quia in habentibus simbolum facilis est transitus & contra,est enim magna similitudo in eadem dispositione ut facta in parte, trahatur ad totum, non sic cum uariæ sunt dispositiones ut in contrario. simile in iure accrescendi quod in diuersis speciebus non datur, sed tantùm in ead. l. huiusmodi.§.quibus de leg.i.itaque in eadem parte hæreditatis datur ius accrescendi de parte ad partem etiã testatore inuito non sic de una dispositione ad aliam. simile in collatione,quę non fit inter succedentes diuerso iure. simile in substitutione,Bar.in.l.centurio in prin.ff. de uulg. quæ omnia suis in locis dilerumus denique

62 in hæredibus instituendis certum est, quòd dispositio ad plures simpliciter relata, rem cuique attribuit pro parte uirili.§.si plures inst.de hæ.insti. intellige primo in institutione ut.l.quoties §.hæredes de hær. inst. ff.l.17.tit.3.par.6.d.§.si plures inst.de hæ:. inst. idem in legato ut.l.legata inutiliter.§. fi. de leg.j.

62 Aequalitas partiũ, fit in dispositione ad plures relata, quod uariè intelligitur.

3 idem in eo quod remanet apud uiriliter grauatos, nam & remanet uirilis.§. sed ut manifestetur. C. de cad. toll.

4. idem in grauamine pluribus iniũcto,uiriliter enim iniunctum uidetur.l.si hęredes.ff.de leg.j

5. idem in emolumento ex societate quæsito,in prin. instit.pro socio.l.si non fuerint.ff.eod.tit.

6. idem in stipulatione, nam qui sibi aliisque stipulatur uiriliter stipulari uidetur.l. si mihi & Titio.ff. de uerb.oblig.l.stipulatio ista.§.eum qui.l.eum qui in pri. de uerb.obl.ff.§.planè instit.de inut.stip.

7. intellige in sententiis.l.j.C.si plures una sententia l.si qui separatim.§.quoties. ff.de appell.

8 idẽ in instrumẽto.l.reos.§.cũ in tabulis.ff.de duob. reis 9.ut.l.si cõmunis seruus de stip.ser.ff.10.ut auth. in successione de suis & leg. C. & auth.post fratres.2.C. de leg.her. hæc conclusio sic intellecta habuit fortem dubitandi rationem.nam in. §. fin uerò non omnes. C. de cad.toll.dicitur,quòd cum eadem res duobus uel separatim uel mixtim coniunctis relinquitur ad solidum quisque inuitatus uidetur ad idem.l. coniunctim.ff. de leg.3.sol. eadẽ res legata insolidum singulis deberi præstarique potest.ff. de leg.i.l. si pluribus ad fin. non sic in hæreditate quę. insolidum cuique præstari non potest. nec ad rem pertinet quòd ad huc.d.l. coniunctim dicit solidam hęreditatem cuique datam. nam resp. illud intelligendum non inspecta legis ordinatione non quoque inspecta mente defuncti sed tantùm inspecta uerborum cortice, at legata insolidum cuique licèt regulariter non debeantur tamen aliquando possunt deberi tam inspecto uerborum cortice quàm testatoris legisque dispositione.l.planè §.j.ff.de lega.i. Ampl.etiã si non simpliciter essent instituti sed in fundis disparibus.l.si alterius.l.quoties.§.si duo.l.ex facto in pr. ff. de hęr.inst.sed licèt tunc æquè heredes sint, tamen iure prælegati quisque fundum suum retinet.d.l. ex facto uerb.ita igitur.

Hæreditas in solidum pluribus dari non potest legatum potest.

Instituti ex rebus certis an æquè hæredes sint.

2 amplia etiam si bis idem sit institutus alter semel tantùm.l.cum q.§.fi.C.de lega.

3 etiam si quidam coniuncti sint, quidam disiuncti, adiecta dictione ęquè.l. interdũ in princ.ff.de hær.inst. siue in eadem siue in alia oratione.l. si inæqualibus eod. tit.

4 etiam si plures essent coniuncti si tamen sint distributiuè uocati.l.fi.in prin.C. de impub.

5 etiam si dixit &c. ut.l. si quis hęredes ita.ff. de hęr. instit.

Superioribus adde quod (ut obiter attigimus) institutio 63 particularis trahitur ad totum per ius accrescendi.§.uideamus inst.de her.instit.l.i.§.si ex fundo.ff. eod.tit.idque ius accrescendi contingit dupliciter, uel abinitio uel ex post facto. item abinitio, uel de parte hęreditates ad partem hæreditatis, uel de parte bonorum ad partem bonorum, uel de particularibus rebus ad uniuersam hæreditatem uel de tempore ad tempus ut.l.i.§.si ex fundo.l. si alterius.l. Titius fundi.l.quęsitũ l.quo loco.l.ex facto etiam agitatum.l. ex facto,magna per totũ.l.quoties. §. si duo.ff. de hær. inst.l. 1. & 2.de acq. hær.l.si solus.l.si tamen ex parte.ff. de acq. hær.l.si quis priore.ff.ad treb. §. sed & si quis posteriore. instit. quib.mod.testam.infir.l.i.&.2.3.C.de test.mil.l.si miles ita hæredem in prin.l. similes unum.ff.de testamen.mil. l.hæreditas de her.instit.ff.§.hæres instit.de hær. inst.

63 Accrescendi iure institutio particularis trahitur ad totum.

Et institutio simpliciter facta factis certarũ partiũ institutionibus, trahitur ad residuum hęreditatis, per.§. uideamus instit. de hær. instit. cum similibus intellige primo siue illa simplex instit. sit prima in ordine siue media siue ultima ut.l.qui non militabat.§. nec interest & inst.de hęr.inst.§.nil autem interest.l. quo loco.ff.eod. intellige secundo quòd trahitur ad residuum.s.assis quãdo specialiter pauciores quàm duodecim unciæ fuerunt distributę.§.partibus.inst. eod.tit.l. item quòd Sabinus in prin.&.§.i.l.qui non militabat.§.filiis.ff. eod.

Institutio post quasdam partes distributas facta redigitur ad residuum hæreditatis siue parte quis primo siue medio siue ultimo loco instituatur & interdũ trahitur ad dupondium uel tripõdiũ.

Tertio quòd trahitur(per.l.ex unciis.ff.eod.l.si ita.ff. de lib. & post.)ad residuum. dupondii si duodecim unciæ uel plures fuerunt specialiter assignatę.§. si uerò totus inst.de hęr.inst.§.sed si asse.&.§. sed si expleto.l. item quod Sabinus.ff eod.

Quarto intellige quòd trahitur ad residuum tripondii. si 24. uncię uel plures fuerunt assignatæ.ut.l.item quod Sabinus.§.fi.& ita intelligo.d.§.& si plures.2.resp. inst.de hær.inst.faciunt ad prædicta.l.14. 16. 17.18. 19. tit.3.par.6.

9 Inde 64 infero uerum intell. ad.l. cum quæstio in prine.C.de leg. ibi enim aliquis fuit ex dimidia uel tertia specialiter institutus uel ad legatum uocatus alterque ante uel postea simpliciter institutus, uel ad legatum uocatus qui solam dimidiam habebit.quia ad residuum assis uocatus intelligitur. nec ad rem pertinet quòd tex.ait insolidum, & iterum ait in totum fuisse institutum. nam 65 illa sunt uerba legislatoris (non testatoris) qui intelligit in totum fuisse institutum uel ad legatum uocatum, qui simpliciter uocatus fuit sic & in l.Meuio in uerb.totus de leg.2.ff. in.l.si separatim de cõdit.& dem.ff.in.l.i.§.fi. uerb. totius.l. inde Neratius. ff. de usufr. acc.l. si quis cum totum.ff. de excep.rei.iud.l. coniunctim de leg.3.ff.§. si uerò non omnes C. de cad. toll. nec ad rem pertinet quòd secundum hunc intell. non admodum fortem dubitandi rationem haberet.d.l. cum quęstio,nam resp.quòd illud agnosceret, Iustinianus idque tacitus significauit, dum ait & presens casus &c. ratio quia orationi genericè uel indefinitè per speciem derogatur.l. uxorem.§. fœlicissimo.ff.de lega. 3.unde cum ad legatum uel hereditatem indefinitè uocatus ad solidum legatum uel hæreditatem uocatus uideatur.ut.dd.ll.necesse est ut pars ad quam alter fuit inuitatus de illo toto subducatur.l.mira nisi plusquam dimidia totius rei uel hæreditatis specialiter uni esset data & alter simpliciter esset uocatus ut.dd.ll.

64 Intell.l. cum quæstio.C.de legat.

65 Totum,cõtinetur rei appellatione.

Infero quòd errat gl mag.in d.§. uideamus in fi. dũ 66 uult.per d.l.cum q. quòd si testator post duodecim uncias distributas specialiter alii certis dederit uncias, non ad dupondium transire uidetur,sed eas à primo adimere quod est contra superiora.nec ad rem pertinet.d. l.cum q. quia ibi non specialiter duodecim uni dedit, sed eum simpliciter uocauit. confirmatur opin.nostra per.l.interdum.§.sed & si duos.ff. de hær. inst. ibi expressum

66 Sivẽ priori indefinitè reliqui. posteriori eiusdẽ rei uel hæreditatis uncias sex nõ uideor ad dupondium transire, sed priori adimere.quod posteriori dedi, cum gl. communiter app non sic si post. 12. uncias expressim distributas sex alij dedi, contra gl.communiter app.

pressum licèt gl. sit ibi communiter app. qua ratione gl. similiter uult, & malè, quod si post 24. uncias uel plures specialiter datas alius simpliciter uocetur, non ad tripondium transisse sed ademisse prioribus uidetur quod posteriori dedit. quod omnino falsum & contra superiora, & contra. d. §. sed & si duos & l. item quod. §. fin. & contra. d. §. uideamus instit. de hær. inst. uer. idemqз.

Qua ratione aliæ similes duæ conclusiones factæ per glo. in legatis, similiter falsæ sunt.

67 *Si primo plures uncias dedi, secũdo paucieres, an ad dupondiũ uideat transire cõtra commun nem.*

Infero errasse glo. d. l. cum quæstio, dum 67 ait referre, si testator amplius primo reliquerit, secundo minus. ut tunc quod secundo dedit id primo ademptum uoluerit quia minus de pluri adimi potest, secus è contra si primo minus secundo plus dedit. ut tunc non ademisse uideatur, sed ad dupondium transisse. quod ultimum esse potest, quando expressas uncias dedit tam primo quam secundo, id tamen non per rationem glo. primum autem dictum est euidenter falsum & contra. l. interdum. §. sed & si duos. & contra. l. si ita scriptum de lib. & post. ff. & contra. l. si ita scriptum. §. j. de hær. inst. ff. & contra. l. si quis testamento. §. i. de leg. j. & contra. l. 19. tit. 3. par. 6. & tota distinctio glo. est cõtra. l. quo loco. ff. de hær. inst. l. qui non militabat. §. nil eod. tit. & §. nec intéreit. inst. de hær. instit. idque contra communem intellige tam in legatis quàm in hæreditate, licèt cum gl. in. d. l. cum. transeant communiter doct. ibi ex relatione Cornei. Ias. & aliorum ibi.

Intell. l. qui quadringenta ff. ad Trebel.

Secundo principaliter infero uerum intell. ad. l. qui quadringenta. ff. ad Treb. ut ideo. 300. legata de quadringentis per fidei. uni. relictis adempta uideátur, quia ille fideicommissarius simpliciter absque ulla partium designatione fuit uocatus, quo casu ad totum inuitatus uidetur, legatarius uerò specialiter fuit uocatus, non per diuisionem assignationem'ue portionum, sed per enumerationem nummorum quod specialius uidetur, ergo quod deducto eo quod specialiter assignatum fuit superest, id tantùm habere debet, qui sine parte uocatus fuit ex regula. d. §. partibus. qua ratione infero 68 contra glo. app. in d. l. cum quæstio quod in terminis. d. l. qui quadr. nil interest fideicommissarius primus an nouissimus sit uocatus. nam semper ad residuum tantùm bonorum uocatus intelligitur. generi enim per speciē &c. & caue quia intentio gl. est. quòd in. l. Marcellus ad Treb. ideo fideicommissarius plus legatario habet, quod posterior uocatus fuit minus habiturus si prior nominatur. quod est contra. d. l. 2. & superiora. nec obest ille tex. quia se fundat in eo, ꝙ testator expressit ad onus hæredis non fideicommissarij fore legata per quod significauit fideicommissarium loco singularis successoris non uniuersalis habendum, quando in eum non transibant onera hæreditaria legatorum præstandorum, ergo nil interest, quo loco uocatus fuit fideicom. sed an ex dispositione testatoris appareat uoluisse eum loco singularis an uniuersalis successoris haberi.

68 *Intell. l. cũ q. & l. qui quadringenta.*

Infero tertio principaliter 69 intell. ad. l. si ita scriptum. §. quidam de hær. instit. nam ibi ideo simpliciter institutus non intelligitur uocatus ad residuum assis, quia totus as fuerat saltem potentialiter distributus. quò fit ut simpliciter institutus, ad residuum dupondij uocatus intelligatur. & patet quòd testator cogitauit possibile esse ut 12. uncias haberent posthumi. unde filiam natam in residuum dupondij succedere uoluit, ne alias in nihilo instituta uideretur. & circa superiora & Ex Bar. num. 28. in. l. i de uulg. ff. 13. colligitur, quòd testam. potest incipere à substitutione uulg. expressa. intellige primo quando institutio uitiata fuit per præteritionem filii. l. 3. §. fi. de lib. & post. ff. secundo quando uitiata fuit per præteritionem posthumi. l. pe. de iniust. rup. l. nam & si sub condit. eod. tit. Tertio quando uitiata fuit per inopiam testatoris. l. si is qui solutio. 2. ff. de hær. inst. Quarto quando per mutationem qualitatis testamenti l. nam & similes de iniust. rup. iuncta. l. neqз enim de inul. testam. ff. Quinto quando per expressam hæreditatis repudiationem. l. 3. de hær. inst. 6. quando per tacitam quæ inducitur lapsu temporum. l. quamdiu. 3. de acq. hær. ff. 7. quando uitiata fuit ex causa pro non scripti. §. & cum triplici iuncto. §. in primo in uerb. substitutus de cad. toll. C. 8. quando ex causa quæ si caduci d. §. & cum triplici. iuncto. §. pro secundo in uerb. substitutus. 9. quando ex causa caduci. d. §. & cum triplici. iuncto. §. cum autem in superiore in uerb. substit.

69 *Intell. l. si ita scriptũ §. quidam.*

70 *Test. põt incipere à substitutione quòd uarie intelligatur.*

10. quando per deportationem, uel aliam damnationem. §. & quid si tantùm. l. Gallus. ff. de lib. & posth.

11. quando per in capacitatem hæredis. l. 2. C. de hær. inst. 12. quando per defectum conditionis institutioni appositę. adde quòd 71 partes adiectę in institutione censentur repetitæ in substitutione. §. & si ex disparibus inst. de hær. inst. l. 1. C. de impub.

71 *Institutionis partes in substitutione uidentur repetite quòd uariè intelligitur.*

Intellige primo in reciproca expressa ut ff. de uulg. l. cohæredi. & §. ex his eod. tit. inst. l. sed si plures in princ. eod. tit. l. i. C. de impub. & ff. eod. tit. l. si plures.

Idem in uulgari tacita. i. in iure accrescendi. l. si ita quis hæredes. ibi pro hæreditariis portionibus. de hær. inst. ff. l. Meuio in prin. ibi, pro modo legati. ff. de leg. 2. idem in fideicommissaria. l. Lucius. §. pater puerum. ff. ad Trebel. l. quoties in princ. eod. & l. utrum. §. fin. de reb. dub.

Idem in pupillari. l. qui liberis. §. fi. de uulg. l. 5. eod. §. substituitur, inst. de pupill.

Idem in legato. §. sed ut manifestetur. C. de cad. toll.

Quarto intellige quod de parte alicui delata iure substitutionis singularis uel accrescendi idem iudicatur quod de portione sibi ab initio relicta. l. si in test. in fin. de uulg. ff.

5 intellige quòd etiam inuitis deferuntur illę partes ut. l. testam. C. de impub.

Institutionis partes in substitutione uidentis in casibus non uidentur repetitæ.

Limi. nisi testator contrarium iusserit ut. d. §. & si ex disparibus & l. si plures in fin. ff. eod. l. j. C. eod. tit. ubi glos. 2. & omnes.

Item lim. quòd aliquando non omnibus sed quibusdam tantùm deferuntur ut. l. cohæredi. §. qui discretas de uulg. ff.

3. limi. ut. d. l. cohæredi. §. qui patrem. ff. de uulg.

4. Lim. nisi omnes hæredes pariter grauabit. l. quoties ad Treb. gl. fi. d. l. i. C. eod. tit.

5. Limita nisi per nomen proprium sint substituti. l. non nunquam. ff. ad Treb. adde. l. si communis seruus ita ff. de stip. seruorum.

6. Limi. nisi testator prohiberet alienationem. l. Lucius. §. Lucius Titius testam. de leg. 2. ff.

7. Limi. ut uiuentibus non defunctis hæ partes deferantur. l. qui plures de uulg. ff.

Legata relicta ab instituto censentur repetita à substituto.

Adde quod idem in legato ut ab instituto relictum à substituto uideatur repetitum. l. licèt de leg. j. ff. l. si Titio & Meuio. §. Iulianus de leg. 2. & à cohærede. d. §. Iulianus & l. non iustam C. ad Trebell. si tamen id legatum erat conditionale tunc non purè sed sub eadem cõditione repetitum uidetur. l. ait pater. §. ab instituto de leg. 2. ff.

Legatum sub eadem conditione trãslatum uidetur.

Sed & ab hærede instituti id legatum repetitum uidetur cum institutus pendente conditione legati decessit. l. legato sub conditione, de cond. & dem. ff. item legatum conditionale in alium translatum cum ead. conditione transferri uidetur. l. legatum sub condit. de adimi. lega. l. legatum sub. condit. de cond. & dem. adde. l. si sub condit. ff. de hær. inst. & l. un. §. pro secundo & §. ne autem de cad. toll. C.

72 *Intell. §. sed si instituto inst. de uulga.*

Adde 72 tex. §. sed si instituto inst. de uulg. ubi tex sing. & eius utilitas est, nam si miles primo heredi secundum cohæredem substituit, secundoque tertium, & repudiauit tam primus quam secundus, adiuitque tertius, certè si utrique substitutus uideatur, utranque iure substitutionis habebit portionem. quòd si alteri tantùm, tunc alteram tantùm, non utranque habebit. quia in

militis testam. cessat ius accrescendi.l. si duobus de mil. testam. ff.

Adde tertiam utilitatem, institui primum secundum tertium & quartum, si secundus hæres non erit ei substitui primum & tertium. item si tertius hæres non esset ei substitui quartum per quod quartus non solùm tertio sed & secundo substitutus uidetur. ut ibid. cum simi. decessit primus, postquam adiuit. repudiauit secundus, & etiam tertius, cuius tertii portio sine controuersia uadit ad quartum iure substitutionis. sed ad portionem secundi concurrunt, hæres primi ius accrescendi prætendens ex.l.si ex pluribus.ff. de suis.& legatarem prætendens.ius substitutionis quia id ius transmittitur, cum est unitum cum iure accrescendi.l. qui patri.ff. de acq. hær.

Item quartus eam petit dicens & iure accrescendi sibi deberi & iure substitutionis quia per hunc tex.cum tertio expressim substitutus fuerit etiam secundo uirtualiter uidetur, puto quòd ad ius accrescendi hos pares esse, quia cum detur portioni nil interest apud quem ea portio reperiatur. sed quò ad ius substitutionis potentius ius est, quòd iste quartus ex persona sua quam quòd hæres primi ex iure transmissionis prætendit.l.Lucius.§.fi.ff.de uulg. secundo quia ius substitutionis non portioni sed personæ defertur. unde ille, qui per testatorem nominatur præferendus est.l.3.de uulg.l.qui liberis.§.hæc uerba.eod.tit.

73

Pars non semper toto derogat.

Redeundo ad illum articulum quando 73 uni totũ expressim uel indefinitè reliqui, & alteri partem rei, sit altera conclusio, si uni legatur fundus, alteri ususfructus in usufructu sunt reconiuncti & faciunt sibi partes per concursum.d.l.si alii.ff.de usufruct.legat.l. idem Neratius.§.fi.&.l.si tibi.ff. de usufruct. accre. ratio ponitur per Bar.in.d.l.si alii, quia ususfructus est pars substantialis fundi, ideo in illa parte concurrunt quia usufructu deducto primum legatum non remaneret uerificatum, & non remanet nomen fundi detractu usufructu.l. qui usumfructum.ff. de uerbo.obliga.& hanc rationem ponit glo.in.d.l.idem Neratius.§.non solum.quam sequitur Oldrad.& Bart.in.d.l.si alii ubi per hoc dicebat, quod si testator legat uni domum & alteri legat aliquam partem substantialem domus, qua detracta domus non remaneret in illa parte, debent ambo legatarij concurrere & sic erunt re coniuncti, sequuntur Cuma.Ia.& Crotus.in d.l.re coniuncti, facit.l.qui domum.§.fi.ff.de adulte.& quæ not.Petr.de Anchara.consil.288.incip. super pluribus articulis & per Alexan.in consil.223.incip.uisis uerbis, in secundo uolumine, & quæ not.Ias.in.l.fin. col.5.ff.de constit. principum facit ratio, quia fundi appelatione intelligitur de toto, secundum Paul.de Cast. & d.Ias.in d.l.planè.§.si eadem. & simpliciter legando fundum dicitur & usumfructum legasse & sic sunt re coniuncti, facit etiam glos.in.l.ambiguo.ff.de reb. dub. & quod per talem communionem inducatur realis coniunctio probatur in.l. Titiæ textores.ff.de lega.j.quia ille cui fundus fuit legatus non potest habere usumfructum causalem, qui ex proprietate causatur in usufructu formali, quem dicitur habere ille, cui est ususfructus legatus & est perinde ac si habenti usumfructum causalem formalis ususfructus fuisset legatus. & cum Bart.in hoc articulo in.d.l.re coniuncti transeunt Iaso. ibi num.68.cum seq.Ripa nu.34cum seq.Bexu. col. 10, cum seq.Crotus nu.22.cum seq.Politus nu.7. cum seq. Corras.in.l.testamento.C.de inpub.nu.23.sed licèt omnes hi post glo.j.l.cum quæstiu. C.de legat.ubi Bar. & omnes ut latè resoloit ibi Ias.teneant etiã quod 74 quando uni totum alteri uerò pars legatur, tunc non sint re coniuncti quasi pars à totu adempta uideatur. tamen secus è contra, si primu pars deinde totum legetur. nam hoc (aiunt) casu sunt re coniuncti, quia totum non potest uideri ademptum à parte. certè hæc diff. uera non est. nam postquam reperimus aliquem ad partem tantùm inuitatum, alterum uerò simpliciter, uel indefinitè uel etiam expressim ad totum inuitatum, tunc.l. interpretatur ut ad totum inuitatus cum parte residua (de qua in specie dispositum non fuit) contentus sit. nec interest primus an medius an nouissimus inuitatus fuerit. ita formaliter ait tex.io.l.qui non militabat. §. filiis.ff. de hær. instit.uersi. nil. & §. nil.inst.eod.secondo id est contra tex.in.l.qui quadringenta.ff.ad trebell.ubi, qui quadringenta in bonis habebat trecenta legauit, deinde uniuersam hæreditatem restituere iussit, sicque primo disposuit de parte hæreditatis, uel sub hæreditate contenta legando trecenta deinde tota hæreditate & nihiluminus non sunt re coniuncti, nec faciunt partes concursu, sed integra trecenta à fideicommisso uniuersali deducuntur, non secus quam si primo totum deinde partem reliquisset. ad d.l.cum quæstio. C. de legat. resp.quod est correctoria iuris antiqui. nam ex diametro contrariatur.l.interdum.§.sed si excesserit.uersi.reputa.ff.de her.in fi.ut diximus suo loco, uel dic ut infrà proximè subiiciam.

Legani uni fundum & alteri illius fundi usumfructum in usufructu sunt re coniuncti.

Toto non adimitur pars integralis postea relicta sed in ca sit concursus.

Totum uenit rei appellatione simpliciter prolata.

74

Pars prius deinde totum contra legatur non refert contra commu nem.

Denique si primo rem indefinitè reliqui, secundò eiusdem rei dimidiam, altero de tribus modis posset fieri interpretatio, uel quod priori ademptum uolui quod posteriori assignaui, sicque in re illa æquas partes habebunt, uel quod ad dupondium transire uolui, sicque prior habebit duplo plus quam posterior uel quòd in altera dimidia utrunque coniungere uolui, ut sic prior dimidiam ferat præcipuam, & in altera dimidia cum posteriore concurrat. & tunc prior triplo plus habebit quam posterior, prior interpretatio facienda est, quando per nomina quotitariua legatum uel dispositio fit d.l.cum quæstiu.C.de lega.intellige ut procedat quando posteriori dimidium uel fortè minus quàm priori datũ fuit.quòd si plus quàm dimidium, tunc si per nomina quotitatiua concursus eatenus induceretur iuxta tertiã interpretationem suprà relatam, ne prior cui totum minus quam posterior cui non totum reliqui ferret. ita intelligo.l.triplici.§.si.ff.de uerbor. signifi. & .l. Iulianus ff.de hær, inst. quòd si per nomina numeralia, tunc si primus indefinitè honoratus & uocatus fuit, posterior uerò certis unciis designatis quicquid posteriori datum est, priori ademptum uidetur.d.§.nihil &.d.§.filius &.l. item quod sabinus.§.j.& ii.ff.de hær.inst.l.qui quadringenta.ff.ad treb.nisi duodecim unciæ rei uel hæreditatis posteriori datæ essent, tunc enim ad dupondium transitum uideretur, ne prior dispositio inutilis fieret contra.l.si quando in pr.C.de inoff.testamento l. non ad ea de condit.& demonst.ff. ita intelligo.§. uideamus cum seq. inst. de hær.inst. quòd si priori genus, posteriori species illius generis datæ essent, tunc priori ademptũ intelligo quicquid posteriori concessum fuit.c. generi de reg. iur.lib.6.l.uxorem.§.fęlicissimo.ff. delega.3.ita intelligo.l.uerbis legis.ff.de uerbo.signifi.l.legatum est de libario.ff.delega.1.l.1.in primo & ij. resp.fi.ad leg.fal. quod hodie limitatur ut salua maneat falcidia. ut ibi nisi expressim eam testator uetuerit auth.sed cum testator & in corpore unde sumitur.C.ad leg. fal. diuersum, esset si priori totum posteriori pars integralis data esset.d.l.si alii.ff.de usufr.leg.& ex intell. quem dedi suprà ad.l.qui quadraginta infero quòd si in casu illius.l. 75 quadraginta uel plura essent legata quod tunc omnia legatario, fideicommissario nil habente præstarentur. Ratio quia ut iure. 15.tabularum hæres integra legata soluebat.l.uerbis legis de uerb. signifi.ff.in pr. insti.de lege fal.ita fideicommissarius uniuersalis etiam hodie legata integra præstat.l.j.§.denique ad trebell.nam falcidiam regulariter non detrahit nisi in casibus ut d.§.denique cum gl.facit.l.qui non militabat.§. filiis.l. interdum.§.sed si excesserit.l.si ita scriptum.§. quidam.ff.de hær. inst.ex suprà dictis, infero quòd dum Bar.in.l. cum quæstio.in pr.& ibi Corn.col.j.in fi & Alex.in pr.nu. 5. Ias.col. pen.post medium Paul. col. ii. post medium &

Intell l. triplici.ff. de uerbo. signi.l. Iulianus .ff. de hær. institut.

Intell.l. legatũ est ff.de leg 1. c. generi de reg. iu. lib.6.

75

De eadem re.

76

Falcidiam non detrahit fidei cõmissarius uniuersalis.

77

Si primo 12. unciæ

Corn.

hæreditates uel rei legatæ alteri 7. unciæ eiusdẽ rei uel hæreditates. do. tunc unciæ illæ non deducuntur de asse, sed ad dupondium transitum uidetur contra communẽ.

Corn. col. pen. ad fin. & Doct. ibi ut testatur Corn. ibi tenent, quòd. l. qui quadringenta. concordat cum d. l. cũ quæstio errant grauiter, nam in. l. qui quadringenta dodrans effectualiter hæraditatis legatus fuit, & tamen totus dodrans de fideicommisso uniuersali uidetur adẽptus, quod non procederet in terminis. d. l. cum quęstio. nam si ibi secundo loco dodrans seu nouem unciæ hæreditatis legatę essent, tunc ademptio non fieret, sed transitus ad dupondium, quod uerum siue primo hæreditas simpliciter siue as, siue unciæ duodecim, siue pauciores, siue plures relictæ essent, ut supra diximus.

Infero non esse bonam communem rationem, quam reddit Bar. in. d. l. cum quæstio & ibi Alex. num. 5. & Ias. col. pen. ad fi. & alii plures, quos refert. Corn. ibi col. 2. post princ. dicunt enim quòd est differentia utrum testator primo totum deinde partem reliquerit per nomina quotitatis, quo casu certum est quantum secundo reliquerit & consequenter uidetur priori adimere. at si per nomina quantitatis secundo reliquerit, cum potuerit errare circa uires patrimonii, non uidetur adimere ut. d. l. Marcellus, hanc communem sol. inpugnat. Corn. in. l. cum quæstio. col. ii. in pr. & rectè tribus rationibus, maximè quia attenta communi ratione sequeretur quòd si sciret testator uires sui patrimonii, non procederet. d. l. quod est contra generalitatem d. l. Marcellus & contra generalitatem. l. si quis testamento de leg. j. §. j. & d. §. sed si excesserit. §. filius. d. §. quidem, uera ergo sol. inter l. Marcellus & d. l. cum quæstio est, quòd in altera eadẽ res in altera uerò res omnino diuersæ duobus fuerunt relictæ. Item in altera erat totum & pars, in altera non differebant relicta tanquam totum et pars, sed tanquam plus & minus, cum essent diuersa. Veraque ratio est quòd in altera pars toto derogare uidetur, in altera uerò omnia erant æquè principalia, solùm in quantitate. i. tanquam plus & minus differentia. unde non erat cur unum alteri derogaret. & contra communem sol. facit etiam quia testator semper præsumitur sciuisse uires sui patrimonij. Vnde si ut. dd. ll. procederent, necesse esset quòd testator uires substantiæ suæ ignoraret, iam dd. ll. regulariter non procederent, sed in casu raro contingente. contra. l. nam ea quæ semel. ff. de legib. iuncta l. quisquis. C. de rescin. uendi.

78 *Intell. l. Marcellus ff. ad treb. quòd procedat etiã si testator sciret uires sui patrimonii contra communem.*

79 *Si primo totum alteri pars sub toto cõtẽta relinquatur tunc integra pars de toto deducitur nec fit concursus in ea parte contra Paul.*

Infero contra Paul. in. d. l. cum quæstio. col. 2. ad fin. dicentem, quòd inter. l. Marcellus & l. cum quæstio. uera sol. est quod in. l. cum quæstio primo totum secundo pars totius relicta fuit. at in. l. Marcellus primo totum secundo pars non totius sed contenta sub toto relicta fuit. quam sol. rectè improbat Corn. ibidem col. ii. ad medium eò quòd ex se ipsa confunditur. nam si uerũ esset, quòd uni totum alteri pars sub toto tanquam sub genere contenta, relicta esset, certè iam pars illa toto derogaret, tanquam generi, quia generi per speciem derogatur. itaque etiam si fateremur præsuppositum Pauli. s. quòd uni totum alteri esset pars relicta, ad huc eius op. falsa esset. sed ultra Corn. eius sol. uera non est ex eo quòd in. l. Marcellus nulli eorum totum relictum fuisse rectè diceretur. ut statim dicam.

80 *De eadem re contra Paul.*

Infero contra Paul. in. l. cum quæstio. C. de legat. col. ii. post medium, dum ait post. glo. ibi quam refert, quòd uera sol. inter. l. cum quæstio & d. §. sed si excesserit, cũ conc. ea est, quod in. l. cum quæstio primo totum deinde pars relicta fuit, at in. §. sed si excesserit primo uni pars, deinde totum fuit alteri relictum. hæc sol. quo ad. §. si excesserit uera non est. quia eum multum restringit, cum procedat etiam si partes æquales utrique essent relictæ, uel etiam si primo plus, alteri uerò minus relictum esset.

81 *De eadem re contra Cornenm.*

Infero contra nouissimum intellectum Corn. in. l. cũ quæstio. col. ii. dicentis, quòd in. l. Marcellus uni (. s. fidei commiss. uniuersale fuit totum relictum & in hoc conc. cum Paul. & etiam cum communi op.) alteri uerò non fuit relicta nõ solùm pars totius sed nec etiam pars contenta sub toto. & sic dum negat legatario partem totius fuisse relictam recedit à communi op. tenendo cum Paulo, & dum negat legatario etiam partem contentã sub toto fuisse relictam recedit tam ab op. Pauli quam communi, dicit ergo ipse, quòd ea ratione legatario etiam pars contenta sub toto non uidetur relicta, quia si hæres seu fideicommissarius uniuersali teneretur legatum quantitatis præstare de ipsis corporibus seu nummis hæreditariis uel nummis ex uenditione rerum hæreditariarum redactis, quod tunc bene uerum esset partem sub toto hæreditatis contentam fuisse legatam.

Sed cùm hæres legatario possit soluere de bonis suis uel alterius ut sic satisfaciat suæ obligationi personali, qua legatario tenetur (nam licèt pro rebus hæreditariis legatis competant tres actiones, tamen si genera legentur, ut quantitas, tunc personalis & hypotheca tantùm actio datur ut per doct. post Bar. in. l. 1. ff. de leg. i.) meritò dicendum est quantitatem legatam nõ esse partem hæreditatis, nec sub hæreditatis toto contentam. & in hoc rectè loquitur contra communẽ & Paul. sed quatenus fatetur quòd fideicommissario uniuersali fuit totum hæreditatis relictum, quod etiam Paul. & communis op. tenet. certè dissentio quo ad nostram materiam. nam licèt uerum sit totum ei fuisse relictum respectu creditorum, quibus tenetur, ut hæredi subrogatus. l. 2. ibi, ut te suo loco ad Treb. ff. tamen respectu legatariorum non habetur tanquam hæres, ex eo quod ipse nõ fungitur officio hæredis in præstandis sua manu legatis. nam licèt regulariter eo officio fungi deberet, ut. l. fin. C. ad treb. tamen in casu illius. l. Marcellus non fungitur, quia testator legata ea, manu propria hæredis præstari iussit. Vel quod hæres etiam personaliter ad ea soluenda teneretur. quod magis puto per text. ibi (Ad hæredis onus) qui innuit, quod non solùm facultas exequendi sed etiam ipsa obligatio præstandi maneret penes hęredem. ut sit sensus, quod hæres in primis quartam deducat, deinde personaliter sit obligatus tam ad singularia legata pręstanda quam ad hæreditatem restituendam, computatioq; tam in fideicommisso uniuersali, quam in legatis fiet in fi. & sic in omnibus dissentio ab omnibus tripliciter, primo quòd legatario in. l. Marcellus non esset relicta pars totius, secundo quòd non esset relicta pars etiam sub toto contenta. tertio quòd fideicommissario uniuersali saltem respectu legatariorum totum hæreditatis relictum non uideatur. fateor tamẽ quòd sol. mea solutioque Paul. & sol. Cornei in effectu parum distant.

Legatis quantitatibus uel generibus nõ cõpetit legatario rei uenditatio.

82 *De eadem re. Hæredem iussi ut restitueret hæreditatem legaui res quasdam hæreditarias integraliter debentur legatario contra mẽtem communis op.*

Infero quod 82 si iussit ut corpora hęreditaria per legatum mihi darentur tibique iussit hæreditatem restitui, tunc tota integraq; illa corpora mihi præstanda essent, nec fieret ulla computatio secundum. l. Marcellus quod est contra Paul. nam si uerum esset quod quando pars contenta sub genere seu toto legatur, tũc illa pars non derogaret generi, nec detraheretur integra, tunc cum isto casu corpora legata contineantur sub toto seu genere hęreditatis seu fideicommissi uniuersalis, sequeretur quod talia corpora integra non deducerentur de toto, estque contra mentem communis op. nam licèt hic per nomina quantitatis non fiat, relictum nihilominus tamen integrè deducitur de toto hęreditatis, communis op. uolebat quod solùm integra deducerentur quando per nomina quantitatis relinqueretur.

83 *De eadem re contra communẽ: Intell. plurium legũ contra mẽtẽ communis op.*

Infero 83 contra communem de qua per Corn. col. ii. ad fi. in. l. cum quæstio. quod d. §. sed si excesserit. d. §. quidam. d. §. filius. §. ex diuerso. §. sed si plures. instit. de hęr. instit. procedunt. non solum quando constat quod testator uoluit transire ad dupondium sed etiam si non constet, sed simus in re dubia. nam in re dubia sunt illę leges, ut sic seruiant de dubio, non autem quando uoluntas testátis esset certa & indubitata, quo casu procederent sine dubio, auth. de nup. §. disponat. l. in conditionibus primum locum. ff. de cond. & dem.

84 De eadem re contra Paul. Raphael. & Cercucam.

Infero ineptam 84 esse distinctionem Pauli post Raphael. & Corn. in d.l. cum questio col. 3. in medio quia in l. cum questio col. ii. in pr. & iterum in fin. eiusdē col. ait quod. §. sed si excesserit. §. quidam. §. filius, procedunt quando in eadem dispositione testator plures quam ta. uncias distribuit, secus si in diuersis dispositionibus ut d.l. cum questio, certè hec distinctio inepta est. nam institutio fieri non potest nisi in testamēto ut. §. fi. inst. de codicill. testamentumq; reuocari nisi per aliud solenne non potest. §. posterior. §. ex eo. inst. quibus modis test. infirmat si aliud testamentum fiat, tūc expeditum est, primum testamentum reuocari inque eo contenta adimi. d. §. posteriore ergo talis ademptio non contingit propter dispositionem. l. cum questio sed propter dispositionem d. §. posteriore. cum concor.

85 Simpliciter instituti realiter coniuncti uidentur his qui partes uel uncias certas expressim designatas habuerunt.

Adde quod si dixi, primus 85 ex unciis sex, secundus ex aliis sex, heredes sunto, tertius heres esto. sunt, qui dicant tertium primis re coniunctum non esse, quod ad dupondium transire testator uideatur, & idem in legatis & ito intelligunt. l. Meuio. ff. de leg. ii. tu dic, quod ad dupondium transire uideatur, fateor quid tamen ideo impediatur cōiunctio realis nego, quia quòd ad dupondium uideatur transire id fit legis interpretatione. nam testator solidum tertio dedit. ut. l. si ita scriptū in uerb. totus as. ff. de her. instit. legis autem interpretatio non tollit realem coniunctionem ut supra diximus.

86 Coniunctus re tantum an uerbis tantum cōiuncto praeferatur atdua q.

Denique d.l. si ita scriptum & d.l. Meuio inducuntur ad illam egregiam questionem utrum 86 re tantùm coniunctus, uerbis tantùm coniuncto præferatur, an contra an forte pariter admittantur, qua in re commu. op. esse uidetur ut neuter alteri preferatur, ita Azo Bart. Raynerius Bal. Ang. Florian. & Ioan. de Imol. io. l. si ita quis heredes. ff. de here. instit. Abb. in clem. & hi qui. q. 23. de etate. & qual. Ioan. fab. in. §. si eadem inst. de lega. Ruinus. in. l. Gallus. §. & quid si tantùm. col. 42. ff. de libe. & posthu. Ias. consi. 143. spectabilis quondam. col. ii. lib. 4. Crotus in. l. re coniuncti. ff. de lega. 3. ubi Bart. & alii non pauci Cynus & Dynus in d.l. si ita quis. Angel. & Christ. Portius. post glo. ibi in uerb. disiunctim.

Contrariam partem ut uerbis coniunctus re tantum coniuncto præferatur tenent. Petrus de bella pertica. Iaco. de Rauc. Rapha. Cuma. Petrus de Besutio Iacob. de Puteo. in d.l. re coniuncti. Castaldius in Rub. ff. de usufruc. accresc. Alciat. in. l. triplici. ff. de uerb. signi. Ias. qui hanc dicit commun opin. in. d.l. re coniuncti. num. 46. & num. 148. & ibi Ripa. num. 114. qui hanc dicit esse com. opin. & Lancel. Politus num. 53. qui hanc partem receptiorem putat, Alciatus paradoxorum lib. 6. c. 7. Corras. in. l. testamen. nu. 4. cum sequentibus. C. de impub. Zasius. lib. 1. singula. intellect. c. 18. col. 3. & hanc partem receptiorem esse fatentur licèt priorem sequantur Besutius col. 1. & Crotus nu. 47. in. d.l. re coniuncti. mouetur Petrus. nam qui in uno grauatur in alio debet alleuiari. l. eum qui. ff. de iure iurando. sed in formali coniunctione accrescit cum onere, & in hoc grauatur coniunctus, ideo in iure accrescendi debet alleuiari. Bart. Soluit quod uoluntas testatoris soluit contrarium. ista solutio Bart. non eneruat contrarium quia Bart. loquitur in casu claro, & Petrus in casu dubio, tu pro Bart. sic dicas, quod est diuersa ratio, quia uerbis coniuncti propter uerbalem coniunctionem habentur pro uno, non mirū si onus est communicandum quia uidetur ac si uni personæ sit impositum, quòd est secus in reali coniunctione, in qua coniuncti non habentur pro uno sed requiritur quòd pluribus legetur. ut est tex. in. d.l. re coniuncti in uerbo duobus & in. d. §. si eadem inst. de legat. & in dubio, onus censetur personale ut notatur in. l. placet ubi per Bal. C. de Sacro Sanc. Eccles. ideo ad diuersam personam non extenditur, uel aliter dicas quia uerbis coniuncto pars deficientis iure accrescendi acquiritur, non mirum si ob hanc utilitatem etiam debet sentire dictum onus arg. d. l. eum qui. sed in re coniunctis est secus, quia non accrescit sibi per alium re tantum coniunctum repudiantem. l. neminem ubi glo. ff. de leg. 2. & sic sibi de nouo non acquiritur. ratio est, quia testator omnibus prima facie solidum as assignare uidetur. d. §. si uerò nō omnes, ideo nullum onus est considerabile quod sibi accrescat, nisi expresse per testatorem imponatur. d.l. quæ conditio. Item uoluntas defuncti debet interpretari ut magis ualeat quam pereat. l. quoties. ff. de rebus dubiis. sed si præferatur uerbis coniunctus ualet onus legato adiectum, si re coniunctus præfertur, onus uitiatur, ergo magis debet præferri uerbis coniunctus. arg. l. proximè. §. in re dubia. ff. de his quæ in testa. delen. Bart. respondet, quòd hoc est ex tacita uoluntate defuncti, qui rem unicuique re coniunctorum in totum assignabit. §. sed ne uarietatis. C. de cad. tollen. item non uitiatur dictum onus ex parte ipsius re coniuncti acceptantis, sed uitiatur ex parte re coniuncti repudiantis, quia tale onus re tantùm coniuncto sibi uidetur impositum, ubicunque ipse re tantùm coniunctus agnouisset partem sibi legatam. sed quia ipse repudiauit, & ex tali repudiatione eius pars non accrescit alteri coniuncto, cùm totum sibi uideatur legatum. d.l. neminem. ideo de tali onere nulla est ratio habenda, quod esset considerandum quando ex. d. repudiatione. d. agnoscenti aliquid accresceret, uel quando in communi tale onus esset impositum. uides ergo ut ex scribentium non nulli tenuerint, quòd horum coniunctorum neuter alteri in iure accrescendi præferatur alii quòd uerbis tantùm coniunctus, re tantùm coniuncto potior sit. nec etiam desunt, qui sint in contraria sententia, ut re tantùm coniunctos uerbis tantùm coniuncto præferatur potiorque quò ad prelationem in iure accrescendi habendus sit. & ita etiam Roger. dicebat quod re tantùm coniunctus præfertur uerbis tantùm coniuncto, primo pro hac opinione adducitur tex. in fi. in. d.l. re coniuncti ut ibi per gl. secundo inducitur quia re tantùm coniuncti ueniunt per rationem aut ius non decrescendi, & sic euitant damnum. coniunctus autem uerbis tantùm uenit per ius accrescendi, & sic quærit lucrum, ergo re coniunctus debet preferri. l. fi. §. licentia. C. de iure delib. l. fin. C. de codi. ista opinio communiter reprobatur & nullus eam sequitur. d. Ias. pro ea adducit tria fundamenta disputatiuè tamen parum uel nihil faciunt & ipse eadem soluit. potest tamen dupliciter confirmari quia portionem deficientem re tantum coniunctus à principio dicitur habuisse. l. utrum. ff. de reb. dub. l. planè. ff. de leg. i. & iure proprio acquirere & quasi suam. §. si uero non omnes. C de cad. tollen. quod est secus in uerbis tantum coniunctis qui non ut propriam acquirunt partem repudiantis, sed ut alienam. ut in tex. d.l. re coniuncti ideo uidetur quod re coniunctus est preferendus, quia in plus habetur ueniens iure proprio quàm alieno ideo in plus se habet substitutio directa quàm obliqua. l. centurio. ff. de uulg. l. præcibus C. de impube. quia est magis proficua ut ibi c. si pater de testa. lib. 6. confirmatur quia inter re tantum coniunctos est concursus. gl. Dy. Albe. & Bar. in. d.l. coniunctim ff. de leg. 3. & concursus præsupponit quod re coniunctus sit dominus. d.l. si mihi & tibi, ibi ex meo legato. ff. de leg. 1. d. §. si uero non omnes, quod cessat in uerbis coniunctis Bart. in d.l. coniunctim ubi Dy. & Albe. facit quæ not. Abb. in c. cum Ecclesia sutrina extra de cau. pos. & proprie & in c. nihil extra de uer. signi. ubi dicit quod testes in re uariantes sunt plus repellendi quam uerbis uariantes, ergo in plus habentur re uariantes & sic implus est habenda realis coniunctio Bal. in c. cæterum col. 5. extra de iudi. & in præludiis feudorum colū. to. quem sequitur Iaso. in. l. quoties colum. 7. de rei uen. ubi uult quod plus ualet inuestitura feudi realis quàm inuestitura uerbalis probatur in. d.l. quoties, ex quibus habes 4. fundamenta pro re tantùm coniuncto. Nouissimè Corras. in. l. test. de impub. num. 6. tenet uerbis coniunctum præferendum, mouetur per. d.l. re coniuncti

Gra uatur si quis in uno in alio alleuiatur.

Onus præsumitur personale.

Cōiunctus re collegatario repudiante uel lucri facere uidetur.

Coniunctus re collegatario repudiante eius portionis dominus uidebatur.

87 Testes in re uariantes peiores quam si in uerbis uariarent.

iuncti & ex eo quod uerbis tantum coniuncti appellan-
tur coniuncti secus in re tantum coniunctis, confirma-
tur ultra eum arg. l. si pluribus de leg. i. nam inspecto ri-
gore si Titio fundum legaui deinde Seio eundem fundũ
cum rei simpliciter prolatæ appellatione integra res
subintelligitur, uidetur quod alteri totum alteri totius
rei extimatio debetur. & sic quod nullatenus coniun-
cti essent nisi lex interpretaretur fauore hæredis, ut
non totum cuique. sed partes reliquisse uideretur, sed
certè hæc ratio uiget in oppositum. nam si inspecto ri-
gore uerborum solidum cuique deberi uidebatur, & le
gatarii legis interpretatione in hoc grauantur ut partes
concursu faciant, quò fit ut altero repudiante totum
quisque iure suo capiat, certè potentius ius deberet ha-
bere re tantùm coniunctus ad partem defectam quàm
uerbis tantùm coniunctus. arg. l. & magis. ff. de solut. l. si
quid bello. ff. de captiuis. ubi fortius ius reputatur quod
quisque ex persona sua quàm quod alterius beneficio
prætendit. hinc infertur sol. ad rationem Corrasij, nam
fateor uerbis tantùm coniunctos esse, & appellari con-
iunctos, re autem coniunctos neque uideri neque ap-
pellari coniunctos, sed id non quòd per hoc minus iu-
ris sed ꝗ plus iuris testator eos habere uoluit. unde in
re dubia his potius quàm illis fauendum est. præterea ut
res uerbis præfertur l. 2. com. de leg. ita & re coniunctus

Accrescẽdi ius est lucrum insperatum.

uerbis coniuncto præferendus. sicque erit. 5. fundum
pro re tantùm coniuncto. nam & ius accrescendi dicitur
quoddam lucrum insperatum & aduentitium. l. scimus
§. repletionem. C. de inoffi. testam. unde infertur, ut ibi
in tex. & ad tale lucrum inuitamur ubi est qualitas con-
iunctionis & non aliter sed ad nostrum ius tuendum &
conseruandum ut est in iure non decrescendi quod da-
tur re tantùm coniuncto, nulla qualitas coniunctionis
exigitur cum libentissimè concedatur, quasi res facilè
reuertatur &c. l. si unus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. l.
filio quem. ff. de lib. & posthu. Sextò 88 adduco, rè

De cad. re.

88 tantùm coniunctus agit de damno uitando suoque con-
seruando. § sin autem ad difficientis. C. de cad. toll. ergo
debet præferri uerbis tantùm coniuncto, qui agit de
lucro acquirendo l. fi. C. de codicill. & quia conseruatio

Conseruatio facilior quam noua acquisitio.

89 quàm acquisitio facilius conceditur. l. j. in fi. cum dua-
bus sequentibus. ff. de itinere actuque priu. l. patre furio-
so. ff. qui sunt sui uel alieni iuris. 7. quia expressum facit
cessare tacitum. l. cum ex filio. ff. de uulg. sed re tantùm
coniunctus habet expressam uoluntatem, quia portio-
nem etiam nunc uacantem sibi expressim testator de-
dit. ut. d. l. Meuio ergo quò ad illam debeat excludere
coniunctus re uerbis tantùm coniunctum qui & tacita
solùm uoluntate ad illam portionem aspirare potest. ut
l. si Titio & Meuio. §. Iulianus de leg. 2. 8. cessante om-
nino reali coniunctione cessat ius accrescendi, licèt ad
sit uerbis coniunctio l. huiusmodi. §. quibus de leg. j. l.
fi. §. Seio, secundum meum intell. ff. de leg. 2. at cessante
uerbali coniunctione adhuc si adsit realis datur ius sal-
tem non decrescendi, ergo ad ius accrescendi potentiæ
maioris est realis quàm uerbalis coniunctio. facit &. 9,
secundum Ias. nam & si ius non decrescendi in reali con
iunctione non impeditur per ius retentionis, tamen ius
accrescendi in uerbali bene impeditur per ius retentio-
nis, ista probantur in. l. planè. §. si coniunctim iuncto. §. si
duobus & ibi declarat Bart. ff. de leg. i. ergo coniunctio
realis uidetur esse fortior uerbali. responde quòd immo
etiam in reali ius retentionis impedit ius non decre-
scendi. ut est tex. in. l. huiusmodi. §. Titio. ff. de leg. i. &
ad. l. planè. §. si coniunctim responde, quòd ideo ius ac-
crescendi impeditur per retentionem quia ibi alius col
legatarius admittebatur ad partem aliquo iure, uide-
licet de æquitate, & ideo eius pars, non accrescit alteri
collegatario. Sed in. d. §. si duobus collegatarius nullo iu
re admittebatur neque admitti sperabatur, ideo ibi to-
tum pertinet ad legatarium sibi coniunctum. ita arguit
& soluit Ias. in. d. l. re coniuncti, sed ad huc hoc fundamẽ
tum urget, nam si uera est opin. Bart. in. d. l. huiusmodi.
§. si Titio per tex. ibi. ff. de leg. i. dicentis 90 referre

Accrescendi ius an impediatur per ius retentionis.

utrum mihi & Titio uerbaliter tantùm coniunctis lege 90
sur res, ut tunc pars Titii repudiantis mihi non accre-
scat, si hæres erat in possessione rei legatæ, & sic ha-
bebat ius retentionis, an uerò essemus ego & Titius rea
liter coniuncti, ut tunc etiam hæres esset in possessio-
ne rei legatæ, & per hoc haberet ius retentionis non
desineret pars Titii repudiantis mihi accrescere ex ui
realis coniunctionis, quia fortior est hoc casu secun-
dum Bart. ibi, coniunctio realis quàm uerbalis. & licèt
ius retentionis etiam hęredi detur aliquando contra
realiter coniunctum, tamen illud est in casibus particu-
laribus quòd non sunt considerandi, tamen secundum
Bart. contra uerbaliter tantùm coniunctum etiam regu-
lariter id ius retentionis etiam de facto conceditur hę-
redi. de illa tamen opin. Bar. disseruimus latè suo loco
ut suprà. §. 10. de succ. cre. 9. arguitur sic, ius accre-
scendi quod inducitur ex coniũctione uerbali inter con
iunctos uerbis tantùm, non habet locum in contracti-

Acc. uel non decrescendi ius an sit in cõtractibus.

bus. l. si mihi & Titio in priu. ff. de uerb. obli. & in ius nõ
decrescendi, quod causatur à coniunctione reali habet
locum in contractibus. l. proprium. ff. commu. prędio. &
ita concludunt Bar. & doc. in. d. l. si mihi & Titio, ergo
uidetur quòd fortius ius causetur ex reali coniũctione,
quàm ex uerbali ergo debet facere ut coniunctus re tã
tùm præferatur uerbis tantùm coniuncto, huic funda-
mento respondet Alex. in. l. stipulatio ista. §. cum qui in
ult. col. ff. de uerb. obli. & in. l. planè. §. si coniunctim. ff.
de leg. 1. quòd immo etiam in contractibus non habet
locum ius non decrescendi, & hoc modo cessat et arg.
illud probat secundum eum tex. in. d. l. si mihi & Titio
qui loquitur in coniunctis re & uerbis, & tamen non
habet locum ius non decrescendi, nec obstat secundum
eum. d. l. propriũ, quia loquitur in indiuiduis, igitur tunc
habet locum ius non decrescendi. ista sol. Alex. est cõtra
communem opin. Bar. & doct. in. d. l. si mihi & Titio pro-
ut etiam fateretur ipsemet Alex. idcirco tu not. respon-
de huic fundamento, quòd non ualet consequentia, in

Stipulatur si quis sibi & alteri an partes ex proprietate sermonis fecisse uideatur cõtra Ias.

contractibus habet locum ius non decrescendi, non au-
tem ius accrescendi, ergo coniunctio realis, quę cau-
sat ius non decrescendi dicitur esse fortior, ista conse-
quentia non ualet, eò quia in contractibus attenditur
proprietas uerborum neque per præsumptiones rece-
ditur à uerbis. l. quicquid astringende in priu. ff. de uer-
bo. obli. unde ideo in contractibus non habet locum ius
accrescendi, quia qui stipulatur sibi & Titio fundum
pro uirilibus portionibus propriè sumendo, non qui-
dem stipulatur sibi nisi partem, ergo pars Titii sibi non
accrescit: sed ubi stipulatur sibi totum fundum, & si-
militer totum Titio sibi quæritur totum per ius non de
crescendi quia stipulationis uerba hoc important, licèt
sint stricti iuris, sed in ultimis uolũtatibus iniquibus fit
latior & benignior interpretatio. l. in testamentis. ff. de
reg. iur. & c. cũ dilecti, de do. ex pręsũpta mẽte defuncti
inducitur ius accrescendi in coniunctis uerbis tantũ ita
arguit & soluit Ias. in d. l. re coniuncti, cuius respõsio est
euidenter falsa. nam dicere quòd quando pluribus ean-
dem rem promitto uel lego, tunc inspecta uerborum
proprietate uidear partem tantùm cuique dedisse. id est
contra tex. in. l. Meuio in pr. in uerb. totus. ff. de lega. ii. &
in. l. coniunctim. ff. de leg. 3. & in. l. si separatim. ff. de con-
dit. & demonst & in. l. cum quæstio. C. de lega. & in. §. si
eadem inst. eod. & in. l. j. §. interdum in uerb. totius. ff. de
usufr. accresc. & in. l. inde Neratius in uerb. in solidum.
eod. titulo ubi habetur, quòd qui simpliciter & indefi-
nitè ad hæreditatem uel legatum inuitantur ad solidũ
legatum, uel rem quisque eorum inuitatus uidetur. nec
ad rem pertinet, quòd inter eos res illa scindatur. ut §.
si plures inst. de hær. inst. l. interdum. §. j. ff. eod. l. legata
inutiliter. §. fin. ff. de lega. i. l. si pluribus eod. nã illud pro
cedit ex legis interpretatione contra uerborum proprie

catem

tatem, ne hæres circa eandem rem præstandam bis o-neratus uideatur, ita quod integrum adhuc manet argumentum ut retenta cómuni opinione, quæ habet quód in contractibus licèt non sit ius accrescendi ex ui coniunctionis uerbalis, est tamẽ ius non decrescendi ex ui realis coniunctionis. tunc necessario tenendum sit longè fortiorem esse realem coniunctionem quàm sit uerbalis, & consequenter quod re coniunctus uerbis coniuncto præferatur. sed de ueritate illius communis op, scilicet an in contractibus sit ius non decrescendi suo loco latè disceptamus. nam dum infra enumerauimus longè plenius quàm alibi casus, in quibus cessat ius accrescendi, uel non decrescendi, defendimus contra receptas sententias ibi cessare etiã ius nõ decrescendi, quod & olim inter plura quàm 700. paradoxa Salmáticæ tuebamur. præterea & 10. arguitur sic, nam 91 ius accrescendi non habet locum ubi legatum debetur de iure speciali. l. si mulieri & Titio. ff. de cond. & demonstr. & tamen ius non decrescendi bene habet locum quando legatum debetur de iure speciali. l. iii. §. si coniunctim. cum glo. & . l. filium §. fin. ff. de leg. præstan. & istam differentiam firmat Bart. in iii. q. prin. in. l. re coniuncti ergo apparet quod ius non decrescendi competens re cõiuncto, est fortius quam ius accrescendi cõpetens coniuncto uerbis, ergo sequitur ꝙ coniunctus re sit præferendus coniuncto uerbis. Responde ad rea. in. l. iii. §. hoc autem solum. ff. de leg. præstan. ꝙ ideo habet locum ius non decrescendi eo quia totum habet iure suo, cum totum sit sibi relictum & illud edictum de legat. præstan. conseruat id quod est relictum, sed coniuncto uerbis tãtùm sola pars pro indiuiso fuit relicta, & alia sola iure speciali sibi conseruatur, ideo alia deficiens sibi non accrescit. d. l. mulieri & Titio. de cuius, tamen intellectu dubitat multùm Bart. in ui. q. prin. in. d. l. re coniuncti. unde in illo edicto, de leg. præstan. agitur solùm de conseruando illud, quod est relictum, & non de prælatione. Et quia coniunctis re, totum est cuilibet in solidum relictum, ideo ibi ius non decrescendi est ualidius propter uerba illius edicti alias secus esset, ita arguit & soluit Ias. in. d. l. re coniuncti sed certè hæc responsio parum satisfacit. unde retenta communi opin. existimantium ꝙ admissus ad portionem suam de iure speciali is licèt ea ui realis coniunctionis possit habere ius non decrescendi. ut d. §. si coniunctim tamen ex ui coniunctionis uerbalis ad ius accrescendi non admittantur. ut. d. l. mulieri & Titio. tunc certè negare non possemus, quin realis coniunctio longè fortior esset, & consequenter ꝙ re coniunctus præferetur uerbis coniuncto. de ueritate tamen illius communis opin. suo loco disceptamus. interim tamen negari non possumus, quin in terminis illius edicti de legatis præstãdis, in casu superiore & reliquis casibus similibus, licèt denegetur ius accrescendi strictè sumptum, quod descendit ea uerbali tantùm coniunctione, non tamen denegatur ius non decrescendi quasi iustius sibi locum uendicet. præterea & 11. pro nobis contra communem facit. nam nullus ut puto erit qui (si modo l. aliqua ferenda esset hac de re) non decideret legemq́ue ferret in fauorem eius, qui re tantùm coniunctus esset contra eum, qui uerbis tantùm coniunctus esset ex rationibus suprà citatis. modò autem uidendum est, an cum is articulus nulla satis apertè lege decisus sit, tamen sufficiant rationes superiores ut in fauorẽ realiter tantùm coniuncti iudicandum sit, & puto eas sufficere: sed ꝙ plus est possemus firmare hunc articulum lege decisum esse. scilicet per. l. cohæredi. §. qui discretas. ff. de uulg. iuncta declaratione glos. ibi, quam doct. communiter sequuntur ibi & ubique. ibi enim probatur ꝙ dixit testator, primus & secũdus in dimidia hæres esto, secundus & quartus in altera dimidia, uosq; inuicem substituo. tunc primo repudiante eius pars secundo tantùm, non etiam tertio uel quarto accrescet. idem si ponas eos disiunctim uocatos, puta primus in dimidia hæres esto, secũdus in eadem dimidia hęres esto, tertius in altera dimidia hęres esto, quartus in dimidia, tertio data hæres quoque esto. nam primo repudiante eius pars secundo tantum, non etiam tertio accedit, ei licet ibi loquatur in substitutione tamen idẽ erit in iure accrescendi, argumento. l. si Titio & Meuio. §. Iulianus. ff. de leg. ii. l. Lucius. ii. §. Lucius Titius testamento. ff. de leg. ii. l. codicillis. ff. de usufr. legato & si dixeris ꝙ in terminis. d. §. qui discretas, nullus erat uerbaliter coniunctus resp. ꝙ ille tex. bene potest intelligi quando erant uerbaliter coniuncti. ueluti si dixit, primus & secundus in dimidia æquis partibus, & secundus & tertius in altera dimidia similiter. ęquis partibus hæredes sunto. nam & hic omnes sunt uerbis coniuncti omnesq;, re disiuncti & tamen primo repudiante eius pars secundo tantùm non etiam reliquis deberetur, siue ea iure accrescendi siue iure substitutionis deferretur. ex mente illius text.

91 *Accrescendi ius & ius non decresc. differunt & an dentur quando in re speciali portio debetur.*

Intell. l. cohæredi §. qui discretas. ff. de uulg.

Præterea & 12. pro nobis facit. l. Iulianus. ff. de acq. hær, in fi. & l. triplici in fi. ff. de uerbo. signi. intelligendo quòd ibi si unus eorum, qui fuerunt coadunati in eadẽ portione repudiasset, tunc eius pars ei soli, qui secum fuit coadunatus, non etiam reliquis accresceret.

Præterea 13 pro nobis est apertior tex. in. l. si mulieri cum liberis. ff. de usufr. accres. ubi dixit mulieri cum liberis usumfructum lego, uno liberorum repudiãte eius pars aliis fratribus, nõ etiam mulieri accrescit, sed tunc demum mulieri accrescere posset cùm omnes nullo dempto exclusi essent, & tamen omnes erant uerbis & re coniuncti. sed quia liberi erant in una portione coadunati ideo in iure accrescendi præferuntur. nec ad rem pertinet ꝙ Bar. & alii in. d. l. re coniuncti illam prælationem ex ui uerbalis non ex ui realis coniunctionis descendere intelligant. nam id nos suo loco confutamus.

Præterea & 14. pro nobis est tex. expressus si non exterminetur in. l. pe. ff. de usufr. accres. iuncta. l. sicut. §. i. quibus mod. usus. amit. nam licèt sola realis coniunctio sufficiat ad inducendum ius accrescendi in usufructu. l. sicut. §. i, ff. quibus mod. usufr. amittatur, tamẽ sola uerbalis non sufficit ut ius accrescendi inducatur. ut. d. l. pe. secũdũ Besuci. & Polit. in. d. l. re coniuncti & secundũ nos ut latius suo loco disseruimus. ergo realis longè fortior est quam uerbalis: quandoquidem sola realis inducit ius accrescẽdi uel non decrescendi in usufructu ꝙ non potest sola uerbalis.

Præterea & 15. (ut dixi) facit pro nobis illa uulgata regula quæ habet, quòd qui in uno grauatur in alio debet releuari. l. eum qui. ff. de Iure iur. sed re coniunctus per legis interpretationem grauatur, quia 92 cũ inspecta proprietate uerborum ad solidum fuerit à testatore inuitatus. l. Meuio in pr. in uerb. totus. ff. de leg. ii. & in. l. coniunctim. ff. de leg. 3. & in. l. si separatim. ff. de condit. & demonst. & in. l. cum quæstio. C. de lega. & in §. si eadem insti. eod. & in l. i. §. interdum in uerb. totius ff. de Vsuf. accres. & in. l. inde Neratius in uerb. insolidum eod. ubi habetur, ꝙ qui simpliciter & indefinitè ad hæreditatem uel legatum inuitantur ad solidum legatũ uel rem quisque eorum inuitatus uidetur. nec ad rem pertinet ꝙ inter eos res illa scindatur ut. §. si plures instit. de hær. inst. l. interdum. §. i. ff. eodem. l. legata inutiliter. §. fi. ff. de leg. i. l. si pluribus eod. nam illud procedit ea legis interpretatione contra uerborum proprietatẽ, ne hæres circa eandem rem præstandam bis oneratus uideatur. contra. l. Titia. §. qui inuita. ff. de leg. ii. cum ergo re coniunctus per l. interpretationem in hoc sit grauatus, ꝙ dum ex proprietate uerborum ad totum erat inuitatus, pars sibi à collegatario cõcurrente secum adimatur, consequens est ut in alio releuetur, scilicet ut collegatario concurrente integrum sibi legatum consequetur. in summa hæc pars necessariò tenenda est. nã si uerum est, quòd & proximè diximus inspecta proprietate uerborum re coniunctus ad partem deficientẽ

92 *Cõiunctus re tantùm ad totum inuitatus uidetur.*

nocatus

uocatus re uera fuit ab initio inspecta testantis dispositiooe licèt in executione concurrente collegatario uel cohærede ex necessitate, quæ caret lege diminuatur ei suum legatum: superest ut si collegatarius ille uel cohæres non concurrat, tunc integra maneat testantis dispositio ut.l.utrum in pr.ff. de reb.dub.l.un. §. ubi aūtē C.de cad.toll.l.si legatarius.§.finali.ff.delegat.j. facit.l. un. in pr. C. de cad. tollen.ibi, ut quod belli calamitas &c. nam necessitate cessante scilicet concursu cessante, propter quem fiebat diminutio, superest ut diminutio etiam cessat.facit quia res de facili reuertitur ad suam naturam.l.si unus.§.pactus ne peteret.ff.de pactis. tenendo hanc partem uerissimam quam ausim dicere. tunc ad op. Petri eiusq; fundamenta, qui tenebat uerbis coniunctum re coniuncto præferendum esse, resp.in primis quòd tex. iste in.d.l.re coniuncti potius probat nostram sententiam quàm contrariam, ideoq; illum tex. alibi pro nobis induximus. deinde & fortius.d.l.re coniuncti quàm sit malè apposita & diminuta, nullus sanus negauerit, ut suprà diximus, & cum tot tanquè uarios & etiam contrarios intellectus recipiat, non potest allegari ad decisionem causarum, nec in ea fieri sufficiēs fundamentum ad reliqua fundamēta pro Petro & communi adducta respondet Bar. satis plenè in.d.l.re coniūcti nec refero quia sunt leuissima fundamenta. ad fundamentum Bar. dicentis re coniunctum uerbisq; coniunctum pariter admittendus cuius op. etiam uidetur communis, resp. in primis ad.l.re cōiuncti, quòd non potest in ea ut dixi aliquod fundamentum fieri. præterea etiam.l.illa inducitur pro nobis.ad.l.si ita quis hæredes.ff.de hær. inst.& d.l.Meuio in pr.ff.deleg.2.respon de ut diximus infra in materia iuris accrescendi in 26. casu, quo cessat ius accrescendi. unde, quæ hic desunt petenda sunt, præsertim quo ad intell.d.l.si ita quis & l. Meuio in pr.ff.de lega.ii.

Hactenus de institutione extraneorum de liberis uerò & parentibus & quibusdam transuersis, quibus legitima debetur hæredibus instituendis agimus in lib.ii. de successionum resolutione sub tit. de inoffi. test. ubi huius rei propria sedes. disseruimusque in lib.i.de succ. creatio.§.10.in rep.l.quoniam in prioribus & lib. 2. super rep.auth.nouissima.§.20.& lib.3.§. 30. super rep.l. omnimodo in pr. & in.§.imputari.C.de inoff.test.ex dictis.n.iuribus cōstat liberos & parētes, & interdū ēt fratres necessariò esse hæredes instituendos, saltē in legitimis à lege ipsis definitis, nisi iustis ex causis, q̄ definiuntur per auth.ut cū de appell.cogno.§.causas uel exhęredati fuerint uel fortè præteriti in quibus casibus præteritio pro exhæredatione habetur. Quibus adde ꝙ interdum fit præteritio 93 aut exhæredatio aut ēt institutio per errorem, & quidem pręteritio tunc preterito non nocet.l.sicut certi.l.si cum uel in utero.C.de mil.testamento non quoq; noceret exhæredatio.l. Titius in pr. ff.de libe.& posth. Sed licèt his casibus præterito aut exhæredato læsio nulla fiat, fit tamen testamento, quia desinit ualere, uel potest infirmari. ut dd.ll. nisi in casu nouo & singulari de quo in.l.3.C.de inofficio.testamento. Institutio uerò facta per errorem similiter non ualet saltem cum effectu.l.fin.ff.de hære.inst.l. neq; apud & l.si pater.C.eod.titulo.l.fin.eod. nisi esset rectum (ut aiūt) ab errore (quale est enim 94 omnes filios generaliter institui quorum unum mortuum esse falsò opinabar) tunc enim & si inspecta mente ille præteritus fuerit tamen quia inspectis uerbis institutus reperitur ualet institutio sustineturque testamentū secundum nos, licèt contrarium tenuerit gl.in.d.l.Titius in pr. quam cō muniter app. esse firmat Ias.in d.l.sicut certi & iterum in.d.l.Titius nu.18.ꝙ dic & plenius infra titul.& §.seq. prope finē ex quibus soleo damnare triste facinus Torquati filium suum uictorem ideo interficientis quòd cōtra patris præceptum cum hoste congressus fuit, illud enim fuit rectum ab errore quod impunitum esse debet.

93 *Errore uitiatur institutio præterito & exhæredatio.*

94 *Institutio filiorum generalis cōprehendit etiam eum filium quē testator se habere ignorabat contra cōmunem.*

Historia Torquati.

Denique iuxta superiora uno uerbo etiam redeundo ad tempus certæ ætatis quod diximus suprà per.l.si mater.ff.de uulg.l.hæres meus.ff.de condit. & demonst. in relictis posse apponi intelligo cum iudicio & discretione, nam si testator domum mihi reliquit, ita ut post cētum annos illam habeam id tempus hæcq; dilatio non facit conditionem, aut si facit reiicietur idemq; in institutione quasi cuius euentus sit impossibilis cum inspecta legis censura usque ad centum tantum annos quis uiuere possit. ita 95 intelligo & amplio.l.conditiones contra &.l.conditiones quæ cōtra &.l.filiusfam.ff.de cond. inst.l.3.ff.de cond.& demonstr. & ita ampliatur.l.3 2.tit. 9.par.6.&.l.j.&l.iij.tit.iiij.par.vj.

95 *l.i. & iij. titul. 4. par. 6. ampliatur.*

Neque ad rem pertinet, ꝙ conditio impossibilis de facto uitiet & non reiiciatur per.l.ut tradunt Bart. & omnes in.l.j.ff.de condit.inst.glo.in.§.impossibilis inst. de hęr.inst. nam illud procedit quando erat impossibilis, ueluti hoc modo si tantam uim auri daret ut id uix ditissimo principi fas esset, non sic in specie nostra ubi uidetur impossibilitas naturæ, cùm potentia principum aut imperatorum aut aliorum non differt a reliquorum hominum potentia & ita 96 limito nouè.l.4. titul. 4. par.6.iuncta doctrina Ioa.Imol.in.l.j.col.fin ff. de condition. instit.

96 *l. j. in.l. 4. tit.4. par. 6.*

Deportati tamen & similes incapaces etiam sub conditione aut dilatatione aut in tempus certæ ætatis non possent institui. argumento.l. cætera.§.i.ff. delegat.j.& quia lex generaliter loquens regulariter comprehendit casus speciales, & conditionales, & priuilegiatos. argumento.l.in fraudem.§.fin.ff.de mili. test. & est communis op.ut diximus.§.35.nu.5.& ita intelligitur.§. testes autem.inst.de testam.l.i.§.deportatos.ff.de contra tab. & ita 97 ampliatur.l.iij.& iiij.tit.iii par.vi.& lib.i.tit. vi.lib.5.ord.nisi instituatur sub conditione intrinseca.l. in tempus.ff.de hęr. inst.

Incapaces etiam sub conditione institui non possunt nisi esset extrinseca.

97 *l. 3. & 4. tit.3. par. 6. ampli.*

SVMMARIVM.

1 *Liberi & Parentes aut instituuntur, aut exhæredantur, aut prætereuntur.*
2 *Exhæredationis quadruplex consideratio.*
3 *Filii positi in conditione, an censeantur tacitè instituti? ardua quæstio.*
4 *Conditione positi, an uideantur uocati per uerbum si decesserit cum liberis masculis?*
5 *Conditione positus, an uideatur uocatus in legatis?*
6 *Intell.l. Lucius. ff. de her.inst.*
7 *Positi in conditione, an sint positi in dispositione?*
8 *Disiuncta pro coniuncta, & è contra sumitur.*
9 *Pœnalis stipulatio tripliciter concipi potest.*
10 *Legitima an in pecunia numerata relinqui posset? contra communem, quòd sic.*
11 *Intell.l. scimus. §. repletionem. C. de inof. testamento.*
12 *Hæreditas appellatur substantia.*
13 *Legitima parentum in pecunia numerata relinqui potest. cum quibusdam contra communem.*
14 *Idem si erat pecunia hæreditaria.*
15 *Idem si erat consuetudo, ut in pecunia numerata relinqueretur.*
16 *Legitima potest assignari in omnibus rebus hæreditarijs secundum comm.*
17 *Idem in legitima ascendentium.*
18 *Idem in legitima transuersalium.*
19 *Legitima an in singulis rebus hæreditarijs possit relinqui?*
20 *Conditio præteritum respiciens, an reiiciatur de filij institutione?*
21 *Intell.l. Seius Saturninus ff.ad Treb.*
22 *Conditio de aliquo uni dando, an in persona alterius possit impleri?*
23 *Filiationis probandæ conditio an sit potestatiua?*

24 *Conditio si sine liberis decesserit, an in naturalibus uerificetur?*
25 *Legitima an titulo institutionis in re aliena relinqui possit? quod sic, cum Corras. contra communem.*
26 *Institutio facta in re, quæ in rerum natura non est, quando ualeat?*
27 *Legitima an in usufructu relinqui possit? quòd non, cum communi.*
28 *Legitimæ supplementum in quibus rebus possit relinqui.*
29 *Institutio ascendentium & transuersorum iisdem in rebus fieri potest, ut ascendentium.*
30 *Legitima in quibus rebus assignetur à lege.*
31 *Legitimæ assignatio ut fieri debeat per iudicem? cum communi.*
32 *Maioratus in legitima filij fieri potest, se consentiente.*
33 *Legitima recipit grauamen de consensu filii.*
34 *Maioratus an fieri possit ex feudo ad liberos transitorio.*
35 *Legitimam iudex quibus in rebus assignare possit.*
36 *Legitimam in omnibus rebus hæreditarijs iudex interdum an potest assignare.*
37 *Hæreditatis in diuisione cessat appellatio.*
38 *Legitimæ assignationi quid faciat patrum uoluntas. com. opini.*
39 *Legitimam in una re hæreditaria eligere non potest filius cum communi.*
40 *Filiatio an probetur eo quòd quis ut filius sit tractatus ardua q.*
41 *Filiatio probatur eo quòd quis ut filius legitimus longo tempore tractatus fuerit.*
42 *Tempus longum inducit præsumptionem etiam in ijs, quæ sunt præiudicij tertij.*
43 *Fide caret assertio prohibiti.*
44 *Filiationis nudæ quàm legitimæ facilior præsumptio.*
45 *Collegia Salman. originem hominum an iure speculeatur.*
46 *Intell. l. fi. C. de posth. hær. inst.*
47 *Institutio facta in uno casu trahitur ad aliam, non secus quàm substitutio.*
48 *Institutio posthumi facta sub conditione si post mortem testantis nasceretur, non excludit natum uiuo eo, licèt is non esset fermè moriens contra com. & etiam si uerba essent clara contra Corn.*
49 *Liberi à parentibus ut sint instituendi, alendi & dotandi, siue legitimi, siue naturales, uel spurij, siue adoptiui.*
50 *Auus paternus neptem ex filio diuite dotare non tenetur. ardua q.*
51 *Dos gradatim debetur liberis.*
52 *Successio ex testamento & ab intestato gradatim debetur liberis.*
53 *Dotem aut alimenta dare liberis, qui habent unde se alant, non tenemur.*
54 *Dos an filiæ naturali debetur? ardua q.*
55 *Legitima filiis naturalibus non debetur.*
56 *Dos magis imitatur alimenta quàm legitimam.*
57 *Alimenta debentur, & dos filiæ etiam ex damnato coitu natæ, si non habet. &c.*
58 *Dotare filiam an pater iure actionis cogatur? ardua q.*
59 *Obligationes unde nascantur uel formentur.*



E liberorum & parentū institutione, ut agamus consequens est, postquam titulum generalem hac de re peregimus, & institutiones illorum in successionum progressu ad necessitatem redactæ sunt, quòd olim non erat, ergo liberi & parētes (à liberis enim ideo cœpimus quòd in eis instituendis quàm in parentibus urgentior necessitas sit) sunt 1 aut præteriti, aut exhæredati, aut instituti. si præteriti, est materia spectans ad titulos. ff. de lib. & posth. & de iniust. rup. quam & nos peregimus suprà de succ. crea. lib. 2. §. 18. cum seq. quòd si 2 sint exhæredati, tunc aut rite & rectè, & in tuto erit testamentum, ipsique ab illa successione contra testamentum remouebuntur. authen. ut cum de app. cog. §. causas. & §. hæc quidam de parentum. & per totum. ff. C. & inst. de inoffi. test. quam materiam peragimus infrà de succ. resol. lib. 2. qui est. 8. huius operis sub titulo. C. de inoffi. test. quod si rite tantùm sed non rectè initio ualet testamentum, sed per querelam inoffi. testam. potest rescindi ut. dd. titulis de inoffi. testamen. quòd si rectè, sed non rite, tunc pro præteritione est. l. non putauit. §. non quærus. ff. de bon. poss. contra tab. §. aliud quoque in auth. ut cum de appell. cog. idemque & facilius, si nec rite nec rectè processit exheredatio, quamuis de facto eam feci, ueluti si sub conditione filium immerentem exheredauit. l. sub conditione. ff. de bo. poss. contra tab. quod si fuerunt instituti, tunc aut ex integra legitima, aut ex portione maiore, aut ex minore. primo casu, & secundo, in tuto est testamentum. l. cum queritur. l. parentibus. auth. nouissima. l. scimus in princ. C. de inoffi. testam. tertio casu, quando ex minore portione quam legitima, tunc cum minus dicatur, non solùm ratione rei aut quantitatis, sed etiam ratione loci, temporis, aut causæ. §. plus cum seq. ubi plenè per doct. inst. de acti. siue minus relictum fuerit, quod deest à lege ipso iure supplebitur per adiectionem eius, quod deficit. l. omnimodo & l. scimus. C. de inoff. test. quam repetiuimus & collocauimus suprà de succ. crea. §. 30. siue minus fuerit loco, aut tempore, aut conditione, emendatur ipso iure à lege per remotionem illius conditionis aut dilationis. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. test. d. l. scimus. §. cum autem cuius ornatam repetitionem collocauimus suprà de succ. crea. lib. 1. §. 10. quæ omnia cùm dictis in locis fusius peracta fuerint, paucula nobis in hoc titulo, quæ addenda supererant edocemur. Et in primis filii 3 positi in conditione, non censentur uocati ad hæreditatem. glo. in. l. Lucius Titius in uerbo liberos. ff. de hær. instit. similis in. l. si ita quis hæres instituatur si legitimus. eod. tit. est communis secundum Imol. in. d. l. Lucius col. 3. & secundum Deci. & Alciat. in. l. 1. C. de pact. ubi Curti. Iun. nu. 13. & Ripa num. 7. & Purpu. num. 120. Roderi. Xuares allega. 2. col. fi. Couar. in. c. Raynutii §. 3. nume. 2. de testam. est communis secundum Segura. in. l. 4. §. fin. nu. 578. ff. de lib. & post. Curt. Iuni. consi. 63. & consi. 96. Bened. Capra consi. 2. Beltran. consi. 223. & consi. 374. lib. 2. Auerardus in topicis. col. 86. Soci consi. 80. num. 3. lib. 1. Gualden. de arte testandi tit. 5. caute. 36.

Hanc etiam partem plenè defendunt Alex. Ias. Fortunius Lanceloctus Galiaula & reliqui in. l. Gallus in princ. ff. de lib. & posth. ad illum tex. uarios intell. accomodantes. sed uerus & nouissimus intellectus a nobis assignatus fuit. suprà. §. 20. num. 103. uers. illud autem per quē apparet illum tex. huic communi & ueræ conclusioni nihil obesse tamen & malè contrariū ut liberi positi in conditione censeantur tacitè uocati ex testamento retinet gl. in. l. filiusfam. §. cum quis hæredem. ff. de leg. i. & est communis opin. secundum Barba. consi. 55. col. 2. lib. 2. est communis secundum Curti. seni. consi. 52. nu. 40. ampliatur pars negatiua tamen etiam si tales filii positi in conditione à testatore expresśim onerentur. communis est secundum Ias. in. l. centurio num. 57. ff. de uulga. Iaso. in. d. l. i. de pactis num. 12. Claudius in. l. ex facto. §. ex facto col. i. ff. ad Treb. amplia 4 secundo et si ponantur tales filii in conditione per hæc uerba, si sine liberis masculis decesserint. ita est communis, secundum Ripam in. d. l. i. de pactis. C. num. 9. & eundem etiam in. l. centurio num. 162. & Soci consi. 172. lib. 2. licèt Gualden. teneat contrarium in arte testandi tit. 5. caute. 36. amplia. 3. ut procedat 5 communis opin. etiam in legatis, ista est communis opin. secundum Claudium in. d. §. ex facto

1
Liberi & parentes
aut instituuntur aut exhæredantur aut præteriuntur.

2
Exhæredationis quadruplex consideratio.

3
Filii positi in conditione an censeantur tacite instituti ardua q.

Conditione positus non uidetur uocatus etiam si sit oneratus.

4
Conditione positi an uideantur uocati per uerba si decesserit cum liberis masculis.

5
Conditione positus

an uideatur uocatus in legatis.

ex facto Conar. qui plures refert ubi suprà nume. 6. sed quoniam superiores conclusiones, & ampliationes & quia eorum etiam quæ dicenda sunt, pleraque pendent ab intellectu l. Lucius. ff. de hær. inst. qui tex. in hac materia princeps est. ideo

6 *Intell. l. Lucius. ff. de he. inst.*

7 reuoco in dubium eius intell. diuiditur ergo in tres, in parte prima ponitur thema, in 2. ponuntur quæstiones duę ex themate resultãtes, in 3. utriusque quæstionis decisio, secunda ibi quęro, tertia ibi igitur, item ad primam decisionem, quæ est in uers. igitur redditur ratio ibi respondi, & ad secũdam decisionem, quæ est ibi, quos eo amplius, redditur ratio ibi, nam prudens consilium, allegatur ad hoc quòd filii illius, qui fuit, institutus, licèt tantùm in conditione positi sint, nihilominus tamen uidentur etiam positi in dispositione. i. substituti patri suo scripto. sed obst. quòd patre repudiante excluduntur, ergo non sunt substituti. nam si essent, tunc patris repudiatio eos potius admitteret quàm excluderet. l. post. aditam. C. de impuberum. sol. quòd in casu uoluntatis non ipsi erant substituti, sed serui testatoris, in casu autem impotentiæ non serui, sed ipsi. ibi enim dixit testator, si Titius hæres uoluerit esse, aut prius moritur quàm meam hæreditatem adierit, aut filium filiam'ue ex se natum natam'ue non habuerit tunc &c. & sic sunt tres casus, prout tres sunt conditiones disiunctiuæ. ad primum quæro, quid si Titius hæres esse noluisset, quia repudiauit. resp. eius liberis exclusis seruos testatoris admittendos, qui in casu uoluntatis simpliciter idest purè & sine ulla conditione fuerunt substituti, & iste casus tanquam expeditus non deciditur in tex. quid si adiuit, & aditæ hæreditatis tempore liberos habuit, tunc absque dubio serui excluduntur. l. post aditam. C. de impub. & quia nulla ex conditionibus sub quibus uocati fuerunt extitit. unde etiamsi extaret aliqua ut disiũctiue &c. d. l. qui hæredi de cond. inst. ff. & iste casus ut expeditus similiter non ponitur in tex. quid si & tertio adiuit sed aditionis tempore liberos non habuit, & tunc uidetur quòd serui testatoris cum eius fratre instituti sint, ex quo fuerunt uocati sub hac conditione, si ille hęres uoluisset esse, aut liberos non habuisset, sed liberos non habuit aditionis tempore, quod tempus debet inspici. arg. l. Titius de test. mil. ff. Bart. in l. ex facto de uulg. in prin. ergo uerificata est altera ex disiunctiuis conditionibus, & consequenter serui debent admitti tanquam cohæredes instituti fratris. ut. l. si hæredi plures suprà all. sed contrarium dicitur in uers. igitur, ratio decisionis reditur ibi, respondi non eam esse mentem testatoris ut quemquã cohęredem adhiberet fratri, quem apertè ex asse hæredem instituit. eaque uerba dicta sunt eo quòd in themate dicitur fratrem ex asse expressim fuisse institutũ. ex ista igitur ratione, infertur quòd si frater simpliciter fuisset institutus, tunc serui ut cohæredes admitterentur, eo quòd altera ex disiunctiuis conditionibus sub quibus uocati fuerunt uerificata fuit; quod non puto uerum, quia uulgaris expirat post aditam. l. post aditam C. de impub. sed id non ualet, quia non dicimus seruos admitti ut uulgares substitutos. sed ut pro parte institutos. sed ad huc idem teneo, quia mens testatoris dicentis si Titius hæres esse uoluerit, aut prius morietur &c. fuit ut ipso repudiante substituti omnino admitterentur, eoque adeunte, omnino excluderentur; quia in casu isto noluntatis seu uoluntatis serui fuerunt simpliciter uulgariter substituti. ergo &c. ut. d. l. post aditam. licèt in casu impotentiæ duas posuerit disiunctiuas conditiones, eumque per hoc difficilem redidierit. item in hoc tertio casu, non possunt admitti serui tanquam uulgares substituti quia hęreditas adita fuit. ergo &c. ut. d. l. post aditam. & quòd ista dubitatio leuis uideretur ostendit consultus ibi. item quæro quid si frater institutus ante aditam decessit relictis liberis? iste est quartus & magis dubius casus. in quo uidebatur quòd serui ex uulgari admittantur substitutione. quia licèt il la conditio aut filium filiam'ue non habebit, defecerit, extat tamen illa conditio si prius morietur quàm adierit. & in disiunctiuis conditionibus sufficit alteram esse ueram. ut. d. l. qui hæredi plures. contrarium tamen deciditur (ibi quos eo amplius &c.) cuius decisionis ratio reditur ibi (nam prudens &c.) quæ ratio inepta ęst. nã est si rectè inspexeris eadem cum dicto tamen nouissimè dic quòd ratio colligitur ex proprietate sermonis. nam in lingua latina non refert dicam mihi non profuit nec obfuit, seu mihi nec profuit nec obfuit, an uerò dicam, mihi non profuit aut obfuit. nam utrobique tota oratio negatiua est, ut tantundem duæ negationes importent quantùm una negatio cum una disiunctiua. ac

8 primo casu. i. cum sint duę negatiuæ constat quòd orationes uidentur copulatæ ex proprietate sermonis ut. l. si is qui ducenda. §. item si pater. ff. de reb. dub. ergo idem & si sit una tantùm negatio cum alia disiunctiua. sic ergo & in proposito, non refert dicas, si Titius hęres esse noluerit, aut prius morietur quàm adierit, aut filium filiam'ue non habebit, an uerò dicam, si filius heres esse noluerit, nec hereditatem morte pręuentus adierit, nec filium filiam'ue habebit, tunc &c. nam ut posteriore casu constat omnes conditiones coniunctim positas omnibusque parendum ut. d. §. item si pater. ita & in priori casu, ratio quia quando oratio incipit à negatione & sequuntur disiunctiuæ, illæ accipiuntur pro coniunctis. ut in propositis exemplis. & in hoc exemplo, nec est domi, nec ruri, nec est tristis, nec hilaris, nec est bonum, nec malum, nec est domi, aut ruri, nec est tristis aut hilaris, nec est bonum aut malum. item non est domi nec ruri, non est tristis nec hilaris, non est domi aut ruri, non tristis aut hilaris, non bonum aut malum. confirmatur expressim per. l. sæpe. ff. de uerb. sig. ubi sæpe disiuncta accipitur pro coniuncta, & è contra. ad idem glos. communiter app. in. l. eas causas. ff. de cond. & dem. ad idem. l. si is qui ducenta. §. cum ita. &. §. utrum. ff. de reb. dub. finge quòd stipulatus sum hominem & fundum dari, si ea non fiant uideamus ut pœnalis stipulatio concipi possit? & quidẽ

8 Disiuncta pro procõiuncta & è contra sumitur.

9 tripliciter concipi potest. primo dilucidissimè, puta si hominem & fundum non dederis, tunc centum dare spondes secundo dilucidè, puta si quid horum seruatum non fuerit. tunc &c. & hoc secundum exemplum glo. in uerb. euidenter in. d. §. cum ita appellat euidens. sed ait euidentius reperiri sentiens sanè de exẽplo superiore. tertio non satis dilucidè sed subobscurè, puta si illud aut illud seruatum non fuerit, tunc &c. ista tria probantur in. d. §. cum ita &. d. §. utrum. & primum probatur ibi, si hominem ac fundum. secundum ibi, si quid eorum factum non fuerit. tertium ibi, nam cùm ita concipio, si illud aut illud. & ꝙ tertio casu oratio seu uerba non sint satis dilucida, probat text. in d. §. item si pater. ibi, non satis uoluntatem, nisi dicas ꝙ ibi nulla coniectura præcessit, quæ illa uerba dilucida faceret, sicut præcessit in superioribus exemplis. confirmantur prædicta per. l. generaliter in pr. C. de instit. & subst. maximè ibi & res secundum uerba, nisi dicas ꝙ ibi in fideicommissaria substitutione, quod uult glo. ibi in uerbo restitutioni, & ille tex. etiam inter extraneos procedit. ut ibi in fin. ad idem tex. in d. l. generaliter. in pr. ibi substitutioni eorum uel restitutioni iuncta gl. ibi, quę ait uel. i. &. Ex quibus habes ꝙ disiũcta sumitur pro coniuncta sæpissimè & è contra tam in ultima uoluntate quàm in contractibus, prout colligitur ex mente agentium, uel si hoc suadeat aliquis fauor seu probabilis uel pia coniectura seu interpretatio. Sed in. d. l. Lucius hoc suadet & fauor sanguinis testatoris, & pia probabilisq; interpretatio: ergo dicendum disiunctam accipi pro coniuncta. nam non possumus probabiliter interpretari ꝙ illa adiectio aut filium filiam'ue non habebit. facta fuit fauore substitutorum. nam si factam diceremus eorum fauore, tunc eueniret quòd etiam si Titius

9 Pœnalis stipulatio tripliciter concipi potest.

hæreditatem adiiſſet, adhuc tamen ſi liberos ſuſcepiſſet, ſubſtituti ſecum concurrerent, quaſi in partem inſtituti. quod eſſet abſurdum & apertiſsimè contra mentẽ teſtatoris, qui de liberis inſtituti feciſſe mentionem uidetur ad comodum ipſorum, & eorum patris, & ad excluſionem ſubſtitutorum. ut ſit ſenſus, quòd etiam ſi Titius moriatur ante quàm hæreditatẽ adire poſſet, adhuc tamen ſubſtituti non admittantur, ſi Titius liberos ſuſceperit. & ſimilis interpretatio fit in dicta.l.generaliter. in pr. ubi dixi, ſi filius ſine teſtamento deceſſerit, uel ſine liberis, tunc &c. & ait tex. diſiunctã uel accipiẽdã pro cõiuncta nã ſi ut diſiuncta ſtatet, tũc ſenſus eſſet, ꝙ licèt filius ſine teſtamẽto moreretur, ad huc tamen ſi liberos ſuſcepiſſet admitteretur ſubſtitutus: quod abſurdum eſſet ut teſtator uellet, quod ſubſtitutus, qui non admitteretur, ſi liberorum mentio facta non eſſet, modo ea facta mentione admittatur. interpretamur ergo & ſanctiſsimè & ueriſsimè mentem teſtatoris de liberis inſtituti mentionem facientis, eam eſſe, ut non aliter admiſſum uelit ſubſtitutum, quàm ſi inſtitutus liberos nõ habuerit. idq; procedit etiam ſi inſtitutus ſit extraneus teſtatoris. ut ibi. per quod patet non peculiari ſed communi ratione receptum. extat ergo ꝙ in noſtro quarto caſu, quando inſtitutus ante hæreditatem aditam relictis liberis deceſſit, tunc ſubſtituti per illam adiectionẽ ſeu diſiunctiuam aut filium filiam'ue non habebit, non uidentur uocati, ſed potius uidentur excluſi, & ꝙ filii non admittuntur quaſi uiderentur à teſtatore uocati, ſed ſubſtituti excluduntur ex defectu conditionis. ſicut in ſimili in.l.ſi ita quis hæres inſtituatur ſi legitimus.ff. de hær. inſt. ubi in illa inſtitutione ſi legitimus hæres non erit, Titius hæres eſto, legitimus non uidetur inſtiturus, licèt ſi hæres abinteſtato eſſe uelit, ſcriptus hæres ex defectu conditionis ſub qua uocatus fuit excludatur ex ſuperioribus ergo apparet, ꝙ .d.l.Lucius non probat quod poſitus in conditione, uideatur poſitus in diſpoſitione, licèt plures hũc tex. ad hoc allegent. de quo articulo per Soci. in l.ſolemus. col.ii. in princ.ff. de condit. & demonſtr. idem Soci. in.l.j.col.76.ff.de uulg. idem Soci. in.l.ſi is. qui ducenta in.§.item ſi pater.ff. de rebus dubiis per Ripam in.l.hæredes mei.§.cum ita num.87. ff.ad treb. idem Soci.conſi.33.num 2.uol.4.Soci. conſi. 73.num.30.uol.4.Soci.conſi.6.num.19. uol.3 Soci. conſil.14.nume.4.uol.3.Soci.conſil.69.nume.8.uol.3.Soci. conſil.116.num.8.uol.3.Soci.conſil.72. in primo uol.4. per Emanuelem da coſta in.l.Gallus.§.& quid ſi tãtum, pagina 9.& 10.ff.de libe.& poſthu. Iaſ. poſt alios in.l.j. per tex. ibi.C.de pactis Alex.in.l.poteſt num.5.ff. de uulga. Ripa. in.d.l.hæredes mei.§. cum ita num.29.ff.ad trebelia. Corneus in.l.1.C.de condi.inſertis Decius conſi. 545.uiſo teſtamẽto col.i.Soci.conſi.12.nu.19.uol.3.Iaſ. in.l.in legatis.C.de lega. quorum plerique ſequuntur & dicunt communiter receptam eſſe gl. fin.in.d.l. Lucius quæ uult, ꝙ poſitus in conditione non uidetur tacitè ſubſtitutus, & ſic nõ uidetur poſitus in diſpoſitione, qua de re per omnes recentiores in.l.Gallus in pr.ff. de libe. & poſthumis eſt text. in.l. ſi quis ita hæres ſuprà all. & in.l.ſi quis ſub conditione.ff.ſi quis om.ca.teſt. cum ergo parum ſit hæredem neceſſarium in conditione tantum poſitum fuiſſe.

Intell.l. generaliter. C. de inſt. & ſubſtit.

Quæro liberi & parentes quibus in rebus inſtitui & poſsint & debeant. & ſanè de legitima eo uidendum in quibus rebus relinqui poſsit, & in primis ſecundum communem de qua per xuarem in.l. quoniam in prioribus de inoffic. teſtamento ampl. xi. & ſecundum communem de qua per Picum in.d.l. in quartam.ff. ad leg.falcid. nume.61. per omnes in d.l.ſcimus.C.de inoffi.teſtam.in.§.repletionem. in pecunia numerata relinqui non poteſt, cuius contrarium probaui alibi. contra xuarem ubi ſuprà tenuit Corraſ. in.l.filium quem hab. num.81.C.fam.herc. & quia de uol. patris nõ dubitatur, ſed de potentia. potentia autem denegatur,

10 *Legitima an in pecunia numerata relinqui poſsit contra cõmunẽ quod ſic.*

ſolùm hac ratione, ꝙ hodie pater per.d.l. quoniam in prio. non poteſt facere quin de legitima reiiciatur omne onus, onus autem eſſe ꝙ filius in pecunia numerata legitimam habet. tu ultra fund. quæ contra communẽ adducunt Corraſ. ubi ſuprà & Salic. in.d.l.ſcimus.§.repletionẽ adde ꝙ licèt ex legis diſpõne in ſingulis corporibus hæreditariis filius habeat legitimam, tamẽ ex legis diſpõne ſimiliter hæres in ſingulis corporibus hæreditariis habebat Trebel. & fal. & nihilominus teſtator poteſt facere diuiſionem diuidẽdoq; illam cõmunionem dirimere. ut per Bar. in.d.l.in quartam num.9. ita & paterfam. facere poteſt diuiſionem diuidendoq; illam dirimerem communionem, quam filius habebat cum cæteris cohæredibus, idq; ut poſsit dirimere cõmunionem & diuidere probat.l.parentibus.C.de inoffi. teſtamento.l.quæ pater.3.& .l.ſi.pater.ff. fam. herc.l. quoties eod.l.quid ergo.2.ff.de leg.i. quod ſi dixeris quid ſi faciat præiudicium filio in tali diuiſione? reſp. ꝙ tunc olim filius haberet querelam.d.l.parentibus, hodie non habebit querelam ſed extimatis per iudicem rebus filio aſsignatis, ſi quid deerit ad integram legitimam id ſuppletur per.l.omnimodo.C.de inoffic. teſtamento, non ſecus quam olim ſi in diuiſione hæres in legitima uel falcidia læſus uideretur: poterat hæres petere ſupplementum falcidię ſeu trebelianicę ut d.l. quoties cum conc. ſupra all. itaque impoſsibile eſt, ꝙ filius iuſta de cauſa poſsit dicere ſe lęſum in reſignatione, propterea ꝙ facta ſit in pecunia numerata. nam ſi cętera corpora hęreditaria ſunt precioſiora ualdeq; fructuoſa & ut alia tunc iuſta extimatione per iudicem facta, ſi fraudatus uideatur ſuppletur ꝙ deeſt per iudicem ex diſpoſitione d.l.omnimodo. aliàs niſi uera eſſet ſententia noſtra ſequerentur plura abſurda, primum correctam eſſe.d.l.parentibus cum conc. ſuprà all. quod nullus unquam dixit. ſecundum, correctos eſſe omnes titulos inſti.C.& ff.de lega. patet quia filius poſſet dicere, ꝙ niſi pater ſpecies illas hæreditarias legando ab hæreditate eximeret in eis ſuam quartam haberet, cæterum ſe læſum in eo quod omnem legitimam compellitur cæteris in ſpeciebus hæreditatis habere. & quid ſi poſt talia legata ſolæ pecuniæ ſupererant in bonis teſtatoris, ſed id ſibi non prodeſt per prædicta ergo &c. nec obſt.d.§. repletionẽ cum ſimil. in quo iacet fundamentũ communis op. nam ultra. Corraſ. ubi ſuprà illud procedit ex prouiſione legis in defectum prouiſionis teſtatoris. cęterùm ſi teſtator aliud prouideat ceſſat ea ſubſidiaria legis prouiſio. facit quod ait, Bar. num.9. in d.l.in quartam in ſimili.l. pe.C.de pact.

Intell. ad omnes tit. ff. & C. de leg. & de fideicom.

Itaque quemadmodum teſtator non poteſt præiudicium facere legitimæ filiorum, ita etiam olim non poterat facere præiudicium legi detractioniq; falcidiæ ſeu trebelianicæ.l.Titia.ff.ad leg.falcid.& in pr.inſt. eodem titulo.c.Ramaldus in ſi. extra de teſtam. & tamen olim licèt falcidia & trebelianica ipſo iure deducerentur & aſsignarentur per.l.in ſingulis corporibus hæreditariis l.lineam margaritarum.ff.ad leg.fal. tamen teſtator poterat diſponere ut falcidia uel trebel. non de omnibus ſingulisq; rebus hæreditariis ſed de una uel quibuſdam rebus deduceretur.§.ſi quis uita, inſt.de fideic. hær. uel etiam deduceretur de pecunia numerata.l.cum quo.§. fin.ff.ad leg.fal. ita ergo & in propoſito, ipſe teſtator poteſt iubere ut licèt ex legis diſpoſitione legitima filiorũ in ſingulis corporibus hæreditaris aſsignetur, tamen ea legitima in pecunia hæreditaria præſtetur. & ſtante hac teſtatoris ordinatione ceſſabit illa ſubſidiaria legis prouiſio, argumento legis ſi.C.de pact.conu. & ita tenerẽ in iudicando & conſulendo, quia noſtra op. pluribus legibus & rationibus probatur, & multum habet æquitatis nec quicquam efficax in contrarium adducitur.

Falcidia & trebel. olim prohiberi nõ poterat ſed tantùm uberi ut certis de rebus deduceretur.

Denique pro nobis multum facit quod ait xuares in l.quoniam in prioribus.C.de inoffi. teſtamento in. 5. limita. illius.l. poſt Bal. in rubr.ff. de rerum diuiſione &

Legitimã filius in rebus lega-

in.l.poteſt

is petere aut optare nequit.

in.l.potest.ff.de leg.j.ubi tenent minimè posse filium dicere se uelle legitimam in rebus per testatorem specialiter assignatis legatariis uel fideicommissariis, uel assignatis ad causas pias. & loquitur xuares in hæc uerba. quinto limita hanc.l.nisi pater elegisset sibi unã rem ad testandum quia in hac electione præiudicat filio, ita quod non potest dicere se uelle illam rem uel eius partem pro sua legitima non intelligas, ꝙ per hoc posset filius grauari in quantitate legitimæ sed solùm in hoc, quòd filius non potest dicere se habere partem in illa re pro legitima tanquam in bonis paternis: cum alias in omnibus bonis paternis debeat habere partem. ut in.l.scimus.§. repletionem isto titulo hoc fuit elegans uerbum Bal.in rubr.de rerum.diui.ii.col.ubi dicit, quòd si pater mandauit in testamento, quòd fiat hospitale in domibus suis, filius uult illas domos pro sua legitima, uidebatur enim quòd posset.argumen.eius, quod dispositum est in creditore.ut in.l.creditoris.de distrac. pigno. contrarium determinat, dicens, quòd pater potest eligere unam rem de qua testari posset, si filius in cæteris bonis potest habere legitimam. nam electio, quæ datur filio datur. in bonis, non in legatis mouetur, quia legata integraliter & prẹstanda sunt, si bessem non excedunt. ut in.§.quam ob rem. in authen. de rest. & ea quæ par.idem tenet Bal.in.l.potest.ff.de leg.1.

11 *Intell.l. scimus. §. repletionem. C. de inoffi. test.*

Et cum 11 totum fundamentum eorum, qui tenẽt quòd in pecunia numerata non posit assignari legitima, sit tex.in d.l.scimus.§.repletionem.C.de inoffic.testamento, ibi repletionem autem fieri ex ipsa substantia patris, ego autem habeo quòd 12 substantia patris non significat corpora hæreditaria tantùm sed etiam pecuniam hẹreditariam numeratam & iura hæreditaria. nam substantia idem significat quòd hæreditas.l. nam quod §.fin.l.cogi in pr.ff.ad Treb.auth. de hær.& falci.in.§.si uerò non fecerit Bar.in.l.si quis seruũ. §.fi. ff.de leg.2. si ergo significat ipsam hæreditatem, ergo non significat res hæreditarias quia aliud est hæreditas aliud res hæreditariæ sub hæreditate contentæ.ut in pr.inst.de reb. corp.ad idem.l.iii.C.de lib.præt.ubi ualet illa exhæredatio, filius meus alienus meæ substantiæ esto. & tamé si à rebus tantùm corporalibus iuberetur alienus esse, exheredatio quasi non à tota hæreditate sed à quibusdam tantùm rebus facta uitiosa esset.l. cum quidam.ff. de lib. & post. Denique pro nobis contra communem est, tex. expressius in auth.ut cum de appell.cog.§. hæc autem disposuimus. Denique hac in re uide authoritates, quas allegauimus in.l.quoniam in prioribus hoc titulo & etiam latè per Ripam num. 126.in.d.l. in quartã ff.ad leg. fal. qui op. negatiuam, ut in pecunia numerata legitima relinqui non posit, firmat esse communem. eamq; sequatur Bar.& Imol.in.l.suus quoq; in pr.ff.de hær.inst.Guiliel.de Cun.Bal. Sal. & alii in.l. scimus supra alleg. Bal.in.d.l.filium quem.colum.12.Alex. & aliì in.l.non amplius.§.fi.ff.de leg.1.Alex.consi.69.super primo, lib.i.Decius consi.81.col.fin.sequitur & dicit communem Beltrandus cons.301.quia, lib.2.& cons.81.cum prouido lib.3.& consi.263.uisis col.1.& cons.304.uiso eod.l.i.Bal.& Philip.Francus in.c.si pater.col.8.de testamen. in 6.

12 *Hæreditas appellatur substantia.*

Sed nostram op.affirmatiuam etiam in legitima liberorum tenet Bal.sibi contrarius in consil.167. statuto ciuitatis Tuderti col.ulti.lib.5.Fabianus in authe.nouissima in 10. q. princ.uers. quæritur utrum legitima pro qua opinione ultra fundamenta suprà adducta facit.l.si priore &.l.deducta.§.nummis.ff.ad Treb.

13 *Legitima parentum in pecunia num. relinqui pót cũ quibusdã contra cõmunem.*

2. nostra 13 cõclusio affirmatiua longè facilius procedit in legitima parentum, secundum Bal. & Philip. Franc.in d.c.si pater.Ripa in.d.l.in quartam nu. 127.

3 procedit 14 nostra conclusio longè facilius in pecunia hæreditaria in qua legitima etiam liberorũ relinqui potest secundum Fabianum & Ripam ubi suprà.

4 indubitanter 15. procederet nostra cõclusio affirmatiua si esset cõsuetudo ut legitima in pecunia numerata relinqui posset, secundum Ripam ubi suprà Beltrãdus cons.314.lib.i.& consi.242.ponitur lib.3.Sed 16 an in omnibus rebus hæreditariis possit, legitima assignari per testatorem, communis op.est, quòd posit secũdùm Ripam in.d.l.in quartam numer.28. dixi latius in.l.quoniam in prioribus illo titul.intellige dupliciter 17 primo in legitima liberorum, secundo etiam in legitima ascendentium, secundum Ripam ubi suprà.ergo 18 idẽ & tertio loco etiam in legitima transuersalium, ne melioris sint conditionis quam liberi uel ascendentes: constat enim fratribus etiam legitimam deberi turpi persona instituta glo. hæredé, in auth.de hær.& fal.§.si uero expressim per tex. in.§. non autem excepimus eadem authent.

14 *Idem si erat pecunia hæreditaria.*

15 *Idem si erat consuetudo ut in pecunia nume. relinqueretur.*

16 *Legitima potest assignari in omnibus rebus hæredit. secundum communem.*

Limita.ut procedat quando res essent hæreditariæ secus si alienæ secundum ipsum & communem nos contra ut modò diximus.

2 limita. ut non procedat etiam si res essent hæredis, quia nec tunc in substantia patris institutus uideretur, quod desideratur ut in.l.scimus in pr. & .§. repletionem suprà alleg. secundum ipsum & communem. nos contra ut modò diximus. pro nobis etiam facit.l. unum ex familia.§.si rem.ff.de leg.ii.

17 *Idem in legitima ascẽdentium.*

3 limita. nisi esset statutum uel consuetudo in contrarium.

4 nisi res filio assignatæ essent oneratæ.

18 *Idem in legitima trãsuersaliũ.*

5 limita. nisi res in quibus legitima assignata esset, non essent æquè bonæ, ut reliquæ secundum Ripam ubi suprà.

Lim. 1.
Lim. 2.
Lim. 3.
Lim. 4.
Lim. 5.

Quero nouiter 19 quid si pater in singulis rebus hẹreditariis legitimã assignauit resp.ea assignatio cùm tacitè messet nil operabitur arg.l.3.ff.de leg.1.iudex ergo poterit facere assignationem diuisionemque prout sibi cõmodius uisum fuerit.arg.l.potest de leg.i.§.pe.instit. de off.iud.id uerum in dubio, quia præsumitur testator uelle se conformare cum legis dispositione ut per Ias.in d.l.3.col.i.sed si expressit testator ut communio maneret diuisioque non fieret, puto quòd cohæredes extranei inuito filio non poterunt petere aliam assignationẽ, seu diuisionem, filius uerò poterit inuitis cohæredibus, nam prohibita diuisione uidetur prohibita alienatio.l.j C.com.utri.iud.idque onus est, ergo &c.ut.l.quoniam de inof.testamento.l.si arrogator.ff.de adop.sed id onus extraneis cohæredibus imponi potuit, quia eis nil debebatur & per aditionem obligauerunt se perseuerantiæ. sed an filius immiscendo uideatur se ciuiliter obligare ut necesse habeat ante immistionem reclamare, puto, quòd non, arg.l.si quando.§.& generaliter de inoff.testam.C. adde Picum in.d.l.in quartam nume.48. & si 20 filius à patre fuerit hæres institutus sub conditione præteritum non futurum respiciente, an reiiciatur de eius institutione. per.l.quoniam in prioribus. C. de inof.testam. an uerò testamentum uitiet. tradit eleganter Emanuel à costa in lib.i.interpretationum c.i.nume.1. cum seq. & quando filio relinquitur fideicomissa non directa hæreditas ei in tempus certe ætatis suæ restituenda. an fideicomissum conditionale an potius purum uideatur? tradit ipse in rep.l.Gallus.§.& quid si tãtum par.i.num.51.ff.de lib.& post.ubi contendit purum esse.ita 21 intelligens.l.Seius Saturninus.ff.ad Treb.& ibi in 5.parte ad prin.non parum utiliter edocet quemadmodum conditio 22 de aliquo dando filios. possit uel non possit impleri in persona patris, uel domini, si seruo dandum erat, uel tutoris si pupillo dandum erat, uel curatoris si prodigo uel furioso erat dandum, uel fisco si incapaci dandum erat.& quòd conditio de herẹdi dando impletur etiam in bonorũ possessore.ubi etiam in num. 38.resoluit conditionem illam 23 si se filius filium testatoris esse probauerit potestatiuam uideri. quod satis notandum est ad intellectum.l.Lucius.ff.de cond.& demonstr.ubi etiam in num.58.edocet.an 24 in

19 *Legitima an in singulis rebus hæreditariis possit relinqui.*

20 *Conditio præteritũ respiciens an reiiciatur de filii institutione.*

21 *Intell.l.Seius Saturninus.ff ad Treb.*

22 *Cõditio de aliquo uni dando an in persona alterius possit impleri.*

23 *Filiationis probandæ cõditio an sit potestatiua.*

24 *Conditio si sine libe-*

ris decesserit aut in naturalibus uerificetur.

naturali filio uerificetur illa conditio, si sine liberis decesserit.

25 *Legitima an tit. institutionis in re aliena relinqui possit quod sic, cũ Corras. cõtra commun em.*

Quæro 25 an in re aliena relinqui posit legitima institutionis titulo & teneo ꝙ posit. ut probaui suprà nam si hæres redimere rem illam iusta extimatione possit bene erit, sin minus tunc habebitur perinde ac si in re illa aliena asignatio facta non esset, non secus quàm si in re hæreditaria facta esset asignatio, eaque ante mortem tastatoris periret & pro me est tex. in specie in. l. cũ pater. §. euictis de leg. 2. ff. igitur si hæres redimere non posit, uel si adempta euincatur, uel si à testatore possidebatur, eoque uiuo uel post eius mortem euincatur, iudex cæteris in rebus hæreditariis faciet asignationẽ iuxta. l. potest de leg. 1. ff. ad. d. §. repletionem, resp. quòd illa est legis prouisio subsidiaria in defectum prouisionis hominis. uel dic ut per Corras. in. d. nume. 81. l. filium quem hab. C. fam. her. & certè nihil boni adducunt contrarium tenentes, quales sunt Rodericus Suares in. l. quoniam in prioribus, suprà alleg. fol. 39. col. 2. Paulus de monte in. d. l. in quartam num. 53. & num. 54. post Areti. quem referunt & etiam Bal. & Rip. in. d. l. in quartam nume. 128. & Fabianus in. d. repetitione auth. nouisima num. 124. suprà allegata, pro nobis tex. expressus in. l. scimus in prin. C. de inof. test.

26 *Institutio facta in re quæ in rerum natura non est quando ualeat.*

Quòd si 26 filius esset institutus in re, quæ non esset in rerum natura, tunc præteritus uideretur. arg. d. l. omnimodo in princ. legis illius, & consequenter testamentum esset ipso iure nullum. l. inter cetera. ff. de lib. & post. in prin. inst. de exhær. liber. ita Bar. in. l. suus quoque in prin. ff. de hær. inst. Fabianus ubi suprà, quod limita ut non procedat, quando res illa extabat tempore testamenti sed postea periit. nam tunc testamentum ualet, & fit suppletio legitimę, secundum Bart. & Fabianũ ubi suprà pro quo est text. quẽ ipsi non allegant in. l. scimus in prin. supra allegata, qua ratione idem crederem, etiam si ea res tempore testamenti non esset in rerum natura, si tamen testator esse putabatur in rerum natura,. arg. d. l. scimus in princ. & l. enim pater. §. euictis. ff. de leg. 2. l. non dubium. ff. de leg. 3.

27 *Legitima an in usufructu relinqui possit quod nõ cũ communi.*

Quæro 27 an posit relinqui in usufructu, resp. non potest. ratio differentiæ inter usumfructum & pecuniã est, quia usufructus seruando seruari non potest, pecunia autem potest, & potest in alias res conuerti. sed certè ut olim filius in usufructu omnium bonorum poterat institui, ita & hodie idem uidetur, propter uitandam legum correctionem. nec obstat tex. in aut. de triente & sem. §. j. nam. responderi potest, quòd eius sensus est, non sufficere quòd filio relinquatur tertia pars singularum rerum hæreditariarum in proprietate dempto usufructu, uel in usufructu dempta proprietate, quia tunc uerum est, eum non habere integram legitimam: at si omnium bonorum usufructus tantum uel plus ualeret quantum tertia pars proprietatis & usufructus rerum hæreditariarum, nulla ei fit læsio nec fraus, ut non secus in usufructu pater posit facere asignationẽ quàm in ceteris rebus. quòd si asignatio usufructus non esset sufficiens pro legitima, tunc olim querela daretur, hodie uerò ad supplementum agetur. d. l. omnimodo iuncta. l. eum quæritur. C. de inoff. test. & hæc pars à quibusdam defensa fuit, sed tamen in contrariũ est uera & communis opin. ut in usufructu solo legitima relinqui nõ posit, ut latè diximus in. l. quoniam in prioribus suprà allegata per tex. in auth. de triente & semisse. §. prohibemus, ibi proprietatem insuper & usumfructum, coll. 3. per quem tex. corrigitur. l. uxori usumfructum. ff. de usufr. lega. & l. omnium. ff. de usufr. ut tenuit glo. & communiter doct. in. d. auth. nouisima suprà alle. & in. d. l. quoniam in prioribus.

28 *Legitimæ supplemẽtum in quibus rebus posit relinqui.*

Quæro 28 quibus in rebus posit fieri supplementum legitimę? & dic, aut quæris à lege aut ab homine & utroque casu dic ut in ipsa legitimæ asignatione. per arg. de toto ad partẽ, ut à lege fiat in singulis rebus hæreditariis proportionabiliter, sed ab homine iussu scilicet testatoris, prout suprà diximus, & à iudice ut habetur per omnes in. l. non amplius. §. fin. & l. potest de leg. 1. ff.

29 *Institutio ascendentiũ & trãsuersorum ijsdem in rebus fieri potest ut ascendẽtium.*

Quæro 29 quid in legitima ascendentium & fratrum? dic idem per omnia quod in legitima filiorum secundum Picum num. 54. ad fi. in. d. l. in quartam. lex autem 30 circa asignationem legitimæ disponit, ut si tertia sit legitima omnium bonorum singulis in rebus hæreditariis eam tertiam habeat. l. scimus. §. repletionem. Auth. nouisima. l. cum quæritur. l. parentibus. C. de inoffi. testam. l. Papinianus. §. quoniam autẽ. & §. quarta autẽ. ff. de inof. test. auth. unde si si parẽs in uerb. exhereditate. C. eod. §. fi. inst. eod. l. lineam. l. Plautius. ff. ad leg. fal. & idem per omnia in legitima parentum ascendentiumque & transuersalium secundum Paul. de monte in d. l. in quartam num. 54.

30 *Legitima in quibus rebus asignetur à lege.*

31 *Legitimæ asignatio ui fieri debeat per iudicem cum communi.*

De officio 31 & potestate iudicis circa asignationẽ deductionemue legitimæ uidendum, & sit prima conclusio, ex cõsensu filiorũ & hæredũ aliorũ utcunq; fieri per iudicem potest asignatio rataq; erit. l. si quando. §. & generaliter. C. de inoffi. testamen. l. 3. C. com. utriusque iud. l. filio præterito. ff. de iniust. rup. nisi expresim testator prohibeat diuisionem uel alienationem & cum causa expressa, ut dixi in simi. suprà & in specie tenet Bart. num. 9. in pr. in d. l. in quartam per text. expressum in. l. potest. ff. de leg. 1.

Et quòd posit de consensu partium id facere iudex, constat, quia id omne liberorum fauore inductum est, & quisq; potest suo fauori renuntiare. l. pe. C. de pact. & in re sua quilibet est moderator & arbiter. l. in re mandata. C. mand. quinimmo etiam in quibus casibus & dispositionibus lex iubet aliquid fieri, & si id ita non fiat lex ipsa ultra procedit annullando dispositionem contra factam, adhuc de consensu eius cuius fauore id inductum fuit, actus ille contra legem factus sustinetur per legem filio præterito. ff. de iniust. rup. iuncta. l. 2. eod. titul. declarat not. Aretinus in rub. ff. de libe. & posthu.

32 *Maioratus in legitima filii fieri põt se consentiente.*

& licet 32 pater non posit in legitima filii absque eius consensu facere maioriam & prohibere alienationem, tamen de consensu filii bene potest. arg. glos. app. in. l. si quando. §. & generaliter. C. de inoffi. testamen. quam alibi impugnamus, sed facit pro glos. Quia 33 licèt contra uoluntatem suam non posset grauari in legitima per. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. testam. sed ex uoluntate & consensu suo postea præstitis ualet tale grauamen, si grauamen potest dici maioria, de quo aliquid infrà dicetur, quia tali grauamini potest filius consentire in uita patris, & post mortem eius, per bona & notabilia fundamenta, quæ aggregauit Palat. in repeti. c. per uestras de dona. inter uir. & uxor. folio mihi. 22. col. 3. quæ indignum iudicaui mihi tribuere. sed quia passus est quotidianus, ultra illa ego allego text. singula: in. l. sicut. §. uenditionis. ff. quibus mod. pignus uel hypoth. solui. quem summè ubique cõmendant. dd. ad hoc propositum, quòd & in re mea iam acquisita possum consentire testamento in quo aliquis disposuit de tali re. si ergo in amissione rei meæ possum consentire testatori, multò fortius in grauamine imposito, allego etiam magis in indiuiduo, Bal. in. c. imperialem. in princ. de prohi. feud. alien. ubi quærit, an 34 feudum quod de sui natura transit ad omnes filios posit pater uni & sic primogenito concedere? & dicit ꝙ sic, si filii approbent testamentum, per dictum. §. uenditiones. & ita etiam concludit Paul. de Castr. consi. 161. incipit, in Christi nomine, in causa qua magnificus dominus. per. l. 1. iuxta prin. ff. de asig. libe. & sic de re libera, & ut ita dixerim patrimoniali. potest effici maioria & primogenitora ex consensu filii.

33 *Legitima recipit grauamen de consensu filij.*

34 *Maioratus an fieri posit ex feudo ad liberos transitorio.*

35 *Legitimã iudex quibus in rebus asignare posit.*

a conclusio 35 in singulis & omnibus rebus hereditariis non potest iudex filio asignare legitimam, si commodam diuisionem non recipiant, ut. §. pen. insti. de offi. iudi.

offi.iu.li.& quia communio odiosa est.l.fin.C.commun. diui.l.cum patet.§.dulcissimis.ff.de legat. 2. ita in spetie tenet Bart.in.l.in quartam num.9.in fi.ff.ad.l. falcid.

36 *Legitimã in omnibus rebus hæreditarijs iudex interdum an potest assignare.*

tertia 36 conclusio in singulis & omnibus corporibus hereditarijs pôt iudex filiorum assignare legitimã si cõmodam utilemque diuisionem recipiunt. arg.§.pen. instit.de offi.iudi.per quod uel limitatur uel euertitur ex toto doctrina Bart.in.d.l.in quartam num.9.in fi.& contra hoc est commun.opin. secundum Picum. ibi nu.48. post prin.tene communem nec obstat.d.§.pen. quia loquitur quando super unico fundo agebatur communi diuidendo, tunc ex mutuo consensu partium diuiditur, secus si de pluribus fundis agatur. ut.d.§. in princ.&.§. præcedenti, itaque illa iura confirmant commun.opin. confirmatur ratione quia diuisio rerum facit eas esse uilioris pretij & ualoris, cùm cultura fiat magnis expẽsis. ita ait glo.in.l.i.C.commun.diuid.4. concl. quando corpora hæreditaria non recipiunt commodam diuisionem, legitimam potest iudex assignare in una, uel quibusdam rebus, pro ut sibi utilius uidebitur.l. potest de leg.i facit.§.si quis una instit.de fid.hær. Bart.in.d.l. in quartam nu.9.in fi.&. uide singul. practicam per Picum ibi num.51.& num.54.post princ.

Diuisio facit rem uiliorem.

37 *Hæreditatis in diuisione cessat appellatio.*

5. concl.ab 37 assignatione legitimæ ab alijs bonis facta per iudicẽ nõ appellatur. per Picum in.d.l. in quartam num.52.ad fin.

6. concl.à tali assignatione potest recedi per reductionem ad arbitrium boni uiri, si magna uel non leuis læsio fit, secundum Picum contra communem in.d.l. in quartam num.51.ad fi.cum sequen. cuius dictis adde; quę not.congerit Ias.in.l.si sic in prin.ff.de leg.1.

38 *Legitimæ assignationi quid faciat partium uol. com. opin.*

Et de potestate 38 partium circa assignationem legitimæ, sit prima conclusio.solius filii uoluntas non est in consideratione, cùm hic etiam agatur de præiudicio etiam aliorum hæredum uel cohæredum, nisi id pro ueniat ex pręsumpta uoluntate testatoris, qui rem illam in peculium filio assignauerat. Picus num. 47.in fi.post Bart.num.9.in.d.l.in quartam.sed tunc id magis ex uoluntate teststoris descendere uidetur quàm ex arbitrio filii, estque nostra princip. opin. communis secundum Xuarem in.d.l. quoniam fol. 39. & secundum Picum.in d.l.in quartam nu.48.contra Barb.per eum relatum.

2. concl. solius hęredis seu cohęredis filii uoluntas in cõsideratione non est,cùm hic agatur de præiudicio, etiam filii, quæ opin. communis est secundum Xuarem in.l.quoniam fol. 39.col.i.in fi.cum sequen. iunctis his quæ dicit fol.41.col.2.

3. concl.mutua filiorum aliorumq́ue cohæredum uoluntas à iudice sequenda est.§.& generaliter.l. si quando de inoffi. testam.C.l.filio præterito. de iniust.rup.l. pen.C.de pact.l.3.C.com.utri.iud.nisi testator expressim uel tacitè iusta tamen de causa prohibeat diuisionem seu alienationem.l.potest.ff.de leg.i.Bar.num.9.in l.in quartam.ff.ad.l.facid.

Legitimæ accommodantur eædem actiones quæ et legato.

4. concl. pro legitima sunt res hæreditariæ obligatę; non secus quàm pro legato.Picus in.d.l.in quartam nume.49.ad med. unde eas ab hęrede alienatas filius persequi posset, & consequi, ut in eis sibi assignaretur legitima, si cætera perdita essent hęresque soluendo non esset.

39 *Legitimã in una re hæreditaria eligere non potest filius cum commun.*

5. concl. idem 39 per omnia in legitima parentum & fratrum,secundum Picum num.54. ad fi.facit ultra ipsum.l. si arrogator pręsertim in ratione fui.ff. de adoptio.Picus etiam in.d.l.in quartam.num.54.ad finem.& quòd filius nequeat eligere in qua re uelit legitimam; tenent Bart.& Picus ubi suprà & Cortasi. num.88. in.l. filium quem.C.fami.her.ubi firmat hanc esse communem op.Rip.in.d.l.in quartam.nu.111.post Abb.& alios in.c.Rainutius extra de test.Alex.& alij in.l potest.ff.de leg.1.Imol.& Alex. in.d.l.in quartã Bar.in.l.suus quoq; in princ.ff.de herc.insti.Butrig.in.§.quamobrem.in authen.de restit.& ea,quę pari.Bal.Salic.& alij in.d.l. filium quem.Alex.consi.125.uisis lib.i.idem Alex.in.l.Marcellus.§. res quæ.ff. ad Trebel.Roderi. Xuares in.d.l.quoniam in prioribus,ampliatione. 11. fol.39.

Aduentitium an lucrũ uideatur quod ex forma statuti maritus quæsiuit mortẽ te uxore in matrimonio ardua q.

Denique iuxta superiora scias quòd (ut non paucis uisum fuit) si ex forma statuti uir lucretur certam partem dotis, eo casu quo mulier uiuo patre mariti moriatur post patris mortem lucrum illud diuiditur inter maritum & eius fratres sub eiusdem patris potestate constitutorum.glo.in.l.post dotem.ff.de castr.pecul.Dinus in.l.si cum dotem.§.transgrediamur ff.soluto matrimonio.Cynus in.l.2.C. fam.her. ubi Sali. dixit hanc opin. communiter reprobari, Bar. tamen in.d.l.post dotem distinguit, quòd si statutum circa personam mariti disponeret, dicendo mortua uxore uir lucretur, tunc tale lucrum esset aduentitium.sicq́ue non communicandum. at si statutum diceret, lucretur dotem ille,qui dotem receperit, & sic comprehenderet personam patris mariti recipientis, & tunc procederet opin. glos.quę distinctio Bart.communis est secundum Crotum in.l. frater a fratre num.51.ff.de cond.indeb.

Contrariam partem,ut tale lucrum semper perueniat ad maritum, tenet Bar.in.l.j.C.de bo.quæ lib.quæ op. uerior est secundum Corn.ibi.col.i.est communis opin. secundum Florianum in.l.filiof.§.i.ff.fam.her.per Decium consi.52 num.2.qui dubitat utra opin. sit receptior, hęc tamen uerior est ex mente statuentium, licèt proprietas uerborum aliquantulum aduersaretur.

40 *Filiatio an probetur eo quòd quis ut filius sit tractatus ardua q.*

In summa filiatio 40 ad effectum hunc, ut bona patris uendicentur & petantur, non probatur ex eo solo ꝙ quis sit tractatus tanquam filius.ut tenẽt multi, quos refert & sequitur firmans hanc esse communem op. Alciatus de præsump.regula.3. præsumpt. 38. num.7. contrariam tamen partem ut etiam ad illum effectum filiatio probata uideatur ex eo solo quòd quis tanquam filius fuerit tractatus tenẽt multi,quos refert & sequitur Decius firmans hanc esse communem op. in consil. 54. num 3.per Couar.in.4.decret.par.2.c.8.§.3 nu.6.Sed licèt utriusque partis fautores in hoc conuenire uideantur, ut quò ad alia minus præiudicialia ex eo solo probata uideatur filiatio, quòd quis ut filius tractatus fuerit,tamen quo ad hunc effectum, utpote nimis præiudicialem magis est ut regulariter sat probata non uideatur,aliter enim aperta esset uia fraudandi leges, posset enim quisque spurium filium ueluti legitimum tractare sicq́; fraus fieret legibus, de quibus per totum titulum C.de nat.lib.& in auth.quibus mod. na. effici sui. & in auth.quibus mod.nat.effi. legitimi. & cum sint plures liberorum species, quorum alii omnino sunt insuccessibiles alii uerò ad minusculam parentum hæreditatẽ siue ex testamento siue abintestato admittuntur. ut per totum tit.C.de nat.libe.& auth.licet,eod.tit.& in auth. ex complexu & per totum illum tit.C.de incestis & inuti.nupti. nimirum sic liberum esset patrisfam. in successibilem filium tanquam filium tractare, sicq́; uitium illegitimitatis purgare, aut eius legalem punitionem effugere, quod quàm longe absit à mente & sententia iuris euidentius est,quàm ut longa demonstratione egeat.ergo quòd quis filius legitimus probetur,non uidetur admittendum nisi probatio fiat iuxta formam.l. filium eum definimus.ff.de his qui sunt sui uel alieni iuris.l. si uicinis.C.de nupti.uel per alium modum probationis similẽ aut ęquipollentẽ nec 41 enim in probationibus similia & æquipolentia repellimus,argumento.l.non possunt.l.neque leges.ff. de legibus & quæ plenè tradunt Alexan.col.ii.& Ias.in.l.j.ubi etiam Alciatus.ff. de libe.& posthu.& Corneus in.l.3.C.de inst. & subst. ubi Ias.& Decius. quòd si isthęc desint, tunc si non breui sed longo tempore decem annorum tanquam filius legitimus & à patre tractatus,& à uicinis,amicis &cognatis habitus fuit,id sufficere existimarim.per tex.egregium in.l.j.& 2.C.de patria potest.l.si filius. ubi multa in simili per Bal.Salic.& alios.C.de pet. hær. ubi post longum

41 *Filiatio probatur eo quod quis ut filius legitimus longo temp. tractatus fuerit.*

Facta præsumuntur post longum tempus.

gum

gum tẽpus longanıq; quasi possessionem etiam ea, quæ sunt facti præsumuntur, licèt regulariter contra ut in.l. siquis bello.§.factæ.ff.de capt.&.l.si emancipati. C. de collat.& id procedit etiam si esset præsumptio iuris in contrarium quasi per talem longi temporis cursum contraria iuris præsumptio ueluti senescat fugiatq;, eiusq; loco contraria iuris præsumptio succedat, ut dd.ll.&.l. qui in aliena.§.sed & si non adierit ubi multa per Alex. Romanum Iason.& alios, multa per Andr. Tiraq. de præscrip.§.i.glos.4.& per totam, ubi quadraginta similia congessit, & disseruimus plenè in simili lib.4. controuersiarum plenè per Fernand. Loazes Archiepis. Tarraconens. in consil. pro marchione Velecensium, dubitatione 3.nu.13.cũ pl. seq. adeò 42 ut etiam in his, quę sunt alicui tertio nimis præiudicialia stetur temporis diurni præsumptioni legali & stetur possessioni uel quasi possessioni temporis diurni.c.peruenit ubi communiter doct.de empt.& uendit. Felynus in c. Albericus in fi. de test. plenè per eund. Loazes ubi supra nu.45.post Alex. consi.3.& consi.11.uiso processu lib.4. Ruinus consi.69. circa processum lib.3. Lud. Gozadinus cons.73.circa dubia col.3. Paul. in.l.si qua per calumniã. C. de episcopis & clericis, quem uide & an conditio filiationis probandę sit potestatiua tradit Emanuel de a costa in.l. Gallus.§.& quid si tantùm par.5.num.38.ff.de libe. & posthu.

42 Tempus longum inducit præsuppositionem etiam in iis, quæ sunt præiuditii tertij.

Conditio probandæ filiationis an sit potestatiua.

Extra istos autem casus & similes cũ pater hac in re sit ueluti prohibitus & suspectus eius assertioni utcunque expressæ non esset credendum, & multò minus tacitæ assertioni, qualis est illa, quę ex tali tractatione colligitur. nã 43 & generaliter receptum est ut assertioni suspecti uel prohibiti non adhibeatur fides præsertim in iis, quæ ad eius utilitatem uel affectionem spectant (quale est in specie nostra) ita tenet gl. in.l.si donatione. C. de collati. quam ibi omnes sequuntur præsertim Bal. Salic. Paul. castr. Fulgosius Alex. Corneus Ias. & latè Decius ibi tradunt Ias.& alij in.l.hoc iure.ff.de iust. & iure plenè per Andr. Tiraq. in.l.si unquam. C. de reuo. dona. Bar. & Ias. in.l.frater à fratre.ff.de condit.indebiti.l. qui testamentum ubi Bar. Bal. Florianus & reliqui.ff. de proba. Bar. in.l.cum quis decedens.§.Titia per tex.ibi.ff.de lega.3.plenè per dominum Arch. Tarraco. ubi supra dubitatione.i.num.31.& num.37. Cæterùm 44 ubi ageretur de probanda sola filiatione, sine illa qualitate legitimitatis liberior res est, sicq; facilior probatio sufficeret.argumento.l.fi.C.de nat.lib.quæ not.ad probationem filiationis, quæ quotidie nobis occurrebant dum eram collega Diui Iacobi Zebedei Salmant. collegio ubi & in similibus collegijs ideo isthęc frequentius occurrũt, quia Sarracenorum & Iudæorum de genere ad talia collegia ex more uel lege ipsorum non admittuntur, quod non magnopere laudo, cùm naturali omnium hominum cognationi iure naturę nobis colendę id aduersari uideam.l.ueluti.ff.de iust. & iure & uereor ne crucientur huius mali authores, expertus loquor collega enim fui.

43 Fide carret assertio prohibiti.

44 Filiationis nudæ quàm legitimæ facilior præsumptio.

45 Collegia Salman. originem hominum an iure specu lentur.

Item quero habebam uxorem pregnãtem & posthumum ita hęredem institui, posthumus, qui post mortẽ meam nascetur, uel posthumus si post mortem meam in decem mensibus proximis morti meę nascetur heres esto, is non post mortem sed uiuo testatore natus fuit, an testamentum quasi pręteritus rumpat, quęritur? & olim quidem quasi pręteritus rumpebat.l.comodissimè ff.de libe.& posthu. nam cum uiuo testatore uel etiam eo mortuo plures posthumi nasci possent, certè illa uerba, qui post mortem meam &c. taxatiua & demonstratiua sunt.l.stichum qui meus erit.ff.de lega.3.ergo si posthumorum quidam uiuo testatore quidam post eius mortem (ut possibile fuit) nascerentur, non omnes instituti uiderentur, sed illi tantùm, qui post mortem testatoris nati essent, ista fuit ratio & uerus sensus.l. comodissimè supra all. ut sic uerissimum sit, quòd ibi text. ait talem posthumum uiuo testatore nascentem nec purè nec etiam sub conditione inuitatum uideri, hodie 46 tamen diuersum statutum est, per.l.fi.C. de posthu. hær. inst. ubi in eadem specie expressum est, non esse differentiam inter illa uerba, si post mortem meam nascetur, & illa uerba, qui post mortem meam nascetur, quasi lex utroque casu interpretetur esse conditionem & rectè. nam & ille, qui uiuo testatore natus fuit etiam fuit institutus sub hac conditione si post mortem testatoris nasceretur, quę institutio nihil impedit quin extendi ex mente testatoris possit ad eum casum quo uiuo testatore nasceretur, possimusque interpretari quòd testator ideo non expressit eum casum quo uiuo se nasceretur, quia cogitauit se eo casu posse mutare testamentum itaque 47 ut substitutio facta in uno casu trahitur ad alium casum licèt sit directa.l.i.&.l. iam hoc iure.ff. de uulgari, bonus text. in.l.3.C.de inoffic.testamento, ita etiam idem fieri potest & in institutione ut facta in uno casu trahatur ad alium, licèt si in nullo omnino casu facta esset tunc coniecturis non induceretur.l. iubemus C.de testam.l.Gallus in pr. ubi per omnes doct.ff. de libe.& posth. & quòd is fuerit sensus.d.l.fi. patet ibi, dum ait, cum frequentissimas leges posuerimus testatorum uoluntatibus adiuuantes, & rursus ibi, ne pęnam patiatur, pręteritionis, qui filios suos non pręterit. alludit enim ad.l.quoniam in prioribus.l.scimus.§. cum autem l.quoniam nouella.C.de inoffic.testamento, cum simil. in quibus idem Iustinianus fecerat & induxerat ut conditiones, quę in liberorum institutionibus appositę testamentum uitiare poterant reijcerentur, idq; fecerat in liberorum iam natorum institutionibus, non autem in posthumorum institutionibus, ideo postea in.d.l. fin. idem & in posthumorum institutionibus induxit, ut plenius ostendimus supra.§.10.num 427. Vnde 48 infertur uerum non esse quod Alex. qui hanc firmat esse communem op. tenuit. in.d.l.fin. nempe quòd ibi testator erat ferme moriens, quasi aliter.d.l.fi.non procederet, quod falsum est restringitq; illam legem intolerabiliter sicq; tenuit, quòd ipsa procederet etiam si testator sanus corpore fuisset. Item appatet suspectum esse quod Corneus in.d.l.fin.col.i.firmans illam esse communem op. ait nempe quòd in.d.l.fi. erant uerba ambigua, quinimmo dic quòd erant clara & dilucida uel quòd licet clara & dilucida essent non ideo minus.l. illa procederet licèt ipse aliter sentiret, quod & uoluit in consil. 244. lib.2.col.3.

46 Intell.l.fi. C.de post. hær. inst.

47 Institutio facta in uno casu trahitur ad alium non secus quã substitutio.

48 Institutio posthumi facta sub conditione si post mortem testatoris nascetur non excludit natũ uiuo eo licet is non esset ferme moriẽs contra communem & etiã si uerba essent clara contra Corn.

Denique 49 ut liberorum instituendorum necessitas urget parentes ut iam edocti sumus, ita quoque & alimenta & dotes eis præstare necesse habent. ut tradit glo. Bal. Salice. & alij in auth. ex complexu. C. de incest. nup. Abbas & alij in.c.cum haberet, de eo qui duxit in matrimo. Sed & liberi etiam naturales tantùm sunt alendi ut resoluunt Alexan. & Paul. Castren. in.l. Titio centum.§.Titio genero.ff.de condit.& demonst. Alexander in.l.3.num.18.ff.solu.matrimonio. Andreas Tiraq. in.l.si unquam. C.de reuo.dona.pag.341.num.62. Bar. & Ias. in.l.quidam.cum filium.ff.de uerborum obliga. & quid in adoptiuis docent ibi uterque & Tiraq. ubi supra pag. 322. num.7.& num.20. ibi etiam resoluit, an sit suus hęres, hoc amplius etiam filiæ iam nuptæ tenetur pater dotem dare, nisi & contra patris uoluntatem & ignominiosè nupserit, ut resoluit Alexan. in.d.l.i.ff.solu. matrimonio, num.31.cum seq.& doct. ubi supra filia enim potest sed non debet de iure canonico nubere sine uoluntate patris ut plenè resoluit idem Andreas ubi supra multaque congerens etiam in legibus connubialibus.l.9. nume.3. sed per tale matrimonium non liberatur à patris potestate ut & ipse ibi resoluit in lege.i. connubiali nu. 1.& quid si non essent filij ueri sed tantùm putatiui tradit ibi in glo.8.nu.261. in eis enim cessat necessitas alendi dotandi hęredesq; instituendi, ut ibi sed & per contrarium & si pater possit uendere filium ob necessitatẽ famis, non sic ut, ius putatiuis, ut ibidem, & per d. Episcopum

49 Liberi à parẽtibus ut sint instituendi alendi & dotandi siue legitimi, siue naturales, uel spurij, siue adoptiui.

Filius putatiuus nõ est alẽdus nec potest uẽdi ob necessitatem famis.

scopum Couarub. in lib. uariarum resol. fol. 35. col. 4. & fol. 219. nume. 4. filiam autem spuriam an de iure canonico pater dotare teneatur? tradit Alex. in d. l. 1. nume. 18. ff. sol. matrimonio & per Decium consi. 181. Sed cum non ualeat argumentum de alimentis ad dotem, ut resoluit Alexand. in d. l. 1 num. 18. quamuis quo casu pater filiam dotare tenetur, nequeat ei dotis nomine minus dare quàm legitimæ nomine ei deberetur, ut resoluit Decius ubi suprà & in consil. seq. tamen alimentorum nomine etiam quo casu ad alimenta præstanda tenetur, non compelletur tantum alimentorum nomine præstare quantum legitimæ nomine deberetur, secundum eos & per Bar. Paulum & alios. ff. de condi. & demonst. in d. l. Titio centum. §. Titio genero. Vnde refert liberis nostris utrum alimenta tantùm an etiam dotem præstare teneamur. nam priore casu quàm posteriore minor obligatio est, sicq; eum incestuosis liberis alimenta tantùm non etiam dos debeatur. ut in dd. locis habetur, & in d. auth. ex complexu, hæc inuestigatio utilis est.

Alimentorum nomine an tantum quantum legitimæ nomine debeatur.

50 Et iuxta superiora sciendum est, quòd auus 50 paternus tenetur dotare neptem & si neptis illa habeat patrem diuitem, ita Specul. 4. par. titul. de iudi. §. sed quia num. 11. firmat Ang. in d. l. 3. per gl. i. num. 4. ff. de cuicumque. Bal. in l. fin num. 14. C. de dotis promis. Bald. in auth. ex testamento num. 15. uersi. tertio quæro de collat. & est communis opi. secundum Bulga. de Bulgarinis in l. i. num 41. ff. soluto matrimonio, quam op. defendit Crotus ibi num. 80. cum seq. sequitur ibi Soci. num. 47. cum seq. & hanc partem sequitur Bapti. Caccialupus. in l. fra ter à fratre. ff. de condic. indebiti, nume. 128. cum seq. Azo in titulo quod cum eo. nume. 43. in fin. tenentque alii multi, quos ipsi referunt. nam & similiter quamuis pater filio teneatur legitimam relinquere, non tamen ideo minus & mater tenetur: & alias suuoi testamentum inofficiosum diceretur: ut per totum inst. & C. & ff. de inoffi. testamento.

Auus paternus neptem ex filio diuite dotare nō tenetur ardua q.

Contrariam partem ut auus neptem dotare non teneatur, quando filius, neptis illius pater diues est, eamque dotare potest, tenet Bal. in auth. res quæ num. 12. C. comm. de lega. Camillus in l. i. num. 120. ff. soluto matrimonio, est communis secundum Soci. ibi nume. 46. ubi Zasius num. 27. & Ias. num. 26. & Alexan. num. 19. & est communis secundum Ripam ibi nume. 74. sequitur Corrasi. in l. qui liberos num. 105. licèt Salicetus in l. fin. C. de dotis promissione, non se firmet, hanc partem sequitur Ias. in. §. fuerat num. 103. inst. de acti. Campegius de dote. q. 18. fol. 111. facit. l. 8. titulo xi. par. iii.

51 Et in hanc partem procliuior sum. nam 51 huiusmodi obligatio quasi gradatim & successiuè non autem pariter simulq; descendit, ut enim 52 quando filius superstes est nepoti nepti'ue non debetur legitima aut hereditas ex testamento uel contra testamentum. l. si quis posthumos. §. filium. ff. de lib. & posthu. l. si quis filium. C. de inoffi. testamento, utq; ab intestato gradatim simi liter, nō pariter filii & nepotes uocantur. §. 1. & §. ita demum, inst. de hær. ab intestato. l. i. §. uocantur. ff. de bon. poss. contra tab. ita quoque & ad dotem idem ius esse intelligendum est, præsertim cùm durius sit parentes obligare ad danda bona sua inter uiuos quàm post mortem, ut & patet ad sensum, & probat. l. non usque. ff. si à paren. quis fuerit man. & ut 53 pater non tenetur dare dotem aut alimenta filio filiæ'ue si habeant unde se alere aut dotare possint, ut per Bar. in l. si quis à liberis ff. de lib. agnos Decius Cagno. & alii in l. iure sanguinis ff. de regul. iur. Bart. Paul. & alii in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de conditio. & demonstra. ita quoque & si talis filia habeat patrem diuitem, qui eam possit dotare cessabit aui obligatio, quasi tuoe satis uideatur habere unde se alere aut dotare possit. & his adde quæ diximus suprà. §. 10. num. 259. & num. 239. cum ergo solus pater filiam suam hoc casu dota-

51 Dos gradatim debetur liberis.

52 Successio ex test. & ab in. gradatim debetur liberis.

53 Dos aut alimenta dare liberis quibus bent unde se alant nō tenetur.

re teneatur, dubium est quo iure teneatur, & quidem pater 54 non tenetur dotare filiam naturalem ullo iure etiam si ipsa non habeat unde se dotare possit, ista est communis secundum Campegium de dote quæst. fol. 3. nam 55 nec legitima ei debetur. glo. in l. i. in princ. ff de bo. poss. contra tab. Bar. in l. Gallus. §. etiam si parente. ff. de lib. & posth. num. 2. & ibi Alex. col. fi. & Ias. prope finem, qui illā gl. dicunt sing. Ias. in d. l. Gallus. §. & quid si tantum num. 20. facit. l. i. ti. 6. lib. 3. fori. l. 19. tit. de las maodas lib. 3. fori. l. 3. tit. 5. part. 4. facit. l. humanitatis. l. legem. l. iubemus. c. de nat. lib.

54 Dos an filiæ naturali debeatur ardua q.

55 Legitima filiis naturalibus nō debetur.

Contrariam partem ut si 56 non habeat unde se dotet, pater eam dotare teneatur. tenet Alex. in l. i. nome. 18. ff. sol. matrimonio & ibi Ripa hanc dicit communem Corrasi. in l. qui liberos num. 103. ff. de ritu nuptiarum. & hæc pars uerior uidetur. nam communis opin. est, quòd pater tenetur dotare in quibus casibus tenetur filiæ alimenta præstare, nec dubium est quin dos succedat loco alimentorum, ut plenè tradunt Bart. Ioa. de Imola & Paulus Cast in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condi. & dem. plenè per Decium & eius add. in l. iura sanguinis. ff. de reg. iuris Abbas & reliqui in c. cum haberet de eo qui duxit in matrimonium quam pol luit per adulteri. Decius consi. 181. & consi. 182. sed 57 quin filię naturali uel spuriæ uel etiam ex damnato coitu natæ alimenta præstare teneatur, si ipsa non habet unde se alat, uera & communis est opio. ut tradunt Bal. Salt. & reliqui communiter in auth. ex complexu. C. de incest. nupt. Abb. & Præpositus in d. c. cū haberet Bart. in l. fin. ff. de his quib. ut indig. & in l. Meuius. §. duobus ff. de lega. 2. & in l. fi. §. si à Socero. ff. de his quæ in fraudem. Cifontes & Antonius in l. 9. Tauri. Decius & Cagnolus qui plures allegant in d. l. iura sanguinis. neque ad rem pertinet quòd tali filiæ non debeatur legitima; nam lex longè maiore fauore prosequitur alimenta quàm legitimam, ut plenè tradit Cagno. ubi supra nume. 8. unde licèt sint qui uelint quòd filiæ legitimæ & naturali ut non minus dotis nomine assignēt quàm legitimę nomine ad eam spectaret, pater compelli possit. ut per Decium. d. consi. 181. & consi. 182. tamen saltem eum filiam naturalem tantùm dotasset longè minor dos ei (ut nobis uidetur) sufficeret. arg. l. fi. C. de nat. liberis. ergo superiores uarietates ita conciliari licebit, ut dotare quidem teneatur, sed dotis nomine à patre non tantùm exigatur quantum legitimæ nomine exigi solet. sed uideamus quo iure filias dotare teneamur. & pater 58 officio iudicis tenetur dotare filiam, gl. in l. si Socer. ff. sol. matrimonio, quam sequuntur Paulus & Alex. ibi ubi Paulus num. 4. hanc dicit communem sequitur Alberi. in l. fi. C. de dotis promi. est communis secundum Benedi. in c. Rainucius in uerb. dotem, quam ei dederat. nu me. 14. de testam. est communis secundum Corrasi. in l. qui liberos in rep. num. 95. ff. de ritu nuptiarū. cùm enim omnis obligatio contrahatur aut re, aut uerbis, aut literis, aut consensu, in princ. inst. de obliga. & in. §. hæres quoque in l. ex maleficiis eum. §. præced. & §. seq. ff. de act. & obligati. nec quicquam istorum hic inter fuerit sequitur ad id officio iudicis teneri.

56 Dos magis imitatur alimenta quàm legitimam.

57 Alimenta debentur & dos filiæ etiam ex damnato coitu natæ si nō habet & c. unde se alat aut detet.

58 Dotare filiam an pater iure actionis cogatur ardua q.

Contrariam partem ut iure actionis pater filias dotare compellatur, dicit magis communē Corti in auth. res quæ nume. 25. C. com. de lega. illamque dicit receptiorē Soci. in regula 282. num. 4. dicit communem Iaso. in authen. præterea C. unde uir & uxor num. 8. Couarub. in 4. 2. par. c. 3. §. 8. num. 7. Ripa in l. i. num. 55. ff. sol. matrimonio, probatur in l. 8. tit. xi. par. 4. pro superiore tamen opinione ut officio iudicis non etiam iure actionis pater teneatur facit ratio præcedens, quia ut diximus omnis 59 obligatio re, aut uerbis, aut literis, aut consensu contrahitur, quibus autem modis re contrahatur obligatio habes in tit. inst. quib. mo. re contrah. ob. ut contrahatur uerborum obligatio habes ibi in tit. de uerb. oblig. cum seq. & ff. eod. ut contrahatur obligatio literarum

59 Obligationes unde nascantur uel formētur.

rarum habetur per titul.inst.de literarum obliga. & ut contrahatur obligatio consensu, habes per titulum inst. de obligati.quæ ex consensu nascuntur & in.l. consensu ff. de act. & oblig.omnes autem isti modi cessant in præsenti ergo &c.præterea lex odio habuit quòd parentes liberis, aut liberi parentibus, pactionibus, aut actionibus, astringerentur. elegans tex. in.l.si quando.§.illud C.de inof. testam. ibi meritis magis filios ad obsequia paterna prouocandos quàm pactionibus astringendos. ideo iureconsultus ait, quòd filiis semper persona patris honesta & Sancta uideri debet.l.pe. & antep. ff. de obsequi. iussitque litem nullam inter eos esse, ergo nó est credendum ullam, actionem inter eos dare aut accommodare uoluisse, sed si quando pater in officio cessauerint & naturali parentum uoto & pietati non responderit, tunc sat superq; esse debet si officium iudicis liberis accommodetur seu non denegetur, per cuius interuentum eis consulatur. itaque uel nulla actio erit uel erit datiua non natiua, de qua per doct. in.l. iuris gentium in pr. ff. de pact. per Andr. Tiraq. de mort. in præfati. declaratione 7.uel iudicis officium.& facit.l.lis nulla ff. de iudic.

Parentes liberis semper honesti & Sancti uideri debent & inter eos nulla ciuilis actio nulla lis.

SVMMARIVM.

1 *Hæres necessarius est seruus. quod uariè ampliatur & limitatur.*
2 *Seruus ut posit hæres institui, regula cum pluribus ampliationibus & limit.*
3 *Seruus in 8.casibus hæres necessarius non fit continuò sub morte testantis.*
4 *Seruus nó potest hæres institui à domina de adulterio cum ipso accusata.*
5 *Intell.l prospexit.ff. qui & à quibus.*
6 *Mulier seruum suum quando posit hæredem facere.*
7 *Seruus à domino institutus & postea manumissus fit hæres uoluntarius.*
7 *Seruus à domino institutus et postea alienatus iussu noui domini adit hæreditatem.*
9 *Seruus à non domino institutus cuius iussu adire debeat.*
10 *Seruus cur posit hæreditatem in iussu domini tacitè repudiare non expressim?*
11 *Seruus alienus quis dicatur?*
12 *Seruus in quo usumfructũ tantùm habemus, dicitur alienus.*
13 *Seruus plurium ut eis acquirat.*
14 *Intell.l.si paterfam.ff.de hær.inst. contra commun.*
15 *Seruus si sit institutus & ei uulg. substitutus sit alius & iussu domini adiuit cùm testator eum liberum putasset æquè inter dominum & substitu.scinditur hæreditas contra communem.*
16 *Intell.l.si paterfam.ff. de hær. inst.*
17 *Filiofam. repudiante pater admittitur excluso substituto, cum communi contra alteram ferè communem.*
18 *Transmissio cessat post repudiationem, ardua q.*
19 *Institutio uniuersalis comprehendit etiam filium, quẽ testator se habere ignorabat contra communem.*

SVPERIORIBVS proximũ est seruorum institutiones peragere, quæ & in successionum progressu repertæ fuerunt, cùm olim incognitæ fuissent. Ergo seruus 1 non potest testari.l.filiusfam.ff.de testam. & tamé necessarius hæres est seruus heres institutus à domino. in princ.inst. de uolga. &.§. seruus. 1. de hære.institu.& in princ.inst.de hæred. qual.

1 Hæres necessarius est seruus quod uarie ampliatur et limitatur

Primò intelligo in seruo, qui ex toto ad testatorem pertinebat ut in princ. instit. de hęre. qualita. uers. unde, ibi seruum suum. Amplia etiam si reuocabiliter tamen ad testatorem pertineret.l.3.§.qui fideicommissariam.ff.de hære.insti.

2 intelligo in eo qui ex parte tameo erat testatoris si modò alteram partem uiuus redimat.l.sed & si condi. §.si seruum.ff.de hære.insti.hodie etiam si non redimat arg.§.si.instrumenta de dona.l.2.§.1.C.de communi seruo.manumi.secus si seruus ex toto esset alienus tempore testamenti.l.si seruum in print.ff.de hære. instit. licet postea redimeretur ut ibi.

3. intellige in seruu, qui reuocabiliter erat testatoris.d.§ qui fideicommissariam.d.l.3. de hære.institu.

4. intellige etiam in seruo testatoris alienato, qui postea redemptus fuit uiuo adhuc testatore, arg.l. sed & si condit.§.solemus.l.si alienum. §. in extraneis. ff. de hęre.institu.tex.expressus in.l. quotiens.§. sed & si redemptus.de hæredi.insti.ff.

5. intellige quòd potest institui etiam in fraudem creditorum.§.1.inst.quibus manu.non licet.l. si non sex l.qui soluendo.2.&.l.qui soluendo.1.ff.de hęre.insti.l.si his qui soluendo.1.l.si his qui soluendo.2.eod.tit.

6. intellige etiam si is seruus substitutum uulgarem haberet, nam adhuc hæres necessarius foret, ut sentit glos. & ibi expressim Angelus in princ. institut. de uulga. in uerbo. nouissimo. allego ultra Angel. quòd in casu tantùm impotentiæ substitutio facta solet uideri.l.Iulianus.ff.si quis omissa causa testi.

7. intellige quòd potest non solùm primo sed & ulteriore gradu institui.ut & in princ.instit. de uulga. & insti. de hære. qualita. in princ.

8. intellige etiam in seruo ex parte instituto. cum filio testatoris ex altera parte hærede instituto, per decisionem Pauli in.l. qui in aliena.§. interdum. de acquiren.hęre.ff. qui tenet illum tex. procedere etiam si filius esset ex parte institutus, nam ad huc nepos foret necessarius.

Intell.l. qui in aliena.§.interdum ff. de acq.hæred.

9. intellige etiam si habeat cohæredem extraneum, argumento glos. nouissi. in principio de uulga. ratio dubitandi ex.l. apud Iulianum.§. idem Iulianus, ad trebellia.ff.

10 intellige quòd etiam filio testatoris impuberi erit necessarius.l. sed si plures.§. quos possum.l. ii.§. prius de uulga. ff.

11. intellige cum instituitur cum libertate.l.1.in pr. C.de necessa.ser. hæred.

12. intellige etiam si sine libertate hodie instituatur.l.penul.in prin.C.de necessa.ser. hęred.inst.in prin. inst.de hæredi.inst.§.2. inst.quibus ex causis manumittere non licet.

Item, 13. intellige etiam si sola libertas ei detur, & quid si neque hæreditas nec libertas? die ut superius attigimus. & quatenus diximus quòd seruus 2 testatoris institui potest. in princ. inst. de hęr.inst.l.2.tit. 3, part.6.intellige primo quando data fuit ei libertas & hæreditas.l.p. C. de necess.ser.intellige secundo quando hęreditas tantùm ut & ibi, tertio, quando libertas tantùm si nullus uelit hæreditatem. inst.de eo cui libert. cau. bona.add.in prin.quod si nec libertas nec hæreditas data sit, tunc etiam libertatis causa & fauor non sufficit.§.in primis cod. tit.

2 Seruus ut possit hæres institui reg. cũ pl.ampl. & limit.

Ampl. etiam si testator non esset soluendo.§.1.inst. quib.ma.non licet.l.1.C.de necess. ser. quod limita nisi plures instituisset.l.qui soluendo.1.de hær.inst.ff, quam. limi. intellige cum eos simul nominauit, secus si alterũ priorem, nam is saltem hæres erit.l. qui soluendo.2, eod.tit. simile in.l. generaliter.§. quid ergo.ff.de fideicomm.liber.& in.l.quoties.ff.de usufr.item limita.2.nisi qui seruum fraudandorum creditorum causa manumisisset liberum substituisset.l.si is qui soluendo.2.ff. de hær. inst. & per. §. seruus.autem à domino inst.de hær. inst.probatur quòd seruus à domino institutus si in eodem statu mansit, efficitur liber, & hæres necessarius. concordat.§. licet inst. quib. ex cau.man.non lic.&.§.1. de hær.qual.& in princ.inst. de uulg.&.in.d.§.seruus autem à domino inst.de hær.inst.

Ordo litteræ attenditur.

Seruus à domino institutus fit liber & hæres necessarius.

Occidere licebat seruos & filios.

Ratio, quia seruum occidere licebat, & filium, ut in §. 3. & §. sed & maior inst. de iis qui sunt. sui. l. in suis. ff. de lib. & post. ergo multo magis hæredem necessarium facere.

Hæredem habere interest testantis.

Ampl. conclus. ut uel in fraudem creditorum fieri liceat. d. §. licet. 2. resp. l. 1. C. de neces. ser. hær. inst. ratio quia interest testatoris hæredem habere. l. quia hoc interest. ff. de interrog. act. 2. ratio est, quia nisi haberet hæredem iniuria afficeretur defunctus. d. §. licet in fi. sed & per actis inter uiuos potest quis fraudem facere creditoribus hæreditatem, legatum ue repudiãdo. l. qui autem in prin. & §. 1. ff. quæ in fr. cred.

Defunctus sine hærede decedens in iniuria afficitur.

Ratio, quia is sibi etiam ipsi insidiatus est. l. 1. §. confertur de coll. bo. ff. de dona. inter uirũ & ux. l. si sponsus.

Charitas maior erga alios quàm erga se à nullo petẽda.

Et intellige quòd in ultima uoluntate unum tantũ seruum in fraudem creditorum potest manumittere: quòd si de facto plures in fraudem manumiserit, tunc refert omnes simul, ut tunc nullus sit liber, nec hæres ff. eod. l. qui soluendo. 1. cum seq. quòd si appareat uter prior nominatus sit, is solus liber hæresque erit. l. qui soluendo. 2. eod. ti. ampl. ut non solùm hæres existat sed quòd etiam statim post mortem. l. si post mortem. ff. de leg. 1. quę ampliatio lim. septem modis, ut infra.

Ampl. ut etiam ignorans efficiatur hæres. l. eius qui ff. si cert. pet. idque. ampliatur ut & in seruo furioso procedat, quia ignorans & furiosus in acquisitione hæreditatis æquiparantur. §. sui autem inst. de hær. ab intest.

Idem in seruo impubere, arg. l. in negocijs. ff. de reg. iur. §. furiosus, iuncto. §. pupillus, inst. de inutil. stip.

Amp. 3. & si ex parte tantùm sit institutus. l. ex parte ff. de acqui. hær. quarto intellige idem in muto & surdo, arg. l. cum pater. §. surdo. de leg. 2. quinto intellige idem si plures in fraudem manumittat, non consilio sed re tantùm. l. in fraudem. ff. qui & a quib. §. in fraudem, inst. quib. ex cau. man. non licet. sexto intellige idem si alius hæres esse possit. l. ei qui soluendo. ff. de hær. inst.

Lim. cum seruus institutus habet cohæredem conseruum, qui tamen post mortem testatoris statim liber futurus erat, quia ei ex causa fideicommissi debebatur libertas. l. si is qui soluendo. 1. eod. titu. ff. iuncta glos. ibid.

Seruus à domino institutus hæres necessarius definit fieri in 10. casibus.

Idem si illi libertas debebatur ex causa uenditionis, quia ita uenditus fuerat, ut post certum tempus manumitteretur. l. 2. C. si mancip. ita fuer. alien. uel ma. iuncta l. si seruo. §. idem probandum. ff. de hær. instit. tertio intellige, idem si ex causa donationis ei debebatur libertas. d. §. idem probandum, iuncta l. 2. C. si manc. ita fuerit ali.

Idem si is seruus ab eo institutus fuit, qui pecunia ipsius serui eum redemerat. l. is qui. ff. de manum. iuncta d. l. si seruo. §. idem est in eo. collige ergo has quatuor limit. primò quando debebatur libertas ex causa fideicommissi 2. quando ex lege uenditionis expressa. 3. quando ex natura uel lege tacita uenditionis. 4. quando ex lege donationis.

Lim. 5. quando institutus manumissus fuit in fraudem ciuitatum. l. in fraudem ciuitatum, in princ. ff. qui & a quib.

Idem si in fraudem fisci. d. l. 2. resp. Lim. 6. etiam si in fraudem priuati, cui alius hæres existere potuit. §. si nemo quib. ex cau. man. non licet. instit. Idem & 7. si alius potuit si tamen non primo sed secundo loco institutus. l. ei qui soluendo. ff. de hær. inst.

Infertur 1. quòd si habuit is seruus cohæredem, non erit hæres l. si is qui soluendo. 1. iuncta gl. 1. ff. eod.

Infertur 2. quod si habuit substitutum, idem erit. l. si is qui soluendo 2. eod.

Lim. 8. nisi is seruus accusatus de adulterio cum domina commisso foret. §. 1. instit. de hær. inst. l. his uerbis. §. interdum. ff. eod. l. cum filius. §. seruus eod. l. 3. titu. 9. part. 6.

Seruus pignori datus non fit hæres necessarius.

Lim. 9. nisi is seruus specialiter pignori datus fuisset, tunc enim necessarius non fieret. l. si. 2. resp. C. de neces. ser. hær. inst. l. pignori. ff. eod.

Lim. 10. quando plures serui in fraudem priuatorum creditorum instituerentur. l. qui soluendo. 1. & l. qui soluendo. 2. ff. eod. nisi fraus re tantùm interfuisset. l. in fraudem, qui & à quib. §. in fraudem inst. quib. ex causis man.

Quid autem si seruum purè in fraudem creditorum alium autem sub conditione instituit, quæ pendebat tempore mortis testatoris. cogita propter. l. ei qui soluendo. ff. eod. tit. Diximus ut quibusdam casibus nunquam fit seruus hæres necessarius, sed quia alias regula statim post mortem testatoris fit necessarius. l. si post mortem in princ. ff. de leg. 1. Bart. in l. fi. ff. de cond. instit. Nunc 3 accipe casus in quibus non efficitur hæres necessarius statim post mortem testatoris. Primus, si libertatem sub conditione accepit. Secundus, si sub die, cum tam conditio quam dies tempore mortis penderet. Tertius, quando libertatem purè, hæreditatem autem sub conditione, quæ tempore mortis testatoris pendebat. Quartus, quando usumfructum serui alienauit testator post factum testamentum. hæc probantur. ff. eod. l. si seruus communis. l. quoties. §. p. & fin. l. qui filio. §. seruus. ff. eo. uerum est, quòd hoc ultimum puto correctum, ut dixi in superioribus. Quintus, cum is seruus non institutus, sed per fideicommissum uniuersale uocatus sit, tunc enim spectatur aditio scripti. l. si non. lex. ff. eod. Sexto si substitutus esset ut in prin. inst. de uulg. iuncta. l. quandiu. ff. de acq. hær. Septimo, quando interfuit accusatio de adulterio, cum alio quam cum seruo commisso, isque seruus, eius qui adulter dicebatur, ab ipsa uel ab alio instituitur. l. prospexit. ff. qui & a quib. l. 3. C. de adult. l. si postulauerit ff. eod. Octauo, in l. ex parte 2. resp. ff. de acq. hær.

3 Seruus in 8. casibus hæres necessarius non fit continuo sub morte testantis.

Et mulier 4 de adulterio cum seruo suo commisso accusata, non potest manumittere uel hæredem instituere eundem ante litem finitam. l. his uerbis. §. interdum ff. eod. tit. de hær. inst. l. cum filius. §. seruus de leg. 2. l. 3. in fi. tit. 3. parte. 6. §. est autem inst. de hær. inst.

4 Seruus nõ potest hæres institui à domina de adulterio cum ipso accusata.

Ampl. etiam si accusaretur de adulterio cum altero commisso, nam & tunc saltem infra dies 60. manumittere non posset. l. 3. C. de adult. l. si postulauerit. §. prohiberi. ff. eod. ampl. 2. etiam si is seruus, 5 qui manumissus fuit, fuisset in alia regione. l. prospexit. ff. qui & à quib. sed opp. quod cessante causa &c. sol. non cessat ex toto, nam potuerunt conserui eum certiorem facere de rebus dominæ communis. ut per Iaso. in l. non dubium num. 31. C. de legibus per Felin. in c. si quando de rescript.

5 Intell. l. prospexit ff. qui & à quibus.

Ampl. 3. etiam si mulier non dum esset accusata, si tamen diuortium cum ea fecerit iam maritus propter adulterii suspitionem. l. sed si maritus. ff. qui & a quib. tenent Faber & Ang. contra glo. ibi in d. §. est autem.

Ampl. 4. ut non solùm impediatur manumissio, sed etiam ut ad mortem tam domina quam seruus puniantur, si crimen probetur. l. un. C. de muli. quæ ser. pro se. iung. Ratio, quia mulieribus præcipuum munus est castitas. l. si qua illustris. C. ad orficia.

Ampl. 5. ut legatum huic seruo relictum, non debeatur. l. cum filius. §. seruus. ff. de hær. inst.

Ampl. 6. secundùm nos, ut 6 idem sit etiam si is seruus postea absolutus fuerit. arg. l. iii. §. fin. ff. ad Sylla. & l. penult. C. eodem & per generalitatem text. in d. §. est autem cum concor. quòd tenuit glo. fin. in d. §. seruus licèt contra teneant Angel. & Vigl. in d. §. est autem, quorum op. admitterem quando is seruus postquam recepit libertatem accusaretur, ratio differentiæ isto casu esset occasio fraudandi libertatem iustis meritis datam, uerùm, si ante datam libertatem fieret accusatio, tũc non põt dici in fraudem libertatis nondũ datæ factã accusationẽ, quinimmo iustius diceretur in fraudem accusationis datam libertatem, ut si fortè de-

6 Mulier seruum suum quãdo possit hæredẽ facere.

lictum probaretur, citius liber factus, quàm si adhuc seruus esset, puniretur. §. item lex iulia de adult. inst. de pub. iud. & Ang. in d. §. est autem.

7 Seruus à domino institutus & postea manumissus fit hæres uoluntarius.

Deniq; 7 sciendũ est, quòd seruus à domino institutus & deinde manumissus, efficitur hæres uoluntarius, non necessarius. §. seruus autem à domino inst. de hær. inst. ratio ut in l. nec emere. C. de iure delib. l. qota poterat, ad Treb. facit. l. sicut ab initio C. de act. iuncto. §. hæres quoque, inst. de oblig. ex quasi contrat.

8 Seruus à domino institutus & postea alienatus iussu noui domini adit hæreditatem.

Et seruus 8 institutus est deinde Alienatus debet adire iussu noui domini, nam sibi neque hereditatem quærit neque libertatem.

Secundo ut in. §. item uobis per quas pars nob. acq. inst. l. qui seruum. ff. de acquir. hær. l. placet. l. si quis mihi bona. §. iussum eod. & uides quare non acquirat ipso iure hæred. sed quare non acquirat libertatem, dic ut per glo. in d. §. seruus à domino.

Ampl. ut si post iussum alienauerit adire iobens seruum, tunc nouioris domini iussus exigatur. l. Antistius §. 1. ff. de acq. hær.

Lim. in iussu eius, qui antequam seruus adiret factus est furiosus. l. si per epistolam. ff. de acquir. hæred. l. Antistius. §. fin.

Lim. nisi sit furiosus, nam tunc iussu adit curatoris. d. l. si per epistolam & C. de curat. furi. l. fi. §. tali itaque.

9 Seruus à nõ domino institutus cuius iussu adire debeat.

Et seruus 9 à non domino institutus iossu domini debet adire. l. item uobis inst. per quas pars nob. acqu. uers. sed si hæres. l. aditio. ff. de acquir. hær. l. per seruum eod. l. si solus. §. i. eod. tit. l. cum quis C. de iure delib. l. si pater. ff. de hær. inst. §. fi. de uulga. inst. §. alienus quoque, inst. de hæredibus inst.

Ratio dubitandi ex. l. seruus uetante. ff. de uerb. obli. l. etiam inuitus. ff. de acquir. rerum dom. l. quemad. de iure dot. ff. ratio decidendi ne dominus inuitus obligetur. l. qui in aliena in pr. l. quia poterat ad Treb. ff. secunda ratio, quia &c. ut. l. si hæreditatem. ff. mand. hinc est quòd legatum seruo relictum ipso iure quæritur domino, ipsiq; datur facultas agnoscendi uel repudiandi. l. legatum de leg. 1. l. filiof. ff. de condit. & demonst. quia legati utilitas indubitata est, non sic in hæreditate al. l. si hæreditatem.

Hæc conclusio eget multiplici declaratione, prima q iussus præcedat. l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acq. hær. quinto quòd seruus uelit, nam inuitus non compellitur. tertio q sequuta aditione hæreditas nec per momentum residet penes seruum. l. placet. ff. de acquir. hær. quarto q repudiatio serui inuito domino facta, ei non obsit. l. is qui hæres. §. fi. eodem titulo.

10 Seruus cur possit hæreditatem iniussu domini tacitè repudiare nõ expressim.

Sed moueo nouam difficultatem, cur 10 non possit seruus expressim repudiare, cum possit tacitè, nolendo adire? resp. nouissimi, est differentiæ ratio, quia ex expressa repudiatione, nil emolumẽti seruo cõtingere potest ex dilatione autem potest, ut si interim liber fiat sibi quirat. l. si solus. §. l. de acq. hær. ff.

Amplia & limit. ut supra. Denique seruus institutus & postea manumissus suo arbitrio adire potest, cõp. in. §. i. inst. eod. titulo de hær. inst. &. §. alienus quoq; eo. tit. secundo, ut in. l. nec emere. C. de iure delib. l. si hæreditatem. ff. mand.

11 Seruus alienus quis dicatur.

Alienus 11 seruus dicitur is, cuius proprietas alterius est, licèt usufructus ad testatorem pertineat. §. alienus inst. de hær. inst. secundo quia usosfructus finitur morte. §. finitur inst. de usufr. l. corruptionem. C. eod. l. Titio cum morietur. ff. de usufructu. l. mulieri & Titio ff. de cond. & demonst. quo fit ut statim post mortem testatoris eiusdemq; fructuarij ex toto is seruus alienus uideatur sitq; perinde ac si seruus ab initio ex toto alienus institutus foret. cum ergo seruo alieno libertas etiam expressim relinqui nequeat. l. seruo. C. de testam. manumis. multo minus relinquitur tacitè per dationem hæreditatis.

Is ergo seruus ut pote alienus poterit iussu domini adire hæreditatem. §. seruum alit, inst. de hær. insti.

Et considera quòd aliqoando & primo seruus communis ut in specie nostra cõsequitur libertatem expressim tam à proprietario quàm ab usufructoario, & tunc statim liber erit. l. i. §. sed si tam proprietarius. C. com. de manum. quòd si à proprietario tantùm, tunc similiter statim liber erit. §. sin autem proprietarius, ead. l. quòd si ab usufructuario tantùm, tunc liber non erit, sed seruus manet, uerùm interim proprietarius dum fructuarius uiuit non poterit eius serui ministerio uti. §. sin autem usufructus, ead. l. hęc quo ad expressam datione libertatis, quid autem in tacita, quæ resultat ex institutione seu hæreditatis datione?

Et dic, si uterque instituat inq; eadem uoluntate perseuerarunt, tunc post mortem utriusque erit liber hæresq; necessarius proprietario, fructuario autem uoluntarius, post mortem autem proprietarii ei statim hæres erit necessarius & liber, licèt interim præpedita sit eius libertas, post mortem uerò fructuarii necessarius heres non erit, sed iussu proprietarii adibit, uel non, quòd si adierit fructuarij hæreditas statim acquiretur proprietario. Nec ad rem pertinet quòd ex re fructuarij quęsierit, nam acquisitio fit eo tempore, quo usufructus morte fructuarii, cuius de hæreditate agebatur cũ proprietate consolidata fuit. quòd si proprietarius tantùm eum instituat, qui decessit uiuẽte fructuario, is seruus potest suo arbitrio adire hereditatem, arg. l. i. §. sin autem proprietarius. C. com. de manum. ibi & suæ posteritati relinquat, & ibi hæreditas eius, sed magis est oppositum. arg. l. quoties. ff. de hær. inst. §. fin. & in. §. pen. ibi hæreditatem moratur, cuius sensus est, quòd hæreditatis acquisitio tandiu impeditur & moratur quandiu dies libertati adiecta uel usufructus durat, quod uerissimum puto inspecto iure. ff. secus inspecto iure. C. arg. d. §. sin autem, maximè ibi, sibi acquirat: ratio differentiæ inter ius uetus & nouum, quia iure ueteri post manumissionem proprietarii seruus non fiebat liber, licet nullius seruus esse uideretur, unde nihilo magis sibi acquirebat quàm acquireret fera, quæ à nullo capta esset, quę licet nullius serua neq; nullius dominio dici posset: tamen secum nil habere posset: præterea seruus quod attinet ad ius ciuile &c. l. quod attinet. ff. de regul. iur. sed cum iure C. etiam durante usufructu consequatur libertatem perq; eam consequatur facultatem acquirendi sibiq; habendi, d. §. sin autem proprietarius, sequitur quòd hæreditatem hanc sibi adire acquirereque poterit. nec ad rem pertinet, quòd interim sit impedita administratio, nam resp. id alias fieri, nec per hoc acquisitionem impediri, cum detur curator bonis. ut. l. filiis matrem cum glo. C. de inoffic. testamento idq; in specie uidentur tenere glo. fi. in d. l. quoties. §. fin. & gl. fi. in pr. inst. de hær. insti. quòd si institutus fuit ab fructuario, qui uiuente proprietario decessit, tunc iussu proprietarii adire eique tantùm acquirere potest, ut dictis iuribus.

12 Seruus in quo usumfructũ tantùm habemus dicitur alienus.

Et seruus 12 in quo usumfructum tantùm habemus dicitur alienus. §. alienus instit. de hæred. inst. ut modò dicebamus.

Quod intelligitur multipliciter, primo intelligitur, quò ad necessariam hæredis existentiam, non enim magis necessarius hæres fit cũ instituitur ab eo, qui usumfructum tantùm habet, quàm fieret si ab eo institueretur, qui nullum omnino ius in eo haberet. ratio, quia & si tempore testamenti usumfructum habeat tamen tempore, quo institutio sumit effectum (quod accidit demum post mortem testatoris. l. si alienum. §. in extraneis. ff. de hær. inst. §. in extraneis inst. de hær. qu. l. i. de testam. ff. l. 4. de adim. lega. ff.) nullum usumfructum habiturus est, quia usufructus finitur morte. §. finitur inst. de usufr. inspicitur autem tempus quo dispositio sumit effectum, nõ autem tempus, quo fit. l. i. & l. quod sponsę. C. de don. ant. nup. l. in tempus. ff. de hær. inst.

8. intelli-

8. intelligitur, quo ad expressam libertatis dationẽ, quæ olim & hodie seruo ex toto alieno dari non potest l. seruo. C. de test. manu. l. Si alienum. ff. de hære. inst. in pr. seruo, autem qui ex parte tantùm quota ad nos pertinebat similiter libertatẽ cõcedere seu legare olim nõ poteramus. l. i. in pr. C. de communi seruo man. hodie possumus. d. l. i. §. i. & ii. & inst. de donat. §. fin. seruo aut cuius usumfructum tantùm habemus, nec olim poteramus nec hodie possumus. l. i. C. com. de manum. §. fin autem usufructuarius. quòd si è contra proprietatem in eo haberemus, possumus, et tamen datio libertatis non præiudicat usufructui. d. l. i. §. fin autem proprietarius.

Tertio intelligitur, quò ad tacitam libertatis dationem, quæ nec data uidetur, nec dari posset. argumento l. cum quid. ff. si cert. pet. ergo dicta in membro superiore & in isto habeantur repetita.

Quarto intelligitur, quò ad necessariam domini defensionem, quæ seruis in quibus usumfructum tantùm habemus non incumbit. l. i. §. qui seruum bona fide ff. ad Syllani.

5 intelligitur quo ad uoluntariam hæredis existentiam, ut enim seruus ex toto alienus ab extraneo. i. nõ domino institutus, uoluntarius hæres existit adibitq; iussu domini. l. si quis mihi bona. §. uitium. l. placet de acquir. hær. l. iii. C. de hær. inst. per quas pars nob. acqu. §. Item uobis. &. §. alienus quoque, inst. de hære. inst. ita & is seruus in quo usumfructum tantùm habemus secundum glo. & bene. in. §. alienus inst. de hæred. inst.

6. intelligitur, ut. ff de furt. l. filius in fin. quæro an si seruus ab eo, qui proprietatem tantùm in eo habebat instituatur, possit etiam durante usufructu adire, & gl. quòd sic sub dubio fortè in. l. quoties in fin. ff. eod. super quo nullum uerbũ Alber. Bar. Bal. Imol. Cuma. & Paul. ibi, nec alibi, unde cum gl. transire uidentur.

13 *Seruus plurium ut eis acquirat.*

Seruus plurium institutus unicuique dominorũ pro portione dominica acquirit hereditatem. §. seruus autem plurium, inst. de hęr. instit. cõnc. l. 2 §. & l. fin. titul. iij. par. vi. idem in legato. l. uerum. §. si seruo communi ff. pro Soci. idem in stipulatione. §. seruus communis de stip. seru. l. i. §. communis. ff. eod. ampl. ut. l. & Proculo. ff. de acquir. hær.

Intellige primo, quando omnes iusserũt adire aliàs enim &c. ut. l. seruus communis ab extraneo. ff. de acqui. hær. tunc enim soli iubenti acquirit.

Lim. 2. nisi interim sui iuris fiat, quo casu, sibi acquirit portionem eius, qui non iussit. l. seruus duorum. ff. de acquir. hær. amplia ut procedat & si sit seruus unius, qui ex parte purè ex alia sub conditione institutus, puram adiuit iussu domini. nam conditionalem sibi quærit, si tempore existentis conditionis sui iuris fiat. l. si solus. §. fi. de acquir. hær.

Lim. nisi habeat substitutum, quo casu pars non iubentis pertinet ad substitutum. l. si impr. ff. de uulg. l. & si substitutum de acq. hær. ff.

Lim. etiam ut. l. & Proculo, de acquir. hær. ff.

Lim. quando instituit facta expressione seu mentione duorum, quo casu, aut dixit instituo Stichum seruũ Titii & Seii, & tunc pro uirilibus, aut dixit Stichum seruum fratrum meorum, & tunc pro dominicis, aut dixit seruum Titii & Seii fratrum meorum & pro uirilibus, aut seruum fratrum meorum Titii & Seii, & pro dominicis. l. si communis seruus ita. ff. de stip. ser. l. ita liber ff. de stat. lib.

Lim. nisi instituatur ab uno ex dominis. §. fin. inst. de donat. l. i. §. his ita. C. de communi seru. manum. hæc procedunt quando seruus hæres institutus esse dicitur, qui quidem seruus indubitanter intelligitur habere testamenti factionem passiuam, ut dictis iuribus, non secus quàm filiusfam. ut in. l. acquiritur & in. l. placet. ff. de acquir. hær. & d. l. acquiritur est sub titulo. ff de acquir. rerum dominio. §. item uerbis. inst. per quas pers. nob. acquir. Denique constat testamenti factionem actiuam q seruus non habet, ut in pr. inst. qui test. fa. po. sed si seruum alienum quem liberum putabam institui, eiq; uulgariter substitui, & iussu domini adiuit, diuiditur hæreditas inter dominum & substitutum. l. si paterfam. ff. de hæred. inst. §. fin. inst. de uulg. & ista 14 iura intelliguntur secundum glo. in. d. l. si paterfam. & in d. §. fin. & utrobique comm. Doct. quòd 15 substitutus de quo ibi quartam hæreditatis partem, dominus uerò illius serui instituti alias tres hæreditatis partes habiturus sit, mouentur per d. l. si paterfam. ubi (secundum eos) seruus fuit ex asse institutus, & tamen tex. dicit semissem diuidendum inter illius serui dominum & substitutum, nec de alio semisse aperit quid iuris. unde intelligendũ est. q ad alterum eorum pertinet in totum. s. uel ad dominum serui uel ad substitutum, & in re dubia ad dominum illius serui potius quàm ad substitutum deferendum est, per rationem, quam assignat glo. utrobique. Tu tene q si hæres institutus sit seruus, quem testator liberum esse putabat, & si hæres non erit datus sit sibi substitutus uulg. si quidem ipse hæreditatem iussu domini adierit, hæreditas illa æquis partibus, inter ipsum substitutum. & serui illius dominum diuidetur. quod probatur in d. §. fi. in uerbo. in partem. nam partis appellatione, dimidia pars continetur. l. nomen filiarum. §. j. de uerb. sign. probatur & secundo, per. l. & hoc Tiberius. ff. de hær. inst. dum ait simpliciter diuisa hæreditas est, nam in dubio æquis partibus intelligendum ult. argumento tex. in. §. si plures, insti. de hær. inst. tertio hoc est expressum apud Theofilum in d. §. fin. qui pro text. reputatur, quandoquidem fuit unus ex compilatoribus iuris ciuilis, ut est tex. in §. cumque hoc, inst. in procemio & in. §. ideoq; in prima consti. C. & in Procem. ff. ueteris in. §. & primo quidem anno. Postremo hec pars cõprobatur, nam potius è contra dicendum erat, ut ad substitutum hęreditas tota, ad dominũ uerò serui nulla pars pertineret, nam substitutus habet in casu nostro testatoris uoluntatem, non dominus. ergo præferendus omnino est, quia propter præsumptam testatoris uoluntatem recedimus à regulis iuris communis. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. sed substitutus solus habet testatoris uoluntatem ut patet ex d. l. si paterfa. & d. §. fin. ergo ultimo hæc pars cùm sit magis conformis uoluntati testatoris, tenenda est. argumento. l. in cond. primum locum. ff. de cond. & demonst. authen. de nupti. §. disponat. l. filium quem habentem in uerbo faciat. ubi Ias. C. fam. here. Tenendo hanc partem, non 16 obs. d. l. si paterfamil. nam ibi seruus non ex asse sed ex parte tantùm fuit institutus (ut patet ibidem ad pri. ibi sempronium cohæredem) unde cum ad sempronium cohæredẽ alter semis iure institutionis pertineret, nec apparet quid de altero semisse, in quo seruus fuit institutus, semproniusq; substitutus faciendum esset, deciditur ibi, ut inter sempronium substitutum & dominum serui instituti æquis portionibus diuidatur. unde ita intelligendo, prout intelligendum est, ille tex. est melior de iure contra communem, dum ait, æquis portionibus diuidatur. & ultra doct. in d. l. si paterfam. & in d. §. fi. uide Politum in tractatu substitutionis uulgaris, in parte iii. in pr. & Zasium in eodem tractatu, num. 9. Iaso. in. l. cum filio num. 90. & ibi. Bar. num. 6. ff. de leg. j. idem Ias. in l. cum proponas nume. 12. C. de hær. inst. Soci. in. l. j. ff. de uulga. in 8. quæstione quartæ quæstionis principalis, qui simpliciter sequuntur communem opin. quam improbamus.

14 *Intell. l. si paterf. ff. de hæred. inst. cõtra communẽ.*

15 *Serui si sit institutus & ei uulg. substitutus sit a liis & iussu domini adiuit cũ testator eum liberum putasset æquè inter dominum et substit. scinditur hæreditas contra communem.*

16 *Intell. l. si paterf. ff. de hæred. inst.*

Illud autem dubium est, si filiusfam. 17 sit institutus & si hæres non esset, sibi substitutus datus sit, isq; filius repudiauit hæreditatem, an iure nouo substitutus præferatur patri. mouet quęstionem, quòd hodie repudiante filio pater admittitur, ut probat. text. in l. fin. in prin. & §. similique modo. C. de bon. quæ lib. Vnde cùm ius transmissionis sit potentius iure substitutionis, ut in. §. cum autem in superiore. C. de cad. toll.

17 *Filiof. repudiante pater, admittitur excluso substituto, cum communi contra alterã ferè communi.*

& in.l.unica ubi per omnes. C. de his quæ ante apertas tab. & plenè disseremus infra. §.seq. num.11. & is paterf. cuius filium repudiantem iure quodam transmissionis admittatur, debet excludere substitutum. deinde facit, quia is paterfam.habetur perinde atque si primo loco institutus & nominatus esset. ut in.d.§.similique modo, sed primo nominatus præfertur substituto.ut in.l. Publius.§.i.ff.de cond.& dem.ergo. Tertio quia pater & filius una persona reputantur.l.fi. C.de impub.l.in suis ff.de lib.& posth.sed is, qui uenit iure repræsentationis habetur perinde ac si esset in primo gradu, ut in.§. cum filius inst.de hæred.ab intestato,ergo debet excludere substitutum, qui est in secundo gradu.Quarto facit, quia ut si filiusf. instit.patris adiret hæreditatem,tunc indubitanter excluderetur substitutus.l.si paterf. ff. de her. instit.§.fi.insti.de uulg.ita quoque si repudiet filius paterf.admittitur excluso substituto: quia hoc casu iure nouo filij repudiatio patri non nocet, quinimmo aditio patris æquiparatur aditioni factæ per ipsum filium. d.l.fi.in princ.&.§.similique modo,ne alias ea lex, quę facta fuit in fauorem patris conuerteretur in læsionem ipsius,contra legem quod fauore. ff.de reg.iu.iuncta.l.ia qui hæres.§.fi.ff. de acq.hær.Quinto,adde quod plus iuris habet pater ad filij hæreditatem post.d.l.fi.de bon. quæ lib. quàm habeat heres in quem ex potentia sanguinis uel iuris de liberandi hæreditas transmittitur. id primo patet, nam 18 pater post repudiationem etiam filij instituti admittitur, ut.d.l.fi.secus in eo, qui prætendit.ius transmissionis. nam post repudiationem hæredis instituti non admittitur.l.un.in uerb.si tamen hæreditatem non recusant, ubi communiter docto. C. qui ante aper. tabul. secundo quia in. d.l.fin.§.similique dicitur, quòd filio repudiante, pater habetur ac si ab initio institutus foret, at nulla lege dicitur, quòd is in quem hæreditas transmittitur habeatur ac si ab initio institutus esset, & sic ista est uera & communis opin. quam tenet Bar. & alij in.d.l. cum proponas idem tenent Bart.in.l.i. in.3.q.principali.ff.de uulg.& ibi Imol.& Areti. Bart. & Imol. in.d.l.paterf. gl.Bart.& alij in.l.fin.§.i.C.de bon. quæ lib.Bal.& Fulg.in.d.l cum proponas Imol.in.e. Rainuti.in materia uulgaris substitutionis de testam.Socin. in.l.j.ff.de uulg.in octaua quæstione quartæ quæstionis principalis.

18 *Transmissio cessat post repudiationem*

Contrariam partem tenent.Ias.in.l.cum filio. nu. 90. ff.de leg.i.idem Iaso.in.l.cum proponas nume.12.C. de hęr.insti.& ibi Ang.& Alex.& Paul.idem Ang. in.d.l. si paterf. Ang.& Paul.in.d.l.fi. in prin.& Guido de Suzar. Guliel. de Cun. Iacobus de Bel. & Alberi.in.d.l.fin. in prin.C de bo.quæ lib.sed uerior est communis opin. supra relata.& ad fundamenta eorum,qui contrarium defendunt,ex nostris fundamentis patet responsio. nam quod substitutus habeat uoluntatem testatoris expressam, pater uerò ueniat ex tacita legis dispositione, id non obest, quia inspecta legis interpretatione, que descendit ex præsumpta uoluntate testatoris, substitutus non uidetur inuitatus quandiu locus esse potest primo gradui uerè uel interpretatiuè. Hinc est quòd post exclusionem unius ex institutis, non fit locus substituto, sed repudiantis portio accrescit coniuncto, licèt tacitam tantùm habeat uoluntatem. ut est uera & communis opin.ut per Bar.& alios in.l.hæredes mei.§ cum ita.ubi latè Ripa num.95.ff.ad Trebel.dixi plenè infra lib.7. Denique ibi uocatio patris omissa à testatore suppletur à lege ex uerisimili mente ipsius testatoris. id quod facit contra glo.oportere in.l.Titius in prin. de lib. & posth. quæ est communiter app. secundum. Ias.ibi num.18.& secundum Iaso. in.l.sicut certi.C. de testam.mil.dum ait quòd 19 si dixi instituo omnes filios meos non uidetur institutus ille, quem testator ignorabat se habere, & consequenter quòd testamentum infirmabitur filii præteritione.duo ergo dicunt, primo, quòd non comprehenditur filius, quem putabat mortuum esse, ita Bar.in.l.si quis ita.ff.de testa. tut.quod & uult d.gl.dum ait, talem filium esse præteritum. Secundo,testamentum nullum esse quasi filij præteritione.Tertio id obtinere etiam in testamento militis, quę omnia falsa sunt, nam filium non fuisse præteritum, patet lege & ratione nam id probat.d.l.si quis ita, ibi (licet nomen filiorum admittat & ipsum) & d.l.Titius,ibi (respondi filios & filias nominatim exheredatos proponi de errore autem testatoris apud iudicem agi oportere) ratione quia indefinita &c.fateor quòd in.dd.ll.licet præteritus non fuit quò ad uerba, fuit tamen præteritus quò ad mentem, quæ præualet.l.3.C.de lib.præt.l.2.C.com. de leg.modo sic, is, qui quò ad uerba fuit præteritus & etiam quò ad mentem sed fingitur per.l.institutus ex præsumpta uoluntate patris testantis.l.3.C.de inoff.testam.non nocet. ut ibi. quanto ergo magis is, qui quò ad mentem tantùm præteritus fuit, non prætereundus si de eo testator cogitasset, sicut in simili ait.l. generaliter.§. cum autem.C.de inst.& subst.(ibi si de nepotibus cogitasset) tene ergo, quòd institutio, quæ inducitur a lege in.d. l.3.ex presumpta uoluntate testatoris, multo magis inducta esse intelligitur in terminis nostræ quæstionis, si ponas solos filios uocatos, prout ponunt doct.tene ergo hunc filium institutum esse, & quò ad uerba.& quò ad interpretationem. præsertim per.d.l. Titius. quę concludit,mero iure testamentum ualere, nisi æquitas suadeat id.testamentum infirmari debere: hic autem æquitas id non suadet sed potius contrarium.ut in.d.l.3. ergo &c.facit quia pro cauto & disposito habetur, quicquid omissum fuit si uerosimile est eum, qui disponebat, non omissurum si de eo meminisset.glo.communiter ibi app.in.l.tale pactum.§.fi.ff.de pact.hic autem nō uerosimile tantùm, sed etiam uerosimillimum est.ergo &c. confirmatur ex multis, quę supra in præfatione diximus, circa intell.d.l.Titius & d.l.sicut certi.

19 *Institutio uniuersalis cōprehendit et filiū quem testator se habere ignorabat contra cōmuné, unde testa. firmū erit contra cōmunem, quod obtinet etiam in militis testamēto contra cōmunem.*

SVMMARIVM.

1 *Transmissio quid sit, quotuplex, & quo iure inuenta & quare.*
2 *Transmissio ratione sanguinis quæ requirat.*
3 *Medium impertinens an impediat extrema coniungi.*
4 *Casus omissus remanet in dispositione iuris.*
5 *Voluntas in mente retenta nil operatur.*
6 *Tacitum aliquando fortius expresso.*
7 *Transmissio hæreditatis non aditæ, non conceditur.*
8 *Transmitti nequit bonorum possessio non agnita.*
9 *Transmitti nequit substitutio.*
10 *Transmittitur ius accrescendi.*
11 *Transmissio an impediatur substitutione, uel sic, ius transmissionis an sit potentius iure substitutionis, ut dua q.*
12 *Vero simile pro disposito habetur.*
13 *Voluntas uerbis potior.*
14 *Amicitia & coniunctio sunt coniecturæ uoluntatis.*
15 *Sui in hæreditatibus æquantur extraneis in legatis.*
16 *Transmittitur hæreditas non adita ad extraneos iure suitatis.*
17 *Accrescendi ius potentius substitutione.*
18 *Accrescendi ius uincit substitutionem pluribus factam.*
19 *Testator uidetur se conformare cum legis dispositione.*
20 *Testatoris uoluntas talis esse præsumitur qualis est legis dispositio in succ.legitimis.*
21 *Substitutio fortior iure accrescendi.*
22 *Ademptio inducitur per inutilem translationem.*
23 *Accrescendi ius excluditur per substitutionem tacitam.*
24 *Hominis quàm legis fortior prouisio.*
25 *Coniectura in certis cessat.*
26 *Accrescendi ius tacita substitutio est.*
27 *Facta non præsumuntur.*
28 *Consequentia cessat ubi est una differentia.*

Intell.

29 *Intell. l. cum acutissimi. C. de fideic. l. generaliter. §. j. C. de inst. & subst. l. cum auus ff. de cond. & dem.*
30 *Specialia duo procedentia ex diuersis fontibus concurrunt.*
31 *Institutio & substitutio an æquentur.*
32 *Intell. l. un. C. qui ante aper. tab.*
33 *Victoria non est inter pares.*
34 *Tacitum non semper uincitur ab expressa.*
35 *Transmissio sanguinis & suis hæredibus utilis esse potest.*
36 *Intell. l. un. qui ante aper. tab.*
37 *Furtum scriptorum notatur.*
38 *Transmittere posse ratione sanguinis etiam suis hæredibus est utile.*
39 *Transmissio ratione sanguinis datur in multis casibus.*
40 *Transmissio ratione sanguinis procedit etiam in successionibus prætoriis.*
41 *Transmissio ratione sanguinis procedit in successionibus ab intestato.*
42 *Transmissio ratione sanguinis non tollitur datione cohæredis extranei.*
43 *Transmissio ratione sanguinis non impeditur per substitutionem uulgarem.*
44 *Transmittunt iure sanguinis etiam ignorantes.*



VTA in successionum progressu transmissiones fuerũt repertæ, ideo post institutionis materiam, quam peregimus, consequens est ut ad transmissionis documentum descendamus: ac deinde ad substitutionum naturam et traditionem properemus. est enim (ut prope differemus) prior & potior transmissionis quam substitutionis uis & potestas. uidendum ergo, quid 1 sit transmissio, & quotuplex, & quo iure introducta, & quare. & transmissio secundum Bal. in. l. 3. col. 2. C. de hæred. institu. est successionis protrogatio eiusdem iuris, formę, & naturæ, quasi ius & potestas, quam haberet in eo, cui primordialiter successio (hoc est relictum siue uniuersale siue particulare) delata fuit, migret in eum, cui uel in quem transmittitur aut transfertur. arg. l. un. C. de his qui ante aper. tab. facic. l. i. ibi quia populus ei & in eum omne suum imperium & potestatem contulit. Quo ad secundum quotuplex sit, dic quòd multiplex, ut ex plenè infrà dicendis apparebit. Ad tertium quo iure fuerit inducta, dicito quòd iure ciuili. l. 3. C. de iure delib. l. cum antiquioribus eod. tit. d. l. un. cum mille simil. infrà allegandis, nam & ipsæmet successiones sunt iuris ciuilia, ut plenè edocemur suprà. §. i. in princ. ergo & transmissio ut sit eiusdem formæ & naturæ, prorogatio ut iuris quoque ciuilis sit necesse est. Ad ultimum, quare fuerit inuenta, responde, fauore potissimùm & illius, qui ad successionem primus siue à testatore, siue à lege inuitatus fuit, & ipsius cuius de successione agitur, quo magis eius uoluntas præsumpta & uerosimilis teneatur. argum. d. l. un. l. hęredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. l. cauus. ff. de cond. & dem. l. generaliter. §. cum autem C. de inst. & subst. l. pe. C. de impuberum. l. Publius Meuius, §. i. ff. de cond. & dem.

1 Transmissio quid sit, quotuplex & quo iure inuenta & quare.

Illud autem dubium est, an transmissio ex potentia sanguinis, suitatis, uel iuris deliberandi uincat substitutionem, an contrà. & quòd uincat substitutionem uidetur, per text. in. l. i. C. de his qui ante aper. tab. quam rem plenè tractabo in transmissione iure sanguinis, quia eadem ratio est. idem iuris est in reliquis transmissionum speciebus, & hac in re & quo ad materiam d. l. i. præmitte, quòd 2 ad hoc ut habeat locum transmissio de qua in d. l. i. non sufficit testatorem esse de ascendentibus & illum in quem transmittitur de descendentibus, immo requiritur, quòd medius hęres sit similiter de liberis, secus si omnino extraneus, puta gener, nam licèt sit institutus a socero & sic ab ascendente, non transmittit ad filium suum & sic descendentem, quia ipse pater & sic gener cui deberet transmittere, est extraneus respectu soceri à quo descendit hæreditas. ita dicit Bal. in. l. si auia. C. de iure de liber. & ratio potest esse quia medium 3 non conueniens extremis impedit qualitatem extremorum, secundum eum, quod est notandũ, & idem ibi Paul. Cast. Sed ego dico quòd tex. est ibi, qui totum hoc dicit quòd fuerunt in d. l. j. instituti filii uel nepotes &c. a matre ipsa uel auia &c. & transmittunt in liberos, ut ibi dicit text. ergo medium & extrema debent esse habilia. & si dicas, quòd per extrema probatur medium, ut notatur in. c. accedens de conuers. coniug. & Bar. in. l. pe. C. de long. temp. pres. & in. l. Celsus. ff. de usucapio. cum simil. ergo sic in præsenti, ex quo testator est de ascendentibus, & ille in quem transmittitur de descendentibus, hoc deberet sufficere, pro quo nouiter allego unum tex. in. l. fin. C. de natu. libe. ubi si pater est habilis ad relinquendum, & nepos ex eo licèt filius medius sit inhabilis, puta quia naturalis uel spurius, nihilominus nepoti potest relinqui. sed ad ista respondeo, primo ad notata in. c. accedens cum simi. quia loquitur in casu dubii quòd per extremum probatur medium, sed in casu certo quando medium est inhabile nihil facit habilitas extremorum. & sic est in d. l. si auia & in. l. i. suprà alleg. ad. l. fi. de natu. lib. resp. quòd loquitur in dispositione expressa hominis, quia inhabilitas medii non impedit quo minus extremo habili possit relinqui, secus in dispositione legali & tacita. ut in. l. nostra. nam si medium est inhabile impedit habilitatem extremorum, & ita loquitur. l. tria prædia, quam allegat. Bal. in. d. l. si auia, & pro ista solutione, ego nouiter pondero tex. in d. l. fi. C. de nat. lib. uers. sed hoc in his, ubi dicit, quòd inhabilitas medii non impedit habilitatem extremi, intelligitur in dispositione expressa ex testam. secus in tacita puta ab intestato. nam bene impedit habilitatem extremi ut ibi expresè dicit tex. quod diligenter nota, & hæc solutio posset multipliciter corroborari, quia in dispositione expressa. l. multùm fauet testatori. l. in conditionibus, ubi casus singul. ff. de condi. & dem. & in authen. de nupt. §. disponat col. 4. secus in tacita ubi. l. non ita fauet. Immo 4 si testator aliquid disponat in uno casu in alio casu relinquitur dispositioni iuris communis, cum casus omissus &c. l. si cum dotem in prin. ff. sol. matri. l. commodissimè. ff. de lib. & posth. l. si extraneus. ff. de cond. ob caus. Item 5 facit quia tacita conditio in mente retenta nihil operatur. l. si repetendi. C. de cond. ob caus. l. si maiores. C. de transact. secus in expressa, ut patet. licèt regulariter tacita & expressi &c. l. cum quod. ff. si cert. pet. sed ad primam facit. l. expressa. ff. de reg. iur. l. non nunquam de cond. & dem. l. si ita legatum. § illi si uolet. ff. de leg. j. Contra prædicta tamen ultra. l. cum quod cum simi. à fortiori uidetur obstare glo. magistralis in. l. 2. C. de iuris & facti igno. ubi 6 renunciatio tacita, quæ inducitur à lege per lapsum temporis magis pręiudicat & magis excludit quam renunciatio uel repudiatio expressa. in hoc non insistio.

2 Transmissio ratione sanguinis quæ requirat.

3 Medii impertinens an impedit extremis coniungi.

4 Casus omissus remanet in dispositione iuris.

5 Voluntas in mête retenta nil operatur.

6 Tacitum aliquando fortius expresso.

Tertio præmitte ꝙ 7 hæreditas non adita regulariter non transmittitur. §. in nouissimo cum concor. C. de cad. toll. Idem 8 in bon. poss. l. emancipata. C. qui admit. l. 3. §. acquirere. ff. de bon. poss. titulo gene. Idem 9 in substitutione. l. qui libertis. § hæc uerba. ff. de uulg. secus 10 in iure accrescendi. tex est de utroque melior de iure in. l. si ex pluribus. ff. de suis & legit. hære. & de ratione harum regularum, uide Bal. in. l. quando sororem C. de iure delib. & eleganter Ias. ad quem recurre in. l. emácipata. C. qui admit. & in. l. i. 2 lect. j. & 2. col. & princ. sequentis eod. ti. Denique allegatur ad hoc. d. l. j. ꝙ hæreditas ascendentium transmittitur ad descendentes, etiam si ille de cuius hæreditate agitur non habeat personas transmittentes in potestate. nam si haberet, tunc tractaremus de alia transmissione ex potentia sui-

7 Transmissio hæreditatis non aditæ, non conceditur.

8 Transmitti nequit bonorum possessio no agnita

9 Transmitti nequit substitutio.

10 Transmittitur ius accrescendi.

tia suitatis. non ratione sanguinis de qua in.d.l.i.& hoc nouum inducit haec.l.l.per quod limitatur.§.in nouissimo.cum similibus.C.de cad.toll.& est.singul.secundum Bar.in.d.l.i.quod intellige quando medium est habile,ut suprà dixi. oportunè ergo & necessariò quaeritur, An

11 *Transmissio an impediatur substitutione, uel sic, ius transmissionis an sit potentius iure substitutionis, ardua q.*

ista 11 transmissio, de qua in hac. d.l.i. impediatur per dationem substituti, & sic, an ius substitutionis sit potentius iure transmissionis. ista est quęstio singul.quā plenè examinare intendo, & reperio, ꝙ solus Paulus de Cast. in.d.l.i.mouet istā quaestionē, & dicit ꝙ ibi est tex. singul.in iure, ꝙ ius substitutionis non impedit ius transmissionis, & sic transmissio est potentior iure substitutionis. & ponderat tex.dum dicit, licèt non sint inuicem substituti, quasi dicat, ergo idem si essent substituti, & sic illa substitutio non impedit hanc transmissionem. idem reperio quod tenet Bar. latius in.l.i.ff. de uulgari.4.col.uersi.item dubitatur, mouetur per istam d.l.i.in uersi.aliosque, & ipse exponit scilicet substitutos. item allegat.l.cum proponas cum simil.C. de haer. instituen.3.allegat.l. si quis filium.§.1.ff. de acq. haer.4. tex.cum glos.in.l.sed & si pro dote.§.fi.ff.de leg.praestā. idem tenet Bar.in.d.l.cum proponas,& ibi Bald.& Paul. idem ibi Alex.idem seqoitur Alex.in.d.l.3.ff.de uulg.substi.2.char.1.&.2.col.& Bal.in.l.cum antiquioribus.C.de iure delib.& Bar.in.d.l.sed & si pro dote.§.fi. de leg.praestā.& haec est communis & uera sententia, à qua non est recedendum. Pro ista communi sententia ultra Bar. &.dd.faciunt sequentia, tex. cum gl.in.l.fi.in prin.C.de bon.quae liber.ubi si filius repudiat pater admittitur de iure nouo iuxta distinctionem illius.l.& illud.procedit etiam si filius habeat substitutum. ut ibi in glos. approbata per omnes. ergo acquisitio uel transmissio de qua ibi,non impeditur per dationem substituti, sic ergo in casu nostro, & hoc optimè facit in proposito.

Secundo pro ista parte nouissimè pondero.l.cum acutissimi cum concor.C.de fideicom. maximè in ratione sui, & miror ꝙ dd.non aduertant,nam ibi est tex. ꝙ institutus, cui est datus substitutus uniuersalis hinc est fideicommissarius nihilominus transmittit ad posteros exclusio fideicommissario, & hoc ex tacita uoluntate defuncti,quia non praesumimus quod sobolē alienam suae soboli uoluit anteferri.ergo in casu nostro per dationem substituti non debet impediri transmissio neque forte melior text. poterit allegari in proposito, & sic etiam hanc communem sententiam ut ius transmissionis excludat substitutionem uulgarem latissimè defendit Bartholomaeus Soc. in.l.3.ff. de uulga. in iii. quaestione principali in primo effectu uulgaris substi. in tertia quaestione illius effectus in tertio membro illius 3.quaestionis.& plenius in d.l.i.in.ii.quaestione iiii. quaestionis principalis,ubi plures allegat huius sententiae fautores.in simili per Ias. in.l.cum ea filio nu.107. ff.de uulgari,Philip.Corneus post alios in.l.uni.§. cum autem in superiore.C de cad.toll. per illum tex. tradūt communiter doct. in.d.l.cum proponas.C. de haere. insti.& Alexan.consilio.79.num.3.lib.6.Petrus Paulus Parisius consi.59.num.14.lib.2.in simili per Alexan.consil. 315.num.11.lib.2.& Philippus Corneus consilio 335. num.5.lib.3.idem Corneus consilio 125.num.4.lib.3.& rursus consilio 331.num.5.lib.3.tradunt etiam Andreas Alciatus & Franciscus de Ripa.in.d.l.3.ff.de uulga.& ibi communiter relinqui repetentes,& tradunt communiter doct.in.l.si paterfam.ff.de haer.insti. per tex. ibi & communiter doct.in.§.fin.inst. de uulgari. licèt non desint, qui etiam in dictis locis contrarium teneant, ut apparet ex locis suprà allegatis. adde Ias.in.l.fin.6.not.C. de haer. insti.tertio facit tex.cum glo.singulari. in.l. tale pactum.§.fin.ff.de pact.ubi

12 *Vero simile pro disposito habetur.*

12 habetur pro dispositio,id quod testator disposuisset,si de eo cogitasset, sed uerisimile est, quòd si testator cogitasset de sobole sua, ad quam debebat transmitti, & poterat,quod uoluisset illam praeferri substituto per rationem d.l.cum acutissimi ergo &c. ad idem tex. in.l.Titius.§. Lucius.ubi casus singularis. de liberis & posthumis confirmatur, quia

13 *Voluntas uerbis potior.*

13 in testamētis potius debemus inspicere mentem defuncti quam uerba.l.cum uirum.C.de fideicomm.& uoluntas defuncti seruanda est, in auth. de nupti.§. disponat, cum concord.colla.iiii.dixit Bal.ꝙ.l ita uadit post uoluntatem defuncti,sicut uenator post leporem,ita inquit ipse Bal. in.l.pen.§.i.C.de necessa.seruis haere. instituen. sed de uoluntate uidetur constare per d.l.cum acutissimi. ergo &c. ad idem quia

14 *Amicitia & coniunctio sunt cōiecturae uolūtatis.*

14 ex amicitia & coniunctione colligimus, quod fuerit uoluntas defuncti.l. si seruus plurium.§.fin.ff.de lega.3.& in.l.pen.ff. de alimen.& cibariis legat. facit.l. nemo dubitat.§.frater.ff. de haered.insti.Cum ergo cōstat de uoluntate ergo &c. 4.principaliter facit substitutus & cohaeres aequiparantur,quod patet, quia cohęres intelligitur tacitè substitutus.l.si Titio & Meuio.§.Iulianus & ibi plenè notatur.de lega.ii.etiam per dationē cohaeredis extranei non impeditur transmissio.l.si fratris. C. de iure deliberan. cū similibus. ergo nec per dationē substituti uulgaris.

15 *Sui in haereditatibus aequantur extraneis in legatis.*

Quinto & melius facit,acquisitio 15 legati in extraneo,& acquisitio haereditatis in suo aequiparantur.l. fin.ff.de cond.institutio.notatur in.l.Cornelius.ff.de haere.instit. quod etiam patet, quia sicut suo statim a tempore mortis quęritur hęreditas paternalis.l. necessariis ff.de acquiren.hęred.l.in suis.cum concord.ff.de libe.& posth. ita etiam quęritur legatario.l.si Titio, cum sua materia.ff.de furt.Item ut suus transmittit hęreditatem ad quascumque secundum communem sententiam, ita etiam legatarius.l.1.§.1.C.de caduc. tollen.Sed ego habeo, quòd si legatarius habeat substitutum, nihilominus ipsi legatario quęritur dominium rei legatę, nec per substitutionem impeditur acquisitio nec transmissio.l.fi.§.tali.uersi.legatis.& ibi notatur.C.de cura. furio.ergo idem in suo circa transmissionem hęreditatis paternae ratione praedicta.& ex pręd. satis remanet corroborata ista communis sententia, ex qua infertur, quòd concesso ꝙ ius 16 suitatis non tollatur per dationem substituti uulgaris, secundum unam opinionem,quòd tunc suus transmittit ad quoscunq; etiam extraneos ex potentia suitatis,substituto excluso, quia 17 transmissio est potentior iure substitutionis secundum Paul.in.d.l.un.quod mihi est singulare.

16 *Transmittitur haereditas non adita ad extraneos iure suitatis.*

Preterea & 6. pro communi & uera opinione facit tex.in.l.si paterfam.ff.de hęr. inst.& in.§.fin.inst. de uulga.substitutione.l.cum proponas.C.de hęr. inst. 7. pro communi op.est tex. expressius in.l.un.§. cum autem in superiore C.de cad.tollend.ubi tex.ait quia superius diximus non transmitti hereditatem non aditam, ideo si institutus ante aditam hęreditatem decesserit substitutus statim admittitur. ergo per diuersum si hęreditas non adita transmitteretur regulariter, tunc regulariter hęrede ante aditam decedente substitutus non admitteretur,sicq; in quibus casibus hęreditas non adita transmittitur, in iis casibus substitutus uulgariter non admittitur,sed excluditur ab eo in quem transmissio fit. 8.adduco nouissimū fundamentum, Is in quem fit transmissio sine dubio pręfertur coniuncto iusq; transmissionis absque dubio est potentius iure accres.d.l. unica ibi sed cum extraneis seu soli sint instituti & omnes indifferenter admittunt.Sed ius 18 accrescendi est potentius iure substitutionis ergo longè magis ius transmissionis erit potentius iure substitutionis,quod autem ius accrescendi sit potentius iure substitutionis in terminis huius.l.un.de his qui ante aper. tab.patet.Nam si pluribus institutis tertius uulgariter substituatur, tunc uno ea institutis exclusu statim admittitur coniunctus cohęres excluso substitutio uulgari.ista est communis opin. Bar. & omnium in.l.hęredes mei.§.cum ita.ff.ad Treb. per tex.ibi,ubi hanc dicit communem opin. Ripa nume. 95.post Soci.ibi Bar.Bal.Augel.Salic.Paul.Areti. Fulg. Corn.Alexan.Ias.Deci.Corras.Curt.Iunior.in.l.pe.per

17 *Accrescendi ius potentius substitutione.*

18 *Accrescendi ius uincit substitutionem pluribus factam.*

tex. ibi

tex. ibi C. de impuberum. Soci. Latiss. in. l. i. ff. de uulg. Paul. in. l. si is qui ducenta. §. item si pater. ff. de uulg. & ibi Socinus hæc autem communis sententia preter ex quòd multis probatur legibus, quę per doctores supra allegatos adducuntur, probatur noua ratione, quam non memini legisse me, etenim testator 19 semper uidetur conformare se cum legis dispositione. l. iii. ubi nouissimi. ff. de leg. i. l. in testamento magna. ff. de testamen. mil. unde 20 ut in successionibus abintestato quandiu superest aliquis ex primo gradu, ei accrescunt repudiantium portiones cessatq; secundus gradus. l. si ex pluribus. ff. de suis & leg. hær. ita & in successionibus testamentariis quandiu superest aliquis ex primo nominatis cessat gradus substitutorum.

19 Testator uidetur se conformare cum legis dispositione.

20 Testatoris uoluntas talis esse præsumitur qualis est legis dispositio in succ. legitimis.

Modò ad contrariam partem uertamus ingenium, & gratia disputationis uidetur, quòd 21 ius substitutionis sit potentius iure transmissionis & transmissionem impediat. primò ius substitutionis est potentius iure accrescendi. l. 2. §. si duo. ff. de bonorum possess. secund. tabul. l. i. §. in primo. & §. pro secundo. C. de cadu. tollend. ratio est, quia substitutus uenit ex expressa uolũtate defuncti, coniunctus ex tacita. & hanc ponunt docto. in dictis locis, si ergo substitutio quia est quid expressum impedit ius accrescendi, quia tacitum, ergo substitutio quia expressa impedit transmissionem, quę est tacita ex dispositione legis.

21 Substitutio fortior iure accrescendi.

2. & à fortiori, substitutio quantumcunque inualida impedit ius accrescendi, ergo substitutio ualida debet impedire transmissionem. confirmo oppositionem similiter per. l. planè in princ. ff. de lega. ii. & l. si transferam. ff. de adimen. legat. ubi 22 translatio facta in secundo quantumcumq; inutilis facit quòd primo non acquiratur, immo ualeat ademptio, ergo à fortiori translatio facta in alium & ualida scilicet per substitutionem debet facere ut aliter non quęratur per transmissioné. contra istud tamen simile facit, quia per remedium inualidum uel non plenum non uidetur recessum à pleno l. qui usumfructum. ff. de uerbo. obligat. l. si te. solum. ff. de hære. instit. cum concordan. solutionem collige ex l. si id quod cum ibi notatis. in princ. ff. de rescindenda uenditione.

22 Ademptio inducitur per inutilem trãslationem.

3. facit, substitutio 23 etiam tacita impedit ius accrescendi, ut est casus melior de mundo in. l. ii. in uerbo partem ue. C. de hered. insti. & ibi Bal. Ias. in. l. fin. §. nouo cabi l. C. de insti. sub condit. fact. si ergo substitutio etiã tacita impedit ius accrescendi, quare substitutio expressa non impedit transmissionem?

23 Accrescendi ius excluditur per substitutioné tacitam.

4. facit, per 24 prouisionem hominis tollitur prouisio legis. l. maritus. C. de procura. l. ii. C. de pact. conuentis. Sed substitutus uenit ex prouisione testatoris, ille in quem transmittitur ex promissione legis, ergo debet preferri substitutus.

24 Hominis quàm legis fortior prouisio.

5. in certis 25 non est locus coniecturę. l. continuus. §. cum ita de uerbo. obliga. cum similibus. sed substitutus uenit ex expressa & certa uoluntate defuncti, ille in quem transmittitur uenit ex dispositione legis uel ex coniecturata mente defuncti, ergo preferendus est substitutus.

25 Coniectura in certis cessat.

6. sic, ius 26 accrescendi est quædam tacita substitutio. l. si Titio & Meuio. §. Iulianus de leg. ii. & ibi notatur, & illud tollitur per substitutionem expressam ut dixi. ergo magis debet tolli transmissio, ubi nulla uertitur substitutio etiam tacita, & posito quòd ibi non sit tacita substitutio, adhuc tollitur per expressam, ut est in iure accrescendi.

26 Accrescendi ius tacita substitutio est.

7. sic, ille in quem fit transmissio, est hæres legalis, quia. l. facit eum hæredem & nõ defunctus, sed lex prius uocat substitutum quàm hæredem legalem, in auth. de hære. & falcid. §. si uerò institutio. coll. i. & in auth. hoc amplius. C. de fidei. cũ simil. ergo præfertur substitutus.

8. & est quasi idem cum præcedenti, quando testator expressè prouidit de substituto, tunc nunquam uocantur illi, qui aliàs uocarentur per legem. casus est in l. fin. C. de necess. ser. hære. institu. sed prouidit de substituto ergo non uocatur ille, in quem deberet transmitti, & sic præfertur substitutus.

9. Facilius tolluntur priuilegia quàm iura communia. l. eius militis. §. si militia missus. ff. de testam. militis. cum similibus, sed substitutus uenit de iure communi, ille in quem fit transmissio uenit de iure speciali contra regulam. l. i. §. in nouissimo suprà titul. i. ergo facilius debet ille excludi quàm substitutus, & sic substitutus præferatur.

Nunc restat respondendum ad allegata pro communi opinione, & hic est labor, aduerte ergo diligenter, respondeo per ordinem omisso primo fundamento de d. lege unica ad quam respondebo in fine. Dico ergo quòd non obstat ista. l. i. in uerbo alios, nam exponere alios, scilicet substitutos, continet diuinationem, quia in ista. l. de substituto extraneo nihil supra erat expressum, & ita ego aliàs respondi. postea reperi, quòd Benedictus de Plumbino. in. l. si fratris. C. de iure deliber. 5. notab. ita respondit & cum illa transeo. præterea si loqueretur de substitutis non diceret tex. insperato commodo &c. quis substitutus sperat. &c.

2. Non obstat. l. cum proponas cum simili. C. de hær. institu. in qua principaliter fundatur Bart. quis saluo meliori iudicio, dico quòd ideo ibi excluditur substitutus, quia institutus adiuerat & per suam aditionem aliũ fecerat hæredem, & ita expressè dicit ibi tex. quæstio autem nostra procedit, quando institutus nullo modo adiuit, quo casu dico substitutum præferri, & istam solutionem uno uerbo uidetur sentire Paul. de Castro. in d. l. cum proponas, licèt teneat cum Bar. Præterea quod in. d. l. cum proponas. substitutus necessariò deberet excludi, patet euidenter, nam ibi loquitur quando institutus adiuit ut dixi, sed sic est quòd per aditionem instituti expirat uulgaris substitutio. l. post aditam. C. de impub. & aliis. ergo debet excludi, cum iam non dicatur substitutus. sed in conclusione nostra cum non adiuit, adhuc durat substitutio: quo casu dico substitutum præferri, & sic illa. l. non tangit propositum nostrum, & habeo hanc responsionem pro noua & uerissima.

3. Non obstat. l. si quis filium. §. i. de acquiren. hære. nam intelligere quòd loquatur in casu, quo filius institutus habeat substitutum est diuinare, ut ex illo text. patet, præterea substitutio uel substituere est quid facti, facta 27 non præsumuntur. l. in bello. §. factæ ff. de capti. Cum ergo ibi non appareat quòd fuerit datus substitutus, ergo non tangit propositum nostrum. Præterea & 3. dato quòd ibi esset datus substitutus adhuc dico non obstat, nam ibi loquitur de transmissione suitatis, nos de illa, quæ fit per ius deliberandi uel ratione sanguinis de qua in. l. nostra, sed posset retorquere contra me, quòd immo probat à fortiori, nam si transmissio ratione suitatis excludit substitutum, ut ibi, in qua est maior dubitatio, & patet per Bal. in. l. cum proponas de hæredi. institu. ii. col. in medio, ergo a fortiori transmissio, de qua in nostro casu. cogita ergo. sed resp. quòd secundum communem sententiam per dationem substituti uulgaris impeditur existentia suitatis, & ita non potest dici quòd ratione suitatis habeat locum transmissio.

27 Facta non præsumuntur.

4. Restat respondendum. ad. l. sed & si pro dote. cum glos. ff. de legat. præst. quod, mihi est difficile, dico tamen quòd illa glo. loquitur in terminis ualde diuersis ut ibi patet. unde à diuersis non est bona illatio, argumento. l. fin. cum similibus. ff. de ra lum. Sed quia hæc est facilis solutio, Respondeo secundo modo, dicit illa glos. quòd quemadmodum contra defunctum poterat intentari contra tabulas, ita etiam poterit contra hæredem in quem transmittitur, & sic idem erit in hęrede quod in defuncto. & sic uoluit dicere Bart. quòd quemadmodum defunctus præferebatur substituto, ita

etiam hæres eius, cùm idem sit in herede quod in defuncto, dico quòd non obstat, nam fateor quòd eiusdē conditionis est heres, cuius erat defunctus .l. in omnibus.§.non debeo.ff.de reg.iur. quam ibi allegat glo.tamen dico quòd in multis casibus est deterioris conditionis unus quàm alius, & ibidem notatur & in alijs locis. Vnde 28 ad tollēdam consequentiam sufficit dare

28 *Consequentia cessat ubi est una differentia.*

instantiam.notatur in c.sic urgeri.i.q.i.& in.l.creditori ff.de operi.noui nuncia.uerùm quia ista etiam est facilis solutio. Soluo tertio modo, & dico quòd illa glo. non obstat non fateor quòd quemadmodum contra defunctum poterat intentari contra tabulas, ita etiam poterit contra hæredem in quem transmittitur hæreditas, quia idem est in eo quod in defuncto, ita dicit illa glo. tamen quòd illa hæreditas transmittatur in casu quo defunctus habeat substitutum, illa glos. nihil dicit. Vnde ego dico quòd licèt hæreditas in casibus transmittatur, tamen est uerum, nisi defunctus habeat substitutum, nec huic sententiæ contradicit illa glo. & sic non obstat, & quòd iste sit intellectus ad glo. illam nouissimè colligo sic, nam dicit ibi tex. quòd si instituti sint mortui, cum testator decedit, quòd isto casu præteritus succedit ab intestato, quia non superest, contra quem intentet contra tabulas, & sic non præstanit legata. Quærit modo glo. quid ergo si defunctus hæreditatem transmisit? respondet glo. quòd idem quod in defuncto, quasi dicat, quòd quemadmodum contra defunctum poterat agi, ita etiam contra hæredem, uult. ergo glo. subtiliter inuenti, quòd quando defunctus est primus hæres, & non superest substitutus, quòd tunc transmittatur ad hæredem, & contra eum detur contra tabulas, si ergo habeat substitutum ille præfertur, nec tunc quæremus de transmissione. istud uult dicere ibi glo. iudicio meo, iuncto tex. & fuit subtilis inductio, & hoc modo facit pro opinione mea. Quarto modo posset solui ꝙ ibi defunctus adiuerat hæreditatem, & ideo illam transmisit, & isto modo nimirum si excludatur substitutus, cùm substitutio fuerit extincta cohæredis aditione, ut dixi suprà in simili in solutione secundi contrarij.

5. non obstat.l.fin.in principio cum glos. C.de bonis quę liber.ad quem subtiliter respondeo. quod ibi pater præfertur substituto, quia cùm filius instituitur & uidetur ab initio pater institutus, tex.in.§. similiq; modo eadē.l.unica.cū sit substitutio filio si hæres nō erit &c. intelligitur facta hoc modo.i.si hæredes nō erunt, quo casu constat quod uno repudiante, non admittitur substitutus, immo reseruatur inter eos iua accrescendi, & ita loquitur ibi.facit.l.quamuis, cū simil.C. de impuber. & aliis substi.si ergo illud non esset eo in casu illa ratione, ergo ille substitutus expressius præfertur; qui uocatur ex dispositione legis, & istam solutionem collegi ex uerbis Paul. de Cast. ibi, & sic à contrario sensu uidetur tenere opinionem quam teneo, licèt de hoc non faciat mentionem.

29 *Intell.l.cū acutissimi. C.de fidei. l.generaliter.§.i. C. de inst. & subst.l.cum anne.ff. de cond. & dem.*

Sexto non 29 obstat.d.l.cū acutissimi cum concordantijs, ad quam respondeo, quod illa.l. fundatur in quadam nobili pręsumptione & tacita, quam.l facit ut ibi patet, quæ hic non cadit, cum simus certi de defuncti uoluntate ergo &c.sed hæc solutio nihil ualet, quia quemadmodum ibi est præsumptio tacita ex uoluntate defuncti, ita hic in transmissione, Item quemadmodum substitutus hic uenit ex expressa uoluntate defuncti, ita ibi fideicommissarius. unde idem uidebatur hic quod ibi. Quare secundo modo soluo quòd ibi loquitur in fideicommissario uniuersali hic in substituto directo, unde nimirum si substitutus directus habet plus iuris quàm fideicommissarius, quod patet, quia iste est propriè substitutus, ille non, per.dd.in Rub. C. de impub. & alius. Item per substitutionem uulgarem succeditur defuncto. insti. de uulga. substi.in principio, secus per fideicommissariam ut patet, unde nec mirum si magis faueatur substituto directo quàm fideicommissario. Item quia plus iuris habet substitutus, quia succedit in totum quam fideicommissarius cui potest detrahi quarta, licèt posses dicere, quòd immo minus habeat substitutus cùm in nihilū succedat, si institutus uult adire pro se, quod secus in fideicommissario cui debet restitui etiam herede inuito cum posset cogi per Trebelianum.

Vel solue tertio, & subtilius ꝙ ideo in.l.cum acutissimi.præfertur descendens, quia ibi est unum tantùm speciale, scilicet ꝙ tacita uoluntas defuncti præferatur uoluntati eius expressæ, quam habeat fideicommissarius unde sequimur tacitam uoluntatem defuncti propter rationem tex.nec enim est uerisimile &c.& in casu quæstionis nostræ si hoc diceremus concurrerent duo specialia, quod ius non permittit.l. mulieri & Titio.ff.de condi.& demonstr.l.i.cum glo.de dotis promis. cum similibus, quòd autem in quæstione nostra essent duo specialia patet, quia quòd transmittatur hæreditas ut in casu.l.nostræ est unum speciale contra regulam.l.i.§.in nouissimo, supra tit.i.si ergo diceremus quòd iste in quē transmittitur, præferatur substituto: esset aliud speciale scilicet quia tacita uoluntas præferretur expressæ, ergo essent duo 30 specialia quæ procedunt ex diuersis fontibus, unde debent permitti, ut per Bart.in.l.si is qui pro emptore pen.& ultima.col.ff.de usucapioni.quia nego immo descendunt ex eodem fonte, scilicet ex eadem uoluntate & dispositione defuncti & ad eundem effectū ut patet, unde non debent permitti, & illud quantum ad.l.cum acutissimi.

30 *Specialia duo procedētia ex diuersis fontibus concurrunt.*

7. non obstat.l.tale pactum.§. fin. cum glo. singula ff.de pact.cum bus, quæ suprà allegaui .3. fundamento quia respondeo uno uerbo quòd omnia loquuntur in uoluntate tacita & coniecturata, nos in uoluntate expressa.quam habet substitutus ergo &c. quia in certis non est locus coniecturis. Præterea hic concurrit uoluntas tacita & expressa ergo præfertur expressa.l.cum ex filio.§.filio.ff.de uulgar.ut suprà dixi.11. fundamento per quod solues multa contraria.

8. non obstat quod hæres 31 & substitutus æquiparentur.l.si Titio & Meuio.§. Iulianus.delega.ii. Sed per dationem cohæredis non impeditur transmissio.ergo &c. nam fateor quod æquiparantur in aliquo, quia quemadmodum substitutus admittitur in defectum instituti, eodem modo cohæres in defectum repudiantis, tamen per hoc non sequitur quòd non sit potentius ius substitutionis imrao est.l.ii.§.si duo.ff.de bono. poss.ff. secund.tabul.cum similibus ut suprà dixi tribus primis fundamentis ubi uide. Præterea cohæres æquiparatur substituto scilicet tacito nō autem expresso, ut per Bal. in.l.cum proponas.ii.colum.in medio.C.de hæred. inst. Sed nos loquimur de substituto expresso. ergo &c.item solue alio modo per regulam. l.cum ex filio .§. filio. de uulgari. substi.& modò dixi in responso ad septimum contrarium.& uide.l.i.ff.de uulg.

31 *Institutio & substitutio an æquentur.*

9. non obstat, quòd acquisitio legati in extraneo, & acquisitio hæreditatis in suo æquiparentur ut suprà dixi, quia resp.uno uerbo, quòd illud procedit in transmissione, quæ fit ratione suitatis, quæ an habebat locū nec ne pendet ab illa magistra quæstione, an per dationem substituti tollatur suitas, de quo nunc non disputo, quia esset longum, nos autem loquimur de transmissione, quæ fit ratione iuris deliberandi uel beneficio nostræ.l. ubi de suitate non curatur.

Restat 32 respondendum ad.d.l.j.C.qui. ante aper. tabul.ubi.Paul.de Castr. dicit esse tex. quòd potentior est transmissio iure substitutionis, & aduerte diligenter, nam si habes in tex. licèt sint inuicem substituti sine dictione non bene probaret tex. opin. Paul. & fortè ita erat sua litera, sed litera sequens non patitur, quæ de necessitate præsupponit præcessisse dictionem negatiuam, item contra communiter habetur, licèt

32 *Intell.l.un. C. qui ante ap. tab.*

non sint inuicem &c. Præsupposito ergo quod tex. dicit, licèt non sint &c. Quæritur an sit hic text. pro Paul. & uidetur quòd sic, quasi uelit text. licèt non sint inuicem &c. ergo à contrario sensu idem si sint substituti & sic fortè ponderauit Paul. sed hoc nullo modo placet. ad cuius euidentiam præmitto quòd dictio licèt, & dictio. etiam, implicant casum minus dubitabilem. l. etiam. C. si tutor. uel curat. interue. l. qui se patris. uerbo maxime. C. unde. liber. ubi. dd. Si ergo in isto tex. sumeremus arg. à contrario sensu implicaret casum magis dubitabilem ergo malè, quod sic declaro, quãdo hæredes nõ sunt substituti ad inuicem, nec mirũ si alter eorum decedens hæreditatem non aditam transmittat, quia solum unũ impedimentum est, scilicet iuris accrescendi, quo fortior est transmissio in hæreditate, sed si poneremus eos ad inuicem substitutos essent duo, quæ impedirent transmissionem, scilicet ius accrescendi, & ius substitutionis, quæ ambo reperiuntur in persona cohæredum. non ergo mirum si illa duo simul iuncta, scilicet, ius substitutionis expressum & ius accrescendi tacitum, impediant unum tacitum tantum, scilicet transmissionem, quod non erat in casu præcedenti, quia ius accrescendi est tacitum, ideo nec mirum si non impediat aliud tacitum scilicet transmissionem. quia 33 par imparem &c. l. nam & magistratus. cum similibus. ff. de arbit.

33 *Victoria non est inter pares.*

Item quia asinus auribus intumesceret si uidet se per comparem comprehendi, notatur in. l. hæres per seruum de acquirenda hæredi. & in. l. i. §. ueteres. ff. de acquiren. hæred. facit glo. in. l. 2. C. de dolo. & in. l. si cum exceptione. §. cum qui. ff. quod metus causa. concludendum est ergo quòd non implicat illum casum & si dicas quòd probat à contrario sensu. Resp. quòd non debet sumi, quia sequitur absurdum præcedens, scilicet quòd unum tantum sit maioris potẽtiæ quam duo, quorum alterum est expressum, alterum tacitum. argum. l. i. C. de condi. in ser. cum simili. intelligo ergo aliter istum tex. (& in isto casu poterit sumi argum. à contrario sensu, & sic littera stabit propriè) scilicet quod uelit dicere, pater uel mater instituit filium & nepotes uel alios descendentes ex eo, est dubium si pater decedat ante quam adeat, an transmittat ad alios descendentes ex se: & respondetur quod sic, ut in. l. nostra, nunc intrat tex. licèt non sint inuicem substituti, quasi dicat, sola ratio sanguinis operatur istam transmissionem, licèt aliud non iubet, ergo si ponimus quòd isti nepotes uel alij descendentes essent inuicem substituti cum parentibus suis à fortiori ad eos fieret transmissio, cùm in eisdem personis reperiantur tria, quæ hoc operantur scilicet quia sunt descendentes ad quos aliàs fieret transmissio etiam sine alio adminiculo, item quia sunt cohæredes, Item quia sunt substituti. in hoc ergo casu bene extat litera licèt non sint inuicem &c. quia à fortiori si sunt substituti, ut dixi. & per hoc nouissimè pondero ibidem unam glossellam, in uerbo substituti, quæ dicit scilicet filii cum nepotibus, & si dicas contradicit littera tex. quæ loquitur disiunctiuè filios seu filias &c. dico quod non obstat quia narrat factum. nam certum est quòd ista. l. un. et habet locum quando plures descendentes simul essent instituti, licèt essent in dispari gradu nec essent sui cum ibidem tractemus de transmissione, quæ fit ratione sanguinis quod uerificatur in quolibet descendente, & secundum hoc propriè stat litera, qualitercumq; eam ordines. Sed clarius ordinatur isto modo, filii uel nepotes scripti hæredes transmittunt in liberos suos, hic subiunge, licèt non sint inuicem substituti &c. licèt in hoc non sit uis, ut dixi, & si dicam quod secundum istum intellectum restringitur nimis hæc. l. ad illum casum quando filii cum nepotibus &c. dico quia lex remanet generaliter uera, licèt in quantum subdit de substitutione debet sic exemplificari, ut dixi, pro ut ibidem sensit glo. immo etiam ratio, quia si poneres filios institutos cum nepotibus ex aliis filijs inter istos non haberet locum transmissio de qua in hac. l. quæ solùmmodo fit ad descendentes, non autem ad transuersales, & isto casu esset necessaria substitutio inter eos & sic malè diceret tex. licèt non sint &c. nam si non essent substituti non possent admitti ex transmissione, sed solummodo ex iure accrescendi, quod habet locum etiam inter extraneos cohæredes & diligentissimè cogita.

Vltimo pro ista parte reperio, quod Ias. in. l. finali 6. notabili. C. de here. instituend. dicit, quod ibidem est casus mirabilis secundum Paul. in quo 34 dispositio expressa puta substitutionis non impedit tacitam scilicet transmissionis, subdit tamen quod. d. l. i. nihil bene probat & dicit & sic uult fortè sentire quod ego dixi. Sed nihil tamen declarat. non recedas à communi opin. quæ uerior est. his tamen non obstantibus à receptiore sententia recedendum non est.

34 *Tacitum nõ semper uincitur ab expresso.*

Pondero tamen text. in. d. l. unica. C. qui ant. aper. tabul. contra communem opinionem & uulgatam, quæ habet quod hæreditas patris non adita transmittitur ad quoscumque suitatis ratione, de qua in. l. si infanti. cum uulgatis. C. de iure deliberan. nam in. d. l. i. uidetur text. apertus in contrarium, nam ibi loquitur tex. de hæreditate patris filio delata suo & in potestate, tamen deciditur quod filius transmittit ad suos descendentes tantùm, ergo si uera esset communis opinio, quod ex potentia suitatis hæreditas patris transmitteretur ad quoscumque, certè uana & fatua esset decisio illa, quod filius transmitteret ad descendentes tantùm, & propterea fortè Bart. in. l. uentre. ff. de acquiren. hæred. pen. col. uers. quintus casus &c. nu. 25. fatetur quòd 36 decisio. d. l. in quantum loquitur de hæreditate patris sit uana & inanis, sed certè non est bona responsio, nam sic tet iniuria conditori. d. l. Sed 37 ne occultentur ingenia magnorum uirorum. quibus furti multi detrahunt ut inquit Bal. in. l. cum antiquioribus in fi. C. de iure deliberandi. dico quod 38 d. l. ponderat Ias. quem uideas in. l. si infanti. 8. col. ante medium. C. de iure deliberan. nu. 14. post Bar. in. l. uentre. de acq. hæredit. & Corne. in. l. 3. de iure. de liber. col. 2. in limita. 1. & Bar. & Bal. in pr. d. l. unic. omnesq; fatẽtur quod in suis nihil inducit ibi de nouo. uerùm ut prætor hæredibus suis & necessariis secundũ tabulas bon. poss. accommodauit, ut per totum. ff. de bonor. possess. secundum tab. §. sunt autem, inst. de bonor. possess. & tamen eis plenius consultum erat de iure ciuili. l. licèt cum glo. C. de iure delib. ubi facultas adeundi & immiscendi durat per annos 30. sed facultas agnoscendi bonor. poss. per annum tantùm. l. i. C. qui admitti inst. de perpetuis & temp. act. in pr. & d. §. sunt autẽ. Rursus prætor eisdem accommodauit contra tab. bono. poss. ut ferè par totum. C. & ff. de bonor. possess. contra tab. licèt ipsis plenius per ius ciuile consultum fuisset, quia poterant testamentum per annorum 30. spacium dicere null'um, ut ferè per totum. ff. de liber. & posthum. & C. de lib. præt. ad hæc ut prætor bonor. poss. unde liberi eisdem concessit ad succedendum abintestato cum ipsi per titulum. C. & ff. & inst. de suis & leg. & de hær. abintest. possent parentibus succedere: sic & in specie nostra, licèt filiusfamil. posset iure suitatis hæreditatem transmittere, per ll. ueteres, tamen utile fuit, ut eis trãsmissio iure sanguinis accommodaretur. Quid enim si filiusfam. sub conditione si uelit fuit institutus, quid si habuit substitutum uulga. quid si cohæredem extrinsecum in quibus casibus secundum communes op. tollitur suitas, certè iis casibus utile sibi fuit transmittere iure sanguinis, cùm iure suitatis quam amiserãt non posset. Item quid si ex forma statuti non erat patria potestas, & quid si petiuit tempus ad deliberandum in quibus casibus & aliis quam pluribus suitas amittitur, certè his casibus cum ex potentia suitatis iam amissæ, hæreditas non adita transmitti non posset utile eis fuit, ut saltem ratione sanguinis per illam. l. possent transmittere. & ut superioribus casibus suitas amittatur, diximus latè

35 *Transmissio sanguinis ẽt suis hæredibus utilis esse potest.*

36 *Intell. l. un. qui ante aper. tab.*

37 *Furtum scriptorũ notatur.*

38 *Transmittere posse ratione sanguinis etiam suis hæredibus est utile.*

suo loco, quæ ideo hic non repetuntur. sicque etiam in suis hæredibus utilis esse potest huius.l.i.decisio, estq; longè melior defensio quam, quæ habetur per alios supra relatos. stat ergo ex superioribus quòd.d.l.j.C. de his qui ante apertas tabulas procedit etiam in suis hæredibus eisq; satis utilis est, licèt non aboegenius quin utilior sit eis, qui suitatem non habent, neque unquam habuerunt. quinimmo sunt, qui putent quòd tempore d.l.i.C.qui ant.'aper. etiam sui hæredes licèt hæreditatem clausis tabulis adire possent, tamen si interim decederent, eam non transmitterent, quod modò non firmo collige. ergo aliquas extensiones ad hanc regulam, quæ habet ratione sanguis transmitti hæreditatem non aditam per.d.l.unicam.C.de his qui ante apert.tabul. Prima 39 extensio sit, quòd hæc regula habet locum nedum in suis sed in quibuslibet descendentibus, immo & io emancipatis ut ibi, in.4.gl. Secunda quòd 40 habet locum etiam in successionibus prętorius, ut latè disputat & concludit Iaso. in d.l. emancipata ultima charta & quasi per totam. Tertia, quòd non 41 solùm habet locum in hæredibus scriptis sed etiam in uenientibus abiotestato, ut est glo. singularis in d.l.i. Quarta, quòd habet locum etiam si non sint substituti adinuicem ut ibi io tex. quod declaraui suprà Quinta, quia 42 habet locum etiam si isti habeant cohæredem extraneum, ut d.l. unica, ibi sed cum extraneo &c. ut supra dixi uidebatur contrarium, quia per dationem cohęredis tollitur existentia sui hæredis secundum communem sententiam. ergo à fortiori remedium.d.l. unicæ, quod non est tante potentiæ, solue ut per Ias.C.quando non peten.part. in.l.unica per 12.col. Sexta, quia 43 habet locum etiã si habeat substitutum ut supra latissimè disputaui, & ibi in tex.d.l.i. Septima, quia 44 habet locum etiã si ignorauerant transmittentes sibi hæreditatem delatam, ut text.d.l.j.& io hoc differt à beneficio.d.l.cum antiquioribus ubi requiritur scientia, Octaua quia transmittunt in liberos cuiuscumq; gradus, ut in tex.d.l.j. & declarat ibi Paulus. Nona quia habet locum etiam in legatis & fideicommissis ut in tex.d.l.j. licèt in hoc nihil sit speciale, ut in.l.j.§.j.C.de ead.collen. modò antequam prosequar materiam nostram transmissionum quęritur de necessaria.q.de qua illico in.§.seq.

39 *Transmissio ratione sanguinis datur in multis casibus.*

40 *Transmissio ratione sanguinis procedit etiã in successionibus prætoriis.*

41 *Transmissio ratione sanguinis procedit in successionibus ab intestato.*

42 *Transmissio ratione sanguinis nõ tollitur datione cohæredis extranei.*

43 *Transmissio ratione sanguinis non impeditur per substitutionem uulgarem.*

44 *Transmittunt iure sanguinis etiam ignorantes.*

SVMMARIVM.

1 *Transmissio ratione suitatis fit hæreditatis non aditæ.*
2 *Transmittitur hæreditas non adita ratione suitatis ad quoscunque extraneos.*
3 *Transmittitur hæreditas fratris non adita uigore eiusdem suitatis & pupill. subst.*
4 *Suus hæres fratri dicitur institutus à patre quo ad transmissionem institutus à patre dicitur suus hæres fratri quo ad transmissionem.*
5 *Transmitti non potest, ab emancipato hæreditas non adita ratione suitatis.*
6 *Differentia emancipationis & patriæ potestatis est sublata ad succedendum abintestato.*
7 *Transmissio ratione sanguinis contingit hæreditatis non aditæ.*
8 *Transmittitur hæreditas ascendentis non adita nec repudiata ad quoscunque descendentes tantùm ratione sanguinis.*
9 *Transmissio suitatis solùm habet locum in hæreditate patris habentis filium in potestate.*
10 *Transmissio sanguinis habet locum in hæreditate cuiuscunque ascendentis.*
11 *Transmissio ratione iuris deliberandi.*
12 *Transmittitur residuũ anni deliberandi ad quoscumq;.*
13 *Transmissio iuris deliberandi habet locũm in successione cuiuscunque extranei tam ex testamento quàm ab intestato.*
14 *Transmissio suitatis & transmissio sanguinis fiunt per petrũ, & habent locum & si transmittens nesciret hæreditatem sibi delatam.*
15 *Transmissio iuris deliberandi fit infra annum, & ad hoc ut habeat locum requiritur quod decedens expresse sciat hæreditatem sibi fuisse delatam ex testamento uel ab intestato.*
16 *Transmissio iuris deliberandi datur etiam in effectu ignorantibus per restitutionem.*
17 *Transmittitur fideicom uniuersale.*
18 *Transmittitur ius agendi ad supplementum.*
19 *Suitas an tollatur exhæredatione.*
20 *Suus an sit filius in re certa institutus.*
21 *Transmittere nequit ius agendi ad supplementum iure suitatis filius in re certa scriptus.*
22 *Transmittuntur actiones personales.*
23 *Transmitti non possit ius non dum agnitum.*
24 *Supplementi ius ad quos transmittatur nu. 20.*
25 *Transmittitur querela inofficiosæ donationis.*
26 *Transmittitur ius dicendi nullum competens filio præterito ad quoscunque etiam extraneos.*
27 *Filius præteritus antequam succedat ab intestato oportet ut testamentum dicat nullum.*
28 *Idem iuris est de posthumo præterito quod de iam nato.*
29 *Præteritione posthumi iam nati statim efficitur testamentum nullum absque eo quòd filius dicat nullum.*
30 *Statim quòd pater decedat continuatur dominium in filios.*
31 *Transmittit præteritus licèt statim decedat ius dicendi nullum.*
32 *Eoipso quòd filius est præteritus dicitur pater mori abintestato.*
33 *Filio præterito testamentum est nullum etiam antequam filius illud impugnet.*
34 *Transmittitur bon. poss. etiam non agnita.*
35 *Ex interpretatione tantùm appellatione hæreditatis bon.poss.continetur.*
36 *Appellatione successionis continetur successio ciuilis & prætoria.*
37 *Transmittitur bonorum possess.contra tab. non agnitã contra communem.*
38 *Argumentum ab æquiparatis uel similibus quando fiat.*
39 *Hæredis appellatione etiam bo.poss. continetur in conditionibus.*
40 *Ratione una cessante in alijs rationibus lex sustinetur.*
41 *Transmissio est inuenta fauore eius, cui per prius delata fuit hæreditas.*
42 *Conductor, qui ante impletum tempus conductionis decedit transmittit.*
43 *Transmittuntur actiones personales actiuè & passiuè.*
44 *Transmittitur priuilegium mulieri concessum reuocandi rem dotalem à marito alienatam.*
45 *Transmittitur ius reuocandæ abstensionis secundum quosdam sed communis est in contrarium.*
46 *Transmittitur nobilitas in posteros legitimos tamen.*
47 *Transmissio contingit etiam ex ui conuentionis.*
48 *Transmittitur pœna iniuriam passo debita.*
49 *Transmittitur fideicommissum uniuersale ante hæreditatis restitutionem.*
50 *Transmittitur beneficium restitutionis.*
51 *Transmittitur hæreditas ab instituto sub cõditione, ea existente aliquando tamen.*
52 *Transmissio in conditionalibus non conceditur etiam fauore liberorum.*
53 *Transmittitur querela inof.testamenti etiam non præparata.*
54 *Transmittuntur actiones datiuæ, egregia q.*
55 *Infantis hæreditas ut transmittatur.*
56 *Transmittitur ad patrem hæreditas filio delata & ab eo repudiata.*

AD euidentiam huius rei, quæ de apicibus iuris est, & quia tractamus materiam transmissionis, prætermittendæ sunt plures transmissionum species. prima est 1 transmissio ratione existentiæ sui hæredis, & ista eppellatur transmissio ratione suitatis, nam mortuo patre filius suus & in potestate absque alia institutione efficitur hæres a lege, perinde ac si actualiter adiisset. §. sui, de hæredum qualita. & differen. & inst. de hæred. ab intestato. §. i. & in. l. necessarius. ff. de acquir. hære. & in. l. i. §. qui sunt in potestate. ff. si quis omissa. causa testa. & ff. de libe. & posthu. l. in suis, intelligitur tamen in his, quæ sunt sibi commoda, non in aliis, ut est casus singularis in. l. si filius qui patri. ff. de uulga. & pupill. substitutione facit l. i. cum ibi notatis C. si minor se ab hære. absti. & propter 2 istam immixtionē quam facit ius, transmittit hæreditatem non aditam ad quoscunque etiam extraneos secundum communem sententiam, C. de suis & legi. liberis. l. apud hostes, &. ff. de milit. testamento. l. ex militari. §. fi. latè per doctores in. l. si infanti. C. de iuro delibe. & ista est transmissio, quam dicimus fieri ratione suitatis. Adde tamen 3 quòd quemadmodum ratione suitatis transmittit hæreditatem patris non aditam ita eodem modo transmittit ratione eiusdem suitatis hæreditatem fratris, cui est pupillariter substitutus. nam si pater habens plures filios, quorum alter erat pupillus & habebat fortè bona aduētitia (nam si loquamur in bonis paternis, non esset tanta dubitatio) eos instituat, & unum eorum pupillo substituat, quemadmodū iste institutus & substitutus transmittit hæreditatem patris non aditam, ita eodem modo hæreditatem fratris pupilli, cui est substitutus uigore eiusdem suitatis, quia quantum ad hoc censetur illa hæreditas patris. tex. est quem Bart. & ellegat & etiam ad hoc commendat in. l. sed & si plures. §. quod possunt. ff. de uulga. & pupi. substitutione & text. in. l. Iulianus uers. cæterum. ff. de acq. hær. Bar. in. l. e. ad finem princ. ff. de uulga. subst. & ex his infero unum casum in quo quis est suus, non tamen in potestate, nam 4 filius institutus à patre non est in potestate fratris, cui est substitutus & tamen est illi suus quò ad transmissionem & istum casum ponit Ias. in. l. qui se patris. iii. col. circa. fi. C. unde liber. caue tamen tibi quia ibi non est suus hæres fratri, sed solùm patri, licèt ex potentia suitatis transmittat etiam hæreditatem fratris, quæ quantum ad hoc censetur eadem cum illa patris, cum ex eodem testamēto deferantur. l. patris & filii. ff. de uulg. & pupil. substitutione. institut. eodem. §. igitur. ita declarat Ias. in d. l. qui se patris. iii. col. in fin. ubi omnino uideas. Incidit tamen una quæstio, an prædicta 5 habeant hodie locū in filio emancipato ut hodie ex potentia suitatis transmittat etiam ipse hæreditatem non aditam ad quoscunque, uidetur quod sic, quia succedit ad similitudinem suorum ut. C. de legiti. hære. l. meminimus, & quia sublata est differentia emancipationis & patriæ potestatis, ut in auth. de hæredi. ab int. §. nullam collatione 9. Veritas est, quod etiam hodie emancipatus non transmittat ex potentia suitatis, nam 6 licèt hodie sit sublata differentia &c. illud est uerum quantum ad succedum ab intestato ut notat. gl. in. l. Gallus. §. & quid si tantùm de lib. & posth. & in auth. ex causa de liber. præter. C. & in l. si filius. cum similibus. ff. de minoribus. tamen in aliis non sunt sublatæ differentiæ & in proposito, scilicet quātùm ad ius transmittendi. & ita tenet Bald. in auth. in successione. C. de suis & legi. liber. & in. l. si fratris C. de iure delibet. & Paul. in. d. l. Gallus. §. & quid si tantùm. & in. l. si emancipati. C. de collat. & hoc de prima transmissione, scilicet quæ fit ratione suitatis, sed de hac transmissione. iure suitatis dicemus latè in fi. huius lecturæ.

Secunda species transmissionis est, quæ 7 fit ratione sanguinis, non ratione suitatis. nam si moriatur aliquis descendens quisquis sit, non adita hereditate ascendentis nec repudiata, illam 8 poterit transmittere ad quoscunque descendentes tantum & hoc fuit maximè necessarium, nam regulariter non adita non transmittitur. C. de caducis tollen. §. in nouissimo, cum similibus, nec uigore suitatis, cùm non esset suus, unde remanebat ille descendens in regula communi, quod hæreditas non adita non transmittebatur, uerùm quia esset iniquum ut descendens licet non suus non transmitteret, & sic descendentes ex eo priuarentur hæreditate auita uel proauita, ex æquitate, inspecta tantùm ratione sanguinis fuit hoc introductum, ut possit transmittere ad descendentes ex eo, non ad extraneos, cùm ibi cesset ratio æquitatis. & hoc est quod inducit hodie tex. in. l. j. C. de his qui ante aper. tabulas, quam nūc intelliges, secus in transmissione ratione suitatis. nam cùm ibi transmittitur tanquam adita ex immixtione quā facit ius, ratio, quæ est in descendentibus militat etiā in extraneis & sic transmittitur ad quoscunque Vnde si consideras, ista species transmissionis habet secum trasmissione præcedenti tanquam excendentia & excessa ut in simili dicit glos. subtilis in. l. ho. C. de in integrum restitutione minorum. Nam 9 transmissio, quæ fit ex potentia suitatis fit ad quoscunque etiam extraneos sed quæ fit beneficio. l. i. C. de his qui ante apertas tab. ad descendentes tantùm, iste autem excedit illam in alio, nam illa non habet locum nisi in hæreditate patris habentis filium in potestate: ista 10 autem habet locum generaliter in hæreditate cuiuscunque ascendentis, & consequenter lineæ maternæ, & sic non est suitas illa, quæ operatur hanc transmissionem sed ratio sanguinis tantùm. plenius tamen de hac transmissione dicam in fi.

3. species transmissionis est, quæ 11 fit beneficio l. cum antiquioribus. C. de iure deliber. quando aliquis sciens hæreditatem alicuius sibi delatam decessit infra annum datum ad deliberandum, nec adita hæreditate nec repudiata, nam si decessit sciens transmittit residuum anni ad adeundum ad quoscunque & est aduertendum, quòd ista transmissio est longè utilior quò ad quid quam præcedens. Nam 13 ista non solùm habet locum in hæreditate patris ut prima, & in hæreditate cuiuscunque ascendentis ut secunda immo generalissimè in successione cuiuscunque & extranei penitus tam ex testamen. quàm ab intestato. Ex tex. hoc resultet aliud quia ad hoc ut competant duæ præcedentes, debet probari, aut defunctum fuisse filium in potestate, aut fuisse ex descendentibus illius, de cuius hæreditate agitur, quod hic non est necesse, sed solùm quòd ille decessit sciens infra annum deliberandi: in aliis autem duobus duę pręcedentes sunt utiliores. Primo 14 quia illæ transmissiones fiunt perpetuò hæc infra annum tātùm in residuum quod super erat defuncto de illo anno. item ad hoc ut habeat locum ille. 3. requiritur quòd decedens expressè sciat hęreditatem sibi fuisse delatam ex testam. uel ab intestato alias non posset deliberare si nesciret. d. l. cum antiquioribus, uel sciens, sed 15 duæ præcedentes habent locum etiam si transmittens nesciret hæreditatem sibi delatam ut probatur in d. l. 1. de his qui ante apert. tab. & ad omnia prædicta uide Iaso. in. l. emancipata. C. qui admitti ad bon. pos. in secunda. & 3. col. cui adde quod hæc transmissionis species fuit incognita iureconsultis ut eleganter docet post alios Emanuel. de à costa in. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthumis in. 2. par. nu. 179. sed & si ignoratibus denegetur, tamē 16 ef

1 Trāsmissio ratione suitatis fit hæreditatis non aditæ.

2 Transmittitur hæreditas non ad quoscunque extraneos.

3 Transmittitur hæreditas fratris nō aditā uigore eiusdē suitatis & pup. subst.

4 Suus hæres fratri dicitur institutus à patre quo ad transmissionem institutus à patre dicitur suus hæres fratri quò ad trāsmissionem.

5 Transmitti non pōt ab emancipato hæreditas nō adita ratione suitatis.

6 Differentia emancipationis & patriæ prestatus. est sublata ad succedendū ab intest.

7 Transmissio ratione sanguinis contingit hæreditatis non aditæ.

8 Transmittitur hæreditas ascendentis non adita nec repudiata ad quoscunq; descendentes tantū ratione sanguinis.

9 Transmissio suitatis solùm habet locum in hærede patris habentis filiū in potestate.

10 Transmissio sanguinis habet locū in hæreditate cuiuscunq; ascēdētis.

11 Transmissio ratione iuris delib.

12 Transmittitur residuum anni deliberandi ad quoscunque.

13 Transmissio iuris delib. habet locum in successione cuiuscumque extranei tam ex testam. quam ab intestato.

14 Transmissio suitatis & transmissio sanguinis fiūt perpetuo & habent locum et si transmittens nesciret hæreditatem sibi delatam.

15 Transmissio iuris deliberandi fit infra annum & ad hoc ut habeat locum requiritur quod decedens expressè sciat hæreditatem sibi fuisse delatam ex testam. uel ab intestato.

16 Transmissio iuris deliberandi datur etiam in effectu ignorantibus per restitutionem.

fectualiter etiam nescientibus conceditur beneficium. d. l. cum antiquioribus ut per Iaso. col.2. ibi. & in simili plenè per Emanuelem ubi supra par.5.nu.106.cum seq. & quamuis hæreditas non adita regulariter non transmittatur, tamen id procedit quandiu directa est, nam

17 *Transmittitur fideicō. muner.*

17 eadem cum transformatur in fideicommissariam bene transmittitur etiam non adita ut plene per Ias.in.l.cū filio num.120.& num.107.ff.de lega.i.

Vltra prædictas, ego reperio alias species transmissionum, sit ergo quarta in ordine, in iure agendi ad supplementum.l.omnimodo.C.de inoffici. testamento. Istud

18 *Transmittitur ius agendi ad supplementum.*

18 ergo ius supplementum petendi transmittitur ad quoscumque hæredes, si ipse decedat, non petito supplemento legitimæ. ita in specie tenet Salicet. in.l.scimus in prin.C.de inoffi.test.sequitur Alex.in consi.197. & est de mente. Bal.in.l.si arrogator.ff.de adoption.2.oppos.in.l.2.ulti.q.C.de liber.preter.quod est bene notandum. idem tenet Ias.in.l.emancipata.C.qui admitti ad bonorum.poss.2.col.dom tamen allegat.Bal.in.l.2.de liber.præteri.caue quia ibi Bal.non dicit quòd transmittatur ad quoscunque sed in posteros: immo uidetur ibi concludere quòd nullo modo transmittatur. oltra prædicta tamen pro hoc quòd transmittatur, facit à fortiori si bene inducatur.l.quamquam. C. ad.l. falcid. ad idem facit.l.scimus in prin.C.de inoffi.testa. ubi tex.dicit quòd repletio in est ipso iure ergo est quæsitum.si ergo est acquisitum.nimirum si posit transmitti quemadmodum alia iura alicui quæsita. licèt glos.ibi uideatur innuere contrarium dum dicit, quòd inest ipso iure si tamen filius alleget, ergo antea quam alleget uidetur quòd non transmittetetur. cogita. Contra prædicta

19 *Suitas an tollatur ex hæredatione.*

tamen immo quod non transmittatur ultra omnes arguo sic, Quando 19 filius est, exhæredatus desinit esse suus.l.1.§. sciendum.ff.de suis & legiti.hæredi.& ibi singular ter Bart. qui milies allegatur. item 20 quando institutus in re certa desinat esse suus nisi agat ad supple-

20 *Suus an sit filius in re certa institutus.*

mentum & obtineat ut singulariter tenet Bal. in.l. apud hostes.in medio.C.de suis.& legiti.hæredi. ratio est, ut puto, quia cum sit exhæredatus. uel institutus in re certa ergo non continuatur in eum dominium rerum paternarum, cum pater illum priuauerit dominio ratione cuius continuationis dicitur suus & necessarius, ut arg. l.si.cum similibus.C.de pact.cōuentis.ff.delib. & posth. l.in suis &.ff.de acquiren.hæred.l.necessarius. cum similibus.cum ergo non sit suus, ego habeo quod nunquam sit transmissio ad quoscumque nisi ratione suitatis, ut plenè per omnes.in.l. si infanti.C. de iure deliberan. ut suprà dixi ergo impossibilis est, quod 21 ius agendi ad supplementum transmittatur ad quoscumq; cuius contrarium dictum est supra. ad hoc puto sic posse responderi, quòd si institutus in re certa uellet transmittere tan-

21 *Transmittere nequit ius agendi ad suppl. iure suitatis filius in re certa scriptus.*

quam suus ius agendi ad supplementum ad quoscumque tunc non posset, quia non est suus, ut dixi, & ita loquuntur contraria. aut transmittit non tanquam suus sed.conditionem ex.l.& sic actionem personalem, quæ sibi competit, ut.d.l.omnimodo, & ibi notatur, & tunc bene illam transmittit ad quoscunque, quia 22 regulariter personales actiones actiuæ & passiuę transmittuntur ad quoscumque heredes.l.pro hereditariis cum concor-

22 *Transmittitur actiones personales.*

dan. C. de hæred. actio. & ita intelligantur supradictæ auctoritates, quæ tenent quòd ius agendi ad supplementum transmittitur ad quoscumque & est mea noua oppositio, & solutio. Secundo in contrario allego regulam generalem, quę habet, quòd 23 ius alicui competens nisi sit agnitum nunquam transmittitur. C de eadu. tollen.§. in nouissimo.&.C. de iure. deliber.l. quoniam sororem.cum similibus. nisi in casibus specialibus notatis in.l.sed & si decesserit.ff. de bon. poss.contr.tabul.& in.l.uentre.ff.de acquiren.heredi.ad hoc respondeo quòd

23 *Trāsmitti an possit ius non cō agnitum.*

si eodem modo, quòd illud ius non transmittitur, ut in contrariis, sed actio personalis sibi competens, quam nō est necesse agnosci sic ut in nostro casu, 2. dic q; est speciale in his descendentibus q; transmittat ius agendi & non agnitum, argumento.l.1.de iis qui ante apert. tabul. & melius facit.l.si quis filium.C. de inoffic. testamento ubi ius non agnitum neque etiam competens sed quod sperator competere nihilominus transmittitur ut ibidem. sed caue quia ibi non transmittitur ad quoscumq; , ut infra dicam, sed fateor tamen quòd nihilominus ius agendi ad supplementum transmittitur ad quoscunque; quia ad illud, competit actio personalis, ut modò dixi, de cuius natura est, ut transmittatur ad quoscunque. ergo &c. iii. in contrarium allego.d.l.si quis filium ante fi. ubi est tex.ad literam quòd 24 ius agendi ad supple-

24 *Supplementi ius ad quos transmittatur num.20.*

mentum competens patri transmittitur ad nepotem, ergo malè est dictum supra quòd transmittatur ad quoscunque. ad hoc respondeo, quòd tex in.d.l. non negat quin posit etiam ad extraneos transmitti, sed cum ibi quæreretur, an querela transmitteretur, respondet Imperator quod sic, nisi patri aliquid esset relictum, quo casu ius agendi ad supplementum competens patri, per l.omnimodo, competit etiam nepoti idest filio suo, & cessat querela, quæ est odiosa, tamen si heres esset extraneus, nihilominus ius agendi ad supplementum sibi competeret ut supra dictum est. & circa omnia prædicta diligenter cogitabis, quia nemo tangit, Aduerte tamen quia cum suprà dixerim ius agendi ad supplementum transmitti ad quoscunque, ergo potest comprehendi hęc species sub prima, de qua supra per quam transmittitur ad quoscunque. Sed adhuc meo quod hæc.4. est de per se cum modò probauerim, non transmitti ius agendi ad supplementum ad quoscunque ratione suitatis sed eo quia pro ex competit condictio, ex.l.& sic actio personalis, quę solet transmitti ad quoscunque.

5. species transmissionis est, in querela inofficiosę donationis, quę 25 etiam non præparata transmittitur ad filios, ita tenet Bal. singulariter in.l.j.pen.col.C.de inoffi. donatio. & illud dictum refert Ias.2.col.in princ.in d.l.si quis filium licèt non adhoc propositum. & illa decisio Bald.est singularis secundum Ias.in.l.emancipata. in fin. uerbis. C. qui admitti ad bonor. possess. possunt.

25 *Trāsmittitur querela inof. donationis.*

6. species transmissionis est.s.quòd 26 filius ex potentia suitatis oedum transmittit hæreditatem patris non aditam ad quoscunque etiam extraneos ut suprà dictum est, uerum etiam si sic preteritus ius dicendi nullum sibi competens potest transmittere ad quoscunque etiam extraneos, ista est mirabilis & peregrina decisio. Bal.in.c.sciscitatus. pen. col. extra de rescriptis, illam decisionem allegat.Ias.in.l.si infanti. 9. col. C. de iure delib.& dicit quòd non meminit legisse tactum ab alio preter quàm à Bal. & quòd ab aliquo legistarum non est hactenus tactum, eandem decisionem reputat singularem.Ias.in.l.cum mora num.16.4.col.ad fi. C. de transactio.& uide unum uerbum per eū in l. scimus .§. illud ad fi.C.de inoffic. testamento, eandem decisionem refert & reputat singularem in .l.emancipata ultima col. num.24. C.qui admitti, pro decisione sua Bal. allegat.l. uxoris abortu. C.de posthumis heredibus inst. repetio tamen, quòd Ias.in.d.l.cum mora, inque.d.l.si infanti.9. col.no.16. impugnat illam decisionem Bal immo quod non transmittatur ad quoscunque sed ad liberos tantum, fundamentum suum est quia decisionem Bal. dicit.l. non probari, & quod.l.uxoris abortu.allegata per Bal.nihil facit. secundo quia ratio Bart.& Doct.per quā tenent hęreditatem patris non aditam transmitti ex potentia suitatis, est eo quia.l.ciuilis facit filium ab intestato suum & necessarium, ita quòd dicatur continuari dominium à patre in filium.l. in suis.ff. delib. & posth. cum concor. quas supra allegaui. sed hęc ratio non potest habere locum in filio preterito, qui 27 ante quā ab intestato posit succedere oportet quod dicat testamentum nullum. Vnde dicit se non uidere quo modo ex potentia suitatis posit ius dicendi nullum transmittere, hæc sunt uerba sua in d.l.si infanti.9.col.in fi.cum prin.

26 *Transmittitur ius dicendi nullū competens filio prætenito ad quoscunque etiā extraneos.*

27 *Filius præteritus ante quam succedat ab intestato oporteat ut testamētū dicat nullum.*

sequentis

sequentis tamen ego saluo saniori iudicio credo decisionem Bal. ueriorem, primo quia lex uxoris abortu, optimè facit, ut statim iuducam, secundo quia fundamentum Ias. non stringit ut probabo, quod autem l. uxoris faciat io proposito ostendo sic, licèt non inueniam, (nam quod 28 iuris est de posthumo preterito post eius natiuitatem, idem esse dicet de iam nato § pen. inst. de exhere. lib. in pri. ff. de lib. & posth. l. inter cetera iun cta l. posthumo cum concor. C. de bo. pos. contra tab. sed 29 quando iam natus est preteritus statim testamentú est nullum absque eo quòd filius dicat nullum secundum commonem sententiam de qua latè per Ias. in. l. posthumo. C. de contra tab. tertia cau. 2. 3. 4. col. cum princ. sequentis, & sic decedit ab intestato defunctus, modò dicit. l. uxoris abortu, quòd natiuitate posthumi rumpitur testamentum nec conualidatur, licèt statim decedat posthumus. ergo eodem modo oon reconualescit licèt statim moriatur filius natus præteritus. si ergo non reconualidatur ergo decedit testator ab intestato, sed habeo quòd 30 quando pater decedit ab intestato statim filii dicantur sui & continuatur in eos dominium & transmittunt ad quoscunque ratione suitatis secundum plenè notata in. l. si infanti. C. de iure de lib. & suprà latè dixi, ergo eodem modo præteritus 31 licèt statim decedat, transmittit ad quoscunque ius dicendi nullum ex potentia suitatis. Cùm 32 eo ipso quòd est præteritus dicatur testator decedere ab intestato, & sic in præteritum filium continuatur dominium & fortè non audisti hanc inductionem, pro qua inductione allego tex. meliorem de iure instit. de exhere. liber. in prin. ibi tex. dicit quòd quando filius est præteritus ab initio non constat testamentum, si ergo ab initio non constat, ergu decedit ab intestato: ergo continuatur in filium dominium & sic tansmittit tanquam suus, & pro confirmatione uide quod notat. Paul. de Castr. in. d. l. uxoris abortu. io princ. licètnoo ad propositum.

28 Idem iuris est de posthumo præterito quod de iā nato.

29 Præteritione posthumi iam nati statim efficitur testamentum nullum absq; eo quòd filius dicat nullum.

30 Statim quòd pater decedat continuatur dominium in filios.

31 Transmittit præteritus licèt statim decedat ius dicendi nullum.

2. non obstat fundamentum Ias. dum dicit 33 quòd quando filius est preteritus ante quam ab intestato possit succedere, oportet quòd dicat testamentum nullum ergo cum ante non possit succedere ab intestato ergo ante non est suus, & sic non transmittit ratione suitatis. io hoc aduerte, quia immo quando filius est præteritus, testamentum est ipso iure nullum absque eo quòd filius dicat nullum, secundum communem sententiam de qoa latè per Ias. in. d. l. posthumo. & modò dixi, & est melior tex. de iure. inst. de exhære. liber. in prin. dum dicit, ab initio non constat testamentum, si ergo ab initio non constat, ergo non est necesse quòd dicatur nullum si ergo est nullum absque eo quod dicat nullum, ergo falsa est reprobatio Ias. immo statim poterit ab initio succedere, ergo & transmittere, & per consequens erit uerior opinio Bal.

32 Eo ipso quòd filius est præteritus dicitur pater mori ab intestato.

33 Filio præterito testamentum est nullum etiā antequam filius illud impugnet.

Caue tamen quia inductio quam feci de. l. uxoris abortu uidetur superflua, nam si Bal. sensisset quod ego dixi non erat necessaria sibi. l. uxoris, immo potuisset dicere quod quando iam natus est præteritus, statim est testamentum nullum, nec conualidatur, licèt ipse moriatur. in. d. princ. instit. de exhære. liber. & ff. de liber. & posth. l. inter cetera. si ergo. est nullum, ergo moritur defunctus ab intestato, ergo filius tanquam suus ab intestato potuit transmittere ius dicendi nullum ad quoscunque & sic non erat necessaria comparatio, quam feci de posthumo preterito ad iam natum preteritum, cogita ergo de meliore inductione, quia non inuenio tactum. & hęc sufficiunt de sexta specie transmissionis. contra Bal. tamen tenuit etiam Ias. in. l. emancipata. C. qui admitti. in fi. 7. species transmissionis est, de qua 34 per Bal. singulariter in. l. filio præterito. ff. de iniusto testamento quem refert Ias. in. l. emancipata ult. col. C. qui admitti ad bon. poss. ibi uideas eum dicentem quòd transmittitur bon. pos. etiam non agnita.

34 Transmittitur bon. poss. etiam non agnita.

Denique hac in re communis opin. est quòd bon. pos. etiam non agnita transmittatur ad hæredes, quam opin. tenent Petrus, Cynus, Iacob. Raine. Butric. Bart. & Bal. in. l. emancipata. C. qui admitti Cynus in. l. un. C. qui ante apert. tab. Alex. Paul. & Fulg in. d. l. emancipata, quos omnes refert & sequitur Ias. in. d. l. emancipata nu. 18. ubi ait hanc esse communem opin. quæ probatur primo per. l. hæreditatis. 2. ff. de uerb. sig. ubi habetur quod hæreditatis appellatione etiam bon. pos. continetur, ergo leges nouæ, quæ concedunt hæreditatis non aditę transmissionem ad bonorum quoque possessionem extendi debent. sed an ex proprietate uerborum, appellatione hæreditatis bon. pos. contineatur, & Bar. in. l. cui eorum §. affinitates. ff. de postul. tenet quod sic, secundum quem intellexit Ias. in. d. l. emancipata col. p. idem uolunt Bar. & doct. in. l. 1. §. bonorum. ff. ad Treb. ut ibi latè per Ias. in quo contrarium est uerius ut 35 ex interpretatione tantùm non etiam ex proprietate uerborum appellatione hæreditatis bo. pos. contineatur, ut docet Alciatus in. d. l. hæreditatis.

35 Ex interpretatione tantùm appellatione hæreditatis bon. pos continetur.

Sed tamen secundum eum hæc interpretatio admittenda est, non solùm in materia fauorabili, qualis est transmissio hæreditatis, sed etiam in materia odiosa & pænali, & pro communi ultra Alex. & Ias. in. d. l. emācipata expendo tex. in d. l. un. C. qui ante apertas. tab. ibi ne auita successione fraudentur, nam certum est, quod 36 successionis appellatione continetur successio tam ciuilis quam prætoria, ergo illa lex loquitur in successione non solùm ciuili sed etiam prætoria ut sic nulla interpretatione uel extensione opus sit. ad fundamenta Sali. & Romani qui contra communem tenebant in. d. l. emancipata respondet Ias. ibidem quem uideas.

36 Appellatione successionis continetur successio ciuilis & prætoria.

Superiora procedunt ex mente doct. in bonorum possessione ex testamento (qualis est bon. pos. secundum tabulas) idem & secundo in bonorum possessionibus ab intestato (qualis est bonorum poss. unde liberi) quid autem tertio casu. s. in bonorum possessione contra testamentum qualis est bonorum possessio contra tab. & Bal. & Fulgosus ubi etiam Alex. col. fi. & Ias. etiam col. fi. in. d. l. emancipata tenent quod contra tab. bonorum poss. non agnita nunquam transmittatur uigore. l. un. C. qui ante apert. tab. sed procedat regula. l. 3. §. acquirere ff. de bon. pos. & d. l. emancipata. licèt 37 non uiderim ullum in specie contrarium tenentem, mihi contraria opin. uerior uisa est. moueor primo, quia hæreditatis appellatione etiam bonorum possessio continetur tex. in. l. hæreditatis. 2. ff. de uerb. sig. quod secundum Alciatum ibid. etiam in odiosis procedit & pænalibus ergo quanto magis in bon. possessione contra tab. 2. per tex. d. l. un. ibi ne auita successione fraudentur ubi non solùm in hæreditate sed in omni successione generaliter text. ille loquitur, siue illa hęreditas sit, siue bonorum possessio 3. per d. l. un. ibi si quidem per indignum est fortunas ob causas aut casus humanos. ubi lex fundat se in eo, quòd casus mortalitatis illius. l. transmissionem impedire non debet, quæ ratio ex integro militat in contra tab. bon. possessione, non secus quam in reliquis bo. pos. uel hæreditatibus: ergo idem ius. l. illud. ff. ad leg. aquil. 4. per. l. illud. §. si. ff. de bon. poss. contra tab. ubi contra tab. bon. possessio transmittitur quando preteritus propter pendentem posthumi natiuitatem non potuit eam agnoscere, sed quod olim concedebatur ei, qui erat impeditus id hodie permittitur etiam si nullum sit impedimentum ad bon. poss. agnoscendam ut in. d. l. un. ergo quemadmodum olim contra tab. bon. poss. transmittebatur etiam non dum agnita, quando preteritus decessit ante agnitam bon. poss. quia eam agnoscere non potuit propter pendentem posthumi natiuitatem ut d. l. illud. §. si. ita etiam hodie filius præteritus, qui decessit ante agnitam contra tab. bo. po. eam transmittet etiam si eam agnoscere impeditus non esset per d. l. un. in suis terminis 5. quando duo casus sunt æquiparati per. l. antiquam

37 Transmittitur bonorū possess. contra tab. non agni contra communem.

quam tunc.l.noua loquens in uno casu haber locum in
altero casu, ei æquiparato.glo.communiter approbata
in.l.si quis seruo alieno persuaserit.C.de furt.per Ias. in
auth. quas actiones.C.de Sacr.Eccles.& in,l.de quibus
num.14.ff.de legibus & alibi plenè dixi.

Sed hæreditas & bon.poss.iure ueteri æquiparaban-
tur.d.l.hæreditatis.3.ff.de uerb. sign. ergo.l.noua s.d.l.
un.C.qui ante apert. tab. loquens in hæreditate habe-
bit etiam locum in bon.poss.contra tab. nec ad rem per
tinet ꝙ ad tollendam consequentiam sufficiat dari unã
instantiam.glo. in.c.sicut urgeri.j.q.j.latè Ias.in l.credi
tori.ff.de noui.op.nunc.nam quodq; olim inter bo. po.
& hære.essent nonnullæ differentiæ,ut per Bart.& alios
in.l.j.§. bonorum. ff. ad Trebell. resp. dupliciter primo
ꝙ licèt in alios esset differentia,tamen in transmissione
nulla differentia erat, quia ut hæreditas non adita non
trãsmittebatur.l.un.§.in nouissimo. C.de cad.toll.ita &
bo.poss. non agnita nõ transmittebatur d.l.emancipata

38 Argumentum ab æquiparatis uel similibus quando fiat.

d.l.3.§.acquirere.ff.de bonor.poss.itaque 38 cũ illo ca
su, quo de agitur esset omnimoda æquiparatio inter hę
reditatem & bonorum poss.sequitur ut.l.noua loquens
in altero casu ad alterum quoque extendatur.Secundo
resp. quòd ut duo casus per.l.ueterem dicantur æqui-
parati, ut sic lex noua loquens in uno extendatur ad al
terum, satis est ꝙ regulariter æquiparentur,licèt repe-
riãtur aliquæ differentiæ.ita ait Ias.in.d.l.creditori post
Aret.in l.ex facto in vj.not.ff.de uulg.& Salic.in.l.preci
bus colum.11.C. de impub.& alios quamplures, quos
ipse allegat per tex.in.d.l.ex facto in pr. qui bene pro-
bat.6.est tex expressus in.l.in conditionibus.§. si patro-
nus.ff. de cond. & demonstr.& ubi illa conditio si patro
nus hæres non erit lego centum, tunc si patronus exti-
tit per contra tab. bon.possessor, superior conditio de-
fecisse uidetur,quasi patronus hæres extitisse uideatur,
eo quod extitit bonorum possessor etsi si sit contra tab.
bon.possessor,sicq; non solùm reliqui bonorum posses-
sores,sed etiam contra tab. bonor. possessor hæres esse
intelligitur.7. per.l.i.§.bonorum.ff. ad treb. ubi etiam
in quartã Trebelianica detrahenda,quæ contra uolun-
tatem defuncti inducitur, hæredis appellatione conti-
netur bonor.poss. unde Bar.ibi & doct. communiter ut
ibi per Ias.tenent quod bon. possessor est propriè hæ-
res,sic ergo & in specie nostra.l.noua loquens in trans-
mittenda hæreditate non adita habebit locum in trans-
mittenda bonor. possessione non agnita etiam si sit bo-
no.poss.contra tab. Nec ad rem pertinet ꝙ contra tab.de
tur contra uoluntatem defuncti in quo iacet totum fun
damentum Bal. Fulg.Alex.& Ias.in.d.l.emancipata,nam
resp. ꝙ similiter contra uoluntatem defuncti præsertim
etiam hodie detrahitur falcidia & trebelianica,
& tamen.l.noua loquens in quarta trebelianica de hæ-
reditate deducenda procedit etiam in eadem quarta de
ducenda de bonorum possessione, ut.d.l.i.§.bonorum
ff.ad treb.ꝙ autem etiam hodie falcidia & treb. dedu-
cantur contra uolũtatem defuncti prẹsumptam est tex.
in c.Rainaldus de testam.& est communis & uera opi-
nio ut dixi supra §.8.nu. 18.

39 Hæredis appellatione etiam bo.poss. cõtinetur in conditionibus.

8. facit pro nobis quod licèt 39 conditiones sint ue
rè implendæ l. Meuius.l.qui hæredi in prin.ff.de condi.
& demonst. & utrobique per doct. & latè Bar. in.l. Gal
lus.§.& quid si tantùm col. 11. ff.de lib.& posth.tamen
conditio de hæredi dando potest impleri in Bo. possesso
re,Bar.in.l.i.num.51.ff.de uulg.quem ibi omnes sequun
tur. Rumus in.d.§.& quid si tantum colum.9. egregius
Emanuel de à Costa in.d.§.& quid si tantum pagin.197.

Tenendo hanc partem contra communem op.doctor.
quos in hoc articulo mihi legere contigit,non obstat ꝙ
contra tab. detur contra uoluntatem defuncti,nam & si
id interim fateremur tamen ut supra docuimus, etiam
in his,quæ sunt contra uoluntatem defuncti, dispositio
loquens in hæreditate,extenditur ad bono.possess.Non
quoque obst.d.l.un.ibi aduersus auitum desiderium in

qua facit magnum fundamentum Ias.in d.l. emancipa-
ta in fi. nam resp. ꝙ d.l un.reddit tres rationes suæ no-
uæ decisionis. Prima ratio est illa, fortuitas ob causas,
uel casus humanus, & hæc prima ratio ut probant mili
tat etiam in nostro casu,Secunda ratio est illa; habeant
uerò solatium tristitiæ suę &c. quę tantùm ratio cessa-
tat in casu nostro.Tertia ratio est illa, aduersus auitum
desiderium.quę licet 40 in nostro casu locum non ha-
beat nihilominus decisio illius.l.sustinebitur in aliis ra-
tionibus. Nã.l.quę se in multis rationibus fundat,una
ratione cessante in alia ratione uel aliis rationibus per-
manentibus sustinebitur.§. affinitatis inst. de nupt.l.si
non lex eliasentia.ff.de hęr.inst. 9. pro nobis facit ratio
peremptoria. nam 41 transmissio inuenta est non fa-

40 Ratione una cessante in aliis rationibus lex sustinetur.

uore eius cuius de heredi tate agitur, sed fauore eius,
cui per prius delata fuit quique eam transmittere a le-
ge donatus est patet quia huius uoluntate cessat trans-
missio si uelit eam repudiare,quia eius causã & contem
platione inducta hæc transmissio fuit.ut l.un.C. qui an-
te apert. tab. ibi si tamen hæreditatem non recusant.&
iterum ibi,quibus est meritò consulendum, & ibi nepo
tes auita uel proauita successione fraudari, & ibi memo
ratasq; personas. idem probatur in.d.l.cum antiquiori
bus.C.de iure deliberandi ibi prę cipua sunt, & ibi non
tamen successioni renunciauerit, & in aliis multis parti-
bus eiusdem legis, ubi patet quod transmittendi benefi
cium non tam fauore eius cuius de successione agitur
quam fauore eius cui per prius delata hereditas fuit,in
ductum fuit, ut per hoc ineptissimum sit querere uel
morari circa hoc,utrum contra tab. bon.poss.contra uo
luntatem defuncti,an secundum eius uoluntatem indu-
catur. Denique ultimo loco pro nobis uidetur text. ex-
pressus.in.l.iiii.in pr. ff.de cond.& dem.& in.l. is qui in
potestate.§.fi.ff.de leg.præst. ubi conditio si heredi de-
derit,uerificatur & impletur in bonorũ possessore quæ
iura allegat Areti.in.l.j.in fi.principii.ff.de uulg.qui no
biscum uidetur tenere, licèt in contrarium eum alle-
get Ias. in d.l. emancipata in fi.

41 Transmissio est inuenta fauore eius,cui per prius delata fuit hæreditas.

8. Species 42 transmissionis est, de qua in.l.uiam
ueritatis C. locati. Vbi si aliqua re conducta etiam lo-
catione non finita decedo,transmitto pro residuo ad hæ
redem meum ad idem l. cum in plures §. heredem.ff.
locati. &.l. sed ędes &.l. penult. & fin. C de iure do-
tium &.l.si Socius.& inst. de rerum diuisione. §. is ue-
ro & inst. de locat. & conduct. §.fi. uidebatur contra
per.l si domina.C.de usufructu. sed solue ut ibi, limi-
ta tamen per glos. singularem in d.§.fin.inst. de locat.
& condu.

42 Conductor qui ante impletum tempus cõductionis decedit transmittit.

9. Species 43 transmissionis est.s.in actionibus per
sonalibus generaliter.s.ut competentes defuncto trans-
mittantur in heredes actiuè & passiuè.l.pro hereditariis
& per totum titulũ.C.de heredita. actio. uidebatur
contra quia actiones personales ita sunt affixę ossibus
nostris ut a nobis auelli nõ possint.nec transeunt de sub
iecto in subiectum ut est gl. melior de iure in.l.3.ff.pro
Socio. unde attento rigore non transeunt in heredem,
nisi quia lex fingit heredem eandem personam cum de-
functo, ut in authen.de iureiur. a moriente præsti.in pr.
collatione.5. & notatur in.l.cum à matre.C.de rei uen-
di.& ideo non dicuntur transire fictione iuris, sed sem-
per esse apud eandem personam, & ad hanc solutionem
uide ut per Ias.in.l.ea legato. in princ.C.de leg.

43 Transmittuntur actiones personales actiuè & passiuè.

10. Species est ꝙ 44 priuilegium mulieri conces-
sum reuocandi rem dotalem alienatam per maritũ tran-
sit ad heredes uxoris,ut per Bar.& Paul.de Castro.in.l.
j.ff.soluto matrimonio, & ibi notabiliter Alex.in. col. in
medio,uidebatur contra.quia priuilegium non trãsgre
ditur personam.l.quia personale cum concor.ff. soluto
matrimonio ubi patet solutio.

44 Transmittitur priuilegium mulieri concessum reuocãdi rẽ dotalem à marito alienatam.

11. Species transmissionis est.scilicet ꝙ 45 quando fi-
lius,qui est suus repudiat hereditatem patris potest ni-
hilominus infra triennium suam repudiationem reuo-

45 Transmittitur ius reuocandæ abstensionis secundum quosdam sed cõmunis est in contrarium.

care

care, ut est. casus singularis in.l.fi.C.de repud.hęre.ponamus ergo ꝙ post repudiationem decessit antequam repodiationem reuocasset, an illud ius reuocandi transmittat ad heredes soos Raphael. Fulgosius tenuit ꝙ sic in.l.qui se patris.C.unde liberi, quod est solenne, idem tenet ibi Ludoui.Roma.per tex.in.l.cum antiquioribus iuncta glo.in uerbo pręcipuas C. de iure delib. & pro hoc facit.l.si quis filium.§.j.ff.de acqui.hęr. in ratione sui ibi quia & patri ejus idem tribueretur, ad idem facit.l.ueteris.C. de contrahen. & committend. stipulatione. præsertim in ratione sui, & quod not. Bar.in.l. libertus.§.patris.ff.ad municip. Verùm est ꝙ in isto passu.cōmunis opinio est in contrariū immo ꝙ beneficiū illius l.non transmittatur ad hæredes ut tenet Angel.Imol. & Ludou. sibi contrarius in l.uentre.ff.de acquiren.hærę. & infrà ad aliud propositum subiiciam & uide plenè Ias. in d.l.qui se patris.6.causa.3.4.colu.ad quem recurras.

46 Transmittitur nobilitas in posteros legitimos tamen.

12. Species transmissionis ultra prædictas & ista 46 dicitur naturalis quando.s.natiuus splēdor seu nobilitas à progenitoribus seminatur in posteros, ut. C. de comer. & merca. l.nobiliores & talis nobilitas non transmittitur nisi per legitimam lineam etiam à matre, quia si nobilis mulier in corpus suum peccat, efficitur infamis & ideo splendorem dignitatis amittit, & non transmittit.ut.C.ad officia.l.si qua illustris, & in regula iuris infamibus lib.6.&.ff.de Senatoribus.l. Cassius & C. de nupt.l.imperialis, & præsertim si commisit incestum qoia uilitas uitæ eam fecit humilem & deploratam ut C.de incestis nup.l.si quis incesti & in.l. humilem & de ista specie transmissionis. uide Bal.à quo didici in.l.cū antiquioribus.3.colum.in fin.C.de iure de lib. uerb. 8. quæro &c.

47 Transmissio cōtingit etiam ex ui conuentionis.

13. Species est & ista 47 dicitur conuentionalis, quæ authoritate conuentionis fit ut.ff.de probat.l.si pactus &.ff.de pactis.l.iurisgentium §.pactorum, & est exemplum etiam ut si quis hæredi suo stipuletur etiam post mortem suam scilicet stipulatoris. ut inst. de inutilibus stipula. §. post mortem, &. C.ut actio ab. hære. & contra hære. incip.l.j.& vi. in auth. de non alienandis.§. emphiteosim collatione 2. & de ista uide etiam Bal. in.d.l.cum antiquioribus.iiii. colum. in pr. aliæ autem. transmissiones, de quibus suprà non dicuntur naturales, nec etiam conuentionales, sed dicuntur legales, nam lex eas inducit, non natura, nec partes, quod nota.

48 Transmittitur pœna iniuriā passo debita.

14. Species transmissionis reperio, scis 48 quod quādo creditor retinet liberum hominem pro eo quod sibi debet, quòd tunc cadit à debito. item tenetur tantundem reddere ei, quem retinuit, sed si ille retentus moriatur, & hoc facit ad propositum, debetur illa pœna parentibus eius, qui ei succedunt iure transmissionis, ita dicit glo. iuncto tex.in authentica immo. C. de actio & obliga. & hoc dicit ibi notandum Bal. esse ad statuta, quæ disponunt quòd bona homicidæ debeant applicari filiis defuncti, nam si illi filii moriantur transmittunt ad hæredes suos, quod est notandum.

49 Transmittitur fideicommissum uniuersale ante hæreditatis restitutionē.

15. Transmissionis species est, quia 49 ius fideicōmissi uniuersalis ante restitutionem trāsmittatur ad hæredes fideicommissarij, ut probatur in.l.apud Iulianum §.utrum.ff.ad treb.& in l.cogi.§.metianus, eod. titulo probat tex. & uide ibi notabiliter Ias. in.l.3.C.de fideicommissis. immo quòd est plus, etiam si fideicommissarius moriatur antequam hæres directus adeat hæreditatem, tamen adhuc transmittit.l. quidam in pr.ff. ad trebell. quicquid ibi glos. teneat, & ita tenent Bar, & alii in l.cum filio.ff.de leg.j.uidebatur contra in prædictis, quia hęreditas non adita non transmittitur.§.in nouissimo, de cadu.tollend. Sed fideicommissarius uniuersalis habetur loco hęredis.l.i.§.si filius.ff.quod cum eo. ergo uidebatur quòd non transmitteret, pro ratione decidendi uide notabiliter Ias. in.l.3.C. de fideicommiss. 2. colum. in pr.

50 Transmittitur beneficium restitutionis.

16. Species transmissionis est in beneficio 50 restitutionis alicui competente, nam illud bene transmittitur ad hęredes suos, tex. est uulgatus in.l. non solùm ff. de integr. restitutione, titulo generali.ad idem.l.j.C. si aduersus dotem, & text.in.l.j.ii.iii.iiii.ff. de temporibus in integrum. rest. per.& .l.ea quæ quasi per totum eo titulo & text.in l.i.C.de restitut. militum & C. de inoffic. donat l.si filius.&.ff.de condictione indebiti.l.fi. §.fin.hoc procedit nedum ex parte actoris & sic actiuè sed etiam ex parte rei & sic passiuè tex.in.l.si intra.&.l. de tute.x.C.de in integrum restitutione minorum titu. generali. & procedit nedum in beneficio restitutionis competente minoribus, sed etiam in competente maioribus ea quacunque causa, & de hoc est text. ad literā in.d.l.non solùm in pr.ff. de in integrum restitutione, per quem ita dicit Ias.in.l. qui se patris. C.unde libe.6. causa ultima colum.in medio, licèt Alex.ibi inaduertenter dixerit contra illum tex. expressum.

51 Transmittitur hæreditas ab instituto sub cōditione, ea existente aliquando tamen.

Est & 17.species trāsmissionis, quando 51 hæres cōditione institutus post mortē testatoris fuit in uerisimili & uehementi opinione quòd conditio extitura esset quæ opinio postea re ipsa comprobata fuit, nam tunc is hæres interim decedens transmittit hæreditatem, unde si testator, qui nullum filium habebat sed tantùm uxorem pregnantem ita hæredes instituit, ut si masculus nasceretur heres esset uniuersalis, sin autem fœmina dotem tantùm ea forma statuti haberet, & Titius esset hæres uniuersalis.decessit testator deinde Titius uehementer opinatus est fœminam nascituram, non autem masculum parituram testatoris uxorem sicque decessit eiusque opinio illa uehemens re ipsa comprobata fuit, & Ias.in.l.certum.ff.si cer.pet.col.fi.post. Ancha. consi. 354.uisis diligenter tenere (licèt dubitabundus) uidetur quòd is hæres transmiserit hęreditatem. loquuntur Ias.& Ancharanus, contra tex.in.l. sed & si de sua.ff. de acq. hær. & in.l.un.§. sin autem aliquid sub conditione C.de cad.toll.l.si ita expressum.l.sub diuersis.ff. de cōd. & dem.l.emancipata.C.qui admitti.in quibus habetur, quòd 52 conditionalia non transmittuntur, idque adeò uerum est, ut nec etiam fauore liberorum transmittantur nedum extraneorum, ut tenent communiter doct. post glo. ibi in.l.un.C.qui ante aper. tab.& est communis opio.secundum Ias.nu.26.in.l. cum filio.ff. de leg.j. latè in.l.hæredes mei, §.cum ita ff. ad Treb. per doct. præsertim per Ripam num.59.cum seq.

52 Transmissio in conditionalibus non conceditur etiam fauore liberorum.

53 Transmittitur querela inof. testamenti etiam non præparata.

Est & 18.species transmissionis de qua in.l.si quis filium C.de inoffi. testam. nam 53 si filius exhęredatus moriebatur ante aditam hæreditatem querela non intentata, quia non poterat intentare ante aditam hęreditatem.l. Papinianus.§.si conditioni. ff.de inoffi.testamen. nec etiam præparatam, olim non poterat illam querelā transmittere, ut.l.posthumus.§.si.cum.l.sequenti.ff. de inoffi.testam & in.l.si pater tuos à contrario sensu supra eod.tit. facit.l.sicut, ante medium.C.de præscri.xxx. annorum.hodie autem per.d.l.si quis filium potest illam etiam non præparatam ad posteritatem suam transmittere, & hæc lex est singularis secundum Paul.ibidem ad idem in.l.scimus.§.fi.in fi.eodem tit.

54 Transmittitur actiones datiuæ, egregia q.

19. Species transmissionum est in actionibus datiuis quæ 54 secundum multorum opin. transmittuntur ad hęredes, ita tenent multi relati per Decium qui & eos sequitur in.l.cum mota nume.7.C.de transact.est communis opin.secundum Emilium Ferretum.in l.iurisgentium.§.& ideo.num.50.ff.de pactis per Gregorium Lopum, per tex.ibi qui hanc partem uidetur probare in.l. 7.tit.4.par.5.

Contrariam tamen partem ut actiones datiuæ non transmittantur ad hæredes, tenet glo.fi. in.l.cum precario.ff.de precario, & glo.in.l.fin.§.fin.ff. de edendo, & hanc dicit communem opin. Couarrub.in c.possessor de reg.iuris lib.6.par.3.num.4.uers.quarto inferò.

Sed prò priore opinione faciunt ferè omnes casus supra re-

prà relati, in quibus uidimus omnia omnino iura ne cunque alicui competentia transmitti ad hæredes, nisi cum regulariter transmissionem fieri netitum reperitur. facit. §. ex conditionali inst. de uerb. oblig. & in rubro & in nigro insti. de perpe. & temp. act. sed in specie nostra nulla lege nominatim expressum reperitur, quod talis transmissio cesset ergo &c. Præterea hereditas est successio in uniuersum ius, quod defunctus habuit tempore mortis. l. hæreditas. & l. nihil. ff. de reg. iur. & l. nihil aliud. ff. de uerb. sig. ergo & in hoc iure possessionis, successio erit non secus quàm in reliquis quandiu à regula non reperitur nominatim exceptum.


Retenta ista opinione infertur (quod cum ubique ferè locorum sint statuta, ut possessio hæreditatis ab adita hæreditate transeat ipso iure in hæredem, non secus quàm dominium ut plenè per Andr. Tiraq. de morte in præfatione declaratione. 2.) certè ubi tale statutũ sit, si hęres ante aditam hæreditatem decesserit, in quibus casibus hæreditas non adita transmittitur, ab eo transmittetur, cum illa qualitate, ut secuta aditione continuò acquiratur hæreditatis possessio, non secus quàm dominium. arg. l. si quis filium. §. i. ff. de acq. hær. quamuis ius illius statuti non natiuum sed datiuum esse dicatur, secundum Bal. in c. cum uenisset col. 2. de rest. spoli. plenè Tiraq. ubi supra declaratione 7. quod not. ad Taurinam. l. 35. in qua habetur maioratus possessio ipso iure transire in sequentem. *Maioratus poss. transit ipso iure.*

20. species transmissionis est, 55 in hæreditate cuiuscunque filiof. infanti delata, iuxta terminos. l. si infanti. C. de iure delib. de qua infra latius dicam. *55 Infantis hæreditas ut transmittatur.*

21. species transmissionis, 56 potest considerari in terminis. l. fi. in prin. C. de bonis quæ liberis. sed ibi non est propria transmissio, quia post filii repudiationem pater ibi admittitur, & tamen regulariter post repudiationem cessat transmissio. l. un. uerbo si tamen hæreditatem non recusant. C. de his qui ante apertas tabulas, ubi notant Bal. Salicetus Paul. Cast. Corneus & alii Paulus Parisius consi. 40. num. 10. lib. 3. Decius consi. 445. num. 57. estque communis opin. nam nemo potest plus iuris in alium transmittere quàm ipse haberet. c. nemo potest. de reg. iur. lib. 6. l. nemo plus. ff. de reg. iur. l. traditio. ff. de acq. rerum dominio. sed repudians omne ius amisit. l. sicut maior. C. de rep. hæredi. ergo &c. *56 Transmittitur ad patrem hæreditas filio delata & ab eo repudiata.*

SVMMARIVM.

1 *Infanti hæreditas delata an ad patrem & matrem trãsmittatur, ardua q.*
2 *Infanti hæreditas delata an ad patrem transmittatur ut adita.*
3 *Itell. l. si infanti C. de iure delib.*
4 *Intell. l. si infanti C. de iure delib.*
5 *Intell. l. cum antiquioribus C. de iure delib.*
6 *Suitas an transmitti faciat etiam ad extraneos hæreditatem non aditam.*
7 *Intell. d. l. cum antiquioribus.*
8 *Transmittitur hæreditas ad quoscunque iure suitatis, ingens pugna.*
9 *Transmittitur ad extraneos hæreditas non adita iure suitatis, etiam ad exclusionem liberorum.*
10 *Transmittatur hæreditas non adita nec ne ad parentes iure sanguinis, ardua q.*
11 *Transmißio iuris deliberandi contingit ex uehementi opinione cum Bart. contra Sebast.*
12 *Transmißio iuris deliberandi cessat in succeßione prætoria, cum Sapia contra doct.*
13 *Trans. iuris delib. requirens mortem transmittentis infra annum à tempore scientiæ, an procedat iure prætorio.*
14 *Trans. iuris deliberandi infra annum tantùm fit, contra Bal. & Ias.*
15 *Minor, qui ante aditam opulentam hæreditatem deceßit, læsus in uita an uideatur, ardua q.*
16 *Filius maior in rebus, quæ sibi plenè quæruntur habet administrationem, non sic si esset minor.*
17 *Intell. l. si. in prin. C. de bo. quæ lib. & l. si inf. uti C. de iure delib.*
18 *Filius etiam minor potest inuito patre hæreditatem sibi delatam adire.*
18 *Tutoris uel patris authoritas quando exigatur.*



Væro, an 1 hæreditas infanti delata hodie per auth. defuncto. C. ad tertul. transmittatur ad matrem, & fratres simul cum patre. & Bar. quẽ sequuntur Angel. & Imol. ibi in. l. uentre. ff. de acquiren. hæred. ad fin. & Ias. in. l. si infanti. C. de iure. delib. col. 4. post medium & ibi Alberic. qui hanc dicit com. opin. col. 11. & Bal. ibi num. 8. & Decius. consil. 331. num. 5. tenent quòd sic. Sed contrarium tenent. Salice. nu. 7. & num. 17. & Alex. num. 4. & Paul. num. 9. & Ang. ibidem, sunt etiam, qui neutram partem eligere ausi sint, quales sunt, Bart. ibi num. 9. & Fulgo. qui ait, quòd eget is articulus Imperatoris, decisione & Corn. colum. 3. & ii. qui concludit articulum esse dubium. tu tene quòd ad solum patrem fiat transmissio, & ultra doctorum fundamenta moueor, per tex. in d. l. si infanti. in princ. in uerbo. iure patrio. iuncto uersi. ea uerò in quibus probatur, quod siue pater alia bona perfectè & irreuocabiliter quæsita infanti habeat ut hæres, siue ut pater iure peculii, semper tamen illam hæreditatem infanti delatam & non aditam sed transmissam habebit iure patrio, ergo illa transmissio & acquisitio contingit patri propter solam qualitatem paternam & consequenter illo priuilegio non gaudebit, qui hæreditariã tantùm qualitatẽ habent, nisi, & habeant, paternã, & quod propter qualitatem tantùm paternam, non propter hæreditariam ea transmissio concedatur, patet secundo per uers. patre uerò, ubi infans illam hæreditatem non transmittit, licèt hæredem habeat, nisi hæres sit & pater, itaq; ut hęc transmissio concedatur, non sufficiunt fauores, & infantis & eius successoris. nisi adsit & tertius, quòd ille successor sit pater. Sed ad id fundamentum ex mente Bald. potest responderi, hæc omnia desiderari ut inducatur hæc transmissio, sed tamen postquam inducta est, omnibus hæredibus prodest. argumento. l. si post mortem §. fin. de contra tabul. ff. Sed respondeo ut infrà. Secũdo adduco, quod iure meo nullus uti potest contra me, ergo contra patrem, in cuius fauorem hęc transmissio concessa est, non poterit eadem uti mater uel frater. unde infero solution. ad. l. si post mortem, nam ibi institutus beneficio præteriti gaudebat, sed non contra ipsum, quia ille ius suum omittebat, sed contra alium 1. contra hæredem scriptum. Tertio adduco optimum simile & nouum, nam si filius & extraneus in testamento minus solenni sint instituti, fauore filii conseruatur testamentum, nec id prodest extraneo coniuncto, ut quod filii tantùm fauore receptum fuit, ei tantùm prodesset, neque extraneus contra ipsum illo iure uti potuisset. l. hac consultissima §. ex imperfecto. C. de testam. l. fin. C. famil. herc. sic & in proposito ista transmissio solius patris fauore concessa, ipsi soli prodesse debet, non aliis contra ipsum. Quarto iure alterius alter regulariter uti non potest, ut. l. non debet de iureiur. per totum. C. res inter alios acta. ergo &c. *1 Infanti hæreditas delata an ad patrem & matrem transmittatur, ardua q.*

Solutio infertur ad. l. si post mortem, nam ibi expressim cauetur quòd priuilegium præteriti prosit instituto, at hic non est expressum, tenendo hanc partem, ad auth. de hæred. ab int. §. nullam uerò, respondeo, secundum Alex. col. 3. ubi supra in princ. uel secundo nouiter respondeo quod licèt æquiparentur pater & mater & fratres quo ad potentiam succedendi, tamen non æquiparantur quo ad qualitates successionis. ut probat Corneus

neu'. in simili, io. l. si. C. de repud. hæred. colum. i. in fin. Præterea id patri non conceditur ut hæredi, sed ut patri, ad hunc tex. io d. l. si infanti in uerbo quæsita, respon den secundum Salicet. num. 7. ad finem Præterea bonorum infanti quæsitorũ alia sunt irreuocabiliter uereq; quæsita, & ad illa pariter uocatur pater, mater, fratresq; alia uerò reuocabiliter & fictè & ad illa non pariter uocantur. tenendo hanc partem infertur quòd patre repudiante infantis hæreditatem tunc matri & fratribus nihil accresceret.

2. Infertur quòd si pater ante aditam infantis hæreditatem decederet nihil transmitteret eo casu, quo ad eius successionem ut hæres uocaretur. Denique quòd beneficium d. l. si infanti solius patris, non etiam matris, aut fratrum fauore receptum sit, sicque ei soli, nõ etiam reliquis prodesse debeat, patet ex. l. si in prin. C. de bon. quæ liber. quæ facta uidetur ad extensionem & ad interpretationem d. l. si infanti, ut sicut pater infanti filio delatam hæreditatem iure singulari concessum fuerat iure patrio acquirere per d. l. si infanti, ita quoque filio delatam hæreditatem, si ille adire nollet patri liceret eam adire, & sibi habere. ergo ut beneficium d. l. si. nullus unquam negauit quin ad solum patrem pertineat, non etiam ad matres aut fratres, ita quoque & beneficium d. l. si infanti, intelligendum est & ad solum patrem, non etiam ad matrem uel fratres pertinuisse. nam illa lex interpretata debet intelligi secundum terminos legis interpretantis. auth. de filiis ante dotem insti. na. §. si. & hæc lex. posterior declarat priorem legem l. nam & posteriores. ff. de legibus. ff. de legibus. l. i. §. lex falcidia ubi plenè per Alex. ff. ad legem falcidiam. Iuxta hanc partem dubitari solet de illa quæstione, quæ superioribus proxima uidetur, an 2 hæreditas infanti delata, quæ etiam non adita ad patres transmittitur, transmittatur tanquam adita, an uerò transmittatur tanquam adeunda, id quod agendum est in terminis, seu iuxta terminos dictæ. l. si infanti. C. de iure delib. &c. & doctores ibidem quales sunt Paul. num. 4. Alex. nume. 3. Ias. num. 4. Angel. col. 2. in prin. & Corn. col. 2. ad princ. & num. 7. tenent quod ibidem transmittitur hæreditas ad patrem tanquam adita, secus in transmissione, quæ fit ex potentia suitatis, ubi transmittitur, ut adeunda l. si quis filium. §. i. ff. de acquiren. hæred. Vnde inferunt ꝙ cum hodie pater succedat filio ut hæres, iuxta auth. defuncto, ad Tertullian. si infans, cui hæreditas delata esset, ante eius aditionem decederet, & illam hæreditatem ad patrem hæredem transmitteret, ut ibidem, certè tunc pater non haberet necesse utranque hæreditatem expresse adire, quinimmo adita infantis hæreditate acquireret & eam, quæ infanti delata fuit, quasi iam per infantem aditam, licèt secus inquiunt esset in hæreditate transmittenda iure suitatis. nam hæres filii transmittentis ut acquirat & filii hæreditatem, & hæreditatem transmissam debet ambas expressè adire, tamen in utroque tene contrarium, nam omnia, quæ nobis absque facto nostro acquiruntur, acquiruntur reuocabiliter, ut est uidere in acquisitione legatorum & in similibus, ratio quia beneficium non datur inuito, & licèt iure ciuili hæreditas patris filio etiam inuito, & irreuocabiliter quæreretur ratione patriæ potestatis, tamen per beneficium prætoris habet ius abstinendi, ut sic hodie etiam illa acquisitio fit reuocabilis. modo sic hæreditatem aditam irreuocabiliter quæri constat. ut. l. sicut maior. de repudian. hæredita. C. ergo si uera esset commun. opinio, sequeretur quod ista hæreditas infanti delata non possit separari per patrem ab ipsa infantis hæreditate. ut. l. sed si plures. § filio impuberi. ff. de uulgar. ut sic, hæreditas illa infanti quæsita ipso iure uideretur & irreuocabiliter, quod est euidenter falsum. tene ergo quod transmittitur, non ut adita, & sic ut irreuocabiliter quæsita, sed ut adeunda. quod uel ex eo patet, quòd & doctores supra citati faciunt differentiam

2 Infanti hæreditas delata, an ad patrẽ transmittatur, ut adita.

inter hæreditatem iure suitatis & hæreditatem beneficio d. l. si infanti, transmissam, ut illa tanquam adeunda, illa uerò ut adita transmittatur. quod confunditur ex eo quòd illa transmittitur etiam ut quæsita sicut ista ergo idem in utraque dicendum. sed in illa constat ex confessione omnium, quòd licet transmittatur, ut quæsita, non tamen transmittitur ut adita sed ut adeunda, ergo, idem etiam in ista. ut 3 est sanè uerus intellectus. ad. d. l. si infanti, & literæ & menti ipsius legis amicus.

3 Intell. l. si infanti. C. de iure delib.

Adde 4 quòd in d. l. si infanti, glo. mag. in fin. C. de iure. delib. quæ approbatur per Bar in d. l. si. §. pupillus. & communiter approb. per alios. colliguntur tres conclusiones. Prima conclusio, quòd in terminis. d. l. si infanti. filius acquirit hæreditatem. Secunda, quòd ipse obligatur oneribus & creditoribus hæreditatis. Tertia, quòd acquirit eam auctoritate patris. Secunda conclusio non procedit, quia tempore. d. l. si infanti, uigebat ius. digestorum patet quia illa est. l. Theodosii. at. l. cum oportet. &. l. non solùm. C. de bon. quæ liber. quæ innouant, sunt Iustiniani, sed iure digestorum sine filius adiret, absque iussu patris nulla erat aditio, siue patre iubente totum patri acquirebatur. l. qui in aliena. l. si quis mihi bona. &. §. iussum ff. de acquiren. hered. Bar. in. l. cum filio, col. 4. ff. de lega. 1. ergo. filius nunquam sibi sed patri acquirebat hæreditatem & similiter nunquam hæreditati filius sed pater obligabatur. & doctores ideo errarunt, quia putabant quòd tempore. l. si infanti. non uigebat ius digestorum. Tertia conclusio similiter uera non est, nam generaliter uerum est, auctoritatem patris iure digestorum nunquam filio prodesse posse. d. §. pupillus. &. §. pupill. inst. de inutu. stipula, nec obest. d. l. si infanti. in fi. ibi, cõsentiẽte parente, nã debet intelligi. i. iubente secundũ. dd. in alleg. §. iussum. non autem auctorante contra. d. §. pupillus. Preterea consensus presens, siue ille tacitus sit, habet uim mandati taciti, siue expressus habet uim mandati expressi, argumento. l. qui patitur. ff. mandati. legem ergo de consensu loquentem satis congruè exponemus, & interpretabimur de iussu & mandato loqui uideri. facit. l. filiofamilias de iure. deliberan. C. infero quòd. d. §. iussus procedit & in tacito iussu, & etiam si tacitus iussus actualiter non præcedat, nam si concurrit simul cum aditione attento ordine intellectus præcedere uidebitur ꝙ satis est. infero ueram non esse com. doctrinam Bar. in. d. §. pupillus, scilicet quod filius possit auctoritate patris facere omnem actum, qui habet se ad commodum, & incommodum, nam hic iussus desideratur. l. si. quis mihi bona. §. iussum ff. de acquir. hæredi. nisi doctorum doctrinam tueamur, quòd dñ loquuntur de auctoritate de iussu intellexerint iuxta istã partẽ & ea, q̃ superius tradidimus, etiam adde, ꝙ 5 d. l. cum antiquioribus. in princip. de iure deliber. inducitur ad hanc conclusionem, quòd iure suitatis nõ transmittitur hæreditas non adita, patet quia si ad posteritatem tantùm transmittitur, ut ibidem, ergo non ad quoscunque. 2. patet, quòd nec ad posteros transmittitur. Nã 6 si iure digestorum iure speciali datum erat filio transmittere ex beneficio deliberationis ergo non ex beneficio suitatis, nam casus specialis firmat regulã in contrarium. l. nam quod liquide. §. fin ff. de penu. leg. tenendo communem Bart. ibidem respondebat, quod illa dictio, &, quæ est princ. illius legis, implicat, ut talis transmissio fiat etiam ad extraneos, quod & uult in l. uentre. ff. de acquiren. hæred. nu. 17. Sed doctores reprobant, quia attento hoc intellectu dictio, &, exprimeret casum minus dubium, & implicaret casum dubitabiliorem contra sui naturam, onde nouissimè dic, ꝙ dum ille tex. ait, posse & in suam posteritatem hanc transmittere, non est sensus, quòd non solùm ad extraneos sed etiam ad descendentes hæreditatem transmittat, sed ꝙ etiam istam deliberandi facultatem transmittat sicq; tu aduerte quòd doctores intelligunt, ꝙ illud principium

4 intell. l. si infanti. C. de iure de lib.

5 Intell. l. cum antiquo. C. de iure delib.

6 Suitas an transmitti faciat etiã ad extraneos hæreditatẽ non aditam.

 loquitur

loquitur de transmittenda hæreditate à filiofamilias, ego uero intelligo de transmittenda ipsa deliberatione, seu facultate deliberandi, quod & uoluit. glo. ibi in uerbo hanc. & Bart. in d.l. ueutre. num. 17. & dictio &, implicat quòd non solùm hereditatem sed etiam facultatem deliberandi transmittat, in qua erat maius dubium, quia hæreditas ut pote ipso iure quæsita ad quoscunq; debebat absque dubio transmitti, secus in facultate deliberandi. Sed impugno. Nam filius & quilibet semper transmittit facultatem adeundi, secundum Bart in. l. qui duos. de rebus. dub. col. fi. in prin. ff.

Sed defendendo hunc sensum considera, quòd transmissio ex potentia iuris deliberandi olim in usu nō erat, sed denuo inducta fuit, per d.l. cum antiquioribus, ergo antea facultatem deliberandi & postquàm deliberasset facultatem adeundi nullus transmittebat, nisi illa lege id concessum fuisset, sicq; tanquam adeundam, non tanquam aditam transmittimus hereditatem ex potentia iuris deliberandi. ut d.l. cum antiquioribus, ex cuius prin. nota duas conclusiones. Prima, per petitionem temporis ad deliberandum suspenditur suitas filij. Secunda, per talem petitionem impeditur transmissio suitatis. Prima probatur ibidem, nam secundum quosdā si iure suitatis posset transmitti hæreditas perpetuò & ad quoscunque, frustra priuilegij loco induceret Paulus consultus ut ex iure deliberandi transmissio fieret infra annum tantùm ad posteros. etiam, probatur & ratione, nam quemadmodum qui abstinuit, desinit esse suus quò ad omnes effectus iuris. l. nam nec emancipatus. ff. de lega. j. ita qui petit tempus ad deliberandum declarat se interim hæredem effici uelle, ut sicut abstinēs declarat se perpetuò hæredem non esse uelle, ita & iste declarate uideatur se hæredē esse nolle, saltem interim dum deliberat, & tunc demum se hæredem esse uelle, cum expressim id declarauerit, ut per hoc similis sit filio sub conditione si uellet instituto, quem constat secundum communem nil transmittere, si pendente conditione decedat. ut l. Cornelius, de hæred. insti. ff. & .l. si ita legatum. §. ille si uellet. ff. de leg. i. Sed ad contrarium quia secundum meas opiniones, per conditionem, si uelit non impeditur transmissio suitatis. Respon. illa conditio uidetur posita fauore filij, quo fit ut in eius damnū operari non debeat interim dum ea facultate non utitur, sed postquam ea usus sit tunc operabitur, quia etiā ipso iure hæres esse definit, cum facultas abstinendi cōcessa à testatore æquiparetur facultati concessæ à lege ciuili. §. disponat. in auth. de nupt. ergo. &c. ut not. in. l. in substitutione. de uulga. Sic & in proposito per facultatem, quam etiam filiifamilias habent petendi tempus ad deliberandum ut ibidem. & .l. filius. & .l. si quis suus. ff. eod. non tollitur suitas, nec impeditur transmissio suitatis, sed si illam facultatem deducant ad actum actu aliter petentes tempus ad deliberandum, tunc satis suspenditur suitas, ut non aliter hæredes efficiātur quàm si id expressè declarauerint, & ista prima conclusio uidetur commun. licèt Bart. & omnes ibidem sentiant oppositum ut statim patebit ex sequen. conclu.

Secunda conclusio, quòd impediatur transmissiu, probatur ibidem secundum superiorem inductionē, & probatur eadem ratione, licet contrarium tenuerint. Bar. & Bal. magis expressè. j. col. Alex. Corn. Ias. Sebast. Sapia, & omnes in princ. d.l. cum antiquioribus. C. de iure. delib. Sed 7 quia tex. in d.l cum antiquioribus in prin. ibi, posse & in suam posteritatem hanc transmittere, uidetur innuere ꝙ per petitionem temporis ad deliberandum nec tollatur suitas ipso iure, neq; impediatur transmissio iure suitatis, ideo tentari potest ꝙ talis petitio tutum interim reddat filium ab incursu creditorum paternorum licèt iure suitatis hæres re uera sit, ut si postea immiscuerit, etiam cum effectu tenetur. si abstinuerit, heredis existentia eneruetur. si deliberans decesserit patris hæreditatem iure suitatis quæsitam transmittat

7 *Intell. l. cum antiquioribus. Suitas nō eneruatur etiā si petatur tempus ad deliberādū.*

cum facultate abstinendi. id quod proprius accedit ad mentem & sensum. d.l. non enim, ut liberis beneficium suitatis, quod habebant adimeret, aut minueret, facta fuit, sed magis ut nouum beneficium eis præterea adderet: sicq; ut utroq; beneficio gaudeant proclimus & uerosimilius est. nam ut interminis. l. un. C. de his quæ ante apertas tab. (de qua supra egimus) filio in potestate patris constituto licèt concessum fuerit hæreditatē non aditam ad quoscunque transmittere etiam extraneos iure suitatis adhuc ei conceditur per. d.l. un. aliò etiam iure eam transmittere (.f. beneficio illius. l.) ita quoque & per. d.l. cum antiquioribus, licèt author illius non ignorasset quòd filiifam. hæreditatem non aditam iure suitatis poterant ad extraneos etiam transmittere, non ideo magis delignatus est, aut superfluum putauit eis concedere & superaddere illius. l. beneficium, cum eis intellexisset utilissimum esse posse. Quid enim si is filius habuit substitutum uulgarem? quid si coheredem extraneum? quid si sub conditione si uellet, institutus fuerat? non ne in omnibus iis speciebus & aliis mille similibus amittebatur suitas secundum receptiores sententias? ut plenè ostendimus supra. §. 21. per totum præsertim num. 256. ergo tunc utilissimum ipsis esset non secus quàm extraneis beneficium. d.l. fin. Ergo ultra intellectus, quos suprà ad. d.l. fin. assignauimus, iuerissimus est & utilissimus, quòd imperator uidens utile eis esse posse, ultra beneficium iure suitatis transmittendi addidit eis & id transmittendi iura, id quod & postea 8 fecit quo ad transmissionem iure sanguinis concessam, quam cum concederet reliquis liberis suitate carentibus per d.l. un. non oblitus tamen suorum, eandem eis concessit ut si quando beneficio suitatis iure transmittendi hæreditatem exclusi essent, tunc. d.l. un. beneficio transmittere possent. nam & similiter prętor, qui liberis emancipatis contratab. bon. poss. beneficium concessit quando præteriti erant, ut per totum. ff. & C de bonor. poss. contratab. non tamen fuit oblitus suorum, ideoq; eis idem beneficium accommodauit. l. 2. §. uocantur. ff. de bonor. possess. contratab. quod & in successionibus abintestato obseruauit. §. eadem inst. de hære. abinrest. per totum. C. & ff. unde liberi. ergo uerba d.l. cum antiquioribus dum ait (posse & hanc in suā posteritatem transmittere) hunc habent sensum ut non solùm iure suitatis possent transmittere (quod indubitatum erat) sed etiam illo beneficio similiter transmittere possent. sicq; uides ut d.l. un. & d.l. cum antiquioribus in quibus potissimùm nitebantur, qui contra communem op. tenebant iure suitatis hæreditatem non aditam ad solos descendentes transmitteretis, non etiam ad reliquos transmitti, nihil omnino obsint. & communem op. ut ad extraneos etiam hæredes ea hæreditas transmittatur ultra eos, quos suprà allegauimus, tenent Bal. Salice. & latissimè Corneus in. l. 3. per tex. ibi. C. de iure delib. Romanus qui hanc dicit communē op in. l. uētre. ff. de acquiren. hære. Parisius consi. 59. num. 14. lib. 2. Angelus in d.l. si infanti col. pen. qui hanc dicit communem opin. C. de iure delib. ubi etiam Alex. col. pen. & est communis op. secundum Aretinum col. 12. in. d.l. uentre & teste Corneo in d.l. 3. communis op. est. Ang. consi. 187. Ancharanus consi. 278. Capra consi. 2. & consil. 12. & iterum consi. 14. Corneus consi. 146. lib. 1. col. 11. ubi hanc dicit communem op. idem Corn. consi. 150 lib. 2. Gualdensis de arte testandi titulo 11. caute. 1. nu. 3. & alii plures, quos retuli supra. §. 21. nu. 268. tradunt communiter doct. in. l. apud hostes per tex. ibi. C. de suis & legit. communiter doct. per tex. ibi in d.l. 3. communiter doct. per tex. ibi in. d.l. si quis filium. §. j. ff. de acqu. hær. communiter doct in. l. necessariis eod. titulo per tex. ibi & in. §. sui per tex. ibi instit. de hær. qualit. & in §. fin per tex. ibi inst. de hær. abinr. comm. uniter docto. per tex. ibi in. l. Cornelius & in. l. iam dubitari. ff. de hę red. inst. cōmmuniter doct. per tex. ibi in. l. fin. & in. l. uerba ff. de cond.

8 *Transmittitur hæreditas ad quoscunq; iure suitatis, ingens pugna.*

ff. de cond. inst. communiter doct. in d. l. cum antiquioribus Bar. in. l. ex militari. §. fin. ff. de mil. test. & in d. l. si infanti & in. d. l. uentre tangit, sed in contrarium inclinat Parisi. consi. 59. nu. 14. lib. 2. Alex. consil. 115. nume. 15. libr. 2.

Contrariam tamen partem ut ad extraneos non fiat transmissio tenent Bald. in d. l. si infanti q. j. & ibi Odofredus col. iii. Oldradus consi. 20. Bar. in. d. l. uentre post Iacob. de bellouiso quem ipse refert & est communis op. glosatorum secundum Fulgosium in. d. l. si infanti & communis etiam op. doctorum est secundum Barbatiam cosi. 60. col. 10. lib. 3. qua de re per Corneum consil. 10. num. 2. lib. j. & consi. 7. num. 4. lib. 3. & consil. 138. num. 11. lib. 3. & consi. 155. lib. 3. & consi. 311. num. 2. lib. 4. & consil. 307. num. 3. lib. 4. & consi. 278. lib. 4. sed cum huius posterioris partis fautores potissimùm nitantur in. d. l. cum antiquioribus & in d. l. un. quæ ut diximus longè alium habent sensum, superest ut prior op. uerior sit, quæ innumeris legibus suprà all. comprobatur.

9 *Transmittitur ad extraneos hæreditas non adita iure suitatis etiã ad exclusionẽ liberorum.*

Amplia 9 ut iure suitatis etiam ad extraneos hæreditas non adita transmittatur in præiudicium & ad exclusionem aliorum filiorum testatoris. nam si duos filios in potestate hæredes scripsi, uel intestatus decessi, & alter eorum mea hæreditate nondum agnita, hærede extraneo instituto decessit, meam hæreditatem ad illum transmisit excluso fratre suo. ista est uerior & receptior op. licèt quamplures teneant contrarium ut disseruimus suprà. §. 21. num. 268. uersi. illud autem dubium.

10 *Transmittatur hæreditas nõ adita nec ne ad parẽtes iure sanguinis ardua q.*

Denique 10 hæreditas non adita ex beneficio. d. l. uni. transmittitur non solùm ad descendentes transmittentis sed etiam ad ascendentes. ita glo. ibi, quam communiter app. firmat Romanus in d. l. uentre nume. 23. contraria op. longè receptior est, ut diximus suprà §. 21. num. 267. quibus adde Alex. consi. 89. num. 4. lib. 2. nam id nullo iure admissum denuo est, ergo relinquimur sub regula negatiua. l. un. §. in nouissimo. C. de cad. toll. item casus exceptus firmat regulam in contrariũ l. nãm ꝙ liquide. §. fi. ff. de penu. lega. sed per d. l. un. descendẽtes tantùm transmittentis excipiuntur, ergo &c. In summa maior ratio est in descendentibus transmittentis, quàm in ascendentibus. argumento. l. scripto. ff. unde liberi. iuncta. l. nam & si. ff. de inoffic. testamento etenim cum agitur de hæreditate transmittenda solius transmittentis fauor, consideratur, non etiam primi defuncti, is ergo filius transmittens magis filios suos diligebat quàm suos parentes ergo &c. item ad casum, minorem rationem habentem nunquam fit extensio, nisi quando legislator de eo non meminit, & si de eo meminisset, idem uerosimiliter statueret: at uerosimile minimè est, quòd imperator in d. l. un. oblitus esset de parentibus, sicq; si noluisset dixisset. §. sin autem ad deficientis. C. de cad. toll.

11 *Trans. iuris delibe randi contingit ex uehementi op. cum Bar. contra Sebas.*

Denique ut 11 habeat locum transmissio l. cum antiquioribus. requiritur, quòd transmittens sciat hæreditatem delatam, sed quæritur, an sufficiat uehemens opinio & Bar. ibi in. 3. quæst. tenet quòd sic. contrarium tenet ibi Sapia nu. 14. tene op. Bar. nam ius adeundi & repudiandi regulatur iisdem terminis. nam ut conditionalia non possunt agnosci. l. is qui hæres in pr. l. in plurium. ff. de acquir. hær. cum glo. ita nec transmitti. §. sin autem sub cond. C. de cad. toll. l. hæres meus. l. si ita expressum. l. sub diuersis. ff. de cond. & demonstr. etiam in filiisfam. l. Cornelius. l. iam dubitari. ff. de hæred. inst. glos. mag. in. l. un. C. qui ante apertas tabulas quæ app. communiter. sed licèt ad adeundam requiratur scientia adeuntis. l. is qui putat. l. si is ad quem. l. hæres institutus. l. sed & si de sua. ff. de acq. hæred. tamen sufficit uehemens op. ut. l. cum quidam. §. quod dicitur. 2. eo. tit. ergo &c. item hæc materia est fauorabilis, ergo amplianda & sustinenda. c. odia de reg. iur. in 6. l. cum quidam. ff. de liberis & posthumis.

12 *Trans. iuris deliberandi cessat in successione prætoria cum Sapia cõtra doc.*

Item transmissio 12 ex causa iuris deliberandi quæritur, an infra annum, an uerò infra centum tantùm dies contingat in bon. poss. an fortè neq; infra annum neq; infra centum dies. & resoluunt latè in. d. l. cum antiquioribus Ias. col. ii. Alex. nu. 10. Sebastianus Sapia col. fi. post Ang. & alios ibid. & Ang. post alios quòd infrà centum tantùm dies fiet transmissio, Ias. uerò tenet ꝙ infra annum post alios, quos ipse refert, Sapia uerò tenet quòd nunquam, quasi transmissio iuris deliberandi in ciuilibus tantùm, non etiam in prætoriis successionibus locum habeat, quod puto uerius, ut in similib statim dicemus.

13 *Trans. iuris deli. requirens mortẽ trãsmittentis infra annum à tempore scientiæ an procedat iure prætorio.*

Item 13 ut procedat transmissio. l. cum antiquioribus, requiritur, quòd transmittens moriatur infra annum à tempore scientiæ, quod in successionibus ciuilibus, sine dubio procedit. idem in prætoriis secundũ communem de qua per Ias. num. 4. & Alex. num. 10. in. d. l. cum antiquioribus. & Ias. num. 6. in. l. 1. §. bonorum. ff. ad Trebel. sed contrarium uult Sapia in. l. cum antiquioribus. col. fi. tenendo commu nem, ref. nam fateor. l. interpretantem. intelligendam, secundum terminos. l. interpretantis. & quòd. l. antiqua solis filiis concedebat transmissionem iuris deliberandi. ut. d. l. cum antiquioribus in princ. & quòd bo. pos. non agnitam suus iure suitatis non transmittebat, quia suitas erat ignota de iure prætorio. ut. l. emancipata. C. qui admitt. sed aduertẽdum, quòd etiam in hæreditatibus iuris ciuilis cessabat transmissio suitatis post petitum tempus ad deliberandum. ut. d. l. cum antiquioribus. in pr. secundum nostrum intell. & tamen tunc fiebat transmissio iuris deliberandi à filiis, ergo idem in bon. poss. (licet non transmitterent. iure suitatis) idque non solùm hodie sed etiam olim. Præterea Iustinianus ibi extendit transmissionem iuris deliberandi etiam ad extraneos, qui alias non transmittebant, ergo idem in filiis, licèt simus in quibus casibus non transmitterent alias, & ad rationem Sapiæ resp. quòd procederet in casu omisso, sed iste casus satis uidetur expressus. sed pro opinione Sapiæ multùm urget tex. in. l. emancipata C. qui admitt. ubi bonorum possessio non agnita, non transmittitur. neque ad rem pertinere uidetur. d. l. cum antiquioribus, quæ loquitur in successionibus ciuilibus, quæ multipliciter differunt à successionibus prætoriis ut latè per Ias. in. d. l. emancipata & alibi diximus plenè. ergo lex noua præsertim correctoria loquens in successione ciuili ad hunc casum trahenda non est, præsertim cum ad tollendam consequentiam sufficiat dare instantiam. gl. in. l. si creditori, ubi plenè Ias. ff. de operis noui. nunc. & hoc puto uerius, cogita tamen.

14 *Trans. iuris deliberãdi infra annum tantum fit contra Bal. et Ias.*

Adde 14 quod dum Bal. in. l. licèt. C. de iure delib. & Ias. in. l. cum antiquioribus col. 2. post med. tenent ꝙ hæres de iure ciuili possibile est ꝙ habeat tres annos ad deliberandum. ut si matris hæreditas filio delata sit, is per lapsum unius anni excluditur a facultate transmittendi ex capite unde liberi. sed postea per alium annum potest transmittere ex capite unde agnati, & tertio anno ex capite unde cognati. sicut in simi. per. l. 1. § sed uidendum. ff. de succ. edict. sed contrarium tenent Fulg. & Corn. col. fi. in. d. l. licèt ut infra, primum tantùm annum possint transmittere, quia facultas inquiunt adeundi de iure ciuili, durat. 30. annis. & per lapsum anni cessat transmissio ex capite unde liberi, sed statim non potest incipere ex capite unde legitimi, cum facultas adeundi ex illo capite, non incipiat competere statim post lapsum anni primi, sed demum post annos. 30. & antequam competat facultas adeundi ex capite unde legitimi, non potest ex eod. capite competere facultas transmittendi. quæ ratio concludit partem negatiuam ueriorem esse in hæreditatibus, sed cessat in bon. poss. ideo nouissimè dic affirmatiuam procedere, in bon. pos. sed negatiuam, in hæreditatibus de iure ciuili. adde Sebasti. Sapiam in l. cum antiquioribus col. fin. Denique tutior est opin. ut solùm infra annum possit transmittere, moueor quia tacita repudiatio, quæ contingit per lapsum temporis &

eapressa æquiparantur.l. si quis filium in fi. C. de inoffi. testam.l.cum quid.ff.si cer.pet. sed qui simpliciter hæreditatem uel bonorum possessionem repudiat, ab omni capite exclusus intelligitur.& iura supra adducta eo tantùm casu procedunt, cum nominatim filius repudiauit ex capite unde liberi. nam potest agnoscere ex capite unde agnati. & sic de singulis, ut traduot communiter doct. per text.ibi in.l.puberem.C. de iure delib. & in.l. qui se patris,per tex.ibi.C.unde liberi.ergo post lapsum unius anni si hæres uel bonorum possessor decessit non transmittet beneficio iuris deliberandi: præsertim quia secundum nos (ut prædiximus) hæc transmissio cessat in successionibus prætoriis ergo &c.cogita tamen quia non firmo,& contrarium uidetur tutius ut in simili diximus infrà lib.9.sub tit.de acq.hær.

15 *Minor qui ante aditã opulentam hæreditatem decessit læsus in uita an uideatur, ardua. q.*

Adde etiam quòd Bar.in.l.qui duos num.5. ff.de reb. dubis.tenet quòd 15 si minor decesserit anteaquã adiret hæreditatem hęredes eius poterunt impetrare restitutionem in integrum ad adeundam illam hæreditatem 2.tenet qoòd illa restitutio conceditur exclausula generali, si qua mihi iusta causa, de qua in.l. i. ff. ex quib. caus.maior.non ex læsione minoris. nam minorem firmat in uita non fuisse læsum. Tertio sentit ibidem secũdum Sapiam,in.l.cum antiquioribus num.17. de iure deliber.quòd si maior ignotans decederet ante aditam hęreditatem, tunc eius hæredes possent petere in integrum restitutionem ad adeundum ex clausula generali, si qua mihi iusta &c.In prima & secunda conclusione est commu. opinio cum Bar. secundum Socin. in.d.l. qui duos col.8. post medium cum sequentibus & Ias.in l.si infanti num.8.& Corn.ibi num.5. & ibi Paul. & Parisi.consi.59. nu.14.lib.2.In tertia conclusione est com. cum Bar.secundum Sapiam.in.d.nume. 17.& secundum Ias.ibi col.2.in prine.4. quæstio, quòd talis minor ante aditam decedens non uidetur læsus in uita, quam tenet Bar.in.d.num.5.est communis secundum Corn.in.d.nume.5.ad fi.in.l.si infanti, & docet Socin.in.d.col.8.in fi. cum sequenti. Prima conclusio fallit secundum Bar.d. num.5. & Corn. d.num.5. quando minor haberet tutorem, cui posset imputari negligentia. fallit.2.secundum eosdem quando non haberet tutorem sed per negligentiam fieret hæredum legitimorum huius pupilli.fallit. tertio secundum Corn. quando hæreditas non esset soluendo.Quo ad quartam principalem conclusionem dic eam non esse ueram per rationem Corn.d. num.5.in fin. unde infertur similiter ueram non esse sententiam contrar.prin.quinimmo hæc restitutio hęredi minoris dabitur, non ex clausula si qua mihi iusta causa, sed ex læsione, quæ uerè in uita minoris contigit. Secundam limit.licèt commu.non puto ueram, quia tuturem petere non tenentur nisi proximiores legitimi, quibus exclusis admittuntur sequentes. ut in.l.2.§. fi.ff.ad Tertulia.glo.in.l.sciant.C.de legiti.hæredibus.sequentibus ergo qui in culpa non fuerunt dabitur restitutio ex persona minoris, qui secundum nos in uita fuit læsus quod nota ad glo. illas in.l. si infanti. de iure deliberan. Proximioribus ergo non datur restitutio quando non sunt hæredes, sed qui sunt hæredes illi habeut restitutionem. & quatenus diximus talem minorem, qui ante aditam hæreditatem decessit in uita læsum non uideri secundum opin.Bar.quam commu.esse diximus, id multum suadetur per.§. sed neqoe insti. de auct. tutorum.l. quia poterat.ff.ad Trebel.melior tex.de iur. in.l.qui autem in prin. & in. §.i.ff. quæ in fraud. creditorum. sed respondeo, quòd postquam detectum fuit illam hæreditatem, qua de agitur esse opulentam, iam apparet retro fuisse opulentam sicque retro etiam minorem eam omittendo fuisse læsum, præsertim cum plerumque hæreditas præsumatur utilis.l.hæreditatem.ff. mand.l.unica.C.de imp.lucr. descrip.lib.10. adde quòd cum pater in bonis aduentitijs acquirit usum fructum, tunc indistinctè.i. cuiuscunque ætatis sit filius habet & legitimã filij administrationem.l.i.de bon.mater.l.fi.§.ubi autem C.de bo.quæ liber. item quoties non habet talem usum fructum, toties non habet talem administrationem.ut in auth.ut liceat matri & auiæ.in prin.tenet glo.in auth. excipitur.C.de bon.quæ liber.Bar.in.l.fin.§.pupillus.ff. de uerbo.oblig.Bar.in.l. si infanti num.8. C.de iure deliberan. fallit in.d.l. si infanti uers. ea uerò ubi infantis emancipati nomine potest adire pater, ergo est legitimus administrator: licèt tunc non quærat usumfructũ secundum Bar.ibi num.8.Paul.num.6 Ias.num.8. Corn. col.4. in princ. tamen dic quod regula non est ex toto uera, & fallentia ex toto falsa est. nam regula procedit solùm in filio familias maiore, qui ut castrensium & quasi ita & aduentiorum, quæ etiam quò ad usufructum sibi acquiruntur, habet administrationem eadem ratione ut exprimitur in.d.auth.in principio. secus 16 in filio minore siue sit pupillus.ut.d.l. si infanti.uers.ea uerò & clarius per Ias. ibi num. 8. per Port.insti.de leg. par.tut.&.l.3. in fi. de leg.tut.ff.siue etiam sit adultus ut l.fi.§. sio autem in.2. C.de bon.quæ liber.ubi Corn.nume.3.nam in istis pater habet legitimam administrationem. fallit primo quando pater eam uoluit.d.§.sin autem.&.d.auth.in fin.princ.fallit.2.quando pribatio usus fructus contingit ex dispositione hominis, ita intelligo d.auth. & aduerte quòd aliquando, & primo contigit priuatio usufructus ex sola hominis dispositione, & tunc inde sequitur & priuatio administrationis.ut.d.authen.in prin.& ita potest intelligi glo.d.auth.excipit,& Bart.in.d.§.pupillus aliquãdo &.2.priuatio ususfructus contingit ex.l.dispositione cui causam dedit factum uoluntarium patrisfamilias, & tunc inde non sequitur priuatio administrationis.ut.d.§.sin autem.in.2. aliquando & tertio contigit ex legis dispositione, cui causam non dedit factum uoluntarium patris, ut io casibus notatis in authen. idem est. de bon. quæ liber. & tunc puto quòd inde non sequatur priuatio administrationis argum. l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satis. cog. &. l. iam dobitari in fin. ff. de hæred. instit ex quibus determinabitur nouiter id quod tractat Corne.in d.§.sin autem.nu.3.Per quem.§. confunditur opinio.Bal.in.l.1.C.qui.admit.nu.14. dicentis ꝙ 17 .l.cũ non solum in princ.de bonis quæ liber. disponens quòd filius patre inuitu possit adire,procedit in maiore tantùm secus in minore per.l.si infanti.in fin. quæ nihil obest,quia 18 tempore illius.l.filiusfamilias etiam si esset maior,nõ poterat,adire sine iussu patris.l. qui in aliena.in princ.ff.de acquiren.hęred. sed postea per Iustinianum in.l.cum oportet.de bon. quæ liber. statutum fuit filio acquiri proprietatem, sed & usumfructum, eo casu,quo inuito patre adisset ut.l.fi.eod.titulo. in prin. etiam si filius minor esset. ut d.§. sin autem.tene ergo contra Bal.ꝙ d.l.fi.procedit etiam in filiofamilias minore.2. contra eundem quòd d.l.si infanti.§.fi. etiam in filio maiore procederet. denique ad Bart.in.d.l.fi. §. pupillus.ff.de uerbo.obliga.& quod tradunt.dd.in.l.si infanti.C.de iure.delibe.dic quòd quando agitur de mera acquisitione pupillus non eget auctoritate patris nec tutoris.§.pupillus.insti.de inutilibus. stipula.l. obligari in prin. de auct. tut. aut. 19 agitur de mera obligatione,& tunc non sufficit auctoritas patris.ita potest intelligi.d.§.pupillus. in fi.nec sufficeret authoritas etiã tutoris quando eius dolus argueretur, quia inquit.l.tutoribus.datam esse potestatẽ dum modo non malignetur.facit glo.in.l.pruentator cui.ff.de procurat.&.l.procuratorem.§.Lucius.ff.mand.Aut agitur de mixta administratione.i.quæ se habet ad commodum hæreditatis, qualis est aditio hæreditatis,& contractus ultro citroq; obligatorii,& tunc sufficit auctoritas patris, secundum Bart.num.8.in.l.si infanti per tex.ibi, ubi omnes sequuntur.C.de iure. delibe.quo casu ex mente omnium facilius sufficeret authoritas tutoris. Sed considera quòd filiusfamilias ex omni casu poterat etiam sine uoluntate patris

16 *Filius maior in rebus quæ sibi plené quærũtur habet administrationẽ non sic si esset minor.*

17 *Intell.l.fi. in pr.C.de bo.quæ lib. & l. si infanti.C.de iure delib.*

18 *Filius ẽt minor põt inuito patre hæreditatem sibi delatã adire.*

19 *Tutoris uel patris authoritas quando exigatur.*

te patris obligari.l.filiusfamilias. ff. de action. & obligari. nisi esset impubes.d.l. fin. §. pupillus. quo casu nec cum patris uoluntate poterat. puto quod aliud erat in hæreditate, quam indistinctè ex consensu & uoluntate patris quærere poterat.l.si quis mihi bona. §.iussum.ff.de acqui.hær.etiam si esset pupillus.d.l. si infanti.in fi.quod & iure.fforum uerum esse patet, ibi, dū ait, nulla dubietate &c. sed si esset infans non poterat adire, sed eius nomine adibat pater sibi patri quæsitutus.arg.l.1.de bono.posse.in fi. l.seruus.§. impubes.ff. de bono. posse. quod saltem hodie expeditum est ut.d. l.si infanti.in princ.ubi.Alex.col.1.Paul.col.2.Corn. nume.7.Ias.col.2.Considera ergo quòd filiusfamilias maior uel adolescens ex omni causa absque iussu & uoluntate patris poterat obligari.d.l.filiusfamilias.d.l.fi.§. pupillus. sed fallit in obligatione ex aditione hæreditatis resultāte.d. §.iussum.Item.2.regula scilicet quòd filius familias impubes ex nulla causa posset obligari etiam cum auctoritate patris.ut.d l.fi.§.pupillus.fallebat similiter in obligatione resultante ex acquisitione hæreditatis.d.l. si infanti.in fi. ergo licèt Bart. & alij putauerint ualere argum. de acquirenda hæreditate ad alias acquisitiones errarunt. unde fateor patris auctoritatem sufficere in obligatione mixta, quæ habet se ad commodum & incommodum, si quidem oriatur ex aditione secus si oriatur ex alio contractu: ratio fortè, quia facta aditione iussu patris apud eum remanet omne siue commodum siue damnum. argum.l. qui liberis.§.hæc uerba ff. de uulga. Bart. in.l. cum filio num. 4.&.5.de legat.1. per.l. qui in aliena. §. interdum.ff. de acquiren.hæred. idem quoque puto in alijs contractibus, qui fiunt patris uel domini iussu.arg.inst.quod cum eo.§.1.&.§.cæterùm, nisi in libero. ut.l.solutum.§. per liberam.ff. de pignor.actio. sed in alijs actibus, qui fiunt absque patris uoluntate & consensu obligatio passiua residet penes filium, actiua uerò penes patrem.l.filius.l. seruus. C.de pact.sed tamen in hoc semper remanet differentiæ inter alios contractus, & contractum aditionis. nam iste fieri non potest nisi præcedente iussu, secus in alijs.d.l.seruus.d.l.filius.&.l.seruus uetante.ff.de uerbor.obliga.ergo ut pupillus absque tutoris auctoritate adire non potest, ita etiam neque absque patris iussu: sed in eo differentia est, quòd iussus præcedere, auctoritas sequi potest.d.§.iussum.Item licèt pupillus possit alios actus facere contra hęredem cum auctoritate tutoris.d.§.pupillus, tamen non cum auctoritate patris ut ibi.in fi. &.d.l. fi.§.pupillus.quod Bar.ibi restringit, ut procedat quando contractus esset merè obligatorius ex parte pupilli, secus si haberet se ad commodum & incommodum, quales sunt contractus ultro citroque obligatorij, & redditur ratio per glo. in.d.l.fin.§.pupillus. quam sequuntur Bar.& omnes in.d.l.si infanti.teneo contrarium ut.d. §. pupillus procedat etiam in omnibus contractibus, ut fieri non possint auctoritate patris, ratio quia auctoritatem pręstare in causa propria non potest, ut notatur in.l.1.§. fuit quæsitum.ff.ad Trebel. & cum ex tali contractu lucrum resultans spectare deberet ad patrem satis in causa propria ipse auctorari uidetur, contra regulas, secus autem in iussu, quo casu omne siue damnum siue commodum ad iubentem ut dixi spectare debet. Ratio differentię inter iussum & auctoritatem, quia qui facit iussu & mandato alterius seu nomine, non ipse sed iubens facere uidetur, quo fit ut ad iubentem omne siue damnum siue emolumentum pertinere debeat: sed qui facit auctoritate alterius ipsemet facere uidetur, & authoritas ad suppletionem intellectus ad hibita uidetur.

S V M M A R I V M.

1 *Monacho decedente ius adeundi non migrat in monasterium, egregia q.*
2 *Monachus filio ne an seruo exæquetur.*
3 *Hæreditas sine animo non acquiritur.*
4 *Seruus habet uelle & nolle.*
5 *Animus noster seruus fieri non potest.*
6 *Animi declarandi facultas, non migrat de persona ad personam.*
7 *Iusta hæreditas quæ dicatur.*
8 *Ecclesia magis quàm reliqui, abstinere debet à lucro faciendo cum aliena iactura.*
9 *Lex generalis comprehendit etiam priuilegiatas personas.*
10 *Transmittit hæreditatem, qui impedimento iuris non potuit adire, sed idem etiam si facti impedimento.*
11 *Transmitti nequit uiuentis hæreditas.*
12 *Transmißio est successionis prorogatio eiusdem formæ & naturæ.*
13 *Spes non est in hæreditate uiuentis.*
14 *Hæreditas etiam delata, non est in bonis nostris.*
15 *Transmittit mater filij sui hæreditatem sibi delatam etiam ad exclusionem taciti pupillaris substituti contra communem opin.*
16 *Mater quando excludit tacitum pupillarem substitutum dicitur uenire de iure speciali.*
17 *Vulgaris tacita contenta in expressa pupillari excludit matrem.*
18 *Pupillaris tacita non excluditur per impuberis legitimos hæredes, dempta matre.*
19 *Priuilegia personalia non transmittuntur.*
20 *Priuilegia facilius quàm ius commune pereunt.*
21 *Speciale ius non est in consideratione.*
22 *Transmißio hæreditatis non aditæ non datur nisi in casibus à iure expreßis.*
23 *Animi quod est à persona non seperatur.*
24 *Monacho mortuo monasterium hæreditatem ei delatam nequit adire.*
25 *Transmißibile non est, quod non est ceßibile:*
26 *Abstensionem suam filius iure.ff.poterat reuocare.*
27 *Transmitti nequit facultas reuocandæ abstensionis.*
28 *Abstensionem reuocare, non conceditur emancipato, quò ad paternam nec cuique filio, quò ad maternā hæreditatem.*
29 *Pupillaris tacita an excludat ius accrescendi competens matri.*
30 *Intell l.fi.C.de inst.& subst.*
31 *Transmißio si quando per substitutum impeditur intelligitur per expressum non per tacitum.*
32 *Primo genitus, qui exclusit secundo genitum & si illico moriatur durat exclusio.*

MONACHVS 1 hæres scriptus fuit is post mortem testatoris antequam hæreditatem adiret decessit, an ad monasterium ius adeundi transmissum uideatur, uel an iure suo monasterium adire possit, dubium est: & monasterium adire non posse.firmat Bar.in.l.is potest num.13.ff.de acqu.hære.Socinus in.l. j.num.23.ff.de uulg. ubi Alciatus num. 62. & ibi Ripa num.154.& num.164.post alios plures, quos ipsi referunt. Contrariam tamen opinionem longè plures sequuntur secundum Couarub.in.c.i.num.20. cum sequ. de testam.plenè per Decium in.c.in præsentia de proba.per eund.post Corne.Ias.& alios in.l.i.C.qui admitti. Sed superior op.ut æquior ita & uerior est, nam siue monachum seruo assimilare uelimus, constat quod dominus non potest adire hæreditarem seruo delatam, si ille decessit antequam adiret.l.cum proponas.C.de hære inst.

1 *Monacho decedente ius adeundi non migrat in monasterium egregia q.*

re.inst. siue etiam filiofamil.assimiletur, idẽ iuris olim erat.l.is qui hæres.§.fi.ff.de acquir.hær.notatur per gl. & omnes in d.l.1.C.qui admitti. Monachum 2 a filio ne, an seruo exæquari debeat incertum est, ut plene disputat Ias. in.l.§.per seruum qui in fuga.ff. de acquir.poss. Denique 3 hæreditas ꝙ adiri aut acquiri non possit sine uoluntate hæredis scripti eaq; declarata ante mortẽ constat in.dd.ll.& in.§.in nouissimo.C.de cad. tollen.l. nolle.l.gerit.ff.de acquiren.hæred.§.fi.inst.de hær.qua li. nec dicatur 4 seruum non habere uelle nec nolle, nam supra contrarium ostendimus. Non quoque dicatur monachum non habere uelle nec nolle, nam id omnino falsum est. etenim 5 homo & si corpus suum seruum facere possit cum sese uendidit ad pretium participandum.§.fi.inst.de iure perso.l.si quis filio exhæredato.§.irritum.ff.de iniust.rup.& licet similiter corpus suũ possit absq; eius uoluntate seruum fieri per interuentum captiuitatis, tamen isthæc omnia sunt contra ius naturale ut in.l.manumissiones.ff. de iust. & iur.§. ius autem gentium inst.de iure nat. per totum. C. & .ff. de capt.& tamen nullibi lectum nusquam aut cogitatũ fuit quòd animus hominis seruiret, aut seruus heret. animus enim hominis siue ille seruus sit, siue liber & ingenuus, tam liber hodie est quam olim erat inspectis principiis iuris naturæ: neque ulla unquam iuris siue gentiũ siue positiui constitutione id ulla ex parte coangustatum est, aut coangustari potuit, ut & patet ad sensum & plenè ostendimus supra.§.1.num.38.cum seq. Cum ergo sine hæredis scripti animo hæreditas monacho delata acquiri nequeat, animiq; declaratio ab ipsomet & non ab alio fieri debeat, ut dictum est. (Nam 6 neque ad hæredem uniuersalẽ animi declarandi facultas transit ut per glo. communiter ibi app.in.l.inter stipul.§. si Stichum.ff.de uerb.obliga.l.si ita legatum.§.illi si uolet ff.de lega.i.) superest ut si decesserit antequam declarasset, tunc monasterium adire nequeat neq; illius declarationis faciendæ ad monasterium uideatur transmissa facultas. Præterea ad cuiusque morientis hereditatem lex inuitat suos legitimos abintestato heredes, testari autem lex permisit ex quadam dispensatione & contra principia iuris naturæ, ut ostendimus suprà.§ i.ad prin. eademq; lex sub his demum conditionibus hæreditatẽ abintestatam uenientibus adimere uoluit, si & defunctus rite testaretur, & heres ab eo scriptus declarasset se uelle eam hæreditatem acquirere. ergo si id nec declarauit, nec iam declarari potest, reliquum est eam hereditatem ex iure antiquo permanere debere apud heredes legitimos: iniuriumq; esset, nos per suspectas & periculosas incertasq; interpretationes eis talem hereditatem uelle adimere. Nam ius, quò antiquius eò melius. ita glo.in pri.C.de cad. tollend.dum ait antiquum ergo bonum. ergo id ius legitimis hæredibus iure antiquo cõpetens eis minimè adimendum est, ademptiones enim sunt odiosæ & restringendæ.l.cum quidam.ff. de lib. & posth. Vnde cum lex sub suprà dictis conditionibus demum & non aliter legitimis hereditatem adimi permiserit, superest ut si ex toto non impleantur cesset ademptio: presertim cum & conditiones debeant perfectissimè impleri.l.qui heredi & l.Meuius.ff. de cond.& dem. & legitima successio sit antiquior & consequenter melior quàm testamentaria ut dictum est & probat.l.i.in.i. & 2.resp.ff.ad leg.falc. ideoque 7 iustę successionis appellatione legitima & non testamentaria successio uenit.l. 3.§. de illo.ff.pro socio & testamentaria successio ex dispensatione descendat, sicque minimè sit extra suos terminos trahenda. Maximè 8 cùm monasterium lucrum cum aliena iactura (scilicet legitimorum) appeteret turpius sit, quàm si priuatus quidam ad id lucrum aspiraret.l.semper in contractibus cum ibi not. per glo. & doct.ff.de reg.iur.c.fi.17.q.4.denique regula generalis stat pro legitimis, cui in dubio tenaciter adherendũ l.i.cum ibi not.per Bar. Decium & Cagno.ff.de reg.iur, l.illam. C. de colla.l. pręcipimus. C.de appell. eaque 9 lex & regula sic generaliter disponens comprehendit personas, res, aut causas utcunque aliis in rebus priuilegiatis si ea in re, qua de agitur non reperiuntur habere peculiare priuilegium, communis opin.est, quam tenet Bal. per tex.ibi in.l.in fraudem.§.fi.ff.de mili. test. Decius consil 5.idem Decius in.l.ex testamento. C.unde liberi Andr. Tiraqu. de pręscrip.§.3.gl.11.Alciatus paradoxorum lib.4.c.10.hac autem in re monasterium nõ reperitur habere peculiare priuilegium satis dilucidè ab ullo iure sibi concessum: ergo &c.id quod saltem de iure ciuili expeditissimum est, & de iure canonico, ut nobis uidetur, lex canonica non uoluit contrarium disponere, nec si uoluisset, posset hac in re contra ius ciuile disponere, nisi in ecclesię terris duntaxat, hęc enim materia spiritualis non est.sed rerum prophanarum. Ergo aut constat eam hæreditatem relictam fuisse contemplatione ipsius monachi, & procedit op. nostra. l.cũ quis.C.de iure delib. aut constat relictam fuisse contẽplatione monasterii, & tunc fortè op. contraria posset teneri.argumento d.l.cum quis & d.c.in presentia. aut dubitatur, & tunc procedit etiam nostra op. per .ll.& rationes, de quibus supra & argumento.ff. de lega. pręst. l.filium.§.fi.& l.3.§.si coniunctim cum.§.pręced. & sequen. Hactenus in hereditatibus, in legatis uerò dic, ut per.l.filiofam.ff.de cond & demonstr.& ibi per Bart ho. Socī.post alios. Item hactenus quando monachus & si sui iuris foret, non transmitteret ad suos heredes eã hereditatem ex potentia iuris deliberandi, uel sanguinis, uel sitatis. Quid autem si in eo statu erat, ut ad heredes suos uel etiam extraneos eam hereditatẽ transmittere posset iure uel sitatis, uel sanguinis, uel deliberandi? & tunc fortè teneri posset, eam hereditatem ad monasterium transmissam fuisse, non secus quam ad hæredes transmitteretur: cum monasterium loco filii & sic heredis habeatur.d.c.in pręsentia.sed tunc monasterium eam habebit, non iure proprio sed iure transmisso, & his casibus contraria op. posset tueri.

Est & alius casus, in quo contingit transmissio, nam in terminis.l.fi.C.de inst.& subst. non solùm mater ipsa uiuens pręfertur substituto, sed etiam moriens illud ius ad heredes transmittit, ita quòd hæredes eius præferantur substituto, uel quòd ius pręlationis matri cõpetens contra substitutum tacitum pupillarem possit ad heredem transmitti ad exclusionem substituti, quod est singulare. Pro cuius euidentia, primò considero, ꝙ 10 ista quæstio non habet locum quando mater non adiisset impedimento iuris, uel deseruiens iuri communi, non tunc indistinctè transmitteret, conclusioq; esset indubitata.tex.est in.l.uentre.ff.de acquir. hęred. & in l.illud.§.fi.cum.l.seq.ff.de contrarab. Secundo considero ꝙ quęstio non procedit quando mater non adiuit iusto impedimento uel absentia impedita, nam tunc etiam indubitanter transmitteret ad heredes saltim beneficiũ restitutionis, quo mediante eius heredes possent adirẽ tex.est de hoc singularis, & non alibi secundum Pau.ibi. in.l.Pantomius imprim.de acquir.hæred.ff.quæ mirabiliter limitat omnes leges loquentes de materia transmissionis. Porrò 11 quando mater decessit filio uiuente uidetur expeditum quòd non possit transmittere, & sic quòd casu isto non sit formanda conclusio, Primo per d.l.fin.C.de inst. & subst. qua dicitur, quòd tunc substitutus admittitur ut ibi in fine iuncta gl. ergo non transmittitur: quia tunc substitutus non admitteretur ut infrà dicam. Secundo, quia si ipsa moriatur uiuente filio, ergo uiuentis non est hæreditas.l. qui superstitis & l.is qui hæres, cum concordantibus.ff.de acquir.hær. non potest transmittere, quia eius quod non est, & sic non entis, non potest fieri transmissio, ut est notum. Tertio, quia 12 transmissio est quædam successionis prorogatio eiusdem formæ & naturæ. l.i.de his qui ant. apert.Bal.in l.3.2.col.C.de hær.inst.si ergo non est hæreditas,

2 *Monachus filio ne an seruo exæquetur.*

3 *Hæreditas sine animo non acquiritur.*

4 *Seruus habet uelle & nolle.*

5 *Animus noster seruus fieri nõ potest.*

6 *Animi declarãdi facultas non migrat de persona ad personam.*

7 *Iusta hæreditas quæ dicatur.*

8 *Ecclesia magis quã reliqui abstinere debet à lucro faciẽdo cũ aliena iactura.*

9 *Lex generalis comprehendit etiam priuilegiatas personas.*

10 *Transmittit hæreditatem, qui impedimẽto iuris nõ potuit adire, sed idẽ etiam si facti impedimento.*

11 *Transmitti nequit uiuentis hæreditas.*

12 *Transmissio est successionis prorogatio eiusdẽ formæ & naturæ.*

13 *Spes non est in hæreditate uiuentis.*

reditas, non potest prorogari, & sic nec transmitti. Quarto quia 13 mater uiuente filio non habuit iure dum re sed, nec spe. probatur a fortiori, quia filius uiuente patre non dicitur habere spem. l. post emancipationem de liber. lega. Bar. nobiliter in. l. fin. in. fin. C. de pact. & in. l. is potest de acquir. hæred. ubi latè, Nec obstat quòd alibi appellatur spes d. l. fin. in pr. de pact. quia illa dicitur spes non approbata à iure, ut dictis locis: si igitur non habuit ius re nec spe, ergo impossibilis est transmissio, cum sit prorogatio & extensio: & quod non est, non potest extendi. l. priuatorum C. de iurisdit. omnium iudi e significasti, de for. competen. not. in. l. 2. ff. de iudi. in princ. cum simi. Quinto pro hoc. l. i. §. impuberi. ff. de colla. bon. l. fi. & ibi Bar. ff. de lib. agnos. ubi dicit tex. in bonis libertorum superstitum nullum omnino ius patroni liberiue patronorum habent, pondera nullum omnino ius &c. Si ergo hæc procedunt in liberis descendentibus, ergo à fortiori in matre; cui non est ita debita hæreditas filiorum. immo dicitur ordine turbato succedere. l. nam & si parentibus cum ibi notatis. ff. de inofficioso testam. Sexto nos habemus regulã, quòd hæreditas etiam delata non transmittitur. l. i. §. in nouissimo. C. de caducis tollen. l. quoniam C. de iur. delib. cum uulgatis: ergo à fortiori illa, quæ delata non est, ut in nostro casu, uiuente filio. & hoc uidetur resp. Septimo quia non debet quis esse solicitus de hæreditate uiuentis. l. 2. §. interdum. ff. de uulg. & pup. si ergo mater transmitteret, uideretur quodammodo solicita de hęreditate filij sui uiuentis, & etiam quia ille in quos transmitteret à fortiori essent soliciti: & cùm in eos esset transmissa fortè insidiarentur uitæ pupilli. quod ius abhorret. c. 2. de concessi. præben. c. ne capta. de concessione præben. lib. 6. l. 1. & l. fin. C. de pactis. l. fideicommisso. C. de transactionibus. l. qui Romæ. §. duo fratres de uerb. obl. ff. Octauo. pro hoc. l. si quis filiũ. §. si filius de acquir. hær. maximè in ratione sui, ibi, quia & patri eius idem tribueretur, cum ergo uiuente filio matri nihil permittatur, ut dictum est, sequitur quòd nec hæredibus eius uigore transmissionis. Nono pro hoc facit, quia quando mater mortua est uiuente filio, illud dicitur uenire in causam caduci. §. & cum triplici &. §. pro seruando de cadu. tollend. secundò, caducum certum est non trãsmitti, ergo &c. Decimo quia 14 hæreditas etiam delata ideo non transmittitur, quia non est in bonis nostris. l. precia rerum. ff. ad. l. fal. quæ. l. est singularis secundum Bald. in. l. 3. C. de iur. & fac. igno. si ergo illa, quæ est delata non transmittitur, ideo quia non est in bonis nostris à fortiori illa, quæ delata non est nõ transmittitur, quia à fortiori dicitur nõ esse in bonis nostris. Vndecimo. ꝑ hoc fac. l. si quis filium. C. de inof. testamen. argumento ab speciali. nam ibi est speciale in filio, quòd transmittat spem querelæ, quæ nondum sibi competit. Ergo 15 quæstio debet formari, quando mater decessit post mortem filij sui uiente adhuc substituto, an tunc ipsa transmittat ad hæredem ius prælationis sibi competens contra substitutum, uel an substitutus admittatur exclusis hæredibus matris. in qua quæstione, communis opinio est nemine discrepante, ꝙ substitutus præferatur, & per consequens quòd mater ad hęredes non transmittat. ut in l. fi. C. de inst. & subst. ubi ita tenet Cynus Alber. Bal. in princ. & prima coln. ad fi. idem Oldral. idem. Salicet. qui summando istam. d. l. fin. dicit tacita pupilaris in uulgari contenta matrem non excludit, ipsa tamen præmoriens hoc priuilegium ad hæredem non transmittit, idem Paul. de Castro ibi in summario, idem uult Alex. uno uerbo in. l. j. ff. uulg. & pupi. 12. col. ante medium, & hæc opinio tanquam indubitáter uerissima non fundatur à doct. pro qua in primis, tex. expressus uidetur, in. d. l. fin. dum dicit ꝙ si mater prior decesserit admittitur substitutus, ergo mater non transmisit, nam si transmisisset, substitutus debet excludi: quia ius transmissionis est potentius iure substitutionis. ut supra dixi & d. l. fin. ad hoc non est alibi secundũ Ias. ibi secunda causa circa principiũ. pro ista communi opinione ego ultra omnes adduco sequentia. Secundo ergo in ordine iterum pondero tex. d. l. fin. in uersiculo omnino, de cuius natura est, quòd importet idem quod omni casũ. glo. in. l. si cum exceptione. §. quatenus. ff. quod met. ca. glo. in c. ex parte el primero de offic. delega. tex. cum glos. in. l. ubi autem non apparet. §. fin. de uerbor. obliga. glo. cum tex. in. l. 2. C. quomodo & quando. Si ergo in omni casũ admittitur substitutus, ut ibi, ergo non habuit locum transmissio, nam tunc non omni casũ admitteretur substitutus, sed solùm eo casu. s. quando posthumus non esset natus. & sic quando esset locus uulgari substitutioni expressæ, non autem quando habet locum pupillaris tacita, & mater fuisset in medio, quamuis esset prædefuncta: & hoc uidetur carere responsione. & confirmatur ista inductio per id, quod dicunt doct. in. l. precibus, uerbo omnino. C. de impuberum. ubi dicunt probari melius quam alibi, quòd pupillaris tacita in uulgari comprehensa, non admittitur contra matrem per tex. ibi in uer. omnino, nam ibi probatur, quòd filius decessit impubes, nam si pubes decessisset, non omnino ad matrem pertineret eius successio, quia factus pubes potuisset testari & alios instituere, & sic mater esset exclusa, quod non est dicendum attenta significatione illius uerbi omnino. Tertio iterum pondero. d. l. fin. quia ibi de transmissione uerbum nullum, & tamen dicitur expressè ꝙ admittitur substitutus, non est ergo credendum, quòd si haberet locum transmissio omitteretur ab Imperatore tam necessarium uerbum, facit. l. 1. §. sin autem ad deficientis. C. de cad. tollen. c. inter corporalia de translat. Episc. ubi etiam dicitur, quòd id quod non est Sanctorum patrum decreto sancitum &c. ergo sic in proposito de substitutione est expressum, de transmissione omissum, ergo habetur pro omisso. l. commodissimè. ff. de lib. & posthu. l. si cum dotem in prin. ff. sol. matr. Quarto quòd non habeat locum transmissio, ad huc iterum pondero d. l. fi. & pro euidentia præmitto, quòd 16 in casu illo mater admittitur de iure speciali, non de iure communi. ut tenet Cynus ibi Sal. Paul. & omnes & uidetur indubitatum, & probo dupliciter, primo quia substitutus uenit de iure communi modò ex substitutione expressa modò ex tacita subintellecta. d. l. iam hoc iure in prin. cum similibus. ff. de uulg. & pupi. secundum speciale est in ipsa matre ꝙ præferatur substituto isto casu, propter multa scilicet quia mater, item quia agitur de bonis filij. quibus cessantibus non habet locum. d. l. fin. Huic est quod quamuis sit mater & substitutio sit tacita si tamen non agitur de bonis filij excluditur mater & admittitur substitutus ut est 17 uidere in uulgari tacita, comprehensa in pupillari expressa, ut in glo. d. l. fi. & est text. quem pondero in. d. l. precibus, pe. resp. ergo admittitur mater de iure speciali. Secundo probo quia 18 quamuis mater excludat substitutum tamẽ per alios uenientes ab intestato substitutus non excluditur. ut uult glos. in. l. precibus glos. mag. circa princ. & ibi Bald. prima col. in fin. & communis opin. quamuis dubia pro qua pondero nouissimè tex. d. l. fi. i. fi. ubi tex. dicit, ꝙ si mater prior decesserit admittitur substitutus, ergo per eum excluduntur uenientes ab intestato, aliàs si per eũ non excluderentur, admitterentur ipsi. Concluditur ergo quòd mater admittitur de iure speciali, modò sic, si specialiter permittitur matri, est priuilegium ipsius, ergo non potest transmittere: quia 19 quod illius personæ præstatur hoc minimè ad alium pertinere debebit ut est tex. singularis maximè in ratione sui, in. l. cum patronus de leg. secundo, facit. l. priuilegia. ff. de reg. iur. & in. l. quia tale. ff. solut. matrimonio, ad idem. l. ex pluribus ff. de admin. tuto. cum similibus Præterea hoc sic probatur, quando aliquis admittitur de iure speciale, non uendicant in eo locum regulæ iuris communis tex. est

14 *hæreditas etiam delata non est in bonis nostris.*

15 *Transmittit mater filij sui hæreditatẽ, sibi delatam etiam ad exclusionem tacitæ pupillaris substituti contra comm. op.*

Verbũ omnino quid significet.

16 *Mater quãdo excludit tacitum pupillarem substitutum dicitur uenire de iure speciali.*

17 *Vulgaris tacita contenta in expressa pupillari excludit matrem.*

18 *Pupillaris tacita non excluditur per impuberis legitimos hæredes dempta matre.*

19 *Priuilegia personalia non transmittuntur.*

singularis, in.l. mulieri & Titio. ff. de cond. & demon-
stra.ubi ille, qui succedit de iure speciali, non potest ad
mitti ad portionem uacantem per ius accrescendi, si er
go ius accrescendi non habet locum in succedente de
iure speciali, ergo nec transmißio. immo si rectè con-
sidero istud argum. probat à fortiori, nam certum est, q
portio uacans accrescit cuicunque hæredi etiam inui-
to.§.his ita de caducis tollen.C.& sic de iure communi,
nam si de iure speciali & ea beneficio, non accresceret
sibi inuito, quia beneficium non confertur in inuitum,
ut in regula iuris, &.l.nec emere.C.de iure delibe. se-
cundum quod transmißio fiat, istud est speciale in casi-
bus notatis in.l.uentre de acq. hære. & in.l. illud.§. fin.
cum.l.sequenti.ff.de contratab.l.quoniam.C.de iure de
lib. modo sic, si succedens de iure speciali, non admitti-
tur ad partem uacantem per ius accrescendi, & sic ad
portionem quæ cuicunque defertur de iure communi,
ergo à fortiori mater, quę admittitur de iure speciali
non debet posse illam hæreditatem transmittere, cùm
in casibus in quibus fit transmißio illud fit de iure spe-
ciali, & non de iure communi, ut suprà dixi. & quod
hoc communiter probet à fortiori patet, quia 20 pri-
uilegia & iura specialia facilius tolluntur quàm iura cō-
munia.l.eius milites.§.si militia missus.ff.de mili.testa.l.
antiquæ cum ibi notatis.C.ad uellei.notatur in.l.si quis
extraneus in princ.ff.de acqui. hæredi.& in.l i. C. si ad-
uersus uenditionem, ergo facilius impeditur transmis-
sio, quæ fit de iure speciali quàm ius accrescendi quod
defertur de iure communi:sed ius accrescendi impedi-
tur, ut dixi, ergo à fortiori transmißio. facit & ad con
firmationem, quia ea 21 quæ alicui competunt de iu
re speciali non habentur in consideratione.l.4.§.j.ff.de
fideicom.liber.l.si minor de acq.hær.l.fi.in fi. ubi casus
singularis.ff.de cond.indeb.cum ergo hoc ius competat
matri & de iure speciali, ut dixi, ergo non debet habe-
ri in consideratione quò ad transmißionem. Item si ha-
bemus quòd hæreditas delata de iure communi non trā
smittitur, ut sæpe dixi, ergo à fortiori delata de iure
speciali, non transmittitur. d.l. eius milites. §. militia
missus cum simi.& istud nimis stringit. Quinto prin-
cipaliter quòd transmißio non habeat locum, proba-
tur sic, nam mater uult transmittere uigore iuris accre-
scendi & non potest, nam hic præsupponimus quòd est
locus pupillari substitutioni tacitæ, ergo requiritur adi
tio.l.2.§.1.cum similibus de uulga. & pupill. si ergo pu-
pillus adiuit, cessat ius accrescendi, quia post ios quę-
situm non habet locum.l.j.§.fi.ff.de usufr.accres. cum si
mil.si cessat, ergo non potest transmitti, quia quod non
est transmitti non potest, ut supra dictum est. Sexto
principaliter sic probo, omnis transmißio hæreditatis
non agnitæ oportet quòd fundetur aliqua lege, quæ
hoc dicat specialiter, cùm regula iuris sit in contrarium.
Vnde 22 contra iuris ciuilis regulas nulla fit hæredi-
tatis non agnitæ transmißio, nisi in casibus specificatis
in iure, ut eleganter inquit Bal.in.l. si infanti. 3. quæst.
C.de iure delib. ubi uideas.& est ratio, quia si fieret trā
smißio, ergo hæres secundus adeundo efficiet hæredē
illum, qui mortuus est. nam nisi illo mediante non po-
test dici hæres hæredis, per intellectus enim primi he-
redis deuenimus in notitiā secundi, & nisi primus sit hæ
res impoßibile est quòd secundus sit hæres primi ut no-
tatur in.l.3.ff.de deperi.hæredi & arg.ff.de le.1.l.cum fi-
lio, sed impoßibile est, quòd ille, qui non fuit in uita,
efficiatur hæres post mortem, quia post mortem ne-
mo obligatur, nec liberatur: habitus enim & paßiones
requirunt subiectum.ff.de operis liber.l.qui libertus.§.
posthumus &.ff.communia prędiorum.l.fi.Cum ergo in
nostro casu non sit specificatum de transmißione per ali
quam legem, ergo impoßibilis est transmißio. Pręterea
præposterum est prius transmittere quàm habere, & an
te nos locupletes dici quam acquisierimus. ff. ad leg.
falci.l.precia rerum: sed sic est in proposito nostro, quia

20 *Priuilegia facilius quàm ius commune pereũt.*

21 *Speciale ius non est in consideratione.*

22 *Transmißio hæreditatis non aditæ non datur nisi in casibus à iure expressis.*

mater in uita nihil habet antequam adeat ergo & &c.
Item 23 quia aditio hæreditatis est animi & facultatis
quę autem sunt animi & facultatis non separantur a per
sona.c. si gratiose de rescriptis, libro sexto &.ff. loca.l.
4. quia uariæ sunt hominum uoluntates.l. quia poterat
ff.ad Trebel.c.quia diuersitatem, de conceßione præ-
bēdę. Cum ergo hoc consistat in animo & uoluntate ma
tris, sequitur quod ad alium non transmittitur. Septimo
sic probatur, extincto subiecto extinguuntur accidentia
subiecti, instit.de usufru.§.j.ff.de usufru l.3.§.i. sed su-
biectum in quo fundatur ius in causa aditionis, est ipsa
mater, ergo ea extincta extinguitur quidquid sequatur
ex eo, uel ob id & per consequens transmißio.l.non du
bium.C.de legi.l.i.C.si seruus extero.c.inter dilectas in
fin. de fid.instru.& ex hoc infertur, quòd 24 si mona-
chus institutus decederet antequam hereditas sit repu-
diata, uel adita, quod monasterium non posit adire,
quia extinguitur subiectum, item quia extincta perso-
na principali, extinguuntur acceßoria.l.si quis domum
§.pe.ff.loca.ff.de pigno.l.lex uectigalis, &.ff. de leg.2.
l.peto.§.prædium, &.ff. De periculo & cōmo.rei uend.
l.necessaria.§.fin.Sed monachus est principalis persona
quod patet, quia est fundamentum & origo.l. Deo no-
bis de Episcopis & clericis. l. cum filio de leg. secundo
ipse est extinctus morte, ergo extincta principali per-
sona, extinguitur eius imago, i. monasterium. absurdum
est.n.ipsa origine res sublata eius imaginem derelinqui
C.de lat.liber.toll.in fi.prin.item quia ius adeundi (ex-
ceptoq; in suo herede) non est propriè ius sed quędam
facultas.ff.ad.leg.falcid.l.precia rerum, Bal.in.l.i.C.qui.
admit. ad bon. poss. possunt, col.i.in fin. ubi omnino ui-
deas, & per eum in.l.licèt.C.de iure delib.3. questione
sed uera facultas extinguitur extincta persona.l. pater
filię. ff. de seruit. legat. ergo &c. Hinc est, quòd si
habitatio est concessa uxori tuæ, tamē poteris hospitari
cum ea, non per modum iuris tibi conceßi, sed per mo-
dum facultatis. Vnde si uxor tua moritur, tamen in con
tinenti perdis istam facultatem.l.certum.ff.de usu & ha
bi. Item quia ius adeundi dicitur causa corpori adhę-
rens, quæ extinguitur cum corpore.ff.ad.l.aquili.l. pro
inde.§.fin.&.l.si unde Neratius. nec mirum quia aditio
hęreditatis animo proprio explicanda est, non alieno,
ergo non transit ad alium.§.in nouißimo.C.de cad.toll.
nec enim potest quis alteri committere animi sui mo-
tum ut notatur in.l.sicuti.ff.de arbit.& allegant Bal.in.l.
i.C.qui admi.19. oppositione, & quia illud quod nuda
uoluntate possum per me solum, non cōmitto alteri.l.
quia ratio.ff.de cond.inst.Bal.in supradicto loco. de illa
autem quæstione, An monachus transmittat, habetur
in uariis locis quam ad præsens omitto, uide Iaso. in.l.si
infanti.C.de iure delib. 8.sic arguo, Ius 25 quod non
est cessibile, non est transmissibile.l.ex pluribus.ff.de ad
mi.tuto. hinc est quod ius restitutionis cum sit transmis
sibile.l.non solùm.ff.de in integr. rest.cum simil. eodem
modo est cessibile.ff.de admi.tut.l.si minoris & ibi Bar.
& in.d.l nō solùm, sed ius matri competens non potest
cędi, quia conceditur sibi ratione suę personę ut sępe
est dictum, ergo &c. instit. de usufructu. §. finitur.ff.
loca.l.si quis domum.§.pen.cum simi. ergo nullo modo
potest transmitti, & istud didici à Bal.in alia materia in
l.cum antiquioribus de iure delib.6. col. post medium
uersiculo secundo sic &c. & istud argumētum prima fa
cie optimè stringit. Nono principaliter sic argue, regu-
la est, quòd 26 filius qui se abstinuit hereditate pater
na potest nihilominus abstensionem reuocare. text.
est unicus de iure digestorum secundum.Paul.ibi.in.l.si
quis suus.ff.de iure deli.sed ego dixi & dico quòd est
tex.similis in fortioribus terminis in.l.pro herede.§.Pa
pinianus.ff.de acqu. here. & in.l. si pupullus propone-
batur eo.ti.per quę iura uidetur malè dicere glos. in.l.
prima.C.de iure delibe.quę non est alibi secundum An
ge.ibi, & Paul.cui addo similem. ad literam in.d.§.pro
ponebatur.

23 *Animi quod est à persona non separatur.*

24 *Monacho mortuo monasterium hæreditatem ei delatam nequit adire.*

25 *Transmissibile non est quod non est cessibile.*

26 *Abstensionem suam filius iure st. poterat reuocare.*

ponebatur de iure autem. C. est tex. unicus & uulgatus secundum omnes in.l.fi.C.de repud.here.modo est quæstio difficilis, An 27 beneficium reuocandi abstensionem competens filio per illam legem transmittatur ad hæredes eius, & quamuis sit dubium, communis tamen conclusio est, quòd non transmittatur, ut tenet Ange.& Imola in.l.uenire de acq.hær.& ibi Ludo.& Alex. in.l.qui se patris.C.unde libe. & addo quod idem uolt Bart.in.l.si filius qui princ.de uul.& pupi.substi.col.fin. uers.est tertius casus.& ibi expressè dominus Alex. pen. col. in principio, quem uideas. fundamentum tollitur ex.l.i.C.de hijs qui ante aper.tab.uer.si tamen hæreditatẽ non recusant & &c. ubi colligitur quod hæreditas patris à qua filius se abstinuit, non transmittitur in effectu, & ibi Bal. & idem uult Bar. per illum tex.rectè intuenti in l.ex militari.§.i.in fi.ff.de testa.milit.& sic existentia sui hæredis elisa per abstentionem impedit transmissionẽ. Cum ergo filius se abstinuerit expressè, ergo non potest ad heredes transmittere beneficium reuocandi, de quo in illa.l.fi.Secundum, non eundo per mendicata suffragia, ego audeo dicere, quòd pro hoc est text. nouissimè ponderatus in.l. cum hæreditate in prin. ff. de acq. hære. qui tex. debet sic induci, ibi enim dicitur, quòd si hæres suus uel extraneus adiuit pro parte sua, deinde alius filius cohęres repudiat uel abstinet, quòd est in electione primi adeuntis totum agnoscere, uel a toto recedere: & sic etiam à parte, quam adiuit. ergo ille, qui abstinuit, non transmisit, nam si transmisisset, non esset in electione primi hęredis adeuntis. sed ille in quẽ est facta transmissio spectandus esset, an uellet abstensionem prædefuncti reuocare, quia certum est, quòd ius transmissionis est potentius iure accrescendi.text.in d.l.i.C.de hijs quæ ante ap.tabu. ibi, seu cum extraneis & &c.& ibi Bal.& Paulus apertè, quia ius transmissionis est potentius iure substitutionis ut per Bart.& alios in.l.i.4.col. de uul. & pupi. & ius substitutionis est potentius iure accrescendi.l.2.§.si duo de bon. poss.secundum tab.cum uulga.ergo à primo ad ultimum ius transmissionis est potentius iure accrescendi. Item quia si uinco uincentẽ te ergo &c.l.si accessionibus.ff.de diuer. & tempo.præs.ff.cum ergo tex.in.d.l.cum hæreditate dicat, quòd est in electione cohæredis adeuntis, ergo fuit impedita transmissio propter abstentionem, alias non esset in potestate cohæredis, ut dixi.ibi ergo est expressum quòd existentia sui hæredis elisa per abstentionem impedit transmissionem. & sic est tex. pro opinione de qua suprà. Item & secundo pondero tex.in.l. cum antiquioribus.C.de iure delib. ibi, non tamen successioni renuntiauit.ubi uidetur tex.ad litteram iuncto princ.legis, quę loquitur etiam de filio familias quòd quemadmodum extraneus repudians nihil transmittit.l. nemo plus iuris, de reg.iur.facit.l.sicut C.de repu.hære. cum simil.ita eodem modo nec filius suus abstinens. concluditur ergo quòd filius suus renuntians hæreditati paternæ, non transmittit ad heredes beneficium reuocandi abstentionem de quo in illa.l.fi. de repu. hære. ratio est illa, & in hoc nemo discrepat & istud est quod pondero, quia priuilegium de quo in illa.l.finali est concessum filio propter suitatem ut ibi dicit tex. si quis suus & &c.

28 Hinc 28 est quòd non habet locum in hæreditate materna ubi cessat suitas.l.filii mater §.1.ff.ad Trebelli.nec etiam in filio emancipato, ut notatur in.d.l. finali. cum ergo concedatur filio in priuilegium suæ personæ, uimirum si non transmittatur. modò in proposito cùm priuilegium de quo suprà cõcedatur matri ratione suę personæ ut probaui.ergo impossibile est, quod illud transmittat, & sic uidetur decisio in terminis pro communi conclusione: scilicet quòd ius prælationis competens matri contra pupillarem substitutum tacitum, non transmittatur ad cohæredes, quod est perpetuò notandum &c. 10. arguo sic, Certum est, quòd in uulgari expressa continetur pupillaris tacita, tamen hæc non admittitur contra matrem.ut in.d.l.precibus, si ergo mater uiuens præfertur substituto, & eadem moriens transmitteret ad hæredes, illi hæredes in quos transmittitur deberent substituto præferri, quia ius transmissionis est potentius iure substitutionis ut probaui:ergo omni casu substitutus deberet excludi. frustra ergo essent iura & glo.quæ dicunt quòd in uulgari expressa continetur pupillaris tacita, cùm in omnem casum substitutus deberet excludi, & sic esset perinde ac si non contineretur, quod non est dicendum: quia uerba cum effectu sunt accipienda.l.2.ad fi.ff.quod quisque iur. & quia lex non debet esse imposita uerbis.l. s.in fi cũ simi.C.cõmunia de lega. Vndecimo sic, quando aliqua portio contra ius commune defertur ex iure speciali, ita demum habet locum ius speciale contra ius commune, si portio sit expressè acceptata aliàs non.l. emancipata C.qui admit.ad bo.poss.pos.l.1.§.ibidem.ff.de colla.bono. sed sic est in proposito, quòd portio defertur matri de iure speciali & contra ius commune & suprà probaui, & eam non acceptauit, quia aliàs indubitanter transmitteret, ergo non habet locũ transmissio.& ex hoc infertur ad id quod notabiliter dicit Sal.in.l.2.quæstione h.C.de adulte.&c.Duodecimo sic probo, substitutio nõ est extincta uiuente matre sed est suspensa propter matrẽ, ut est glo. in.l. nostra h.C.de inst.& in l.precibus infra ti.i.in duabus glo.magnis & in l.in testamen.C.de testa.mili.& est tex.in.d.l.fi.in uers.substitutionem. quamuis glo. teneat contrarium & nimus bene in.l. centurio.ff. de uulg. & pupi.& sic substitutus est exclusus ad tempus scilicet uiuente matre. sed regulam habemus, quòd prohibitus uel exclusus ad tempus, uidetur uocatus post tempus.l. & si seuerior.C. de his qui nota.infa.l.quid ergo.§.pœna grauior eo.ti.ff.&.ff. de postula.l. Imperator cum simi.ergo mortua matre debet necessariò admitti substitutus, quia elapsum est tempus infra quod erat prohibitum: si ergo est uocatus post tempus mortua matre, ergo debet omnes excludere, & per consequens cessat transmissio.& istud argumentum necessario uidetur stringere &c.

13. Quãdo aliquis est potior me in successione querenda illo mortuo uel remoto ego succedo ac si ille non esset in rerum natura.l.2.§.fi.ad Tertul.l. cum ita.§.fin. de leg.2.l.hæredes mei.§.cum ita ad Trebell. ff. sed mater est potior substituto, ut in.l.nostra.& ipsa est mortua, ergo debet substitutus admitti, & quia in non ente non cadit transmissio.l. si infanti, ibi, quasi ab initio non essent ad eum delatæ &c.

Sed contra communem dic, quod facit d.l.fi. ibi, itaque substitutionem quidem in huiusmodi casu.ubi posthumus natus ad huc impubes uiua matre decessit respuendam esse censemus.nam ut substitutus excludatur nihil aliud exigitur nisi quòd posthumus & nascatur & uiua matre decedat, non autem quod mater adiuerit. quod dic ut per Ias.in.d.l.fin.C.de inst. & subst. col.pe. ubi post Bart.de Raynerijs. quem refert dicit quòd.d.l. tractat de pupillari tacita ut uoluit glos.item tractat de uulgari ut tenet Bar.& decidit utramque dubitationem sed quod matre existente in medio non admittitur substitutus neque ex pupillari tacita filio adeunte, utque ex uulgari tacita filio se abstinente, si mater esset data cohæres, istud patet ex.d.l. fi.in.fi. dum dicitur quòd.d. substitutio habet tantùm locum in duobus casibus. primus, si posthumus natus non fuisset, quia tunc haberet locum uulgaris expressa. secundus, si impubes decessit post mortem matris, quia tunc haberet locum tacita pupillaris. si ergo impubes mortuus esset superstite matre, non haberet locum tacita pupillaris, uel si uiua matre repudiasset, uel se abstinuisset, non haberet locum tacita uulgaris: sed mater si superesset utroque casu preferretur, quia coheres & quia magis dilecta testatori.secundò, contra hunc intellectum unum urget, quod supra adduxi contra intellectum Bar. quia immo

27 Transmitti nequit facultas reuocãdæ abstensionis.

Intell.l.cũ hæreditate ff. de acq. hær.

28 Abstentionem reuocare, non conceditur emancipato, quo ad paternam nec cuique filio, quò ad maternã hæreditatem.

Pupillaris tacita continetur sub expressa uulgari et si mater sit in medio.

Temporaliter prohibitus post tempus uidetur admissus.

tacita uulgaris debet excludere matrem, quamuis cohæredem, cum tractetur de successione mariti, ubi non est priuilegiata. ut in glos.fi.d.l.fi.nisi diceres, quòd illa glo.non dicat uerum, ut cum approbetur per omnes doctores, illud dicere non esset tutum. tenendo hunc intellectum respondeo, quòd id non est speciale in matre, quia mater, sed est generale in quolibet cohærede ut non excludatur per tacitam uulgarem. & aduerte quia speciale est fauore matris quòd mater eademque cohæres substitutum excludat à tacita pupillari, quando impubes post aditionem uel deliberans ignoransue decessit: quòd uerò per matrem eandemque cohæredem substitutus à tacita uulgari excludatur, quando pupillus repudiauit, id non est speciale fauore matris: cum agatur de bonis testatoris, sed est generale in quolibet cohærede. Nam 29 licèt substitutio uulgaris facta in unum casum sing. trahatur ad alium casum ex præsumpta uoluntate testatoris contra regulam. l.cum commodissime de lib. & posthumis. non tamen trahitur ad excludendũ cohæredẽ in testamẽto scriptum à iure accrescendi. ut d.l.fi. secundum 30 istum intellectum quem puto uerissimum. Ex quo infertur cõtra communem ꝙ tacita substitutio uulgaris non impedit ius accrescendi, immo per ius accrescẽdi impeditur. Item uidetur quòd immo ius prælationis matri competens contra substitutum pupillarem tacitum transmittatur ad hæredes, primo ut iam dicebamus per d.l.fi. sic inducendo, casus excepti firmant regulam in contrarium, casus singularis & uulgatus, in.l.nam quod liquide.§.fi.ff.de penu.lega. melior tex.de iure in.l.Lucius.§.pluribus.ff. ad Trebell. cum simil. modò sic, ibi dicitur per modum exceptionis ꝙ substitutus admittitur solùm in duobus casibus, scilicet quando posthumus non nascitur, & sic ex uulgari expressa. item quando natus est sed mater prior decessit: ergo extra istos duos casus non admittitur substitutus. Si ergo mater decessit post partum, ergo transmittit, quòd autem hic hæredes matris admittantur uigore transmissionis, patet, quia alio iure uenientes ab intestato non possunt admitti, cum omnes per substitutum excludantur. ut uoluit glo. in.l. precibus. in glo. magna circa princ. & Bal. ibidem prima col. in.fi. & est communis sententia, ergo admittuntur iure transmissionis. Itẽ quia alio iure admitti non possunt, cùm mater non adierit, si autem adiuisset, esset indubitatum, scilicet quia admitterentur hæredes eius non uigore transmissionis sed iure successionis, cùm habeat tunc mater ius perfectè quæsitum, & sic effectum proprium patrimonium. institut. qui manum. non pos. §. 1. institut. de hære. quali. & diffi. §. i. facit. l.sed si plures.§.filio.ff. de uulg. & pupil. substi. Bal. in.l.si mater C.de suis & legit.libe. ergo cessat transmissio, quæ tantùm habet locum hæreditate non adita &c. Secundo probo per eundem tex. sic, certum est, quòd ualet arg. à contrario sensu.l.j.§.huius rei.ff.de of.eius cui mand. est iurisd.l.qui testam.§. mulier.ff. de testa. cum.simil. modò sic, d.l.fi. dicit, ꝙ tunc substitutus admittitur, cùm mater prior decessit. glo. autem sic exponit prior scilicet quàm partus, & illam glo. nemo unquam reprobauit. Si ergo admittitur substitutus cùm mater decessit prius quam partus, sequitur quòd si decessit post partum excluditur substitutus: ergo admittuntur hæredes uxoris uigore transmissionis & hoc uidetur carere responsione. &c. Tertio probo per eundem tex. ponderando dictionem autem, nam dictio, sed, uerò, autem, & similia, de sui natura aduersantur in facto & in iure l. hoc amplius.§. de his autem.ff.de damn.infect. & ibi Bar. & in.l. patris & filij. ff. de uulga. & pupilla. & in.l. in actionibus. ff. de in litem iuran. & in. l. iuris gentium. §. ideo. ff. de pactis. modo sic, text. dicit tunc autem substitutionem admittimus, quando non nascitur posthumus, uel quando post natiuitatem mater prædecessit: ergo si mater non prædecessit, sed superuixit, deberet substitutus

29 Pupillaris tacita an excludat ius accrescendi competens matri.

30 Intell. l. fi. C. de inst. & subst. Casus exceptus firmat regulam in contrarium.

Verba autem uero. & similia aduersantur.

excludi, quia in hoc tertio casu est diuersitas in facto, quia aliud est prædecedere aliud superuiuere, ergo debet etiam esse diuersitas in iure propter naturam dictionis autem, licèt ergo substitutus admittatur quando posthumus non est natus, uel quando post natiuitatem mater prædecessit, tamen quando mater superuixit, debet substitutus excludi: si excluditur, ergo admittuntur hæredes matris, cum non supersit quid eis obsit. & hoc uidetur optime stringere &c. Quarto sic probo illud, posito quòd tex. iste deberet intelligi, quando mater esset mortua post mortem filii sui. l. quòd tunc deberet admitti substitutus prout sonant uerba literæ, tamen adhuc probo quòd heredes matris præferantur substituto. Nam communis sententia est, quòd ius transmissionis est potentius iure substitutionis. l. un. C. de his qui ante ap. tab. ubi est casus singularis secundum Pau. ibi post Bar. in.l.j. iiij. col. in uersiculo item dubitatur, ff. de uulg. & pupil. substi. per Bar. Bal. & omnes in.l.3. C. de hær. inst. dixi supra latè. Ergo quamuis tex. iste dicat quod matre mortua, debeat admitti substitutus, tamen debet subaudiri, nisi sint aliqui, in quos fiat transmissio: nam tunc illi præferentur substituto. & sic tex. d.l fin. probat conclusionem meam iuncta hac subauditione, & per hoc quia expedit iura iuribus concordare c. cum expediant de elect. lib. 6. Cum ergo tex. dicat ꝙ admittitur substitutus quamuis in tex. de transmissione uerbum nullum, tamen debemus intelligere quòd admittitur scilicet nisi alii cum excludant uigore transmissionis ut iura iuribus concordentur. nec huic &c. Quinto sic probatur, scilicet 31 quòd habeat locum transmissio, quia in casibus in quibus per dationem substituti impeditur transmissio deberet intelligi quando substitutio est expressa secus si tacita, ita singulariter tenet Bal. in.l. cum proponas. 3. col. C. de hære. inst. cum ergo in casu nostro sit substitutio pupillaris tacita comprehensa in uulgari expressa, patet, quòd quamuis per expressam pupillarem excludatur mater, & per consequens impediatur transmissio: tamen per tacitam ipsa non excluditur. ut. d.l. fin. & est notum & sic in consequentiam non debet impediri transmissio, quia per substitutionem tacitam transmissio non impeditur. ut dixi & est aduertendum quòd istud fundamentum uidetur stringere à fortiori. Nã si filius cui datus est substitutus tacitus potest transmittere. non obstante substituto, qui uidebatur eum impedire ne fieret transmissio in præiudicium ipsius scilicet substituti, ergo à fortiori transmittere poterit mater cui non est datus substitutus: quia mater quò ad substitutum liberas ædes habet. l. loci corpus. §. competit. ff. si seruitus uendi. & sic non est aliquis qui eam impediat, quòd secus uidebatur in casu præcedẽti. Certum est aũt ꝙ omnis institutus, uel ueniẽs ab intestato põt transmittere saltim per. l. cum antiquioribus ut ibi habetur plenè. cũ ergo mater de qua agimus præcẽdat successionẽ in bonis filii sui & in his bonis nõ habeat substitutum, ergo indistinctè debet transmittere saltim ius deliberandi ad hæredes suos, cùm etiam ille, qui habet substitutum transmittat ut supra dixi. Sexto hoc sic probatur, certum est quòd mater eo ipso quòd superuixit filio suo statim se inclusit & per hoc substitutum exclusit, ergo durante causa exclusionis, quæ durat pro interesse excludentis cuius interest transmittere in descentes suos propter naturale uotum. l. de emancipatis. C. de legi. hære. l. nam & si parentibus. ff. de inoff. tes. testamento. l. cum ratio. ff. de bonis damna. l. nihil interest. ff. de bo. liber. l. scripto in fi. ff. und. liberi. necessariò sequitur, quòd durabit ipsa exclusio. nam quod uni est collatum alteri est ablatũ. l. quod in rerum. §. si quid post. ff. de leg. i. facit. l. nec utilem. ff. ex quibus cau. maio. si ergo durat exclusio, ergo habet locũ transmissio: cùm substitutus non impediat. sic 32 dicimus in simili in filio primo genito, qui nascendo se inclusit, & per hoc secundo genitum perpetuò exclusit. Vnde licèt postea

moriatur

Transmissio potentior quam substitutio.

31 Trans. si quãdo per substitutũ impeditur intelligitur per expressũ non per tacitum.

32 Primogenitus qui exclusit secundo genitum, & si illico moriatur durat exclusio.

moriatur etiam patre uiuente quod est fortius nihilominus nepos ex eo succedit excluso secundo genito, quia durat causa exclusionis per interesse excludentis cuius interest transmittere in filium suum. i. nepotem propter naturale uotum, ut dixi. & ista est ratio Bald. inter alias in.l.cum antiquioribus de iur.delibe. quinta col.post medium uers.nouu quia primo genitus nascendo &c. Quid dicendum? ueritas est, quòd si post nati-

Conclusio. uitatem & mortem filii mater uiuo adhuc substituto decessit, potuit eam filii portionem ad hæredes suos excluso substituto transmittere ex potentia iuris deliberandi. iuxta regulam.l.cum antiquioribus.C. de iure delib.quæ & hoc casu non est cur locum non habeat, iuxta formam illius legis: ut sic si mater sciuit mortuum esse filium & infra annum decessit, nec eius hæreditatẽ repudiauit, eam transmittat excluso substituto. & ad arg. contraria facilis responsio est, quòd si mater post annum ad deliberandum concessum decederet, non trãsmitteret.d.l.cum antiquioribus.sicq; substitutus admitteretur exclusis reliquis impuberis legitimis heredibus ut in simili per Bar.in.l.centurio ad prin.ff. de uulga.

Iunctis his, quæ supra diximus in fundamentis pro communi op.quæ in dubio uera non est.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas filijsf. iure ne suitatis an necessitatis quæsita intelligatur.*
2 *Intell.l.in suis.ff.de lib.& posth.*
3 *Sui tam necessarij & magis erant quam serui.*
4 *Transmissio iure suitatis unde censetur.*
5 *Transmissio non tam iure suitatis quàm necessitatis contingere.*
6 *Transmittitur hæreditas iure suitatis ut quæsita sed non ut adita.*
7 *Filij non minus hæredes necessarij quàm serui.*
8 *Filij etiam si deliberantes decesserint hæredes mero iure facti uidentur.*
9 *Suitas non tollitur quando filius sub conditione scriptus fuit & etiam cohæredem extraneum habuit, ardua q.*
10 *Suitas non tollitur datione cohæredis extranei ingens. q.*
11 *Suitas nõ tollitur licèt filius & sub conditione scriptus fuerit & substit. uulg. & cohæredem extraneum habuerit.*
12 *Conditio potestatiua non extinguit suitatem.*
13 *Proximitas quo tempore inspiciatur.*
14 *Conditio potestatiua, quæ ultimo uitæ spiritu impleri poterat extinguit suitatem si filius ante eam impletam moriatur.*
15 *Conditio si uelit an repudiatione extinguatur.*
16 *Conditio si uelit non tollit suitatem, contra communem opin.*
17 *Suitas per conditionem si uoluerit extincta non reuiuiscit, licèt ea conditio existat secundum Aretinum, nos contra ut non extinguatur.*
18 *Necessitate coactis non alijs subuenitur.*
19 *Mens potissimùm inspicienda.*
20 *Suitas pendente posthumi natiuitate suspenditur, non tollitur.*
21 *Intellectus l.Cornelius.ff.de hær. inst.*
22 *Transmissio iure suitatis, quæ fit non impeditur per conditionem si uelit, contra communem.*
23 *Abstentionis reuocandæ ius cessat si filius sub conditione si uelit sit institutus, idem si esset statutum ut filij possent abstinere.*
24 *Aditio hæreditatis per implemẽtum huius conditionis si uelit, an inducatur, ardua q.*
25 *Verba quo animo sint prolata, si dubitetur, standum declarationi proferentis.*
26 *Abstinendi beneficium non datur nisi ei, qui inuitus hæres extitit.*
27 *Abstinendi beneficium amittit, qui sub conditione si decem dederit institutus eam impleuit.*
28 *Conditio si uelit, an filium faciat uoluntarium hæredem, ardua q.*
29 *Exhæredatio an desideret confirmationem per hæreditatis aditionem, ardua q.*
30 *Intellectus l.filium.§.sed cum exhæredatio.ff. de contra tab.*
31 *Mors omnia soluit.*
32 *Mors extinguit suitatem suspensam.*
33 *Exhæredatio aditione hæredis confirmatur, quando testamentum non poterat querelari.*
34 *Exhæredatio morte exhæredati confirmatur.*
35 *Intell.l.qui in aliena.§.interdum ff. de acq.hæredi.*
36 *Exhæredatio unius an suitate alterius confirmetur.*
37 *Proximitas quo ad successores ab intestato quando inspiciatur.*
38 *Suitate unius filij alterius filij exhæredatio confirmatur ad effectum tantùm confirmandi tabulas pupillares.*
39 *Abstinendi beneficium quibus detur.*
40 *Intell.l.necessarijs.ff. de acq.hære & §. sed his permittit, inst. de hæred.qual.*
41 *Intell.l. qui in aliena §.interdum.ff.de acq.hær.*



T quia transmissionum de quibus egimus illa, quæ iure suitatis contingit princeps est, ideo de ea plenè differendum nobis est, & de ipsius suitatis resolutione: quia de eius origine & effectu plenè egimus supra. §. 19. & §. 21. aliqoid dicemus. Præmitte q̃
1 iure ut puto duodecim tabularum non minus necessarius hæres filius patri erat quàm domino seruus, ideoq; in.l.necessariis. de acquiren. hæred. ff.l. quia in aliena.§.interdum. eod.necessarii simpliciter appellantur. nec obs. q̃ in.§.sui.inst.de hære.qual. & .§.1.insti. de hære. ab intestatu, sui & necessarij appellantur. Nam nomen suitatis ad tempus uitæ patris referendum est, nam cum uerbum hæres idem significet quòd dominus §.fin.inst. de hære.qual.cumq; ipsi in uita etiam parentum domini quodammodo reputentur: hinc euenit, quòd etiam post mortem patrum hæredes dicuntur, nõ solùm necessarii sed etiam sui, ot per illam suorum adiectionem à seruis distinguantur & dignoscantur. ita intelligo.l.in suis. de libe.& posthu. ibi qua si solùm domini essent, & ibi qui etiam uiuo patre quodammodu domini extimabantur, & ibi unde etiam filius, & maximè ibi, itaque post mortem patris non hæreditatem percipere uidentur, sed magis bonorum administrationem consequi. idem in.§.sed sui. insti. de hæred. quali. ibi, uiuo quoque patre domini ideu quodammodo existimantur, quòd ut experientia docet, liberi etiam in seruis parentum imperium habent, seruos enim ut parentum ita & liberorum iussa facescere cæterasq; res parentum uidemus per filius & administrari curari, & interdum dissipari, quæ omnia in seruis non cadunt. Hinc
2 infertur, quòd nomen suitatis quod filiis propter ea quę in uita parentum fiunt, accommodatum est: non pertinet ad ea, quæ fiunt post mortem parentum & consequenter non impedit quin post mortem parentum tã necessarii sint quam serui, quod apertissime colligitur ex.§.sed sui.insti.de her.qual. dum postquam declarauit quare dicantur sui, dicit suos dici propter effectus respicientes uitam parentum: dum autem declarat quare dicantur necessarii, ait, id esse propter effectus, qui sunt post mortem parentum, quibus necessariò siue uelint siue nolint ex.l.duodecim tabularum hæredes fiunt, quo iure ex supra dictis patet quod non minus hæredes necessarii post mortem existebant parentum quàm serui

1 Hæreditas filijsf. iure ne suitatis an necessitatis quæsita intelligatur.

2 Intell.l. in suis .ff. de lib. & posthu.

nec nomen suitatis quod ut dixi uitam tantùm parentū respiciebat poterat uel in minimo necessitatem minuere, quæ propter affectus post mortem parentum contingentes inuenta fuit: imò tale suitatis nomen potius augere necessitatē filiorum quam minuere debet; quia propter illam suitatem uidetur quod filius nō uideatur noua hæreditas obuenere, sed iam obuentæ & quæsitæ hæreditatis administrandæ facultas contingere & detegi uideatur. tex. in d. l. in suis in tribus locis suprà citatis, 3 quam perpendo quarto loco ibi, ut nulla uideatur noua hæreditas fuisse. Vnde ut antiquius hæreditas sibi ipsis quam seruis, quæsita uidebatur, ita & magis necessarij ipsi quàm serui uideri debent argu. l. patre furioso. ff. qui sunt sui uel alien. Vnde infero, quod cum hodie necessitas illa sibi per prętorem sublata sit, non ipso iure sed suo demum facto (necesse enim habent suum abstinendi animum declarare. d. l. necessariis in uerbo, si uelint. d. §. necessariis in uerbo, uolentibus uoluntas enim facti est, non iuris. l. pro hærede. ff. de acquirend. hæredit. glo. prima in l. multum eod. tit.) interueniente. i. abstentione hæredes esse desinunt: cum enim. l. uelocius operetur, quia in monumento quàm homo. arg. l. fi. quando dies. leg. ced. ff. negari non potest quin. l. duodecim. tabularum prius filium hæredem effecerit quàm ipse hæres esse desinat per abstentionem. Inde 4 infero quare etiam post inuentum abstinendi beneficium adhuc hæreditatem ex potentia suitatis uel potius necessitatis filij transmittant? nempe quod facultate abstinendi, non obstante ueloci legis operatione hæredes effecti sunt necessarii, necessarii dixi, quia ipsi efficere non possunt quin semel hęredes fiant licèt postea facti possint hęredes esse desinere: effectusq; est tā propter transmissionem q̄ quod etiam hæreditatem quam ipsi repudiaturi erant, illam eorum hæredes fortè amplectentur. Inde 5 infero, quòd non rectè dicetur hæreditatem transmitti ex potentia suitatis, quæ ad effectus ante mortem pertinet parentuum sed potius necessitatis, qui effectus post eorum mortem respicit tempus. Hinc 6 etiam infero transmissionem ex potentia suitatis uel potius necessitatis fieri, quasi de hæreditate iam quæsita, licèt in aliis transmissionibus aliud fit: eadem ratione & quod 7 filii non minus necessarii quam serui uideantur. probat. l. necessarius. l. si quis filium. §. i. l. qui in aliena. §. interdum. ff. de acquirend. hæred. l. Cornelius. ff. de hæredibus. instituen. l. uerba. de. conditionibus insti. in quibus legibus necessarii simpliciter dicuntur. Adde quòd sui simpliciter appellantur, in l. iam dubitari de hæredibus instituen. ff. sed ibi propter effectus ante mortem, nam pater filios nepotes'ue suitatem habentes instituere tenetur, & non quouis modo, sed simpliciter idest purè uel sub conditione potestatiua. l. si pater. C. de institut. & substitutio. iuncta. l. inter cętera. de liberis. & posthumis. ff. Vnde infero, quod iure duodecim tabularum, eo respectu poterant dici magis necessarii quàm serui, quos instituebamus, non in necessitate sed uoluntate. Adde quod sui appellantur simpliciter in. l. si quis suus. de iure deliberandi. ff. l. fi. C. de tepu. hæredi. & hoc & propter effectus post mortem ut abstensionem post mortem factam possit reuocare. solutio, ibi non loquitur de iure duodecim tabularum, sed postquam filiis suis abstinendi beneficium datum fuit, additum etiam fuit reuocandæ abstensionis beneficium: suitas ergo hodie potest considerari etiam propter effectus post mortem parentum, sed iure duodecim. tabularum non poterat. infero quòd cùm iure suitatis transmittatur hæreditas hodieque etiam olim & iure duodecim. tabularum propter effectus post mortem parentum fiat talis transmissio non quidem iure suitatis sed necessitatis fiet: quia omnes effectus post mortem parentum necessitas, non suitas operabatur. Vnde subinfertur quòd 8 etiam hodie sui, qui deliberantes decedunt hæredes mero iure facti decedunt, licèt reuocabiliter propter abstinendi beneficium eorum etiam hæredibus concessum. l. si quis filiū. §. i. de acquirend. hęred. his suppositis cùm quæritur, an per adiectionem conditionis uel cohæredis uel substituti tollatur suitas sunt plures casus inspiciendi.

3 *Sui tā necessarij & magis erant quam serui.*

4 *Transmissio iure suitatis unde causetur.*

5 *Transmissio non tā iure suitatis quam necessitatis cōtingere.*

6 *Transmittitur hæreditas iure suitatis ut quæsita sed non ut adita.*

7 *Filij non minus hæredes necessarij quā serui.*

8 *Filii etiā si deliberātes decesserint hæredes mero iure facti uidentur.*

Primus casus, cùm 9 sub conditione potestatiua institutus fuit & cohæredem extraneum habuit, certè tunc interim dum pendet conditio, suitas suspenditur .i. impeditur suos effectus operari. text. est in l. fin. ff. de cond. inst. ubi dum talis conditio pendet, filius nec ex testamento hæres existit: quia non dum per existentiam conditionis confirmatum est testamentum, nec ab intestato hęres suus existit, quia quandiu successioni ex testamento locus esse potest; cessat ab intestato successio. ut. l. quandiu de acq. her. l. quandiu de reg. iur. sin autem conditio existat. i. impleta sit, tunc suitas, quæ suspensa impeditaque erat incipit ab illo impedimento liberari suosque operari effectus, impletaque conditione ipso iure hæredem sine noua aditione facere. ut probatur in. l. conditionibus pupillus, de conditionibus & demon. iuncta. l. i. §. i. de conditione ob cau. ff. ut declarat Soci. in d. l. conditionibus col. antep. pe. & fi. ad idem l. iam dubitari in fi. ff. de hęr. inst. in quibus. ll. habetur quòd suus sub conditione potestatiua institutus, si conditionem impleuerit, statim sine noua aditione fit hęres ex ui legalis dispositionis. i. suitatis: quòd si talis conditio deficiat, tunc suitas, quæ suspensa impeditaque erat locum facit substituto, interdum uiuo adhuc filio sub tali conditione potestatiua instituto, ueluti si conditio talis in ultimo uitæ spiritu impleri non poterat, interdum mortuo demum filio ueluti si erat talis conditio, quæ ultimo uitæ spiritu poterat impleri. iuxta. l. fi. ff. de cond. inst. Hinc infertur quòd hæc conditio, si uoluerit in casu nostro primo dum pendet, suitatem impedit & suspendit & tegit: dum existit, eam detegit permittitque suos operari effectus: dum autem deficit per mortem instituti (post mortem enim instituti ad eius hæredem facultas conditionis implendæ non transit scilicet. i. sub diuersis. l. si ita expressum. l. cum ita datur. l. pe. de condition. & demonstr. ff. l. si penum, quando dies leg. cedat. l. si decem eum petiero. l. qui Romæ. §. Augerius. ff. de uerbo. oblig.) eam extinguit.

9 *Suitas non tollitur quando filius sub cōditione scriptus fuit & etiā cohæredem extraneum habuit, ardua q.*

Secundo 10 casu quando & sub conditione filius institutus fuit, & cohęredem habuit, pendente quidem conditione suitatem similiter suspensam puto, quia quā diu pendet conditio, tandiu locus esse potest successioni ex testamento: quandiu autem successioni ex testamento locus esse potest, tandiu cessat abintestato successio. ergo &c. Nam nec ex testamento suus hæres esse potest, quia confirmatum non est, cùm conditio adhuc pendeat, nec abintestato suus hæres esse potest, quia ex testamento successio adhuc contingere potest. sin autem conditio existat, statim suitatem, quæ dum pendebat impedierat, modò liberatur ab illo impedimento, & suos sinit operari effectus. i. ut institutum suum ex testamento hæredem absque noua aditione faciat: & consequenter illam hæreditatis portionem ad quoscumq; non obstante cohęrede transmittat. suitas enim etiam secundum communem op. quò ad transmissionem per dationem cohęredis extranei, non tollitur. ut l. 3. & ibi doct. C. de iure delib. arg. d. l. fi. de conditioni. inst. ut proximo membro dixi. quòd si talis conditio deficiat, quia institutus filius ante eam impletam decesserit, tunc suitas, quæ dum conditio pendebat suspensa impeditaq; erat, modò cum conditio defecit ex toto extinguitur, totaq; hæreditas ad cohæredem iure accrescendi pertinet. nam filius illam portionem suam habere nec potest quasi suus ex testamento hæres, quia conditionem non impleuit, nec quasi suus aliquanto. hæres, quia cum sit cohæres testamentarius ad quem ex testamento tota successio pertinere potest, cessat successio abintestato etiam ex capite suitatis. Nam non

10 *Suitas non tollitur datione cohæredis extranei, ingens q.*

minus

minus abintestato succesſio ex ſuitatis capite quàm ex alijs capitibus defertur. ut. §. inteſtatorum cum plu. ſeq.inſtit.de hær.ab inteſtato. Tertio 11 autem caſu cùm & ſub conditione inſtitutus fuit & cohæredem

11 Suitas nō tollitur licèt filius & ſub conditione ſcriptus fuerit & ſubſt.uulg. & cohæredem extraneum habuerit.

ſubſtitutumq́ue uulgarem habuit eadem diſtinctio admittenda eſt, quæ inpræcedentibus duobus membris per eandem rationem. Quòd autem hia tribus caſibus ſuitas per conditionis uel cohæredis extranei uel ſubſtituti uulgaris adiectionem non tollatur, id eſt contra communes ſententias.ut plenè reſoluit Iaſ. & Alex. nume. 20. poſt Bar. & alios in.l. ſi filius qui patri.ff. de uulg.ubi Soci.not.Iaſ.& Alex.nume.3.poſt Bar.& alios in.l.ſi filius hæres.ff.de lib.& poſt.ubi not.per Alex.Romanus & Alex. nume.3.& 4.in.l.apud Iulianum.§.idem Iulianus.ff. ad Treb. & alij quam plures, quos retulimus ſuprà.§.21.num.187. ex quibus uix apparet harum opinionum utræ receptiores ſint. Quarto 12 autẽ

12 Conditio poteſtatiua non extinguit ſuitatem.

caſu cum ſub poteſtatiua conditione inſtitutus fuit, nec habuit ſubſtitutionem uel cohæredem, tunc dum conditio pendet, ſuitas ſuſpenditur. nam ex teſtamento is filius hæres ſuus eſſe non poteſt, quia nondum conditionem impleuit, nec abinteſtato, quia adhuc locus eſſe poteſt ſucceſſioni ex teſtamento. Sin autem conditio impleatur, ſuitas, quæ ſuſpenſa impeditaque erat, liberatur ab illo impedimento: incipitq́ue ſuos operari effectus. nam filium illam conditionem implẽtem abſq; noua aditione ſuum hæredem facit ipſo iure & ex teſtamento .ut probatur in.l. conditionibus pupillus ſuprà all.& in.l.iam dubitari in fine de hære.inſtituen.iuncta.l.i.§.1.ff.de condi.ob cauſ.quòd ſi conditio defecerit quia ante eius implementum filius deceſſerit, tunc; ſi erat talis conditio, quæ ultimo uitæ ſpiritu impleri non poteſt, tunc dicitur illa conditio defecta.l.fi. cum.gloſ. ff.quãdo dies leg.ced.l.fi.ad fi.ff.de conditio.inſti.& conſequentur ut pote teſtamento per defectum conditionis deſtituto fit locus ſucceſſioni ab inteſtato, & per hoc ipſemet filius ut ſuus ab inteſtato patri ſuccedit; qoia ſe nullus proximior eſt.ut in.§.inteſtaturum, inſtit. de hæred.ab inteſta. & proximitas 13 tempore deſtituti teſtamenti inſpicitur.ut.§.cum autem quæritur inſtit. de hæred.ab inteſt. &.§.proximus. inſt. de leg.agn. ſuc.&.l.fi.in fi.de cond.inſt.ita in ſpecie eſt tex.in.l.fi.de cond.inſti. ff. in uerbo, qui ſi neminem. ubi patet quòd

13 Proximitas quo tẽpore inſpiciatur.

defecta conditione ſuitas liberatur ſuoſque incipit operari effectus ab inteſtato quę dum pẽdebat conditio ſuſpenſa impeditaq́ue erat, licèt id uideatur contra tex. & quod ibi ait Bart.in.l.cum tale.§.reſcriptum de condi. & demonſt. ff. quòd ſi illa conditio poteſt impleri in ultimo uitæ ſpiritu, tunc & dum talis conditio pendet, ſuitas filii ſuſpenſa eſt, & dum conditio deficit, ſuitas omnino extinguitur.ut.d.l.fi.ad fi.ff.de cond.inſt. ratio, quia dum 14 pendebat conditio filius ſuus hæres eſſe

14 Conditio poteſtatiua, quæ ultimo uitæ ſpiritu impleri poterat extinguit ſuitatẽ ſi filius ante eam impletam moriatur.

non poterat ex teſtamento, quia conditio non dum erat impleta, nec ab inteſtato quia adhuc locus eſſe poterat ſucceſſioni ex teſtamento. Itẽ cùm cõditio illa poſſet ultimo uitæ ſpiritu impleri ipſa non ante deficit quàm filius ipſe perfectè mortuus fuit, poſtquam autem mortuus fuit, ſuus hæres eſſe non potuit: quia mors omnia ſoluit ut auth.de nupti.§. deinceps. & hoc quando conditio morte deficit. Quòd ſi 15 conditio poteſtatiua repudiatione (ſed an repudiatione deficere poſſit, dic ut per Aretin.in.l.is qui hæres in pr.col.1. & ibi Iaſ.col.2.poſt. Paul.& Alex.ff.de acquiren.hæred.) defeciſſet, & ſic in

15 Conditio ſi uelit an repudiatione extinguatur.

uita filii conditionem illam impleri recuſantis, tunc indiſtinctè filius ſuus hæres ab inteſtato patri eſſet. argum. d.l.fi.de cond.inſti.ibi, qui ſi neminem ſubſtitutum haberet. Ex prędictis infertur, quòd 16 hæc conditio ſi uolet, cùm in ultimo uitę ſpiritu impleri non poſſit. ut.l.fi.cum glo.ff.quand.dies. lega. ced. certè nunquam tollit ſuitatem ſi quidem filius ſubſtitutum non habeat uel cohæredem ſuum uel extraneum, ſiue illa conditio morte ſiue repudiatione filii defuerit, quod eſt contra

16 Conditio ſi uelit non tollit ſuitatem, contra communem opin.

communem opinionem uolentem quòd cùm filius ſub hac conditione, ſi uolet, inſtituitur, tollitur ſuitas.ita tenet Bar.in.l.ſi filius qui patri.num.5.ff.de uulga.& idẽ ſentit in.l.Cornelius.& in.l.iam dubitari in ſummario. de hæred.inſti.& in.l.Iulianus.ff.ſi quis omiſſa.cauſa teſta. & Aretinus.in.l.ſi filius hæres. col. peo. in medio.ff. de lib.& poſt.& in col.6.in medio.& Paul.in l.uerba.ff.de condi.inſt.& Alex.in.d.l.ſi filius hæres num.3.& Alex.in l.apud Iulianum.§.idem Iulianus num.6.ff ad Trebel.& Iaſ.in.d.l.filius hæres.num.33.hoc amplius 17 non ſolum hæc conditio ſi uoluerit dum pendet, ſuſpendit uel

17 Suitas per conditionem ſi uoluerit extincta non reuiuiſcat, licèt ea cõditio exiſtat ſecundum Aretinũ, nos contra ut non extinguatur.

tollit ſuitatem, ſed etiam ſi exiſtat ſuitas ad huc extincta remanet nec reuiuiſcit. ſecundum Aretin. in.d.l.ſi filius hęres.col.6.in medio. Sed cõtrariam opinionem, quòd ſuitas non tollatur, tenuit glo.fi.in.l.iam dubitari ff.de hęred.inſtituen.& Alex.in.l.i. de uulgari.num.17. & Lancelottus Politus.in tractatu. ſubſti.in.3.particula. nume. 92. licèt communem. ſequatur Socinus in.l.i.de uulga.col.20.poſt medium. Sed contra communem teneo ut dixi, & hæc opinio mea tangitur per Soci.in.l conditionibus col.3.ff.de cond.& dem. & probatur primò per.d.l.fi.de cond.inſti.in uerbo, qui ſi neminem, ſecundò per.l.cõditionibus pupillus.de cond.& demonſt. ubi impleta conditione ſtatim filius ſuus hæres exiſtit ex potentia ſuitatis, quæ per appoſitionem conditionis ſublata non fuit. 3. probatur in.l.iam dubitari.ff. de hæred.inſti.in prine.ad idem.l.ſuus quoque ff.de hæred.inſtituen.dum ait ſuos hæredes ſub hac conditione, ſi uellent inſtitui poſſe, nec dicit ſuitatem tolli, ſed potius eam manere ait: dum taliter inſtitutos ſuos ad huc appellat. nam illud uerbum; ſuos poteſt intelligi, uel qui ſui erant antequam taliter inſtituerentur tantùm, uel poſtquam taliter inſtituti fuerunt tantùm uel utroque tempore, quod magis eſt, ut per hoc illius tex. generalitas ſeruetur. argum.l. pręcipimus.in fi. C. de appella. poteſt & .d.l. ponderari.in uerſ. penul. cum uerſ.fi. ubi æquiparatur, quòd filius inſtituatur ſub hac conditione ſi uolet, uel ſub alia poteſt, ſed expeditum eſt ſuitatẽ non tolli per conditionem aliam poteſtatiuam puta ſi Alexandriam ierit, uel ſi decem dederit. ut.d.l fi. &.l. conditionibus, ergo idem & in hac conditione ſi uoluerit. Præterea in.d.uerſi.penul.&.d.uerſ.fi.dicitur, quòd filius ſub conditione ſi uoluerit, uel alia poteſtatiua inſtitutus, non habet beneficium abſtinendi, idq́ue intelligendum eſt uel conditione defecta, uel pendente conditione, uel impleta conditione, Primo caſu intelligi non poteſt, ridiculum enim eſſet dubitare, an beneficium abſtinendi habiturus eſſet, & ſi iam hæres eſſe defineret is, qui etiam ſi uelit, hæres eſſe non poſſet propter defectum conditionis. Secundo autem caſu ſimiliter intelligi non poteſt, nam filius ſub conditione inſtitutus pendente quidem conditione etiam ſi uolit hæres eſſe non poterit, ergo fruſtra dubitaretur, an qui hęres nec eſt, nec eſſe poteſt, hæres eſſe deſinere poſſit per beneficium abſtinendi: cùm priuatio talis ſine habitu eſſe nõ poſſit.ut.l.decem.de uerb.ob.ff. ſupereſt ergo ut tertio caſu ſint intelligendi.dd.uerſ. pe.& fi.ſ.poſt conditionẽ impletam. ſi ergo filius ſub hac conditione ſi uoluerit uel alia poteſtatiua inſtitutus poſt cond. impletam propter eius implementum beneficium abſtinendi amiſit.ut.d.uerſ.pe.& fi.ergo illud non amiſit propterea quòd ſuitas fuerit ſublata. & quòd.d. uerſ. penul. & final.ita ſint intelligendi, patet; ibidem, ibi, cum ea cõditione inſtituti iam non ut neceſſarii ſed ſua ſponte hæredes extiterint. Quorum uerborum ſenſus eſt, quòd filius non aliter beneficium abſtinendi datur quam ſi inuiti & citra eorum factum hæredes ipſo iure extiterint. ut ibi.&.l.ſi filius qui patri.ubi doct.de uulg. &l.i. C. ſi minor.ab hęre.abſt. At qui 18 conditionem poteſtatiuam ſub qua inſtitutus fuit impleuit, licèt tali conditione impleta hæres fiat mediante legis diſpoſitione ut.l. conditionibus. de condi. & demonſt. & per hoc hæres

18 Neceſſitate coactus non alijs ſubuenitur.

neceſſarius

necessarius extiterit, tamen cũ huic necessitati ipse causam. conditioné sponte implendo dederit, sibi imputandum est, ut abstinendi beneficium nõ habeat. ut. d. uersi. penul. & finali. & argu. l. fideiussor. §. in necessaria. ff. qui satisd. cog. & in regula iurisdicentis, qui causam damni dat damnum dedisse uidetur. Sic ergo in. d. uers. penult. & fin. beneficium abstinendi non admittitur. Prætetea non per appositionem illius conditionis, si uoluerit, uel alterius conditionis potestatiuæ suitas sublata fuit ut. DD. falsò opinantur, sed propterea quod per implementum talis conditionis uoluntariæ causam sponte dedisse uidentur, ut hæredes existerent necessarij. Et ideo dico quòd in. d. uersi. penul. & fi. filius suus hæres patri extitit, quia per appositionem illius conditionis suitas non fuit sublata, sed tantùm suspensa & impedita, quæ per implementum ipsius conditionis fuit ab illo impedimento liberata. ut d. l. conditionibus pupillus, quod est contra. dd. qui intelligunt ꝙ ibi filius amiserit suitatem per appositionem illius conditionis si uoluerit, uel alterius conditionis potestatiuæ & sic conditionem implendo, hæredes uoluntarij existere uidentur: & consequenter beneficium abstinendi non habent. ut. d. l. filius qui patri. ff. de uulga. quod falsum esse uel ex eo patet, quòd expeditum est ꝙ hęc conditio si decem dederit, uel si capitolium ascenderit, non tollit suitatem. d. l. conditionibus, & tamen filius institutus siue sub his conditionibus, siue sub illa conditione si uoluerit, pariter amittit beneficium abstinendi, si quidem hæres extiterit: ergo non est propterea quòd suitas per appositionem talium conditionum sublata fuerit sed propterea quod per uoluntarium illarum conditionum implementum hæredes uoluntarij suiq; existere uidentur.

Quarto & principaliter hæc opinio contra communem probatur per. l. uerba. ff. de cond. insti. ubi ait tex. hæc uerba Pluoius Neuius si uolet hęres esto, necessariò conditionem faciunt ut si nolit hęres non existat, ad hunc ergo effectum duntaxat conditio inducitur, ut si filius nolit, hæres effectualiter necessarius non existat: sub hac ergo conditione hęres esse desinit, si de eius uoluntate apparuerit, interim ergo dum non apparet, hæres suus existit. uel melius licet interim dũ de eius uoluntate uel noluntate non apparet, concedamus institutionem esse conditionalem conditionemq; pendere, suitatemq; per hoc suspensam esse, ut sic filius interim suus hęres non existat: tamen negari non potest quin cùm filius sit in ultimo uitæ spiritu conditio illa quæ pendebat extinguatur & deficiat, & consequenter filius suus hæres existat abintestato. ut. l. fi. uerb. qui si neminem. ff. de conditio. inst. ut supra declaraui. Quinto hęc conditio si uoluerit, constat appositam esse in fauorem filij ut hęres esse desinat si noluerit hæres existere: ergo suitatem tollere non debet, quæ filio proficua est propter transmissionem. argumento. l. quod fauore. de regul. iuris. l. non ideo minus. C. de procuratoribus. confirmatur, quia alias si diceremus suitatem tolli, tunc non solùm talia uerba præter sed etiam contra intentionem proferentis operarentur. contra. l. non omnis. ff. si certum petatur. & in. l. legata inutiliter. ff. de adimendis lega. confirmatur, Nam 19 in conditionibus interpretandis mens potissimùm testatoris sequenda est potius quàm facies uerborum. ut. l. in conditionibus de conditio. & demonstra. facit auth. de nuptiis. §. deinceps. sed mens testatoris fuit filio prodesse, ergo suitas tolli non debet: ne filius lædatur. ad idem tex. not. in. l. pater Seuerinam. §. conditionum uerba. ff. de conditionibus & demonstr. præterea mens uerbis generaliter præferenda est. l. 3. ubi remissiue notaui. de lib. præt. Sed mens testatoris fuit, ne suitas tolleretur, ergo &c. Itẽ cessante causa cessat testatoris legisq; contrahentisq; dispositio. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patronatus. l. cum pater. §. dulcissimis. de lega. 2. l. generaliter. C. de episcopis & cleric. Sed causa, quæ mouit patrem, fuit filio prodesse. ergo. Itaque conditio si uolet apposita in institutione filii, licet faciat conditionem, ut dicta. l. uerba. ff. de conditio. inst. non per hoc sequitur ꝙ tollat sed tantùm quòd suspendat suitatem, id quod & reliquæ conditiones potestatiuæ faciunt, quæ proculdubio non tollunt sed tantùm suspendunt suitatem. Sensus namq; dictę. l. uerba, quę cõcordat cũ. l. Cornelius. ff. de hęre. instituen. est quòd licèt conditio si uolet apposita in institutione extranei nihil operetur ex regula. l. iii. ff. de legat. 3. dicentis, conditionem, quæ tacitè inest si exprimatur nihil operari: tamen conditio si uolet apposita in institutione filiifam. operatur aliquid. nam facit institutionem filii conditionalem, quia hæres ex testamento patri esse non potest, nisi prius declarauerit se uelle hęredẽ esse. l. si ita legatũ. §. illi si uolet. ff. de leg. 1.

19 *Mens potißimũ inspicienda.*

Item quia supra dixi quod per appositionem huius conditionis si uolet, uel alterius potestatiuæ non tollitur suitas sed suspenditur. adde in simili: nam 20 & alias propter pendentiam posthumi suitas suspenditur, quia tunc est incerta testamenti ualiditas & apud nos & apud legem. ut. l. uentre, de acquirend. hæred. ff. & l. si filius hæres secundum uerum intell. l. a. sibi de lib. & posth. licèt secus si apud nos tantùm esset incertitudo. ut. d. l. uentre. & l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acquir. hæred. & in. l. antiquus. ff. si pars hær. pet.

20 *Suitas pẽdente posthumi natiuitate suspenditur, non tollitur.*

Tenendo opinionem, quæ est contra communé, non 21 non obstat. l. Cornelius. ff. de hær. inst. l. iam dubitari. eod. in. l. uerba. ff. de. cond. instit. inquibus habetur ꝙ hæc conditio si uoluerit, facit conditionem. nam id ingenué fateor, quod autem inde sequatur suitatem esse sublatam, & per hoc transmissionem ex potentia suitatis impeditam esse, id omnino nego. Nam non sequitur necessariò hæc conditio si uoluerit facit conditionem, ergo impedit & acquisitionem & transmissioné. nam fateor, quòd dum ipsa pendet impedit acquisitionem hereditatis facitque ut filius suus hæres esse non possit ex testamento: sed tamen suus hæres futurus est abintestato. Nam cum filius est in ultimo uitæ spiritu tunc hanc conditionem si uoluerit impleri non posse certum est. l. fin. cum glo. quando dies legati ced. & consequenter certum est destitutum esse testamentum delatamq; hæreditatem ab intestato filiumq; illum tunc temporis primum locum ab intestato obtinere expeditum est, consequenterq; eum hęredem esse abintestato ex potentia suitatis negari non potest. ut. l. fi. in uerbo qui si neminem. ff. de cond. inst. itaque hæc conditio si uoluerit, licet dum pendet impediat filium ex testamento suum hæredem esse. & si deficiat impediat, ne filius ex testamento suus hæres esse posit: tamen si existat, non impedit filium suum hæredem ex testamento esse. ut. l. conditionibus. de condi. & demonstr. sed suũ hæredem ab intestato filium esse nunquam impedit talis conditio, cùm filius cohęredem uel substitutum nõ habet, & consequenter non impeditur trãsmissio ex potentia suitatis ab intestato facienda. ut d. uersi. qui si neminem. Suus enim hęres patri filius existere potest uel ab intestato, ut in. §. intestatorum insti. de hęr. abintest. uel ex testaméto. l. qui in aliena. §. interdum. ff. de acquirend. hæredit.

21 *Intell. l. Cornelius ff de hær. inst.*

Et aduerte quod omnes. doct. quos suprà allegaui, qui 22 tenent quod per hanc conditionem si uolet, filii suitas tollatur: tenent similiter suitatis potentiã transmissionem contingentem sublatam esse. nam si suitas sublata est, ergo & eius effectus. s. transmissio. ita est cõmunis opinio, secundum Socinum. in. l. conditionibus col. 3. in princ. ff. de condi. & demonst. post Bal. Imol. & Roman. quos ipse refert idem uult Bart. in. l. si filius qui patri num. 5. de uulga. dum ait, ꝙ si sub conditione si uoluerit filius instituatur, existentia sui hęredis nil operatur, ergo nec transmissionem ex potentia suitatis, cuius contrarium teneo, ut dixi. s. quòd per appositionem huius conditionis si uoluerit, non impediatur transmissio ex

22 *Transmißio ex suitate, quæ fit non impeditur per conditionem si uolet, contra commu nem.*

sio ex potentia suitatis quando filius nec cohæredem habuit, nec substitutum: & sic sunt duæ conclusiones, prima quòd suitas per talem conditionem non tollatur. secunda quod transmissio ex potentia suitatis non impediatur.

Tenendo hanc partē, non obest si dicatur, quòd secundum hoc hæc conditio si uoluerit apposita a testatore nil opereretur, si suitas non tolleretur: quando quidem facultas abstinendi, quæ sibi à patre datur, erat etiam sibi concessa per prætorem. Nam resp. ꝙ immo multum operatur. nam licet alias si talis conditio apposita non esset, tunc inter mortem testatoris & existentiam sui ex testamento hæredis medium non esset. ut in.l. si post mortem de leg. j. ubi doct. & latè Bar. in.l. fi. col. fi. ad fi. de cond. inst. ff. modò autem erit medium, nam interim dum conditio pendet, suus hæres non erit, nec ex testamento, quia conditio non est impleta, nec abintestato: quia quandiu ex testamento hæres esse potest, abintestato suus hæres non erit. l. quandiu de acquir. hær. ff. Item etiam conditione defecta suus hæres ex testamento esse non potest, nam per defectum conditionis institutio conditionalis infirmatur. l. 1. & per totum. ff. de cōdition. & dem. ergo ex testamento suus hæres esse nō potest, licèt ab intestato futurus sit: at ea conditione non apposita suus hæres ex testamento statim post mortem testatoris absq; ullo medio esset. d. l. si post mortem Adde & aliam utilitatem, nam quando hæc conditio si uolet, apponitur, certè tunc si filius dicat hæredem se esse nolle ex testamento, hæres esse desinet ipso iure, quod probatur lege & ratione. nam probatur per. l. uerba hæc, de condit. inst. ubi tex. ait ꝙ filius sub tali conditione institutus si noluerit, hæres non existit, quod ipso iure intelligendum est. facit etiam quia dispositio testatoris æquiparatur dispositioni legis ciuilis. ut authen. de nupt. §. disponat. l. in conditionibus, de conditioni. & demon. l. filium quem habentem, in uerb. sanciat, ubi Ias. C. fam. her. Sed si per statutum daretur filio licētia abstinendi, tunc abstentione secuta ipso iure hęres esse desineret. ergo idem in licentia à testatore per appositionem huius conditionis, si uoluerit data.

23 Abstentio ne reuocā de iure cessat si filius sub conditione si uelit sit institutus, idem si esset statutum ut filij possent abstinere.

Hinc etiam notab. infero ꝙ 23 beneficium. l. fi. C. de rep. hær. non procederet in filio, qui sub hac conditione si uolet, hæres institutus esset. nec procederet si esset statutum ꝙ filii abstinere possent, nam iis casibus secuta abstentione filii ipso iure amissa suitate hęredes esse desinerent. beneficium d. l. non datur nisi suis. i. illis, qui ipso iure hæredes saltim nomine extiterunt. ut d. l. fi. & .l. si quis suus. ff. de iure deliber. ergo non dabitur hoc casu tale beneficium.

24 Aditio hæreditatis per implementum huius cōditionis si uelit, an inducatur, ar. dub q.

Ex prædictis 24 infertur, quòd. l. conditionibus. pupill. de cond. & demonstr. procedit etiam in ista conditione si uoluerit, ut illam conditionem implens hæres efficiatur a lege, nec uideatur per hoc adire: licèt contrarium tenet Bartol. ibi in fine & Paul. num. 3. & Socinus. col. 2. quod dicit communiter receptum post glo. in l. iam dubitari. ff. de hæredibus. inst. & glo. in. l. i. §. i. ff. de conditio. ob caus. & glo. in. l. ei qui ita hereditatem. ff. de condit. & inst. & Bart. & Alber. in. l. i. ff. de condit. ob caus. quam op. dicit communiter appro. Alexan. ibidem col. i. Ias. ibidem. col. 2. uidelicet quòd si filius in potestate sub conditione si uolet institutus dicat uolo hæres esse, tunc non solùm conditionem implere sed etiā immiscere uidetur, & consequenter amittit beneficium abstinendi. itaque sunt tres conclusiones, scilicet communes, Prima affirmatiua ꝙ immiscere uideatur, & sic ꝙ facto suo hęres efficiatur. Secunda negatiua, quòd non efficiatur hęres ex potentia suitatis & sic ex dispositione legis. Tertia ꝙ beneficium abstinendi amittat eo ꝙ hęres immediatè per aditionem suum effectus uideatur. Contrarium tamen immo ꝙ filius sub conditione si uolet institutus dicens uolo hęres esse, non uideatur immiscere sed tatùm conditionem implere. tenent Alex. in. l. i. de cond. ob caus. & Zas. ibidem. num. 9. post Christophorum de Castel. & Fulgos. & Romanum ibidem, quos ipse refert & Cumanus. in. d. l. iam dubitari. quorum opinionem contra communem ueriorem puto. Primo per. l. iam dubitari uersicul. penult. iuncto uersi. fi. ff. de hęre. inst. ubi patet ꝙ filius per implementum illius conditionis potestatiuę si uolet, uel alterius sub qua institutus fuit amisit beneficium abstinendi non per immistionem suam. Secundo per tex. clarum in. d. l. conditionibus generaliter (pro ut debet intelligi,) intelligendo, ubi patet quòd conditione potestatiua expleta filius hęres efficitur à lege ex potentia suitatis, non autem ex aditione sua. Ergo tex. ille potest exemplificari ꝙ filius sub conditione si uolet institutus dixit uolo hæres esse, & per hoc conditionem implere uisus fuit & consequenter hęres à lege factus fuit, non aditione sed ex potentia suitatis. Tertio per. l. fi. ff. de cond. insti. ubi filius sub conditione si decem dederit institutus fuit & eo in ultimo uitę spiritu existente conditio per alium impleta fuit: & ipse statim ex potentia suitatis hęres factus fuit. Nam per immistionem suam eo tempore hęres fieri non poterat. ut. l. fi. cum glo. ff. quando dies lega. ceda. Quarto per. l. ei qui ita hęreditatem. ff. de cōdit. inst. ubi filius sub conditione si decem dederit institutus fuit, & eo in ultimo uitę spiritu existente conditio extitit & impleta fuit per alium, ubi uidetur expressum, nam ibi sub conditione potestatiua fuit institutus: & tamen eam licèt impleuerit, non per hoc uisus fuit adire sed institutus sub conditione si uolet, dicens uolo hęres esse, secundum oēs constat conditionē impl'esse, licèt dubitetur an etiam adire uideatur. & ꝙ adire non uideatur, licèt conditionem impleuerit, est tex. ibi. & per. l. i. §. i. ff. de cond. ob caus. ubi generaliter dicitur ꝙ implens conditionem potestatiuam sub qua institutus est, non uidetur adire sed adeundi facultatem sibi prębere. Sexto probatur, nam sub conditione etiam potestatiua institutus, puta si iurauerit de eam implendo, non aliter hęres esse uidetur quam si constet eo animo impletam fuisse, ut hęres existeret. l. Antistius & ibi Bar. ff. de acquirend. hęred. Septimo probatur, nam sub conditione etiam potestatiua institutus antea qua impleat conditionem repudiare non potest. l. is qui hęres. ff. de acquirend. hęred. ergo nec adire. l. is potest. ff. de acquirend. hęreditate. sed illam conditionem si uoluerit constat non fuisse impletam antea quam filius proferet illa uerba, uolo heres esse: ergo illa proferendo non potuit adire, cum non dum impleuerit conditionem, quę impedit aditionem. Nec dicatur per illa uerba, utrunq; inductum esse & conditionis implementum & hereditatis agnitionem, nam dico talia uerba in dubio simpliciter intelligenda, non dupliciter & sic ad unum effectum prolata, non ad duos. argum. l. i. §. si quis simpliciter. ff. de uerbo. & in. l. i. ff. de uulgari. Octauo quo 25 animo uerba fuerint prolata, standum est declarationi proferentis. glo. notabilis. in. §. aliæ. instit. de actionibus Socinus. in. l. conditionibus supra allega. col. fi. si ergo filius dicat animo conditionis purificandæ, non immiscendi talia uerba fuisse prolata, eius dicto standum est. Vltimo facit. l. pupillus. ff. de condi. institu. denique aut filius sub conditione si uelet, institutus dixit uolo acquisitam mihi esse patris hæreditatē, & tunc hæc uerba inducunt conditionem: & per prius induxisse uidentur conditionis implementum inspecto, ordine intellectus. Aut dixit uolo impletam esse conditionem sub qua institutus fuit, & tunc non tantùm aditionem quàm conditionis implementum hæc uerba induxisse uidentur: qua impleta statim fit hęres à lege ex testamento. l. conditionibus pupillus. ff. de condit. & demon. Aut sumus in casu dubio, cùm dixit uolo hæres esse, & tunc siue dicas implementum tantum conditionis induci, in eius consequentiam sequitur acquisitio hæreditatis irreuocabiliter, siue dicas aditionem hæ-

Suitate nō immistione fit heres filius conditionē implens.

25 Verba quo animo sint prolata, si dubitetur, standum declarationi proferentis.

red. induci per prius inspecto ordine intellectus uidetur conditionis implementum inductum. unde hæc inspectio nullius momenti est, uerùm magis esse uidetur, ut cum uerba pleniori significatu sint intelligenda, tunc is filius ad utrunque effectum ea uerba protulisse uideatur: ut et conditio impleatur & hæres existat, sicque utrunque operabuntur.

Tenendo hanc partem non obst. l. iam dubitari in fin. ff. de hær. inst. in qua fundatur Bar. ibidem & communis opin. nam ibi dicitur quòd filius hanc conditionem si uoluerit uel aliam potestatiuam impleuit amisitque beneficium abstinendi communis opin. intelligit quòd beneficium abstinendi, ea eo ibi amittitur quòd talem cond. implendo filius uidetur immiscere quod est falsum. ut in. ll. suprà all. Nec obst. ille tex. nam ideo ibi beneficium abstinendi amittitur, quia licèt filius talem conditionem implendo hæres necessarius efficiatur ex potentia suitatis, beneficium tamen abstinendi non meretur, ex eo quód in illam necessitatem sponte incidit, conditionem potestatiuam sponte implendo: & qui causam danni dat &c. ut in reg. iur. sic & ei, qui facto suo uoluntario in necessitatem incidit non subuenitur. l. si fideiussor

26 *Abstinendi beneficium non datur nisi ei, qui inuitus hæres extitit.*

§. si necessaria. ff. qui satisdare cog. Nam 26 beneficium abstinendi non datur nisi ei, qui inuitus & absque suo facto hæres effectus est. ut. l. si filius qui patri. ff. de uulg. & in. l. i. C. si minor ab hær. abst. ita Soci. in. d. l. conditionibus col. pe. Nec obst. quod actus, qui in extraneo iure instituto aditionem induceret idem actus & in suo induceret immistionem, at in nostro casu est differentia inter filium sub conditione si uolet institutum, cuius institutio conditionalis est. ut. l. uerba ff. de cond. inst. & l. Cornelius. ff. de hær. inst. & extraneum sub illa conditione institutum, cuius institutio pura est. ut. dd. ll. unde si extraneus dicat uolo hæres esse, non potest causari se id dixisse animo conditionis implendę, cùm conditio nulla esset quod causari potest filius cùm conditio esset aliqua & utilis. ita Soc. in. d. l. conditionibus col. 2. uel resp. secundum Ias. ad fi. nume. 9. in. l. 1. ff. de cond. ob causam, quòd facilius inducitur immistio quàm aditio ad quod uide Soci. in. l. conditionibus suprà all. col. pe. uel tertiò resp. secundum Alex. ibidem quòd nõ facilius inducitur immistio quàm aditio sed filius, qui hanc conditionem si uolet impleuit, hæres efficitur non immistione sed legis dispositione, itaque & si fateamur quòd per tale conditionis implementum non induceretur immistio in suo sicut in extraneo, non inducitur aditio ad hæc tamen filius talem conditionem implens hæres efficeretur legis dispositione & potentia suitatis, non aditione. Extat ergo quòd filius sub hac cõditione si uolet hæres institutus, si dicat uolo hæres esse, non uidetur immiscere sed tantùm conditionem implere, contra cõmunem uolentem, quòd per talia uerba immiscere uideatur. Effectus est, quia si immiscere uideretur, amitteret beneficium abstinendi: at si conditionem tantùm implere uideretur, tunc abstinere posset nisi conditionem eo animo impleuit, ut statim heres esset, non solùm ut hæres esse posset secundum Bar. & comm. opin. in. l. iam dubitari. ff. de hær. inst. ut suprà dixi. at secundum meam opin. qui teneo quòd filius conditionẽ potestatiuam implendo indistinctè amittat beneficium abstinendi licèt non aditione sed legis dispositione hęres factus uideatur: tunc non refert uideatur ne adire an non hoc primo contra comm. quòd si rectè inspixeris nullus unquam tenuit. nam quòd Alex. & Ias. in. l. 1. de cond. ob cau. ff. & Soci. in. l. conditionibus col. pe. tenent contra communem prout omnes ipsi testantur. 5. quòd implendo filius conditionẽ potestatiuã sub qua institutus fuerat, qualis qualis talis conditio esset, siue illa si uolet, siue alia, tunc filius beneficium abstinendi amittat. illud indubitanter uerum puto contra comm. per. l. iam dubitari, uers. pe. & fi. ff. de hær. inst. Ex prædictis etiam infertur, ꝙ 27 filiusf. hęres sub cõditione si decem dederit institutus si illa decem dederit hęres necessarius efficitur à lege non uoluntarius. ut. l. conditionibus & d. l. iam dubitari, quod de plano procedit in prædicta conditione si dederit decem secundum Socin. in d. l. conditionibus col. 3. licèt contrarium sit uerum in illa conditione si uolet secundum eundem ibid. At ego etiam in hac conditione si uolet idem puto ut scilicet eam implens hæres a lege necessarius efficiatur per prædicta.

27 *Abstinendi beneficium amittit, qui sub conditione si decem dederit institutus eã impleuit.*

28 *Conditio si uelit, an filium faciat uoluntarium hæredem, ardua q.*

Ex predictis etiam infertur quod illud 28 quod aiunt Bar. & alii in. d. l. iam dubitari Bar. & alii in. l. Cornelius de hær. inst. Bar. & alii in. l. si filius qui patri de uulg. scilicet quòd filius sub conditione si uolet institutus hæres efficitur uoluntarius, est uerum pendente conditione, ea uerò impleta hæres efficitur ex dispositione legis & ex testamento, ea uerò defecta hæres similiter efficitur necessarius sed potest abstinere, sed non ex testamento sed ab intestato & probatur hoc in d. l. iam dubitari iuncta. l. si. uers. qui si neminem. ff. de cond. inst. & sic communis opin. ex tribus casibus in altero tantùm uera est. nam Bar. & communis in locis prælegatis uolunt quòd filius sub conditione si uolet institutus, hęres uoluntarius efficiatur, idque uerum esse nullo casu potest, namdum conditio pendet hæres non est, nec uoluntarius nec necessarius. ut. l. si. de cond. instit. ff. sin autem deficiat, statim heres fit necessarius ab intestato ex potentia suitatis. ut. d. l. si. uers. qui si neminem. ꝙ si existat, statim hæres fuit necessarius ex testamento ex potentia suitatis. ut. d. l. si. & clarius in. l. conditionibus supra all. Nam cum filius sub conditione si uolet institutus, ait, uolo hęres esse, & conditionem implet & hęres existit, sed licèt conditionis implementum si uoluntarium, hæredis existentia est necessaria. Item quia suprà dixi quòd per appositionem huius conditionis si uolet uel alterius potestatiuæ non tollitur suitas sed suspenditur, adde simile, nam & alias. propter pendentiam posthumi suitas suspenditur, quia tunc est incerta testamenti ualiditas & apud nos & apud legem. ut. l. uentre. de acquirend. hęred. & l. si filius hęres secundum uerum intell. Ias. ibi de lib. & posthu. licèt secus si apud nos tantùm esset incertitudo ut. d. l. uentre & l. cum quidã §. quod dicitur. ff. de acquirend. hęred. & l. antiqui. ff. si pars hęred. pet. Adde dum quęritur, an exhęredatio cõfirmetur statim post mortem testatoris & per existentiam sui heredis quòd Corneus in. l. 3. C. de iure delib. col. antepenult. in fin. cum pr. seq. & Angelus de perig. in tract. suitatis 10. 20. quęst. numer. 2. generaliter dicunt 29 exhęredationem non ualere nisi in aditione hęredis scripti confirmetur. l. filium. §. sed cum exhęredatio. ff. de contra tab. unde sentiunt talem exhęredationem suitate non confirmari, quod in specie tennit Bald. in. l. si filius qui patri. ff. de uulga. quem ibid. referunt Paul. Areti. Alex. Soci. & Ias. quod etiam Soci. ibi colu. 14. firmare uidetur & Alexand. in. d. num. 11. dum ait ꝙ existentia sui hęredis exhęredatio non confirmatur secuta filii abstentione, licèt sine dubio confirmetur secuta filij immistione. ut. l. filium. §. sed cum exhęredatio de contra tab. ff. uel filio non adeunte nec repudiante. ut l. qui in aliena. §. interdum. ff. de acqui. hęr. quod etiam sensit Ias. in. d. l. si filius qui patri col. 5. dum ait, quòd existentia suitatis confirmatur exhęredatio in duobus casibus, scilicet cum filius institutus adiuit, uel deliberans decesserit. Ergo si expressè abstineret talis exhęredatio non confirmaretur. all. d. §. interdum. & ad ita tenendum mouentur doct. per. l. Papinianus. §. si ex causa in uerb. suus hæres erit. ff. de inoff. testamento, ubi uidemus quòd destituto testamento, in quo filius exhęredatus fuit, talis exhæredatus ut suus patri succedit: ergo si unus filius sit institutus altero exhæredato institutus quod abstinuerit & per hoc destituatur testamentum, superest ut exhæredatus ut suus succedat & consequenter suitas filii exhæredati sublata non fuit. Nam si fuisset sublata ccuiuiscere non posset. argu.

29 *Exhæredatio an desideret confirmationẽ per hæreditatis aditionem, ardua q.*

l. qui res

l. qui res.§.aream.ff. de sol. & consequenter suitas filii instituti non consumauit exhæredationem filii exhæredati.nam 30 si talis exheredatio confirmata esset, exhæredati suitas sublata esset. mouentur & secundo per l filium.§. sed cum portio.ff.de leg.pręst.ubi exhæredatio non confirmatur nec tollit suitatem filii exhæredati nisi demum hærede scripto adeunte. tertium quartum & quintum fundamentum colligo ex Soci.in.d.l.si filius qui patri col. 14. Tu uerò dic quòd cùm filius exhæredatur siue hæres extraneus instituatur siue hęres necessarius suitas suspenditur statim post mortem testatoris, cuius suspensionis effectus est ut & testamentum non desinat ualere, propterea quòd filius institutus non est.ut in princ.inst.de exhær.lib.& ut si filius exhęredatus moriatur antequam hæres scriptus abstineat uel repudiet, licèt nondum adiuerit uel immiscuerit, ad huc testamentum non desinat ualere, immo tunc suitas, quæ ante suspensa impeditaque tantùm erat modò omnino extinguatur, cùm 31 mors omnia soluat. auth.de nuptiis.§. deinceps idque in specie probat.l.i.§.sciendum. ff.de suis & legit.&.§.cum quæritur inst.de hær. abiot. ubi 32 suitas filii exhæredati, quæ per pendentiam testamenti suspensa erat, eo mortuo extinguitur, & per hoc migrat in personam nepotis.probatur in.§.ita demũ inst.de hęr.ab intest.Itaque suitas per solam testamenti in quo filius exhæredatur factionem mortemque testatoris suspenditur antequam hęreditas adeatur, adita uerò hęreditate dubitatur, an suspensa tantùm ad huc uideatur, an etiam extincta? & si quidem testamentum querela expugnari non possit, puto eam extinctam esse arg.l. qui in aliena.§.interdum.ff.de aeq.hær.l.filium.§. sed cum exhæredatio.ff.de contra tab. facit.l.i.§. sciendum.ff.de suis & leg. hæred.§.cum auth.quæritur, inst. de hær.ab int.l. si quis posthumos.§. filium. ff. delib. & post.in quibus iuribus probatur, Quòd si hærede scripto deliberante, & sic pendente exhæredationis confirmatione filius exhæredatus moriatur, tunc exhæredatio confirmatur, ut suitatem filii extinguere uisa sit. quòd si testamentum querela expugnari possit, tunc exhæredatio quò ad suitatem extinguendam non uidetur confirmari per solam hæredis aditionem, quod patet, quia si filius in querela obtinuerit, suus hæres patri ab intestato erit.l.Papinianus.§.si ex causa.ff.de inoff. test. doct.in.l. si filius qui patri de uulg. nisi filius sinat labi quinquénium, quod datur ad querelam proponendam, uel nisi secundum ius.ff. decederet ante querelam præparatam. Nam his casibus, cùm testamentum confirmatum uideatur ex eo quòd querela expugnari iam non potest, superest ut suitas filii extincta sit, quia nec filius contra testamentum uenire potest propter sui exhæredationem, nec ab intestato: propterea quod est testamentum. ut .l. quandiu de acq.hære. His ergo casibus exhæredatio ad effectum suitatis extinguẽdæ confirmata est idque non tam hęredis scripti aditione quam filii negligentia contingit. Exhæredatio 33 ergo ut ex superioribus patet ad effectum suitatis extinguendæ confirmatur per aditionem hæredis scripti, quando testamentum nunquam potuit quęrela expugnari, quia filius fuit cum causa exhæredatus: quòd si testamentum ab initio querelari potuit, sed postea posse desiit propter filii exhæredati negligentiam, tunc exhæredatio confirmatur suitasque sublata uidetur, non tam aditione quam negligentia. Sed 34 & morte filii exhæredati exhæredatio confirmatur ad effectum tollendę suitatis quando filius exhæredatus herede deliberante decessit §.cum autem quęritur, inst.de hęr.ab intest.l.i.§.sciendum.ff.de suis & leg. hęr.l. si quis filio exhæredato in prin ff.de iniusto rupto l.si quis posthumos.§. filium de lib.& post.quod uerum siue post mortem filii exhæredati hęres scriptus adiuit, siue repudiauit.ut patet in.dd. ll. exhæredatio ergo ad effectum suitatis tollendæ non confirmatur morte testatoris, nisi secuta aditione. ut

30 Intellectus.l. filium.§.sed cum exhæredatio.ff. de contra tab.

31 Mors omnia soluit.

32 Mors extingit suitatem suspensam.

33 Exhæredatio aditione hæredis confirmatur. quãdo testamẽtum non poterat querelari.

34 Exhæredatio morte exhæredati confirmatur.

ait.l.filium.§.sed cum exhæredatio de contra tab. secuta autem aditione, non semper confirmatur, ut patet ex superioribus.hęc cùm hæres uoluntarius scriptus est Quid si est hæres necessarius tam de iure ciuili quam prætorio puta seruus? tunc si testamentum non potuit querela expugnari, quia filius cum causa exhærdeatus fuit certè statim post mortem testatoris filii exheredatio confirmatur ad effectum eius suitatis tollendę. nam inter mortem testatoris & existentiam heredis necessarij non est medium.l.si post mortem de leg.i.Bar.in.l.si, ad fin.ff.de cond.iost. nec obst.d. §. sed cum exheredatio. nam ibi fuit institutus heres uoluntarius cuius aditio ad testamenti confirmationem desideratur, secus si necessarius instituatur, nam tunc mors testatoris firmat testamentum & consequenter exhæredationem cæteraque in eo contenta.d. l. si post mortem.l. qui in aliena.§.interdum.ff. de acq.hær. Hinc 35 infero intell.ad.d.§.interdum, quòd ibi exhæredatio filii statim ideo confirmatur ad effectum eius suitatis tollendæ, quia hæres necessarius scriptus est, puta nepos ex filio: unde sub infertur quod ibi filius per nepotem necessarius hæres tantùm patri existat non suus & necessarius, quia si filius institutus esset unus, qui licèt sit necessarius de iure ciuili, uolontarius tamen est attento iure prætorio. §. sed his instit.de hær.qual. tunc si alter filius sine causa exhæredatus esset ut sic testamentum posset querela expugnari, non confirmaretur exhæredatio ad effectum suitatis tollendæ, usque quo filius facultatem querelandi amitteret. ut .d.§. si ex causa. interim ergo in suspenso esset tam suitatis quam exhæredationis confirmatio. Quòd si cum causa exhæredatus esset ut testamentum querela impugnari non posset, tunc magnum dubium est, nunquid & testamentum & consequenter filij exhæredatio statim post mortem testatoris confirmari uideantur suitate alterius filii instituti, & quòd alterius filii exhæredatio alterius filii instituti suitate cõfirmata sit, tenet Paulus num.4 Alex.col.fi.in fi.& Ias. num.15.in.l.qui in aliena.§.interdum.ff.de acq.hær.per tex.ibi, ubi filij exhæredatio nepotis institutione statim post mortem testatoris confirmata fuit ad effectum tollendæ suitatis filij exhęredati. Hoc 36 amplius non solùm filii exhæredatio ad effectum eius suitatis tollendę confirmatur post mortem testatoris suitate alterius filij instituti uel nepotis immiscentis uel deliberantis sed etiam abstinentis, ut est tex.in.l.filius qui se paterna.ff. de acq.hęr.secundum Ias.in d.§.interdum num.15.post Ang.& Imolam quos ipse refert idem uult Paulus in.l.si filius qui patri de uulg.ff.col. pe. dum ait quod licèt filius exhæredatus post abstentionẽ alterius filii instituti possit ab intestato patri succedere tñ non succedit ut suus, sed ut uoluntarius. exhæredatio ergo sua per suitatem alterius filii instituti confirmata fuit ad effectum tollendæ suitatis tam ex testamento quàm ab intestato. idem uult Alex.ibid.in.d.l. si filius qui patri col.4. dum opin. Pauli defendit & Ias. ibidem dum respondet eodem modo quo Paul.licèt postea referat responsionem Aretini sed Aretinus ibidem col.4. quem Ias. ibidem col.4.sequi uidetur sentit contrarium, dum ait quòd isto casu exhæredatio filii alterius filii abstinentis suitate confirmatur ad effectum substitutionis pupillaris ualidandæ tantùm, quia in hoc uertitur commodum ipsius filii exhæredati cui pupillaris substitutus datus est, non ad effectum eius suitatis tollendæ, nec ad effectum impediendi quo minus ipse exhæredatus patri possit ab intestato succedere ut suus quod etiã firmat Soc.ibidẽ col. 14. cuius opin. mihi placet. Nam cum pater sibi suo'ue testamento filium exhæredando prouidet id non propter impediendam ab intestato successionem, sed propter suum testamentum ualidandum fecisse uidetur: & sic destituto postea quo quo modo testamento.i. siue hæredis scripti repudiatione ut.d.§.sed cum exhæredatio siue querela ab ipso exhæredato proposita. ut.d.§. si ex

35 Intell.l. qui in aliena.§.interdum.ff. de acq. hær.

36 Exhæredatio unius an suitate alterius confirmetur.

causa, filius ille exhæredatus abintestato ut suus succedit.ut d.§.si ex causa.& d.§.sed,cũ exhæredatio sed filio abstinẽte locus fit uenictibus ab intestato gl.reseruetur in l.fin.C.de rep.hær.& ibi Alex.nu.8.post multos quos ipse refert. ergo filius iste exhæredatus ut suus ab intestato post instituti abstentionem succedere non prohibetur:sicq; exhæredatio istius ad effectum eius suitatis tollendæ confirmata non fuit suitate instituti.Præterea ut repudiatione hæredis extranei destituitur testamementum fitq; locus successioni abintestato ut d.§.sed cũ exhæredatio. ita & abstentione sui hæredis testamentum destituitur fitq; locus successioni ab intestato secundũ Alex.in.d.nume.8.sed 37 tempore quo destituitur testamentum inspicitur proximitas quo ad succedendum ut suus ab intestato ut.§.cũ autẽ quæritur inst. de hęr. ab int.l.i.§ sciendum.ff. de suis & leg.ergo filius cùm eo tẽpore sit proximior ut suus ab intestato succedit, sicq; eius exhæredatio ad effectum suæ suitatis tollendæ confirmata non fuit per suitatem filii instituti pręterea legata, quę sunt fauorabilia infirmantur secuta abstentione.l.1.§.fin. ff.ut in poss. leg. l. si filius qui patri.ff. de uulg.ergo multo magis exhæredatio quæ est odiosa ut l.cum quidam.ff.de lib. & posth. 4. ut confirmetur exhæredatio oportet hæreditatem adiri ex testamento ut d.§. sed cum exhæredatio & quòd hęres scriptus mediante facto suo hæres efficiatur irreuocabiliter ut ibidem, sed in nostro casu licèt filius hæres extiterit tamen id non fit facto suo & irreuocabiliter sed & legis dispositione & reuocabiliter, ergo exhæredatio non fuit ad effectum suitatis tollendæ cõfirmata.Nec obs. quòd 38 confirmata uideatur ad effectum tabularum pup. confirmãdarum ut.l.filius qui se paterna.ff.de acq. hęr, &.d.l.si filius qui patri secundum tertium intell. communiter app.nam id fateor inconfirmatione tabularum pupillarium, quę est fauorabilis.ut.dd.ll.&.l.si pupillus ff.de acq.hær.secus inconfirmatione exhæredationis, quę est odiosa.l.cum quidam.ff.de li. & posth.nec obst. tex.in.d.§.interdictũ.Nam 39 ibi nepos scriptus nec abstinuit ut patet ibi, nec abstinere potuit.arg.tex.in l.is qui hæres.§.fi.ff.de acq.hęr.itaque 40 beneficiũ

37 *Proximitas quo ad successores ab intestato quando inspiciatur.*

38 *Suitate unius filij alterius filij exhæredatio confirmatur ad effectũ tantum confirmandi tabulas pupillares.*

39 *Abstinẽdi beneficium quibus detur.*

40 *Intell.l.necessarijs. ff. de acq. hære. & §. sed his permittit. inst. de hæred. qual.*

abstentionis quod prætor hęredibus suis & necessariis pollicetur ut.§.sed his inst. de hær. qual. l. necessariis ff. de acq.hęr. competit his, qui sui iuris sunt qui ue & hæreditatem sibi quęrunt & ei obligantur, secus si eam alteri quærant.ut.d.§.interdum,ratio quia si ibi nepoti beneficium concederetur abstinendi esset impræiudicium patris,contra.d.l.is qui hæres in fi.l. cum auus C.de emancipatio.libe.l.ex facto in prin.ff.de uulg.idq; confirmatur optimo simili, Nam licèt aliàs legatarius legatum posit liberè agnoscere uel repudiare, tamen si legatarius erat seruus uel filiusf. non habebat facultatem agnoscendi uel repudiandi, sed solus dominus uel pater.l.filio ubi notauit Soci.ff. de cond. & dem. quod ideo contingebat, quia legatorum acquisitio fit ipso iure per seruum uel filium domino uel patri.l. cum pater.§.surdo de le.2.ff.l.a Titio,de furtis. Ergo dominus, uel pater iure sibi quæsito per filium uel seruum non poterant priuari.l.filius &.l.seruus.C.de pactis.l. neque filius.C.de reb.cred.sic ergo & cùm hæreditas ipso iure acquiritur nepoti ab auo in cuius erat potestate instituto & per nepotem patri ipso iure acquiritur consequens est,ne nepos abstinendo posit patrem hæreditate iam sibi quæsita priuare.ita intelligo 41 d.§.interdum. Hinc etiam infero,quòd in.d.§ interdum filius habebit beneficium abstinendi, licèt institutus non fuerit ne aliàs oneribus hæreditariis inuitus obligaretur.contra.l. si filius qui patri.ff. de uulg.d.§.sed his &.d. l.necessariis.nec inconuenit quod alter sit institutus.s.nepos, alter uerò hęreditatis petendæ beneficium atque abstinendi habeat: sicut in simili alias alteri legatum relinquitur, alter uerò eius petitionem habet.ut.l. fideicommissa.§.interdum.ff. de leg.3.l.si fideiussor.ff.de leg.1.Hinc infero rationem ad id quod proximè dixi.s. quòd legatum seruo filio'ue fam. relictum licèt filio relictum sit, pater tamen eius petitionem habet, quia non inspicimus cui ista adscribantur, sed cuius contemplatione relinquantur:pro quo ultimo facit.l.cum quis.C. de iure delib.

41 *Intell. l. qui in aliena §.interdum ff. de acq.hær.*

Reliqua ad hanc pulchram suitatis materiam spectantia uide suprà.§.19.per totum &.§. 21. ferè per totum.

D. FERNANDI VASQVII MENCHACENSIS IVRISC. HISPANI,

In summo dominicæ rei PHILIPPI *Hispaniarum Regis Cath. potentissimi Prætorio Senatoris,*

De successionum progressu tractatus


LIBER SECVNDVS.

SVMMARIVM.

1 *Substitutus præfertur coniuncto cum communi.*
2 *Hominis prouisio excludit legis prouisionem.*
3 *Accrescendi ius est legis prouisio.*
4 *Subst. est hominis prouisio.*
5 *Expressum uincit tacitum.*
6 *Institutus excludit substitutum.*
7 *Substitutus filiof. adire nolenti excluditur per patrem illius.*
8 *Substitutus pluribus non tam singulis quàm uniuersis substitutus uidetur, ideo excluditur per coniunctum.*
9 *Coniuncti re ad solidum quisque inuitatus uidetur.*
10 *Coniuncti re faciunt partes concursu sie'q; ueniunt per ius decrescendi.*
11 *Coniunctus re partem repudiantis iure proprio capere intelligitur.*
12 *Fiscus præfertur substituto.*
13 *Substitutus quare uincat coniunctum, ratio noua.*
14 *Totum pertinet ad simpliciter uocatum.*
15 *Substitutus excludit coniunctum etiam si sit tacitus, cum communi.*
16 *Ius uulgaris substitutionis tacitæ, an sit potentius iure accrescendi.*
17 *Substitutio uincit ius accrescendi.*
18 *Expressum uincit tacitum.*
19 *Vulgaris tacita in expressa pupillari comprehensa admittitur contra matrem etiam cohæredem.*
20 *Substitutio etiam inualida impedit ius accrescendi.*
21 *Accrescendi ius potest testator uetare.*
22 *Voluntas inutilis intollendo est utilis.*
23 *Voluntas probatur ex inutili etiam dispositione.*
24 *Accrescendi ius est tacita substitutio.*
25 *Par in parem non habet prælationem.*
26 *Veniens per ius accrescendi habet uoluntatem defuncti saltim tacitam.*
27 *Accrescendi ius subiacet oneribus.*
28 *Grauamen iniunctum legitimis intelligitur de existentibus in primo gradu.*
29 *Codicillaris clausula respicit legitimos non remotiores sed proximiores.*
30 *Mater si quia tutorem impuberi non petiit eius legitima successione priuetur, an sequens legitimus, qui similiter non petiit sit priuandus.*
31 *Fiscus non tenetur uindicare necem defuncti.*
32 *Hæres hæredis an possit onerari.*
33 *Bon. poss. non dicitur habere uoluntatem defuncti.*
34 *Bon. poss. an possit onerari.*
35 *Tacita uoluntas non est propria.*
36 *Verbum uidetur fictionem significat.*
37 *Vulgaris tacitam pupillarem continet ex interpretatione extensiua.*
38 *Propria impropriis præferenda.*
39 *Duo uincula uno fortiora.*
40 *Princeps ius quæsitũ ex cõuentione nõ potest auferre.*
41 *Coniunctus mixtim simpliciter coniunctis præfertur.*
42 *Homo est genus & species & indiuiduum.*
43 *Primus nominatus quòd uideatur magis dilectus ut intelligendum.*
44 *l. si. C. de inst. & subst.*
45 *Ius accrescendi est eiusdem prærogatiuæ & naturæ, cuius erat suum principale.*
46 *Statuto stante ut stantibus masculis fœminæ non succedant ad fratris repudiantis portionem fœminæ non admittuntur.*
47 *Accrescere nil habenti nil potest.*
48 *Ius accrescendi non impeditur per existentiam sui hæredis.*
49 *Transmissio iure suitatis an impediatur per ius accrescendi.*
50 *Transmissio potentior substitutione.*
51 *Vinco uincentem te à fortiori te.*
52 *Suitas an tollatur datione substituti uulgaris.*
53 *Suitatem non tollit tacita, uulgaris sub pupillari contenta.*
54 *Accrescens pars propria dicitur.*
55 *Accrescentem partem alienare nequit, qui suam partem alienare uetitus fuit.*
56 *Accrescens pars an dicatur uenire iure institutionis.*
57 *Accrescens pars facit, ut & ex substitutione maior portio contingat.*
58 *Intell. l. si C. de hær. inst.*
59 *Accrescendi ius hæredi inuito datur.*
60 *Facta non præsumuntur.*
61 *Partis appellatione nõ uenit totum nisi quando de parte tantùm dispositum fuit.*
62 *Partem domus, quam habitare solebamus uxori legaui, totum debetur si totam habitabamus.*
63 *Partis appellatione totum, & totius appellatione pars interdum continetur.*
64 *Hæreditatis appellatio aliquãdo restringitur ad partem tantùm hæreditatis.*
65 *Accrescendi ius testator potest prohibere tacitè uel expressè.*

66 *Intell.l.fi.C.de inst.& subst.*
67 *Accrescendi ius transit ad hæredes.*
68 *Accrescendi ius est interdum etiam inter diuersas hæreditates & etiam post portionem quæsitam.*
69 *Secunda ampliatio.*
70 *Substitutio inualida an uincat ius accrescendi.*
71 *Accrescere nequit portio nisi uacet omni iure.*
72 *Accrescere portio nisi alteri portioni non est possibile.*
73 *Tertia ampliatio.*
74 *Substitutus an præferatur coniuncto restituto.*
75 *Restitutio an trahatur retro.*
76 *Quarta ampliatio.*
77 *Substitutio facta in usufructu, non extinguitur aditione, uel agnitione, relictorum.*
78 *Intell.l. post aditam.C.de impub.*
79 *Quinta ampliatio.*
80 *Substitutus etiam fideicommissarius excludit coniunctum.*

Præfatio.



POSTQVAM libro præcedenti de trāsmissione, quæ tam substitutionis quàm ius accrescēdi uincit, disseruimus: mox de his iuribus acturi, par est ut ui [illegible], utrum horum iurium principalius sit, ut ab eo inchoemus. 1 Ergo coniuncto ne præfertur substitutus regulariter secundum communem op. quam tenent. Bar. in.l. re coniuncti.ff.de lega. tert.10. Bal. quæstione 10. & ibi communiter doctores in.l.un. C. quando non petent. partes. Decius in rubr. eo.tit.col.2.notatur per gl. & doct.in.l.si seruus communis ab extero.ff. de acquir. hæred. Salic. Bal. & alii in.l.quidam eulogio. C. de iure delib. Alex.in.l.quidam testamento. C. eod. titul. Soci. in.l.1.col.84.ff.de uulg.& ibi etiam Alex. col. 13. Socinus cons.67.in præsenti consultatione lib.ultimo Cumanus, Salicetus, Bertrand, Corneus, Ripa. Ias.& nouissime in d.l.re coniuncti. Alexan.consil.92.lib.3.Romanus consi. 131.Alex.consil.38.lib.1.Corneus consil.239.lib.2. per tex.in.l.2.§.si duo.ff.de bon.poss. secundum tab. & in authen.hoc amplius C.de fideicom. & in auth.de hær. & fal. §.si quis autem non impleuit, & in.§. in primo & .§. pro secundo. C.de cad.tollen. & quia negari non potest quia 2 per prouisionem hominis cesset prouisio legis.l.fi.C.de pact. Sed ius 3 accrescendi descendit ex prouisione legis.l.si Titio & Meuio.§.Iulianus.ff.de leg. 2.ius 4 substitutionis ex prouisione hominis expressa, in pr.C.de cad.toll.in pr. inst. de uulg. per totum.ff. eo. ergo &c. Item 5 expressum facit cessare tacitum.l.cum ex filio.§.1.ff.de uulg. sed substitutio est prouisio expressa, ius accrescendi est tacita legis prouisio, ergo &c. Videbatur contrarium.nam aut loquimur in uerbis, aut re, aut in mixtim coniunctis. In primo casu siue loquimur in uerbis coniunctis per copulam, uel nomen collectiuum, cum in utroque casu inducatur uerbalis coniunctio, & habentur pro uno.l.plane in pr. ff. de leg.1. sicut est dicendum, quòd 6 quando unus est uocatus, substitutus non admittitur nisi quatenus institutus repudiet.l.quandiu.ff.de acquir.hær.ita postquam dicti uerbis coniuncti pro uno habentur, non poterit dictus substitutus admitti: nisi quatenus omnes.d. coniuncti repudiauerint.d.l.quandiu & non ante.propterea dicebat Bar. ubi, per omnes in.l.1.ff.de uulg. quod 7 ideo quia pater censetur una & eadem persona cum filio.l. fi. C. de impub. pater prefertur substituto.l.fin.§.si mihi modo C.de bon.quæ libe. pro hoc facit.l.quamuis. C. de impub.ubi 8 si Institutis, qui copulatiuè erant uocati ad hæreditatem detur substitutus, non admittitur substitutus, si unus coniunctorum hæredum repudiet partem suam: nisi quatenus omnes hereditatem repudient. idem tenent Bar. & omnes in.l.quidam testamento .ff. de uulg.& idem Bar.in.d.l.prima in secunda quæstione principalis quæstionis glo. & ibi tex.in.l.si Titius .ff. de leg.3.not.in.l.hæredes mei.§.cum ita ad Trebel. Et licèt dicatur quòd hæc procedunt quando copulatiuè alii qui uocantur, hoc est ad propositum nostrum, quia postquam erant copulatiuè uocati in eadem oratione sunt uerbis coniuncti.d.l.triplici & d.l.si ita quis. immo etiā si non fiat copulatiuè talis substitutio, sed simpliciter fiat per nomen collectiuum, ut si dicatur, si hæredes mei hæredes non erunt, substitutus non admittitur: nisi quatenus omnes desinant esse hæredes. Bar. & communiter docto.in.d.l.pri.ff.de uulga. per Alexand. & .d. Ias.post alios in.d.l.quamuis, licet Ang. & aliqui contrarium teneant in.d.l.hæredes mei.§.cum ita ubi latè per Franc.de Ripa.qua de re alibi disseruimus. tradunt Alex. Corn. Curtius Iunior & alii in.l. pen. C. de impub.Ripa ubi supra num.95.Paul.& Soci.in.l.si is qui §.item pater.ff.de rebus dub.

1 Substitutus præfertur coniuncto, cum commun.

2 Hominis prouisio excludit legis prouisionem.

3 Accrescendi ius est legis prouisio.

4 Substi. est hominis prouisio.

5 Expressū uincit tacitum.

6 Institutus excludit substitutū.

7 Substitutus filiof. adire nolenti excluditur per patrem illius.

8 Substitutus pluribus non tā singulis quàm uniuersis substitutus uidetur, ideo excluditur per coniunctum.

Quòd si sumus in.d.secundo casu, quando 9 sunt re tantùm coniuncti, fortius non debet substitutus præferri, quia quilibet coniunctorum habet rem quasi in solidum.l.unica.§.si autem ad deficientis. C. de cad. tollen.& non 10. essent aliter re tantum coniuncti & per hoc dicuntur facere partes per concursum glo.Bar. Dinus & alii in.l. coniunctim.ff.de leg.3.§. si uerò non omnes.C. de cad. tollen. & iure non decrescendi illas consequuntur: quomodo enim substitutus admittetur? certè est dicendum, quòd non, cum per portionem repudiantis sibi non accrescat.d.§.si uerò non omnes. ratio est, 11 quia re coniunctus dicitur partem repudiantis habere ex proprio legato ut per omnes in d.l.si in testamento & in.d.l.si separatim.d.l. si mihi, ibi, ex meo legato.d.l.unica.§.his ita, ibi, quasi suam præoccupat & ipso iure accrescit.d.§. si duo & eadem actione, nec noua aditio requiritur. Ergo necessariò dici debet, quòd etiam in hoc casu substitutus non præfertur. sed his omnibus potest satisfieri uno uerbo. Nam procederent in re dubia, non sic quando uoluntas testatoris certa est & indubitata. Certa autem indubitataque est, quando nominatim & singulariter facta sit substitutio, quia post primum & secundum primo gradu honoratos, adiecit, si secundus repudiauerit, tunc Titius hæres esto, hoc enim casu, secundo repudiante Titius substitutus admittitur; non sic si simpliciter fieret substitutio, quia tunc, non tam personis quàm gradui facta uideretur. Ripa ubi supra num.95. Alex. Corneus & Curti.Iuni.in.d.l.penult. Paulus & Socin. in. d.§. Item si pater.

9 Coniuncti re ad solidum quisque uocatus uidetur.

10 Coniuncti re faciūt partes concursu sicq; ueniunt per ius non decrescendi.

11 Coniunctus re partem repudiantis iure proprio capere intelligitur.

Quòd si sumus in.3.casu, quando sunt mixtim coniuncti minus prefertur substitutus, quia si uerbis tantùm coniuncti & re tantùm coniuncti substituto præferuntur, fortius præfertur substituto mixtim coniunctus. facit ratio.l.si.C. de inst.& sub.ubi mater quia pater & instituta & sic duplici iure ueniens præfertur substituto. Secundo moueor per tex.si bene ponderetur, in.l.si solus.ff. de acq. hær.ubi substitutus erat datus in ceteris partibus & tamen ibi substitutus, non potest admitti quo minus ipse solus institutus uel totum agnoscat, uel repudiet. idem etiam dicit idem tex. ibi si commisceantur alii hæredes mecum in pluribus partibus, quia unam partē agnoscendo omnes acquiro. Ecce quòd substituens non præfertur iuri accrescendi, Inde dicebat.d.Ias.in cons.143.incip.spectabilis quoque in 4.uolumine.col.4. quod coniuncti mixtim præferuntur in substitutione fideicommissaria alias.l.item quod Sabinus. ff. de hæred. inst. Tertio, nisi coniunctus præferretur substituto talis coniunctio redderetur superflua, quia nullum sortiretur

retur effectum, quod non est dicendum.l. si quando.ff. de leg.i. & ubi non fuisset intentionis ipsius testatoris, quòd coniunctus præferatur, eos non coniunxisset, sed separatim & in orationibus & in re disiunxisset. quia ergo eos coniunxit? est dicendum, quòd coniunctus præferatur substituto: quia non est uerisimile, quòd testator plus diligat substitutum, quàm primo loco institutum.ut dicit Bar.in l.Publius.§.1. ff.de con.& dem.

12 *Fiscus præfertur substituto.*

Nam uidemus 12 quòd fiscus prefertur substituto, ut per Bar. & omnes.in d.l.prima colu.7.ff.de uulga.& uenit contra uoluntatem defuncti.l.si testamen.ff.de acq. hære.ideo non deberet preferri.l.mulieri. & Titio.ff.de cond. & demon. quanto magis coniunctus debet præferri substituto, qui dicitur uenire secundum uoluntatem testatoris.d.l.si in testamento.ff.de uulga.

13 *Substitutus quare uincat coniunctum ratio noua.*

Tenendo communes opin. ut substitutus præferatur coniuncto, quæ indobitanter ueræ sunt. tunc ad opposita resp. quod 13 non solùm substitutus uerbaliter tantùm coniuncto sed etiam mixtim uel realiter coniuncto debet procul dubio preferri, eadem ratione, qua ipsemet institutus, cui substitutus datus est in portione sua præferretur ei qui secum coniunctus in prima institutione fuit. Nam si dixi, Titio fundum lego, Seio eundem fundum lego & Seio Meuium substituo. uel dixi, Titius heres esto, Seius hæres esto & Seio Meuium substituo.

14 *Totũ pertinet ad simpliciter uocatũ.*

tunc 14 licèt Titius ad solidam hæreditatem solidumque legatum inuitatus uideatur .ut.l. coniunctim.ff.de leg.3.l.Meuio in prin.in uerb. totus.ff.de leg. 2.l.si separatim.ff. de cond. & demon. in uerb.totus.l.1. §.si.in uerb.totius.ff.de usufr.accresc. l. inde Neratius in uerb.in solidum eo.l.cũ quæstio.C.de leg.l.si ita scriptum in uerb.ex asse.ff. de hær.inst.l.un. §.hoc ita tam uariè &.§.si uerò nemo.§. sin autem ad deficientis. C. de cad.toll.tamen Seius, qui similiter ad totum inuitatus fuit partem Titio aufert, non quia Titius non fuerit ad totum inuitatus, sed quia ipse Seius ad totum similiter inuitatus fuit.unde æquas partes concursu faciunt, quia non est cur alter alteri preferatur: ergo si Seius de medio subtractus sit, & Meuius eius locum ex ui substitutionis occupauerit, superest ut eodem iure utatur, quo uteretur primo nominatus, in cuius locum intrauit, & consequenter partem ei auferat, non quidem quod Titius non fuerit ad totum inuitatus, sed quod etiam iste ad totum similiter inuitatus fuit, neque ullum superiorem recognoscit præter Seium cuius locum occupauit. & postquam eius locum intrauit iam incipit haberi perinde ac si re uera ipse foret primordialiter primoque loco uocatus. ut.l.pe.ff. de ini. rup. l. ex duobus.§.filium.l.cum ex filio.§. si.ff.de uulg. sicq; cessant omnia contraria, quæ eo pertinent, ut Titius qui prætendit ius accrescendi uel non decrescendi ad totũ inuitatus uideatur, & quasi eadem persona cum coniuncto reputetur. Nam quod ad totum inuitatus uideatur, fatemur, sed tamen quia est alius ad totum similiter inuitatus, meritò ei partem aufert. quod etiam Titius cum eo, qui sibi coniunctus erat quasi eadem persona reputaretur, fatemur, sed modò supponimus ei substitutum cohæredis cum quo similiter quasi una eademque persona reputabitur, & per hoc ei partem concedere necesse habebit.

15 *Substitutus excludit coniunctum etiam si sit tacitus cum cõmuni.*

Ampliatur communis opin. ut 15 procedat in tacita substitutione quæ ius accrescendi excludit, non secus quàm expressa Bal.in.l.si.quæstione.33.& ibi Bart. Ias.& alii.C.de hær.inst.Bal.in.l.fin. C.de instit.& subs. col.1.Ias.col.37.& Crotus col.18.in.d.l.re cõiuncti.Ias. col.10. post.alios in.l.un.C.quando non pet.par.Bal.in. l.si fortidianum.C.de lega.& est communis & ferè indifferenter recepta sententia; licèt non desint, qui contrarium teneant. sed communis opin.tenenda est, præsertim per.l.si.C.de hær.inst.& per.l.si.C.de inst.& subs. Sed quia is articulus, dubius est, & ad utramque partem uolubilis, plenissimè illum examinabo, Quero ergo.an

16 *Ius uulg. substitutionis tacitæ an sit potẽtius iure accrescẽdi.*

16 ius accrescendi sit potentius iure tacite substitutionis? uel clarius, An ius accrescendi excludatur per substitutionem uulgarem tacitam? pro cuius euidentia premittendum est. quòd si substitutio esset expressa, non esset quæstio.

17 *Substitutio uincit ius accrescendi.*

Nam regula est, quod 17 ius substitutionis expressæ est potentius iure accrescendi.tex. est in.l.2.§.si duo.ff. de bonorum poss. secund. tabul. & ibi Bar.tex.in.l.i.§.in primo.§.pro secundo. C de cadu. toll.& in auth.de hære.& fal.§.si uero nulla. coll.1. & in auth hoc amplius.C.de fideicom.notatur in.l.qui patri ff.de acquir. hære. probatur in.l. si posthumus a primo §.h.ff. deliber. & posth.

18 *Expressum uincit tacitum.*

Ratio est, quia 18 substitutio est quid expressum, ius accrescendi est quid tacitum ex dispositione legis. sed sic est quod quando expressum & tacitum simul concurrunt semper prefertur expressum tacito.l. cum ex filio.§.i.ff. de uulgx.& pupil.& sic limitatur.l. cum quid.ff.si certum petatur.ut ibi per.dd. si sic, ergo substitutio prefertur iuri accrescendi 2.Ratio est, quia per dispositionem hominis tollitur uel excluditur prouisio legis.l. si. C.de pact. conu.l. maritus C.de procura. Sed substitutio est prouisio hominis expressa, ut patet, ius accrescendi est quedam prouisio legis.l.si in testamento.ff.de uulg.& pup.subst. cum similibus ergo substitutio expressa præfertur iuri accrescendi. Questio ergo debet formari in tacita substitutione uulgari, an ista excludatur per ius accrescendi, uel è contra? Et uidetur primò quod substitutio ne dum expressa, sed etiam tacita sit potentior iure accrescendi, & per consequens ius accrescendi excludatur per substitutionem tacitam. & pro hoc uidetur tex. ad literam in.d.l.si. post medium.C.de here. inst. iuncto uerbo locum partemque Plocii &c. Nam ibi patet quod testator duos instituit heredes, nam dicit partem. &c. & sic alius fuit institutus in alia parte.l. etiam partes. ff. de usufruct.l.nomen filiarum.§. portiones. ff. de uerb. signifi. Item uni eorum fuit datus substitutus tacitus secundum formam de qua ibi.dicit tex. quod in locum partemque heredis repudiantis admittitur substitutus, patet ergo ibi, quòd substitutus etiam tacitus nam ibi nõ loquitur de expresso admittitur alio coherede excluso: & sic non habet locum ius accrescendi. uel dato quod habeat locum est tamen sine effectu propter substitutũ. ius ergo substitutionis etiam tacitæ est potentius iure accrescendi: & sic ius accrescendi excluditur per substitutionem tacitam, & sic est ibi expressum pro ista quæstione. & ita per illum tex. notat ibi expressè Bald. ultima.col.33.q.dicens, quod uulgaris ius accrescendi excludit, & idem in omnino tacita uulgari.per tex. ibi, quod dicit ualde notandum. Et idem tenet ibi Alex.in.l. si.C.de insti.& substi.sub cond. factis.i. col. idem tenet Alex.per eundem tex in.l.i.ff.de uulg.& pupil.subst.12. col.in prin.idem tenet Ias.in.l.i.C. quando non peten. partes peten.2.col.ad si.per.d.l.si.de hære.insti. ubi hoc dicit probari melius quam alibi, idem ipse in.d.l.si.de hære.insti.6.notabili. ubi dicit esse tex.meliorem de iure.idem tenet Ias.in.l.cum quid.ff.si certum. peta.2.lectura.i.col.per.d.l.si.quam dicit meliorem de iure.idem tenet ipse in.d.l.fin.C.de insti.subs.fact.4. col. post medium per.d.l.si.C.de hære.instit. & ab ista opin. nemo unquam discrepauit immo tenetur tanquam indubitatissima &c.

19 *Vulgaris tacita in expressa pupillari comprehensa admittitur contra matrem et cohæredẽ.*

2. Pro ista parte uidetur glo. expressa in.l.si.C.de insti.& substit.subcond.factis. ubi glo. dicit, quòd tacita uulgaris comprehensa in expressa pupillari admittatur contra matrem. sed certum 19 est, quòd in illa.l.fin. mater fuit data coheres filio suo. si ergo filius non fuit heres, & sic est locus uulgari tacite, dicit ibi glo. quòd mater excluditur. ergo substitutus etiam tacitus præfertur matri uolenti uenire per ius accrescendi. Ius ergo acrescendi excluditur per tacitã substitutionem. & ita per illam glo. dicit ibi Bal.i.col.& illam reputo notandam. idem ibi Alex.i. col. quod tene menti.

3. Pro ista parte nouissimè pondero tex.in.d.l.fi.C. de insti.& substi. ubi dico esse expressum,secundum intellectum Bart. nam ibi est tex. q mater præfertur substituto, & hoc propter tria, secundum q ibi declarat Paul.de Cast.ulti.col.primò, quia illa, quę uult substitutum excludere erat mater 2.quia erat cohęres.3.quia substitutus uenit ex tacita substitutione, & his non concurrentibus illa lex nõ procederet. Si ergo ibi ratio est, quia illa tria concurrebant, ergo ibi est tex. secundum intellectum Bart.q etiam tacita substitutio impedit ius accrescendi, ubi illa non concurrunt. & sic dico ibi esse tex. concordantem cum tex.in.d.l.fi. de hęre. insti. prout supra induxi. cogitabis.

20 *Substitutio etiam inualida impedit ius accrescendi.*

4. Istud probo a fortiori. nam 20 habeo q substitutio etiam inualida impedit ius accrescendi:ergo a fortiori substitutio ualida quamuis tacita debet impedire ius accrescendi & hoc caret responsione. quod autem substitutio etiam inualida sit potentior iure accrescendi, probatur sic, Certum 21 est,quòd testator sua uoluntate potest tollere ius accrescẽdi argum.l.in conditionibus.ff.de condi.& demost. & est casus secundum unam lecturam in.l.dominus.§.i.ff.de usufructu. & probatur in.l.quoties.§.si duo.ff.de hære.insti.Sed 22 in tollendo, eadem uoluntas est in substitutione inutili, sicut in ea, quæ est utilis. arg.l.plane. in prin ff. deleg.i. & in.l.& si transferam.ff. de adim.lega.& in.l.legatum co.tit. ergo substitutio etiam inualida pręfertur iuri accrescendi. & hoc arg.didici a Bart.in.l.re coniuncti.de leg. 3.ii.col.in fi.cum prin. sequentis. & confirmatur, quia 23 uoluntas defuncti probatur ex dispositione etiam non solemni & inualida.l.fin.ff. de rebus eorum.l.in testamento.ff.de fideicommiss. lib. probatur in.l 2.cum similibus.C.de fideicommiss.Item quòd substitutio etiam inualida excludat ius accrescendi, probatur expresse in.l.si ego.ff. de iniusto rup. & irrito test. ubi est tex.q si sumus duo instituti, & a nobis posthumus exhæredatus sit, à substitutis autem nostris non sit exhæredatus sed præteritus: & contingat quòd alter nostrum decedat, uel repudiet, alter non poterit admitti ad partem uacantem per ius accrescendi. Ecce ergo q ibi substitutio fuit ualida, quia a gradu substitutionis posthumus fuit pręteritus, institutio autem fuit ualida; quia ab illo gradu fuit exhæredatus, & tamen dicitur ibi, q si hæreditas peruenit ad gradum substitutorum, ut quia institutus repudiauit, quamuis substitutus non possit admitti uigore substitutionis, quia substitutio eius fuit nulla, tamen impedit ne coheres admittatur per ius accrescendi, immo etiam cohæres amittit partem suam, ne testator dicatur decedere pro parte intestatus: & sic admittuntur uenientes ab intestato. substitutio ergo inualida impedit ius accrescendi, & probatur in.l.si posthumus.in.i.uer.&.l. nam & cum duobus de liber.& posthu. & ibi bene declarat. glo.ergo à fortiori substitutio ualida quamuis tacita debet impediri ius accrescendi. quod bene nota.

21 *Accrescendi ius potest testator uetare.*

22 *Voluntas inutilis in tollẽdo est utilis.*

23 *Voluntas probatur ex inutili etiã dispositione.*

5. per dationem cuiuscumque substituti testator uidetur adimere & prohibere inter institutos ius accrescendi. d. l. si ego & ibi Bart.de iniusto rup. & irrit. testam.sed tacitus substitutus uidetur datus à testatore ut est casus singularis in.l.fin.C.de hęre.instit. ergo ius accrescendi uidetur subcumbere tacitæ substitutioni, & sic conclusio est falsa.

In contrarium uidetur, immo quòd ius accrescendi non excludatur per substitutionem uulgarem tacitum. Primò, 24 quia ius accrescendi est quædam tacita substitutio.tex.est notabilis, qui semper allegatur, secundum Paul.ibi in.l.si Titio.& Meuio.§.Iulianus.de lega.2.si sic, ergo non debet excludi per substitutionem tacitam: quia 25 par in parem non habet imperium.l. ille à quo.§. tempestiuum.ff. ad Trebel.l. nam ad magistratus.ff.de arbit.c.ex insinuatione.de appella.C.in nouit.de electio.cum simil.nam & asinus auribus intumescit si uidet se per comparem comprehendere.l. hęres per seruum, cum ibi notatis. de acquiren. hæred.notatur in.l.1.§.ueteres.ff. de acquir. possess. faciunt nota.in l. si eum exceptione.§. eum qui.ff. quod met.caus.& in l.2.C.de dolo. & hoc fundamentum quamuis sui inspectione uideatur uulgatum, optimè tamen stringit. Secundò, sic probo, cohæres ueniens per ius accrescendi, dicitur habere uoluntatem defuncti & propriè, substitutus autem tacitus quamuis habeat uoluntatem defuncti tacitam, tamen illud est inpropriè, si sic, ergo cohæres debet præferri, aut saltim per substitutum nõ excludi. Quod 26 autem ueniens per ius accrescendi habet uoluntatem defuncti ad portionem uacantem, probatur in.d.l. si in testamento.ff.de uulg.& pupi.substit. iunctis notatis ibi per Bar. Bal.Paul. & Alex.ubi dicunt, quòd id, quod obuenit per ius accrescendi, dicitur obuenire ex dispositione legis mediante iudicio testatoris, & perinde habetur ac si immeditatè prouenisset à testatore, secundum Alex. ibi, & probatur in d.l. si Titio & Meuio.§.Iulianus.de lega.2. ubi dicitur, quòd est quasi substitutus. ita etiam debet intelligi glo. in.l. apud Iulianum.§. idem Iulianus.ff. ad Trebel. quæ dicit, quòd illud quod uenit ex iure accrescendi, non dicitur ex uoluntate testatoris obuenire, debet intelligi.s.expressa, ex tacita tamen procul dubio dicatur uenire per prædicta. & ita.illam gl.intelligit Alex.in.d.l.si in testamento tertio notabili. & dicit quòd a docto. tactum non reperit. Præterea quòd ueniens per ius accrescendi habet uoluntatem defuncti sic eleganter probo ille demum tenetur subire onus alteri iniunctũ, qui habet uoluntatem defuncti expressam uel tacitam alias secus: sed cohæres 27 ueniens per ius accrescendi tenetur subire onus cohæredi iniunctum.d.l. si Titio.§.Iulianus de leg.2.l.ciuitatibus.§.Lucius.ff.de de leg.2. plenè per Bar.in.l.re coniuncti 14.col.ergo habet uoluntatẽ defuncti.maior propositio multiplicirer probatur, Primò, 28 per glo. in.l.non iustam ad fi. ... ad Treb.quę tenet quòd licèt testator possit grauare uenientes ab intestato, quia uidetur eis tacitè bona sua relinquere.l. conficiuntur in prin.cum simil.ff.de iure codic.illud tamen debet intelligi de uenientibus ab intestato qui obtinebant primum locum tempore mortis defuncti: si autem illi sint exclusi aliqua de causa, sequentes legitimi non tenebuntur ad grauamen: quia illi admittuntur ex mera dispositione legis, quæ eos uocat, non autem ex uoluntate defuncti expressa nec tacita.quod est sing. notandum.& illud habetur ibi melius quam alibi secundum Paul.ibi.col.i. & est mirabilis lim.ad.d.l.conficiuntur secundum Bal.in.d.l.non iustam.& illa glo. est singularis secundum Ange. insti.de codicil.in fi.prin.Ex qua infert,q licèt. 29 clausula si non ualet iure testamenti operetur repetitionem à uenientibus ab intestato: illud est uerum quo ad eos qui sunt in primo gradu, non quo ad sequentes. quod est ualde nodandum.Illi ergo qui non habet uoluntatem defuncti, quamuis consequuntur bona, non tenentur ad grauamen. & ita debet intelligi text. notabilis in.l. ii.§. fin. ff. de leg. iii qui dicit quod repudiante primo ueniente ab intestato, non tenetur sequens ad onus primo iniunctum. ratio est illa, de qua modò dixi. & licèt glos.in.d.l. non iustum à nostris detur pro singulari, aliam tamen adde si uis ad literam in.d.l.si Titio & Meuio.§.Iulianus de lega.ii.ff.& ibi expresse notat Bal. non faciens mentionem de alia. & idem tenet glo. quam nemo allegat, in.l.4.§.pro secundo.C.de cadu.tollend.in uerbo sentire. & uide Ias.in auth.ex causa in fin.C.de lib.præter. Præterea ad prædicta applico glosam singularem in.l.nepotibus.C.qui petant tuto. quæ dicit 30 quòd quamuis mater non petens tutorem filio suo priuetur eius successione, tamen ille, qui ea exclusa admittitur non tenetur ei tutorem præstare, nec propter hoc priuatur successione: & sic quando unus admittitur excluso primo,

24 *Accrescendi ius est tacita substitutio.*

25 *Par in parem non habet prælationem.*

26 *Veniens per ius accrescẽdi habet uoluntatem defuncti saltim tacitam.*

27 *Accrescendi ius subiacet oneribus.*

28 *Grauamẽ iniunctum legitimis intelligitur de existentibus in primo gradu.*

29 *Codicillaris clausula respicit legitimos non remotiores sed proximiores.*

30 *Mater si quia tutorem impuberi nõ petiit eius legitima successione priuetur, an sequens legitimus, qui similiter non petiit sit priuandus.*

so primo, qui eum præcedebat, non tenetur ille ad onus primo iniunctum per hominem uel per legem prout est in casu glosæ in.d.l.non iustum & illa glo. est singularis secundum Bal. ibi. Item in simili facit glos. singularis.in.l.recusare.§.si fisco.ff.ad treb.quę uult, quòd licèt hæres non uindicans necem defuncti priuetur hæreditate sibi relicta: tamen 31 fiscus, qui eo excluso succedit, non tenetur adimplere onus iniunctum hæredi, in cuius locum succedit: quia non habet uoluntatem defuncti, quod optimè quadrat in proposito. Item ad prædicta, quòd ille, qui non habet uoluntatem defuncti non possit grauari, facit optimè tex. notabilis in l.si fuerit cum.l.sequenti.§.si.de leg.iij. ubi est text. ꝙ 32 non possum ego grauare eos, qui successerint hæredi meo ratione quia illi non habent uoluntatem meam expressè nec tacitè, sed succedent à casu uel à fortuna: ergo grauari non possunt prædicta. Item quia casus aduenticij non sunt computandi nec habentur in consideratione.l.Iulianus.ff. qui & à quibus. & ex prædictis ego infero, ꝙ 33 cum ille, qui successit solùm de iure prætorio non dicatur habere uoluntatem defuncti.iuxta glo. singularem. in.l.i.§.uel maximè.ff.de collati.bono.de qua per Bal.in Rubr.C.qui admi. ad bon. possess. pos. in fi.ubi dicitur, ꝙ illa glo.est solitaria. infero inquam ꝙ 34 ille talis non poterit grauari in aliquo per prædicta, scilicet quòd ueniens per ius accrescendi dicitur habere uoluntatem defuncti & propriè. minor autem propositio, scilicet 35 ꝙ substitutus tacitus quamuis habeat uoluntatem defuncti tacitam, tamen illud sit impropriè uel fictè, probatur sic. Primo per tex. quem nouissimè ad hoc pondero in.l.iam hoc iure, in princ.ff. de uulga.& pupill.ubi tex. dicit, ꝙ pater, qui impuberi filio in alterum casum substituit, in utrumque casum substituisse intelligitur. modo sic, Verbum 36 intelligitur, significans impropriè & secundum fictionem ut probatur in.l.si tibi homo.§.cum seruus.ff. delega.i. & in.l.nec emptio.§.fin.ff.de contrah.empt.& in.c.studiis cum glo.de præscrip.expressè Bart.in.l.si is qui pro emptore.ff.de usucapion.Bal.in.l.furti.§.i.in princ. & in.l. quoniam penult. col.ff.de his qui notc.infam. Abb. in consil.127. casus in effectu sic proponitur.2.col.si sic ergo substitutus uulgaris tacitus non habet uoluntatem defuncti propriè, sed impropriè & fictè.2.probo per tex. in.l.quàuis.C. de impu.& aliis.in uers.porrigi, iūctis notatis per Angel. ibi, ubi patet, ꝙ regula, quæ habet, ꝙ 37 sub expressa uulgari continetur tacita pupillaris & è contra, procedit ex interpretatione extensiua. ut probat illud uerbum porrigi, quod est idem quod extendi ad idem est tex. in.l.2.eo.titul.non autem ex interpretatione declaratiua, & sic procedit merè ex.l. dispositione potius quàm ex uoluntate defuncti. Si sic, ergo non significat propriè & uerè sed fictè uel præsumptiuè. Itē patet, quia uerba defuncti omnino repugnat.l.ꝙ sub affirmatiuis uerbis comprehendantur negatiua & contra ergo illa interpretatio procedit extensiuè non declaratiuè.ergo & &c. Præterea hęc substitutio comprehensa in pupillari expressa, est omnino tacita & nullo modo expressa, nec ex ui uerborum intelligitur, sed solùm legis potestate ut per Bar.in.l.j.ff.de uulga.& pupi.ii. col. & omnes ita declarant. ergo non potest dici, ꝙ ille substitutus tacitus habet uoluntatem defuncti propriè sed impropriè & fictè ex legis dispositione. Bene ergo infertur conclusio, ꝙ cohæres debet præferri uel saltem non excludi, quia quando duo concurrunt, quorum unum significat propriè aliud impropriè, illud 38 ꝙ propriè significat debet accipi & præferri.l.quoties idem sermo & ibi Bar.ff.de regul. iur.facit.c.ex literis cum ibi notatis de sponsalibus. & in simili.l.ii.§.i.ff.Si ager uecti.uel emph. peta. & omnia iura, quæ dicunt ꝙ res in dubio debet accipi in famoso & potiore significato.§.sed quoties, cum similibus inst. de iure naturali.l.fin.C. qui non.æta.impe. Tertio principaliter sic probatur, quando 39 aliqui ueniunt ad conflictum ille præfertur in quo plures qualitates uel causæ prælationis concurrunt. tex.in auth. defuncto. C. ad tertu. & in auth. cessante cum sequenti.C.de legi.hære.& in auth. itaq;.C.communia de successionibus, ubi ex utrobique latere coniuncti præferuntur ex altero tantum latere coniunctis. facit.l.scripto in.fi.ff.unde liberi.ubi tex.dicit, non sic parentibus liberorum, ut liberis parentum debetur hęreditas: cum parentes ad bona liberorum ratio commiserationis admittat, liberos naturæ simul & parentum commune uotum. quia ergo in liberis duæ qualitates concurrunt, ideo dixit non sic &c. facit etiam tex. singularis in.l.cum te.C. de donat.ante nuptias.ubi text. cum te sponsæ filii tui quædam donasse profitearis, perfectam donationem rescindi, nec nostro oportet rescripto, quam tua uoluntas iurisq; auctoritas fecit ratam. uult dicere ille tex. ꝙ donatio fuit perfecta iuris auctoritate, & partium uoluntate: & sic fuit subnixa uinculis ciuilibus propter iuris auctoritatem, & naturalibus propter consensum. Sed in rescripto principis deest alterum istorum scilicet naturale, ergo donatio non potest tolli, quia fundata duplici uinculo uel duplici qualitate, & sic duæ qualitates præferuntur uni tantùm & illa ratio non est alibi secundum Bal. ibi, quam ego applico ad omnia iura, quæ 40 dicunt ius quæsitum ex conuentione partium non posse per rescriptum principis tolli, quod est notandum. Item facit in propria materia, quia uidemus, ꝙ 41 coniuncti re & uerbis simul, & sic duplici qualitate præferuntur in iure accrescendi coniunctis re tantùm, uel uerbis tantùm & sic illis in quibus tantùm una qualitas concurrit.l.re coniuncti.de lega.3.cum sua materia.facit bene in simili.l.fi.§.sin autē aliquid.C.de edicto diui Hadria. tollen.ubi si aliquis petit se mitti in possessionem prætextu testamenti quod ostendit, & apparet aliquis contradictor illi adiudicabitur possessio, qui potiora ex legitimis modis iura ostenderit. & sic quando duo ad conflictum ueniunt præfertur ille, in quo maior causa prælationis concurrit.tunc est ꝙ liberi præferuntur agnatis & cognatis in successione, ideo quia plures qualitates in liberis concurrunt. Nam filius est agnatus, item & cognatus, item est deliberis: cum ergo sit fulcitus pluribus qualitatibus, meritò præfertur & succedit ex triplici capite ut est notum. quia quot qualitates quis habet, tot iura habet, quando scilicet qualitas est causa finalis iuris consequēdi. nam iura stant in qualitatibus & respectibus, & est simile, nam 42 ego ut Fernandus sum indiuiduum, ut homo sum species, ut animal sum genus.sic.ff.de adopt. l.si pater.§.si duos. ita filius est species specialissima, quia filius, item est species, non specialissima, quia de pluribus prædicatur, scilicet quia agnatus. item ut sic dixerim est genus, quia cognatus. & omnes istæ prædicationes sunt ueræ: ergo quælibet qualitas suum retinet officium, & uim, & naturam, quia qualitates non confunduntur nec corripiuntur in proprio subiecto. insti.de hære. quale & differ.§.sui.ff.de annuis.lega.l. qui marco.ff.deleg.ii.& ff.deleg.i.l.Titiæ textores. cum simil. Modò ad propositum, coniunctus habet uoluntatem defuncti quemadmodum substitutus ut suprà probaui, item coniunctus admittitur ex dispositione legis.l. si in testamento in fin.ff.de uulg.& pupill. quemadmodum substitutus tacitus.d.l.iam hoc iure, cum simil. Itē cohæres habet partem à defuncto relictam, quod non est in substituto, ergo in eo sunt plures qualitates: debet igitur præferri per suprà dicta. Quod autem hæc sit qualitas, quæ debeat considerari quò ad prælationem scilicet ꝙ fuerit ei portio relicta, pondero nouissimè tex. in.l.fi.C.de insti.& substi.ubi Iuris consultus dicit, si enim & suæ substantiæ partem uxori dereliquit multo magis &c. & sic illa erat ratio, quare uidebatur mater præferenda. concluditur ergo quòd substitutus tacitus debet excludi per cohæredem in quo plures

31 *Fiscus non tenetur uindicare necem defuncti.*

32 *Hæres hæredis an possit onerari.*

33 *Bon. poss. non dicitur habere uoluntatem defuncti.*

34 *Bon. poss. an possit onerari.*

35 *Tacita uoluntas non est propria.*

36 *Verbum uidetur fictionem significat.*

37 *Vulgaris tacitam pupillarem continet ex interpretatione extensiua.*

38 *Propria impropriis præferenda.*

39 *Duo uincula uno fortiora.*

40 *Princeps ius quæsitum ex conuentione non potest auferre.*

41 *Coniunctus mixtim simpliciter coniunctis præfertur.*

42 *Homo est genus & species & indiuiduū.*

qualitates concurrunt, uel saltim non debet per substitutum cohæres excludi. & huic fundamento fateor ingenuè me responsum nescire.

Denique ad hoc forte & stringens fundamentum ego sic respon. quòd tacitus substitutus habet plores qualitates, & quòd plures habeat qualitates probo. mater fuit instituta in parte, posthumus in altera parte, si posthumus natus non erit, Titius fuit substitutus: & sic uulgariter posthumus natus est, sed impubes ante aditam hæreditatem decessit, & per hoc expirauit uulgaris expressa, sed habet locum uulgaris tacita. arg. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posth. certè talis substitutio matrem propter eius priuilegium excludere non potest. ergo alium quemlibet excluderet; licèt prætenderet ius accrescendi. ita est tex. in. l. fin. C. de insti. & substi. hoc ideo quòd habet plures qualitates. Nam quo ad portionem uacantem habet uoluntatem expressam in casu, quo posthumus natus non sit, & in casu, quo nascatur & impubes decedat, habet tacitam, ut ibi. mater prætendens ius accrescendi, quo ad illam portionem uacantem nunquam habet nisi tacitam, licèt quo ad portionem suam idest in qua ipsa fuit instituta habet semper uoluntatem expressam: & ideo eam portionem indubitanter obtinet. Vide ergo quòd coniunctus plures qualitates habet quo ad portionem suam, sed non quo ad portionem uacantem. simil. in. l. pe. per Alex. C. de impub. ubi in illa. q. qua quærit si post plures institutos Titius uolgariter substituatur, an uno ex institutis repudiante statim admittatur substitutus, an demum utroque hærede excluso? & quia communiter tenetur, quòd substitutus non admittitur nisi post omnium institutorum exclusionem. quia 43 primò nominatus censetur magis dilectus. l. Publius Meuius. §. j. ff. de condic. & demonstr. ad quod respon. Alex. in. d. l. pen. quòd primò nominatus bene censetur magis dilectus in portione, quæ sibi data foit, sed non in portione cohæredis. nam in illa magis dilectus uideri debet substitutus quàm ipse coniunctus: cùm substitutus expressam, coniunctus autem tacitam uoluntatem duntaxat habeat. sic ergo & in specie nostra tacitus substitutus ad portionem tacitam habet expressam uoluntatem defuncti eo casu, qui in substitutione comprehensus fuit: coniunctus autem quo ad illam portionem uacantem de cuius acquisitione agitur, nunquam habuit expressam uoluntatem.

43 Primus nominatus quòd uideatur magis dilectus ut intelligendum.

Quarto pro ista 44 parte pondero tex. in dicta. l. fi. C. de insti. & substi. sub condi. fact. nam ibi secundum communem intellectum pupillus fuit institutus, item mater fuit instituta, item pupillo datus est substitutus expressus, illa autem substitutio expressa fuit extincta ut ibi, in text. & fuit locus tacitæ substitutioni in expressa comprehensæ, nunc concurrunt ad bona pupilli mater & substitutus: dubitatur uter eorum debeat præferri? decaditur ibi, quòd mater, ibi ergo est tex. expressus quod mater, quæ uenit per ius accrescendi præfertur tacitæ substitutioni, & sic est expressum pro conclusione. Subtiliter tamen inuenti uidebatur quòd illa. l. nihil penitus faciat. nam si mater præfertur substituto tacito ideo quia est cohæres, & sic per ius accrescendi, sequeretur quod posito quod non esset cohæres deberet substitutus tacitus admitti, quia tunc cessaret ius accrescendi: sed hoc est falsum per. l. precibus. C. de impub. & ali. ergo ius accrescendi in illa. l. fin. nihil penitus operatur. Præterea illa. l. fin. loquitur de tacita pupillari, sed quæstio nostra loquitur, an per uulgarem tacitam excludatur ius accrescendi? inter istas autẽ sunt uariæ differentiæ ut est notum. & sic illa. l. non facit: præfertur ergo ibi mater substituto tacito, non ideo quia cohæres ut dixi, sed ideo quia mater, item quia agitur de bonis filii sui, item quia substitutio erat tacita: quibus deficientibus non haberet locum illa lex ut ibi per. dd. & sic non stringit in nostro proposito.

44 l. fi. C. de inst. & substitu.

Quinto pro ista parte pondero quædam uerba Bal. in l. j. C. quando non peten. partes. 7. col. ubi expressè dicit, quod 45 ius accrescendi est eiusdem rationis, conditionis, & prærogatiuæ, cuius est suum principale allegat l. inter socerum. §. cùm inter. ff. de pact. dotalibus & ex hoc infert, quod 46 si statutum præfert fratres sorori in successione & ex duobus fratribus, unus repudiat, totum accrescit alteri fratri, & nihil sorori, ratione de qua suprà. Item est alia ratio, quia portio accrescit portioni, priuatio uerò nihil accrescit: quia 47 accrescere est habitus, qui non potest fundari super nudam priuationem. ut notatur in. l. ex facto. §. fin. ff. de uulga. & pupill. substi. & ideo sorori nihil habenti nil accrescere potest & tamen excluditur per unum fratrem, sicut per multos secundum eum. Si ergo est eiusdem prærogatiuæ cuius est suum principale, ergo quemadmodum in portione sibi principaliter relicta excludit substitutum tacitum, ut est notum: ita eodem modo in portione, quę sibi obuenit per ius accrescendi. Sed aduerte, quia ista ratione attenta scilicet quòd ius accrescendi est eiusdem prærogatiuę &c. sequeretur quod quemadmodum institutus in portione, in qua institutus est, excludit substitutum etiam expressum, ut est notum: ita eodem modo in portio obueniente iure accrescendi deberet excludere substitutum etiã expressum. quod est contra. l. ii. §. si duo. ff. de bonor. possess. secundum tab. & suprà dixi. & ideo super hoc fundamento cogitabis, possumus dicere, quòd ius accrescendi est eiusdem formæ & naturæ cuius portio primordialiter acquisita quando uel in quibus casibus ius accrescendi locum habet & à lege conceditur. Cæterum in quibus casibus à lege non conceditur, tunc nec habet illam formam nec ullam aliam, quia nullam habet & est nil: itaque postquam est in esse productum est eiusdem formę & naturę, at antequam nascatur, creetur, in esse producatur, non est disputandum de natura eius iuris, quod nil est.

45 Ius accrescendi est eiusdem prærogatiuæ & naturæ cuius erat suum principale.

46 Statuto stante ut stantibus masculis fœminæ non succedãt ad fratris repudiãtis portionem. fœminæ non admittuntur.

47 Accrescere nil habẽti nil potest.

6. Pro ista parte nouiter pondero quod ponit Bar. in l. sed cum primo ad fin. princ. ff. de bonorum. poss. titulo generali. ubi 48 expressè notat, quòd ius accrescendi non impeditur per existentiam sui hæredis. & sic ius accrescendi impedit beneficium transmissionis ex potentia suitatis. idem expressè uult Bald. in. l. si fratris. ad fin. C. de iure deliberan. quod reputat singulare Alex. in l. si filius qui patri. a. col. in fi. ff. de uulgar. & pupil. substi. si ergo ius accrescendi impedit beneficium transmissionis ex potentia suitatis, ergo ius accrescendi impedit substitutionem uulgarem tacitam consequentia tenet. quod 50 beneficium transmissionis est potentius substitutione. l. i. de his quæ ante apertas tabu. ubi est casus singularis secundum Paul. & habetur per Bar. in. l. i. 4. col. de uulga. & pupil. & per omnes in. l. 3. C. de hæred. insti. Si ergo ius accrescendi impedit transmissionem ex potentia suitatis; ergo à fortiori illam substitutionem, quia 51 si uinco uincentem te &c. in. l. de accessionibus. ff. de diuer. & temp. præscrip. & si dicatur quod argumentum non stringit, quia 52 per dationem substituti uulgaris tollitur existentia sui heredis secundum communem opinionem, etiam quò ad transmissionem secundum Bar. & alios in. l. uentre. ff. de acquir. hæreditate. si sic, ergo argumentum non tenet, quia non est dare illam suitatem propter dationem substituti, ut dixi. & sic cessat argumentum. ad huc respon. uno uerbo quòd licèt per dationem substituti tollatur existentia &c. illud 53 est uerum quando, subest expressa, si autem tacita per eam non impeditur transmissio ratione suitatis. ut singulariter tenet Bal. in. l. cum proponas. 3. col. C. de hære. instit. Cùm ergo nos loquamur de substitutione uulgari tacita, non de expressa, sequitur quod argumentum semper urget: & uidetur expressum pro conclusione.

48 Ius accrescendi non impeditur per existentiam sui hæredis.

49 Transmissio iure suitatis an impediatur per ius accrescendi.

50 Transmissio potentior substitutione.

51 Uinco uincentem te à fortiori te.

52 Suitas an tollatur datione substituti uulgaris.

53 Suitatem non tollit tacita uulgaris sub pupillari contenta.

7. Pro ista parte pondero nouiter tex. in. d. l. si in te-

stamento

ftameoto.ff. de uulga. & pupi. fubfti. ubi eft tex. quòd 54 pars, quæ alicoi obuenit iure accrefcendi dicitur propria & fua.& ex hoc infert ibi Cynus.Bal.& Alex.q fi aliqui hæredes inftituti fiins prohibiti alienare rem extra familiam, & contingat quòd aliqua pars eis obuenıat per ius accrefcendi, illam partem non potetunt alienare, quia dicitur propriè fua & non aliena: fecus fi ad eos peruemret alio titulo, puta emptionis uel fimilis. & ita intelligitur tex.in.l.pater filium.§.quindecim. de leg.3. & quod notatur in.l. uoluntas.C.de fideicom. & ita dicunt fuiffe obtentum de facto.Si ergo pars obueniens iure accrefcendi dicitur propriè fua, fcilicet eius cui accrefcit, fequitur quòd ille debet excludere fubftitutum tacitum, quemadmodum excluderet in illa in qua eft inftitutus. Item & fecundo probatur ex illo tex. nam ibi eft tex. quòd 56 ius fubftitutionis regularetur à iure inftitutionis & à iure accrefcendi, item & hoc pondero, quod id, quod obtinetur iure accrefcendi, dicitur obtineri iure inftitutionis, quod Bal. ibi reputat notandum. modo fic in portione alicui obueniente iure inftitutionis certum eft, quòd excludit fubftitutum ergo idem eft in ea, quæ obuenit iure accrefcendi.Sed poffes dicere, quod ille tex.non ftringit. Nam fi portio obueniens iure accrefcendi diceretur propria ut dixi in prima inductione, uel diceretur obtineri iure inftitutionis, fequeretur quod ne dum excludet fubftitutum tacitum, fed etiam expreffum: quia quandiu eft locus inftitutioni, non eft locus fubftitutioni.l. quamdiu.cum fimil.ff.de acquir. hær.fed hoc eft falfum, quia in portione uacante præfertur fubftitutus expreffus, quia ius fubftitutionis eft potentius iure accrefcendi. ut fæpe dictum eft:ergo neceffario eft dicendum, q non dicatur propriè habere portionem uacantem iure inftitutionis, aliàs fequeretur abfurdum de quo modo dixi. Vel aliter & fecundo cōceffo, quòd portio obueniēs iure accrefcendi diceretur propria eius cui accrefcit. itē dicatur obtineri iure inftitutionis: tamen debet intelligi poft quam iā accreuit. & ita propriè intelligitur ille tex.quòd portio, quæ obuenit iure accrefcendi dicitur haberi iure inftitutionis. & ideo 57 ille, cui aliqua pars accreuit eft admitti ad fubftitutionem non folùm pro parte in qua inftitututus eft, fed etiam ratione eius, quod fibi accreuit. ut ibi.in tex. fed in quæftione noftra non dum accreuit, immo hæc eft quæftio, de qua quærimus.f. quando portio uacat, quis admittatur ad eam.f.an fubftitutus tacitus, an cohęres per ius accrefcendi? in quo dic ut fuprà. & fic in ueritate illa.l.fi in teftamento non ftringit in propofito noftro cogitabis.

54 Accrefcēs pars propria dicitur.

55 Accrefcentem partē alienare nequit, qui fuam partem alienare uetitus fuit.

56 Accrefcēs pars an dicatur ueniere iure inftitutionis.

57 Accrefcēs pars facit, ut & ex fubftitutione maior portio contingat.

Nunc refpondendum reftat ad allega. pro prima parte. & primo 58 ad.l.fin.C.de hær.infti.ubi pendet uis huius quæftionis, ad quam multipliciter refpondeo. Primo, fateor enim quod ibi fuit datus cohæres, item quod litera ibi dicit illum fubftituturum ex fubftitutione uocari. tamen ego fuppleo ad illum tex. fubftitutum ex fubftitutione uocari, fcilicet nifi cohęres illum excludat, & fic quòd cohæres uolens illum excludit: & fic non contradicit neceffariò. neque huic folutioni obftat, quòd 59 ius accrefcendi competit inuito.§. his ita.de cadu.toll.cum fimil.nam illud eft uerum, quando non eft fubftitutus in portione repudiata. fi autem eft fubftitutus aut expreffus & tunc præferretur cohæredi & non eft quæftio noftra: aut tacitus, & tunc quamuis non præferatur cohæredi, ut ego teneo, tamen poteft permittere cohæres fubftitutum admitti, & fi ille uult fuccedere, non accrefcit cohæredi inuito: quia tunc ceffat ratio inductiua iuris accrefcendi de qua in.l. feruus communis ab extero.ff.de acquiren. hære.Si autem noluit fuccedere quod poteft.l.nec emere,cum fimil.de iure deliber.tunc accrefcit cohęredi inuito, ut in contrario, ne teftator decedat pro parte bonorum inteftatus contra conclufionem iuris. Verùm quia hęc folutio uidetur quodammodo diuinare, nec eft tuta, ideo aliter foluo, & fecundo, Et dico quod ideo in.d.l.fi.admittitur ille fubftitutus tacitus fcilicet quia non fuit datus cohęres, fi autem fuiffet datus cohęres tunc ille excluderet fubftitutum tacitum per ea, quę fuprà allegaui pro ifta parte. quod autem ibi non fuerit cohæres probo, Primo quia tex. dicit, nifi prius hærede Plotio fibi inftituto &c.& fic loquitur in fingulari numero, ergo non fuit datus cohæres: quia fingularis locutio unico tantùm eft contenta.l.ubi numerus. de tefti. Item quia in illa.l.fin.de cohærede uerbum nullum, ergo cùm lex non dicat, nec nos dicere debemus.l.de precio.ff.de publici.cum fimilibus.

58 Intell.l.fi. C.de hær. inst.

59 Accrefcendi ius hæredi inuito datur.

Præterea & tertio cohæredis datio eft quid facti, ut patet, fed 60 facta non præfumuntur, nifi probentur l.in bello.§.facta.ff.de capt. & poftli.reuerf.l. fi emancipati.C.de colla.cùm ergo non probetur ex uerbis illius legis, non eft noftrum præfumere. & fi dicatur quòd immo eft tex. de hoc in illa.l. dum dicit, partemque & fic præfupponit quod alius fuit inftitutus in alia parte, quia 61 appellatione partis non continetur totum.l. nouem filiarum.§. portiones.ff. de uerb. fignifi. ad hoc ego refpondeo, & eft refponfio nouiffima ad propofitū illius legis, & dico quòd licèt appellatione partis non contineatur totum, illud eft uerum, quando eft etiam difpofitum de alia parte: fi autem non fuerit de alia parte difpofitum, tunc appellatione partis comprehenditur etiam totum in noftra materia.tex. eft & ibi nota. dd.in.l.2. C.de hære.inftit. & notatur in. c. quamquam de ufu.lib.6. in uerbo teneatur.facit in fimili.l.1.§.fi ex fundo.ff.de hære.inftit. Hinc eft, quòd 62 fi teftator in teftamento legat uxori illam partem domus, quam fecum uiuens inhabitare folebat, quòd fi totam domū inhabitabat, & nullam partem erat folitus locare certè tota domus uenit in legato.tex. eft notabilis in.l.uxori in princ.& ibi glo.& Bart.ff.de lega.3. Bart.& alii in.l. fi plures.ff.de dam.infe.Et fic 63 appellatione partis ibi continetur totum. fic etiam è contra, appellatione 64 totius quandoque uenit pars.l. Titia. & ibi notat Alex. ff.ad.l.fal.l.Lucius Titius.cum glo.ff.de lega.1.per quod ibi fingulariter dicit Bal.quod fi teftator habens plures filios eos inftituit hæredes ęqualiter, deinde difpofuit quòd fi aliquis filiorum eorum moriatur, nolo hæreditatem meam diftribui inter pauperes. certè fi unus ex liberis moriatur, illa dictio hæreditatem quamuis totam importet, tamen exponitur pro illa parte hæreditatis quæ illi filio obuenit & dicit dominus Alex.in.d. l.Titia, quod illud eft perpetuò tenendum menti, quod fæpe de facto contingit.Cùm ergo in.d.l.fi.de hæred.infti.fiat mentio partis & ex illo tex. non colligatur quod de alia parte fuerit difpofitum.Item loquitur in materia inftitutionis, ubi pars trahit ad fe aliam partem; neceffariò fequitur,quòd ibi pars ponitur pro toto per fuprà dicta. Si fic, ergo non fuit datus cohæres, & fic ille tex. non ftringit contra conclufionem. præfertim quia ibi non fimpliciter loquitur de parte, immo lucra dicit in locum partemq; &c. & fic eft minor dubitatio.& hoc quo ad fecundam folutionem. uel tertio fine præiudicio ueri, conceffo quòd ibi fuerit datus cohæres, adhuc dico, quod non obftat. nam ibi text. non dicit fubftitutum tacitum uocari, quia tunc obftaret. Sed dicit æftimandum eft teftatorem dixiffe, fi Plotius hæres nō erit, Sempronius ex fubftitutione uocari. Sed an admittatur non dicitur ibi in text. Vnde ego dico hæredem præferri per fuprà dicta. uel quarto conceffo, q fubftitutus admittatur, nam ibi illud ideo eft quia teftator præfumitur ita uelle. nam tex.dicit æftimandum eft eum dixiffe, Sempronium ex fubftitutione uocari. ergo uoluiffe. nam quod quis dicit uelle præfumitur. l. Labio. cum fimilibus. ff. de dot. prælega. fi fic, ergo non obftat.Nam 65 cùm teftator pofsit prohibere ius accrefcendi, ne dum expreffè.l.quotiens §. fi duo.ff.de hære. inft.l.dominus.§.1.ff.de ufufructu. Sed etiam tacitè.l.qui

60 Facta nō præfumūtur.

61 Partis appellatione non totum nifi quando de pate tantùm difpofitum fuit.

62 Partē domus, quam habitare folebamus uxori legaui, totū debetur fi totam habitabamus.

63 Partis appellatione totum & totius appellatione pars interdum continetur.

64 Hæreditatis appellatio aliquando reftringitur ad partē tantū hæreditatis.

65 Accrefcendi ius teftator poteft prohibere tacitè uel expreffè.

citè.l.quidam testamento.ff.de uulgar. & pupil. ergo à fortiori substitutum tacitum præferri cohæredi. & sic in illa.l.fin.erit casus specialis.ad reliqua argumenta facilis est solutio. Denique tenenda est communis opin. per.d.l fin.& quòd.d.l.si.C.de inst. & subst.communem sententiam probet, patet pulchra inductione. Nam ibi

66 *Intell.l.si. C. de inst. & subst.*

uxor testatoris & posthumus fuerunt instituti, & posthumo sub hac conditione, si natus non fuisset, datus fuit uulg.substitutus. unde eo casu, quo natus fuisset is substitutus uocatus non fuit: sed potius uirtualiter exclusus.cùm inclusio unius casus sit reliquorũ exclusio l. cum prętor.ff. de iudi.& per arg.a contrario sensu.l.i. ff.de offi.eius cui man.& quia testator si aliud uoluisset id expressisset.arg.l.un.§. sin autem ad deficientis.C. de cad. toll. Ergo is casus, quo posthumus natus fuisset, negari non potest quin non solùm prætermissus fuisset, sed quòd plus est etiam uirtualiter exclusus inspecta uerborum proprietate, & tamen etiam ad illum casum ex mente testatoris extenditur substitutio, quo casu indubitatam est substitutionem tacitam esse, quandoquidem non solùm uerbis testatoris comprehensa non fuit, sed immo uirtualiter uidetur exclusa: & nihilominus eo casu, quo substitutio tacita est, uincit ius accrescendi, quia tex. ait, quòd si posthumus natus fuit & sic defecit conditio substitutionis, si tamen in pupillari ætate decessit, substitutus tacitus ut pote præter uerba admissus excludit hęredes matris, quæ posthumo cohęres data fuit: licèt 67 tales hæredes matri ius accrescendi soleant habere, non secus quàm ipsa mater.

67 *Accrescendi ius transit ad hæredes.*

ut.in.l.qui patri.ff.de aeq.hær.l.ex pluribus.ff. de suis & legit.§.si.inst.de offici.l.hæc scriptura.§.si.ff.de condit. & dem. Nec dicatur, quòd ibi non erat ius accrescendi quia erant diuersæ hæreditates & erat iam acquisita hæreditas ipsi impuberi. unde uidebatur cessare ius accrescendi.argum.l.i. §. interdum.ff. de usufr. accrescendo. Nam 68 resp.quòd de hęreditate testatoris ad hæreditatem impuberis datur ius accrescendi, non secus quàm si una eademque hęreditas foret, siue impubes iã patri suo hæres extiterit, siue non extiterit.l.qui patri. ff. de acq. hær.l.quidam.C. de iure deliber.docent.Bar. & omnes in.l.re coniuncti.ff. de leg.3. & in.d.l.quidam & in.d.l. qui patri. sicque teneo communem opin.quàm licet nullibi unquam rectè sufficienterque probatam uel defensam inuenies, modò autem pulchro abditissimoque argum. defendere disces.

68 *Accrescendi ius est interdum etiã inter diuersas hæreditates & et post portionem quæsitam.*

69 *Secunda ampliatio.*

Denique 69 superiorem communem opinionem secundo loco amplia quòd non solùm substitutio expressa & tacita excludit ius accrescendi, sed 70 etiã inualida ex causa præteritionis filii. per Bar.in.l.pe.ff. de iniusto rup.Bal.& Areti.in.l.si C.de inst.& subst.per moder. in auth. ex causa.C.de libe.pręt.quod intellige ut per Soci.in.d.l.prima.col.74.ff. de uulga.per.d.Ias.in l.non dubium.C. de testa.Pau.de Cast. &.d. Ias. ubi per alios.in.l.quidam.ff.de uulga.& ueritas est, quòd substitutio inualida nunquam excludit ius accrescendi.l. si solus. in princ.ff.de acq.hær. l.si tu ex parte eod.ad.d.l. pe.ff. de iniust.rup. quę est fundamentum tenentium q inualida substitutio excludat ius accrescendi, resp. nil obesse.Nam aliud est tractare de creatione iuris accrescendi, aliud est tractare de effectu eius iuris postquam creatum est.at in.d.l.pe.ius accrescendi nunquam fuit creatum.Nam 71 portio uacans omni iure esse oportet ut per ius accrescendi deferatur l.si duo patroni in prin.ff.de iureiur.ubi per gl. & doct.l.huiusmodi.§.si Titio ubi Bar. & omnes.ff.de leg.i.l.planè.§. si coniunctim ubi Alex. & Ias post alios eod.tit. Item 72 altera portio esse debet, cui accedat portio uacans.l.si totam ff.de acq.hær.l.si Titio.ff.de usufr.l.interdum.ff.de usufr.accrescẽdo.l.& eãdem.§.1.ff.de excep.rei.iudi. docẽt Bar.& omnes in.l.re coniuncti.ff.de leg 3. itaque ut ius accrescendi creatum inque esse productum uideatur, sicque de eo excludendo uel admittendo agi posset,

70 *Substitutio inualida an uincat ius accrescendi.*

71 *Accrescere nequit portio nisi uacet omni iure.*

72 *Accrescere portio nisi alteri portioni non est possibile.*

oportet & portionem de cuius accessione agitur esse ex toto uacantem & portionem alteram esse cui portio uacans accedat: quorum neutrum aderat in.d.l.pe.Nam & institutus qui per ius accrescendi uacantem portionem petere posset, suam portionem non habebat: quia testamentum fuit ruptum sicque suam met portionem conseruare non potuit. & altera portio non uacabat, quia occupabatur per filium præteritum, sicque de effectu iuris accrescendi an in terminis. d.l.pe. uinceret subst. an ab ea uinceretur, ineptè agitur: quia ibi ius accrescendi creatum non erat sicque de effectu ipsius non rectè tractatur, non magis quam de hominis operatione ante quam nascatur. facit. l. quidam referunt. de iure codicill.ibi, esse enim debet &c.& de intellectu. d.l.pe.ff.de ini. rup.uide per Curti. Iuniorem Decium Ias.Alex.Corn.& alios in.l.pe.C. de impuberum.

Superior conclusio, ut substitutus præferatur coniuncto. ampliatur .3. etiam 74 si coniunctus restitueretur ad omnia in pristinũ statum.l.sed si fine.§. sed quod Papinianus.ff.de mino.licèt restitutio. sit latè interpretanda.per Bar. in.l.si.C.de sent.pas.plenius per Christopho.Poreum insti.quib.mo.ius.pa.pot.sol.per Bar. & d. Ias.in.l.si.ff.de const.princ.quod est intelligendum. ubicunq; quis non posset admitti nisi de iure speciali, quia substitutus bene præfertur.l.4.§.i.ff.de fideicom. liber. per Bar.& omnes in.d.l.prima uersic. quarto principaliter uers. primo quero.ff. de uulga. secus si de iure communi posset admitti, quia substitutus non præferretur. ut ibi per docto. faciunt, quæ not.Pau.de Castr.& Soci. in.l.mulieri & Titio.ff.de cond.& demonstr. ratio est, quia 75 per dictam restitutionem retro trahitur institutio ad primum statum etiam in preiudicium substituti. de quo per Bar. & alios. in.l.Gallus.§. & quid si tantum.ff.de libe. & posth.& cogita an id intelligendum sit duntaxat in restitutione, quæ fit ex gratia? ut fortè aliud respondendum esset, si fieret ex iustitia: restitutio enim gratiæ nunquam aufert ius alteri quæsitum, non magis quàm legitimatio ut plenè tradũt nouissimi post Bart. ibi in.d.§.& quid si tantum, quod plenius suo loco dicemus.

73 *Tertia ampliatio.*

74 *Substitutus an præferatur coniuncto restituto.*

75 *Restitutio an trahatur retro.*

Eadem conclusio ut substitutus præferatur coniuncto. Ampliatur 4. in usufructu. nam 76 si mulieri institutæ in usufructu, est facta substitutio etiam uulgaris, quæ agnito usufructu decessit, substitutus admittetur, non coniunctus.ita dicit Alex.in.d.l.j.colum.14. ff.de uulga. ubi per moder.nec obstat secundum eum si dicatur, quòd ususfructus cum persona extinguatur.l. cum antiquitas.C.de usufructu.§. si. insti.eo. titu.& et substitutio uulgaris.l.post aditam.C. de impubc. secus. tamen est in usufructu l.prima.§ interdum.ff.de usufru. ac pro hoc dicto Alex.soleo allegare tex. in.l.sicut in annos.§.i.ff.quib. mod. usufruc. amit.Sed in contrarium fortiter facit, quia substitutio in legatis regulatur secundum naturam substitutionis, quæ fit in hæreditate l.un.§. ubi autem.C. de cad.toll.Vnde ut substitutio in hæreditate expirat post acquisitionem, ita & in legatis expirare debet. unde si mulieri & Titio usumfructum legaui, eaque agnouit & decessit, quo casu sine dubio Titius coniunctus si nullus esset mulieri datus substitutus per ius accrescendi admitteretur.l.i.§. interdum.ff. de usuf.accrescendo.ergo & si datus sit substitutus cum is iam per acquisionem, quam mulier fecit uideatur exclusus: nisi 78 diceremus speciale esse in substitutione, quæ fit in usufructu ut in ea cesset regula.d.l.post aditam.per.d.l.sicut.§.1.ff. quib. mod. usufr. amitt. Cõfirma quia uerbum substituo ex sui natura & proprietate comprehendit utrumque casum.s. acquisitionis non factæ & etiam factæ & postea resolutæ, ut infrà dicam Eadem conclusio ut 79 substitutus pręferatur coniuncto ampliatur.5.in substitutione fideicommissaria, quia 80 præfertur etiam coniuncto. ut per Ange. Ioa. de Imol. & Soci. ubi per alios.in.d.l.1.ff. de uulg. idque indubitanter

76 *Quarta ampliatio.*

77 *Substitutio facta in usufructu, non extinguitur aditione, uel agnitione, relictorũ.*

78 *Intell.l. post aditã C. de impub.*

79 *Quinta ampliatio.*

80 *Substitutus etiam fideicommissarius excludit coniunctum.*

dobitanter uerum est nam substitutio uulgaris nunquã fit in læsionem instituti, sed demum cum ipse primo nominatus, uel non uult. uel non potest esse hæres sicq; in quibus admittendus non esset, etiamsi sibi substitutus datus non esset. l.3. C. de hær. insti. l. si pater f. ff. eod. §. fi. insti. de uulg. secus in fideicommissaria quæ fit ad exclusionem primo nominati, cùm purè restituere rogatur uel eius hæres cum rogatur post mortem restituere. ut per totum. C. & ff. ad Treb. & insti. de fidei. hęr. ergo si coniunctus excluditur per substitutũ uulg.: multo facilius per substitutum fideicom. facit. l. non iustam cum materia. C. ad Treb.

De substitutionibus honorariis.

SVMMARIVM.

1 Verbum substituo, comprehendit casum tam aditæ quàm repudiatæ hæreditatis.
2 Substitutio informis est illa, primum instituo, secundum substituo.
3 Vulgaris sub compendiosa comprehenditur secundum communem op.
4 Substitutio informis continet sub se uulga. expressam uerbis generalibus.
5 Informis substitutio non tantùm uulgarem sed etiam reliquas omnes substitutionum species comprehendit contra communem op.
6 Verb. substituo inspecta legis interpretatione an omnes substitutiones comprehendat.
7 C. si pater de test. lib. 6.
8 l. si pater filio. ff. de uulga.
9 Reciproca non comprehendit fideicommissariam, cum communi. contra Ias.
10 Fideicommissaria an sit propria substitutio & quid in statutis.
11 Verba directa sæpe obliquantur, non è contra.
12 Fideic. transit in directam subst. fauore libertatis & piarum causarum.
13 Vulgarem an inducant illa uerba, uos inuicem substituo, ardua q.
14 Reciprocam & compendiosam non iustè fuisse à Bar. æxequatas.
15 Innominata delicta, & quasi delicta, contractus, & quasi contractus & ultimæ uoluntates, & pactiones, & distractus, & etiam homines interdum dicuntur.
16 Pœna iudicis arbitrio imponenda est, cùm ea non reperiatur à lege imposita.
17 Substitutionum noua diuisio.
18 Pupillaris tacita an matrem excludat.
19 Pupillaris tacita an sub uulgari contineatur, stante statuto ut uerba intelligantur ad literam.
20 Informis comprehendit pupillarem etiam ex proprietate uerborum.
21 Compendiosa uulgarem continet, fallit si sit statutum ut uerba intelligantur prout iacent.
22 Testamentum an incipiat à tacita uulgari. ardua q.
23 Vulgaris continetur sub tacita pupillari cum communi contra nouiss.
24 Pupillaris an excludat matrem à legitima. ardua q.
25 Substituo uerbum, commune est.
26 Pupillaris excludit matrem à legitima etiam si sit statutum ut uerba ad literam intelligantur.
27 Expressum quid dicatur.
28 Exemplaris excludit matrem etiam à legitima.
29 Informis uel pupillaris, quæ iure directo ualere nequit quando ualeat ut fideicom. ardua q.
30 Intell. l. uerbis ciuilibus. ff. de uulg. §. fi. inst. de pupill.
31 Exemplaris facta extraneo an ualeat.
32 Directa uerba an intersese differant, ardua q.
33 Pupill. an compendiosam inducant illa uerba, si filius in pupillari decesserit. ardua q.
34 Pupillaris tacita uel informis an matrem excludat, quando piæ causæ fuit substituta.
35 Informis subst. quando excludat libertatem.
36 Informis & uulg. differunt.
37 Informis non expirat, & si pupillus cui sit uiuo patre decedat.
38 Vulgaris tacita an extinguatur si pupillus uiuo patre moriatur.
39 Pupillaris tacita excludit matrem & si pupillus uiuo patre moriatur.
40 Vulgaris tacita non expirat licèt pupillus cui sit à patre emancipetur. ardua q.
41 Informis subst. erat in terminis. c. si pater de testa. libr. 6.
42 Verba illa, impubes moriatur Titio, communia sint. an directa? ardua q.
43 Pupillaris emancipatione pupilli an extinguatur? ardua q.
44 Intell. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de uulga.
45 Vulgaris tacita non extinguitur, licèt pupillus cui sit dignitate, uel deportatione, uel aliter à patris potestate liberetur: sed nec ipsamet pupillaris his casibus extingueretur. contra omnes.
46 Vulgaris tacita an aduentu pubertatis extinguatur. ardua q.
47 Substitui puberibus an possit post aditam etiam hære. directo fauore piæ causæ. ardua q.
48 Lex generalis comprehendit etiam priuilegiatos.
49 Quid iure canonico.
50 Legum correctio non fit per subauditos intellectus.
51 Filii præteritio an uitiet testamentum factum ad pias causas ardua q.
52 Præteritus quis dicatur.
53 Institutio honor est.
54 Præteritione unius filii etiam inter liberos factum testamentum uitiatur.



OSTQVAM regulariter ius substitutionis potentius esse, quàm ius accrescendi edocti sumus: consequens est ut de substitutionibus primùm, deinde de iure accrescendi dissera- mus. Substitutionum autem quædã sunt expressę, quædam tacitę. Expressæ dicuntur illæ, quæ comprehenduntur ex ipsa uerborum formula. Tacitæ, quæ ex tacita mente & sensu testatoris (interprete lege) colliguntur. ut docent Bar. Alex. Soci. Ias. Ripa Alciatus & alii in l. i. in princ. ff. de uulgari. in cuius materia fusius id agemus. Vnde cum regulariter expressum fortius sit quàm tacitum. l. cum ex filio in pr. ubi notant communiter doctores. ff. de uulgari. par est ut primum de expressis deinde de tacitis edoceantur: & sic de iure accrescendi, quod tacita substitutio esse intelligitur. l. si Titio & Meuio. §. Iulianus ff. de lega. ii. Rorsus substitutiones expressæ subdiuiduntur. Nam quædam sunt honorariæ, quædam subsidiariæ. honorarias libuit appellare eas, quæ principaliter fiunt ob commodum & honorem substituti. (quale est eum post plures institutos, adiici, si primus hæres non erit substituo) Subsidiarias uerò eas uocamus, quæ potissimùm factæ uidentur ad subsidium & conseruationem testamenti. ut si fortè primò nominatus hæres nõ fuerit, secundus substitutus hæres existat: sicq; testamentum sustineatur. (quale est cum dixi, si nullus ex institutis hæres exiterit substituo) priore enim caso, ideo ad honorandum principaliter substitutum dicimus factam uideri substitutionem: quia etiam si ille substitutus non esset, adhuc supererat cohæres coniunctus, cui primi nominati uoluntate uel impotentia exclusi Subst. diuisio noua.

portio accresceret, sicq; testamentum etiam non facta substitutione sustineretur. non sic in casu posteriore in quo deficientibus omnibus priore gradu uocatis, ad sustinendum tale testamentum necessaria fuit substitutio, quam ideo subsidiariam merito appellamus. Itaq; & si quæ honoraria principaliter est, non desinat secundariò esse subsidiaria & è contra, tamen inspecto eo, quod principaliter agi uidetur, ea diuersa nomina eis aptauimus. Effectus est magnus. quia ius substitutionis, quam honorariam appellauimus, præfertur iuri accrescendi. ut plenissimè diximus supra proximè in præfatione. Non sic in substitutione subsidiaria, cui ex diuerso ius accrescendi præfertur, ut (multis tamen repugnantibus) ueriorem ac receptiorem esse sententiam infrà sub titulo de subsidiariis substitutionibus edocemur. Ex qua differentia intelliges ordinem, quem sequimur in his materiis collocandis & continuandis. Nam quia substitutio honoraria est potentior quam tacita substitutio, aut ius accrescendi: ideo de ea prius agimus quàm de tacita substitutione, uel de iure accrescendi. Rursus quia ius accrescendi uel tacitæ substitutionis est potentius quàm substitutio subsidiaria, ideo de tacita substitutione, uel iure accrescendi prius quàm de subsidiaria substitutione disseruimus.

Rursus expressæ substitutiones subdiuiduntur, quia quædam sunt genericæ (puta primum instituo secundum substituo) Quædam specificæ (puta substituo, si primus hæres non erit, uel substituo si primus in pupillari ætate uel in furore decesserit) Quædam sunt indiuiduæ (puta substituo si posthumus natus non fuerit. ut in.l.si.C.de inst. & subst. uel substituo si filius uiuo me decesserit ut in.l.Gallus.ff.de libe.& posthu. Rursus etiam expressæ substitutiones subdiuiduntur. Nam quædam est informis, quędam formata. Informis, ueluti si post primum nominatum adieceris secundum ei substituo: hic enim ex formula ipsa uerborum non apparet utrum uulgariter tantùm an pupillariter, uèl etiā exemplariter, uel per fideicommissum illum substitutum admissum uolueris. quòd si postquàm dixisti substituo, adiicias, si heres non erit, erit uulgaris formata. quòd si adiicias, si in pupillari ętate decesserit, erit pupillaris formata. quod si adiicias, si in furore decesserit, erit formata exemplaris. quòd si adiicias, si quandocunque decesserit, erit formata compendiosa. quòd si adiicias, si decesserit, restituat uel aliud uerbum obliquum erit formata fideicommissaria. quòd si adieceris, uos in uicem substituo. erit formata reciproca, ex sententia doctorum quamuis non facilè hoc ultimum admittendum esse, nos ostendimus infrà de informi substitutione, quæ omnia ex inferius enarrandis plenius elucebunt.

Ergo acturi de substitutionibus honorariis admonendi sumus, nostrorum plerique quinque species substitutionum tradidisse: omissa ea, quæ uulgò fideicommissaria appellatur, quasi (ut ipsis uisum fuit) illa improprie substitutio appellatur. ut per glo. & omnes in rubr.& in.l.i.ff.de uulg. Nos autem aduertimus, omnes omnino substitutiones eò pertinere. ut post exclusionem primo nominati, secundus (.i.substitutus) admittatur. Nam uerbum substituere hanc ad rem generale est, ideoq; dicimus arbores substitutas, quæ loco senescentium sufficiuntur. milites substitutos, qui pereuntium loco sufficiuntur. Iudices substitutos qui absentium, uel eorum, qui remoti fuerant loco sufficiuntur. pecora substituta, quæ loco demortuorum uel trucidatorum sufficiuntur. & cætera id genus, ut illico probauimus. Primo autem nominatus excluditur uel noluntate uel impotentia l.cum proponas. C.de hæred. inst. noluntas autem uel expressa est ut d.l.cum proponas. uel tacita, quæ expressę exequatur. l.si quis filius ad fi. C.de inoffi. testamento. Impotentia autem uariis ex causis descendit, quę habentur per text. & glos. & doct. in.l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de libe. & posth. & in.d.l.cum proponas & isthęc impotentia contingit uel ante emolumentum acquisitum ut .d.d.ll. uel etiam post illud acquisitum. cùm enim mors omnia dissoluat. auth. de nupti.§.deinceps unde Poëta sic cecinit.

Nudus ad infernas stulte uehere rates.

Cùm inquam mors omnia dissoluat sicq; licèt primo nominatus semel relictum quęsierit, tamen ab eo moriente ius dominiumq; illius rei semel ei quęsitum abscedat, aufugiat, euolaueritque, illico ad illud uidebatur admittendus substitutus ex ui uerborum testatoris, que in locum primo nominati uidebantur substitutum inuitasse: nisi ex legis interpretatione ab istis uerbis recedentes hæredem primo nominati iure transmissionis admitteremus. ut in.l.post aditam. C. de impuberum. iuncta.l.uni.C.qui ante apert.tab. Ergo qui dixit primū instituo, secundum subst.tuo, mihi uidetur informem uel indefinitam substitutionem fecisse, quæ utrunque casum (.i.siue relictum nunquam quæsitum fuerit, siue semel quæsitum morte uel alia quauis ratione amissum uel finitum fuerit) ex ui sermonis comprehendit. & hoc luculenter significauit Iustinianus in l. præcibus. C. de impuberum. dum ait, utrum in primum (.i.ante emolumentum quæsitum) an in secundum casum (.i.post emolumentum semel quęsitum & mortę finitum) substitutum acceperit. Sicq; cum quæritur quot sint species substitutionum aptius quàm doctores faciant, possemus respondere: quòd tres.s.primęua, secundaria, mixta. Primæua, quæ ante relictum acquisitum locum habet. qualis est uulgaris & reciproca & aliquando etiam directa militaris. Secundaria, quæ post relictum semel acquisitum & quauis ratione finitum uel amissum locum habet, qualis est pupillaris & exemplaris & fideicommissaria. Mixta, quę ante relictum acquisitum & etiam post illud acquisitum sed postea amissum uel finitum locum habet: qualis est compendiosa & aliquando directa militaris. argumento .d.l. precibus &.l.centurio.ff.de uulga. & hoc in loco aliquando licèt non semper collocari potest ea substitutio, quam informem uel indefinitam diximus.

Ergo uerbum 1 substituo comprehendit. de proprietate sermonis utrunque casum tam acquisitæ quàm non acquisitæ hæreditatis. tex. est in.l. iam hoc iure in uerbo. hoc communi uerbo.ff.de uulg. est enim substitutio, quędam subrogatio, unde dicimus, pecora (ut & suprà attigimus) substituta, que in locum aliorum pecorum sufficiuntur. l.si grege.ff.de leg.i. proinde arbores etiam substitui dicuntur, cum in locum senescentium alię sufficiuntur. l. arbores. & lex uel mutilum.ff. de usufructu. Præterea actio substituta dicitur, que in locum alterius conceditur & subrogatur. Indeque substitutus intelligitur, qui in locum alterius succedit. & tutor substitutus, qui datur in locum alterius tutoris. l.in fraudem.§.conductor.ff.de iure fisci.l.i.§.hęc actio. ff.si quis. test.liber.esse ius.fuerit.l.si.ff.quod cum eo. l. cum apud Sempronium.ff.iudi.sol. tex. in.l.tutoris.§.in eum.ff.de administra.tuto.& in.c.quoniam abbas.de offi. deleg. & in.c.licèt de uitanda, de elect.& in.c.ad petitionem de accusat.& in.c.huius placiti 12.q. i. &.l. si libertus ita iurauerit.ff.de uper.liber.& in.l.nó plures.de Sacro Sanc.Ecc. itaque cum substituo sit uerbum generale comprehendens omnes res omnesque personas, quę in locum aliorum subrogantur quo quo modo, consequens est, ut comprehendat utrunque casum tam acquisiti quam non acquisiti emolumenti: ut quo quo modo substitutus in locum primi nominati admittatur & succedat, id ex ui huius uerbi substituo contigisse uideatur & ideo dicimus, quòd ex sui proprietate comprehendit non solum eas substitutiones, quæ ante aditam hereditatem locum habent, qualis est uulgaris & reciproca, sed etiam eas, quæ post aditam hęreditatem locum habent. & quòd uerbum substituo & omne uerbum

1 *Verb substitus cōprehendit casum tam aditæ quā repudiatæ hæreditatis.*

bum commune inspecta sui proprietate & etiam de nominatione comprehendit, non solùm eas substitutiones, quę ante acquisitionem hæreditati locum sibi uendicant, qualis est, uulgaris & reciproca ut in. l. iam hoc iure. ff de uulg. & ferè per totum illum titulum & per totum insti. & C. eod. sed etiam comprehendit eas substitutiones, quæ post aditam hæreditatem uendicant sibi locum, qualis est substitutio fideicommissaria. & directa militaris, & pupillaris, & compendiosa, & exemplaris. id nominatim probat. l. generaliter. C. de institu. & in. l. milites etiam in uerbo. substituere. ff. de mil. testa. & in principio instit. de pupil. uerbo. substituere. & in §. qua ratione in uerbo. substituere. eod. titulo & in. l. precibus in uerbo. substituit. eod. titu. l. precibus. C. de impub. ibi in primum an in secundum casum. docet Alciatus in rubr. ff. de uulg. nume. 6. Corras. in rubr. C. de impub. Bar. in. l. centurio col. p. ff. de uulg. qui ideo ait quod uerbum substituo est commune apertumque comprehendere inspecta sui proprietate, non solùm directas substitutiones, quę ante aditam hęreditatem locum habent, sed eas etiam, quæ post aditam hęreditatem locum habent, qualis est fideicommissaria, pupillaris, exēplaris, & similes: & quòd de proprietate sermonis comprehendat etiam fideicom. substitutionem tenuit glo. in l. precibus. C. de impub. gl. mag. in. l. cēturio. ff. de uulg. glo. in. §. qua ratione. inst. de pupill. subst. est tex. melior de iure in. l. iam hoc iure in uerb. hoc communi uerbo. ff. de uulg. qui tex. ad hoc est melior de iure secundum Bal. Ang. Imolam & Ias. ibid. in tertio not. Soci. cons. 14. & consi. 144. uol. l. & est communis opin. secundum Ripam in. d. l. centurio num. 187. ff. de uulg. & est communis opin. secundum Couar. in c. Ramutius. §. 9. num. 5. extra de testam. Alex. consi. 49. uol. 6. Viglius in. §. qua ratione inst. de pupill. Zasius in tract. subst. in substitutione compendiosa. Neque ad rem pertinere debet, quòd uulgaris substitutio post aditam hęreditatem locum nō habeat. l. post aditam. C. de impuberum. id enim non tā ex proprietate ac generalitate sermonis sic quàm ex legis interpretatione ut aduertunt plerique eorum, quos modò retulimus ratio autem quæ mouit legis latorem ut hanc interpretationem restrictiuam contra uim & proprietatem uerborum induceret ea est, quòd primò nominatus cēsetur à testatore magis dilectus. l. Publius Meuius. §. i. ff. de cond. & demo. substitutioque uulgaris à testatore non ut primo nominato noceret, facta uidetur: sed ut caducitatem testamenti euitaret, testamentoque consuleret. ut in princ. C. de cad. toll. in princ. inst. de uulga. Sed si postquam adita fuit hęreditas sicque testamentum suam firmitatem accepit, admitteretur substitutus, & damnum fieret instituto magis dilecto. argu. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de uulg. & per interuentum substituti id testamentum cùm satis iam firmum esset firmius fieri non posset: sicque ut substitutus admittatur nihil interest testatoris, sed magis ut hæreditas apud institutum ut pote magis dilectum permaneat. sicque ex mēte testātis repellitur substitutus licèt ex proprietate uerborum uocatus uideretur. Ergo cum 2 dixi primū instituo, secundum substituo, hæc substituo informis uidetur & generica. ut si addas si hæres non erit, fiat uulg. formata. si addas, si in pupillari decesserit, fiat pupill. formata. si addas, si in furore decesserit, fiat exēplaris formata. si addas, si decesserit uel cum decesserit, nec institutus erat pupillus, uel furiosus, tunc compendiosa fiat, uel fideicommissaria formata, uel militaris directa si miles erat; sed an tacita uulg. tunc sub illa contineatur sæpe dubitaui, & si dixi, cum decesserit tunc substituo; certè uidetur quòd substitutus ante mortem nequeat admitti. l. 4. ff. de cond. & demi. ergo idem si dictio tunc, non adiciatur quasi pro apposita habeatur. Vnde si institutus repudiat statim, nec substitutus ante eius mortem admitti potest absurdum esset per id tempus hæreditatem frustra uacare, nisi dicas, quòd tempus mortis instituti adiectum fuit, non ut conditio substitutioni adiceretur, sed ut tempus restitutionis fauendæ monstraretur. quod magis uidetur, induco. c. si pater de test. in 6. Nam si ibi dicitur directa substitutio, quæ fit per uerbum moriatur (quod est commune) quare nō similiter dicetur directa substitutio, quæ fit per uerbum substitutio quod est commune Nec enim uideo, cur uerbum commune relatum ad majorem uel extraneum desinat importare directā substitutionē iuxta. d. c. si pater sicut directam importaret si ad pupillum furiosum ue referretur. d. c. si pater. Sed resp. bene importaret directam nisi obliquaretur per adiectionem uerbi decesserit, nisi dicas, quòd & in. d. c. parum referret. dicerem alter moriatur alteri, an si alter moriatur alterum substituo. quod fatendum est, sed adhuc urget contra cōmunem quia ibi instituti huius erant ætatis, ut eis post aditam etiam substituere liceret. ideo cum illa substitutio ex uerbis ad casum hæreditatis aditæ relata possit sanè uel in pupillarem uel etiam in fideicom. interpretari, magis est ut in pupillarem interpretetur: ergo cum in maiore non possit interpretari, nisi tantum in fideicom. non datur optio: adq; ue planè sensit d. c. ibi, earum uerbis & personis conueniat, idque multum suadet. l. precibus, ibi, in secundum casum scilicet aditione hæred. & l. ille à quo. §. si de testamento. ff. ad Treb. tene communem opio. Nam si dixi, primum instituo, secundum substituo, (& sic informiter) tunc uerbum substituo utrunque casum ex ui sermonis comprehendit, hoc est casum aditæ hæreditatis uel etiam repudiatæ. Quod si adieci, substituo si decesserit, tunc licèt ex ui sermonis (si decesserit) generalitas illius uerbi (substituo) restricta uideatur ad casum mortis, ut sic substitutus per obitum duntaxat instituti, non etiam per eius repudiationem admitti possit: tamen ex uerosimili mente testatoris ea restrictio, quæ ex ui uerbi admittenda uidebatur cessat, quasi testator, qui substitutum admitti uoluit etiam postquam institutus hæres extitit & decessit multò magis eum admitti uellet eo casu, quo institutus repudiasset. tum quia primo casu incommodum est instituti, qui per interuentum substituti, eam hæreditatem ad hæredes suos transmittere desinit, per quod damno affici uidetur. argumen. l. cohæredi. §. cum filię. ff. de uulgari tum etiam quia eo casu firmum iam fuerat testamentum aditione instituti. at posteriore casu cum institutus repudiauit, nec testamentum aditione hæredis confirmatum fuerat. expedit interestque testatoris substitutum admitti, cuius aditione testamentum firmetur. l. quia hoc. ff. de interrog. act. Nec per substituti admissionem ac interuentum læditur institutus, qui iam repudiauerat, quandoquidem repudians ad hæredes suos hæreditatem repudiatam non transmittit. l. un. C. qui ante apertas tab. ibi si tamen hereditatem non recusant. Meritò ergo lex ex uerisimili mente testantis induxit ut substitutus, qui eo casui inuitatus à testatore fuerat, quo institutus moreretur, multo magis inuitatus uideretur eo casu, quo institutus repudiaret: cum illo casu substitutus etiam cum incommodo instituti primo nominati & sic magis dilecti admissus ac inuitatus fuisset, hoc autem casu institutus minimè lederetur. item illo casu substitutum admitti nihil interesset testatoris quo ad sui testamenti confirmationē. hoc autem casu eius interesse ut sic suum testamentum aditione substituti firmaretur. Vnde subtili animo atq; penè diuino quodam motu ac afflatu uidetur mihi processisse, qui. 3 his rationibus tradiderunt sub compendiosa comprehendi uulgarem non obstante quod uerbum (decesserit) in compendiosa adiectum uideretur quodammodo uulgarem excludere. ita tenent Bar. num. 32. Alex. num. 70. Ripa num. 101. & num. 145. Ias. num. 23. Soci. num. 19. Lanfrancus de Oriano num. 22. in. l. centurio ff. de uulgar. Ias. in. d. l. precibus nume. 12. Funieus de compedi. subs. nu. 24. Zasius in cod. tract. de compendi.

2 *Substitutio informis est illa primum instituo secundum substituo.*

3 *Vulgaris sub compendiosa comprehenditur secundum communem opin.*

compendi. nume.24. Bal.in.d.l.precibus Bar.consi.329. idem consi.54.num.5.idem in.l.quandiu.2.nu.10.ff. de acq. hęr. Aretinus in.l.genrraliter.C.de institu. Couarub.in.c.Rainntius.§.9.num.17.de testam.& alii quàm plures quos retulimus de succ.creati.lib.1.§. xi. nu. 27. ubi plenius hac de re, licèt non pauci contrarium teneant, quos referunt doct. ubi suprà pręsertim Ripa & Couarub.

4 *Substitutio informis continet sub se uulgar. expressam uerbis generalibus.*

Item 4 si dixi, primum instituo, secundum substituo. quilibet diceret hanc esse uulgarem expressam. q uerum uerbis generalibus secus specialibus (sicut dicimus in reciproca) nam istud uerbum non minus aptum est comprehendere pupillarem, exemplarem, militarem, fideicommissariamque, quę post aditam uerificantur: quam uulgarem, quę ante hæreditatem aditam. fateor tamen quòd in re dubia sit interpretatio ut ante aditam tantùm intelligatur, ne inducatur grauamen.l. post aditam.de impub. Item quia qui semel extitit hęres, non potest hęres esse desinere. Item quia paganus ad tempus heredem facere non potest. Item quia post aditam directo substituere non pôt.§. si.de pupill.ut ex defectu potestatis testantis id conrigisse uideatur. Vnde in quibus casibus ex eo q substitutio ad casum aditæ hæreditatis trahetur, id grauamen non est in illis casibus ad casum etiam post aditam trahitur, ut, in pupillari, exemplarique.quò fit ut cùm potestas in milite non deficiat, ad casum etiam aditæ trahenda sit substitutio communi uerbo facta. stringe per.c. si pater, de testam.lib.6.ubi hoc significatur.

5 *Informis substitutio non tãtùm uulgarem sed etiam reliquas omnes substitutionum species comprehendit. contra communem op.*

Denique 5 uidendum est cum testator ita dixit, impuberes filios instituo, & Sempronium substituo. nec adiecit si primus nominatus decesserit.uidendum inquã est, quę substitutio comprehendatur: & obtinuit sententia existimantium uulgarem tantùm substitutionem comprehendi ita Bar.in.d.l.centurio num.32.cuius opinio communis est.ut laté resoluit Ias.ibidem nume.54. idem Bar.in.l.Lucius de uulg.num.20.Ias.ibi hanc dicit communem num.29.idem Bar.in.l. Gallus.§.quidam recte post gl.ibi num.2.& num.20.ff.de lib.& posth.cuius opinio communis est.ut résoluit Alex.ibi num.5. & Ias. num.10.& Lancelottus Galiaula num.10.& Alciatus nume.10.& Fortunius num.19. & ibidem Galiaula nu. 31. ubi etiam Ias. iterum num.45. & iterum Fortunius ibi num.64. qui omnes. in hac sunt opinione, ut extiment in specie proposita nullam omnino speciem substitutionis comprehendi pręter uulgarem. Nos autem sumus in nouissima opinione, ut sub illis uerbis inspecta proprietate uerborum comprehendantur omnes species substitutionum siue illa uulgaris sit, siue pupillaris, siue exemplaris, reciproca, compendiosa, directa, militaris & fideicommissaria.mouemur, quia omnis omnino substitutio concipitur uel in primum, uel in secundum casum, hoc est, uel ante aditam hæreditatem uel post aditam: ut pręterea quod patet ad sensum nominatim (ut dixi) etiam probatur in.l.precibus. C.de impub.ibi, utrum in primum uel in secundum casum.tunc sic, uerbum 6 substituo, & omne uerbum commune, &

6 *Verb. substituo inspecta legis interpretatione an omnes substitutiones cõprehẽdat.*

inspecta sui proprietate, & etiam denominatione comprehendit non solùm eas substitutiones, quę ante acquisitionem hereditatis locum sibi uendicant, qualis est uulgaris & reciproca ut in.l. iam hoc iure. ff.de uulg.& fere per totum illum tit.& per totum insti.& C.eod.sed etiam comprehendit eas substitutiones, quæ post aditam hæreditatem uendicant sibi locum, qualis est substitutio fideicommissaria, & directa militaris, & pupillaris, & compendiosa, & exemplaris. ut nominatim probant lex generaliter.C. de insti.& .l.milites etiam in uerbo substituere.ff. de mil.testa. & in principio inst. de pupill. uerbo substituere. & .§.qua ratione, in uerbo, substituere, eodem tit.& in.l.precibus in uerbo substituit eodem tit.stat ergo uerissimum esse, quòd uerbum commune comprehendit subse inspecta proprietate sermonis, non solùm uulgarem substitutionem sed etiam reliquas. Nunc autem uidendum est an saltem inspecta.l. interpretatione posit defendi communis opin. ut solam uulgarem comprehendat, non etiam reliquas substitutionum species. & licèt omnibus ferè repugnantibus de quibus suprà mentionem habuimus.tamen defendendum est, quòd etiam inspecta interpretatione sub illa formula comprehenditur non solùm uulgaris sed etiam pupillaris, id 7 quod nominatim probat tex.in d.c.si pater.in uersiculo præmissæ, ibi directæ, debent intelligi pupillares. ubi substitutio facta fuit per uerbũ commune, & tamen sit interpretatio ut comprehendat non uulgares tantùm sed etiam pupillares id quod probatur ratione. Nam cùm in terminis illius tex.uerbum commune in substitutione sit appositum, negari non potest quin inspecta sui proprietate comprehendat omnẽ substitutionis speciem: nec ulla ratio reddi pôt propter quam procedamus ad excludendã pupillarẽ substitutionem, quæ substitutio pupillaris utilissima est impuberibus primo nominatis.ut in.l.ex tribus cum glo. C. de inoffi.testam.in.l.si pupillus. in uerbo utilitatem impuberis.ff.de acquirenda hæredi. Vnde licèt aliquando recedamus à proprietate sermonum ne uideatur facta fideicom.substitutio, quę nocet priori nominato.ut in.l. cohæredi.§.cum filiæ.ff. de uulg. & sic fiat interpretatio ut uerbum substituo, comprehendat uulgarem non fideicommissariam, tamen nunquam debet fieri interpretatio ut desinat comprehendere substitutionem pupillarem, quæ ipsi impuberi prius nominato utilissima fuit. etenim quod uerbum substituo, comprehendat solam uulgarem, non etiam fideicommissariam, id cõtra uim uerbi receptum est fauore instituti, ne grauatus fideicommisso uideatur.quę ratio non solùm suadet sed etiam cogit nos intelligere, ut tale uerbum comprehẽdat non solùm uulgarem sed etiam pupillarem: tum ut uerbi proprietas seruetur, tum etiam ut utilitas impuberis substituti non impediatur. Denique 8 hanc partem probat euidenter tex. in.l. si pater filio.ff. de uulg. ubi impuberi simpliciter facta fuit substitutio per uerbum substituo, quod est commune, & tamen tex. ait pupillariter factam uideri substitutionem.qua ratione intelligendum est, quod si mater staret in medio excluderetur per substitutum illum pupillarem, licèt eius substitutio simplex atque informis esse uideretur, non secus quam excluderetur mater per substitutionem pupillarem, quæ sub reciproca continetur, iuxta illam gl. ab omnibus receptam in.l. Lucius in glo. ultima.ff.de uulg. Nam & cum uerbum simpliciter & indefinité prolatum, debeat intelligi in pleniori significato.§.quoties inst.de iure nat.ge.cumque uerbum substituo & reliqua uerba communia, ex ui comprehensiua possint omnes substitutionum species comprehendere, superest ut omnes comprehendant. Nam & gl.d.l. Lucius ab omnibus ubique recepta, nulla alia ratione defendi comendarique potest, nisi quòd illa uerba uos inuicem substituo, sunt uerba communia aptaque ex ui comprehensiua omnes substitutiones cõprehendere: ideoq; omnes comprehẽdit. Nec ille casus a nostro quicquam differt, præter quam in pluralitate numeroque personarum. at, quę differunt numero tantùm uel tanquam plures, uel pautiores, uel tanquam plus & minus, non differunt in specie.l. proponebatur.ff.de iudi.l.si grex.l. grege.ff. de leg.1.l.grege.ff.de leg.2.l.in stipulationibus ff.de uerb.l.fi.ff.de fund.instr. Quinimmo longè facilius in specie nostra & indubitabilius est quam in termis.d. gl.l.Lucius.nam illa procedit etiam si uarię substitionũ species inducerentur in diuersis personis. & per hoc uioleretur illa regula quæ babet interpretationem ita faciendam, ut una determinatio respiciens plura determinabilia ea pari forniter determinet, quod in specie nostra non est: itaque iam dubitari non oportet, quin illa uerba impuberem instituo, Sempronium substituo,

7 *c. si pater de test. lib.6.*

8 *l.si pater filio.ff. de uulga.*

tam

nam uulgarem quòd pupillarem expressam sub se contineant. & per hoc mater in medio existens excludatur, siue illa mater sit impuberis, siue etiam testatoris. Nam impubere adeunte patris hæreditatem mater ipsius impuberis excludetur ex expressa pupillari. eo uerò abstinente mater tunc testatoris excludetur ex uulgari expressa. fateor tamen, & quòd fideicommissaria licet sub illis uerbis & sub illa informi substitutione comprehendatur ex ui & proprietate uerborum tamen ex interpretatione legis desinit comprehendi ut. l. post aditam. C. de impub. quia fideicom. odiosa est. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de uulg. quæ ratio cessat in pupillari, quæ multùm fauorabilis est. l. si pupillus; in uerb. utilitatem impuberis. ff. de acquiren. hæred. glo. communiter app. in l. ex tribus. C. de inoffic. testamento. & cessat etiam in exemplari quia æquiparatur pupillari, & simpliciter est fauorabilis. §. qua ratione inst. de pupill. subst.

9 *Reciproca non cõprehendit fideicõmissariam, cũ communi. cõtra Ias.* Ex superioribus infertur, quòd 9 illa uerba reciprocæ substitutionis, scilicet uos inuicem substituo. licèt inspecta proprietate uerborum comprehendant utrunque casum tam acquisitæ quàm non acquisitæ hereditatis; sicque non solùm uulgarem, sed etiam fideicommissariam substitutionem: tamen ex legis interpretatione, restringuntur ut directas tantùm substitutiones, non etiam fideicommissarias comprehendere ualeantur, ita tenet Bar. & communiter doct. in. l. Lucius. ff. de uulga. Areti. in. l. si plures. ff. eod. Bal. in. l. humanitatis. C. de impub. Cynus & alii in. l. precibus. C. eod. hanc op. dicit communem Ias. in. d. l. Lucius nu. 29. post. Ang. in. §. pe. & h. inst. de uulga. & Bal. Sali. & Paul. in. l. testamento. C. de imp. Saly. & Paul. in. l. 2. C. de impub. Imola & alii in. c. Rainutius de testam. quos allegat Ias. ubi supra. licèt ipse teneat contrarium.

Tene. communem & resp. primò ad rationem. Iaso. nam licèt breuiloqua sit apta comprehendere tam fideicommissariam quàm uulg. quia eius uerba conueniunt & personis & naturæ fideicommissariæ substitutionis: tamen uerba in dubio, intelliguntur per prius quàm per posterius. l. 1. §. qui in perpetuũ. ff. si. ager. uect. pet. ait Soc. in rub. ff. de uulg. primæua autem substitutio est uulg. l. precibus. C. eo. & d. l. Lucius. ergo uerbum substituo, licèt sit aptum comprehendere tam fideicommissariam quàm uulgarem, quia est commune, secũdum Bar. col. pen. in. l. centurio. ff. de uulga. tamen in dubio, potius uulga. ut pote primæuam debet comprehendere quàm fideicommissariam. Nec obstat, si dixeris, cur non comprehendetur & uulga. & fideic. cùm uerbum substituo sit commune & consequenter aptum comprehendere tam fideicom. quam uulg. Nam resp. quòd cum substitutio sit per uerbum commune, interpretatio fieri debet, ut ualeat potius substitutio talis iure directo quàm iure fideicommissi. cap. j. de testamen. in. 6. iuncta. doct. Bar. in. l. centurio. col. fin. ff. de uulga. Item, ea est natura substitutionis directæ ut nunquam obliquetur, nisi ex expressa uoluntate testatoris. l. uerbis, ciuilibus. l. in pupillari. ff. de uulg. Vnde & breuiloqua debet ualere iure directo, & postquam iure directo ualuit, non potest obliquari, nisi de uoluntate testatoris expressa: & tunc erit uoluntas testatoris expressa, cum adiicientur uerba substitutionis compendiosæ non aliter. Præterea uerba sunt intelligenda simpliciter, non dupliciter l. j. §. si quis simpliciter de uerbo. oblig. leg. j. ff. de uulg. Vnde hoc uerbum uos inuicem substituo, debet cõprehendere unam tantùm speciem substitutionis (nisi in casu. l. iam hoc iure cum simi. ff. de uulga.) cùm ergo nõ possit non comprehendere directam. d. c. j. consequens est, ut cesset fideicommissaria. Item cum fideicomm. substitutio sit impropria, ut not. glo. & doct. in rubr. ff. de uulg. consequens est ut directa contineatur, non fideicom. l. non aliter, de leg. 3. ad. l. si plures. resp. ut per Bart. in. d. l. Lucius in pr. col. 6. qui optimè loquitur. Adde quòd uerba sunt in dubio intelligenda in specie, non in genere. arg. l. hoc legatum. ff. de leg. 3. & ibi Bar. & Alex. in rubr. ff. sol. matrimonio. num. 21. Vnde uerbum substituo, est intelligendum, quòd unam specificam substitutionem comprehendat, non in genere plures.

Denique licèt uerum sit quod illa uerba reciprocæ substitutionis (uos inuicem substituo) inspecta sui generalitate, ui & proprietate comprehendant utrunque casum tam acquisitæ quàm non aquisitæ hæreditatis, ut sæpe dictum est: tam inspecta legis interpretatione quæ præualet, illa uerba restringuntur ad casum tantum non acquisitæ hereditatis. ne aliàs induceretur fideicommissaria substitutio, quæ odiosa est. ut. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de uulg. ita procedit tex. in. l. post aditam. C. de impub. l. iam hoc iure in uerb. in uulgarem duntaxat. ff. de uulg. l. 2. C. de impub. in uerb. in unum duntaxat. Ergo opinio Ias. procedit inspecta proprietate & generalitate uerborum, opinio uera contraria procedit inspecta legis interpretatione, per quam legis interpretationem recedimus à proprietate uerborum ex præsumpta mente defuncti. ut pluribus exemplis ostendimus, infrà dum agimus de compendiosa substitutione. ne ad onus primò nominati, qui censetur magis dilectus (. l. Publius. ff. de cond. & demonstr.) recidat ea substitutio, quæ ad uitandam testamenti caducitatem non ad onerandum primò nominatum facta fuit. in pri. inst. de uulga.

10 *Fideicommissaria an sit propria substitutio & quid in statutis.* Ex superioribus colligitur, an 10 uera sit opinio existimantium (ut suprà incidenter attigimus) fideicommissariam substitutionem impropriam, non etiam propriam substitutionem uideri? id quod tenuit glo. in rub. ff. de uulga. Bal. & Salicetus in rubr. C. de impuberum. ubi etiam Paul. Castr. sed Alexand. in rub. ff. de uulg. nu. 3. firmat substitutionis appellatione fideicommissariam etiam comprehendi, uti in hæredibus. itaq; fideicommissarius uniuersalis propriè non intelligitur esse hæres, ut probat tex. in. l. postulante. §. j. uerbo, loco hæredis. & uerbo quodam modo. ff. ad trebel. quem ipse allegat, errore (ut uerisimile est librariorum) sub titulo. ff. quod cum eo. Cæterùm in reliquis dispositionibus fideicommissaria substitutio propria substitutio dicitur §. in primo & §. pro secundo. C. de cadu. toll. l. Titius & Seius. cũ duabus legibus sequentibus. ff. de her. instit. l. ut hæredibus. ff. de leg. 2. l. 3. §. si. ff. de adimen. lega. l. generaliter. §. cũ aũt, uerbo substituit, ubi notant gl. & dd. C. de inst. & subs. l. iã hoc iure uerbo, hoc cõmuni uerbo ff. de uulgari. facit. l. præcibus. C. de impub. id quod iustificatur dilucidius ex his, quæ supra diximus, Vnde substitutionis appellatione, in statutis etiam fideicommissaria comprehenderetur. sicque siue statutum fauorabile esset, ueluti ut ex causa conditionalis substitutionis etiam conditione pendente, quod relictum esset, trãsmitteretur; id statutum uerificaretur in fideicommissaria substitutione, non secus quam in reliquis. & ita restringeretur. §. sin autem aliquid sub conditione. C. de cadu. tollend. Idemq; foret si statutum esset odiosum ut si caueretur, quòd acquisitum ex causa substitutionis, quò ad decimam partem fisco præstandam deliberetur. idemque futurum etiam si tale statutum medium esset, hoc est, nec odiosum, nec fauorabile, quæ omnia uero simillimum est, Alex. ubi supra responsurum contra Bal. Salicet. Paul. Castr. & reliquos ubi suprà. Et iuxta hanc partem illud notandum est, quòd 11 & si uerba directa sæpe obliquantur. l. ex facto in princ. ff. ad trebell. l. Scæuola eod. titu. §. pen. insti. de codicil. l. fundi trebatiani. ff. de usufructu. lega. l. cohæredi. §. cum filiæ ubi notant comm. dd. & dd. communiter in. l. uerbis ciuilibus. ff. de uulga. per tex. ibi. tamen uerba obliqua nunquam directantur, ut ita loquar. l. ille à quo. §. si de testamento. ff. ad trebell. sic quod directa substitutio descendit & transformatur in fideicommissariam interdum. uerùm fideicommissaria ad directam nunquam ascendit. Nam ut Vergilius ait. 11 *Verba directa sæpe obliquantur, non è contra.*

Facilius descensus auerni. Sed reuocare gradum superasque euadere ad auras. *Hoc opus hic labor est.* Hoc

12 *Fideic. transit in directam subst. fauore libertatis & piarum causarum.*

12 tamen fallit fauore piæ causæ ut notanter uoluit Socinus. consi. 106. non potest negari. col. penult. quem refert & sequitur Andr. Tiraq. de priuileg. piæ causæ 44. priuilegio. per. l. Antoninus. ff. de fideicomm. liberta.

Præterea ex superioribus colligitur suspectam esse Bart. sententiam in. l. i. ff. de uulg. in. 2. q. principali. dum ait, illa

13 *Vulgarem an inducāt illa uerba, uos inuicē substituo, ardua q.*

13 uerba, oos inuicem substituo. inducere substitutiones oulgares expressas in genere, sed tacitas in specie. cum quo transeunt communiter alii ut supra attigimus, plures huius sententiæ auctores in simili referendo, in illo exemplo, primum instituo, secundum substituo. quibus adde Alex. in. d. l. i. ff. de uulga. nume. 14. uersi. & quia Bartolus sed in bis speciebus non tam oulgares specificas quām informes & sic genericas substitutiones his casibus comprehendi supra dilucidè ostendimus, id quod ex continuo dicendis manifestius fiet.

14 *Reciprocam & compendiosam non instè fuisse à Bar. æxequatas.*

Ex superiorbus etiam colligitur, non 14 iustè per Bart. ubi supra num. 8. uersi his præmissis. exequari reciprocam, quam nos informem appellamus, & compendiosam substitucionem. ait enim utramque uideri expressam uerbis generalibus, & tacitam uerbis specialibus. quod uerum est, quo ad reciprocam. nam illa uerba, uos inuicem substituo, nullam speciem substitutionis formatam præseferunt ut supra diximus. non sic est quo ad compendiosam, quia si dixi, primum instituo, & secundum ei substituo quando cumq; decesserit. certè illa adiectio quandocumq; decesserit formam inducunt compendiosæ substitutionis, quamuis priora oerba illa scilicet secundum substituo, si ultra testator non processisset, informem tantùm & sic genericam inducerem substitutionem. Nam & similiter informis generica & innominata conuentio dicitur illa, quæ non descendit ad aliquam speciem contractus. l. iurisgentium. in prin. l. conuentiones. l. legitima. ff. de pact. Vnde 15 & homo

15 *Innominata delicta, & quasi delicta, contractus & quasi contractus & ultimæ uoluntates, & pactiones, & distractus, & etiam homines interdum dicuntur.*

innominatus diceretur si non haberet aliquod nomen speciale & indiuiduum, quamuis homo nominari possit. ita glo. in. d. l. iurisgentium. in princ. & glo. in Rub. C. de rerum permut. & utrobique per. dd. Et ut contractus, ita quoque distractus omnes esse intelliguntur informes & innominati, exceptis his, quæ nuncupatim à iure nominati & specifici reperiuntur. ita Bald. in rub. de trans. col. 2. Ias. in. l. cum mota col. penult. C. eod. tit. quod & in contractibus generale esse & regulare exceptis, his qui nomen & formam specialem à iure receperunt, ultra. d. l. iuris gentium. probatur in. l. 1. & 2. 3. & 4. & in. l. si gratuitam. ff. præscrip. uerb. Quinimmo etiam omnia delicta informia & innominata esse intelliguntur exceptis his, quæ nomen & formam specialem à iure accommodatam receperunt. ita Bart. in. l. nunquam. ff. de priua. delict. Bar. & Ias. col. pen. in. l. si familia. ff. de iurisd. omni. iudi. idem Bart. in. l. 1. ff. ad turpilia. & in. l. Senatus. ff. de accusa. effectus est maximus, quia 16 in

16 *Pœna iudicis arbitrio imponenda est, cùm ea non reperiatur à lege imposita.*

omnibus delictis innominatis pœna iudicis arbitrio imponenda est, cùm certa pęna disignata non reperiatur à lege. ut præter nostros in dictis locis etiam tenent Theologi. ot docet doctissimus Alfon. de castr. de potesta. legis pęnal. lib. 1. Proinde & omne quasi delictum informe quoq; esse intelligitur ex mente doctorū, quos proximè retulimus, exceptis his, quæ nomen & formam specificam à iure accommodatam receperunt, qoæ enumerantur sub titulo insti. de obliga. quæ ex quasi malif. nascuntur. & in. l. ex maleficiis. ff. de action. & obligatio. Quinimmo etiam inter ipsas nudas pactiones, quędam dicuntur nominatę & ueluti formales, reliquę uerò informes & innominatæ. ut per glo. singula. in. l. i. in glos. magna in fi. ff. de action. & obliga. Bal. in. c. quintaualis. de iureiuran. egregiè per eundem Bal. in. l. lecta. colu. 6. ff. si cert. petatur. Ias. qui. d. glo. dicit singularem. in. l. si quis cum debitore. col. i. ff. de iureiu. Bal. in. l. petens. col. 3. C. de pact. idem Bald. in rub. C. eod. tit. & rursus in. l. i. eod. tit. Adhæc & ultima uoluntas informis & innominata reperitur, non aliter atque nominata & formata. tex. in. l. licèt ubi ootat glo. secundum unum intellectū C. de pact. & illa glo. unica est secundum Angel. in. l. 3. §. genera. ff. de acquirend. possess. & Bal. in. d. l. licet, negat alibi reperiri quam in d. glo sed habes tex. pro ea egregium in. l. cum antiquitas. C. de testa. ibi, tépore quo testamentum conditur, uel codicillus, uel ultima quidem dispositio celebratur. facit totus titulut, insti. de eo qui liber. causa. & d. l. licèt, ibi, uim postremi iudicis. & l. fi. C. famil. hercis. sic ergo & in specie nostra, uerbum substituo, si ultra noo processerit testator: quod si ultra processerit adiiciendo illa uerba quandocumque decesserit, iam formatam fecit compendiosam substitutionem. Denique dum Bart. in. d. l. 1. ff. de uulga. in 2. q. princip. cum quo transeunt. dd. ibi ut per Alex. ubi suprà, dum inquam Bart. dixit esse substitucionum, quædam generica, quædam expressa specialiter, quædam expressa singulariter. Tu 17 dilucidius dicito, quod quędam est generica, seu informis, ut supra tradidimus. 17 *Substitutionum noua diuisio.* quædam specifica, qoædam uerò indiuidua. Nam cùm genus dicatur, quod prædicatur de pluribus differentibus specie, ut animal, quod sub se comprehendit uarias species animantium, ut homines, equos & similia. cumque species dicatur, quæ constat pluribus differentibus numero. ut homo, cumq; indiuidum dicatur, quod refertur ad unitatem. ut Petrus, aut Martinus, pro ut notatur in. l. 2. §. mutui autem datio. ff. si cert. petatur. euenit ut illa uerba, primū instituo, secundū substituo. item illa, oerbà uos inuicem substituo. inducant genericam substitutionem, hoc est substitutionem, qoæ sub se comprehendat, aut comprehendere possit plures substitutionum species, puta uulgares, pupillares, exemplares. Specifica substitutio erit illa, si primus hæres non erit, substituo. tunc enim comprehenduntur plures casus, puta uoluntatis, item impotentiæ. l. cum proponas. C. de hære. inst nam & impotentia multis ex causis potest accidere. ut in. §. in primo &. §. pro secundo. C de cad. toll. l. Gallus. §. & quid si tantum, cum ibi not. ff. de lib. & posthu. l. si quis filio exhæredato. §. irritum. ff. de iniu. rup. indiuidua erit, ut si dixi, si posthumus uiuo me natus nō fuerit, substituō: uel si Titius decem dederit, aut nauis ex Asia oenerit substituo. argumento. l. fin. C. de inst. & subst. facit. l. fin. C. de posthu. hære. inst. l. comodissime ff. de libe. & posthum. & ad hanc dilucidationem aptanda sunt. quæ traduntur per glos. fin. in. l. precibus. C. de impuberum. glo. in. §. qua ratione, inst. de pupillari glos. in. l. in testamento io magna. C. de mil. testamen. glos. in l. Lucius. ff. de uulgari glos. uerbo, substitutus in. l. iam hoc iure. ff. de uulgari glos. in. l. fin. C. de inst. & subst. & doct. in. dd. locis. facit. l. Gallus in pr. & l. si quis cum §. fi. ff. de uulgari.

Deinde etiam ex superioribos colligitur diffinitio ad quandam egregiam quæstionem. scis 18. n. tacitam pu-

18 *Pupillaris tacita an matrē excludat.*

pillarem matrē non excludere. ut tenet gl. in. l. precibus uerbo. omnino ubi Cynus Ioan. Faber. Odofredus, Petr. de bella perti. Iacob. Butri. Bart. Alber. Bal. Angel. Salicet. Fulgos. Paul. Castr. Alex. Corneus. Ias. & Curtius iunior. num. 26. C. de impuber. ubi Paul. 3. col. à sententia communi recedere, ait esse temerarium. Socinus. in. l. 2. num. 21. ff. de uulga. Francus. in. c. si pater. de testam. lib. 6. col. fin. Lancel. Decius. in d. l. precibus Ioan. Crotus. in. c. 2. de consti. lib. 6. nota. primo Lancelottus Galiaula. in. l. centurio. col. 70. ff. de uulga. Alciatus. in. c. nouit de iud. in prin. Zasius, in tracta. de subst. pupil. nume. 22. Fran. de Ripa. in. l. s. num. 45. ff. de uulga. Anto. Rubeus. consi. 69. glo Bar. Bal. Angel. Salicet. Paul. Cast. Alex. Corneus. & Ias. in. l. fi. per tex. ibi. C. de insti. & sobstit. glo. & commun. dd. in. §. qua ratione insti. de pupil. substit. quamuis Viglius. in prin. eod. tit. num. 26. contrarium teneat Alex. consi. 38. uisso themate. col. 4. lib. i. & rursus consi. 66. uiso testamento. col. 3. lib. 2. & consi. 12.

atten-

attentis uerbis.col.9.lib.3. Philip. Decius. in.c.in præsentia. col. 30. de proba. Bal.consi.457.niso testamento lib.2.Bart.consi.243.fuit quidam.col.3. Philip. Decius consi.182.in casu occurrenti col.3.Andre.Tiraq.de priuileg.piæ causę priuilegio.69. tradunt commun. dd.in.l.si mater in princ.ff.de uulgari.plenè per Socinum. col. 9.d.l.1.ff.de uulga.ut plenius de huius communis sententiæ ueritate, uidebimus in materia pupillaris substitutionis.Cæterùm hac communi opin retenta ingens quæstio est, an 19 stante statuto, ut testamenta ad literam intelligantur? an tunc sub illa expressa uulgari contineatur tacita pupillaris? nam si tenuerimus, non contineri, tunc cessaret controuersia proximè relata, quia mater indubitanter non excludetur. & quòd stante tali statuto sub expressa uulgari tacita pupillaris non contineatur.tenet Bal.in.l.precibus.C. de impub. num.15. & alii non pauci, quos refert ad firmand hanc esse communem sententiam Fran.de Ripa.in.l.i.nume.157.ff. de uulg. Sed contrariam partem ut etiam tunc tacita pupillaris contineatur.tenet Imola. in.c.Rainutius. de testam.in materia uulgaris substitutionis in tertio effectu pro quo facit doctrina Bart.in.l.omnes populi.q.6.ff. de uulga.Bal.in.l.1.§ dominus.ff.ad Syllanian.& in auth. si qua mulier.col.fi.C.de Sacrosanct.Eccle.Verum nos sumus in hac sententia, ut pars negatiua tutior sit, quando uulgaris formaliter & specificè facta fuit. sensus enim statuentium nullus alius esse potuit, nisi ut remoueretur omnis interpretatio, & testamenta eatenus exequutioni mandarentur, & effectum suum porrigerent, quatenus uerba inducerent. & sub ipsis ex proprietate sermonis comprehenderetur: nec amplius se se extenderent. Nec dubium est, quin illa uerba uulgaris substitutionis, quæ formalis est & specifica scilicet si hæres non erit, substituo, non comprehendant eum casum in quo hæres esset, licèt in pupillari ætate decederet.l.Gallus in prin.&.l.commodissime.ff.de liber.& posth. l. cum prætor.ff.de iudi.l.nam quòd liquide.§.fi.ff.de penu.legata.l.fi.C.de instit.& substi.l.si quis eum.§.fi.ff.de uulgar.l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Trebelian.l.cohæredi.§.cum pater.ff.de uulga.l qui plures liberos eod. tit. Quinimmo eum casum in quo hæres esset dilucidè excludunt, tantum abest ut illum admittere intelligantur. ut dictis legibus. Cæterùm 20 si ea substitutio informis esset, puta filium impuberem hæredem institno, & Seium substituo. tunc non solùm si impubes hæres non esset, sed etiam si hæres factus in pupillari ætate decederet, substitutum admittendum esse responderem tunc enim etiam ex proprietate sermonis illa uerba Seium substituo, utrumque casum tam acquisitæ quam non acquisitæ hęreditatis comprehenderent. ut suprà plenè ostendimus.cui sermonis proprietati ad unguem parendum esse uoluerunt statuentes. qua ratione in terminis ipsius statuti etiam si impubes ille hæres factus post pubertatem decederet, ex causa fideicommissi bona testatoris salua falcidia huic substituto restituenda essent. Nam quòd substitutio uulgaris post aditam hæreditatem expiret.l. post aditam.C. de impub.id quidem ex legis interpretatione, non etiam ex proprietate sermonis effluxisse, communis & uera sententia est.ut & suprà attigimus.& circa principium huius.§.multis.ll.adductis comprobauimus.& ita non minus utiliter quam noue declarandus est tex.in.d.l.post aditam.& in.l.2.&.l. quamuis eod.tit.l.iam hoc iure.uers. quod ius. &.l.Lucius.ff. de uulg.diuersum esset in terminis compendiosę substitutionis.Nam si testator diceret, quando cumque impubes decesserit, substituo Seium.tunc si impubes hæres non esset, Seius non admitteretur. nam 21 & si sub compendiosa substitutione tacitam uulgarem comprehendi (multis tamen repugnantibus) receptior sententia sit.ut tenent Angel.consi.203.in fin. Alex. consi. 12.col.i.lib.2.& Rursus in consi.22. col.2.lib.3.Stephanus Bertran.consi.375.col.i.lib.i. Alex.consi. 13. col.4. lib.4.Ripa in.l.centurio num.101.& num.146.ff.de uulgari.Ias.in.l.precibus num.12.C.de impub.Fumeus. de compendiosa substit.nume.24. Zasius similiter de compend.substi.nume.24.Bar.nume.32.Lanfran.de Oriano num.22.Alex.num.70.Ias.num.23. Socinus. col.19.in.l.i.ff.de uulga. Bal.in.d.l. precibus Bart.consi.328.Areti. in.l.generaliter per tex.ibi.C.de insti.& substi. Bar.in.l.quandiu.2.ff.de acquir.hæredit.nu. 10. Curtius Iunior in.d.l.precibus num.44.cum sequent.Bart.consi.54.nume.5. tamen id ex legis fit interpretatione, non etiam ex ui & proprietate sermonis.ut plerique eorum existimant. & incomperto est.ut in.d.l.cum prætor.d.l.hæredes mei.§.cum item.d.l.Gallus in prin.d.l.nam quod liquide.§.fi.cum multis simil.suprà allegatis. ergo stante d. statuto quod remouet omnem legis interpretationem, & proprietati sermonis stari præcisè iubet, sub tali compendiosa tacita uulgaris non comprehenderetur. nec uideretur utrumque casum tam nõ acquisitę quam etiam acquisitæ hereditatis comprehendere, sed alterum tantum pro ut uerba demonstrant, scilicet post acquisitam hæreditatem, & postea siue morte siue alia quauis ratione amissam. Et ita non minus utiliter quam nouè (iudice me) interpretandus est & limitandus tex. in.c. Rainutius. de testam. & in.c.si pater.eod.tit.lib.6. &.l.centurio.ff.de uulga.&.l.precibus.C.de impub.Cæterùm si informis substitutio facta esse, puta substituo, non adiectis illis uerbis quandocumque primus nominatus decesserit, tunc in utroque casu siue non aditę, siue etiam aditæ & postea quauis ratione amissæ hereditatis substitutus admitteretur. ut suprà diximus. & probat tex.in.l.3. in prin.ff.de adimen.legat.&.l.ex facto in princ.ff.ad Trebel.&.l.fi.C.de hære.instit.&.d.c. Rainucius.&.d.c.si pater.in sui generalitate.

19 *Pupillaris tacita an sub uulgari contineatur, stante statuto ut uerba intelligãtur ad literam.*

20 *Informis comprehendit pupillarem etiam ex proprietate uerborum.*

21 *Compendiosa uulgarem continet, fallit si sit statutum ut uerba intelligantur prout iacent.*

Ex superioribus etiam colligitur definitio ad illam egregiam quæstionem. An 22 testamentum possit incipere à tacita uulgari sub pupillari expressa contenta. & commun. opin.est affirmatiua, ut ab illa tacita uulgari inchoari possit. Bart.enim in.l.2.ff.de uulga.nu.25. sub expressa 23 pupillari,ut tacita uulgaris contineatur, affirmat. quod & repetit in.d.l.2.in.i.effectu pupillaris substitutionis, & Guiliel. Benedi. in.c. Rainutius.de testam.in materia pupillaris substitutionis in.i. effectu num.73.& rursus ibidem in materia uulgaris substitut.in.3.effectu Ias.in.l.iam hoc iure.col.3. ff. de uulgari.Laucelottus Politus.de pupill.substitu.in.i.effectu pupillar. substit. Zasius in eod. tractatu substitutionis pupillaris.nume.18.Aretinus.Alex.Socinus & Iaso.in.l. moribus.ff.de uulg.ubi in num.29.hanc dicit esse communem sententiam. quod etiam affirmat Fran.de Ripa.ibi num.42.Raphael Cuma.in.l.qui habebat.ff. de uulgar. Bal.Cuman.Aretin.& Alex.in.l.si eum.ff.eod. tit. Corra post alios ibi in.l.si testamento nume.22.C.de impub. Curtius Iunior.in.l.precibus num.37.eod.tit.quamuis nouissimè contrarium teneat Viglius in prin.insti.de pupil.motus. quia id nulla lege probatur, etenim quod uulgaris expressa contineat subse tacitam pupillarem dilucidè probatur in l.2.§.pen.& in.l. iam hoc iure in primo respon.ff.de uulgari.uerùm ut ex diuerso sub pupillari expressa,tacita uulgaris contineatur; nullibi satis dilucidè apparet secundum eum. retenta tamen communi sententia, ingens quęstio est, An sub expressa pupillari, tacita uulgaris contenta firmet testamentum, ita ut ab ea incipere possit? id quod firmat Bart. in.l.i.ff de uulga.num.30.cuius opin. communis est secundum Ripam.ibi.num.162.ubi plenè per Socin. in. 4.q.princ.in effectu uulga.substitut.in. 3. q. illius effectus secundi. quamuis contrarium teneant Dinus in d.l.2.Bal.& Pau. in.l.si pater filium.i.ff.de uulga.idem Dinus in.l. ita tamè §.si à patre & in.l.apud Iulianum.§.Iulianus.ff.ad treb. Cynus in.d.l.precibus & etiam Raynerius. pro ut eos refert Bart.in.d.num.3. & est communis opinio, secundum Ias.in.d.l.i.ff.de uulga.num.85. & num.161. & se-

22 *Testamentum an incipiat à tacita uulgari. ardua q.*

23 *Vulgaris continetur sub tacita pupillari cum communi contra nouiss.*

cundum Socinum . ibi nume.36. Qua in re sunt plu-
res casus considerandi .nam si pupillaris sine alicuius ex
pressæ conditionis appositione fiat: quale est impuberē
filium instituo,& Seium substituo.tunc indubitantur cō
mun.opin.uera est.Nam illud uerbum substituo, sui na-
tura commune est,& comprehendit utrumqoe casum
tam acquisitæ quàm non acquisitæ hæreditatis.d.l.iam
hoc iure.d.l.precibus.ibi , utrum in primo,an in secun-
do.& .l.generaliter.C.de instit.& substitu.ut plenius su
pra diximus.Vnde fit , ut pupillo repudiante, substitu-
tus etiam ex proprietate uerborum admittatur, non se-
cus quàm si pupillus hæres fuisset , & in pupillari æta-
te decessisset , quod in specie probatur.in.c.si pater de
testam. lib.6.& in.§. substituitur.insti.de pupillari. hoc
enim casu , illa substitutio uix est,ut non uideatur infor
mis , quandoquidem nulla conditio adiecta fuit,quę ta-
li substitutioni aliquam formam aptaret.;nam & in ter-
minis legis iam hoc iure , uers. quod ius &.l.Lucius.ff.
de uulga.l.2.&.l. quamuis.C.de impub.d.§.substituitur
&.d.c.si pater.ea substitutio inspectis uerbis non habet
formam pupillaris,nec alterius cuiusuis substitutionis ,
quamuis ex legis interpretatione uim & potestatem
pupillaris substitutionis nanciscatur: eo quòd ad impu-
berem in potestate testatoris existentem relata , par
erat ut iuxta qualitatem suę personæ interpretaretur.
iuxta.l. quibus diebus. §. dominus ubi in simili notat
Socinus.ff. de cond.& dem.l. stipulatio ista. §. hi qui &
§.hęc quoque.ff.de uerb.oblig.l.si uno.ff.locati.l.si ser-
uus plurium.§.fi.ff.de lega.i. Itaque in hac specie uera
est communis opin.in qua ut dixi,pupillaris est, sed non
tam formalis quàm interpretatiua,sicque informis sob-
stitutio est, quamuis eam esse pupillarem tenuerit Alex.
in.d.l.moribus num.22.& Gulielmus de Cun.in.l. pre-
cibus.C.de impuberum.cuius contrarium defendit Bal.
ibi,sed utraqoe opin.ad fœdus redaci potest,intelligen-
do , non esse (quò ad formam & uerborum conceptio-
nem) pupillarem, sed potius informem, uerùm quò ad
effectum , pupillarem uideri ex legis interpretatione .
Deinde communois opin. etiam procedit quando ea sub
stitutio fieret sub conditione alterius personam quàm
pupilli respiciente , puta quisquis aut si quis mihi hę-
res erit, is filio meo hęres esto,uel eum substituo.Idem
si dicerem , si nauis ex Asia uenerit , uel si Titius cousul
fuerit.Nam & tunc eadem ratio est,& oerba etiam pro
priè comprehendunt utrunque casum tam hęreditatis
non acquisitæ quàm acquisitæ & quauis ratione postea
amissæ.argum.d.§. substituitur &.l.3. &.l.qui liberis.§.
hec uerba.ff. de uulga.l. si is qui hæres.ff.eod.tit. Ter-
tiò,idem si dicerem , filio impuberi si in pupillari ætate
decesserit, substituo. nam & tunc cùm uon expressérim
quòd hęres esset,non est cur uulgaris non contineatur.
potuit enim in pupillari ętate decedere antequam hę-
res existeret : ergo ex coacta ui uerborum non excludi-
tur uulgaris substitutio , sicque isto casu siue pupillus
in pupillari ętate decederet hæreditate repudiata,uel
alias non acquisita substitutus ex uulgari admitteretur ,
siue etiam post acquisitam hæreditatem impubes dece-
deret , ex pupillari substitutus admitteretur, & utroque
casu,non contra uim,sed iuxta uim uerborum , & utro
que casu tam pupillaris quàm uulgaris informes uide-
rentur ut supra dixi . sicque à tali uulgari incipere pos-
set testamentum.argum.l.2.§.prius uers.sed si quis, &.l.
qui liberis in prin.& in.§.hæc uerba.&.l.3.ff. de uulg.l.
pater familias.in prin.ff.de priuil.credi. Cæterùm si pu-
pillaris ita facta esset , si impubes hęres esset & in pu-
pillari ętate decederet , isque pupillus repudiasset , pa-
lam uideretur substitutus exclusus , & hoc casu posset
fortè defendi opin. existimantium , testamentum non
posse incipere ab illa tacita uulgari, si qua sub expressa
illa pupillari continebatur. sed & hoc casu ad huc ma-
gis est,ut testamentum ab ea possit incipere, per gene
ralitatem legis ex facto.§. Lucius.ff. de uulgar. & quia
illa uerba, si impubes hęres erit, non quo minus sed quo
magis substitutus admitteretur, adiecta esse intelligun-
tur.Nam testator,qui substitutum admissum uoluit post
aditam etiam hæreditatem , quod difficilius erat.argu-
mento.l.post aditam.C.de impub. is multo magis sub-
stitutum admitti in casu repudiatæ hęreditatis uoluit .

Hactenus quando pupillaris facta fuit simul cum ipso
testamento paterno , uel ex modico interualo . Cæte-
rùm si ex longo interualo factum esset , tunc communis
opin.est sub pupillari expressa tacitam uulgarem non
comprehendi.ut uidetur esse communis opin.ex relatio
ne Socini.in.l.2.ff.de uulga.col. 8. quamuis ipse contra-
rium teneat.Ergo isto casu cùm tacita uulgaris non fit ,
manifestum erit ab ea non posse incipere testamentum
argum.tex.in l.3.§.fi.ff.de liber.& posth. & quia ex ni-
hilo nihil fit.secundum Philosophum. probatur in.l.sed
& si manente.ff.de preca. & isto casu etiam si pupillo fie
ret informis substitutio, non magis ab ea posset incipere
testamentum paternum,quàm a tacita uulgari contenta
sub pupillari expressa & formali : quia in alia dispositio-
ne quam in ipso testamento printipali , non potest fieri
substitutio quo ad patris familias hęreditatem , quia
uno contextu principali testamentum quò ad institutio
nes & substitutiones directas respectu bonorum testatu
ris fieri debet.l.furiosum.C.qui testam. facere.possunt.
l.cum antiquitas.C.de testam.iuncta.§.pen.insti. de co-
dicill.&.l.2.C.eod.tit.ergo ex dispositione post interua
lum facta , non est posibile institutionem,aut substitu-
tionem directam proficisci quò ad bona patris familias
testantis.& sic ad receptiorem sententiam contra Soci-
num procliuior sum .

Colligitur etiam ex superioribus declaratio ad illam
egregiam.q.an. 24 substitutio pupillaris excludat ma-
trem a legitima , non secus quàm a reliquis bonis , per 24 *Pupillaris an excludat matrē à legitima. ardua q.*
generalitatem.l. Papinianus. §. sed neque impuberis.ff.
de inoff.testamen.l.Lucius.ff.de uulgari.iuncto.§.& ge-
neraliter in.l.si quando. C. de inoff. testamen. qua in re
glo.in.l.precibus.C. de impuberum. uerbo omnimodo.
tenuit partem affirmatiuam , ut etiam à legitima exclu-
datur , communis est opin. secundum Decium , qui &
eam sequitur in.l.expressa.ff.de regulis iuris gl.in.l. non
nunquam.ff.de cond.& demonst.Andreas Tiraq. in legi
bus connubialibus glo.5.nu.6. Gomesius in.c.i.nu.156.
de constit.lib.6.per.d.Episcopum Couarub. in c.Rainu-
tius.§.4.num.6.de testam.Curtius Iunior consi.134.nu-
me.16 Alciatus in.l.moribus num.51 .ff.de uulgari. Mul
ti tamen sunt , qui contrariam partem tuentur,adeò ut
eam firmet esse communem Lancelottus Decius in.l.
precibus suprà alleg. col.3.sed in pupillari formata su-
perior opinio uerior est , per generalitatem.d.§.sed ne
que impuberis &.d.l.Lucius &.d.l.precibus. quòd si pu
pillaris in formis esset magis dubium . ratio differentiæ,
Nam quando dixi , si impubes hæres erit, & in pupillari
ætate decesserit . nuncupatim huic impuberi hęredem
dare uolui uniuersalem , sicque matrem excludere . at si
dicerem impuberi Meuium, substituo , sicque in formi-
ter , hæc substitutio & si interpretatiuè (ut & suprà at-
tigimus) pupillaris sit,tamen non satis expressi matrem
aut etiam reliquos impuberis legitimos hęredes exclu-
di debere ; cùm illa uerba substituo , possint uerificari
& interpretari ante aditam hæreditatem , non etiam
post.argum.l. post aditam. C.de impuberum. adhuc ta-
men ad hanc partem procliuior sum , ut & isto casu ma-
ter excludatur per generalitatem.d. l. Lucius.ubi erat
substitutio informis & nihilominus mater excluditur ,
quod esset informis patet , quia in illa substitutione, im-
puberes inuicem substituo , insunt duę substitutiones
informes, est enim perinde ac si separatim dicerem,unū
impuberem alteri substituo , & rursus alterum illum
huic substituo. Nec quicquā refert sub uno uerborum
complexu , an sub diuersis fieret.l.2.§.fi.ff.de cond.inst.
.l. falsa.§.fin.ff. de cond. & demonst. l.Stichum qui meus
erit,ubi

erit, ubi multa in simili per doctores. ff. de lega. i. Stat ergo, pupillarem substitutionem matrem excludere, & reliquos legitimos hęredes: primùm quando erat formalis, deinde etiam si esset informis facta, hoc modo, Impuberem instituo, Meuium substituo. Tertiò etiam si fieret hoc modo, Impuberi si in pupillari ætate decesserit substituo. Quartò etiam si diceret, Impuberi si decesserit, substituo, nulla facta mentione pupillaris ætatis. nam omnibus his casibus pupillarem substitutionem intelligi ex legis interpretatione suprà ostendimus. per. §. substituitur inst. de pup. subst. c. si pater de testam. lib. 6. l. 3. l. qui liberis in pr. & §. hæc uerba & l. Lucius & l. si is qui hæres. ff. de uulgari. l. si paterfamilias in pr. ff. de his quæ in fraudem creditorũ. interpretatio autem à lege fit his casibus propterea quòd id suadet qualitas eius, cui substitutio fit, hoc est ipsius impuberis ætatis. ut suprà ostendimus. uel ut rectius loquar his casibus & similibus, non tam ex legis interpretatione quàm ex ui uerborum mater excluditur. cùm ut iam diximus, illud 25 uerbum substituo, sui natura aptum sit comprehendere utcunque casum tam acquisitæ quàm non acquisitæ hæreditatis, uel cuiusq; relicti. d. l. iam hoc iure, uerb. hoc communi uerbo. ff. de uulga. l. 3. in prin. ff. de adim. lega. §. in primo & §. pro secundo. C. de cad. tollen. l. generaliter. C. de inst. & subst. & d. l. Lucius. l. si grege. ff. de leg. i. l. arbore. l. uel inutilium. ff. de usufr. l. in fraudem. §. conductor. ff. de iure fisci. l. i. §. hæc actio. ff. si quis testamento liber esse iussus fuerit. l. fin. ff. quod cum eo. l. cum apud. ff. iudic. solui. l. tutoris §. in eum. ff. de admi. tutorum. cap. quoniam abbas de offi. delega. cap. licet de electi. c. ad petitionem de accusatio. l. si libertus ita iurauerit. ff. de ope. lib. & C. de sacr. eccles. l. non plures. ita quod generalitas huius uerbi substituo, quod utrunque casum comprehendit quanuis regulariter restringatur ad casum, non aditæ hæreditatis ex legis interpretatione. d. l. post aditam C. de impuberum. tamen ea restrictio cessat in substitutione impuberi, quem testator in potestate habet, facta. liberumq; & in sua natura propria & potentia ac generalitate id uerbum intactum ac illibatum relinquitur, ut sic hoc casu lex non tam interpretationem ullam inducere, quam ab interpretatione inducenda uerbi restrictiua sese abstinere uideatur. Sed quare cum regulariter huius uerbi substituo interpretationem restrictiuam induxerit (. d. l. post aditam) desinit eam hoc casu inducere? responde, quia hoc casu cessat ratio propter quam lex eam interpretationem regulariter inducere solet.

25 Substituo uerbũ, commune est.

Cùm enim primò nominatus censeatur magis à testatore dilectus. l. Publius Meuius. §. fi. ff. de cond. & dem. §. in primo & . §. pro secundo. C. de cadu. tollend. cumq; si substitutio locum haberet etiam eo casu, quo primò nominatus relictum acquisisset, ut eo postea moriente eius hæredes excluderentur substituto admisso, id ipsi primo nominato noceret: cuius interest diuitem hæreditatem relinquere. §. i. inst. ex quib. cau. ma. co. li. l. quia hoc. ff. de interrog. act. & non ueluti fideicommisso onerari. l. cohæredi. §. cum filiæ iuncto. §. seq. ff. de uulga. l. qp fideicommissum iunctis duabus legibus præced. ff. de lega. i. certè si post eius mortem substitutus admitteretur lęsio fieret priori nominato, id, quod testator uoluisse non præsumitur. Sed substitutionem ad hunc finem duntaxat fecisse, ut si primo nominatus uollet uel non posset hæreditatem acquirere, tunc demum substitutus & non aliter admitteretur: sicq; quasi in subsidium inuitatus præsumitur. ut probatur in pr. C. de cadu. tollen. & in pr. inst. de uulgari subst. Verùm cùm pupillaris substitutio utilis esse intelligatur ipsi impuberi, gl. & communiter doct. ibi in. l. ex tribus. C. de inoffic. testamen. l. si pupillus uerb. utilitatem impuberis. ff. de acquiren. hęred. euenit ut & si pupillus patris hęreditatem acquirat, si impubes adhuc decesserit, substitutum admitti pupillarem (exclusis eius legitimis hæredibus) et nociuum fuisse non intelligatur, sed potius utile. Cùm 26 ergo per pupillarem uel etiam informẽ substitutionẽ matrẽ impuberis etiam à legitima excludi suprà ostenderimus idque ex ipsa sermonis proprietate descendere edocti simus. inde (non minus utiliter quam nouè) colligemus, id recipiendum esse, etiam ubi esset statutum, aut consuetudo, quòd testamenta ad literam intelligerentur: cùm id literæ repugnare aut aduersari uideatur. hoc amplius idem futurum responderem, etiam si cautum foret testamenta, aut codicillos eatenus executioni mandari, quatenus uerba expressa & coacta inducerent & non ultra. Nam 27 adhuc id expressum esse intelligitur, & uerè est, quòd generalitates uerborum aut scripturæ complectuntur. ut in. l. Titius in pr. iuncta. l. i. & 2. ff. de lib. & posthu. egregius tex. in. l. Meuio in pri. ff. de lega. 2. uerb. totum & partes. optimus tex. in. l. qui usum fructum ubi plenè Bar. & Ias. ff. de uerb. oblig. §. si uerò omnes. C. de caduc. tollend. l. si. pluribus. ff. de lega. i. §. si eadem institu. de legat. l. si quis cum totum. ff. de except. rei iudic. l. coniunctim. ff. de lega. 3. uerb. solidam rem. & uerbo solidam hæreditatem. l. i. §. fin. uerbo, totus. l. inde Neratius, uerbo, in solidum. ff. de usufruct. accresc. l. si separatim. ff. de condit. & demonstra. etenim quòd homo sub hoc uerbo animal comprehendatur, non ex ui extensiua fit sed ex ui comprehensiua secundum omnes. ut & constat ex dd. ll. & l. Iulianus ff. de lega. 3. l. si chorus eod. titulo. l. si is qui ducenta. §. utrum. ff. de reb. dub. ubi per Paul. Castr. & Socinum & Nouissi. tenent in specie. Petrus & Cynus in. l. iura non in singulas, per tex. ibi. ff. de legibus. Andreas Tiraq. de causa cessante part. i. nume. 137. probatur in. l. i. & . 2. ff. de legibus. & quòd illud quod sub generalite uerborum siue loquentis, siue scribentis comprehenditur, expressum dicatur. tradit Alex. in. l. Titius in pr. suprà allegat. idem Alexan. in l. i. ff. de uulga. num. 14. & num. 18. ubi Bar. col. 3. ad fin. & ibi omnes nouiss. Decius & Cagnol. in fi. in. l. expressa. ff. de reg. iuris Ias. in. l. 3. C. qui admitti idem Ias. in. l. cum quid. ff. si cert. petatur Bar. & alii. in l. precibus. C. de impu. Decios not. 3. in. l. sicut certi. C. de mil. test. Ruinus in. §. & quid si tantum col. 36. l. Gallus. ff. de libe. & posthum. plenissimè per Andr. Tiraquel post leges connubiales glos. 5. Decius in. l. fin. col. 9. C. de edicto diui Hadr. Ias. in. l. cum ex filio in pri. ff. de uulgari. Postremò 28 cùm per pupillarem siue illa formalis sit, siue etiam informis matrem excludi in sex casibus suprà memoratis, etiam quò ad legitimam tenuerimus: consequens est, idem quoque procedere in totidem casibus etiam in exemplari substitutione. argumento. l. humanitatis. C. de impeberum. l. ex facto in pr. ff. de uulgari. §. qua ratione inst. de pupill. id, quod uero simillimum est responsuros eos, quorum receptam sententiam in pupillari substitutione secuti sumus: id, quod abnegaturos, qui contrarium in pupillari tenebant, non minus uerosimile est, & utrunque indubitanter (iudice me) apparet ex. d. l. Papinianus. §. Sed nec impuberis. ff. de inoffic. testamento. Nam matri contra testamentum filii eo iure querela non dabatur, etiam si præterita esset, si modò integram legitimam quouis titulo haberet. l. Papinianus. §. quarta &. §. quoniam autẽ quarta & l. si non mortis. ff. de inoffi. testamento. l. cum quæritur. l. parentibus. l. omnimodo. l. scimus in pri. l. quoniam in prioribus. C. eod. titu. §. igitur, inst. eod. tit. l. parentibus. C. eod. ubi etiam auth. nouissima & auth. unde si parens eod. tit. unde in. d. §. nec impuberis si mater quoquo relicti titulo habuisset legitimam, indubitanter contra illud filii testamentum quærelam mouere non posset. Ergo cùm ibi dicatur quòd ex ui pupillaris substitutionis ipsa excluditur, sequitur quòd excluditur etiam à legitima. nam si legitimam ipsa haberet, pupillaris non esset necessaria ad eam à reliquis bonis excludendam. pro matre tamen ultra suprà all. tenuit Tiraq. de priuil. piæ causæ priui. 69. Corn. in d. l. precibus

26 Pupillaris excludit matrẽ à legitima etiam si sit statutum ut uerba ad literã intelligantur.

27 Expressũ quid dicatur.

28 Exemplaris excludit matrẽ etiam à legitima.

col. 2. Corn. consi. 325. ardua col. pen. lib. 3. Bar. cons. 15. pater haberis.

29 *Informis uel pupillaris, quæ iure directo ualere nequit quãdo ualeat ut fideicõ. ardua q.*

Præterea 29 colligitur quid respondendũ sit? quando substitutio informis fieret impuberi, nec posset iure directo ualere, & dubitaretur an saltem in uim fideicõmissi sustinenda esset. id quod pendet ab illa ardua quæstione, Vtrum pupillaris, quæ iure directo ualere non potest, conuertatur in fideicommissariam; & ut talis sustineatur. qua in re communis opin. est, ualere ut fideicommissariam. ita Bart. & Ias. num. 6. & nume. 19. qui hanc dicit communem sententiam in. l. uerbis ciuilibus. ff. de uulgari. & est commun. opinio secundum Socin. num. 55. Ias. nu. 32. & Claudium. col. 6. in. l. centurio. ff. de uulgari. quam etiam communem esse affirmat Vincentius Herculanus. & Franc. de Ripa. in. l. ex facto in princ. ff. ad trebel. est commun. opin. secundum Guilielm. Bened. in. c. Rainutius de testamen. uerbo, si absque liberis moreretur in 2. in materia compendiosæ nume. 37. cum sequen. Guido Papa. consil. 202. & consil. 203. ubi hanc receptam esse sententiam tradidit. Curtius Iunior in. d. l. precibus num. 56. & Viglius in. §. fin. instit. de pupill. Contrariam tamen partem, ut ea pupillaris, non ualeat in uim fideicommissariæ. tenet glo. in d. §. fin. ubi Angel. & Viglius hanc partem ueriorem esse affirmant & Alexan. in. d. l. uerbis ciuilibus nume. 11. & est commun. opin. secundum Ancharan. in. c. si pater de testa. lib. 6. & Mathæsilanus in singul. 140. incipit notamirabilem. qui ait hoc esse ex mente Bartol. in. l. j. ff. de codicill. q. 9. & q. 16. & allegat Anton. de Butr. idem tenentem in c. Rainucius. de testam. & Raph. Cumanus in. d. l. uerbis ciuilibus. quamuis Gauinus Sarai. in addition. ad Mathesila. ubi supra affirmet receptionem esse sententiam affirmatiuam, ut tanquam fideicommissaria ea pupillaris substineatur, quæ ut receptior ita & uerior (iudice me) esse uidetur. Nam quoties casus, qui se offert, nullo iure decisus satis dilucidè reperitur, illinc definitio sumenda est, unde est maior similitudo l. quæritur. ff. de statu hominum. l. non possunt. l. neque leges. ff. de legibus. Cùm ergo extraneo, aut puberi pupillaris fieri nequeat, ut ait. l. uerbis ciuilibus. ff. de uulga. §. fin. instit. de pupillari. cumque codicillis similiter (cæteris etiam habilibus) fieri pupillarem non posse, leges definierint. §. pe. inst. de codi. l. 2. C. eod. titu. l. Scæuola. ff. ad Treb. & tamen si facta contra iuris regulas reperiatur, sustineatur in uim fideicommissariæ. inde docemur iuri proximus esse, ut in quibus casibus pupillaris ex defectu potestatis fieri non potest, in illis si fiat, ualebit eo modo quo potest: & sic in uim fideicommissi. argumento. d. l. Scæuola, præsertim cum fieret extraneo minori. 14 annis uel cum fieret impuberi emancipato à patre suo, uel etiam filio naturali a patre suo, uel etiam à matre filio. His enim casibus, infra tempora pubertatis iure fideicommissi ualeret, quia etiam ipsiusmet impuberis id usque ad illam ætatem utile esse intelligeretur, quamuis post illam ętatem potius inutile intelligeretur. ut est tex. egregius in. l. quod fideicommissum. ff. de lega. i. iuncta. l. si fundum per fideicommissum §. sicuti, cum. l. seq. eod. titu.

Ergo cum quæritur, an pupillaris inutiliter facta ualeat in uim fideicommissi, sunt tres casus inspiciendi. Primus, cum fit impuberi. Secundus, cum puberi fiebat. ultimus quando impuberi fiebat, sed tamen plura tempora comprehendebat, hoc est non solum tempus pupillaris ætatis, sed etiam longius tempus. Primo casu, sit conclusio affirmatiua, ut pupillaris, quæ tanquam pupillaris ualere non potest, ualet ut fideicommissaria. arg. d. l. Scæuola. & d. l. quod fideicommissum. & l. si fundum per fideicommissum. §. sicuti cum. l. sequenti. ff. de leg. i. quod uariè intelligitur. Primum, quando fieret extraneo impuberi. Deinde quando fieret a patre filio naturali. Tertiò, quando fieret a patre filio emancipato. Quartò quando fieret à matre filio suo. Postremò quando fieret in codicillis, quæ omnia probantur per. d. ll. in sui generalitate. Secundo casu principali, quando pupillaris puberi fiebat, tunc in quinque casibus proximè enumeratis, & etiam in sexto casu, quando fieret a patre filio in sua potestate constituto, non ualeret etiam in uim fideicommissi. arg. d. l. quod fideicõmissum, cum duabus præcedentibus, iuncta. l. si mater. in princ. ff. de uulga. & l. si pupillus uerbo. utilitatem impuberis. ff. de acquirend. hæred. ubi glo. communiter approbata. in quibus iuribus habetur, quoties fit mentio pupillaris substitutionis, toties præsumi testatorem uoluisse, non nocere, sed potius consulere ei, cui pupillaris fiebat: & ut pupillaris utilis esse intelligitur durante pupillari ætate: postea uerò damnosa uidetur. ut in l. ex facto. in princ. ff. de uulga. ita quoque quando pupillaris ualere non potest, quòd ualeat ut fideicommissaria pubertate tenus utile ipsi impuberi uidetur, sed post eam ætatem nociuum uideretur. ut in. d. §. sicuti. cum. l. sequenti. & in. d. l. quod fideicommissum. Meritò ergo diximus quòd in quibus casibus impuberi fiebat, ualet quidem ut fideicommissaria. uerùm in quibus casibus puberi fiebat, quo tempore tam pupillaris quàm fideicommissaria nociua intelligitur. d. l. ex facto iuncta l. exhęredi. §. cum filiæ. ff. de uulga. in illis sanè casibus etiam ut fideicommissaria non ualeret, ne inducta ad utilitatem eius cui fit, in perniciem ipsius conuertatur. contra. l. legata inutiliter. ff. de leg. i. l. legata inutiliter ff. de adimen. lega. l. non ideo minus. C. de procurat. l. quod fauore. ff. de legibus. ne'ue fieret contra uoluntatem testantis, qui consulendi, non nocendi animum habuit. argum. l. uerbis ciuilibus. ff. de uulga. Tertio casu principali, quando impuberi pupillaris fiebat, sed longius tẽpus quam pupillaris ætatis comprehendebat, ueluti si usque ad annos uigintiquinque fiebat, quo casu quàm plures tenent, eam omnino nullius esse momenti. alii uerò tenent, quòd intra tempora pubertatis ualeat ut pupillaris directa, postea uerò ut fideicommissaria: prout supra utriusque partis fautores enumerauimus. Veritas est, quòd si fiat a patre filio suo in potestate intra tempora pubertatis ualet iure directo, postea uerò nullo modo. Cæterùm si fiat a patre filio naturali tantùm, uel filio emancipato, uel omnino extraneo, uel a matre filio suo, uel à patre in codicillis. in his omnibus casibus, ineunte pupillari ętate ut fideicommissaria ualebit. ut. d. l. Scæuola. postea uerò nullo modo ut. d. l. quod fideicommissum. iuncta. d. l. ex facto. ad. tex. 30 in. §. fi. insti. de pupil. & in. d. l. uerbis ciuilibus. respondendum est (ut & suprà attigimus) procedere quò ad ius directũ, non sic quo ad ius fideicommissi. nam & si in terminis eorum iurium iure fideicommissi eam dispositionem dixeris sustineri, adhuc uerum erit pupillarem non ualuisse. & ad tex. in. d. l. uerbis. in uerbo frustra, responde uerum esse, ut post pupillarem ætatem ea dispositio frustratoria sit, quia post eam ætatem ea substitutio, nec ut fideicommissaria, nec ut pupillaris substineatur. ut iam ostendimus. & secundum hanc distinctionem superiores uarietates conciliari & possunt & debent. 30 *Intell. l. uerbis ciuilibus. ff. de uulg. §. fi. insti. de pupill.*

Hactenus de pupillari substitutione, quòd 31 si exemplaris siue à testatore, siue à testatrice facta esset alicui extraneo, uel transuersali, uel fortè a filio uel filia facta esset patri uel matri furenti, aut dementi, & quæreretur, an ualeret in uim fideicommissi? quandoquidem in uim directæ exemplaris constat ualere non posse. & quo ad bona ipsius testatoris salus legitima in quibus casibus deberetur putarem eam substitutionem ut fideicommissariam ualere. ut ex superioribus colligitur. iuncta. d. l. ex facto & l. humanitatis. C. de impub. & §. qua ratione insti. de pupil. 31 *Exemplaris facta extraneo an ualeat.*

Quæ omnia procedunt in pupillari formata, qualis est illa, si hæres erit & in pupillari ætate decesserit. Cæterùm si informis esset substitutio, quia dixi, filius impubes hæres esto, & eo si intra uigesimum quintum annum

annum

num decesserit, Meuium substituo, tunc intra pubertatem ualeret iure directo, quia pupillaris est ex legis interpretatione eo ipso, quòd pupillo accommodaretur. c. si pater de testam. in. 6. §. substituitur. insti. de pupil. l. 3. l. quæ liberis. in princ. & §. hæc uerba. l. si is qui hęres. ff. de uulgari. post eam uerò ætatem ut fideicommissaria ualebit, quia uerbum substituo sic informiter prolatũ, aptum est comprehendere utrunque casum tam acquisitæ quàm non acquisitæ hæreditatis. l. iam hoc iure. ibi hoc communi uerbo. ff. de uulga. l. generaliter. C. de instit. & substi. l. precibus. C. de impub. ut supra fusius disseruimus. Quæ distinctio ex mente & sententia esse uidetur eorum, quorum receptam opinionem suprà relatam tuemur contra sententiam contrariæ partis fautorum. Nec ad rem pertinet, quòd post aditam hæreditatem directæ substitutiones expirare soleant. l. post aditam. C. de impub. quodque testator uideatur habere animum faciendi directam substitutionem. nam idem quoque fuit in terminis. d. l. Scæuola. & nihilominus quia iure directo ualere non potuit, tuetur in uim fideicommissi: quasi satius sit uoluntatem testatoris aliquantulum delibatam tueri, quàm ex toto intercidere. sic ergo & in specie nostra, quatenus iure directo ualere non potuit, par est & testatoris uoluntati proximius ut quasi fideicommissaria sustineatur, cum quali quali delibatione quàm quòd ex toto intercidat. Hactenus quando testator usus est uerbo communi, quale est uerbum substituo, & similia. Cæterùm si usus esset uerbis directis, puta filium impuberem instituo, & si is intra uigesimũ quintum annum decesserit, ei Meuius hæres esto. uel Meuium instituo. partius uidetur admittendus substitutus, sed ad huc magis est ut admitti debeat superior distinctio per eadem iura & rationes. & inter 32 ipsamet uerba directa est differentia, quia quædam sunt uerba directa, & ciuilia ex lege duodecim tabularum, quædam uerò directa, non ciuilia, sed moribus inducta ita Bart. in d. l. centurio. ff. de uulga. Butrius. & Petrus. Ancbar. & Abb. num. 21. & Benedictus. in. c. Rainutius. de testa. uerbo eidem impuberi nu. 11. Areti. consi. 155. col. 2. & est communis opin. secundum Ripam num. 71. & num. 170. in. d. l. Centurio. Contrariam tamen partem, ut ea differentia uerborum uel non reperiatur, uel nullius momenti sit, tenet Cardin. in. d. c. Rainutius q. 35. Philip. Fran. in. c. si pater. col. 2. de testamen. lib. 6. Salicet. & Ias. num. 9. in. d. l. precibus. Imola. nume. 16. & Alex. nume. 65. in. d. l. centurio. Zasius. de compendiosa substi. col. 1. & Ias. ubi supra adhemat eam Bartoli uerborum distinctionem communiter reprobari. & quamuis quo ad sui inuentionem fortè substineri posset distinctio, aut differentia illorum uerborum, quasi alia lex duodecim tabularum inuenerit, alia uerò tempore & usu gentium postea addita fuerint: tamen eorum uerborum differentia non reperitur iure cautum, ut sit alicuius utilitatis. Denique 33 illa uerba si filius meus in pupillari ætate decesserit, dubium est, an inducant pupillarem substitutionem, an uerò compendiosam? Et Bald. in l. precibus, ait, compendiosam esse, communis est secundum Ias. in. l. 2. ad fin. ff. de uulga. Bal. consi. 122. lib. 1. Couarub. de testam. c. Rainutius. §. 9. uers. 3. nu. 2. per Alex. in. d. l. 2. per Cardin. in. d. c. Rainutius. q. 39. Cõtrarium tenent Bart. in. d. l. 2. num. 27. Politus. de pupil. substitutione. num. 8. Francus in. d. c. si pater in materia compendiosæ col. 1. Decius in. l. precibus num. 15. C. de impub. Ias. in. d. l. Centurio. nume. 23. Ripa. in. d. l. 2. nume. 40. Zasius de compendiosa, uerbo requiruntur. Sed certè in terminis iuris communis non uideo magnam huius inuestigationis utilitatem. Quid autem si esset statutum, ut uerba & dispositiones testamentorum intelligerentur ad litteram? an ut de iure communi sub his uerbis, si filius in pupillari ætate decesserit substituo, comprehenditur tam uulgaris quàm pupillaris, ita quoque & hoc casu utraque contineatur stante tali statuto? & magis est utranque contineri, quia ex proprietate uerborum ut supra fusius ostendimus, illud uerbũ utrunque casum tam acquisitæ quàm non acquisitæ hæreditatis continet: sicque tam pupillarem quàm uulgarem. Quid ergo si stante tali statuto, dicerem, si filius intra 25. annum decesserit, ei substituo Meuium & quidem per tale statutum potestas nec aucta uideretur, nec deminuta: sicque de uoluntate quatenus ex uerbis colligitur pręcisè agendum esset. ergo infrà tempora pubertatis ualeret ut pupillaris si ille adiret, uel ut uulgaris si repudiaret: postea uerò ut fideicommiss. quia hęc omnia ex ui uerborum ut suprà plenius edocti fuimus, comprehenduntur.

32 Directa uerba an inter se differant, ardua q.

33 Pup. an compendiosam inducãt illa uerba, si filius in pupillari decesserit ardua q.

Denique stante tali statuto, & etiam in terminis iuris communis, est longa differentia inter substitutionem informem, qua de agimus, & reliquas substitutionum species non solùm in sui formatione & creatione sed etiam in effectu. de sui formatione & creatione, iam suprà disseruimus. de effectu seriatim uideamus. Et in primis differt à uulgari, quia illa uulgaris si hæres non erit, per aditionem hæreditatis expirat etiam ex proprietate uerborum. nam adita hæreditate uerùm est primo nominatum ex proprietate sermonis hæredem fuisse, sicque consequens est substitutum excludi. & ita est intelligenda. l. post aditam. C. de impuberum. & tamen illa informis substitutio primus hæres esto eique substituo secundum, tunc si primus adierit & postea decesserit, secundus etiam ex proprietate uerborum admittendus esset. d. l. iam hoc iure, uerbo, hoc communi uerbo. l. generaliter. C. de instit. & subs. l. precibus C. de impuberum. l. arbores. l. uel inutilium. ff. de usufr. l. 1. §. hęc actio. ff. si quis testam. liber esse iussus fuerit. c. licet de electione. c. ad petitionem de accusa. cum aliis supra all. multum autem interest utrum ex proprietate uerborum, an uerò ex legis interpretatione substitutus excludatur ut suprà ostendimus. Pręterea uulgaris expressa continet subsc tacitam pupillarem. l. 2. §. pe. l. iam hoc iure. ff. de uulga. l. Lucius eod. tit. l. 2. l. quamuis. C. de impub. d. l. iam hoc iure ad fi. d. l. precibus. l. fi. C. de inst. & subs. hæc autem tacita pupillaris matrem non excludit, ut est communis opin. in dictis locis. de cuius ueritate tamen fusius infrà in materia substitutionis pupillaris agemus. Verùm informis substitutio etiam secundum communem opin. matrem excluderet ex mente & sententia doctorum ubi suprà quatenus matrem excludi per reciprocam substitutionem existimant. Nam si ea substitutio impuberes filios hæredes instituo, eosque inuicem substituo, matrem excludit: ergo idem & si diceret, impuberem instituo, Meuium substituo. (quo casu informem esse substitutionem diximus) matrẽ excludi responderent doct. quandoquidem is casus à pręcedente nihil differt in substantia, sed tantùm in numero, quia hic unica eademque informis substitutio, ibi autem duę informes sunt. Denique 34 an tacita pupillaris comprehensa sub expressa uulgari excludat matrem, quando pia causa substituta fuerat? non leuis controuersia est. nam sunt qui uelint matrem excludi, ita Angelus. in. d. l. precibus col. 2. & ibi Paulus Castren. col. 4. & Alex. col. 2. Decius in. c. in pręsentia dd probati. col. 30. idem Decius consi. 182. col. 3. Bar. consi. 243. fuit quidam col. 3. Bald. consi. 457. uiso testamento Ioannis lib. 2. ut refert Andreas Tiraq. hanc partem secutus de priuil. piæ causæ. priuilegio 69. Contrariam tamen partem ut etiam tunc mater non excludatur, tenet Corneus in. d. l. precibus col. 2. idem Corneus consi. 322. ardun plurimum lib. 3. col. pe. Bar. consi. 15. & in hanc partem ipse Tiraquelus inclinare uidetur. Quæ quidem controuersia planè cessabit in substitutione informi filio impuberi facta, quæ matrem ex mente omnium sine dubio excluderet. argum. d. l. Lucius. ff. de uulgari. cum iis, quę suprà adducta sunt. Sed & in terminis uulgaris substitutionis etiam formatæ hoc casu matrem excludi

34 Pupillaris tacita uel informis an matrem excludat, quando pia causa fuit substituta.

cludi responderem, quia & si regulariter per tacitam pupillarem matrem non excludi obtinuerit ex doctorũ crebriore sententia, tamen multi tenent contrarium: & huic parti adhæremus infrà in materia pupillaris, quàm longè dilucidius & facilius ut teneamus quando pia causa substituitur par est. Qua ratione, cùm 35 libertas pia causa sit, ut tenent Bar. in.l.proximè.ff.de his quæ in testamento delentur.l.1.§.fin.C.de commum seruo manu.Andr.Tiraq.ubi supra priuilegio.9. in fi.consequens est ut & hoc casu si libertas (siue est seruus cum libertate) substituta esset, eadem inter doct. contentio esset, an pupillaris tacita sub uulgari expressa contenta matrem excluderet, nec ne? Sed & hac in re nullus ut existimo dubitaret, quin si informis esset substitutio (quia dixi impuberi seruum cum libertate substituo) tunc siue impubes hæres non esset, siue esset hæres, & in pupillari ætate decederet, seruus ille matri præferretur, essetque liber & hæres. Hactenus in terminis iuris communis. Cæterùm ubi esset statutum, uel consuetudo, ut testamenta ad literam intelligerentur, maior 36 differentia esset inter uulgarem & informem substitutionem, quia eo casu uulgaris sub se nullo modo comprehenderet tacitam pupillarem, quia illa uerba uulgaris formatæ (si hæres non erit) planè excludunt eum casum, quo impubes hæres esset, licèt in pupillari ætate decederet. sicque cessaret.d.l. iam hoc iure.d.l. Lucius &.d.l.precibus &.l.fi.C.de inst.& subs.l.a.l.quãuis.C.de impuberum.quatenus induxerunt sub uulgari pupillarem comprehendi. Nam hoc casu non comprehenderetur, sed tamen sub informi non desineret comprehendi, quia illa uerba impuberem instituo, Meuium substituo, tam apta sunt comprehendere ex proprietate sermonis casum aditæ hereditatis, quàm repudiatæ ut suprà ostendimus. Vnde apparet non obscurè errasse omnes illos, qui tenuerunt uulgarem substitutionem esse illam; Primum instituo, Meuium substituo ut suprà plenius egimus. Item 37 stante dicto statuto, & si sub uulgari nullo modo contineretur tacita pupillaria, sub informi non solùm pupillaris contineretur sed etiam matrem excluderet.ut.d.l.Lucius. nõ solùm si pia causa aut libertas substituta esset, sed etiam si quilibet minimè priuilegiatus esset substitutus.ut per iura & rationes suprà all.apparet. Denique 38 & si tacita uulgaris comprehensa sub expressa pupillari extinguatur quando pupillus uiuo testatore decessit secundum communem opin. quam tenet Bar. in.l.i.num.33.uers. ulterius quæro pupillus cui, & est comm. opin. secundum Socin.ibi num.35.ubi Ripa num.167.uers.uideamus, ait hanc esse commun.opin.quod & firmat Arett. ibi idem tenuit Dinus quem refert Bal. ubi suprà Joan.Andr.in Rub.de testa.col.5.post Lambert. de Ramp quem refert, idem tenet Angel. in.d.l.centurio.ff.de uulg. idem Angel.in.l.si pater captus eod.tit. Oldrad. consi. 30. & Paul.Castr. in.d.l. precibus.& Angel. consi.40. reperitur. ut refer Alex. in.d.l.i. de uulgari. num.32. Iacobus de Arena. Rainerius. Nicolaus de Neapoli.Bal.& Paul. Castr. in.l.si pater filium. ff. de uulg. quod limitant nisi filius testatoris fratris ipsius impuberis esset substitutus secundum Iacob.Rainerium.Nicolaum Bal.& Paul.proximè relatos, uel nisi pupillaris facta esset per hæc uerba; si impubes in pupillari ætate decesserit, substituo: tunc enim eum non fuerint adiecta illa uerba, si hæres erit, substitutus ex uulgari admittitur; quamuis impubes uiuo testatore moriatur. ita Bald. in.d.l. precibus col.17.uerb.unum etiam aduerte & ibi Paul. Castr. & Imola.in.c.Rainucius de testam. in materia uulgaris.32. limita ut si pater ex modico interuallo post mortem impuberis decederet, ita ut non haberet spatium mutandi testamentum, tunc substitutus admitteretur licèt uiuo testatore impubes decederet. ita Bar. ubi suprà Paul.Castr.in.l. lex Cornelia. ubi Bart. etiam idem tenet.ff.de uulg.Cardin.Florent in.d.c. Rainucius.in materia compendiosè. Bart. in.l. tractabatur.ff. de milita. testam.sentit Bal.in.d.l.precibus.d. uers.unum aduerte. qua ratione idem facilius admittendum, quando substitutio informis esset, hoc est non adiecto uerbo, si hæres esset, nec uerbo, si in pupillari ætate decessarit, sed simpliciter dicendo, impuberem instituo, Meuium substituo. Quo casu uerissimum esset, substitutum admittẽdum etiam si impubes uiuo testatore moreretur, quia uerbum substituo, cum sit commune ut supra non semel admonuimus ex proprietate sermonis comprehendit utrumque casum tam acquisitę quàm non acquisitæ hęreditatis. Vnde mors impuberis uiuo testatore decedentis ipsum substitutum apertius inuitat tantùm abest ut eum excludere uideatur.§. in primo &.§. pro secũdo C.de cadu.toll.l.3.C.de hęred.instit.l. 3. in princ. ff. de adimen.legat.l. si pater familias. ff.de hęre. instit. & his quatuor casibus ex mente & sensu omnium est admittendus substitutus (excepto Alexandro. ubi supra) qui in secundo casu supra memorato contrarium & ut nobis uidetur nullo colore affirmat. Extra istos quatuor casus substitutum non admittendum esse, communis sententia est. ut supra retulimus. Sed contrarium tenent (ut indistinctè substitutus non excludatur per mortem impuberis uiuo testatore decedentis etiam si pupillaris fiat hoc modo, si filius hęres erit & in pupillari ętate decesserit) glo.in.d.l. lex Cornelia, uerbo non existimo & glo.ibi in uerbo ad agnatum, & alia glo.in.l. sequenti, & alia gl.in.d.§.pro secundo ubi etiam Bal.idem Bal. in.l.humanitatis. col.10.C.de impub. Imol.in. d.c. Rainutius.idem Imola.in.d.l. lex Cornelia.Guiliel.de Cun. & Imola.in.l.a. ff.de uulg. ut refert Alex. ubi supra nume.32.qui hanc partem sequitur. quod & sequitur eius addicionator ibi. quod & tenet Fran. de Ripa. & recepius putat in.d.uers.uideamus, mouentur quia uitiato expresso non uitiatur tacitum, quod est æquè principale.l.fideicommissorum princ.ff.de leg.3.l.1.ff.§.1.ff.quibus modis pign.uel hypothe soluitur. sicque tacita uulgaris sub expressa pupillari comprehensa cum sit ęquè principalis & per se existat, nec à pupillari tanquam accessoria pendere uideatur, non est cur uitiata pupillari, ipsa extingui uideatur. ut enim & si filius sine patre esse nequeat, tamen mortuo patre filius uiuere non desinit: ita & si pupillaris expressa ad creationem tacitæ uulgaris, profuerit tamen postquam ea tacita uulgaris in esse producta est, potest per se subsistere: nec extincta pupillari desinit stare. id quod dilucidè probatur in.l.i.ff.de uulg. iuncta.l.iam hoc iure.&.l.Lucius.&.l.2.penul.respon.eod.tit.& in prin. insti.de pupil.l. fin.C.de insti.& substi.d.l.precibus.l.2.&.l.quamuis.C. de impub.in quibus iuribus habetur, altero de tribus modis impuberibus liberis fieri posse substitutionem, uel dupliciter, puta siue impubes hæres non erit, siue erit & in pupillari ætate decesserit. uel etiam simpliciter, si hæres non erit, uel sic, si hæres erit & in pupillari ætate decesserit. ut sic nihil referat utrum uulgaris tantùm formata, an pupillaris tantùm formata, an utraque simul, & sic duplex substitutio fiat.nam cum simplex substitutio fit ad utrunque casum tam uulgaris quam pupillaris ex mente testatoris refertur, non aliter ac si duplex substitutio fieret; ut mixta illa substitutio, non tam ui, effectu, & potestate, quàm forma uerbali distare uideatur quo ad rem qua de agimus. id, quod facilius admittendum esset, quando seruus cum libertate esset substitutus. argument.l.1.§.fin.ibi; ad hanc pietatis causam.C.de commun.seruo manumisso.& quod ait Bart. in.l.proximè.ff. de his quæ in test.delent.idem Bart.in.l.si unus.C.de testam.idemque pari ratione & si alia quælibet pia causa substituta esset.argum.c.relatum.i.&.c.cum esses de testamen. & quod ait Angel.col.2.Paul.col.4.Alex.col.2. & Ias.col.5.in.d.l.precibus.Tiraq.de priuil. piæ causæ. priuilegio.69. Dum 39 contendunt matrem excludi per tacitam uulgarem quando pia causa fuit substituta.

35 *Informis subst.quã do exclud at liberta tem.*

36 *Informis & uulg. differunt.*

37 *Informis non expirat, & si pupillus cui sit uiuo patre decedat.*

38 *Vulgaris tacita an extinguatur si pupillus uiuo patre moriatur.*

39 *Pupillaris tacita excludit matrem et si pupillus uiuo patre moriatur.*

hoc la

hoc limitatur ut & si per mortem impuberis uiuo testatore morientis, regulariter non expiret ea tacita uulgaris, eius tamen effectus non porrigat sese ad matrem excludendum secundum dd. communiter ubi suprà quod suspectum puto, ut edocemur infrà in materia pupillaris. Cæterùm ubi esset statutum, quo caueretur uerba testamentorum esse ad literam intelligenda, tunc nec sub uulgari formata comprehenderetur pupillaris, nec sub pupillari formata contineretur uulgaris. unde si impubes cui pupillaris facta esset uiuo patre decederet, substitutus excluderetur ex regula, legis, sed si plures. in prin. ff. de uulgari. l. unica. §. sin autem aliquid sub conditione. C. de cadu. toll. ut per Alex. nu. 35. uers. alius est casus. ff. de uulga. Bal. in d. l. precibus. 5. col. licèt contrarium teneant Imol. in c. Rainutius de test. in materia pupillaris in fin. ut per Alexand. in. l. si ita scriptum. ff. de liber. & posthum. Quid 40 autem si post factam pupillarem impubes emancipatus fuit? an tacita etiam uolgaris extinguatur, non secus quàm expressa pupillaris? & Bald. in. l. fin. C. de inst. & subst. tenuit uulgarem tacitam non extingui, idem Imola in c. Raynutius de testamen. in materia uulgaris substitutionis Guilielmus de Cun. q. 5. in. l. precibus. C. de impuberum. Alexand. num. 42. Alciatus num. 92. q. fin. Bartholom. Socinus num. 59. in. l. j. ff. de uulgari. Cynus in. d. l. præcibus. q. 5. Paul. Castrensis in. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de uulgari. Quanuis contrarium teneant Bartol. in. l. j. ff. de uulgari colu. fin. num. 55. & ibi Franc. de Ripa num. 222. & Ias. nu. 69. post Rainerium Guliel. Albericum & alios, quos ibi refert Ripa quorum op. receptam esse fatetur Andreas Alciatus ibi num. 92. Sed superior opinio uerior est & fortè receptior, quia sub pupillari etiam formata ex legis interpretatione comprehenditur uulgaris equè principaliter, sicque altera per emancipationem cessante, altera integra manente per iura & rationes suprà alle. facit in simili. l. si non lex. ff. de hær. instit. §. affinitatis inst. de nuptiis. simile etiam. l. nunquam. ff. de priua. delict. §. fin. inst. si quadr. pauperiem. ergo pupillaris & si per emancipationem impuberis extinguatur, uulgaris tacita non extinguitur, quod uariè intelligitur. Primùm quando pupillaris ita fit, si impubes hæres erit, & in pupillari ætate decesserit, substituo. ut. dd. ll. Deinde etiam si ita fiat, si impubes in pupillari ætate decesserit, substituo. ut. l. 3. l. qui liberis in prin. & §. hæc uerba. ff. de uulgar. Tertiò etiam si non efficiatur illa conditio, si hæres erit, nec illa si in pupillari ætate decesserit: sed dictum fuerit, impuberem instituo, Meuium substituo. quo casu informis substitutio est, & ita intelligo. c. si pater, de testa. in 6. l. si is qui hæres. ff. de uulga. l. pater filium & l. Lucius. l. iam hoc iure. §. j. ff. eod. titu. Vnde 41 si impuberem instituo, & adieci, impubes moriatur Meuio, hæc substitutio directa est. ut in d. cap. si pater ubi per omnes, estq; directa pupillaris, eo quòd personam eius cui pupillaris fieri poterat, respiciebat: ut ibi idq; fit ex legis interpretatione propter qualitatem personæ, ad quã ea substitutio refertur ut supra attigimus. Cæterùm inspectis uerbis, informis substitutio est. arg. d. c. si pater. ubi pater directam intelligi, non tam ex proprietate sermonis quàm ex illius textus interpretatione. simile in. d. l. iam hoc iure. uerbo hoc communi uerbo. in. l. generaliter. C. de inst. & subst. l. precibus, ibi, utrum in primo an in secundo. C. de impube. l. arbores. l. uel inutilium. ff. de usufruct. sicq; 42 ut illa uerba impubes moriatur Meuio sint communia & non directa tenent Angel. in. l. centurio. ff. de uulga. ubi Ias. col. fin. Politus. de compendiosa num. 27. Zasius in eod. tractatu. de compendiosa. colum. 2. Abb. in c. Rainutius de testamen. num. 15. Card. ibi. num. 20. & Imola. num. 166. Philipp. Francus in. c. si pater detest. in. 6. ubi ait per omnes ita teneri. Quamuis contrariam partem teneat glo. in. d. c. si pater. uerbo moriatur. cuius opinio communis est secundum Rip. in. d. l. Centurio. num. 196. ubi Galiaula. colu. 15. Salicet. & Ias. sibi contrarius in. l. precibus C. de impub. Sed prior opinio uerior est ex supra dictis. Effectus est maximus. nã stãte statuto, ut uerba ad literã intelligerentur, si uerbum moriatur directũ esse intelligeretur, intra tempora pubertatis ut directa pupillaris ualeret: & postea ut fideicommissaria. Sed & in terminis iuris communis idem foret intra tempora pubertatis. nam postea nullo modo ualeret. Verùm si uerbum moriatur, uideatur esse commune, tunc intra pubertatem iure directo, postea uerò ut fideicommissaria ualeret tam stante dicto statuto quam in terminis iuris communis. ut. d. l. centurio. cum ibi notatis. Cæterùm stante dicto statuto, non leuis contentio est. An sub illis uerbis etiam uulgaris contineretur? quod uerisimillimum est negaturos eos, qui tenent uerbum moriatur, esse directum. nam si dicerem, impubes hæres esto, & impuberi Meuius sit heres, nullos negaret hic adesse solam pupillarem inspectis uerbis, uulgarem autem minimè. Sed uerosimilimum est, hoc casu etiam uulgarem comprehendi responsuros eos, qui tenent (ut suprà diximus) uerbum moriatur, esse commune. & ad hanc partem procliuior sum.

40 Vulgaris tacita non expirat licèt pupillus cui fit à patre emancipetur. ardua q.

41 Informis subst. erat in terminis. c. si pater de testa. libr. 6.

42 Verba illa, impubes moriatur Titio, communia sint. an directa? ardua q.

Denique 43 ut tacita uulgaris per emancipationẽ impuberis non expirat, ut proximè diximus: ita quoq; & expressa pupillaris non extinguetur. Quamuis contrarium ueluti pro comperto & indubitato subintelligerint Bart. in. d. l. 1. num. 55. Ripa. num. 222. Ias. num. 69. Alciatus num. 92. Alex. num. 42. Socinus. num. 59. ff. de uulgari. & tandem in hoc conueniunt utriusque partis fautores, quos suprà retulimus, decepti per. l. moribus. ff. de uulga. uers. nepotibus, dum ait nepotibus etiam possumus &c. Sed uerius est ad firmitatem pupillaris substitutionis non requiri esse sub patria potestate testatoris tempore testamenti pupillum cui fiebat, dummodo tẽpore mortis in eius potestate reperiatur: ut non obscurè significatur in. d. l. moribus. uers. sed si extraneum, ubi fortè dicetur, & is 44 est uerus sensus ad. l. cohæredi §. cum filiæ. ff. de uulga. ubi in primo respon. loquitur in filia & in nepote suitatem habentibus, quorum præteritione non uitiabatur patris testamentum iure digestorum. l. maximum uitium. C. de liber. præter. §. 1. uers. sed non ita. insti. de exhære. liber. dixi plenè de successionis creatione. §. 20. num. 112. uerùm in. d. §. cum filiæ secundo respon. cum loquitur in filiofamilias cuius præteritione uitiatur testamentum in prin. insti. de exhæred. liber. l. inter cætera. ff. de liber. & posthum. iure consultus significat pupillarem non aliter ualere, quam si filios esset institutus, uel exhæredatus: in filia uerò, uel nepote suitatem habente sensit ualere etiam si præteriti essent. Denique 45 qua ratione per emancipationem eius, cui facta fuit pupillaris, negauimus tacitam uulgarem sub ea comprehensam extingui: eadem ratione negandum est extingui, si impubes per dignitatem, uel deportationem, si fortè erat doli capax, uel alio quouis modo exierit à patris potestate: de quibus modis habetur per totum instit. quibus mod. ius patr. potes. soluitur. l. Gallus. §. quid si tantum. ubi per omnes. ff. de liber. & posthum. Quinimmo in omnibus his casibus (his omnibus quos supra retulimus repugnantibus) ipsam met pupillarem non extingui contendimus in hunc sensum, ut si fortè is filius impubes ad potestatem testatoris redierit, & impubes post mortem patris decesserit, ea pupillaris effectum habeat, sin minus secus. quod iustificatur ultra suprà adducta, per. l. filio quem. ff. de lib. & posthum. l. non putauit. §. siquis filium emancipatum ff. de bonorum poss. contra. tabul. ubi qui exiuit à patris potestate, si ad eam reciderit, non nouus filius sed is, qui antea erat esse intelligitur. per quod limitatur. l. si seruus legatus. §. fin. ubi, nouus homo. ff. de adimen. leg.

43 Pupillaris emancipatione pupilli an extinguatur? ardua q.

44 Intell. l. cohæredi. §. cũ filiæ ff. de uulga.

45 Vulgaris tacita non extinguitur, licèt pupillus cui fit dignitate, uel deportatione, uel aliter à patris potestate liberetur: sed nec ipsamet pupillaris his casibus extingueretur. contra omnes.

In summa, uulgaris 46 tacita sub expressa pupillari comprehensa, an per aduentum pubertatis extinguatur, non secus quàm ipsa pupillaris? dubium est. Qua in re

46 Vulgaris tacita an aduentu pubertatis extinguatur. ardua q.

communis opin. esse uidetur, uulgarem non aliter atq; ipsanmet pupillarem euanuisse. ita Bart.num.56.col.fi. post Dinum.Guihel.& Rainerium, quos ipse refert in d.l.i.ff.de uulgari.est commun.opin.secundum Francis. de Ripa.ibi.num.225.ubi Alex.disputat ad partes num. 43.col.pen.Barthol.Socinus.num.60.Andreas Alciatus num.92.quod intellige in duobus casibus.Primùm quando dixi, si impubes in pupillari ætate decesserit, substituo. deinde etiam si dixi,si impubes hæres erit,& in pupillari ætate decesserit. Verùm his casibus hodie commun.opinio modernorum uidetur esse in contrarium, ut uulgaris non extinguatur, quam opin. tenent Alex, Socinus.Ripa. & Alciatus ubi suprà post Imolam. in.c. Rainutius detestam. in materia uulgaris substitutionis, & hanc partem ueriorem puto, quia hic duæ substitutiones sunt, altera uulgaris,altera pupillaris, & alterutra sine altera consistere potest.ut suprà plenè ostendimus.Et hanc partem teneo,facilius quando maius tempus quàm pupillaris etatis comprchensum esset, puta si decesserit infra 25.annum ut per Ripam ubi suprà num. 227.quòd si cum prefinitione breuioris temporis quàm pupilaris ætatis, puta quia dixi si decesserit infra decennium suæ ætatis. iuxta.l.si ita.l. qui plures liberos.l ex facto.§.item quæro.ff.de uulgari. tunc utriusque partis fautores (demptis Ripa & Alciato)conuenire uidentur, uulgarem & pupillarem euanescere. Sed & hoc casu Alciati & Ripæ sentẽtia uerior est, negantiũ uulgarem extingui. Quid enim si post eam ætatem ille,uel uiuo testatore decesserit,uel patre mortuo ab eius hæreditate abstinuerit? certè pater nihil aliud uoluit nisi ut is substitutus admitteretur. ut supra ostendimus. Hactenus quando substitutio erat pupillaris formata. quòd si esset informis, tunc omnes utriusque partis fautores uno ore agnoscere uidentur, ut per aduentum pubertatis uulgaris non expiret, ueluti si dicerem, Impuberem filium instituo, Meuium substituo.

Amplia etiam si esset statutum, ut uerba testamentorum ad literam intelligerentur. nam hoc ex ipsa sermonis proprietate descendit.ut suprà edocemur. quod facilius admittendum, quando mater non esset in medio, argumento.l.fin.C.de iust.& subst.l.precibus.C. de impuberum cum utrobique notatis. Quamuis & si mater in medio esset, idem foret.l.Lucius.ff.de uulga.ipsa enim contra informem substitutionem, non reperitur priuilegiata. ut suprà tradidimus. Quòd si uel pia causa,uel libertas esset substituta,tunc id facilius etiam cõtra matrem admittendum fore palam est.argumento.c. relatum.i.c.cum esses de testam.&.l.1.fin.§. C. de communi seruo manu.iunctis his,quæ suprà disseruimus.

Denique stante dicto statuto, ut uerba intelligerentur ad literam, tunc si fieret reciproca his uerbis, uos inuicem substituo. si quidem essent extranei,ante aditã essent uulgares, postea fideicommissariæ. quia uerbum substituo,est aptum ut sæpe dixi comprehendere utrunque casum, tam non acquisitæ quàm etiam acquisitæ hæreditatis,uel relicti: ergo utrunque comprehendit quamuis in casu non acquisitæ uoluntas testantis à lege non restringatur, quæ in casu acquisitæ hæreditatis coangustata est ad falcidiæ rationem. per totum.ff. C. & inst.de falcid.& Treb. Quid si isti erant tales,cui poterant fieri pupillares?& sanè intra pubertatem pupillares erunt, post aditam postea fideicommissariæ salua falcidia: sed ante acquisitionem omni tempore erunt uulgares. Quid si illorum alter pubes erat, alter demens? & sanè ante acquisitionem erunt uulgares, postea in persona impuberis erit pupillaris durante pubertate,postea uerò fideicommissaria salua falcidia uel legitima. At in persona de mentis omni tempore erit exemplaris, nisi resipuerit; nam tunc conuerteretur in fideicommissaria,salua falcidia. Quid si fieret compendiosa hoc modo? quandocunque hæres decesserit, substituo.& ante acquisitionem esset uulgaris, postea durante pupillari ætate,uel dementia esset pupillaris, uel exemplaris,his cessantibus fideicõmissaria, salua legitima,uel falcidia, uel directa militaris,si fieret à milite. quæ omnia ex superioribus si scitè inspiciantur, comprobantur.

Illud autem dubium est,an 47 puberibus post aditam hæreditatem possimus ad pias causas substituere? id, quod firmat Bart.in.l.i.C.de sacrosanct. ecclesi. col. antepenult. uersic. sexto quæro. in repetitione Abbas consi.32.circa duo col.2.lib.2.Lanceloc.Galiaula in repeti.l.centurio col.10.ff.de uulga.Bald.consi. 356. punctus lib.4.& hanc ad partem inclinare uidetur Andreas Tiraquellus de priuileg.piæ causæ priuileg.21. per.c. si pater de testamen.lib.6.qui reuera nihil probat & sic in contrariam partem etiam a nonnullis allegatur.Item quia id facere potest miles.l.miles ita hæredẽ.§. & quia diximus.ff.de milit.testamen.&.d.l.centurio. Vnde apparet hanc prohibitionem, ut post aditam hæreditatẽ directò substituere non possimus, iuris tantum positiui non etiam iurisgentium esse, & consequenter & in milite tolli potuisse per legem: & in paganorum etiam testamentis per legem generaliter sublatam uideri,quoties testarentur ad pias causas. argumento.c.relatum.j. c.cum esses de testamen. Vnde non solùm si certa sit & indubitata testantis uoluntas directò substituere uolentis,sed etiam si dubia esset idem admittendum fore uidebatur, cùm cuiusque disponentis animus id esse uideatur, ut sua dispositio integra ex omni parte illibata, nullaque ex parte diminuta seruetur. argumento.l. si quis cum totum.ff.de excep. rei iudic.l. qui usumfructum ubi not.Bar. & Ias.ff.de uerbor.obligat.l.si pluribus.ff.de lega.1.l.Meuio in pr.uerbo.totus.ff. de lega.2. l.si chorus.l.Iulianus.l.coniunctim uerbo solidam hęreditatem & uerbo solidam rem.ff.de lega.3.l.si is qui ducenta.§.utrum.ff. de rebus dub.l.cum quæstio.C.de lega.l.si separatim.ff.de cond.& demonst.Vnde etiam hodie quarta trebellianica intelligitur deduci contra uoluntatem testantis quamuis ipse eam nominatim prohibere posset si uellet.c.Rainaldus de testamen. ad finem iuncta auth, sed cum testator. C. ad legem falcidiam & est communis op. ut fusius egimus in lib.j.de success. crea.§.8.num.18.Vnde quisquis informiter ad pias causas substitueret, puta Meuium instituo, Ecclesiam uel aliam piam causam substituo.is in dubio etiam post aditam hæreditatem uideretur uelle, ut substitutio locum haberet: quia(ut suprà non semel admonuimus) uerbũ substituo, ex proprietate sermonis etiam post aditam hæreditatem & morte postea, uel alia quauis ratione amissam uerificatur, non secus quam ante aditam hæreditatem.l.iam hoc iure, uerbo,hoc communi uerbo. l.Lucius.ff.de uulgari.d.c.si pater.l.generaliter.C.de insti.& substit.l.precibus.C.de impuberum.ibi, utrum in primum an in secundum.l.arbores.l.uel inutilium.ff. de usufru.cum multis simi.supra alleg. Nec ad rem pertinet, quòd uerba intelligantur per prius non per posterius.l.1.ff.si ager uectig.pet. quodque intelligantur de prima uice.argumen.l.bones.§.hoc sermone.ff.de uerbor.signific.l.si quis hęredem.C.de inst.& subst.nã hæc omnia non tam ex proprietate sermonis quàm ex legis interpretatione descendere uidentur. ut & suprà attigimus.

47 Substitui puberibus an possit post aditã etiam hære. directò fauore piæ causæ. ardua q.

Adhuc tamen in specie, ut nec in dubio uideatur, nec etiam possit quis puberi post aditam hæreditatem directò substituere tenet Bal. in rep.d.l.i.col.8.uersicu. octauo incidenter.C.de sacrosanct.ecclesiis. ubi acerrimè inuehitur contra Bar.contrarium ubi suprà tenentem.Sed cum ipse eodem morbo laborauerit,ac in eodẽ luto (quod aiunt) inhęserit,posset contra eum iactari illud Salustii, ***Qui in alterum dicere paratus est, uitio carere debet***. & illud uulgatum, ***Nihil Iudæus Iudæo, nihil Catilina Cethego***. & quòd notant glo. & doct. in.l. in harenam per tex.ibi.C.de inoffi.testamento. & hanc partem contra Bar. tenet ipse Bald.in.l.extraneum col.

pen.C.

pen.C.de her.institu.per tex.ibi & per.l.post aditã. C. de impuberum.l.ex facto in pr.ff.ad Trebel. & quia offenderentur multæ regulæ iuris, quia unus esset heres uno tempore, & alius alio tempore. contra.l.hereditas ff.de her.inst.& hæres semel factus, hæres esse desineret ipso iure: contra illum tex.&.§. quos autem prætor cum ibi not. inst.de bon. poss.l.nemo potest cum ibi plenè not.ff.delegat.i.Et quia bona unita separarentur contra.l.sed si plures.§.filio impuberi.ff. de uulgari. quæ omnia leuia sunt. Nam hęc omnia ut ex legis interpretatione contra uiam uerborum inducta fuerunt, ut suprà ostendimus: ita eadem lege tolli potuerunt.l.omnes populi.ff.de iust. & iure.§ sed naturalia.inst. de iure naturali.c.omnis de regul.iuris.l.nihil tam naturale.ff.eo. titul.l.fin.ff.de accep. Unde qui semel hęres extitit, potest hæres esse desinere ipso iure ex legis ciuilis dispositione. glo.ibi communiter app.in.l.in substitutione.ff. de uulgari. Cùm igitur constare debeat id per legem induci potuisse, in eo tantùm quæstio est, An inductũ à lege reperiatur? id, quod Bar. existimasse uerosimile est, per.d.c.ralatum &.d.c.cum esses. Sed & contra Bar. tenet Lancelo. Politus de compendiosa subst.col.5.motus quia illa regula ne quis alteri directò substituere possit, etiam à iure naturali descendit prohibente, ne id, quod nostrum est sine facto nostro à nobis auferatur.l.id quod nostrum.ff.de reg.iur.l.hoc iure.ff. de iust. & iure. Sed nihil est, quia si id a lege ciuili permissum foret, uel (ut rectius loquar) si à lege ciuili prohibitum nõ fuisset, tunc hæres institutus, qui sciit sibi datum fuisse substitutum, aut sciret, aut scire deberet sub hac conditione & lege mentali se eam hæreditatem accepisse, ut post eius mortem directò ad alium ipso iure migrares; & tantùm abesset ut ea separatio esset contra ius naturæ, quod potius eius hereditatis, uel ex minima parte retentio, esset contra fidem tacitæ datam, sicque contra ipsum ius naturæ.l.1.ff.de pact.l.i.ff.de const.pec. l.non minorem.C.de trans.c.i.de pactis. Nec refert tacitè actum sit, an expressim.l.cum quid.ff. si cert. pet.l. ita stipulatus in mag.uersic.Sabinus.ff.uerb.ex mente ubi not.Paul.& Ias.ff.de.uerb.oblig. & sic cum Bart. tenet Ias.colum.4.in.d.l.centurio.

48 *Lex generalis comprehendit etiam priuilegiatos.*

Quid dicendum? & sane opinio Bal.contra Bar.uera est de iure ciuili.quia 48 leges generaliter disponentes (qualis est.d.l.post aditam cum simi.suprà alle.) comprehendunt personas utcunque priuilegiatas, si in ea re qua de agitur, non repertantur habere peculiare priuilegium. etiam si aliis in rebus magna priuilegia habeãt l.in fraudem in fin.ubi not.Bal.ff.de mil. testamen. Decius in.l.ex testamento.C.unde liberi, & rursus in cons. 5.Alciatus lib.4.parad.c.10.idem Decius in.l.i. & rursus in.l.nemo potest.ff.de reg.iur.Andre.Tiraq. de præscrip.glo.11.§.j.Ergo pia causa utcunque aliis in rebus reperiatur priuilegiata, sub hac regula comprehensa intelligetur: nisi peculiare priuilegium hac in re reperiatur habere. Nec dubium est, quin de iure ciuili hac in re tale priuilegium habere non reperitur, ergo utetur iure communi.

49 *Quid iure canonico.*

Quid 49 autem de iure canonico? & sanè eo iure magis dubium est propter.d.c.relatũ & .d.c.cum esses. sed cum uideam omnia iuris ciuilis præcepta a iure canonico fuisse approbata & admissa, & ueluti hospitio, aut societate inita, recepta.c.1.&. 2. cũ ibi notatis, de operis noui nunc. & dixi latius lib.1. controuersiarum. cumq; uideam.d.c. relatum.d.c. cum esses de testamen. loqui quando agebatur de totius dispositionis interitu, non autem si ageretur de alicuius minusculæ partis diminutione: procliuior sum ad hanc partem, ut extra mentem & sensum illorum iurium sit uelle, ut substitutio post aditam hæreditatem ualeat iure directo, & sic sine diminutione quartæ Trebelianicę, præsertim cum per ipsum ius canonicum ipsamet quarta fuerit approbata ut. d.c. Raynaldus. cuius species huic simillima est.

50 *Legis correctio non fit per subauditos intellectus.*

Nec 50 expediat per subauditos & periculosos incertosq; intellectus inducere legum correctionẽ. gl.app.in.c.quod si per uiginti.§.cupientes de electi. Iaso.in auth. quas actiones num.19.C. de sacros. eccle.& idem Ias.in.l.de quibus num.14.ff. de legibus. Stat ergo testatorem ẽt ad pias causas nõ substituere directo post aditam hæreditatẽ. Intellige primò ut id uoluisse in dubio non uideatur, sed potius uideatur uoluisse conformare se cum legis dispositione. ut tenuerunt in simili communiter doct. per tex.ibi in.l.in testamento in mag.C.de test am.milit.Ias.& aliĩ per tex. ibi in.l. 3.ff.de lega.1.Deinde intellige. ut & si uellet, non posset quò ad bona ipsius hæredis. argumento.l. cohęredi §.cum filiæ.ibi nec fideicommisso propriæ facultates filiæ tenebuntur. ubi communiter per doct.&.§.1.milit. de sing. rebus &.l.ab eo, ubi per omnes. C.de fideicom. 3.intellige, quòd etiam quò ad bona testatoris idem erit.l.ex facto in princ.ff.ad Treb.Nec mutat quòd Trebelianicam secundum receptiorem (multis tamen repugnantibus) sententiam possit prohibere, ut dixi supra de succ.crea.lib.1.§.8.nu.5. Nam adhuc non est directa substitutio, sicq; capitur de manu onerati, uel eius hæredis.l.non iustam.C.ad Treb.l. ille à quo.§. si de testamento.ff.eod.tit. 4.intellige ut procedat, non solùm de iure ciuili, sed etiam de iure canonico ut dixi.5.intellige, non solùm in uulgati, sed etiam in informi substitutione, (qualis esset illa, primum institmo, ecclesiam substituo) ut supra attigimus.limita.ut ualeat saltem in fideicommissi uim.2.limita. ut fortè etiam tunc trebelianica non deducatur, quod non firmo.3.limita, ut per legem positiuam id induci posset, quæ limitationes ex superioribus comprobantur.

51 *Filii præterito an uitiet testamentum factum ad pias causas ardua q.*

Quid autem 51 si in patris testamento filio suo legitima relicta fuerit, non titulo institutionis sed tantũ titulo legati, aut fideicommissi, an si hæreditas sit ecclesiæ uel piæ causæ relicta eius fauore sustineatur testamentum? id quod abnegant Bal.in rep.l.i.C.de Sacr. eccl.col.15.uers.super quarto quæsito & ibi Sali.quæst. 12. & Barbatia in. c. cum esses col.22.de testamen.idem Barba.consi.58.difficile est, lib. 3. & rursus consi. 112. quæritur utrum lib. 4. Contrarium tamen ut id testamentum ualeat, tenuit Bar. in rep. d.l.i. & ibi Florianus & Petrus Anchar. & Imola in.c.cum esses de testamen. Fulgosius in.l.generali, C.de Sacro. ecclesi, Alex. consi. 105.uiso lib.4. ut refert & sequitur Andreas Tiraq. ubi supra priui.14. Sed prior pars de iure ciuili uerior est, quia ut non semel edocti sumus, lex generaliter disponens comprehendit personas utcunque priuilegiatas si in re, qua de agitur, non reperiantur habere peculiare priuilegium, utcunque ampla & multa priuilegia aliis in rebus habeant. Nec de iure ciuili pia causa, hac in re reperitur habere peculiare priuilegium, ergo comprehenditur sub regula, utetur q; iure communi. Nec ęquũ erat ut in pia causa aliud foret in dedecus & ignominiam filiorum, quibus ingens ignominia & iniuria infertur per sui præteritionem.l.cum quidam.C.de lega.l.Papinianus in pri.ff.de inof.test.authen.ut cum de appell. cog. §.aliud quoque &.§.sola enim.

52 *Præteritus quis dicatur.*

Nec dubium est, quin 52 filius præteritus dicatur, quando nec institutus est, nec exhæredatus, etiam si integram legitimam uel etiam plus, alio titulo quam institutionis uel substitutionis receperit.l.si C.de bo.poss.contra tab.ubi Ias. not.num.5.§.eadem hæc, inst. de hær.abint.& præterea

53 *Institutio honor est.*

53 huic filio additur & alia iniuria, quia ei adimitur summus honor institutionis.argum.l. Iulianus.ff. si quis omi.cau.nec solent aut expedit priuilegia concedi cum tam ingenti læsione alterius.l.cum auus.C. de eman. liberorum.l. ex facto ubi multa per Ripam post alios.ff. de uulgari.§.generaliter in auth.quib.mo.na.eff.sui.Pro

54 *Præteritione unius filii etiam inter liberos factum testamentũ uitiatur*

nobis, quia 54 etiam testamentum inter liberos uitiatur quando liberorum quidam sunt instituti, quidam titulo legati legitimas receperunt, glo.in.l.si filius qui in potestate.ff.de lib.& posthu.Bal.Ang.Paul.Ias.& alii in.

l.hac consultissima.§.ex imperfecto.C.de testamen. Tiraq.ubi supra,dixi plenè de succ.crea.lib.3.&.21.nu. 49. quibus rationibus idem puto procedere etiam de iure canonico. & ad illud uulgatum ut ius gentium eo iure in testamentis ad pias causas inspiciatur, resp.uerum esse in terminis.d.c.relatum.1.d.c.cum esses de testamen. & non alias,aut uerum esse quando non fieret tam ingens iniuria, aut ignominia quam in specie nostra fieri uideretur.

De uulgari substitutione §. xij.

SVMMARIVM.

1 *Substitutus dicitur hæres.*
2 *Substitutus dicitur hæres institutus.*
3 *Substitutio uulgaris uerificatur in casu uoluntatis, aut impotentiæ.*
4 *Vulgaris, non refert fiat in hæreditate an in fuitate.*
5 *Substitutus sapit naturam eius cui subrogatur.*
6 *Substitutus an excludatur per eum, qui iure tantùm prætorio succedere potest.*
7 *Vulgaris tacita an contineatur sub pupillari facta ex interuallo post patris testamentum. ardua. q.*
8 *Codicillis nominatus quando testamento scriptus uideatur.*
9 *Vulgarem non impediunt illa uerba, si hæres erit, adiecta substitutioni compendiosæ, idem si adijciantur substitutioni pupillari. suntque arduæ quæstiones.*
10 *Vulgaris tacita sub pupillari contenta matrem excludit.*
11 *Pupillaris est duplex substitutio.*
12 *Duplex quid.*
13 *Copulatiua requirit utrunque esse uerum.*
14 *Mortua non resurgunt.*
15 *Substitutus post pupilli abstentionem ex tacita uulgari capit bona testantis.*
16 *Vulgaris expressa statim post pupilli abstentionem tribuit bona testatoris, & pupillo in pupillari ætate moriente eius bona ex pupillari tacita competere incipiunt.*
17 *Pupillaris cuius fauorem respiciat.*
18 *Reciproca continet subse, tam uulg. quàm pupillares.*
19 *Reciproca continet subse expressas tam uulg. quàm pupillares.*
20 *Pupillaris est duplex seu gemina idem in uulgari.*
21 *Vulgaris pupillarem desinit continere in casibus.*
22 *Vulgaris in uno casu facta ad alium non porrigitur in 10. casibus.*



Cvrsvs de uulgari substitutione admonendi sumus. uulgarem 1 substitutum hæredem appellari, non aliter atque institutum.l.1.in primo resp.ff. de uulgari. Quinimò 2 non solùm hæres esse dicitur, sed etiam hæres institutus, non ineptè appellatur.l. Gallus in prin. ff.de lib.& posth.uerbo.instituit, quem glos.ibi exponit, hoc est uulgariter substituit. & illam glo.sequuntur ibi omnes tam ordinarij quàm repetentes. quod & probat eadem.l.in.§. quidam rectè uerbo instituat,ubi glo.Bar.& omnes exponunt hoc est substituat.ad idem & tertiò.d.l.in.§.& quid si tantùm, uerbo instituereretur.ubi gl.Bar.& omnes exponunt hoc est substitueretur uulgariter.ad idem.l. in testamento in prin. ubi notant communiter doct.ff.de hær.insti.& in.l.si mater.§.si.per tex.ibi.ff.de uulgari.l. si quis eum ad finem eod.tit.l.3.§ .libertas.ff.de bonis libertorum. Et uulgari 3 substitutioni locus fit, quando primò nominatus se se non interponit, siue id ex causa uoluntatis, siue ex causa impotentiæ fiat.l.3.C.de hęre.instit.l.un.§.in primo &.§. pro secundo. C. de cad.toll.l. si paterfam.ff.de hær.instit.tex.egregius in.l.si solus.ff.de acq.hæredi.Causæ autem impotentiæ plures accidere possunt, quæ enumerantur per doctores per tex. ibi in.l.Gallus suprà all. §. & quid si tantùm, &.d.§.in primo &.§. pro secundo C.de cad.toll. & plenius per nos infrà de succe.resolutio lib.1.qui est septimus huius operis per totũ, & aliquid suprà de succ.crea.lib.2.§.20. nume.85. & substituti 4 uulgaris non refert utrum fiat in hæreditate, an in suitate fiat.ut eleganter tradit Emanuel de a Costa in.l. Gallus.§.& quid si tantum, parte.3.num.18.ff.de lib.& posthu.& substitutus 5 regulariter sapit naturam eius in cuius locum subrogatur. ut per Andream Tiraquellum plenè de utroque retract.pag.246.num.80. cum pl. seq.plenè per Ias.in rubr.ff.de uerborum oblig.& quemadmodum substitutus excludat coniunctum,edocemur plenè suprà in materia transmissionum lib.1.hoc opere de succ.progr.§.6.ad pri. plenè per Andream Tiraq. in legibus connubialibus glo.7.num.63. Sed an 6 is uulgaris substitutus excludatur per eum hæredem, qui iure tantùm ciuili, aut iure tantùm prętorio, non etiam utroq; iure succedere poterat. tradit Parisius in.c.Rainutius de testam.par.2.pag.35.nume 134.cum seq.Illud autem dubium est, an 7 pupillaris expressa facta ex interuallo post patris testamentum (iuxta.l.si quis eum ff.de uulg.)contineat subse tacitam uulgarem? id quod contra magis communem doctorum sententiam adfirmat Socinus in.l.2.ff.de uulgari col.8.ad cuius opinionẽ procliuior sum per generalitatem tex. in princ.inst. de pupillari & in.l. iam hoc iure.l. Lucius.ff.de uulgari.l.2. l.quamuis.l.precibus.C. de impuberum.l. in testamento in mag.C.de testamen.mili.& quia etiam si testamentũ pupillare ex interuallo post paternum testamẽtum fiat, adhuc non desinit uideri unum idemque testamentum interpretatiuè cum testamento paterno. arg.l.patris & filij.ff. de uulg.l.2.§. prius eod.tit.& inst.de pupill.§.liberis. Nam 8 & similiter si dixi, quem codicillis nominauero,is hæres mihi esto, ille, qui codicillis nominatus fuerit hæres erit non aliter atque si testamento scriptus fuisset.l.si ita scripsero. ff.de cond. & dem.l. illa institutio.ff.de hære.insti. sic ergo & in specie nostra ille, qui ex interuallo in pupillari testamento impuberi substitutus fuerit,quasi in ipsomet patris testamento uulgariter ipsi impuberi à patre instituto substitutus uidebitur; ut sic id interuallum non noceat, nec obsit quicquam, secundum hoc.l.furiosum. C.qui testam. fac.poss.&.l.cum antiquitas.C. de testam.

Illud autem notandum est, quòd 9 illa uerba,si hęres erit, adiecta substitutioni pupillari, uel compendiosæ nihil mutant, nec inducunt conditionem. ut in compendiosa substitutione probatur in.l.3.in prin.ff. de adim. lega.facit.l.Seiæ ex parte.ff. de fundo inst.& in authen. de testi. post principium. & in pupillari probatur in fine principij & in ipso prin.inst.de pupillari.ibi siue hæres non erit, siue hæres erit, & in pupillari ętate decesserit. est enim sensus ut siue hæres non erit,si tamen in pupillari ætate decesserit, substitutus admittatur.siue hæres erit si tamen in pupillari ætate decesserit, admittatur similiter substitutus. quod ultimum dubitabilius erat.argu.l.post aditam. C. de impuberum.iuncta.l. cohæredi.§.cum filiæ.ff.de uulgari. & hæc uidetur esse communis opin.quam tenent Bar.nu.39 in.l.1.ff.de uulga.& in.q.3.& Cynus in.l.precibus suprà all.in materia pup.subst.q.4.& ibi Albericus.q.4.& Alex.col.2. Aretinus in.l.centurio.ff.de uulga.col.6.Socinus in.d.l.1. col. 18.uers.circa quæstion.prin.dicens hanc esse communem opin.Ang.consi.41.in prin.Paul. Castren.13.col.3. uol.antiquo.Bal.consi.40.lib.4.Platea,Ioannes Faber.& Iaso.in princ.inst.de pup.communis opin.est secundum Boerium decis 38.enigma.num. 12.cum seq. Bar.in.l.2. col.2.ff de uulga.quod obtinet etiam si mater sit in medio.nam adhuc continetur tacita uulgaris. sed in com-

pendiosa

Margin notes:

1 *Substitutus dicitur hæres.*
2 *Substitutus dicitur hæres institutus.*
3 *Substitutio uulgaris uerificatur in casu uoluntatis aut impotentiæ.*
4 *Vulgares non refert fiat in hæreditate an in suitate.*
5 *Substitutus sapit naturam eius cui subrogatur.*
6 *Substitutus an excludatur per eũ qui iure tantũ prætorio succedere potest.*
7 *Vulgaris tacita an cõtineatur sub pupillari facta ex interuallo post patris testamen. ardua q.*
8 *Codicillis nominatus quando testam. scriptus uideatur.*
9 *Vulgarẽ non impediunt illa uerba si hæres erit adiecta substitutioni compendiosæ. idem si adijciãtur substitutioni pupillari suntque arduæ quæstiones.*

pendiosa bene admittitur contra matrem, in pupillari uerò non ita secundum communem opin. de qua infrà latius edocemur.

Sed opp. quòd mater ad impuberis hæreditatem nunquam admittitur, immo substitutus præferatur sempee nam siue impubes post aditionem in pupillari ætate decesserit, constat substitutum matri præferri. l. Papinianus. §. sed nec impuberis, de inoffi. testam. d. c. i. de testa. in. 6. d. l. precibus. siue etiam ante aditionem decesseric .i. post repudiationem, idem esse constat. Nam substitutus ad hæreditatem testatoris statim post repudiationē uiuo adhuc impubere admittitur matre exclusa. constit

10 *Vulgaris tacita sub pupillari cōtenta matrem excludit.*

enim 10 per uulg. tacitam, quæ sub expressa pupillari continetur matrem excludi. glo. app. in. l. fi. de insti. & subst. C. ad hæreditatem uerò impuberis in pupill. ætate decedentis admittitur per pupillarem expressam secundum Bart. qui communiter app. in. l. i. de uulg. nume. 40. pupillarem enim expressam, matrem excludere constat d. §. sed nec impuberis. d. c. i. d. l. precibus. mater ergo nullo casu admittitur ad hæreditatem impuberis. sol. dū dixi quòd post aditionem impuberis mater a substituto excluditur, illud, cum est expressā pupillaris. d. l. precibus com conc. secus quando est tantùm uulgaris ut in. d. ll. cum simil. Dum autem dixi, idem esse si pupillus repudiauit, ut substitutus ad hereditatem tam testatoris ex tacita uulgari quàm impuberis ex expressa pupillari, exclusa matre admittatur, id licèt communiter sic receptū; uerumtamen controuerti potest. Nam substitutio pupillaris uera & propria ea est, quę concipitur sub duabus condiõnibus, scilicet si hæres impubes erit, & in pupill. ætate decesserit. l. i. ff. de uulg. & inst. de pu-

11 *Pupillaris est duplex substitutio.*

pill. in prin. & l. iam hoc iure. ff. de uulg. Et 11 ideo appellatur duplex substitutio iuxta. d. l. i. & l. Lucius de uulg. quòd sub duabus conditionibus fic, non quòd duobus casibus locum habere possit. Duplex 12 enim illud dicitur, quod duplicitatem in sui conceptione recipit. simplex uerò quod illa duplicitate in sui conceptione caret. l. i. §. si quis simpliciter. ff. de uerb. modo sic, om

12 *Duplex quid.*

13 *Copulatiua requirit utrumq; esse uerum.*

nis 13 dispositio, quæ sub duabus pluribusue conditionibus fit, una conditione deficiente in totum euanescit, ac si omnes conditiones deficerent. l. qui hæredi plures de cond. inst. l. si quis ita. l. si ita quis. ff. de uerb. ob. ergo. ut si pupillus & abstinuisset & pubes iam factus decederet, expeditum esset, pupillarem euanescere: quòd neutra conditio impleta esset. iuxta. l. in pupillari. ff. de uulg. & §. masculo inst. de pupill. ita & si altera tantùm conditio defecerit, scilicet quod impubes abstinoit, licèt impubes decesserit, substitutionem pupillarem euanuisse dicendum est. d. l. qui heredi. si ergo

14 *Mortua nō resurgunt.*

14 semel euanuit in possibile est, quòd suscitetur. l. quires. §. aream. ff. de sol. l. inter stip. §. sacram de uerb. l. cū mota. l. si profundo. C. de transact. Præterea hoc expressim cauetur in princ. inst. de pupill. ubi ait tex. quòd 15

15 *Substitutus post pupilli abstētionem ex tacita uulgari capit bona testātis.*

cum substitutio pupillaris fit sub duabus prædictis conditionibus, si altera defecit, quia pupillus abstinuit, tunc substitutus pupillaris ex oulgari admitteretur ad bona testatoris tantùm, non ad bona impuberis, nisi utraq; conditio extitisset. ad idem. l. Sextiliam, de leg. 3. ff. ubi in uulgari bona tantùm testatoris ueniunt. sed immo testatoris, non etiam omnia bona, sed ea tantùm, quę ei cus sobstitutio uulgaris facta est, data erant iure institutionis, non prę legata. & tenendo hanc partem, non obs. d. l. iam hoc iure cum simil. in qua se fundat Bar. in. d. nume. 40. nam fateor sub pupillari expressa contineri uulgarem tacitam, non tamen sunt eiusdem uigoris & effectus, cùm pupillaris ad bona utriusque referatur, uulgaris oerò tacita & etiam expressa ad bona tantùm testatoris. Habes ergo, quòd cùm impuberi sit pupillaris sobstitutio, si quidem talis impubes abstinuit, pupillaris euanescit. hinc infertur, quòd talis substitutio pupillaris bona testatoris tantùm ex uulgari tacita babebit, non impuberis ex pupillari expressa, & hoc quando impuberi pupillaris facta est. ita aiunt nouissimi in princ. institut. de pupill. quod uerum non esse propem edocebimur.

Quid 16 autem si ei uulgaris expressa fiat? puta si impubes hæres non erit, tunc Seius hæres esto. certè si impubes abstinuerit, substitutus ex expressa uulgari

15 *Vulgaris expressa statim post pupilli abstentionem tribuit bona testatoris, & pupillo in pupillari ætate moriēte eius bona ex pupillari tacita competere incipiunt.*

statim sine dubio ad testatoris bona admittetur. ad bona uerò impuberis in pupillari ætate decedentis admittetur ex pupillari tacita sub uulgari contenta, secundū Bart. communiter appo. in. l. i. de uulga. nu. 39. Sed contrariam sententiam quidam putant ueriorem, primò per l. 2. uers. sed & si ita. ff. de uulga. ibi proculdubio ei, ubi tex. ait ꝙ si talis impubes cui uulgaris facta est abstinuerit & per hoc conditio uulg. substitutionis extiterit, substitutus ille uulg. bona testatoris habebit: de bonis autem impuberis uerbum nullum, ergo à contrario sensu ad eum non pertinent. & facit. l. cum prætor. ff. de iudi. Nec dicatur prout dicebat Bart. in. d. num. 39. quòd tex. dum ait proculdubio Seius ei hæres erit, debeat exponi ei scilicet pupillo. Nam hoc est falsum, quia si tex. intellexisset de tacita pupillari, non dixisset proculdubio. Vnde apparet, ex quo dixit proculdubio, quòd de expressa uulgari intellexit. 5. patet. in. d. §. Sed & si ita, ibi, sed & si filius, ubi consultus ait quòd si filius erit hæres, tunc substitutus ille ad impuberis bona admittetur. ergo à contrario sensu si hęres non esset impubes substitutus ad eius bona non admitteretur. Tertio per l. quamuis. C. de impuberum. ubi uulg. substitutus ita demum ex tacita pupillari admittitur, si impubes hæres factus in pupillari ætate decesserit. ergo licèt in pupillari ætate decesserit. cùm tamen hæres nō extitisset, ad inpuberis bona non admitteretur. quartū & quintum fundamentum collige ex pr. inst. de pupill. uersi. qoo caso, ubi bis colligitur à contrario sensu, ꝙ impubere abstinente testatoris tantùm bona substitutus habebit: eo uerò adeunte tam impuberis quàm testatoris. Et tenendo hanc partem, non obst. l. si pupillus aliàs Iulianus. ff. de acquirenda hered. in qua se fundat Bar. in. d. num. 39. & §. non solùm, inst. de popill. nam fateor quod ad pupillarem substitutionem non est necesse, qoòd filius sit hæres, siue pup. fiat exhæredato siue instituto, qui abstinuit. ut. dd. ll. sed hoc uerum est quando pupill. facta est, quòd si pupill. à testatore facta nō est sed tantùm uulga. tunc licèt impubere adeunte ex tacita pupilla. subst it. admitti possit ad bona utriusque, quæ aditione fuerunt coniuncta. iuxta. l. iam hoc iure. de uulga. cum simi. tamen impubere repudiante sat est quòd substit. testatoris bona habeat, licèt non habeat impuberis. ut in. ll. contrariis. Nec obst. l. iam hoc iure, nam intelligo quòd cum substitutio in alterum casum facta est, in otrunque facta intelligitur, non copulatiuè sed alternatiuè.

Redeo ad intell. d. uersic. sed & si ita, & quia Bart. in d. l. 1. num. 39. de uolga. quem alii sequuntur, ait, ꝙ potest intelligi ei scilicet filio, dic quòd is intell. nullo modo potest stare propter tex. ibi in uerb. proculdubio, cuius sensus est, quòd abstinente impubere, cui uulgaris tantum facta fuit, tunc substitutus patri proculdubio hæres erit. proculdubio autem ideo dixit, quia si pupillus adiisset, tunc non proculdubio, immo dubium esset, an substitutus patri hæres extiturus esset, ex quo si ille pupillus pobertatem excessisset, substitutus tunc omnino excluderetur. proculdubio ergo dixit, tū ꝙ statim debet admitti post impuberis abstētionem ut. l. post aditam. C. de impub. tum ut denotaret quòd si impubes adiret tunc licèt adhuc substitutus patri hæres esse posset filio impubere decedente, tamen id non esset proculdubio, cùm impubes posset pubertatem excedere. præterea etiam si in pupillari ætate decederet impubes adhuc substitutus patri hęres existere non posset, immo impuberi hęres existeret inq; huius hæreditate & paternam reperiret. l. sed si plures. §. filio de uulga. nisi

diceres quòd hæres hæredis &c.ut.l.fin.C.de her.inst. redeo ad quæst.quando impuberi fit uulgaris expressa & queritur, an post abst. impuberis in pupillari ætate decedentis substitutus ex tacita pupillari ad impuberis buna admittatur? de quo sunt opiniunes, ut per Bart. in d.num.39.tamen distingue. Nam aut impubes adiuit & in pupillari ætate decessit; & sine dubio substitutus ex tacita pupillari admittitur. ita debet exemplificari.l. iā huc iure de uulg.l.quamuis de impub. & in pr. inst. de pupilla. & .d.§.sed & si ita. in quibus omnibus punitur hoc exemplum, quod uulgaris expressa trahitur ad bona quoque impuberis adeundis iure taciæ pupillaris sub ipsa uulgari comprebensæ, in quibus omnibus datur intelligi secus esse, si impubes abstineret, licèt in pupillari ætate decederet: quu casu statim substitutus ad bona testatoris admitteretur. bona autem impuberis etiā in pupillari ætate decedentis fortè habere non poterit, tum quòd nulla lege hoc cauetur, tum quòd dd.ll. uult contrarium. ratio aūt differentiæ, utrum pupillus adeat, an abstineat, ea est, quòd testator potius uult hæreditatem suam ad pupillum peruenire, quàm ad substitutum potiusq; ad substitutum quàm ad alios legitimos ipsius testatoris. arg.l.cum ex filio.§.1.de uulga. quo fit ut impubere adeunte, cùm substitutus hæreditatem testatoris habere non possit sine heredicate impuberis propter coniunctiunem ipsarum.l.sed si plures.§. filio de uulg. huius necessitaris causa receptum est, ut utranque habeat ex tacita pupillari. ita intelligo.d.l.iam hoc iure, eum cunc. At impubere abstinente, cùm statim secundū omnes substitutus ad bona testatoris admittatur secundum uuluntatem testatoris uulgarem tantùm facientis, non est cur ei detur & hæreditas impuberis & auferatur eius legitimis hæredibus. nec obst.l.si pupillus de acquir.hered.& in fin.pr.inst.de pupill.per quas.ll.uidebatur quòd fauore impuberis inducta fuit prouisiu.l.iam hoc iure, ut potius ei succedendi spem habeat substitutus, quàm alii legitimi pro quo etiā tex.in.§.fin aut quis formidolosus, inst.de pupill. Nam fateor quòd 17 usus

17 *Pupillaris cuius fauorē respiciat.*

pupillaris substitutionis fauore pupillorum receptus est.ut .d.l.si pupillus per rationem .d.§.sinautem formidulosus. cæterùm usus & dispositio.d.l.iam hoc iure, cum conc. non fuit receptus tam fauore pupillorum quàm ipsorum parentum, ne eorum hæreditates ad heredes legitimos impuberis peruenireot excluso substituto, quem parentes magis dilexerunt. ut probaui arg. d.l.cum ex filio &.l. Publius.ff.de condition.& demon. id in specie uidetur probari in d.l.iam hoc iure, dum ait in utrunque casum substituisse intelligatur. ergo uoluntate parentis, & fauore ipsius illa dispositiu procedit, nō impuberis: quod apertius patet in fi.d.l. & in.l. quamuis sopra all. dum aiunt, quòd ipsarum legum dispositio cessare potest ex uuluntate patris f. ergo &c. ergu sub uulgari expressa continetur pupillaris tacita, impubere adeuute, secus eo abstinente. cogitabam tamen posse defendi communem opinionem per .l. Lucius de uulg. in uerb.infra pubertatem, iuncta.d.l. iam hoc iure, uers. quod ius. nam in.d.uers.quod ius dicitur, quòd 18 reciproca continet sub se tam uulgares quàm pupillares

18 *Reciproca continet sub se tam uulg. quam pupillares.*

qood in specie teoet glo.appo.in .d.l.Lucius. at si alter ex impuberibus, quibus reciproca facta est decedat infra pubertatem. tunc habet lucum prouisiu.d. uersicu. quod ius, nec distinguitur, utrum post aditiunē, an post abstentionem decederet, ergo idem & in proposito dicendum est, ut dummodo impubes cui uulgaris tantùm facta est, impupillari ætate decedat, statim uendicet locum prouisi.d.l.iam hoc iure in pr. non facta distinctione utrum impubes post aditionem, an post abstentionē decederet: & nil melius pro communi adduci posset. sed tamen adhuc id sufficens non est. Nam 19 reciproca

19 *Reciproca continet sub se expressas tā uulg. quā pupillares.*

licèt sub se contineat uulgares & pupillares, tamen omnes sunt expressæ secundum glo.communiter app.in.d. l. Lucius & saltem hoc est indubitatum scilicet quòd omnes illæ substitutionis partes sunt, siue eas dicas expressas, siue tacitas, siue mixtas, quu fit ut si ex impuberibus alter in pupillari ætate moriatur statim superstes ad eius substitutionem ueniat, & dummodo ille in pupillari ætate moriatur nil amplius exigitur. nam siue dicas mortuum esse post aditionem, dicam superstitem admittendum tanquam pupillariter substitutum: siue dicas mortuum esse post repudiationem dicam superstitionem admittendam tanquam uulgariter substitutionem. At in quęstione nostra id dici non potest, cum ponamus uulgarem tantùm factam, sub qua probauimus pupillarem tacitam cuntineri eo casu, quu impubes adiuit, secus si abstinuit: & confirmatur, quia prouisio.d.l.iam hoc iure tanquam noua non debet extendi ad casum nō comprehensum. arg.l.comodissime de libe.& posthu.l. quòd uerò contra, de legib.ff. adhuc tamen tutius est tenere communes op. quæ ueriores sunt. ut 20 enim pupillaris dicitur esse duplex.l.i.ff.de uulgari. ita & uulga-

20 *Pupillaris est duplex seu gemina idem in uulgari.*

ris dicitur esse duplex.d.l.iam huc iure.d.l.Lucius &.l. 2.l.quamuis.C.de impuberum.l.in testamentu in mag. C.de testam.mili.facit.l.3.in pr.ff.de adim.lega. sicq; siue faciam uulgarem impuberi duplicem (.i.tam uulgarem quam pupillarem) siue faciam pupillarem similiter duplicem (.i.tam pupillarem quàm uulgarem subst.) fecisse uideor, sicq; æquè principaliter utraque continetur inspecta legis interpretatiune. ergo ut si ambæ factæ essent, nulla dubitatio foret, ita & si alterutra facta sit, nulla dubitatiu esse debet quin utraque & sic duplex seu gemina substitutiu sit: quasi illa uerba, si impubes heres erit, ex sensu testatoris sic interpretentur, ut non solùm si impubes abstinuerit, substitutus admittatur ex tacita uulgari, sed etiam si adierit, si tamen in pupillari ætate decesserit, substitutus similiter ex pupillari expressa, id quod difficilius erat, admittatur. idq; si rectè inspiciatur significat Iustinianus ad fin.prin.inst.de pupill. qua ratione si Viglius ibi, & reliqui nouissimi præuidissent fortè á cummuni sententia non recessissent.

Denique 21 quòd uulgaris expressa utrunque casum complectatur, sicq; sub se contineat tacitam pupillarem: limitationes nouem recipit. ut fusè per Socinum in.l.i.ff.de uulgari.2.q.prin.col.3.& similiter 22 quòd uulgaris facta in uno casu indiuiduu trahatur ad alios casus uulgaris substitutionis decies limitatur per Socinum ibi cul.4.qui ita limitat.l.fin.C.de inst.& subst.&.l. Gallus.§.& quid si tantum.ff.de libe.& posthum.idemque Socinus in. d.l.i.in.4.quæst.princ.in quinto effectu uulgaris sobstitotionis, plenè declarat, An uulgaris admat filii suitatem, tradens regulam affirmatiuam cum 16. fall. Sed nos contra cummunem sententiam tenuimus regulam negatiuam suprà de succ.ctea.lib.2.§.21. & §.22.& uulgaris partim expressa. partim tacita, an admittatur cōtra matrem pupilli tradit plenè Socinus ubi suprà in.4.q.prin.in.4.effectu uulgaris subst. Sed nos infrà in materia pupillaris subst. contendimus etiam ex to tu tacitam admitti contra matrem. & quamuis Socinus ibi in.4.quæst.prin.in.2.effectu uulg.subst.fusè cuntendat, quòd si pupillus uiuo adhuc testatore moriatur, tunc non solùm pupillaris expressa, sed etiam uulgaris sub ea cuntenta euanescat. nos tamen contrarium defendimus soprà in materia subst.informis ad finem. idémque futurum contendimus etiam si ab ipso patre esset emancipatus. Nam adhuc tacita uulgaris perdurat. Idemque existimamus etiam si impubes uiuo patre, uel post eius mortem adoleuerit. Nam & tunc percunte pupillari expressa, tacita uulgaris non intercidit, sed per se stat. Vnde pupillo postea abstinente ex uulgari habebit substitutus bona testatoris. ut hæc omnia plenè ubi suprà. & ab ista tacita uulgari testamentum incipere & uires sumere potest, non secus quàm ab expressa, ut est communis op. Bar. & aliorum in.d l.i. ut per Socin.ibi in.4.q.princ.in.2.effectu uulga. subst.in.3.q. illius effectus secundi, ubi etiam tradit in.i.effectu uulg. subst.in

21 *Vulgaris pupillarē definitā continet in 9. casibus.*

22 *Vulgaris in uno casu facta ad alios non porrigitur in 10. casibus.*

8.q.illius

8.q. illius primi effectus, quòd in casibus quinque concurrunt institutus & substitutus, qua de re per glo. Bar. Bal. Albert. Ang. Cuman. Imol. Aretinum. Alex. Socin. Ias. Fortunium & alios in.l. Gallus. §. quidam rectè per tex. ibi. ff. de liber. & posthum. Illud autem prætermittendum non est, quòd tam substitutio uulgaris tacita (hoc est ius accrescendi iuxta.l. si Titio & Meuio. §. Iulianus. ff. de lega. 2.) quàm etiá expressa excluditur per fiscum eo casu, quo is aufert alicui hęreditatem tanquam ab indigno. ita in tacita substitutione tenent Bar. & cómuniter doct. per tex. ibi in.l. si Titio & ei. ff. de leg. 2 communiter doctores in.l. huiusmodi §. si Titio. ff. de lega. 1. & in expressa substitutione tradit plenè Socinus in.l. 1. ff. de uulgari in. 4. q. princ. in primo effectu uulgaris subst. in. 7. q. illius primi effectus. Simillimum est, quòd si filiusf. a me institutus fuerit & si hæres non esset, Meuium ei substitui. isq; filius meam hęreditatem repudiauit patre renuente, tunc ipse pater excluso substituto admittitur. argumento. l. fi. in pr. &. §. 1. C. de bon quę lib. de quo not. per Ias. in.l. cum proponas. C. de hęred. inst. num. 12. per Socin. in.l. 1. ff. de uulgari. in. 4. q. 4. quæstio. princ. facit in simil. l. si paterf. ff. de hær. insti. & ad hanc partem, multis tamen repugnantibus, de quibus per Socinum, & Ias. procliuior sum. Nam substitutio uulgaris, est remedium subsidiarium & quasi in húc sensum factû uidetur, ut cessante instituto testatorisq; hęreditate destituta, sit substitutus, qui eam adeat, euitetürque testamenti caducitas, ne testator careat hęrede sicq; iniuria affectus uideatur. argum. in pr. inst. de uulgari. l. un. in pr. C. de cadu. toll. iuncto. §. i. inst. quibus ex cau. man. non licet. Ergo testator, qui scit aut scire præsumitur leges. l. leges. C. de legibus, & dixit, si filiusfam. hæres á me institutus, mihi hæres non extiterit, Meuium substituo. huius animi fuisse uidetur, ut sic ex gradu institutionis eius hęreditas adita non esset, tunc ex substitutione testamentum posset sustineri, uoluntatemque testantis tueri, ac caducitatem ipsius euitari. Nec dubium est, quin filio repudiante, eius pater á lege admissus, ex eodem gradu institutionis admissus uideatur. nam & nulla facta substitutione admitteretur. ut. d. l. fin. in princ. &. §. j. ergo interea par est, ut quandiu locus est, aut esse potest institutionis gradui cesset substitutio: substitutio enim in re dubia non tam personis quàm uniuerso gradui facta uidetur. argum. in d. prin. inst. de uulgari & d. prin. in. d. l. un. C. de cad. toll. Hinc est, quòd si post plures institutos Meuium simpliciter substitui, tunc uno ex institutis repudiante, cohæres per ius accrescendi admittitur ad illam portionem repudiatam excluso substituto: quia quamuis substitutus regulariter pręferatur coniuncto. §. in primo. &. §. pro secundo. C. de cad. toll. l. 2. §. si duo. ff. de bon. poss. secundum tab. tamen id obtinet, cùm singulariter & nominatim substitutus ei fuisset, non sic si simpliciter, ut in specie nostra: quia tunc non tam ei, qui repudiauit quàm uniuerso gradui substitutus uidetur: sicque coniunctus, qui erat in primo gradu præfertur. ut ex uera & communi opin. resoluunt Paul. Cast. & Socinus in.l. si is qui ducenta. §. item si pater. ff. de reb. dub. Ripa in.l. hæredes mei. §. cum ita nume. 95. cum pl. seq. ff. ad Treb. Socinus in.l. 1. ff. de uulg. in. 2. quæst. 5. quæst. prin.

Sic ergo & in specie nostra, si filiusf. instituitur inspecta legis censura alternatiuè uidetur institutus tam ipse quàm eius pater, uel saltem tam ipse quàm eius pater renuente filio ad eam hæreditatem inuitati uidentur. unde par est, ut substitutus simpliciter datus, non tá singulari personæ quam uniuerso gradui datus uideatur sicque filio repudiante, cùm ad huc supersit pater & ita totus gradus euacuatus non dum fuerit, par est ut substitutus sese contineat. Hinc est, quòd hac ratione is in quem institutus ante aditam hęreditatem decedens eá transmisit, præfertur substituto: quasi ille ex ipsomet institutionis gradu admissus intelligatur. l. un. §. pe. C. de cad. toll. ubi ita tenēt communiter doct. & in. l. un. C. de his qui ante aper. tab. Bart. & communiter doct. in. d. l. 1. ff. de uulg. dixi plenius in materia transmissionis supra lib. 1. qui est quartus totius operis. §. 6. ad prin. hinc etiam est quòd si institutus antę aditam hæreditaté monachus fiat, excluso substituto admittitur monasterium quasi ex ipsomet institutionis gradu inuitatum uideatur, sicque nondum aditus apertus sit ad gradum substitutionis. ut tenent Bart. & communiter doct. in. d. l. 1. Abbas, Decius, Felinus, & alii in. c. in præsentia, de proba.

Illud autem dubium est, An si dixi, si institutus liberos non habuerit, substituo Meuium. institutus uerò liberos suscepit, qui tamen uiuo ad huc substituto decesserunt, an eum exclusserint? qua de re plenè per Ias. per tex. ibi in. l. si qui hæredem num. 5. C. de insti. & substit. & in hoc procliuior sum, ut substitutus exclusus nō uideatur: sed siue primò nominatus repudiauerit, Meuius ex uulgari admittatur, siue adiuerit, sed uiuo Meuio decesserit, is ex fideicommissaria inuitatus intelligatur. Denique quid sit uulgaris? & quibus uerbis fiat? ultra loca ordinaria traditur per Episcop. Couarub. in. c. Raynutius de testam. §. 4. reliqua ad hanc materiam spectantia, dicta fuerunt supra in subst. informi. & infra in subst. pupillari.

De pupillari substitutione pars. 1. §. xiij.

SVMMARIVM

1 *Pupillaris substitutionis definitio.*
2 *Pupillaris quare dicatur.*
3 *Pupillaris an codicillis fieri possit? ardua. q.*
4 *Pupillaris quare inuenta.*
5 *Quo iure inuenta pupillaris.*
6 *Consuetudinaria dicuntur iura feudorum.*
7 *Abstinendi facultas est iuris prætorii.*
8 *Statutum tollens adolescenti bonorum administrationem, uel etiam quòd paterf. filio puberi possit testamentum facere, ualet.*
9 *Pupillarem ut facere nequeat pater statuto posset caueri.*
10 *Pupillus doli capax ut possit hæreditatem adire & alios contractus facere, statuto induci posset.*
11 *Statuta & consuetudines inferiorum an ualeant, si aduersantur iuri superioris.*
12 *Pupillariter substituendi ius etiam hodie an sit consuetudinarium. ardua. q.*
13 *Statutum & consuetudo inducere possunt, ut quis cum duobus testamentis decedat, & etiam partim testatus & partim non.*
14 *Captatoria uoluntas ultima, an statuto, uel consuetudine induci possit? ardua. q.*
15 *Testari alter pro altero an possit, ex permissu statuti?*
16 *Captatoria uoluntas, quæ dicatur, & quare improbetur.*
17 *Testandi libertas an statuto minui possit?*
18 *Captatoria uoluntas quæ dicatur?*
19 *Intell. l. stipulatio hoc modo. ff. de uerb. obl.*
20 *Captatoria uoluntas an statuto admitti possit.*
21 *Captatoria uoluntas ualet de iure canonico.*
22 *Captatoria uoluntas consuetudine & statuto in tribus speciebus admitti potest. suntque arduæ quæst.*
23 *Pactum de non succedendo continet turpitudinem etiã ex parte renunciantis.*
24 *Captatoria uoluntas re, & uerbis statuto admitti potest contra nouissimos.*
25 *Legis potestas quanta sit.*
26 *Pupillaris quotuplex sit.*

27 *Pupillaris expressa quadrupliciter fieri potest.*
28 *Pupillaris tacita ut fiat?*
29 *Pupillaris sub reciproca contenta est expressa uerbis generalibus contra nouissimos.*
30 *Hæc uerba si filius in pupillari ætate decesserit, inducunt pupillarem, non compendiosam.*
31 *Pupillaris non exigit illa uerba si hæres erit.*
32 *Pupillo facta substitutio intelligitur pupillaris.*
33 *Pupillaris est, si dixi, si pupillus in pupillari ætate decesserit Seius mihi hæres esto.*
34 *Vulgaris contenta sub compendiosa admittitur contra matrem.*
35 *Pupillaris an compendiosa sit. si dixi, si filius infra 14. annos decesserit substitus. ardua. q.*
36 *Mater tam pupilli quàm etiam testatoris excluditur per illam pupillarem si filius infra pubertatem decesserit.*
37 *Pupillum institus, Sempronium substitus. uulgaris est.*
38 *Vulgaris tacita contenta sub pupillari expressa admittitur contra matrem testatoris contra commune.*
39 *Pupillaris substitutionis illa uerba, si hæres erit, quo sensu uideantur adiecta.*
40 *Pupillaris subst. quis sit effectus, quando post abstentionem pupillus impubes adhuc decessit.*
41 *Substitutio informis impuberi facta, continet expressam pupill. & etiam uulg. uerbis generalibus.*
42 *Substitutionis species colligitur ex qualitate personæ cui fit.*
43 *Pupillaris est, non compendiosa, cum dixi filio impuberi si decesserit, substitus contra communem opin.*
44 *Pupillarem inducunt illa uerba, quis quis mihi hæres erit, is impuberi hæres esto.*
45 *Compendiosæ, uel etiam pupillaris uaria exempla & differentiæ.*

1 Pupillaris substitutionis definitio.



VID 1 sit pupillaris, uide Zasium & Politum in princ. tract. de pupill. substitutione. tamen dic, pupillaris est datio hæreditatis pupilli à patre facta §. igitur institu. de pupill. l. 2. §. prius. ff. eod. l. patris & filii. eod. l. moribus in prin. eod. §. nam moribus insti. eod. l. Papinianus. §. sed neque impuberis de inoffic. testamen. ff. Nec ignoramus ut possit hæc definitio impugnari & cauillari, sed non placuit hac in re multum morari: tum quòd omnis definitio in iure sit periculosa, tum etiam quòd ex requisitis ipsius pupillaris substitutionis cuilibet uel mediocriter docto quid sit pupillaris liquebit. pupillaris 2 quare dicatur dicitur pupillaris quia in sui tam creatione quàm resolutione uersatur in pupillari ætate. l. 2. in prin. l. in pupillari. l. qui habebat de uulg. ff. in prin. inst. de pupill. §. masculo, eodem tit. de quo tamen dic ut edocemur infrà super rep. l. fin. C. de inst. & subst. ad prin.

2 Pupillaris quare dicatur.

3 Pupillaris an codicillis fieri possit. ardua. q.

Pupillaris 3 tamen testamento fieri potest, codicillis autem non utique. l. Sceuola. ff. ad Treb. l. 2. C. de codi. §. pe. inst. eod. titulo quòd de facto codicillis fiat, an saltem ualeat in uim fideicommissi, & quid si alia quauis ratione inutiliter fiat, an & tunc in uim fideicommissi sustineatur? sunt, qui teneant partem affirmatiuam, ita Bar. ubi Ias. num. 6. & nume. 19. hanc dicit communem opin. in. l. uerbis ciuilibus. ff. de uulgari & Socinus nume. 55. & Ias. num. 32. & Claudius col. 2. in. l. centurio. ff. de uulgari Vincen. Hercul. & Ripa in. l. ex facto in prin. ff. ad Trebel. Benedictus in. c. Rainotius de testamen. uerb. si absq; liberis in. 2. in materia compend. num. 37. Guido Papę consi. 202. & consi. 203. Curtius iunior in. l. precibus. C. de impuberum num. 56. Viglius in §. fi. inst. de pupill. Contrariam partem ut pupillaris inutiliter facta, non ualeat in uim fideicommissi. tenent gl. Angelus & Viglius in. §. fi. per illum tex. instit. de pupill. Alex. in. d. l. uerbis nume. 11. communis opin. est secundum Mathesil. not. 140. & est communis opin. secundū Ancharanum in. c. si pater de testamen. lib. 6. Nos autem sumus in noua opin. ut ualeat quidem in uim fideicommissi, id tamen fideicommissum finiatur pubertate, non secus quam ipsamet pupillaris si ualeret, finiretur. ut & infra attingam, & diximus suprà lib. 1. sub titu. qui testari non possunt. dum agebamus ut impubes testari non possit.

Quare 4 sit inuenta pupillaris substitutio, respondeo quòd licèt uerùm sit, quòd uulgaris substitutio principaliter facta intelligatur in fauorem & conseruationem testamenti. & substitutio fideicom. in fauorem solius fideicōmissarij. tamen pupillaris substitutio facta intelligitur in fauorem ipsius pupilli cui fit. tex. est in. l. si pupillus, ibi impugnat eum utilitatem. ff. de acq. hær. & argum. §. si quis ita formidolosus, inst. de pupill. facit. l. ex facto in prin. ff. de uulg. § qua ratione, instit. de pupill. l. humanitate. C. de impuberum. & licèt in hac substitutione sæpe fiant interpretationes in fauorem ipsius substituti arg. l. ex duobus, in prin. ff. de uulg. l. qui duos eo. l. qui duos. l. ꝙ de pariter. ff. de rebus dub. tamē lōgè magis attēditur fauor ipsius impuberis, ob cuius utilitatem fauemus ipsi substituto. Nam propter unumquodque tale & illud magis. secundum Philosophum: nam si diligo filium propter patrem, ergo magis diligo patrem & id præponderat, cuius contemplatione aliquid fit uel inducitur argum. l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de uulgar. l. dotem dedit. ff. de coll. bonorum. l. cum quis. C. de iur. delib. l. 3. §. 1. ff. de leg. præst. Vnde in hac pupillari substitutione, si utilitas ipsius substituti aduersetur utilitati impuberis, seu impuberum, sequenda est utilitas impuberis post habita utilitate substituti. quod si utilitas impuberis non aduersetur, tunc attentiores esse debemus ad utilitatem substituti, quam ad aliorum utilitatem etiam si sint filii ipsius testatoris, uel matris ipsius impuberis: quando quidem & in hoc consistit utilitas ipsius impuberis, ne alium substitutum habeat quàm ipsum substitutum pupillarem. utilitas autem impuberis consistit in eo, ꝙ expedit unicuique cum testamento decedere. l. quia. ff. de interrogato. actionibus & in. §. 1. inst. quibus non est permissum facere testamentum. ꝙ adeò uerum est, ut contra bonos mores esse intelligatur, homini sanæ mentis auferre liberam testamenti factionem. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de uerb. oblig. facit. l. 1. C. de Sacrosan. Eccles. item est utilis pupillo substitutio pupillaris propter tutelam corporis sui argum. tex. in. §. sin autem formidolosus, institut. de pupillari substit. & reliquæ utilitates ex apparatu deducentur.

4 Pupillaris quare inuenta.

5 Quæstio iure inuenta pupillaris

6 Consuetudinaria dicūtur iura feudorum.

Quare sit inuenta pupillaris uidimus, nunc uidendum quo 5 iure. & communiter receptum est, moribus, hoc est iure non scripto, sed consuetudinario eam inductam esse. ita Bal. & cęteri in. l. 2. per tex. ibi in prin. ff. de uulg. sequitur & dicit hanc communem opin. Ripa ibid. col. 1. post Imolam & Alex. nu. 2. qui idem sequitur quod etiam sequuntur ibidem Soci. & Ias. in primo not. post Ang. Sal. & Areti. per tex. in. d. l. 2. in princ. Nec ad rem pertinet, quòd in scriptis id ius redactum sit. nam 6 & iura feudorum quantumcunque in scriptis redacta sint, consuetudines appellantur. & abstinendi facultas, quæ 7 primordialiter à prætore inuenta fuit, ius prætorium, non ciuile nuncupatur: licèt de eo quàm plures leges ciuiles id ius confirmantes mentionem faciant ut est communis secundum Ias. nu. 59. in. l. un. C. quand. non pet. part. & etiam tenet Alex. in. l. qui se patris nume. 15. C. unde liberi Romanus in. l. necessariis. ff. de acquiren. hæred. Alex. & Imola latè ubi suprà, latissimè per Imolam in. l. uentre. ff. de acq. hær. licèt contra communem teneat & malè Alex. num. 3. post Bald. in. l. fin. §. sin uerò postquam. C. de iure delib.

7 Abstinendi facultas est iuris prætorij.

8 Statutum tollēs adolescēti bonorū administrationē uel etiā quod paterf. filio puberi possit testamētū facere ualet.

Tenendo quòd pupillaris sit inuenta iure consuetudinario, inde inferunt doct. ualere 8 statutum per ꝙ

maior 3

maiori. 14. annis impeditur bonorum suorum libera administratio, ueluti si caueretur, quod paterf. posset post. 14. annum filio inuito curatorem dare. Item inferunt ualere statutum, uel consuetudinem inducens q paterfa. post annum. 14. pupillariter substituere. & idē

9 *Pupillarē ut facere nequeat pater statuto posset caueri.*

9 è contra. s. quòd pupillariter substituere non posset etiam infra ætatem pupillarem ut per Alex. Iaso. Socin. Ripam & alios in. d. l. 2. ff. de uulg. quorum opiniones ue risimæ sunt, quia hæc omnia indubitanter sunt iuris positiui. ergo alio iure positiuo tolli possunt: quia nil tam naturale quàm unumquoque eo modo dissolui, quo colligatum fuit. c. omnis res de reg. iur. extra. l. nil tam naturale. ff. de reg. iur. Vnde

10 *Pupillus capax ut possit hæreditatem adire & alios cōtractus et quasi contractus facere statuto induci posset.*

10 etiam infertur ualere statutum uel consuetudinem inducentem ut minor. 14. annis maximè doli capax possit hæreditatem adire & reliquos contractus & quasi contractus facere, & etiam testari, quòd satis probatur ex superioribus & in specie in. l. si. C. de testamen. mil. quod indubitanter admittendum, quando statutum uel consuetudo esset inductum ab habente potestatem legis condendæ. ut per Bar. in. l. omnes populi in. 3. quæst. prin. ff. de iust. & iur. Bar. in. l. si quæramus. ff. de testamen. Alex. post Ang. & alios in. l. si. C. de testamen. mil. Bart. in. l. denique. ff. de mino. Bar. in. l. non ambigitur. ff. de legibus. Alex. in. l. 2. in princ. ff. de uulg. quòd

11 *Statuta & consuetudines inferiorum an ualeant si adversantur iuri superioris.*

11 si consuetudo esset inducta per non habentem potestatem legis condendæ, tunc magis est ut non ualeret, nec etiam statutum ut in dictis locis maximè per Alex. in. d. l. fin. contra quem in hoc ultimo tenet Decius ibid. Adde

12 *Pupillariter substituendi ius & hodie an sit consuetudinariū ardua. q.*

12 quòd etiam hodie moribus & consuetudine intelligitur inductum ius pupillariter substituendi, ut per Bar. in. d. l. 2. ff. de uulg. in prin. cuius opin. communis est. secundum Ripam ibid. nu. 12. qui idem sequitur post Imolam in. c. Ramutius de testamen. in materia pupillaris substitutionis Alex. in. d. l. 2. col. 2. licèt cōtrarium teneat Dinus relatus per Bar. ubi suprà Salic. in. l. si testamento. C. de impub. Politus in tract. subst. pup. in prin.

13 *Statutum & consuetudo induci possūt ut quis cum duob. testamētis decedat, et etiam pro parte testatus & pro parte non.*

Et per rationem superiorem infert Alex. post alios in d. l. 2. col. 2. ff. de uulg. ualere 13 statutum disponens, quòd quis possit cum duobus testamentis decedere & etiam pro parte testatus & pro parte intestatus. quod uerissimum, ut per Ripam Iaso. Socin. & alios ibid. quia hæc omnia cum sint iuris positiui, contrario iure mutari possunt. & quia iure scripto in militibus iā receptū est. Et quia in. d. l. 2. ff. de uulga. uehementer controuersum

14 *Captatoria uoluntas ultima an statuto uel consuetudine induci possit. ardua q.*

est, an 14 per statutum uel consuetudinem possit induci, quòd ualeat captatoria uoluntas ut alter pro altero testetur? & communior op. quam inter alios defendit Socinus ibidem in pr. contra Areti. & Ias. est affirmatiua. s. quòd ualeat tale statutum uel consuetudo. aduerte quia Ias. ibidem in pr. col. 2. tenet contra, secutus Aretinum. & aduerte quòd licèt id esset in se uerum, tamē nullo modo probatur ibidem, quia licèt absurdum sit, ut homini sanè integræq; mentis possit impediri testamentū fieri, tamen q homini, qui non est satis integræ mētis, (qualis uidetur esse impubes, arg. §. si pupillus inst. de inut. stip. cum simil.) facultas testamenti faciendi auferatur, non uidetur absurdum & consequenter quòd alius pro eo testetur. ut utcunque probatur in. l. ex facto. in pr. ff. de uulga. licèt ergo hic filio meo ut possim facere testamentum tum quòd is sibi facere non potest, tum quòd. l. de me multum confidit, quia sum pater. tamen alteri testamentū (qui & mihi extraneus esset, & is sibi testari posset) facere nō possem. arg. d. l. ex facto iuncta. l. i. de testamen. & c. 2. de consuetu. in. 6. & l. i. C. de sacrosā. eccl. Sed ad huc hæc omnia fundamenta tolluntur per resp. Socini. unde teneo eius op. quia prohibitio. l. captatorias. ff. de hær. inst. est iuris positiui & potest tolli alio iure positiuo.

15 *Testari alter pro altero an possit ex permissu statuti.*

Hinc infero quod 15 si statuto cauetur, quòd ualenti sibi testari citra eius consensum ab alio sibi testamentum fieri posset, tale statutum non ualeret. & ita procedat op. Areti. & Ias. quòd si caueretur ut de eius uoluntate uel commissione id testamentum facere posset tunc ualeret, & ita procedat op Socin. & l. tauri. 31. quia imputandum est ei, qui suū testamentum alteri commisit. sed pro Ias. facit quia etiā de uoluntate mea non possum auferre mihi liberam testandi facultatem. Nam ratio Socini in qua me fundo tollitur per. l. stipulatio hoc modo cōcepta de uerbo. iuncta. l. si fideiussor. §. qui necessaria. ff. qui sat. cog. ubi etiā si libertas testandi mihi tollatur per factum meum spontaneum, qui pœnam promisi sponte, ad huc dicitur esse contra bonos mores, quòd testandi libertas etiam eo modo auferatur. Sic & in casu nostro, est contra bonos mores, quòd alius pro me etiam de mandato meo testetur. Sed sustinendo Socin. resp. quòd in casu nostro mandatum de testando poteram ad libitum reuocare. at in. d. l. stipulatio, non poteram sine amissione quantitatis nomine pœne promissæ. Vnde in casu nostro, cùm impune possem ego mihi facere testamentum reuocato mandato, non multum periculi est, si id mandatum ualeat: & sanè hoc uerum est, data in statuentibus potestate. at in. d. l. stipulatio hoc modo, cum impune pro libito testari non possem, non adest ita plena libertas. ultimo aduerte, nam ueritas huius op. uel quæstionis pendet ab intell. l. captatorias, in uerb. improbauit de hær. inst. ff. iuncta doctrina Bartol. in. l. omnes populi de iust. & iur. num. 26. nam statutum si contrariatur legi superioris interdum ualet, interdū non ualet. unde cùm hic negari non possit, quin uoluntas sit captatoria, superest ut si captatoria uoluntas improbata est, quia contra bonos mores, quòd non ualeat tale statutum, si alia ratione, secus.

Denique op. affirmatiuam, ut talis captaria uoluntas ultima per statutum apprubari posiit, sequitur dicitque communem Ripa in. l. 2. ff. de uulga. col. 1. post Ias. Ale. Soci. & alios ibi. uide Couar. in. d. c. cum tibi de testam. num. 13. Ias. in. l. capiatorias. C. de testamento mil. Nec dubito quin uera sit in habente potestatem statuendi:

16 *Captatoria uolūtas quæ dicatur & quare improbetur.*

Nam 16 captatoria uoluntas dicitur, non ob id quòd captionem, dolum, aut mendacium, fraudem, aut machinationem, aut uotum captandæ mortis certum & indubitatum contineat (isthæc enim pendent ab animo solius captantis, uel ad alienam hæreditatem aspirantis qui animus soli Deo, non etiam homini, aut legi notus esse potest) sed ideo dicitur quòd talis conuentio, aut dispositio habet paratam occasionem captandi, fraudandi, decipiendi, uel etiam necem alterius perpetrandi quodque isthęc largitiones, quæ procedunt ab ultimis dispositionibus honestius est, ut dentur quàm ut petantur. ut in simili dicitur in. l. 2. §. pen. ff. de ori. iuris. Nec dubium est quin ut iure positiuo Romanorum istæ sinistræ suspiciones & præsumptiones introductæ sunt cōtra præsumptionem iuris naturæ, quæ est neminem malum præsumi. argumento. l. merito in pr. ff. pro Socio. l. ut uim. ff. de iust. & iur. habetur in. c. semel malus de regul. iur. lib. 6. ita quoque & alio iure ciuili tales præsumptiones sinistræ, ac suspiciones poterunt tolli. §. sed naturalia cum simi. inst. de iure nat. efficiq; ut per istorum interuentum nihil mali præsumatur, aut suspicetur, nec tales dispositiones ratæ haberi desinant.

17 *Testandi libertas an statuto minui possit.*

Iuxta superiora quæritur, an 17 ualeat statutū per quod aufertur uel minuitur testandi libertas: ueluti si caueatur quòd mulier nequeat testari sine consensu uiri uel duorum consanguineorum. communis quòd non Ias. contra numero 8. in. l. ex facto. ff. de uulg. tene op. Ias. contra communem. primò, quia ut ipse probat, non est iniquum, cùm non tollat liberam testandi facultatem, sed addat solennitatem. deinde quia mulier non uidetur satis integræ mentis. argu. l. eum mulie. C. de Donati ante imp. Tertiò quia licèt statutum non possit directò contrariari legi superioris, tamen per indirectū potest. primum probat Bar. in. l. omnes populi. num. 26. ff. de iust. & iur secundum probat sic, quia licèt lex ciui

lis effi-

lis effirere nequeat, quin cõtractus iuramẽto firmetur,
per directum tamen id posset, per inditectum inducen-
do quòd contractus iuratus præsumatur ui, metu, do-
lo, simulatione'ue factus. secundum Ias. in auth. sacra-
menta. C. si aduer. uend. col. fin. sic & hic. licèt statutũ
nequeat auferre liberam testandi facultatem, quia per
hoc contrariaretur legi. 1. C. de sac. eccl. tamen per indi
rectum id facere potest, disponendo quòd licèt addatur
solennitas, non per hoc uideatur ablata testandi liber-
tas, immo nec diminuta. Præterea hic constat, quòd nõ
aufertur, sed tantùm diminuitur testandi libertas. dimi
nui autem etiam per directum mediante statuto potest
arg. eorum. quæ ait Bar. in. d. l. omnes populi nume. 22.
nec obst. quòd non solùm ablatio, sed & diminutio hu-
ius libertatis testandi, uideatur esse contra bonos mo-
res ut. d. l. stipulatio hoc modo. de uerb. nam resp. quòd
ibi non dicitur quod diminutio huius libertatis esset
contra bonos mores, sed quod stipulatio illa pœnalis es-
set contra bonos mores; quia concepta fuit sub conditio
ne turpi, conditio autem turpis uitiat contractum. l. im
possibilis. de uerbo. l. Si stipul. eod. titu. iuncta. l. condi-
tionis. ff. de condit. inst. est autem turpis illa conditio
quia si obseruaretur, non solùm iuris censura propter
metum pœnæ uidetur diminuta, sed etiam ablata testan
di libertas cùm fauore unius certæ personæ compel-
latur disponere. At in nostro casu, licèt solẽnitas augea
tur tamen facultas superest eligendi inter omnes perso
nas de mundo. Item non obst. quòd hic uideatur capta
toria uoluntas ex quo pendet etiam ex consensu consan
guineorũ, & consequenter uideatur cõtra bonos mores.
18 nam resp. quòd immo captatoria non est, quia 18 ut
Captatoria uol. quæ dicatur.
captatoria sit, oporter quòd ipsa ultima dispositio pen-
deat ex uoluntate alterius solius. l. captatorias, cum gl.
ff. de hær. inst. hic autem pendebat etiam ex uoluntate
testantis & alterius: immo si rectè consideres, hic ipsa
ultima dispositio ea solius testantis uoluntate pende-
bat, quamuis deliberatio disponendi ex ipsius & alte-
rius. & quæro, An contra. d. l. stipulatio hoc modo, pos-
sit disponi per statutum? & puto quòd possit statuto Hi
spanorum, non Italicorum. ad cuius comprobationem
moueor, quia. d. stipulatio pœnalis, de qua in. d. l. est con
tra bonos mores ciuiles, non naturales, probatur ibi iun
cta. l. si pœnam. ff. de uerbo. oblig. nam ut iure naturæ æ-
quum est in ultima uoluntate adesse consensum liberum
ita & in contractibus. l. in conditionibus de cond. & de-
monstr. l. i. de sacr. ecclesi. auth. de nupt. §. disponat. l. ex
consensu de act. & oblig ff. inst. de oblig. ex quasi. l. ita sti
pulatio, uersic. Sabinus. l. r. §. si quis ita, de uerb. ff. at
quando quis uenit ad contractum per necessitatem cau
satam ea facto suo præcedenti, talis contractus ualet
ut. d. l. si pœnam quasi consensus non defuerit. arg. l. si
fideiussor. §. qui necessa. ff. qui sat. cog. & quia quod se-
mel placuit &c. ut in reg. iur. & in. l. i. ff. de pactis & . l. i.
ff. de const. pec. & l. non minorem. C. de transact. ergo
similiter & in. d. l. stipul. hoc modo, talis pœnalis stip. ua
lere deberet, quia licèt metu pœnæ secuta postea esset
institutio, tamen id absurdum reputari non deberet. cũ
tempore interpositæ stipulationis affuisset consensus, à
quo iure naturæ recedere iniquum est. Nec obst. quòd
id esset contra. l. 4. ff. de adim. leg. ubi habetur quòd ulti
ma uoluntatis debet esse ambulatoria usque ad mortẽ.
Nam dico illud ciuili ratione receptum esse. ecce ergo
19 19 qualiter disp. dictæ. l. stipulatio ciuili ratione nititur
Intell. l. stipulatio hoc modo ff. de uerbo. obliga.
non naturali & consequenter ciuili. l. potest immutari, li
cèt si naturali ratione esset secus secus esset. §. sed na-
turalia insti. de iure nat. l. omnes pop. de iust. & iure. ff.
idque probatur alia ratione. Nam, qui impleuit 14. an-
nos potest testari, & una die ante non poterat idq; ciui
le est. Nam & una die ante æquè bonum intellectum
habebat idq; fortius probatur in diuersis personis. cùm
qui nondum impleuit 14. annos possit esse longè pruden
tior quàm qui illos iam impleuit: & tamen ille testari
impeditur, non iste: ergo ista testandi libertas non natu
rali, sed ciuili ratione nititur, & consequenter ciuili le-
ge potest immutari, siquidem sit. l. Hispanorum, qui nõ
recognoscũt superiorẽ, at secus si esset. l. Italorum, quia
licèt talis. l. esset rationabilis & sic non incideret in cap.
erit autem lex. 4. distinct. tamen incideret in doct. Bart.
de qua in. l. omnes pop. num. 26. ubi habetur, quòd quã-
do aliquid lex superioris reprobat propterea quòd con-
tra bonos mores illud esse reputauit, tunc per statutum
inferioris id immutare non potest alias secus. & ita in
simili concordat Alex. in. l. fin. C. de test. mil. & adde q
op. negatiuam, quòd tale statutum non ualeat, tenent in
d. l. ex facto Paul. Areti. & Alex. in consi. 206. incipiente
uisis & accuratè col. fin. lib. 5. ut refert Ias. in. d. l. ex fa-
cto, col. 3. in pr. qui hanc negatiuam partem dicit com
munem contra quam ibi tenet & iterum num. 24. dicẽs
se ita consulturum & iudicaturum. & quòd tale statu-
tum ualeret est de mente Bald. & Salice. in. l. i. C. unde,
uir. & de mente Bar. & omnium in. l. si cum dotem. §. eo
autem tempore. ff. solut. matrimon. ubi in terminis hu-
ius statuti tenent quòd si absque ulla iusta & rationabi
li causa desinant consentire consanguinei mulieris ei
testari uolenti, tunc iudex potest dare licentiam ad te
standum, sicq; per tale statutum parum debilitatur li-
bertas testandi sicq; præsupponunt ualere.

Denique quo ad præcedentem articulum, quo quæ-
rebamus, An 20 ualeret statutũ per quod admittatur ca 20
Capt. uol. an statuto admitti possit.
ptatoria uoluntas. si loquimur (prout est de mente do-
ctorum) quando conditur ab habente potestatem leges
condendæ, tunc indubitanter tenenda est cõmunis op.
affirmatiua ut ualeat. Primùm, quia non dubitatur quin
prohibitio captiuitatis uoluntatis sit lege positiua indu-
cta, & sic contraria lege positiua æquæ potestatis. §. sed
naturalia inst. de iure natu. c. omnis res extra de reg. iu.
l. nihil tam naturale. ff. de regul. iur. deinde quia capta
toria uoluntatis reperitur in tribus casibus de quibus
per Ias. in. l. captatorias. C. de testam. mil. col. 2. post gl.
& alios ibi, inter quos nullus est, qui satis euidenter in-
cludat quid contra bonos mores saltem naturales, & li-
cèt sine præiudicio ueri, fatemur esse contra bonos
mores ciuiles, tamen id non impedit quin per aliam. l.
ciuilem id non parui pendatur, negligatur, prætermitta
tur, ut latius differuimus circa pactum futuræ successio
nis. & satis ridiculum esset, si quod turpe ab unius regio
nis hominibus reputatur id reliquæ nationes seu gentes
cogerentur turpe existimare. Tertio 21 quia iure ca-
nonico euidentur captatoria uoluntas admittitur ut per 21
Capt. uol. ualet de iure canonico.
Abb. & alios in. c. cum tibi extra de testam. per tex. ibi
qui ita intelligitur communiter secundum Ripam in. l.
2. in pr. ff. de uulg. Vnde cum communi op. teneo, primo
quòd 22 tale statutum uel consuetudo ualet. licet cõ-
trarium teneant Areti. & Ias. in. l. 2. in pr. ff. de uulgari 22
Capt. uol. consuetudine & statuta in tribus speciebus admitti possunt. quæ ardua q.
quos nouissimè sequitur Couarub. in. d. c. cum tibi nu.
13. hæc conclusio pro communi contra eosdem intelli-
gitur tripliciter, primo, quando captatio fuit mentalis
& realis ueluti te hæredem instituo ex tanta parte quã
tam tu postea mihi in testamento tuo dederis. l. ille aut
ff. de hær. inst. secundo quando fuit mentalis tantùm, ut
instituo hæredem eum, quem tu nominaueris ut in. l. ca
ptatorias. ff. de hær. inst. licèt enim hoc casu non appa-
reat quòd testator lucrum aliquod realiter & euidenter
præscriptisq; uerbis captauerit, tamen negari non po-
test, quin mentaliter potuit concipere spem ut sibi ali-
quid accederet profectum ab eo in cuius secretum uo-
luntatis fortunas suas ponebat. simile 23 in pacto de 23
Pactũ de non succedendo continet turpitudinem etiam ex parte renunciãtis.
non succedendo. Nam si tecum feci pactum de nõ suc-
cedendo fratri communi, licèt ex parte remittentis nul
la prima fronte uideatur turpitudo, sed tantùm ea par
te alterius cuius succedendi spes augebatur. tamen ad-
huc etiam ex parte remittentis præsumitur turpitudo
quædam mentalis, quòd eum in cuius fauorem renun-
ciabat beneficiis allicere uoluit & quasi eum huius be-
neficii.

neficli debitorem ecquirebat. ergumento. l. si pignore ff. de furtis. id quod in re nonduni metura turpe est & delicto essimiletur, & ut tale puniatur. l. 2. §. fin. ff. quibus ut indign. l. quidam in iure. §. fin. ff. de donat. sic & hic, qui in secretum alienæ uoluntatis fortunarū suarum ultimam dispositionem confert hoc lucri captare uidetur ut illum quasi huius beneficii debitorem ecquirat: sicq; ultima istius uoluntas eb istius lucri uel præmii spe libera non est, quòd uitiosum est, & aduersatur neturæ ultimæ uoluntatis quę liberrima esse debet, non à metu pęnæ tantùm sed etiam a spe præmii. secundū Ias. num. 9. in d. l. captatorias. C. de testamento uul. Bart. Paul. Alexand. & Ias. in. l. cum donationis. C. de transact. Couarub. ubi supra num. 2. Tertio intelligitur quando ceptatio ec parte testatoris erat non solùm mentalis, sed etiam realis hoc est uerbis pacta ac conuenta sed tamē sub quodam uelo interpositæ personæ. ut si dixit, ex qua parte Titium hæredem feceris, ex eadem te hęredē fecio. d. l. ille aut. e. resp 5o. ff. de hær. inst. in omnibus ergo his casibus magis est id statutum ualere, licèt in omnibus uitium esse uideatur uel esse posit ea parte testatoris & in omnibus illis uitium captatio, fraus, & perfidia esse posit etiam ex parte illius quo cum id negociū agebatur si uel quando aliquid promisit id non impleat, uel semel impletum reuocetur si promisit testantem uel alium hæredem facere & non fecit uel reuocauit postquam semel fecerat, uel si cum hæredem testatori nominare deberet, alium quam quem testator optabat nominauit.

24 *Capt. uol. re & uerbis statuto admitti potest cōtra nonnullos.* Ex his 24 eppareterrasse Couarub. ubi supra post Cum. & alios per eum relatos dum putauit, quòd in primo & tertio casu uitium erat intolerabile aduersus quem nec ipsum statutum uel consuetudo posset dispensare uel prouidere. in secundo aut casu nullum esset uitium intolerabile & consequenter per statutum posset tolerari prout inquit toleratur & iure canonico. ut d. c. cum tibi. quem tex. restringit ut in secundo tantùm casu procedat & toleratur inquit iure regio ut in. l. 31. Tauri. quasi nec. d. c. cum tibi iis duobus casibus procederet de quibus suprà mentionem habuimus. nec etiam d. l. Tauri posset aduersus illos duos casus quicquam statuere. ego uerò huius sententiæ sum cum communi op. ut tam iure regio quàm canonico captatoria uoluntas admissa sit. & quod d. c. cum tibi &. d. l. 31. Tauri planè loquuntur in captatoria uoluntate, quæ licèt uitiose esset & delicto proxima, inspecta legis Romanæ ciuilisq; censura: tamen uitiose non est, inspecta censura legis canonicæ & regiæ, ut in simili latius docemus in pactis futuræ successionis. & de his captatoriis uoluntatibus ultra superiore uide Bar. consil. 188. incipiente quidam. Decius consi. 494. incipiente quod suprà Anchar. consi 435. incipiente his. Cumanus consil. 130. incipiente magis. Bologninus consil. 47. incipiente uisis igitur Zebarel. consil. 124. incipiente puto stando. Fulg. consi. 90. incipiente in questione Panormitanus. consil. 92. incipiente circa duo uol. 2. Bal. consi. 482. incipiente quia dictus uol. 4. Corneus consi. 159. incipiente in hac & cons. 89. incipiente multa uol. 4.

25 *Legis potestas quā ta sit.* Item 25. dicimus quòd ut ea species captatoriæ uoluntatis, qua quis alteri dat testandi facultatem, iure canonico & iure regio edmissa est: ita quoque etiam aliæ species captatoriæ uoluntatis, quales sunt, eum te hæredem facio sub hac conditione, si me hæredem feceris, uel si alium hæredem feceris. possent iure canonico uel regio admitti ut & ee superioribus, patet. & facit etiam nam etiam scribitur in. l. & ideo. ff. de leg. rationes, eorumque constitutæ sunt, inquiri non oportere: alioqui multa ex iis quæ certa sunt subuerterentur. Valet & tenet consuetudo; uel statutum irrationabile & durum si modò non sit contra fidem, iusq; naturale uel diuinum, nec inducat occasionem peccandi, nec aliàs sic contra bonos mores ut prope similia scribit Calca. consi. 3. Bar. post. prin. nec omittam, quod scribit Bal. in. l. Gallus. §. si eins, col. 5. uers. secundo no. ff. de lib. & post. quod cum habemus determinetionem statuti, non debemus ulterius rationem eius inuestigare, quod & post eum reassumit Ias. consi. 168. spectebilis Paul. ante fi. lib. 2. & Philip. Deci. consi. 563. duo dubia sed & idem Bal. in. c. 1. in pr. col. 5. uer. ibi prohibens, tit. de feud. cogni. scribit, non semper exigi ut consuetudo sit rationabilis sed satis est ut sit tolerabilis & usu epprobata. & al leg. Inno. in rubr. extra de consue. & idem Bal. in rubr. extra. de const. col. e. uers. constitutio. dixit constitutionem esse rationabilem, eo ipso, quòd non reperitur prohibitio, licèt eius ratio demonstrari non posit. idē quoque in. l. i. col. 4. uers. item allegatio. C. si plu. une sen. quod non est perquirenda ratio ubi habemus statutum. per d. l. non omnium. &. d. l. prospexit. & tradit. Io. Fab. in. §. ex non scripto col. 3. uer. item requiritur quòd sit rationalis. instit. de iur. nat. gen. & ciui. & per eum etiam tex. dicit ipse Bal. in. l. de quibus col. 10. uer. §. primo quo ed primum. ff. de legi. quod ratio, non est de substantie consuetudinis, nam ee tenet ratione, ex sole authoritate constituentium. & ad hoc etiam allegat bonum text. in. d. l. non omnium. ff. eodem tit. subditque etiam ualere consuetudinem contra omnem rationem, modò non sit contra ius diuinum. sed & per illum tex. idem Bal. consi. 146. statuto cauetur lib. 1. asserit sufficere caosam statuti ex in mente statuentium. & consi. 473. circa quæstionem. col. 2. l. 5. dicit ad iustificationem (ut ipse loquitur) statuti sufficere rudem quandam equitatem. dicit ipse Bald. in. c. ex rescripto col. ult. uers. & note extra de iureiur. nota. inquit quod statutum, quod habet in se rationem motiuam non dicitur esse sine ratione, sed & quod plus est, non potest lex infringi, etiam si non habeat rationem. ut dicit idem Bal. in. l. non omniū in pr. ff. de legib. per. l. prospexit. ff. qui & a quibus. ubi hæc uerba scribuntur. quod quidem per quam durum est, sed ita lex scripta est. per quam etiam. l. dicit Inn. in c. irrefragibili in fi. de offi. ord. & omnes ubique sufficere sic statutum esse. & ut dicit ipse Bal. in. d. l. non omnium, sufficit quòd statuentes putauerint esse bonum, & iustum, & idem in. l. 1. §. initium. ff. de postu. sufficit (eit) ita statuentes fuisse arbitratos, nam id pro ratione est. ad quod allegat Feder. Senen in sua quadam disput. & eius tex est optimus tex. in. d. §. initium, in illis uerbis, quia moderatam hanc ætatem prætor ratus est ad procedendum in publicum, & ibi gl. in uerbo, ratus, dicit hanc esse mirabilem rationem, quam reddit ille tex. in. d. l. 1. §. initium. ff. de postul. ut isthæc & alia per Tiraq. de retract. in pręfatione. sic ergo cum captatoria uoluntas in tribus casibus de quibus supra non pręseferat quicquam contra ius diuinum, nel naturale; sed tantùm sit contra ius positiuum inductum, ne detur occesio perfidiæ magis est ut per aliam. l. positiuam possit cōtrarium statui.

Deinde etiam quæritur, quotuplex sit substitutio pupillaris? & respondendum est, quòd 26 est duplex 25 *Pupillaris quotuplex sit.*
expressa & tacita expressa sic 27 quadrupliciter, primo sub duabus conditionibus personam impuberis respicientibus. l. si hæres erit, & impubes decesserit. in prin. de pupill. l. i. de uulg. secundo sub una tantùm conditione personam impuberis respiciente. s. si impubes 27 *Pupillaris expressa quadrupliciter fieri potest.*
decessit. l. qui habebat. l. paterfam. ff. de uulg. tertiò sic, quisquis mihi hæres erit, is filio meo hæres esto. & sic sub conditione alterius personam respiciente. l. 3. l. qui liberis in prin. &. §. hæc uerba. ff. de uulg. Quartò absque ulla conditione expressa. s. Titius filio meo impuberi hæres esto, est enim horum uerborum sensus, ut subst. locus fiat sub conditione hac, si impubes moriatur filius, sicque uirtualiter expressa fuit. s. Titius filio meo hæres esto. nam cum filio hæredem dare nisi mfre pupillarem morienti non possit, satis uidetur pupillaris. ergumen. d. l. 3. l. qui liberis in princ. &. §. hæc uerba. ff. de uulg. l. si. C. de hær. inst. quo casu non dubitarim sub expressa pupillari contineri uulgarem. nam parum interest

adijciatur uerbum, filio hæres esto. an mihi hæres esto l.1.in uerb. mihi cum glo.ff.de uulg.& si dixi, Titius filio meo impuberi hæres esto, uel quisquis mihi hęres erit, is filio impuberi hæres esto, pupillaris est. quia uerbum substituo post referri ad tempus tam aditæ quàm repudiatæ: & uerba succedendi dirigūtur ad impuberem, cui hæres esse substitutus non potest, nisi ex pupillari. Nec obs. quod alias uerbum mihi hęres esto, non impediat uulgarem.l.1.uerb.mihi de uulg.ergo similiter uerb. filio impuberi pupillarem non debet inducere. Nam resp. secundum Ripam in.l.centurio quòd quādo iam est formata pupillaris, id non sufficit ad alterandam eam, sed quando non est formata tunc sufficit ad inducēdam uel non. Itaque si dicerem, quisquis mihi hæres erit, is mihi hæres esto. si impubes hęres non erit, tunc uulgaris tantùm erit.& uide Ripam num.140.in.l.centurio & nume.149.pro nobis est tex.in.l.3.de uulga.uerb. impuberis hæres & in.l.qui liberis iuncto prin. cum uers. quisquis eod.ubi. æquiparantur hæ orationes, si filius in pupillari decesserit, & hæc quisquis &c. idque contra gl.mag.inst.de pupill.§.qua ratione cum qua cæteri simpliciter transeunt. Adde pro nobis.l.in substitutione de uulg.dum ait in substitutione filij patris enim diceretur si esset uulgaris.

28 *Pupillaris tacita ut fiat?*

Pupillaris 28 tacita fit interdum per extensionem legis contra proprietatem uerborum. ut in.l.iam hoc iure de uulg.Curt. in.l.i.col.1.in fi. de impub.C.interdum per interpretationem.legis non præter proprietatem uerborum ut in.l.Lucius.cum gl.ff.de uulga. tacita, intellige uerbis specialibus, est enim expressa uerbis generalibus secundum Bar.in.l.i.&.2.ff.de uulg. nos contra communem quòd sit tacita uerbis etiam generalibus, quasi illa uerba nos inuicem, ad primum tantùm casum in dubio forent referanda.argumen.l.1.§.qui in perpetuum.ff.si ager uectig.Soc.in rubr. de uulga. & sic &c.ut.l.precibus.C. de impuberum. ibi in primum. sed certè quòd uerbum substituo quòd salua sui generalitate potest intelligi.s.si hæres non erit, uel si in pupillari decesserit hæres factus, uel si in pupillari decesserit cum non esset hæres, quod inquam ad unum ex his, nó ad omnes trahatur casus id per interpretationem fit. cófirma per.l.precibus.C.de impub.l.centurio.ff. de uulg. nam quod illa substitutio compendiosa.s.quando decesserit, substitutio comprehendat tam pupillarem infra pubertatem, quàm fideicommissariam, uel directam militarem post pubertatem. id ex proprietate uerborum descendit, neque enim alteram tenet absque interpretatione continere posset. ad.l.iam hoc iure.§.quod ius.ff. de uulg.resp.quod effectus utriusque substitutionis, nó modus æquiparatur: ibi namque siue fiat uulgaris tantùm, siue pupillaris tantùm, siue reciproca tantùm, semper continentur uulgaris & pupill. in effectu.uerùm in modo est differentia, quia primis duobus casibus per extensionem legis contra proprietatem uerborum continetur utraque, tertio autem casu per interpretationē seu declarationem uerborum testatoris à lege factam ergo illæ substitutiones neque tacitæ neq; satis expressæ uidentur.sed dubiæ. simile in.l.fi.C. de hær.inst.tene

29 *Pupillaris sub reciproca cōtenta est expressa uerbis generalibus contra nouissimos.*

ergo quòd 29 pupillaris, quę sub reciproca continetur est expressa uerbis generalibus ut tenet gl. communiter ibi app.in.l.Lucius.ff.de uulg.tenet Bar.in.l.1.ff.eod. nume.8.cuius opin. communis est secundum Ripam ibi num.77.& num.109.Bar.in.d.l.Lucius num.7.quem omnes ibi sequuntur ut dicant in materia reciprocæ.

Sed nouissimè Viglius in princ.instit. de pupill.tenet contra communem quòd pupillaris sub reciproca comprehensa sit omnino tacita, quasi illa uerba nos inuicem substituo.ad primum tantùm casum essent referenda regulariter.argum.l.precibus.C.de impuberum ibi utrum in primum &c.& quia uerba in dubio per prius, non per posterius sunt intelligenda, ut suprà diximus.sed tenebis communem opin. quæ uera est. respōde quòd uerbum substituo ut suprà non semel latè deduximus, est commune, sicque ex sui natura & proprietate est aptum comprehendere non solùm eas substitutiones, quæ ante aditam hæreditatem locum habent (qualis est uulgaris) sed etiam eas substitutiones, quæ post aditam hęreditatem locum habent (qualis est pupillaris, exemplaris, fideicom.directa, militaris.) unde licèt per interpretationem receptum sit contra proprietatem uerborum, ut reciproca, quæ inspecta uerborum proprietate continebat etiam fideicommissariam restringatur ut fideicommissariam non uideatur comprehendere: quia fideicommissaria odiosa est.l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.de uulg.tamen ea restrictio non fit ad excludendam pupillarem, quæ ipsi primo nominato multum utilis est.l. si pupillus in uerbo impugnat enim utilitatem impuberis.ff. de acquir.hæred.gl.communiter ibi app. in.l.ex tribus.C. de inoffi.testam.qua de re plenius diximus de success. creatione.§.24.num.77.&.§.20.num.125.&.§.11. num.33. & adde quod diximus supra in materia informis substitutionis post prin.

Denique quò ad punctum principalem, quòd illa uerba, si filius in pupillari ætate decesserit, substituo. inducant solam pupillarem. tenent Bar.num.27. in.l.2.ff. de uulgari. Politus de pupillari nu. 8. Francus in.c.si pater de testam.lib.6.in materia compendiosę col.i.Decius in l. precibus C. de impuberum num.15. Ias.in.l.centurio num.23.ff.de uulgari.est communis opin.secundum Zasium de compendiosa substitu.uerbo requiruntur.Franciscus de Ripa in.d.l.2.ff.de uulgari num.40.

Sed contrariam partem ut sit compendiosa tenent Bal.in.d.l. precibus & est communis opinio. secundum Iaso.in.d.l.2.circa finem.ff.de uulgari.per nouissimos in c.Raynutius de testamen.§.9.uersi.5.num.2.Bald. consi. 122.lib.1.per Alex.in.d.l.2.ubi Iaso.nu.47.qui hanc partem dicit communem per Cardinalem in.d. c. Raynutius quæst.39.tu tene ut suprà tenuimus.

30 *Hac uerba si filius in pupillari ætate decesserit, inducunt pupillarē non compēdiosam.*

Sed 30.circa istud ultimum oportunè & necessariò quæritur, pone quòd substitutio est concepta hoc modo, si filius meus in pupillari ætate decesserit, talem substituo. Non autem est apposita illa condictio si hæres erit, an hæc substitutio erit pupillaris, uel compendiosa? effectus est magnus, quia si est pupillaris expressa cūprehendit tacitam uulgarem, quæ quamuis excludat matrem pupilli, ut in gl.l.fi.C. de inst.& subs.non tamen excludit matrem testatoris.ut singulariter per Bar.in.l. i.ff.de uulga. substitutione 7. col.post medium & suprà dixi: secundo; si est compendiosa comprehendit uulgarem & pupillarem expressas.excludentes matrem.ut per Bart.& alios in.d.l.centurio in princ. & in uerbo quæro utrum substitutio compendiosa facta per uerbum commune &c.& Bar.in.l.1.2.quæstione prin.ff. eo. Item erit effectus, quia si esset pupillaris expressa indistinctè admitteretur contra matrem.ut supra dixi. si esset compēdiosa, debebit considerari quibus uerbis facta esset. ut in.l.precibus gl.magna cum conc.quas supra allegaui. Si autem diceres quòd esset uulgaris, tunc effectus esset manifestus, quia pupillaris tacita ibi comprehensa, non admitteretur contra matrem ut suprà late est conclusum. si autem compendiosa, tunc secus.d.l.precibus uersi.si uerò substitutio. In quæstione prædicta, Reperio quòd Bald. singulariter in.l.precibus.12.col.uers.unum est aduertendum. ait, quòd talis substitutio est compendiosa limitata ad pupillarem ætatem & ideo cōtinet uulgarem expressam: ex quo resultat effectus de quo suprà quia cum non fuerint apposita illa uerba, si hæres erit, non potest dixi pupillaris expressa & propriè.& uide plenè in apostil.in.d.l.precibus. Idem reperio quod tenet idem Bal.in.l.pe.eo.tit.de impuber.& alijs.ultima col.in medio & sequitur Paul.in.d.l. precibus. quinta col. & refert illam & singularem reputat ibidem Ias. antepe. col. & est singularis secundum eum in.l.quamuis secundo notabili eo.tit.ubi ponit effectum huius, & illud dictum sequitur Cardinalis in.c. Raynutius de test. illud

tamen

tamen dictum Bal.est dubium ut per doct.in dictis locis ego tamen ultra omnes contra istam decisionem allego sequentia & primo pondero quòd contra uidetur tenere idem Bal.in.d.l.precibus pe.col.circa fi.ibi item nota quòd uerbum pupillus.ubi expresßè dicit, quòd si illa uerba ponatur cõditionaliter, ut quia testator dicat, si decesserit pupillus talem substituo, tunc facit pupillarem substitutionem.ut.d.l. precibus. & illa uerba Bald. notat & refert Ias. licèt non ad hoc propositum in.l.si testamento eod.titu.ubi dicit, quòd mentio pupillaris ætatis conditionaliter facta arguit pupillarem substitutionem,ergo non est compeodiosa. secundo contra Bal.

31 *Pupillaris non exigit illa uerba si hæres erit.*

sic arguo, uerba 31 illa, si hæres non erit,non sunt de substantia pupillaris substitutionis.d.l. si testamento cũ similibus,licèt ergo non apponantur erit pupillaris, non compendiosa. & sic contra Bal. Nam omissio eius quod non est de substantia,non debet uitiare actum ut est notum. Præterea & tertiò quòd non sint de substantia patet apertè, quia si essent de substantia illi, qui non esset hæres non posset pupillariter substitui.ut est notum sed hoc est falsum, cum possit fieri exhæredato, qui nõ est hęres & si uellet.l.cum quidam cum similibus.C.de lega.&.l.ab exhęredati de lega.i. ergo non sunt de substantia & sic non sequitur quòd sit compendiosa, licèt non apponatur. Præterea, & quarto, quòd ista dicatur pupillaris, & non compendiosa pondero nouissimè unã gl.in.l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Trebellia.ubi gl. uolens respondere ad tex.in.l.pe.C.de impuber. & aliis. dicit, solutio,ibi est pupillaris, hic fideicommissaria.& sic l.pe.C. de impuber. loquitur de pupillari substitutione modo sic, in.d.l. pe. non est uerbum si heres erit, sed solùm dixit testator, si uterque impubes decesserit &c. ergo illa substitutio est pupillaris, non compendiosa, quamuis fiat detracta conditione si hæres erit.

Quinto contra Bald.nouissimè pondero gl.in.d.l.precibus glo.prima magna in fi.uerbis ubi gl. dicit quòd si testator dicat, si filius meus decesserit in pupillari ętate uel postea quandocunq; talem substituo. quòd illa est pupillaris expressa infra pubertatem, & postea fideicommissaria. pondera quod ibi non dictum fuit si hæres erit & tamen glo. dicit ꝙ est pupillaris, & ne dum pupillaris sed etiam pupillaris expressa. & sic apertè contra Bal. 6.contra Bal.pondero gl.in.l.fi. C.de impuber.& aliis.secunda glos ubi si testator filio pupillo instituto, dicat, quisquis mihi hæres erit, filio meo heres esto, illa erit

32 *Pupillo facta substitutio intelligitur pupillaris.*

pupillaris. nam 32 dicit ibi glo.ex hoc quòd dicit filio meo, nota quòd pupillaris fuit. pondera ergo quòd ibi filius fuit pupillus,nec fuerunt posita uerba si hæres erit, immo nec fuit dictum si decesserit in pupillari ætate sed ex eo, quod est dictum filio meo hæres esto, est pupillaris postquàm erat ille pupillus, cui est facta substitutio. & sic apertissimè contra Bal. Septimo contra Bal.s.quòd illa sit pupillaris, pondero uerba Bar. in.l. si ita scriptum.§. qui filio. ff. de bonorum posses. secundum. tab.ubi Bar. uult quòd si testator dicat,uolo quòd si filius meus decesserit in pupillari ætate, bona mea deueniant in talem,quòd illa substitutio erit pupillaris, non obstante quòd testator dixit tantùm de bonis propriis, non de bonis pupilli: quia illa uerba bona mea &c. multùm operantur & succeditur pupillo in omnibus bonis. pondera ergo quòd ibi non fuit dictum si hæres erit, sed solùm si decesserit in pupillari

33 *Pupillaris est, si dixi, si pupillus in pupillari ætate decesserit Seius mihi heres esto.*

ætate,tamen ibi erat dubitatio propterea quòd testator dixit bona mea. Vnde si illa uerba non essent apposita indubitanter esset pupillaris & sic non facit Bar. nisi in illis uerbis si decesserit in pupillari &c. pondero 33 ergo à fortiori, quòd ne dum est pupillaris etiam si non dicatur si hęres erit, sed etiam si apponatur aliud uerbum, quòd uideatur obstare, puta quia testator dicat si decesserit filius in pupillari ætate,talis sit mihi hęres. nam illud uerbum si hæres erit, non est de substantia,& illud uerbum,mihi,debet detrahi ut per Bar.ergo ex illis uerbis si decesserit in pupillari ætate apertè resultat pupillaris,non compendiosa. & sic contra Bald. pro solutione prædictorum ego considero,quòd quædam est pupillaris expressa & in specie, alia est pupillaris expressa, non in specie sed in genere. Si ergo testator dicat,si hęres erit & in pupillari ætate decesserit &c. Ista est pupillaris expressa & in specie & continet in se uulgarem,quæ est omnino tacita,quia uerba repugnant l.iam hoc iure.ff.de uulga. subst.cum concordantiis. Si autem testator dicat, si in pupillari ætate decesserit &c, omissis illis uerbis si hęres erit, tunc etiam erit pupillaris non in specie sed in genere, & continentur sub his uerbis duæ substitutiones scilicet pupillaris,& uulgaris, & utraque est expressa saltem in genere, quia uerba si in pupillari ætate &c.possunt exponi.s.adita hæreditate & sic erit pupillaris, uel non adita, & tunc erit uulgaris.s.expressa in genere & hoc fortè uoluit Bal. dum dicit quòd est compendiosa & continet uulgarem expressam, quod non esset si esset pupillaris in specie. nã tunc uulgaris,quæ ibi continetur,non est expressa, neque in genere,neque in specie,sed omnino tacita.modo respõdeo ad ea, quæ adduxi in contrarium,& primo,non obstat.d.Bald.in.d.l.precibus in ultima columna. nam fateor quòd si testator dicat si decedat pupillus ut in pupillari ætate &c.quòd tunc est pupillaris ut ibi per Bal. quod intellige.s.expressa in genere non in specie, & sic potius est compendiosa & sic cõcordat cum.d.Bal.principali.Secundo non obstat quòd uerba si hæres erit,nõ sunt de substantia pupillaris substitutionis, nam fateor si loquamur de pupillari expressa in genere, quæ dicatur compendiosa alio respectu ut dixi. sed illa uerba si hæres erit,bene sunt de substantia pupillaris ad hoc quod dicatur pupillaris propriè & in specie & ad hoc quod uulgaris ibi comprehensa dicatur omnino tacita, & sic non obstat. uel secundo posses dicere, quòd immo illa uerba,si hęres erit, sunt de substantia pupillaris substitutionis in specie, si autem non apponantur erit compendiosa:& continebitur pupillaris expressa in genere,& uulgaris expressa,quia postquam institutus est, potest mori infra pubertatem hęreditate adita,& non adita: & uerba si in pupillari ætate &c. utrunq; comprehendunt in genere, licèt non in specie. Sed quando est exhęredatus cum non posset contingere casus affirmatiuus scilicet aditionis,quia non est institutus: ergo illa uerba si hęres erit, non sunt de substantia illius pupillaris,& tamen dicitur pupillaris in specie,illo casu,neq; tunc continebitur ibi uulgaris,ut puto,neque in genere neque in specie. nam quemadmodum adire non potest, quia non est institutus,eodem modo non potest repudiare idest non adire: quia nolle adire hęreditatem non uidetur, qui nõ potest adire & si uellet.l.nolle.ff. de acq.hæ.quia is potest repudiare, qui potest acquirere.l.is potest eo. titul.& quia priuatio præsupponit habitum.c. ad dissoluendum,de disponsatione impuberum.& in.l.decem.ff. de uerbo.obligatio.& in.l.fin.ff.si cer.pet.& in.l. manumissiones.ff.de iust.& iu. Si ergo non potest repudiare ergo nulla uulgaris ibi continetur,ergo ista nullo modo potest dici compendiosa. & sic decisio Bal. non habet locum isto casu, sed solùm quando filius institutus est & ex prædictis colligo casum,in quo in pupillari expressa non continetur uulgaris, neque expressa,neque tacita:& sic est limitatio ad.l.iam hoc iure.ff. de uulgari & pupillari subst. cum concordantiis. tamen tenendo opinionem Bal.habes extensionem ad quæstionem præcedentem.s.quòd 34 uulgaris compræhensa in compendiosa admittitur contra matrem, procedit nedum quãdo compendiosa est facta hoc modo,quãdocunq; filius meus decesserit talem substituo &c. sed etiam quando est dictum solummodo,si filius in pupillari ætate decesserit &c. nam etiam ista est compendiosa limitata ad pupillarem ætatem,& uulgaris, quæ ibi continetur,est expressa in genere, & admittitur contra matrem.quod

34 *Vulgaris cõtẽta sub compendiosa admittitur contra matrem.*

est notandum. ad alia fundamenta, quæ adduxi contra Bald. potest respoonderi, distinguendo inter pupillarem expressam & in specie, & inter pupillarem expressam in genere. uerè tamen puto, quod non fuerit illa mentio glo. quam suprà allegaui neque inteotum Bar. in d.l. si ita scriptum. §. qui filio. ff. de bono. poss. secundum tabulas. Vnde nisi haberemus authoritates Bal. & aliorum, ego crederem uerius quod dixi per mea fundamenta, scilicet quòd esset pupillaris expressa & in specie. cogita iterum, nam mihi uidetur text. expressius contra doct. in l. qui liberis in pr. ff. de uulga. ubi text. ait quòd 35 pupillaris est pura, si dixi, si filius infra 14. annum decesserit, substituo. tex. etiam expressius in l. §. prius uersi. sed si quis eod. titulo eodem modo inducendo, tex. expressum in. l. pater fam. in pr. ff. de priuileg. credi. tex. in. c. si pater uersic. cum in substitutionibus de testam. lib. 6. tex. in. §. substituitur, inst. de pupill. Vbi uidetur probari quòd si dixi, quisquis mihi hæres erit, is filio impuberi hæres esto. tunc illa est pupillaris substitutio, etiam si nec dixerit, si impubes heres erit, nec etiá dixerit (quòd amplius est) si impubes in pupillari ætate decessit. Denique 36 in hac specie uerius ausim dicere, matrem impuberis per substitutum excludi, & idẽ in matre testatoris: nam illa uerba, si filius in pupillari decesserit, substituo, hunc habent sensum ut substitutus admittatur non solùm si filius hæres non erit, sed etiam si hæres factus decesserit: ut non solùm ante arquisitá hæreditatem sed etiam post hæreditatem per impuberẽ quæsitam substitutus admittatur ad exclusionem legitimorum hæredum impuberis. Nam 37 si diceret testator impuberem filium instituo, Titium substituo. tunc esset uulgaris. glo. Bar. & omnes in. l. Gallus. §. 1. ff. de libe. & posthum. ergo si post uerbum substituo, adieci si impubes decesserit, sensus est, ut etiam si impubes heres factus decedat, substitutus admittatur ad exclusionem eius interpretationis, quæ fit per. l. post aditam. C. de impub. Præterea cum illod uerbum possit referri ad tempus, quod est ante testamẽtum, uel etiam inter testamentum & mortem testatoris, uel inter mortem testatoris & aditam hæreditatem, uel etiam ad tempus post aditam: & constet quòd si impubes defunctus iam erat tempore testamenti, uel post testamentum decesserit ante mortem testantis, uel post mortem testantis ante aditam hereditatem constet inquam quòd decessit his temporibus, uerificantur uerba testantis iis casibus substitutum uocantis, non uideo ut contra uerba expressá substitutionis mater testantis uel impuberis possit admitti. cùm sobstitutio tacita dicatur quando uerba repugnant, hic autem non repugnant. Ex superioribus colligo, quòd op. Bar. & sequacium dicentium, quòd 38 uulgaris tacita, contenta sub pupillari expressa non admittatur contra matrem testatoris uera esse non potest. nam illa uerba si hæres erit & pupillari ætate decesserit, hunc habent sensum ut non solùm si impubes hæres oon erit, substitutus admittatur. sed etiam si heres erit, si tamen in pupillari ætate decesserit: quasi expeditior casus esset quando impubes hæres non fuit. & ad Bar. num. 28. & num. 23. in d. l. 2. de uulga. adde quòd illa 39 uerba si hæres erit & impobes decesserit sunt interpretanda, & si hæres erit & impubes &c. uel sic siue heres erit & impubes, ot sit sensus, quòd substitutus admittatur non solùm si pupillus hæres non sit, sed & si sit & io pupillari decesserit. Verùm id negari non potest, quin per interpretationem inducatur contra proprietatem uerborum ex coniectura mentis. argumento inst. in pr. de pupill. l. 1. ff. eod. nam si heres factus pubes decessit, expeditum. quòd si pubes decesit postquam repudiauit, iam diximus. quòd si utraque conditio extitit, expeditum. Ergo 40 aut extitit utraq; conditio. aut prima tantùm; aut secunda tantùm, si utraquè conditio extitit, quia pupillus extitit heres & in pupillari ætate decesit; substitutus capiet bona utriusque. i.

35 Pupillaris an compendiosa sit, si dixi, si filius infra 14. annos decesserit substituo. ardua. q.

36 Mater tã pupilli quàm etiã testatoris excluditur per illam pupillarẽ si filius infra pubertatem decesserit.

37 Pupillum instituo, Sempronium substituo. uulgaris est.

38 Vulgaris tacita contenta sub pupillari expressa admittitur contra matrem testãtis. contra cõmunem.

39 Pupillaris substitutionis illa uerba, si hæres erit, quo sensu uideãtur adiecta.

40 Pupillaris subst. quis sit effectus, quando

tam patris quàm filii. l. sed si plures. §. ad substitutos. ff. de uulga. quòd si prima tantùm conditio extitit, quia pupillus hæres extitit, sed non decesit in pupillari ætate: tunc pupillaris expirat, & substitutus neutram hæreditatem capiet. quòd si secunda tantùm conditio extitit, quia pupillus abstinuit, sed in popillari ætate decesit: tunc substitutus utriusque bona habebit, licèt diuersis temporibus, quia simul ac pupillus abstinuit statim substitutus bona testatoris habebit: & cum postea pupillus decesserit eius quoque bona capiet substitutus. secundum Bar. cum quo est uera & communis op. (ut ibi diximus) in. l. 1. nu. 29. ff. de uulg.

Item 41 intelligo, Pupillarem induci, cum dixi filius esto heres, eique substituo: si quidem impubes erat, idque contra omnes uidetur. moueor quia proprietas uerbi heres esto, uel substituo, non repugnat & licèt per. l. interpretationem restringatur uerbum substituo ad casum repudiationis, tamen id fit fauore ipsius, cuius substitutio fit, qui fauor cessat in impubere, ergo debet cessare illa interpretatio; ne inducta ad unum effectum &c. fac. t. l. 3. l. qui liberis. in pr. &. §. hæc uerba. l. si is qui ex bonis. l. si pater filio impuberi de uulga. ff. l. sed si plures in pr. &. §. filio. l. si is qui heres eod. titulo. Adde quòd substitutio interdum fit absque expressione ullius conditionis ut modò dixi. aliquando duæ exprimuntur conditiones, scilicet, non erit, uel decesserit, interdum prima tantùm. conditio exprimitur, interdũ secunda tantùm. primo casu ex proprietate uerborum fieret locus substitutioni nisi per interpretationem ab illa recederetur, qui recessus cessat in pupillari ut dixi. Secundo casu idem indistinctè quia in expressis cessant coniecturæ. tertio casu scilicet cum dixi, si hæres non erit, tunc illa conditio nil operatur quasi uideatur adiecisse conditionem, quæ inerat à lege. l. post aditam. C. de impuberum. quo fit ut uis illius conditionis, quæ respicit utilitatem instituti eneruetur, cum incipit ei nocere ut io pupillari. quarto casu, sensus conditionis est, ut non solùm ante aditam substitutioni locus sit, sed & post aditam quasi dicat, non solùm si non adieris sed & si adieris & decesseris. conditio ergo adiecta, quo magis substitutus admittatur, non debet operari quominus ad. l. ille à quo. §. si de testamento ad treb. resp. quòd uerba non patiebatur ut dixi supra simi. nam si dixi si pupillus hæres erit & impubes decesserit, substitutioni locus sit: licèt heres non sit, quia illa coniunctio si, exponitur pro etiam si. In summa 42 qualitas substitutionis seu species ex qualitate personæ, cui substitutio fit potissimùm intelligitur. c. si pater de testam. lib. 6. dum ait dum modo conueniat rebus & personis. Nec dubiũ est quin si dixi, filio 43 impuberi si decesserit substituo dubitari iustè possit, utrum sit pupillaris propterea q impuberi facta fuit, an uerò sit fideicommissaria propter uerbum decesserit. argumento d. §. si de testamento. an fortè sit compendiosa continens pupillarem infra pubertatem, & fideicommissariam postea sicq; mixtá uideatur substitutio, id quod tenet communis op. ut firmat Ripa nume. 140. in. l. centurio. ff. de uulg. Alexand. consil. 3. lib. 1. idque respondendum esset & est, inspecta proprietate uerborum. Sed in contrariam partem ut nõ sit compendiosa, aut mixta, sed simplex pupillaris procliuior sum ex mente testatoris. quare si ita dixi Titius 44 filio meo impuberi hæres esto, uel quisquis mihi heres erit, is filio impuberi hæres esto. pupillaris est quia uerbum substituo, potest referri ad tempus tam aditæ quàm repudiatæ hæreditatis. uerba succedendi diriguntur ad impuberem, cui hæres esse substitutus non potest, nisi ex pupillari. Nec obst. quòd aliás uerbum mihi heres esto, non impediat uulgarem. l. 3. uerbo, mihi, de uulg. ergo similiter uerbum filio impuberi pupillarẽ non debet inducere. nam resp. secundum Ripam. ff. de uulg. in. l. centurio. quòd quando iam est formata pupillaris, id non sufficit ad alterandam eam: sed quando non

post abstẽtionem pupillus impubes adhuc decessit.

41 Substitutio informis impuberi facta, continet expressam pupill. & etiam uulga. uerbis generalibus.

42 Substitutionis species colligitur ex qualitate personæ, cui fit.

43 Pupillaris est, non compendiosa, cum dixi filio impuberi si decesserit, substituo. contra cõmunem op.

44 Pupillarem inducunt illa uerba, quisquis mihi heres erit, is impuberi heres esto.

est

est formata, tunc sufficit ad inducendam uel non. itaq; si dicerem, quisquis mihi hęres erit, is mihi hęres esto, si impubes hęres non erit, tunc uulgaris tantùm erit. Vide Ripam num.140.in.d.l.centurio & num.149. pro nobis est tex.in.l.3.de uulga.uerb.impuberis hęres, & in l.qui liberis iuncto pr. cum uersi.quisquis, eod. ubi æquiparantur hæ orationes, si filius in pupillari decesserit, & hæc quisquis &c. idque contra glo. mag. inst. de pupill.§.qua ratione, cum qua cæteri simpliciter transeunt. adde pro nobis.l.in substitutione.ff.de uulga.dũ ait in substitutione filii, patris enim diceretur, si esset uulgaris. agnosco tamen communem op. esse in contrarium.s. talem substitutionem per superiora uerba non induci, sed potius mixtam, uel compendiosam. ut testatur Franc.de Ripa in.d.num.140.& per Alexand.d.consil.j.lib.1. Sed nostra op. dilucidè probatur in.ll.suprà allegatis neque ad rem pertinet.l.precibus.C.de impuberum. nam 45 ibi testator dixit quandocunque decesserit substituo, quæ uerba cum sint generalia respectu temporum, non possunt salua proprietate uerborum restringi ad pupillarem tantùm ætatem argumento tex. sing.in.l.Titius.ff.de libe.& posthum. Nec obstat.l.centurio.ff.de uulgari. nam procedit quando dixit testator si decesserit infra annum.25. sicq; cum pupillaris duret usque ad 14. duntaxat annum euidenter uoluit testator ad compendiosam transire. ergo aut testator expressit tempus breuius quàm pubertatis, & pupillaris erit.l.si quis ita.ff.de uulg. aut expressit tempus ipsius pupillaris ætatis, & idem ut in pr. &.§.masculo inst. de pupill.l.1. ff.de uulg. aut excessit tempus pupillaris ætatis, non tamen comprehendit tempus totius uitæ eius, cui fiebat substitutio, & in pupillari ætate, erit pupillaris, postea fideicommissaria.d.l.centurio. aut comprehendit tempus totius uitæ eius cui fiebat substitutio puta quandocunque decesserit. & idem ut.d.l. precibus.

45 *Compendiosa, uel etiam pupillaris ut tria exempla & differentiæ.*

De pupillari substitutione §. xiiij.

SVMMARIVM.

1 *Liberorum plures species.*
2 *Pupillarem qui facere possint.*
3 *Pupillaris quibus liberis fieri possit.*
4 *Pupillariter qui possint substitui.*
5 *Pupillaris capax interdum est, qui ex patris testamento capere nequit.*
6 *Pupillaris codicillis fieri nequit.*
7 *Pupillaris simul cum testamento patris, uel etiam post fieri potest, sed non ante.*
8 *Pupillarem etiam hodie mater facere nequit.*
9 *Mater uti potest remedio pupillari simillimo.*
10 *In terminis.d.l.si mater, an detur querela?*
11 *Querela dabatur instituto à matre sub conditione non potestatiua.*
12 *Intell.l. si mater.ff. de uulg.*
13 *Querela cessabat in casu.l. si mater.ff. de uulg. contra Cuma.& Areti. nec ibi conditio reijcitur contra eosdem, & tale testamentum etiam in patre ualeret contra eosdem, etiam hodie ea conditio non reijceretur contra eosd.*
14 *Intell.l.Seius Saturninus.ff.ad Treb.*
15 *Tertius intell.*
16 *Intell. huius tex.d.l.si mater.ff.de uulga.*
17 *Vulgaris non pupillaris est, cùm mater filiũ cum erit annorum 14. instituit, eique substituit. contra doctores.*
18 *Querela cessat quando filius à matre sub conditione, uel die incerto filij commodum respiciente instituitur.*
19 *Mater potest facere, ut bona sua ex toto ad quendam peruenia nt si filius in pupillari ætate decesserit contra nouissi.*
20 *Mater potest uti remedio pupillari simillimo ad excludendum etiam patrem, qui & à querela excludetur.*
21 *Querela non datur matri contra pupillarem, nec contra exemplarem, contra Alex.& Iaso. cum communi opo.*
22 *Mater legitimos filij hæredes onerare potest contra Rode. Xuarem.*
23 *Declaratio.l.11.& l.j.& .5.tit.5 par.6.*
24 *Tempus certæ ætatis quando faciat conditionem.*
25 *In terminis legis si mater.ff.de uulg.non datur querela contra communem.*
26 *Bon. poss. secundum tab. pendente delatione datur filio à matre cum erit annorum.14.hæredi scripto.*
27 *Matri par amor ut patri erga filios est, sed non par potestas.*
28 *Pater filium instituit cum esset annorum.14.eique substituit, ualet tam institutio quàm substitutio, utrunque contra nouissimos.*
29 *Patris testamentum non uitiat conditio casualis, uel mixta.*
30 *Conditio filio utilis de eius institutione non reijcitur.*
31 *L.si mater.ff. de uulg. procedit etiam in patre.*
32 *Pupillari plura remedia similia.*
33 *L.multi.ff.de lib.& posth.hodie est incorecta.*
34 *Fideicom. interdum comprehendit non tantùm testantis sed etiam impuberis bona.*
35 *Pupillaris quare inuenta, & an fieri possit prodigo & mulieri luxuriosè uiuenti? ardua.q.*
36 *Muto & surdo an exemplaris fieri possit.*
37 *Muto & surdo etiam non petenti datur curator, aliud in adulto.*
38 *Exemplaris an usque ad annum.25.fieri possit, ubi usque ad illam ætatem, quis impubes intelligeretur. ardua.q.*
39 *Pupillaris quare inuenta.*
40 *Pupillaris an usque ad annum. 25. fieri possit, ubi usque ad id tempus impubes quis intelligeretur. ardua. q.*
41 *Præscriptio an recipiat augmentum.*
42 *Præscriptiones sunt odiosæ, sic non extenduntur.*
43 *Præscribens in uno capitulo, non extenditur ad aliud.*
44 *Præscriptio est limitata iuxta possessionem.*
45 *Præscriptio tantùm habet de potentia quãtùm de actu.*
46 *Præscriptio non extenditur ex causa uel similitudine.*
47 *Præscripto iure ex communicandi, non præscribitur ius suspendendi, aut interdicendi.*
48 *Præscribens succedere sede uacante, non præscripsit ea quasi uacante.*
49 *Præscribens ut solus puniat, non præscripsit ut solus leges ferat.*
50 *Præscribens ius uisitandi per se, non præscripsit ius uisitandi per alios.*
51 *Præscriptio seruitutis aquæ, non extenditur ad uiam.*
52 *Præscribens ius alienandi emphiteosim certo modo, non potest alienare alio modo etiam utiliore.*
53 *Præscriptio decimarum an extendatur ad noualia?*
54 *Pupillaris quibus rationibus uitatur.*
55 *Pupillaris an fieri possit usque ad.25. annum stante statuto quòd usque ad illam ætatem quis uideatur impubes. ardua. q.*
56 *Leges nouæ per ueteres interpretantur.*
57 *Pupillaris fieri potest usque ad 25.annum, stante statute, quòd impubes quis uideatur usq; ad annum.25.*
58 *Pupillaris patriam potestatem quo tempore exigat. ardua.q.*
59 *Captus ab hostibus potest hæres institui.*
60 *Pupillaris, quæ initio ualere cum effectu desijt, uulgarem non desinit continere. ardua.q.*
61 *Vulgaris sub pupillari contenta, est æquè principalis.*

Pupillaris

141 *Pupillaris ut ualeat, non debet praecedere testamentum patris.*

142 *Exhaeredatio est testamenti caput.*

143 *Pupillaris, quae longo interuallo praecessit testamentum principale non ualet.*

144 *Pupillaris si in testamento principali fiat, ualet, licèt praecedat haeredis institutionem iure nouo.*

145 *Pupillaris, quae principalem institutionem praecedebat inspecto ordine intellectus iure etiam ff. ualebat.*

PVPILLARIS substitutio in sui creatione plura desiderat, de quorũ singulis uideamus: & quia Bar. enumerat octo requisita, circa primum requisitum uidebimus, qui possint pupillarem facere, & quibus, & qui possint pupillariter substitui, & de quibus rebus, & qua scriptura, & quo tempore. & praemittendum est, quòd liberorum 1 quidam sunt legitimi & naturales, quidam legitimi tantùm, quidam naturales tantùm, quidam nec legitimi, nec naturales inspecta legis censura, quidam legitimati. glo. in prin. insti. de adup. Ange. de perig. in tract. suit. q. 3.

1 *Liberorum plures species.*

Legitimi autem & naturales sunt in multiplici differentia. nam quidam sunt masculi, sunt etiam foeminae. Item quidam in primo gradu, quidam in remotioribus Eorum autem, qui sunt in remotioribus gradibus, quidam tenent locum filiorum, quidam autem non tenent. Item quidã sunt in potestate, quidam emãcipati, quidã etiam in adoptionem dati. Itẽ quidam habent suitatem, quidã non habẽt. suitas multipliciter amittitur ut alias dixi. Itẽ quidã sunt nati, quidam posthumi. Posthumorum autem est multiplex differẽtia. Item quidã sunt ueri, quidã putatiui. ut. l. eam quam. C. de fideic. Item quidam agnoscuntur à patre, quidã abnegantur. l. quidam cũ filio. ff. de uerb. oblig. l. eam quam. C. de fideicomm.

Legitimi tantùm sunt in multiplici differentia, quidã enim sunt per arrogationem quaesiti. quidam per adoptionem. Item quidam sunt in primo gradu. quidam in ulteriore. quidam nati, quidam fortè posthumi. Dubito enim an posthumus possit adoptari, quod uidetur. argumento. l. sed est quaesitum de libe. & posthum. iuncta. l. placet eod. Item quidam in primo loco. quidam in ulteriore. Item quidam ueri, quidam putatiui, quidã extranei, quidam consanguinei. Vt si nepotem naturalem in locum filii adoptes.

Quibus suppositis dic, quòd 2 omnes parentes filios in potestate habentes, qui possunt sibi facere testamentum, possunt etiam liberis suis pupillarem subst. facere: & qui sibi testari non possunt, non quoque liberis suis poterit testari. de quibus in glo. §. legari inst. de lega. per totum. C. qui testamen. fac. per totum inst. quib. non est permiss. facere testa. in. l. 2. ff. de leg. 1. sed an mater possit pupillarẽ facere inferius dicam. Quo ad secundum, scilicet quibus fieri possit pupillaris, dic, quòd 3 liberis nostris, quos habemus in potestate. ut in. l. 2. ff. de uulga. in pr. inst. de pupill. ergo eorum liberorum de quibus suprà mentionem habuimus potest fieri pupillaris liberis legitimis & naturalibus. ut d. pr. inst. de pupillari & d. l. 2. ubi Bar. col. 4. l. si testamento. C. de impub. idem in liberis legitimis tantùm, quales sunt adoptati, uel arrogati. l. sed si plures. §. in arrogato. l. 2. uers. sed & si extraneum. ff. de uulg. l. si arrogator. ff. de adopt. fallit hodie in quibus casibus adoptatus non transit in potestatẽ patris adoptiui, ut in terminis. §. sed hodie inst. de adopt. l. cum in adoptiuis. C. eod. secundum Bar. in. l. 2. ff. de uulga. col. 4. cuius op. non solùm communis sed etiam indifferenter recepta est, secundum Ripã in. d. l. 2. in primo requisito, qui disputat ad utranq; partem. idem denique in omnibus liberorum generibus de quibus suprà mentionem habuimus, praeterquam in emancipatis & in naturalibus tantùm. argumento. d. l. 2. de uulga. iuncto. §. 1. inst. de patr. potest. & l. Lucius. ff. de uulga. ita Bar. in d. l. 2. colum. 1. cum quo transeunt omnes ibidem indifferenter in primo requisito.

2 *Pupillarẽ qui facere possint.*

3 *Pupillaris quibus liberis fieri possit.*

Quo ad tertium, scilicet, qui possint pupillariter substitui dic, quòd omnis, nisi qui non habet testamenti factionem, de quibus per glo. d. §. legari. inst. de leg. ratio quia omnes censentur permissi, qui non reperiuntur expressim prohibiti. l. nec non. §. quod eius. ff. ex quib. cau. mai. adde & amplia, ut etiã is, qui ex testamento patrisfam. solidum capere non potest, qualis 5 est filius spurius possit pupillariter substitui & ex testamento pupillari solidum capiet. l. si is qui ex bonis. ff. de uulga. ratio quia licèt testamentum tam paternum, quàm pupillare, unum testamentũ reputetur. l. 2. §. prius. ff. de uulg. l. Papinianus. § sed nec impuberis. ff. de inoffi. testam. l. patris & filii. ff. de uulga. §. igitur inst. de pupilla. tamen quo ad hoc testamentum pupillare solius impuberis, non etiam patris testamentum intelligitur, ut ibi. Nam ut inquit glo. in. d. §. sed neq; impuberis, quasi reuoluto mantello ea pupillaris substitutio modo patris testamẽtum modo filii intelligitur. quasi geminam bifrontemq; naturam gerat, quo magis pupillaris substitutio conseruetur, tutus est fauor ipsius. Ad quartum scilicet, qua dispotione seu scriptura, dic, ꝙ 6 pupillaris in testamento fieri potest. d. l. 2. in. §. quisquis & §. prius. l. 1. in fin. ff. de uulg. codicillis autem fieri non potest. l. 2. C. de codicill. §. 1. inst. eod. Sed an facta codicillis ualebit in uim fideicommissariae? quod uidetur argumento. l. Scęuola. ff. ad trebel. in contrarium facit inst. de pupill. §. extraneo & l. uerbis per Bar. & omnes. ff. de uulga. & ilico dicemus.

4 *Pupillariter qui possint substitui.*

5 *Pupillaris capax interdum est, qui ex patris testamento capere nequit.*

6 *Pupillaris codicillis fieri nequit.*

Ad. 5. s. quo tempore, dic, quòd 7 pupillare testamentum debet fieri, uel potest fieri simul cum testamento paterno. §. prius. l. 2. ff. de uulg. uel etiam diu post testamentum paternum. l. si quis eum. §. ii. ff. de uulg. sed ante testamentum paternum fieri non posset d. §. prius de quo latius in ultimo, requisito. & quod 8 mater ut supradixi nequeat facere pupillarem substitutionem tenent ultra Bart. in d. l. 2. de uulga. in prin. Nicolaus de Neapol. ibi & Guiliel. de Cun. in. l. precibus. C. de impub. Alexand. in. d. l. 2. n. 15. Calderinus cons. 11. titul. de testam. Bal. consi. 129. lib. 1. Ripa in. d. l. 2. in. 3. requi. Politus de subst. pupill. eod. requisito, estq; communis op. secundum Ripam ibi Guil. Bened. num. 33. in. c. Rainucius de testam. in materia pup. subst. qui omnes firmant idem esse etiam hodie, licèt sit sublata differentia emancipationis & patriae potestatis, quia illud prouidit quò ad successiones legitimas, nõ sic quò ad testamentarias.

7 *Pupillaris simul cum testamento patris, uel etiam post fieri potest, sed non ante.*

8 *Pupillarẽ etiã hodie mater facere nequit.*

Et quia suprà diximus, quòd mater etiam hodie non posset facere pupillarem substitutionem, tu adde, quod id tenuit Bar. & alii suprà relati. in. l. 2. ff. de uulga. col. 2. in pr. per. l. si mater in pr. ff. de uulga. itaque licèt pater pupillariter substituere possit, mater tamen etiam hodie secundum ueras resolutiones, non poterit. per. d. l. si mater, cuius lecturam aggredior, eiusque litera ita se habet.

Si mater ita testatur, ut filium impuberem, cum erit annorum 14. haeredem instituat, eique in pupillaribus tabulis si sibi haeres non erit alium substituat, ualet substitutio.

Mater enim quae 9 de filii sui impuberis legitimis haeredibus perperam fortè sentiebat timebatq; ne impuberi eius haereditatem captantes insidiarẽtur, potuit per hunc modum assequi ne illi ad impuberis morientis successionem ullo casu uocarentur. Nam siue ille in pupillari aetate moreretur, non legitimus abintestato, sed substitutus admitteretur. siue etiam post pubertatem moreretur, iam ipse sibi prospicere posset, testamentum faciendo. l. qua aetate. ff. de testamen. & considera quòd 10 contra. d. l. si mater opponitur sic, iure. ff. Si filius à matre sub conditione casuali, uel mixta instituebatur,

9 *Mater non potest remedio pupillari similimo.*

10 *In terminis. d. l. si mater, an detur querela?*

licèt ualeret testamentum.l.1.&.2. C. de insti. tamen 11 ipse, quia interim uidebatur præteritus, quæ præteritio habebatur pro exheredatione habebat querelam l.filius matrem, ubi Paul.§.si pater puellæ, ubi Fulg.C.de inoffi.testam.Paul.in prin.d.l.quoniam in prioribus, ubi Salicet.& Bald.C.eod.ergò uidebatur quòd in terminis d.l.si mater.testamentum esset nullum.ut.l.si pater.C.de insti.uel competeret querela, quod est contra mentem illius textus.timore huius contrarii uariatur 12 intell.illius tex.multipliciter. primus intell.glo. ibi quæ ait, quòd illa conditio reiicitur per.l.arg.l. hæreditas.ff. de hæred.instit.unde tanquã institutione purificata cessat querela. Sed is intell.reprobatur ab omnibus, quia per.l.illam non reiiciuntur cõditio, nec dies incerta sed tantùm dies certa, cuius spectatio nil operatur. Secundo intelligit Bar.quòd ibi conditio habetur pro die certa fauore ipsius filii arg. d.l.Seius. Sed licèt hũc intell.uideatur tenere doct.tamé uerus nõ est, quia ibid. fuit datus substitutus, unde impugnaretur utilitas ipsius impuberis, si ea dies incerta pro certa esset, tantùm abest ut ei utilius uideatur. estq; nouissima impognatio. Tertius intell. est Bar.dicentis, quod ibi conditio respiciebat utilitatem ipsius impuberis, ideo olim non competebat querela, nec hodie reiiceretur per.d.l.quoniam in prioribus.utilitas autem impoberis (inquit) eo consistebat quòd impubes, & habebat patrem & pater erat malè morigeratus. Sed Areti. reprobat, quia est duplex diuinatio, tertiò & fortius reproba, quia tunc inepta esset & improuida prouisio matris. Nam post pubertatem filii conditione purificata pater acciperet & dissiparet. Vnde apparet, nũ illuc tendere matris prouisionem.adhuc tamen is intell. sapit ueritatem. 4. intell.fuit Bal. & Pauli, quem sequi uidentur doct. & Corn. in.l.si pater col. 3.in fin.C.de insti.quòd ibi, conditio casoalis non uitiat testamentum matris, licèt uitiaret testamentum patris. isq; intell.pertinet ad.l.si pater de insti. C. quæ uidebatur obesse. sed & is intell.ineptus est, quia concludit solùm ab initio ualuisse testamentum, de quo non multum dubitabatur; non tamé concludit, non competere querelam. ex quo 13 intell. infertur primò quòd in terminis illius tex. olim competebat querela secundo quod hodie talis conditio reiiceretur de illo testamento matris. tertiò quòd olim tale testamentum non ualeret in patre.quartò quòd hodie licèt ualeret, reiiceretur cõditio, quę somnia uidentur admittere Cuma.& Areti.prima & secunda conclusio euidéter sunt falsę secundum nostrum intel. tertia & quarta similiter, saltem si filius foret exhæredatus. nam & in patre ea prouisio multum utilis est, ut probaui supra: unde non debet reiici per.l. quoniam.5. fuit intell. Costæ, ubi suprà post Imol.& alios dicétes quòd iure.ff.in terminis.d.l.si mater querela intentari non poterat, quia filius non habuit cohæredem cuius aditione testamentum confirmaretur & contra quem querela instituerettur. Sed ad suprà reprobatum fuit.

11 *Querela dabatur in statuto à matre sub conditione non potestatiua.*

12 *Intell. l. si mater. ff. de uulg.*

13 *Querela cessabat in casu. l. si mater. ff de uulg. contra Cuma. & Areti. nec ibi conditio reiiceretur contra eosdem, & tale testamentum etiam in patre ualeret contra eosdem, etiam hodie ea conditio nõ reiiceretur contra eosd.*

Denique quo apertius apparet in.d.l. si mater.ff. de uulg. quis sit uerus intellectus & uera mens, libuit alias oppositiones facere, & eius literam referre: quæ ita habet.

Si mater ita testetur, ut filium impuberem cum erit annorum 14. heredem instituat, eique in pupillaribus tabulis si sibi hæres non erit, alium substituat: ualet substitutio

Ergo ultra primã opp.suprà factam, secundò contra eundẽ tex. opp.quòd tempus 14 certę ętatis appositũ in persona huius honorati, nõ uideatur facere conditionẽ sed diẽ, & consequenter nõ impediat transmissionẽ.d.l. Seius Saturni.cuius cõtrarium innuit ibi litera. timore huius cõtrarii intell.huius.l.& illius multipliciter uariatur. Primus intell. fuit Bar. dicentis, quòd hic speciale filii fauore tempus certæ ætatis non facit conditionem sed diem, sicut & in.d.l.Seius & sic negat contrarium, licèt regulariter contra.d.l.si cui.§.1.sed secundum hũc intell.substitutio redderetur elusoria, nam filio perueniente ad 14. annos euanesceret substitutio ex defectu conditionis, eodem ante 14. annum moriente euanesceret simpliciter ex ui transmissionis ergo is intell.euidenter falsus est, & est noua impugnatio.licèt Bar.plerique sequãtur.2.intell.Bar.quòd ibi ille dies incertus, seu cõditio respiciebat utilitatem ipsius filii, ideoque olim querelam producebat. hodie reiicietur per.d.l. quoniam.sed is intell. diuinat dupliciter ut supra post Areti.docui.præterea non tollit contrarium. nam & in.d.l. Seius, ille dies respiciebat utilitatem impuberis, non secus quàm hic, ergo attenta ista ratione. ut ibi illud tempus certæ ætatis non facit, conditionem, nec impedit transmissionem: ita & hic, nec deberet facere conditionem, nec impedire transmissionem cuius contrarium is innuit intell.

14 *Intell. l. Seius Saturninus. ff. ad Trebell.*

Tertius 15 ergo fuit intell.Paul.dicentis quòd in.d.l. Seius utile erat quòd tempus certæ ætatis faceret diem non conditionem, quia cum fideicommissum non agnitum transmittatur ibi transmittetur, non obstante die, quod non fieret si esset conditio. Sed cum hæreditas non adita non transmittatur, utile (inquit) non esset quòd illud tempus in terminis.d.l.si mater faceret diem potius quàm conditionem. Sed ut Ias. col. 2. post prin. opportunè aduertit, negari nõ potest quin si faceret illud tempus diem certam, posset filius interim adire aditamque transmittere ergo &c. 4.intell. fuit Alex.ibi dicentis, quòd ut in.l. Seius, fideicommissum uniuersale non agnitum transmittitur, ita & in.l. si mater, hæreditas matris non adita transmittetur. Vnde id tempus non uidebitur nocuisse, cùm transmissio non impediatur.l.un. C. qui ante aper. sed trussa est, secundum Ias. ibi quia illo tempore hæreditas matris non adita non transmittebatur. Præterea si transmitteretur hęreditas frustratoria redderetur prouisio huius.l.ut dixi.5.intell.ipsius Alex. quòd ibi tempus fuit, adiectum executioni, ideo non impedietur transmissio, & consequenter non uidebitur lesus. Vnde fit ut neque olim competeret querela, nec hodie reiiceretur conditio; sed resp. ut per Ias. ubi suprà. Pręterea si transmiss.non impediretur, redderetur elusoria huius.l. prouisio quod supra dixi.6. fuit intell.Areti.& Alex.quòd ibid.dies incertus fauore filii habetur pro certo, & sic neque impedit quin pendente die possit & aditio fieri & transmissio contingere. Sed is non tam uidetur nouus intell.quàm effectus intellectus Bar. Vnde reprobatur ead. ratione. 7. intell. cui Ias. ibi assentiri uidetur, quòd in.l.Seius, tam ex principiò quàm ex fine legis constabat tempus fauore filii adiectum. hic nec constabat, neque credibile erat. Vnde sentit licèt non aperiat hic transmissionem non fieri, ex quo dilatio non filii fauore apposita fuit; sed errat. nam filii fauore fuit apposita & nihilominus cessat transmissio Inque ea excludenda consistit fauor filii ut dixi.8.intel.Areti.ibid.col.j.quem refert Ias.col. 2.concludit non solùm contra uerba, sed & contra mentem testatoris esse, si filius ibid. sub die certa uideretur uocatus, quia tunc posset institutus filius statim adire contra expressam testatoris prouisionem: sed de transmissione, de qua principaliter dubitabatur uerbum nullum. Præterea si rectè inspicias idem pericli erat in l.contraria. adhuc tamen is intell. sapit ueritatem. 9. Tu.dic ut suprà dixi, & cõsidera quòd ut hic testatrix in omni casu legitimos filii hæredes exclusos uoluit (nam ante pubertatem uoluit substitutum præferri eis: post pubertatem uerò ipsum filium) ita & in.l. contraria in omni casu eos exclusos uoluisse uidetur. nam antè pubertatem hæredem fiduciarium eis prælatum, & post pubertatem filium præferri uoluisse uidetur. cur igitur ibi secus quàm hic? resp. durum esse agnosco & arduum ex toto satisfacere, sed resp. differentię rationem eam esse, quòd ibi potest capi hęc coniectura, ut hæres fiduciarius 15

Tertius intell.

duciarius ut homo frugi & parcus electus fuerit à testatore magis propter bonorum conseruationem & administrationem quam propter tutelam impuberis, illudq; te pat eo quòd ei interim bona commiserit: at hic cum bonorum administrationem non ei commiserit, interim non potest uideri propter bonorum administrationem, quam ei non commisit eum delegisse. Vnde superest ut delectus uideatur propter solam impuberis tutelam & legitimorum exclusionem, ne eius successionem ab intestato captantes insidias ei pararent.

16 *Intell. huius tex. d. l. si mater. ff. de uulga.*

5. opp. quòd 16 mater non posset facere pupillarem substitutionem sol. omnes fatentur contrariũ, sed Bal. & Paul. resp. quòd 17 mater fecit tã uulgarem quam pupillarem, neque uulgaris uitiatur per mutilem pupillarem, & est de mente Aretini Cuma. Imol. cum alijs ibidem, & firmat Corras. C. de impu. num. 60. in. l. si testamento. sed multipliciter diuinat. Ideo dic secundum meum intell. quòd uulgaris tantùm facta fuit, quę ideo pupillaris appellatur, quòd per eam cõsulitur pupillo, non minus (secundum nostrum intell.) quam per pupillarem: præsertim si mater formidolosa (post filium institutum sub conditione, de qua ibidem substitutionem uulgarem separatim faceret; tunc enim maiorem similitudinem cum pupillari haberet. argum. §. fin autem insti. de pupill. quod planè uoluit Costa. ubi supra pag. 20. & uide Zasium in tract. subst. pup. num. 12. f.

17 *Vulgaris non pupillaris est, cùm mater filium cum erit annorum 14. instituit, eique substituit. contra doctores.*

Sexto opp. quòd 18 nullam rationem dubitandi habuerit. l. nostra gl. Bar. Imol. Areti. & Ias. ibidem in fin. mille fingunt res, tu dic, quòd ibidem non dubitabatur de primordiali ualiditate substitutionis uulgaris, sed de irreuocabili. nam olim si filius à matre sub casuali instituebatur poterat querelare. l. filius matrem ubi Fulg. de inoffi. testamen. sed ibidem erat institutus sub casuali, ergo uidebatur, quòd posset querelare testamentum matris, quo rescisso gradus substitutionis uulgaris infirmaretur, nõ secus quam gradus institutionis: sed non est ita, quia cum ista conditio respiciat utilitatem impuberis, non parit querelam & consequenter inexpugnabiliter neer que gradus ualebit. argum. d. l. filius matrem. ubi omnes C. de inoffi. testam.

18 *Querela cessat quando filius à matre sub conditione, uel die incerto filij commodum respiciente instituitur.*

Adde quòd Xuarez fol. 50. col. 2. & fol. 51. col. 1. in. l. quoniam. C. de inoffi. test. consultus 19 ut mater facere posset? quòd si filius pupillus moreretur eius bona non ad patrem ipsius uel alios legitimos uenirent, nesciit dare remedium, nisi usque ad quintum quod filius habuit à matre ultra legitimam, in quo (inquit) cadit fideicommissaria. gl. l. uerbis ciuilibus. ff. de uulg. Tu dic quòd si mater utatur beneficio huius legis per quod excludet omnes legitimos filii hæredes morientes in pupillari. Sed an & pater excludetur? puto quòd sic, ut enim pater per expressam pupillarem excludit matrem; ita & mater per expressam uulgarem (quæ ad similitudinem pupillaris inuenta fuit) poterit excludere patrẽ. stringe, nam per pupill. magis prę iudicatur matri quàm per uulgarem patri, cum illo casu ad substitutum pupillarem uadant bona etiam impuberis: isto autem ad substitutum uulgarem non uadant, nisi bona tantùm matris, non etiam impuberis. confirmatur, nam quando mater facit exemplarem, nõ compellitur instituere, nisi filios uel fratres filii, cui substituitur poteſtque patrem preterire, ergo idem & in hac uulgari, illud probat. l. humanitatis. C. de impu. & saltem expeditum puto, uulgarem predictam & exemplarem ualere, licèt pater præteritus sit. Sed an 21 is habeat querelam, & quemadmodum mater non habet querelam contra pupillarẽ substitutionẽ, nec etiam contra exemplarẽ secundũ eos ut per Corra. in. l. humanitatis. C. de impub. nume. 17. ita uidetur, quòd pater contra hanc uulgarem, querelam non habeat: precipuè, cùm per hanc non ita patri, ut per illas matri prę iudicetur. (ut dixi) maximè cum id sit uerè testamentum matris ad cuius bona nullũ pater ius habet. ergo &c. ut. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffi. test. tertio, est tex. ibidem in. d. l. si mater in sui generalitate. Quarto nulla inhumanitas est, si mater malit bona sua post exclusionem filii uenire ad suum matris consanguineum (quem fortè substituit) quàm ad maritum. 5. summus est fauor, qui facit pro conseruatione huius substitutionis & testamenti ad exclusionem querelæ. l. si pars. ff. de inoffi. testam. l. quoniam nouella. C. eod. & licèt Alex. & Ias. quos modò allegaui tenent contra communem, quòd competat querela contra testamentum exemplare, in quo matre præterita extraneus substituitur: moti quòd inhumanum sit eam præterire, tamen defendendo communem, resp. ex mente Deci ubi supra inhumanum minimè esse, si pater uelit quòd post mortem filii sui, ad bona sua. 5. patris sui coniuncti, quos fortè instituit exclusa uxore uocentur. eadem ratione tenerem, quòd mater faciens exemplarem posset suum maritum filii mente capti patrem præterire: licèt doct. non tangant. teneo ergo quòd mater poterit legitimos filii impuberis hæredes omnino excludere substituto uulgari admisso in terminis huius. l. si mater, non secus quàm admisso substituto exemplari in terminis. d. l. humanitatis. Secundo teneo 22 contra eund. Xuarem ubi suprà, quòd mater filio impubere in testamento eius legitimos hęredes onerare potest, quia licet eis hęreditatem filii adimere non possit per modum substitutionis pupillaris, posset tamen per modum substitutionis uulgaris: quod Xuarez non intellexit. quod omnino nota ad text. l. si Titio pecunia. §. fi. de leg. 1. ff. Vnde 23 quod dicitur in. l. 11. & 5. tit. 5. par. 6. matrem posse exemplariter, non etiam pupillariter substituere: declaratur, ut procedat quo ad formam tantùm. nam in effectu mater etiam ferè pupillariter substituit.

19 *Mater potest facere, bona sua ut ex toto ad quemdam perueniant, si filius in pupillari ætate decesserit. contra nouissi.*

20 *Mater potest uti remedio pupillari simillimo ad excludendum etiam patrẽ, qui & à querela excluditur.*

21 *Querela non datur matri contra pupillarem, nec contra exẽplarẽ, contra Alex. & Iaso. cũ communi opo.*

22 *Mater legitimos filij hæredes onerare potest contra Rode. Xuarem.*

23 *Declaratio. l. 11. et l. j. & 5. tit. 5. par. 6.*

Denique 24 huc usque uidimus quando tempus certę ætatis appositum à patre, uel matre in institutione filij sui impuberis faceret conditionem uel diem: nũc uerò generaliter uidendum est, quid in reliquis personis, quæ honorantur à testatore, de quo in. l. ambiguitatem. C. de usufr. & in. l. ex his. C. quando dies legati ced. in quibus probatur, an tempus certæ ætatis faciat conditionem? ubi uide.

24 *Tempus certæ ætatis quando faciat conditionem.*

Denique quo ad. d. l. si mater. ff. de uulg. uide Zasium de subst. pup. num. 13. & eund. in suis singul. intell. pagina mihi. 40. & Corras. nume. 10. in. l. si testamento. C. de impuberum. & Politum de subst. pupill. requisito. 3. nume. 27 & 28. & Viglium in princ. inst. de pupill. num. 6. & Corn. col. 3. ad fi. in. l. si pater. C. de inst. & subst. & Paul. & Socin. in. l. Publius. §. 1. ff. de condit. & dem. qui illius legis uerum sensum nunquam (ut nobis uidetur) perceperunt.

Quæro 25 an in. d. l. si mater posset proponi querela contra testamentum matris? quod nequeat, Costa ubi supra post Imolam, Areti. & alios doct. communiter in d. l. si mater. idque ea ratione, quòd non est contra quẽ posset proponi. unde inferunt quòd si esset cohæres contra quem posset proponi, tunc bene competeret. tu dic, quòd ibi non declarant contra quos proponeretur, nam contra legatarios uel etiam contra ipsum uulgarem substitutum posset proponi. de legatariis, argumento eius quod ait Ias. in. l. filiusfam. §. diuisio. ff. de leg. 1. de substituto patet, nam ponamus impuberem institutum sub conditione, si nauis uenerit, datumque sibi uulgarem substitutum, non ne iniquissimum foret filium interim non posse proponere querelam, sed in suspenso esse? contra. l. filius matrem. C. de inoffic. testamenti. dic ergo quòd filius occupabit hęreditatem quasi intestati successor, & contra legatarios uel alios contradicentes, uel aliquid ex testamento petentes poterit querela proponi.

25 *In terminis legis si mater. ff. de uulg. nõ datur querela cõtra communem.*

Denique magis est, ut querela in terminis. d. l. si mater non possit proponi. nam si posset ea legis prouisio tunc frustrata maneret atque delusa: cum enim ma-

ter filium in tempus pubertatis instituerit eique substitutum dederit, ne interim eius morientis bona ad eius legitimos hæredes peruenirent de cuius moribus secus mater suspicabatur, sicque animaduertatur prudens consilium matris filio prouidentis quonam modo dici potest querelam competere contra. l. filius matrem C. de inoffic. testamento. & contra. d. l. multi non notæ causa. ff. de liber. & posthum. & quæ supra diximus resoluentes sufficere ut querela excludatur, quòd intentionaliter huiusmodi dispositiones factæ sint in fauorem filiorum: itaque non solùm quando re & consilio prosunt, sed & si consilio tantùm prodesse uoluerint id sufficiat ad querelę exclusionem. itaque 26 quod

26
Bon. poss. secundum tab. pendente dilatione datur filio à matre cum erit annorũ. 14. hæredi scripto.

pater per pupillarem substitutionem consequitur idem licèt non ita plenè consequitur mater per uulgarem substitutionem in hunc modum factam, & ut contra pupillarem substitutionem non datur querela, ita etiam contra uulgarem in hunc modum factam querela nõ dabitur. presertim cùm interim hic filius possit fortè pendente hac dilatione secundum tab. bon. poss. petere. l. 2. §. si sub conditione. ff. de bon. poss. secundum tab. sicque alimenta percipere. Postremò 27 lex ipsa non ignorat quin erga liberos par amor sit in matribus sicut in patribus. uc. ff. de curat. furiosi. l. pe. & l. furiosæ. ff. de curat. furio. l. humanitatis. C. de impub. §. qua ratione inst. de pupill. ergo æquum est matres posse huiusmodi prouisionem facere, non secus quam patres. ergo teneo quod in terminis. d. l. si mater cessat querela quando non erat contra quem proponeretur. & hoc cum communi opinione suprà relata. quòd si essent contra quos querela posset proponi communis opin. suprà relata uult querelam posse institui, nos contra, ut non possit, ne illius. l. prouisio eludatur & frustratoria reddatur.

27
Matri par amor ut patri erga filios est, sed non par potestas.

28
Pater filium instituit cum esset annorũ. 14 eique substituit, ualet tam institutio quàm substitutio, utrunq; contra nouissimos.

Illud autem dubium est, an 28 d. l. si mater. ff. de uulg. etiam procedat in patre? ut si pater filium quem in potestate haberet cum esset annorum. 14. hæredem scriberet, eique si heres non esset alium uulgariter substitueret, ualeret testamentum & substitutio? & egregius Emanu. de à Costa in. l. Gallus. §. & quid si tantum par. i. pag. 20. num. 65. ff. de liber. & posth. negat ualere quia inquit sub conditione non potestatiua filius. à patre inutiliter institueretur. ut in. l. si pater. C. de insti. & subst. cum simil. duo erga uult, primùm non ualere patris testamentum. Alterum substitutionem quoque inutilem esse. Nobis utrunq; suspectum semper uisum est, quinimmo 29 tam testamentum patris quàm substitutionem illam ualere, quia hodie per appositionem conditionis casualis uel mixtæ, non uitiatur patris testamentum: sed illa conditio per legem regulariter reiicitur. ut in. l. scimus. §. cum autem. & l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. testam. ista est communis & uera opin. quam tenent Bald. in. d. l. si mater. idem Bal. in. l. si pater suprà all. idem in. l. in suis. ff. de lib. & post. Cuma. Paul. Alex. & Ias. num. 5. in. d. l. si mater, qui hanc firmat esse communem opin. Alex. in. d. l. si pater col. fi. Ias. in. l. filius à patre in prin. ff. de lib. & posth. num. 8. Ias. in. d. l. si pater num. 13. ubi Corneus col. 6. in prin. Roder. Xuarez in rep. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. testamen. in prima ampliatione. diximus plenè suprà lib. i §. 10. nume. 214. quod obtinet quando talis conditio filio nocebat, quòd si 30 utilis sibi erat, tunc testamentum adhuc ualet, & conditio non reiicitur, secundum ueram & communem opin. quam tenuerunt Petrus de Bellapet. Bal. Sali. Fulgo. Ias. & Xuarez in prima. limit. in. d. l. quoniam Bar. Bal. Sali. & alii communiter in. l. filiis matrem per tex. ibi. C. de inof. test. Bar. in. l. si pater puellæ eod. tit. idem in. l. cum ex filio in prin. ff. de uulg. diximus plenè in lib. 1. de succ. creati. §. 10. num. 406. Ergo 31 in specie nostra siue dixeris conditionem illã de qua in. d. l. si mater utilem esse filio, eo casu, quo à patre sub illa esset institutus: & testamentum ualeret, & conditio non reiiceretur: siue dixeris nociuam esse, reiiceretur conditior sed testamentum ualere non desineret, ergo nullo casu defendi poterit quod Emanuel ait i. d. testamentum quasi minus solenne tueri non posse: cum & omni casu ualeat, & conditio ut pote utilis reiicienda non sit. etenim. d. l. remedium licet in matre sit magis necessariũ, tamen non est cur patri denegetur, estque non ineleganis ampliatio ad d. l. si mater, sicque 32 parentibus, qui liberis suis in tenera ętate agentibus consultum uelint, plura a lege prodita sunt remedia. Primum, pupillaris substitutionis. alterum, de quo in. d. l. si mater. tertium, de quo in. l. cum ex filio in prin. ff. de uulg. quartũ, de quo in. l. Seius Saturninus. ff. ad Trebell. quintum de quo in. l. multi non notę causa. ff. de lib. & posth. quæ 33 lex etiam hodie correcta non est secundum ueram & communem opin. quam tenent Bar. & alii in. d. l. cum ex filio in prin. Roderi. Xuarez. in. d. l. quoniam, limitatione. i. Ias. in. d. l. multi ff. de lib. & posth. diximus plenè in. d. lib. i. de succ. creati. §. 10. num 420. ultimum remedium est, de quo in. l. si Titio pecunia alias si fundum per fideicommissum. §. sicuti. ff. de lega. 1 ubi paterfam. (qui filio impuberi subuentum uoluit, ne insidiæ ei ab eius legitimis hæredibus suam hæreditatem captantibus pararentur) potuit eum impuberem hæredem scribere, & eius legitimos hęredes onerare in restituenda uniuersa hæreditate tam patris quàm impuberis, ut sic si quicquam ex successione impuberis hæredes eius legitimi habuerint, illico ab eis abscedat, effugiatque quo minus illi lucro mox euolaturo inhiare possint, aut uelint, neque ad rem pertinet, quòd fideicommisso proprię facultates huius filii regulariter non teneri uiderentur. argum. l. cohæredi. §. cum. filię. ff. de uulga. nam 34 id fallit quando tale onus fideicommissi non ipsi filio sed eius hęredibus impositum fuit, tunc enim tenentur & subiacent oneri huic non solùm bona patris huic filio relicta, sed etiam bona illius filii undecunque quæsita aut profecta. ista est communis opin. per. d. §. sicuti iuncta. l. quod fideicommissum. ff. de lega. i. quam tenẽt Bar. Alberi. Dinus Bal. Ang. Alex. Ias. nume. 15. & nu. 30. & alii communiter in. d. §. sicuti. & ibi Paul. nume. 4. qui firmat, quòd si impubes in pupillari ætatę decedat, restituet bona tam patris quàm filii, detracta tamen trebellianica quarta de utrisq; bonis per Mathæs. not. 164. Bar. consi. 13. Imol. in. c. Rainutius in materia pupillaris ad fi. Bal. in. l. cum uirum col. pe. C. de fideicom. idem in. l. i. §. substinere. ff. de uulg. Roderi. Xuar. in. l. quoniam in prioribus C. de inof. testamen.

30
Conditio filio utilis de eius institutione non reiicitur.

31
L. si mater ff. de uulg. procedit etiã in patre.

29
Patris testamentum, non uitiat conditio casualis uel mixta.

32
Pupillari plura remedia similia.

33
L. multi. ff. de lib. & posth. hodie est incorrecta.

34
Fideicom. interdum comprehendit non tãtum testatoris sed etiã impuberis bona.

Et quia ad creationem ut dixi pupillaris subst. 8. requisita sunt necessaria secundum Bar. in. l. 2. ff. de uulga. & circa primum requisitum suprà plenè disertum est. & Bar. successiuè in. 2. requisito tenet, quòd si caueatur statuto, quòd minor. 25. annis non possit testari tunc paterfam. maiori. 14. annis sed minori. 25. pupillariter substituere poterit. ad hoc requisitum tene cum Bar. & cõmuni. quod nõ erit pupillaris in quæstione de statuto, sed noua ratione, quia pupillaris 35 principaliter inuenta fuit ut tueretur corpus ac salus impuberis. arg. l. multi ff. de lib. & posth. §. sin autem de pupill. inst. idem in curatore furiosi & similium. l. consilio. ff. de cur. furi. cui (ut puto) ob salutem eius principaliter fit exemplaris, qua ratione 36 surdis & mutis ut puto exemplaris fieri poterit, cum isti & regulariter rebus suis superesse nequeant. l. 2. ff. de curat. fur. §. furiosi inst. de curat. & se per morbum non satis tueri possint; id quod ex eo colligo, quia 37 licèt adultis non petentibus, uel inuitis non detur curator. inst. in prin. de curat. his tamen datur etiam non petentibus. d. §. furiosi. Item isti & furiosus satis uidentur ęquiparari in. d. §. furiosi. & d. l. i. cum seq. ergo siue. l. humanitatis. de impub. prouisio emanauerit propter bona, siue propter salutem ac tutelam, siue propter utrunque in his quoque procedere debet. Fallit quando ipsi possunt sibi testari. l. discretis. C. qui test. fac. poss. iuncta. l. ex facto de uulg. fuitque sententia

35
Pupillaris quare inuẽta & an fieri possit prodigo et mulieri luxuriose uiuenti ardua. q.

36
Muto & surdo an exẽplaris fieri possit.

36
Muto & surdo etiã non petẽti datur curator aliud in adulto.

Bar.

Bar.in.l.ex facto num 28.de uulg. qui idem expresſit in prodigo & paritatione idem (ut puto) ſenſerit in muliere luxurioſe uiuente.nos contra in utroque. Nam facultas ſubſtituendi tam pupillariter, quam exemplariter contra regulas iuris communis fuit data.l.captatorias.de leg.2. ergo.d.l.humanitatis licèt poſsit dubitari, an ex paritate rationis poſsit extendi, tamen nulli dubium quin non poſsit ubi minor eſt ratio, minor autem eſt in prodigo, & luxurioſa, quàm in mente capto, cum ille ut pupillus neque rerum ſuarum neque corporis ſui tutelam habeat, in princ. inſtitut. de cur. §.ad certum inſt.qui teſtamento tut.dari poſ.l.conſilio.de cur.furio.ff.ſed prodigus licèt rerum ſuarum nó habeat,tamen corporis ſui habere non deſinit tutelam. ut ex definitione ipſius. (de qua in.l.1.ff. de cur.fur. & in.gl.§.Item prodigus, inſt.qui teſt.fac.) patet ergo & ſi fateamur tam propter bona, quam propter perſonam emanaſſe.l.humanitatis. tamen cum negari non poſſit quin principaliter ob perſonam (ut perſona rebus principalior eſt) ceſſat tam potiſſima ratio. d.l.ſicq; minime extendenda. Et hanc partem negatiuam ut exemplaris mulieri luxurioſæ uiuenti, & prodigo fieri non poſsit ueriorem puto. licèt in contrarium ſit communis op.ſecundum Iaſ.in.l.ex facto num.39. ff. de uulga. de quo in materia exemplaris ſubſtitutionis latius diſſerimus.

38 *Exemplari an uſque ad annum 25. fieri poſsit ubi uſque ad illam ætaté quis impubes intelligeretur. ar dua. q.*

Sed 38 redeundo ad quæſtionem ſtatuti inducentis quem teſtari non poſſe aut pupillum uideri uſq; ad annum.25.an tunc uſque ad illum annum poſsit fieri pupillaris, uel exemplaris, uel neutra? & Bar.in.d.l.2.col. 1. in.fin.ff.de uulg.tenet quòd poterit fieri exemplaris, cuius op.communis eſt ſecundum Ripam ibid. num.17. & eſt communis ſecundum Polit.in tract.ſubſt.in ſubſt. pupillari ſequitur Alexand.in.l.2.ſupra alleg.nume. 13. poſt Bal.in.l.de quibus.ff.de legib.Bald.,in pr.inſtit. de pupill.Imola in.c.Rainucius de teſtam.Nicol. de Neap. & Cum.in.d.l.2.de uulg.ubi Iaſ.nu.18. per Guiliel.Benedict.de pupill.ſubſt.num.28.in c Rainucius de teſta. Corraſius in.l.ſi teſtamento iure facto. C. de impub.nume.5.Bar.in.l.ex facto.ff. de uulga.num. 58. & eſt communis ſecundum Iaſ.ibid.num.39. ſunt qui teneant contrarium ut apparet in locis ſupra citatis huiusq; rei ueritas pendet ab illo, utrum ſit tanta parq; ratio in hoc caſu ut eſt in furioſo & mente capto. Nam cum id nulla lege nulloq; iure receptum ſit in re dubia fieri non poterit. ut in.l.illam.C.de collat.l.Gallus.§.ille caſus.ibi, quod nullo iure.ff.de libe.& poſthum.niſi oſtenderimus quòd eſt identitas uel paritas rationis, ut per Iaſ. poſt Bar.Bald.& alios in auth.quas actiones. C. de ſacr. eccl. quod autem non ſit paritas rationis,uidetur,quia ut dixi

39 *Pupillaris quare inuenta.*

pupillaris 39 non ſolùm inuenta eſt propterea quòd pupillus teſtari non poteſt ut in pr. inſt. de pupill. Sed etiam propterea quòd ad corporis ſui tutelam ſufficiés non eſt, uel idoneus.ut in.§.ſin autem quis ita formidoloſus.inſt.de pupill.l.multi non notæ.ff.de lib.& poſth. & ut perſona præſit rebus ut.§.fin.inſt.de iure perſonarum, ita forte hæc ratio non ſolùm in conſideratione eſſe debet, ſed fortè potiſsimùm inſpicienda. tunc ſic cui dubium quin regulariter, qui eſt 14. annorum habeat ſitq; magis idoneus ad corporis ſui tutelam quàm, qui eſt tredecim uel nondum attingit 14. ergo non uideo ut extenſio fieri debeat in materia exorbitanti (qualis eſt iſta in qua alteri pro altero teſtari conceditur) ubi eſt minor ratio. ſicque uereor,an communis op.uera ſit, & in contrariam partè inclino ac procliuior ſum.

40 *Pupillaris an uſq; ad annum 25 fieri poſsit ubi uſq; ad id tempus impubes quis intelligeretur. ar dua. q.*

Nunc autem uidendum,an 40 uſque ad annum.25. ſtante dicto ſtatuto pupillaris fieri poſsit? & omnes ferè illi de quibus ſupra mètionem habuimus firmant partem negatiuam, ut pupillaris poſt annum 14. fieri non poſsit. ita Bar.in.d.l.2.in fi.pr.col.ff.de uulg.ubi Cum. & Nicol.de Neap. & Alexand.num.13. Iaſ.num.18. ubi Ripa.num.17.hanc dicit communem op. eandem communem dicit Politus num.24. in tract. pupill. ſubſt. ſequuntur Imola in c.Rainucius de teſtamen Bal.in pr.inſtit. de uulga. Bal.in.l.de quibus.ff.de legib. contrariam partem tentat deſendere Iaſ.ubi ſupra quam expreſsè ſequuntur ibid.Ripa num.18.poſt Salicet.Cuma.Areti. ibidem quos ipſe refert Salicet. & Bal.in.d.l. de quibus ſecundum quòd eos refert Iaſo.in d.l.2.num.18 mouentur potiſsimè ex eo, quòd leges nouæ recipiunt interpretationem & extenſionem per leges ueteres.l.1.§.lex falcidia.ff.ad leg.fal.ubi latè Alex. poſt alios Bar.& mudet.in.l.omnes populi.ff.de iuſt. & iur.l.ſed & poſteriores.ff.de legib.unde inquiunt lex noua inducens ut teſtari quis non poſsit uſque ad annos 25. debet recipere declarationem & extenſionem per.l.ueterem iubenté quòd qui per ſe teſtari non poſſet, is per patrem poſſet teſtari. Sed defendendo communem, quæ proculdubio uera eſt,ad hanc leuem rationem reſp.quòd non omnes qui per ſe teſtari non poſſunt, poſſunt per patrem ſuũ teſtari. ut patet in perſonis enumeratis in.§.legari.inſti.deleg.cum glo. quinimmo eorum qui per ſe teſtari non poſsunt iis ſolis per patré teſtari conceſſum eſt, qui teſtari non poterant ob id quòd ad ſui corporis tutelã non erant ſatis idonei, qui autem ad ſui corporis tutelam non deſinunt eſſe idonei qualis eſt uir 24.annorum, is licèt teſtari per ſe uetentur, non poterunt per patrem teſtari ut diximus. præterea tantùm præſcriptum quantum poſſeſſum. Nam præſcriptio non recipit augmentũ uel extenſionem. Sed facultas pupillariter ſubſtituendi eſt præſcripta moribusq; inducta.l.2.ff.de uulg.ergo nó recipit extenſionem uel augmentum.regulaq; 41 illa probatiſsima iuris tantùm ſcilicet eſſe præſcriptũ quantùm poſſeſſum,probatur in.l.quod meo.§. fin. ubi communiter ſcribentes. ff. de acquir. poſſeſſione & in.l.1. §.ſi quis hoc interdicto.ff. de itinere actuq; priuato. ubi Bar.& poſt eum Angel. notant,quòd ſi quis præſcripſit ius colligendi pedagium & probat poſſeſsionem in talibus rebus, in illis tantùm erit ius quæſitum,& idem inſt.in.l.ſi publicanus.§.finali.ff.de publica. & in.l.Titiũ & Meuium.§.altero.ff. de adminiſtrat. tutorum. & in.l.cum de in rem uerſo.col.fi.ff.de uſu. ubi dicit quòd uſus præſtationis non producunt effectum niſi ad illud tantum quòd eſt factum & alibi notabat in authen. qui rem. C. de ſacroſanct.eccleſ.quòd 42 conſuetudo & præſcriptio non extenduntur ultra id quod agitur, eſt enim præſcriptio odioſa,& ideo eſt reſtringenda. ut in cap. odia de regul.iuris in.6.ubi gl.dicens quòd præſcribens uiſitationem, non acquirit procurationem. & notat Dinus in c. poſſeſſor ultima col. de regulis iuris in 6.& glo in c.auditis de præſcript.dixit quòd 43 licèt præſcribatur in uno capitulo,non præſcribitur in alio & ibi Innocen.notat, quòd præſcriptio ſuper uno iure non extenditur ad aliud.eſt enim 44 præſcriptio limitata iuxta poſſeſsionem & ideo de uno ad aliud non extenditur ut in.c.ſine poſſeſsione de regulis iuris in.6. & in.l.denique cum.l.ſequenti.ff.ex quibus cauſis maior. Ex quibus 45 eleganter dicebat. Bald. in.c. primo in uerbo abbatiſſa,qui feu.dare poſſunt, quòd præſcriptio tantum habet de potentia quantum de actu. & ideo ultra actum non eſt extendenda. & in.l. quod conſtituiũ Ne de ſtatu defunctorum ubi pulchrè dixit idem Bald. quòd quamuis in aliquo caſu præſcriptio 46 ſit fauorabilis,non tamen extenditur ex ſimilitudine uel cauſa hinc eſt, quòd 47 præſcripta poteſtate excommunicandi,non præſcribunt poteſtas interdicendi uel ſuſpendendi. ut eleganter notat. Abb.in.c. cum olim penult. col. de præſcriptio. & qui 48 præſcripſit ſuccedere uacante ſede,non ſuccedit ea quaſi uacàte ut notat Domini.in.c.ſi epiſcopus de ſupplenda negligentia prælatorum, in.6.& ſi 49 epiſcopus præſcripſit ut ſolus poſſit punire,non dicitur præſcripſiſſe,ut ſolus condat ſtatuta ſuper criminum punitione.ut notat. Abbas in.c. cum conſuetudinis ad fin. de conſuetudine. & qui 50 præ-

41 *Præſcriptio an recipiat augmentum.*

42 *Præſcriptiones ſunt odioſæ, ſic adeo non extenduntur.*

43 *Præſcribens in uno capitulo, non extenditur ad aliud.*

44 *Præſcriptio eſt limitata iuxta poſſeſsionem.*

45 *Præſcriptio tãtùm habet de potentia quãtùm de actu.*

46 *Præſcriptio non extèditur ex cauſa uel ſimilitudine.*

47 *Præſcripta iure excommunicandi, nõ præſcribitur ius ſuſpendendi, aut interdicendi.*

48 *Præſcribens ſuccedere ſede uacante,nõ præſcripſit ea quaſi uacante.*

49 *Præſcribens ut ſolus puniat, non præſcripſit ut ſolus leges ferat.*

50 *Præſcribens ius uiſitãdi per ſe, nõ præſcripſit uiſitandi per alios*

scripsit potestatem uisitandi per se ipsum, non præscripsit uisitare per alium, ut notat Ancha. in.c.cum ex officiis extra de præscriptio.& Barba. in.c.cum contingat de foro competenti.& præscriptio 51 seruitutis aquæ non extenditur ad seruitutem uiæ ut not. Floria.in.l. si quis diuturno.ff.si seruitus uendicetur. & 52 præscriptio de alienando utile dominium ecclesiæ certo modo, non extenditur ad alium modum quamuis utiliorē. ut notat. Bar.in dicta authen.qui rem.C. de sacrosanct. eccle.& Bald.in authentica si quas ruinas.eod. titulo & in.l.etiam.ff.soluto matrimo.& in.l.si pupillorum.§. fin. ff.de rebus eorum. & 53 præscriptio decimarum inducta in prædiis parroechiæ, non extenditur ad prædia de quibus decimæ non sunt perceptæ. ut notat expressè Innocen.in.c.tua de decimis.& Archidiaconus in.c. quicunque 16.quęst.prima & Abb.in dict.c.cum in tua de decimis ubi communiter scribentes.& in cap.cū contingat eod.titulo ubi licèt decimæ noualium sint eiusdē iuris, cuius sunt antiquæ, tamen ad præscriptionem antiquarum, non sequitur præscriptio futurarum. & ubi notat Abb. in ultimo notabili, assignans rationem, quia in præscriptione debet fieri stricta interpretatio, cum ueniat ad detractionem iuris alterius.

51 Præscriptio seruitutis aquæ, non extenditur ad uiam.

52 Præscriptiōes ius alienandi emphiteosim certo modo, non potest alienare alio modo etiā utiliore.

53 Præscriptio decimarum an extēdatur ad noualia.

Præterea 54 pro nostra & communi sententiā, est tex. expressus in.l.ex facto.ff.de uulga.ubi licèt in furioso & mente capto esset par & fortè maior ratio, quàm in pupillo, tamen prouisio facta in pupillo, non extenderetur ad mente captum uel furiosum: nisi.l.illa facta esset, quinimmo & post illam.l.non extenditur, sed aliam longè diuersa prouisio inuenta est. ut ibi &.l.humanitatis.C.de impuberum.

54 Pupillaris quibus rationibus nitatur.

Adde quòd Alcia. nouissimè tenet contra communē in l.2.ff.de uulga.quia inquit hac sola ratione receptum ut pupillaris fieri possit, quia pupillus testari non potest, sed cum ut diximus etiam aliæ rationes sint, scilicet quia generare non potest, & quia sui corporis tutelam non habet idoneam: uerius est, non hac sola ratione introductum & consequenter extensionem minimè faciendam.

55 Pupillaris an fieri possit usq; ad 25. annum stante statuto quòd usque ad illā ætatem quis uideatur impubes ardua q.

Quid si 55 statuto caueatur, ut iam incidenter attigimus, ut impubes quis sit, uel intelligatur, uel pupillus usque ad annos 25. an ei usque ad illam ætatem fieri possit pupillaris? Politus in tract.subst. pup. tenet quòd non, quia id inquit per statutum caueri non potest, quæ ratio uera non est, & à reliquis meritò impugnatur, quia tempus pubertatis per.l. positiuam taxata est ideoq; per eandem potest aliter denuo taxari.c.omnis res extra de reg.iur.l.secundum naturam.ff.eod.

56 Leges nouæ per ueteres interpretantur.

Contrariam op. ut usque ad illam ætatem pupillaris fieri posit tenent in.d.l.2.ff.de uulga.Sot in.& Alexan. num.14.& Alciatus.nume.11. qui hanc dicit communē op.& Ripa num.18. qui hanc etiam dicit communem op. post Bal. in princ.inst.de pupill.mouentur, quia leges 56 nouæ recipiunt interpretationem passiuam & extensiuam per leges ueteres.l.1.§.lex falcidia ubi Alexand. post alios.ff.ad leg.fal.Bar.& alii in.l. omnes populi. ff. de iustitia & iure. unde ex ui comprehensiua facultas à legibus ueteribus data ut impuberibus substituatur, ut per totum titu.de impub. uel pupillis, ut per totum.ff. de uulga. & pupill. & per totum instit. de pupilla. comprehendit eos, qui impuberes censentur secundum cuiusque regionis consuetudines mores, uel leges. Nec dicatur, quòd inter reliquas rationes propter quas pupillaris inducta est, enumeratur illa quia impuberes generare non possunt. nam resp. Alciatus ubi suprà, quòd nihilominus pupillaris abinitio ualebit, sed per natiuitatem filiorum resoluetur. argumento.l.ex facto.ff.de uulga.quæ resp. non satis tuta est. Ego contra communem moueor noua ratione, quia inter reliquas rationes propter quas pupillaris inducta est, satis præcipua est illa, quia minor 14.annis non est idoneus ad sui corporis tutelam.l. multi non notæ. ff.de libe.& posthum.§.sin autem formidolosus, inst. de pupill. qui autem est 24. annorum negari nō potest quin ad id sit satis idoneus. ergo &c. Præterea pupillaris perniciosa & dura esset, qui ferè semper liberos suscipiunt neque ubi cautum ut si semel ualeret, natiuitate liberorum resoluetur. Vnde is casus licèt ex uerborum proprietate comprehenderetur, tamen ex mente legis debet restringi. Sed an hoc casu saltem exemplaris fieri possit? dicam in materia exemplaris: & communem ultra suprà relatos tenent Corrasi. in.l.si testamento num. 6. C. de impuberum. & Benedict.nu. 28.in d.c.Rainucius in materia pupill.subst.

Tertium requisitum est, ut impubes sit in patris potestate. in princ.inst.de pupill.l.2.ff.de uulg. sed uidendum 58 quo tempore esse debeat in patris testantis potestate, an tempore quo fit testamentum pupillare, uel tempore testamenti paterni, uel tempore utriusque testamenti, uel fortè tempore horum nullo sit necesse; dummodo in potestate esset tempore mortis testatoris. & Bar.col.2.per glo.in.l.2.ff.de uulga.tenet sufficere q tempore mortis patrisfam. testantis impubes in eius esset potestate, licet extraneus fuisset tempore tam testamenti, paterni quàm pupillaris. cuius op. sequitur & communem dicit Alciatus ibid.num.17. communem dicit Couarub. in c.Rainucius.§.1.extra de testamen.nu. 2.& est communis secundum Corras.in.l.quamuis col. 2.C.de impub.qui tamen contrarium tenet, & est communis secundum Ias.in.d.l.2.ff.de uulga.num.17. qui similiter contrarium tenet, idem sequitur & dicit communiter teneri Alex.num.10. in.d.l.2. mouentur omnes per.l.2.ff.de uulga.uersic.sed si extraneum. sequitur & dicit communem Socin.ibid. col.2.post Bald.Ang. Salic. & Imolam num.4.Guiliel.de Cun.in.l. precibus. C. de impub.Angel.in.l.Lucius.ff.de uulga.Bald.in.l.in testamento.in 9.q.C.de testam.mil. Salic.in.l.si testamento C.de impub. Paul. in.d.l.2.ff.de uulga.qui hanc sententiam & hunc intell.ad.d.§.sed si extraneum dicit communiter teneri. hunc intell. & hanc conclusionem dicit communiter teneri Pulitus in tract. subst. pupill. nume.31. usque ad numerum 36.qui tamen ab ea recedit hunc etiam intellectum dicunt communem Zasius.libr. 2.sing resp.fol.40.& iterum in tract.subst. pupill. num. 24. Fumeus in tract. subst. pupill. num.44.quem & dicit communem Guiliel.Benedict.in.c.Rainucius de testam.in materia pupill.subst.num.35.licèt alium sequatur, hanc sequitur & dicit communem Greg.Lupus in l.5.titul.5.par.6.in glo.ensupoder.

58 Pupillaris patriā potestatem quo tempore exigat. ardua q.

Contra hunc intellect. obst. primo.l. quod ab initio ff.de regu.iur.l.1.ff.de regu.cat. ubi quod ab initio non ualet ex post facto non conualescit. stringe; nam quod abinitio non ualet ex post facto non conualescit, licèt sub conditione fieret.l.cætera.§.tractari.ff.de leg.1.ergo si pupillaris ex defectu potestatis abinitio esset inutilis, certè ex post facto uidetur quòd non conualesceret, licèt pupillus, cui fit pupillaris tempore mortis testantis reperiretur sub potestate testatoris. 2. In institutionibus etiam conditionalibus tria tempora habilia desiderantur.l.si alienum.§.in extraneis.ff.de hær.inst.§.in extraneis inst.de hær. qual.inter quæ tempora enumeratur tempus, quo fit testamentum, ergo si tempore, quo fit testamentum pupillare habilitas deficiat, inutile est id testamentum. Sed facilis est responsio. nam habilitas tribus temporibus desideratur in hæredibus institutis, in specie autem nostra pupillus non tam hæredis quàm testantis uicem tenet.l.Papinianus.§.sed neque impub. ff.de inoffic.testamento in princ.inst.de pupill.&.§. igitur eod.tit.sed longè fortius urget, quòd licèt in hæredibus, tribus tantùm temporibus habilitas desideretur, tamen in ipso testatore desideratur non solùm in illis tribus temporibus scilicet tempore testamenti, tempore mortis, & tempore aditæ hæreditatis, sed etiam in reliquis omnibus mediis temporibus. glo. in.d.§. in extraneis

ueis inst.de her.qualit.resoluit.Ias.in.l.si arrogator col. 13.ff.de adoptio.glo.in.d.l.si alienum.§. in extraneis.ff. de hær.inst.& quod medium tempus noceat, ex parte

59 *Caput ab hostibus post heres institui.*

testatoris 59 probat.l.qui ex liberis. §. testamento de bon poss.secundum tab.&.§.non tamen.inst.quib.mod. test.in.l.posthumus.§.fi.ff. de inoffi.testa.est tamen uerum quòd uitium principij magis nocet, quàm uitium medij temporis, nam si abinitio testamentum ualere desineret.ex post facto nunquam uires sumeret, ut.d.l.j.ff. de reg.cat.cum simi.suprà allegatis,unde si impubes sibi faceret testamentum, uel filiusf. uel seruus,uel peregrinus,uel monachus & similes id testamentum ut initio non ualet (ut per totum inst. quibus modis testam. infirmentur & plenissimè diximus suprà sub titulo qui testari non possunt) ita uires postea non sumeret etiã si seruus sui iuris fieret uel impubes pubesceret uel peregrinus ciuis fieret, ceterum si testamentum initio ualuit & postea medio tempore ualere desiit, quia fortè testator se in arrogationem dedit,tale testamentum conualesceret,si is testator sui iuris effectus decederet: si quidem priorem uoluntatem agnouisset, ut est elegans textus in d.§. testamento & in d.§.non tamen,quorum intell.tradidimus in lib.2.§.15.de succ.crea.sicque apparet uitium medij temporis non tam nocere, quam uitiũ principij quia illud non impedit quin ex post facto tale testamentum quòd initio ualuit & postea eneruatum fuit,possit conualescere uiresque resumere, at si initio non ualuisset nunquam uires postea sumere posset,ratio est quia cuiusque rei potissima pars principium est.l.j. ff. de origine iuris. & ideo mala fides in principio impedit usucapionem & tamen ex post facto eam non impediret secundum ius ciuile, ut in.l.cœpeam.ff.de usucap.iuncta prin. inst.eod.tit.dicemus plenè Deo dante lib.2.controuersiarum illustrium. Redeundo tamen ad intellectum Bar.

Ex isto intellectu. Bar. plura bona colliguntur primum quòd 60 pupillaris etiam inutiliter facta comprehendit sub se uulgarem sequuntur omnes, quos suprà diximus tenere communem intell. ad d.§. sed. si extraneum tenet Bar.in.l.in fi.ff.de uulg.ubi etiam sequuntur communiter doct.secũdum ibid.n.228.per.l.fi. ff. de her. inst.ubi qui pupillariter substituere uoluit, uel uulgariter etiam post aditam hereditatẽ noluit substituere nec potuit, tunc ea substitutio ualet,ut uulgaris tantùm. Confirma,quia ut suprà disseruimus,illa 61 uerba pupillaris substitutionis si hæres erit & in pupillari ætate decesserit,hunc habent sensum,ut substitutus admittatur non solùm si primò nominatus hæres non extiterit, sed etiam si extiterit: si tamen in pupillari ætate decesserit: ergo qui extraneum instituit impuberem & adiecit si hæres erit & in pupillari ætate decesserit, hũc habuit sensum,ut substitutus admitteretur non solùm si is extraneus hæres non esset, sed etiam si tamen in pupillari decederet ætate,quo casu uulgaris est æquè principalis sicut pupillaris, potestque per se subsistere siue pupillaris ab initio facta fuerit multipliciter, si ue utiliter facta fuerit & postea euanuerit. hoc enim casu pupillaris expressa uulgari tacita eo duntaxat superior est quòd euidentius facta fuit quàm uulgaris, at tamen utraque facta fuit uel facta intelligitur & neutra earum ab altera pendet,sed per se subsistit æquè principaliter. ut dicit Bar.in.1.ff.de uulg.& nos in materia uulgaris, licèt Politus ubi suprà post alios teneat contra communem opin.dicens quòd licèt pupillaris utiliter facta contineat sub se tacitam uulgarem secus tamen si inutiliter facta esset,quod ut diximus nihil est.

60 *Pupillaris, quæ initio ualere cum effectu desijt uulgarẽ non desinit continere. ardua.q.*

61 *Vulgaris sub pupillari contenta est æquè principalis.*

Secundũ colligitur,quòd 62 pupillaris impuberi extraneo facta abinitio nõ ualeat in usum pupillaris,sed tantùm uulgaris, tamen simul ac is extraneus sub potestate testantis esse cępit, incipit ualere etiam ut pupillaris: quam communem sententiam similiter ueram puto lege & ratione. nam uidetur tex. in. d.§. sed si extraneum secundum hunc communem intell.& urget ratio, nam si cum feci uulgarem uideur etiam pupillarem fecisse: quanto magis si feci expressam pupillarem, quæ ueluti uulgarem germinasse uidetur, ex qua etiam uulgari quid impedit quin rursus pupillaris altera germinata uideatur? uel saltem ea,quæ prius facta fuit modò detecta uideatur? ut in simili in.l.adeò.§.cum quis ex aliena.ff.de acq. rerum dom. & inst. de rerum diuisione.§.cum quis. licèt & in hoc contrarium uelint moderni de quibus suprà,qui communem opin. impugnant.

62 *Pupillaris extraneo facta uires sumit ... (?)* *ac is in testatoris potestatem uenerit est que ardua. q.*

Secundus intellectus 63 ad.d.§. sed & si extraneum fuit, quòd ibi testator prius fecit sibi testamentum in quo extraneum impuberem instituit heredem deinde eundem adoptauit. postremò eidem pupillariter substituit: sicque tempore, quo fit pupillaris iam non erat extraneus licèt fuerat tempore, quo fiebat testamentum principale. potest enim quis prius sibi testamentum facere & longè postea secundas tabulas facere.l. si qui Seium.§.fin.ff.de uulga. quem intell. tenent Salicetus. Franci.de Rampon.Cuma. Paul.& Ias. num.17. in.d.l. 2.ff.de uulg. Couar.in.c.Rainutius de testam.§.5.Corras. in.l.quamuis col.2.C.de impub. Emanu. de a Costa in.l.Gallus.§.& quid si tãtùm pag.171.ff.de lib.& post. Zasius.lib.2.sing.resp.fol.40.c.8.& in tract.subst. pupil. num. 14. Fumeus in tract. subst. pup. num. 44. Ang. in pr.inst.de pupill.subst. Viglius ibidem isque intellectus in se uerus est, nec literæ repugnat,& ex eo colligitur conclusio, quòd 64 pupillaris fieri potest ei, qui tempore testamenti paterni non erit in potestate testantis, si tamen tempore, quo fiebat testamentum pupillare iam sub eius potestate erat.& hunc intell. sequitur Guili.Bened.ubi suprà num.32.

63 *Intell.2.ad l.2.§. sed & si extraneum.ff. de uulg.*

64 *Pupillaris ut ualeat sufficit quod is cui fit sit in potestate testantis tempore testa. pupillaris licet non tempore paterni.*

Tertius fuit intellectus Aleiati, qui in.d.l.2.num.17. ff.de uulg. ait quòd 65 impubes, cui fit pupillaris nõ est necesse sub potestate testãtis esse,nec tempore quo fit testamentum paternum nec tempore, quo fit testamentum pupillare,si tamen in potestate reperiatur tempore mortis patrisf.ut d.§. sed si extraneum, ratio quia usque ad mortem patrisf. impubes non erat sui iuris sicque testari non poterat.l.pe. & fi. cum.simil.C.qui testam.fac.pos. Vnde effectus testamenti pupillaris confert demum post mortem patrisf. sicque ante illud tempus habilitas impuberis parum nocet, nam licèt impubes abinitio sub potestate patrisf. fuit, tamen usque ad mortem patrisf.testatus non uideretur & id accedit ad communem primumq; intell.

65 *Pupillaris quo tempore exigat patriam potestatem.*

Quartus intell.fuit Lancelotti Politi in tract. subst. pup. num. 36. qui postquam nimis confidenter alios intell.refutauit nouum assignat, quẽ referre nolo, quia magis displicet quam ullus alius.

Quinto & ultimo loco dic, quòd 66 is qui post testamentum adoptatur loco posthumi habetur.l. certum.ff.de iniust. rupt.inst.quib. mod.test. infir. in pr.l. cũ in adoptiuis.§.j.C.de adopt.§.sed hec omnia inst.de her.abintestato,gl. ubi omnes in rub C. de posth.her. inst. omnes in.l.Gallus in pr.ff. de lib.& posthum. Vnde qua ratione sustinetur pupillaris facta posthumo ut in. d.l.2.§. planè posthumis.ff.de uulg. licèt is in potestate nostra non sit, ut inst.de her. abint. §. posthumi. eadem ratione sustinetur pupillaris facta huic extraneo, qui postea adoptatus est, quia adoptio postea sequta facit,ut is retro posthumus uideretur. & ut posthumus capax esset pupillaris subst.passiuè isque sensus preterea quòd in se uerissimus est, literæ etiam illius tex. plus ceteris amicatur congruitq; precedentibus uersiculis istius.l.nam mens Iurisconsulti fuit docere,quòd 67 pupillaris fieri poterat tribus posthumorum generibus, nempe filiis nostris posthumis.qui uel post mortem nostram, uel post testamentum nascuntur. Item nepotibus qui in locum filiorum premorientium succedunt ad similitudinem posthumorum.l. posthumorũ. ff.de

66 *Intell l.2. §.si extraneum. ff. de uulg.*

67 *Pupillaris fieri potest tribus posthumorum speciebus.*

ff. de iniust. rup. §. posthumorum, inst. de exhær. lib. Tertio, quòd adoptatis etiam pupillaris fieri poterat, licèt post pupillare testamentum adoptarentur. quia & hi posthumorum loco sunt ut d. l. certum. ff. de iniust. rup. cum sim. suprà all. Ergo de primo posthumorum genere loquitur d. l. 11. uers. planè. de secundo posthumorum genere loquitur in uers. nepotibus qui statim subsequitur. de tertio posthumorum genere loquitur in uers. sed & si extraneum, qui statim etiam subsequitur.

68 *Posthumorum uariæ species.*

Adde quòd 68 posthumorum testamenta rumpentium sunt quinque species, quas enumerat gl. magistra in rubr. C. de posth. hær. inst. ubi Ias. & iterum in rubr. ff. de lib. & posth. & enumerat septem. Tu dic, quòd rumpitur testamentum per natiuitatem posthumi præteriti, quæ contingit post mortem testatoris. §. posthumi. §. posthumorum. de exhær. lib. l. posthumi. in princ. &. §. fin. l. posthumorum. de iniust. rupt. l. 3. §. fin. de lib. & posth. & idem per natiuitatem posthumi nascentia post testamentum. l. 3. §. posthumos de iniust. rup. Tertiò idem per adoptionem posthumi. l. certum, eod. tit. in princ. inst. quib. mod. test. infir. quod hodie intelligitur dummodo fiat ab auo materno. l. cum in adoptiuis. §. 1. de adopt. §. sed hodie inst. eod. §. sed ea omnia, inst. de hær. abint. Quartò idem. per arrogationem posthumi d. l. certum. & d. l. prin. Quintò idem per successionem posthumi in suitate. d. § posthumorum. d. l. posthumorum. l. filius patre. §. filius eod. fin. Sextò idem per successionem posthumi in patria potestate. d. §. filiusf.

69 *Legitimati sui fiunt.*

Septimò 69 idem. per legitimationem posthumi. Bal. in. l. cum in adoptiuis. col. 3. de adopt. estq; communis secundum Alex. in cons. 5. uol. consil. perlectis. uerbis legitimationis. & secundum Ias. in rubr. ff. de lib. & posth. col. 2. est cõmunis ex relatione Soci. in dicta rub. col. 3. & Ias. in rubr. C. de posth. hær. inst. sequitur & dicit cõmunem Alciatus in rubr. ff. de lib. & posth. pag. 2. post Iac. de Bel. in sua disp. quam posuit. in tit. quib. mod. nat. effi. sui. idem uoluit d. Ant. in c. per uenerabilem. qui fil. sint leg. & subtiliter disputãdo idem tenet Pet. de Ancha. in consi. 128. quod inci. successione, idẽ Abb. in consi. 86. inci. in. q. quæ uertitur & Ang. consi. 76. inci. posita pro constanti. legitimatione. idẽ Paul. de Castr. qui hoc subtilius demonstrat in consil. 281. inci. super pũcto isto. plura subtiliter & dor Signorol. de homod. consi. 139. inci. d. gul. & d. Alex. cons. 137. in. 1. uol. & in cons. 6. in. 5. uol. hoc probatur primò, quia datur succedendi facultas in illas successiones, quas habent illi, qui abinitio legitimi nascuntur, ut auth. quib. mod. nat. eff. sui. §. reliqui. Secundò, quia efficiuntur sui ut ibidẽ, ibi, nil à legitimis differentes ergo &c. ut. l. Iulianus. ff. de leg. 3. ad idem auth. quib. mod. nat. eff. legitimi. §. igitur, ibi, ad suorum ius perueniunt. & ibi connumerentur sui. & ibi, inter suos adscribi, & ibid. §. liceat igitur, ibi suos de cætero & sub potestate habere. & ibid. §. sit igitur. ibi ut sub potestate eius consistãt, nil à legitimis filiis differentes. item si per adoptionem rumpitur, quæ consistit in extraneo, quanto magis per legitimationem, quæ consistit in suo. Faciunt notata per Decium cons. 158. num. 10. Alciat. lib. parerg. 3. c. 4. Eman. à Costa in. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. pag. 74. licet contrarium latè disputet Soci. in rub. ff. de lib. & posth. ergo.

70 *Pupillaris fieri potest in quinque uel pluribus posthumorum speciebus.*

70 in omnibus his posthumorum speciebus tenendum est, illis fieri posse substitutionem pupillarem, licèt tempore, quo fit ipsi sub potestate testantis non sint, & statim tenebit substitutio pupillaris licèt effectum habitura non statim sit; sed demum postquam adoptio & mors patrisf. sequatur. Nam & si tempore, quo fit pupillaris, esset impubes in potestate patrisf. adhuc substitutio pupillaris, quę abinitio ualet, effectum habitura non esset, nisi demum post mortem patrisf. ut diximus suprà circa intellectum Alciati & probatur in. d. l. si alienum. §. in extraneis. ff. de hæred. inst. ibi tempore testamenti facti ut constituit institutio & mortis tempore testatoris ut effectũ habeat. ad idem. §. in extraneis inst. de hære. qual. eod. modo inducendo. Itaque ut testamentum perfectum abinitio non desinit ualere perfectumq; esse propterea quòd postea potest reuocari & aliis modis effectu carere. ut. l. 1. ff. de iniust. rup. in pr. inst. de hęr. ab intest. ita illa pupillaris subst. quæ in quacunque posthumorũ specie fit, non desinit initio ualere propterea quòd euanescere potest nullo posthumo uero uel interpretatiuo superueniente: sicq; utilissimè ac non ineleganter porriges. d. §. sed & si extraneum, ad omnes posthumorum species suprà enumeratas ut in omnibus locum habere possit.

Adde quòd contra primum intell. Bar. quem suprà latè dixi communiter approbari obst. fortiter quòd (ut suprà attigimus) 71 in institutionibus hæredum tria tempora habilia desiderantur, scilicet tempus quo fit testamentum, & tempus mortis testantis & tempus quo aditur hæreditas. 72 l. sed & si conditioni. §. solemus. l. si alienum. §. in extraneis. ff. de hær. inst. §. in extraneis inst. de hęr. qual. sed cum pupillaris fit extraneo iam ille habilis non erat tempore, quo fiebat testamentum pupillare, & consequenter uitiatur substitutio, sed tenentes communem intellectum respondent, quòd illud procedit in institutionibus puris, non autem in institutionibus conditionalibus. & 73 quòd profectò. Institutionibus conditionalibus tria tempora habilia non requiruntur, ita est iuxta communẽ op. secundum Ias. in. l. cætera in pr. ad fi. col. pe. cum seq. de leg. col. 2. & secundum Alex. in. l. 2. ff. de uulg. nu. 11. Pol. in tract. subst. pup. num 31. cum 5. seq. Ripa in d. l. 2. nu. 26. Bar. in. l. in tempus & in. l. si alienũ. §. in extraneis. ff. de hęr. inst. & in. l. ex facto. ff. de uulg. & in. l. cętera. §. tractari. ff. de leg. 1. cum sequentibus. Contrarium teneo, quod immo etiam in conditionalibus institutionibus tria tempora habilia desiderantur, sed non eadem immo alia diuersa itaque tempora tot sed non eadem sed diuersa.

71 *Institutiones quot tempora habilia exigãt ardua q.*

72 *Intell. l. si alienum. §. in extraneis. l. sed et si. §. solemus. ff. de hær. inst. §. in extraneis inst. de hær. qual.*

73 *Institutiones conditionales tria tempora habilia requirunt contra cõmunem.*

Idque primum probatur in. l. sed & si conditioni. §. solemus, & in. l. si alienum. §. in extraneis de hær. inst. &. §. in extraneis inst. de hær. qual. in generalitate sui. Secũdò probatur in. dd. §§. in extraneis, ibi, siue purè siue sub conditione, quod est referendum ad qualitates & tempora etiam procedentia. argumento eorum, quæ habentur in. l. talis scriptura, & in. l. si seruus plurimum. §. fin. de leg. 1. & in. l. 3. §. filius inter, de lib. & posthum.

Tertiò probatur in. dd. §§. in extraneis ibi, hoc amplius, quod uerbum repetit qualitates procedentes. l. si in iure, ubi Bart. de leg. 3. & in. l. si sic eod. Areti. Alex. & socii col. 2. ad fin. in l. 2. de uulga.

Quartò probatur. in dd. §§. in fin. ubi postquam de conditionali institutione locutus est, ait tria adhuc tempora habilia desiderari, per quod patet referri debere tam ad institutiones puras quàm ad conditionales.

Quintò hæc pars probatur in. dd. §§. in ratione sui, aiunt enim habilitatem desiderari tempore testamenti ut constet institutio, & tempore mortis testatoris ut confirmetur, & tempore aditæ hæreditatis ut effectum habeat. Sed hę rationes militant in institutionibus conditionalibus sicut in puris ergo &c. ut. l. illud ad lega. aquili. quòd militent, patet ad sensum, præterea probatur, nam habilitas tempore testamenti in puris desideratur, licèt non eo tempore, sed tẽpore mortis institutio pura confirmetur. l. 4. de adimi. leg. &. dd. §§. ergo similiter tempore testamenti etiã in conditionalibus institutionibus interuenire debet; licèt nõ eo tempore sed tẽpore cõditionis existentis cõfirmetur talis institutio. §. sin autẽ sub cõditione. C. de cad. tolle. iuncto. §. in nouissimo eod. tit. l. 1. & l. hęres meus de cõd. & demõst. per totũ. ff. quando dies leg. ced. l. sub conditione filius. ff. de lib. & posth. itẽ cum tẽpore mortis habilitas in puris institutionibus exigatur quia eo tẽpore cõfirmatur.

Tenendo

Tenendo hanc partem contra communem non obst. l. intempus. de hær. insti. in princip. nam ibi loquitur in conditione intrinseca & necessaria, puta lego tibi, cùm pax esse cœperit. nos loquimur in conditione uoluntaria, puta te instituo cum nauis ueniat. ratio differentiæ quia 74 conditionem apponenti ex necessitate, magis fauetur, quam apponenti ex uoluntate. arg. l. si fideiussor. §. qui necessaria. ff. qui satisd. cog. & l. Gallus. §. & quid si tantū iuncta. l. commodissima. ff. de lib. & post. & l. si cum dotem in prin. ff. de iure dot. l. si extraneus de cond. ob cau. Nec obst. l. pe. ff. de reg. cato. nam ibi institutio sumitur pro legato secundum gl. ibi. uel ibi conditio erat necessaria & intrinseca ut supra proximè dixi. non obst. l. cætera. §. tractari cum simil. ff. de leg. i. nam ibi in legatis.

74 Necessitati subuenitur.

Sed obst. fortiter secundum communem ubi suprà dd. §§. in extraneis, ibi uel conditionem institutionis existentem, ubi patet quòd habilitas requiritur tempore existentis conditionis, & postea subdit, tria tantùm tempora habilia desiderari: ergo apparet non loqui de conditionalibus institutionibus, nec ad eas referri. Nam si ad eas referetur iam non tria tantùm tempora, sed quatuor habilia desiderarentur. s. tempus facti testamenti, tempus mortis testatoris, tempus existentis conditionis, & tempus aditæ hæreditatis: quod esset contra illum tex. dicentem tria tempora. Sed 75 resp. not. uerum esse habilitatem tempore conditionis existentis desiderari, ad hucque tria tantùm tempora habilia esse oportere. nam cum habilitas adest tempore conditionis existentis, non oportet quòd adsit tempore mortis testatoris; quia in puris institutionibus ideo eo tempore habilitas exigitur, quòd eo tempore testamentum (ut suprà dixi) confirmatur. Vnde quando institutio est conditionalis cum morte testatoris (quid enim si post eius mortem conditio deficiat) tunc non confirmetur, non oportet eo tempore habilitatem adesse, id quod patet ex. dd. §§. (ibi inter mortem testatoris & conditionem institutionis existentes) ubi tempus existentis conditionis respectu institutionis conditionalis comparatur tempori mortis testatoris respectu institutionis puræ.

75 Institutio conditionalis, non exigit habilitatem hæredis tempore mortis testatoris.

Quid si 76 filius naturalis uel spurius post mortem patris fuit legitimatus? Bar. ubi suprà, quòd ualet pupillaris. nam si in uita legitimaretur in dubium non reuocaretur ab ipso. Corras. contra in utroque, quem olim sequebamur noua ratione. nã quod dicitur in. §. illud in auth. quib. mod. nat. eff. sui. ibi nil à legitimis differentes, interpretor, id uerum à tempore legitimationis in posterum non autem retro. Item. h. pater cum seq. de capt. ff. l. lex Cornelia de uulga. quas allegat. Bar. magis probant nostram quam eius sententiã. nã in illis pupillaris fuit facta ante captiuitatem; sicque tempore, quo impubes erat in potestate, testantis, eratque habile extremum, à quo. sed in quæstione nostra, non erat in potestate eo tempore. ergo &c. l. si alienum. §. in extraneis cum simil. de hær. instit. ff. sed obest fortiter. d. l. illa §. i. ff. de her. inst. ubi tempore institutionis erat in hostium potestate, qui fuit institutus. sed resp. fateor tamen in institutione non fuit necessum institutum esse in potestate testantis. Præterea in persona illius fuit lege sancitum ut reuersus omnia recuperaret. sed certè idem in naturali sancitum iam est, ut legitimatus omnia recuperet. ad huc tene, quod illud propter fictionem postliminii, quæ non solùm eo pertinet ut reuersus recuperet, sed etiam eo ut interim dum captus est, non amittat, sed sint omnia iura in suspenso. ut ibidem exprimitur. id, quod in specie nostra non est. nam constat naturalem ante legitimationem reuera factum legitimum non esse, nec interim propter spem recuperationis legitimum reputari.

76 Pupillaris an fieri possit legitimato post mortem patris ardua. q.

Denique communem sententiam ut pupillaris spurio uel naturali facta conualescat, si post mortem patris is legitimetur tenent Bar. col. 2. in. l. 2. ff. de uulg. quam sequitur & dicit communem opin. Alciatus ibidem nume. 20. dicit eam communem opin. Corras. in. l. si testamento num. 12. C. de impub. qui tamen contrarium tenet & dictam communem opin. sequitur dicitque communem Ripa in. d. l. 2. num. 27. ubi Ias. num. 20. & Alea. nume. 17. post. Ang. Imol. Cum. ibidem Ang. & Imola in. l. si alienum. §. in extraneis. ff. de hær. insti. Imola in. l. Lucius. ff. de uulg. Imola in. c. Raynucius de testamen. in materia pupill. subst. Poli. in tract. subst. in subst. pupil. num. 39. contrarium tenet nemo, ut firmat Poli. ubi supra sed dicit contrarium tenuisse in. l. si testamento. C. de impub. Corrasi. ubi suprà. pro quorum opinione facit Primo quia 77 qualitas adiuncta uerbo debet intelligi secundum tempus uerbi. l. miles. ff. de mil. testam. Bar. & alii in. l. ex facto in prin. ff. de uulg. sed in creatione pupillaris substitutionis. l. ait patriam potestatem desiderari, ergo debet interuenire tempore, quo fit substitutio pupillaris. & ita procedat tex. in prin. inst. de pupill. & in. l. 2. ff. de uulg. Secũdo 78 regula Catoniana impedit ex post facto conualescere, quæ ab initio non ualent. l. j. ff. de reg. cat. etiam si actus fiat sub conditione. l. cætera §. tractari. ff. de leg. i. Sed hic ab initio omnes fatemur pupillarem non ualuisse, ergo &c. Tertiò capacitas desideratur tempore testamenti. l. si alienum. §. in extraneis ff. de her. insti. §. in extraneis insti. de hær. qual. ergo &c. ad fundamenta communis opi. iam suprà responsum est. pro 79 qua tamen adduco textum ultra omnes in. l. ii. §. planè posthumis. ff. de uulga. ubi licèt posthumus non sit in potestate nostra antequam nascatur §. posthumi inst. de hær. ab int. tamen ei fieri potest pupillaris. Nec ad rem pertinet, quòd posthumus quia in utero est in fauorabilibus pro nato habeatur. l. qui in utero. ff. de stat. homi. nam. d. uers. planè procedit ut patet ex sui generalitate etiam in posthumo nondum concepto.

77 Qualitas adiũcta uerbo intelligitur secundum tẽpus uerbi.

78 Initio quod non ualeat postea non cõualescit.

79 Pupillaris spurio facta uires sumit post legitimationẽ. ardua. q. amplia etiam si legitimatio fiat post mortem testantis.

Stringe, nam inter reliqua posthumorum genera continetur filius legitimatus post testamentum glo. in rubr. C. de posth. hær. inst. ergo huic legitimato pupillaris fieri poterit, non secus quam reliquis posthumis. sic tandem cum communi opin. resideo, non per fundamenta communis opin. sed per. d. § planè iunctis iis, quæ suprà adduximus circa intell. d. §. sed & si extraneum. l. 2. ff. de uulg. ubi resoluimus quòd pupillaris fieri potest ei qui tempore testamenti tam paterni, quàm pupillaris non erat in potestate, sed postea esse cœpit, qualis est posthumus: idque intelleximus in posthumis tam ueris quàm interpretatiuis & sic in septem posthumorum speciebus inter quas filius legitimatus dicitur esse quædã posthumi species. Per hæc 80 olim dicebam legitimatum per subsequens matrimonium legitimum fieri etiam quo ad maioratum uel etiam feudum capiendum, quia ea legitimatio retro trahitur: ut diximus lib. 3. controuersiarum.

80 Maioratũ uel feudũ capere potest legitimatus per subsequens matrimonium.

Sed 81 iuxta prædicta quæritur, an cum hodie sit sublata differentia emancipationis & patriæ potestatis possit mater pupillariter filio substituere, non aliter atque paterf. & Bar. in. d. l. 2. ff. de uulg. col. 2. in prin. tenet quòd hodie non potest, non magis quàm olim. sequuntur Nicol. de neap. ibidem Guili. de Cun. in. l. precibus C. de impub. Alex. num. 15. in. d. l. 2. ff. de uulga. Calderinus in consi. xi. tit. de testamen. Bald. consi. 129. uol. i. Ripa & Politus in. d. l. 2. in. 3. requisito sequuntur indifferenter omnes secundum Ripam ibidem. ratio quia 82 differentia emancipationis & patriæ potestatis in successionibus tantùm ab intestato sublata est, non etiam in successionibus ex testamento ut tenent gl. Bar. & omnes in l. Gallus. §. & quid si tantũ. ff. de liber. & post glo. Bar. & omnes antiqui & noui in auth. ex causa. C. de lib. præt. gl. Bar. & omnes in. l. si emancipati. C. de collat. licèt Politus in. d. l. 2. ff. de uulg. impugnet per. l. si mater eod. quod nil ob est ut suprà uidimus. Sed stante statuto, quòd 83 mater habeat filios in potestate, an poterit

81 Mater et hodie non potest pupillariter substituere cum communi contra Politum.

82 Emancipationis & patriæ potestatis differentia sublata est ab intestato, non ex testamẽto.

83 Pupillarẽ an faciat mater, quæ filios in potestate per statutum haberet. ardua. q.

eis pupillariter substituere? & Bal. in l. precibus. 5. col. C. de impuberũ tenuit partẽ negatiuã. l. q non poterit quem sequitur Politus in l. a. in 3. requisito. ff. de uulga. mouentur primo quia id nulla lege expressim cauetur. ergo &c. ut l. illam. C. de coll. secundo, quia quòd quis alteri testamentum faciat, est quædam dispensatio, quæ non debet extendi. argumen. l. captatorias. ff. de hær. insti. l. captatorias. C. de testamen. mil. Contrarium tenent Alex. Soci. Ripa in d. l. a. in 3. requisito, mouentur, quia l. a. ff. de uulg. & prin. inst. de pupill. subst. loquuntur generaliter per uerbum si quis, quod comprehendit tam mares quam fœminas. l. si quis in tantam cum gl. ubi omnes. C. unde ui. ergo si cæteræ qualitates in fœmina reperiantur ex ipsa ui comprehensiua uerborum poterit mater substituere absque ulla extensione, sicq; non obst. quod dispensatio non debeat extendi. nec etiam obst. quòd non sit iure cautum. nam ... satis cautum est,

84 *Leges nouæ per priores declarantur.*

quia 84 leges posteriores recipiunt declarationem extensiuam uel restrictiuam per leges ueteres. l. 1. §. lex falcidia, cum materia. ff. ad leg. fal. l. nam & posteriores. ff. de legibus. Vnde lex noua concedens matri patriam potestatem recipit hanc declarationem extensiuam per l. ueterem, ut in consequentiam patriæ potestatis possit pupillariter substituere. Sed certè istud fundamentum non est uerum. lex enim dicens ut quis liberis, quos habet in potestate possit pupillariter substituere, de masculis tantùm necessariò intelligebatur, qui soli, nó etiã fœminę liberos habebant in potestate. nam relatiuum quis restringitur ad masculos tantùm ut in l. ea tamen adiectio. ff. de leg. 3. l. 6. ff. de leg. 1. & ut si lex diceret, si quis uir liberis pupillariter substituerit &c. ridiculũ esset dicere quod uerbum quis includat fœminas, quandoquidem declaratio sequens illud restringit ad mares tantum: ita & in quæstione nostra restringitur. Præterea cùm suprà latè ostenderimus quòd pupillariter substituendi ius, est consuetudinarium, quodque ius consuetudinarium non recipit extensionem, licèt ius scriptum illam recipiat. certè hic ubi extensione ut dixi opus est, non deberet facilè admitti. est tamen uerum quòd pro matre multùm facit l. humanitatis. C. de impuberũ dic ergo quod est quęstio pro amico, & pro matre etiã tenet Guil. Bened. in c. Rainutius de testa. in materia pup. subst. num. 33.

85 *Pupillariter non substituunt Galli, aut Britones, aut Iudæi, aut hæretici, aut Scismatici.*

Iuxta 85 superiora Ias. & Ripa in d. l. a. in 3. requisito aiunt, quòd Galli & Britones & hæretici non poterunt pupillariter substituere, quia ut inquiunt non habent liberos in potestate Galli supradicti iuxta gl. in §. i. inst. de patria potest. quæ communiter approb. secundum Ripam ubi supra, qui contrarium tenet, quia illa gl. non probat assumptum: non quoque secundum ipsos poterunt Iudęi pupillariter substituere filiis Christianis, quia ipsi per baptismum à parentum potestate liberant. idem quoque in scismaticis, qui liberos similiter in potestate non habent, quæ omnia dic ut per eos.

86 *Pupillaris facta non existenti in potestate ualet ut fideicommissaria.*

Denique 86 cum filio in potestate non existenti fit pupillaris, ualet quidem in uim fideicommissi. glo. Bar. Paul. Alex. Ias. & alii in l. uerbis ciuilibus. ff. de uulg. tradunt communiter doct. in §. fin. instit. de pupill. est communis opi. secundum Greg. Lup. in l. 5. tit. 5. par. 6. uerb. en supoder.

87 *Pupillarẽ an quis possit facere nepoti in potestate patris recasuro.*

Quartũ requisitũ est, ut 87 is cui fit pupillaris, nó sit recasurus in potestatem alterius. per l. a. §. nepotibus. ff. de uulga. sed certè is §. directò sibi ipsi contrariatur. nã in princ. ait, nepotibus, qui in patris potestatem recasuri non sunt, posse pupillariter substitui. rursus in uerbo sed si eos, dicitur, non aliter posse, quam si instituti sint, uel exhæredati. quòd nullus aduertit, nec soluit. ueritas est quòd iure. ff. nepos 88 primum locum tenens tempore testamenti poterat impune præteriri patris testaméto, & sic inexpugnabiliter ei fiebat pupillaris, uerùm si nepos præcedebatur à patre, tunc cùm primum suus efficiebatur, præteritus rumpebat testamentum sicque

88 *Pupillarem fieri potest nepoti suitatẽ habenti etiam præterito, idem si suitatem non habet, sed tunc postea ea pupillaris perditur.*

& pupillaria euanescebat. itaque hic probatur, quòd nepoti suitatem habenti tempore testamenti, pupillaris fieri poterat, siue esset institutus, siue præteritus, siue exhæredatus. Sed nepoti, quem pater precedebat, non aliter quam si uel institutus esset, uel exhæredatus, secus si ex toto præteritus. Quòd autem 89. nepoti suitatem habenti pupillaris fieri possit etiam si præteritus esset, probatur in l. Gallus. §. in omnibus. ff. de libe. & posthum. & in pr. inst. de pupill. subst. uersicul. Sed non ita in l. maximum uitium. C. de libe. præt. cum conc. ut supra latius docuimus, in quibus habetur quòd nepos suitatem habens qualis est ille, qui à nemine præceditur, licèt præteritus sit, non rumpitur testamentum paternum & consequenter pupillare non infirmabitur, neque enim infirmatur præteritione huius nepotis, quia is necessario instituendus erat. 90 ut d. d. ll. nec quasi posthumi agnatione, quia is iam tempore testamenti tenebat primum locum, & is nepos duntaxat, qui post testamentum primum locum cępit tenere uidetur agnoscere & quasi posthumi agnatione testamentum rumpere. l. posthumorum. ff. de iniu. rup. §. posthumorũ inst. de exhæred. lib. Cum igitur 91 omnibus liberis, qui sub potestate nostra sunt existentes uel futuri in potestate sunt, cum nati fuerint (quales sunt posthumi) possit proculdubio fieri pupillaris substitutio: ut l. a. ff. de uulga. in princ. & § plane. & in pr. inst. de pupill. & idem in reliquis posthumis interpretatiuis ut d. l. a. uers. sed si extremum, secundum nostrum intell. de quo supra in tertio requisito, id solùm supererat tractare, ut non solùm pupillaris substitutio ab initio ualeret sed etiam ut ex post facto rumpi non posset rupto principali testamẽto. Cùm igitur posthumorum, qui præteriti rumpunt testamentum principale, septem sint genera, quæ supra in secundo requisito enumerauimus: animaduertendum fuerat quòd nepos qui tempore testamenti primum. locũ non tenebat, sed post testamentum cœpit primum locum tenere is simul ac primum locum cœpit tenere, posthumi loco est: unde præteritus rumpit paternum testamentum & consequenter pupillare, unde licèt ipsi ab initio utiliter facta fuisset pupillaris substitutio, tamẽ ex post facto poterat rescindi si is nepos cui pupillaris utiliter facta fuit, præteritus reperiretur. Ideo consulit Vlpianus ut instituatur, uel exhæredetur, ut per hoc non solum ab initio ualeat pupillaris substitutio, sed etiam ex post facto infirmari non possit. id quòd plenius in simili differuimus de succ. crea. super rep. l. quem. C. de inofficio testamenti.

89 *Nepos suitatem habens impune poterat iure. ff. præteriri.*

90 *Intell. l. a. §. nepotibus. ff. de uulgari.*

91 *Pupillaris quæ fit nepoti præterito suitatem non habenti, fallius perditur, quam si is præteritus suitatem haberet.*

Hæc autem prouisio in nepote, qui iam tépore testamenti primum locum tenebat necessaria non fuit, quia is neque præteritus rumpebat testamentum, nec amplius posthumi loco haberi poterat. ergo quod Bar. in d. l. a. ff. de uulg. ait in 4. requisito pupillaris substitutionis. s. quòd 92 ad ualiditatem pupillaris substitutionis desideratur, quòd nepos cui substitutio fit non sit recasurus in potestatem patris. id uerum non est, & loquitur contra tex. expressum in d. l. a. uersic. sed si eos, ubi nepoti, qui à patre præceditur pupillaris fieri & ab initio poterat & ex post facto si is institutus uel exhæredatus fuisset nullo unquam modo infirmari posset, licèt cum Bar. sit communis op. ut patet per Ripam in d. l. a. num. 27. ubi Ias. nume. 20. & Alexand. nume. 18. & Pulicus in tract. subst. pupilla. num. 39. Socin. in d. l. a. col. 5. in quarto requisito ubi Ange. Salice. Imola & Areti. Imola in c. Rainucius extra de testamen. Salicetus in l. si testamento. C. de impub. Guil. ubi supra num. 50. Et pro nobis secundo loco est tex. in d. l. a. §. sed si extremum, ubi nepoti adoptiuo potest pupillariter substitui licèt præcedatur a patre, & quod dicitur ibi & in d. uers. sed si eos de exhæredatione uel institutione harum personarum id non pertinet ad creationem pupillaris substitutionis inducendam (rite enim sine eo creari poterat) sed pertinet ad resolution. in impediendam. simile 93 in l. ex tribus

92 *Pupillaris ad creationem non requiritur nepotis institutio. uel exhæredatio, sed tantùm ad eius resolutionẽ uitandã, contra communẽ.*

93 *Intell. l. ex tribus. C. de inof. tes.*

bus. C.de inoffic.testamento ubi tex.ait filium cui pupillariter substituitur ex tribus ,uncus oportere fuisse hæredem scriptum,quòd non pertinet ad ipsam pupillasem substitutioné creandam, uel in esse producendam quia ipsa etiam exhæredato fieri poterat.§. non solùm inst.de pupill.Sed pertinet ad ipsius pupillaris substitutionis iam creatæ resolutionem ea post facto impediendam. nam si pupillus ex integra legitima eo tempore nō reperiebatur institutus, poterat testamentum principale querela expugnare.l.cum quæritur.C.de inoffi.l.Papinianus.§.quem autem quarta &.§.quarta autem.ff.de inoffic.testamento. Testamento autem principali expugnato,tunc etiam testamentū pupillare euanesceret l.2.ff.de uulga. simile 94 in.l.humanitatis.C. de impu. ubi inquit, quòd mente capto uel furioso in legitima instituto,potest fieri exemplaris:& tamen constat (ut in materia exemplaris substitutionis diximus) quòd ad primæuam exemplaris substitutionis ualiditatem suiq; creationem est necesse mente capto legitimam integram relictam fuisse: licèt necesse sit quò ad resolutionem exemplaris iam creatæ impediendam,ne si exhæredato exemplariter substitueretur tunc per quærelam inofficiosi testamenti infirmaretur testamentum principale & consequenter exemplare. Sic & in hac specie, ꝙ nepos,qui à patre proceditur sit institutus uel exhæredatus,non desideratur ad creationem pupillaris substitutionis. nam & præterito in potestate existenti fieri posset,sed desideratur ad resolutionem ipsius pupillaris iā creatæ impediendam: ne is nepos præteritus si post factum testamentum,primum locum tenere incipiat rumpat testamentum principale & consequenter pupillare. ut enim aliud est hominem nasci, aliud postea mori utque differt solis occasus ab ortu, ita aliud est tractare de creatione pupillaris substitutionis inducéda,aliud de ipsius iam natæ ac creatæ resolutione impedienda.

94 *Intell.l.humanitatis. C.de impuberum.*

95 *Pupillaris substitutionis octo requisita à Bart. enumerata, nō eodem spectant.*

Vnde 95 si aduertis ex illis octo requisitis,quæ Bar. in l.2.ff.de uulga. ait desiderari ad pupillarem substitutionē, quæ omnia requisita ipse ex dicta.l.2.collegit. certè horum requisitorum quædam desiderantur ad creationem natiuitatemq; pupillaris substitutionis,quædam uerò ad pupillaris substitutionis iam creatæ resolutionem interitumq; impediendum ad creationem desideratur,quòd is, cui fit sit de liberis testatoris. Item quòd sit impubes, item quòd sit in potestate, item quòd paterfam. sibi quoque testamentum fecerit. Ad resolutionem aut interitumq; uitandum desideratur quod patris adeatur hæreditas quemadmodum ad ipsius principalis testamenti resolutionem uitandam id etiam requiritur,licèt initio firmum fuerit. ut in pr.inst.de hær.ab intest.in.l.j.ff.de in.j.rup. Item ad idem desideratur ꝙ impubes non desierit esse in potestate uiuo testatore ut in.l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.de uulga. Item quod non adoleuerit sed impubes decedat. ut inst. de pupill. substit.ff.masculo.Item quòd impubes sit institutus, uel exhæredatus id interdum desideratur ad creationem natiuitatemq; pupillaris,ut si filiusfam. sit is cui pupillaris fit,cuius præteritione testamentum ipso iure uitiaretur l.j.ff.de iniu.rup.in pr.inst.de exhæred.liber. & consequēter pupillaris euanesceret.d.l.2.ff. de uulga.Interdū uerò desideratur ad resolutionem pupillaris interitūq; impediendum, ut cum pupillaris fit posthumo, cuius præteritione ab initio non desinit ualere testamentum licèt postea eius natiuitate rumpatur.l. posthumo nato. C.de contra tab. l.j.ff.de iniusto rupt. cum conc. idem in reliquis posthumorum generibus interpretatiuis,de quibus suprà sæpe mentionem habuimus.ut.d.l.2.§.sed & si extraneum.ff.de uulga. interdum id neque ad creationem pupillaris inducendam desideratus, neque ad resolutionem ipsius iam natæ impediendam: quale est cū fit nepotibus,qui tempore testamenti à nemine præcedebantur.d.l.2.ff.de uulga.uersic.nepotibus etiam posthumis.cùm igitur Bar.& alii in hoc quarto requisito perperam intellexerint ad ualiditatem pupillaris substitutionis desiderari,quòd nepos in potestate cui fit tempore testamenti à nemine præcedatur: tantùm distant à mente iurisconsulti Vlpiani quantùm (ut aiunt) distat solis occasus ab ortu. Nam mouentur per .d.§. nepotibus, qui ad contrarium ex diametro docendum factus fuit,inducens ut nepoti,qui tempore testamenti à nemine præcedebatur,posset fieri indistinctè pupillaris siue institutus esset, siue exhæredatus, siue præteritus: ut talis pupillaris non solùm ab initio ualeret sed etiam ex post facto,nullo iure nulloque modo infirmari posset, nec per querelam, nec per contra tab. bonor.poss. nec per ius dicendi nullum. At inquit Iureconsultus ibidē si is nepos tempore testamenti à patre præcedebatur licèt similiter quo ad creationem pupillaris,non referat sit institutus, uel præteritus, uel exhæredatus: tamen ad ipsius pupillaris iam creatæ interitum resolutionemque impediendam, ne per.l. uelleiam in locum patris sui succedens si sit præteritus utrunque testamentum tam principale quàm pupillare rumpat, desideratur ut institutus fuerit, uel exhæredatus,non autem præteritus. Extat ergo quòd doct.dicunt quòd pupillaris nepoti,qui à nemine precedebatur fieri non poterat per.d.§. nepotibus,nos per eund.§. suæ integritati & ueluti natalibus restitutum firmamus, quòd nulli liberorum tam liberè tam tutò atque intrepidè pupillaris fieri poterat quàm illi: quandoquidem in reliquis liberis desiderabatur, quòd essent uel instituti, uel exhæredati in eo uerò minimè. Tu denique ad hanc ré prçter alios doctores uide Areti.Socin.& Iaso.in.d.l.2.num.4.requisito & omnes transeunt cum Bar. præter Aretinum. Aretini autem op.uerior uidetur, licèt etiam cum Bar. & communi op.transeat Alciat.in.d.l.2. nu. 23. & ex omnibus collige,quòd recasuro in alterius potestatem pupillare testamentum fieri non potest: ne iniuria fiat ei in cuius potestatem impubes recasurus est. arg.d.l.cum filius.ff. de mil.testamento. Hinc 96 inferuntur duo, primum quòd auus paganus nepoti militi in patris potestate post mortem aui recasuro testamentum pupillariter facere non poterit. Secūdo quòd id auus miles facere posset. ratio quia auus miles sine iniuria filii, nepoti militi testamentum facere potest: paganus autem auus non posset. quòd probatur hoc modo, nam miles efficere potest,ut substitutio pupillaris non trahatur ad omnia bona(.i.ad bona tam testatoris quàm impuberis) sed ad certa.tex.est in.l.sed si plures.§.ad substitutos.ff.de uulga.in fin.unde auus miles in eo, quod nepoti militi relinquit facere potest substitutionem pupillarem & talis substitutio (siue limitatè prout potest fiat non trahetur nisi ad bona ab eo profecta ut d.§.Si uerò simpliciter fiat similiter, ad ea tantùm bona trahetur, ne aliás alteri fiat iniuria. argum.d.l.cum filius. & quia hoc modo actus conseruatur. arg.l.quoties de rebus dub. ff.l. quoties in stip.ff.de uerb.)ad bona tantùm à se profecta trahetur. unde non fiet iniuria filio, in cuius potestatem nepos impubes recasurus erat. nam postea pater ei aliā substitutionem pupillarem facere poterit in bonis similiter à se uel aliunde profectis: & sic nepos ille miles potest decedere cum duobus testamentis pupillaribus, uel pro parte testatus & pro parte intestatus: si pater ei testamentum facere noluerit. & sic etiam not. quòd substitutio aui nunquam potest trahi nisi ad bona tantùm à se profecta.at substitutio patris tam ad bona à se profecta quàm ad bona aliunde post mortem patris quæsita. at auus paganus tale testamentum sine filii iniuria in cuius potestate nepos impubes recasurus erat efficere nō posset, quia in pagano non reperitur quòd pupillaris substitutio à pagano facta, non trahatur ad omnia bona tam impuberis quàm testatoris: sed potius reperitur contrarium. ut in fin.pr.inst.de pupill.subst.& .d.§.ad substitutos. unde cum substitutio ab auo facta ad omnia bona impuberis trahatur: iam nulla super sunt bo-

96 *Auus, siue miles, siue paganus, an possit nepoti in patris potestatē recasuro pupillariter substituere? & ad quæ bona ea substitutio trahatur. ardua quæst.*

na in qoibus filius postea popillarem facere possit substitutionem. & adde op. tex.in.l.miles ita.§. exheredato de mil.test.per quem tex.coofunditur op.Alciati ubi supra,dicentis,quòd in terminis.d.l.cum filius.ff.de mil. testamento erit substitutio directa militaris, non aut pupillaris,sed errat quia ut exprimitur in.d.§.exhæredato pupillaris est, quamuis restricta ad bona solius patrisfam.testanris,& ideo euanesceret per aduenium pubertatis haberetque alia quæ suot peculiaria substitotionis pupillaris. Sed aduerte, nam quòd Bart. ubi supra & communis op. uult, quòd auus miles possit facere substitutionem pupillarem nepoti in potestatem patris recasuro,id indubitanter uerum est secundum nostram op. qui defendimus, quòd auus etiam paganus idem posset per.l.2.ff.de uulga.uersi.sed si eos & uersic. Sed & si extraneum.non aut per.d.l.cum filius &.d.l.miles ita.§.exheredato de mil. testamento.ff.nam ibi auus oon faciebat substitutionem pupillarem nepoti in patris potestatem recasuro, sed filiusfamil.miles faciebat pupillarem nepoti,qui iam existenter erat in aui potestate.agnosco tamen quòd communem op.preter suprà citatos tenet Couarub. de testamen. in.cap. Rainucius §.5. in princ.

Sed licèt per oostra fundamenta indubitanter tenendum sit,quòd auos potest facere substitutionem pupillarem nepoti in patris potestatem recasuro: tamen dubitari potest,an ea substitutio,quæ ab initio otilis fuit, io firmetur simul ac nepos mortuo auo in patris potestatem reciderit,uel dato quòd non infirmetur, an saltem restringatur ad bona,quæ nepos habuit ab ipso auo de quo statim differemus. interim autem addito quòd pro nostra conclusione ut auus nepoti in potestatem patris recasuro possit facere pupillarem substitutionem, est etiam tex. expressius in.l.2.ff de uulga. uersic. sed si extraneum.ubi auus fecit pupillarem substitutionem nepoti quasi ex filio adoptato,qui tamen post mortem aui in patris adoptiui potestatem recasurus erat. hoc amplius oon solùm probat ille tex. id fieri posse, quando oepos esset uerus & naturalis,sed etiam quando legalis tantùm .i.adoptiuos: ideo dum ille uersic. sed & si extraneum.continuat se ad d.uersi.sed si eos exorditur iis uerbis, sed & si &c. quæ implicant eundem casum cũ suo tamen augmento.ut habetur in.l. sed & si lege cum ibi notatis.ff. de pet.her.

97 *Intell. §. sed & si extraneũ. l. 2. ff. de uulg.*

Et considera 97 quòd in.d.uersic.Sed & si extraneũ heredem instituit, ideo dixit instituit,quia si eom exheredaret, uel preteritum reliquisset: tunc pupillaris ei facta posset effectum non habere. nam si testator postquam & sibi restamentum fecit, & impuberi extraneo preterito pupillariter substituit eundem impuberem in locum nepotis ex filio adoptauit: tunc patre è medio sublato is nepos adoptiuus in locum patris succedens qoasi posthumi agnatione rumperet testamentum priocipale.l.posthumorum.ff.de iniusto rup.l.1.eod.§. posthumorum inst.de exhe. lib. iuncta.l.certum. ff. de in iust.rup.quo rupto & substitutio pupillaris euanesceret d.l.2.de uulg.uersi.adeò.idem si testator hunc extraneũ impuberem exheredasset cui pupillariter substituit & deinde in locum nepotis quasi ex filio adoptasset. nam patre è medio sublato is nepos locum filii ascendens cũ se præteritum reperiret,testamentum principale rumperet & consequenter pupillare. Nec ad rem pertinet ꝙ fuerit exhæredatus, quia cùm extraneus exheredatur, illa exheredatio est nulla ineptaq; & habetur pro infecta,estq; perinde ac si omnino preteritus esset.l.qoidam cum filium.ff.de uerbo.obliga.l.non putauit.§.siquis emancipatum.ff.de bon.poss.contra tab.ergo cum Vlpianus io.d.l.1.uoluisset consulere non sulùm creationi substitutioois pupillaris,sed etiam interitui & resolutioni: uidens quod in terminis.d.§.sed & si extraneom.pupillaris quæ fit extraneo impuberi postea adoptato in locũ nepotis ex filio præcedente poterat ex post facto infirmari, si is fuisset præteritus,oel exhæredatus: posuit exemplum io instituto. itaque illa substitutio quo ad sui primordialem ualiditatem & creationem bene ualeret,siue ille impubes esset institutus, siue exheredatus, siue etiam preteritus:sed quo ad ualiditatem irreuocabilem ut ex postfacto resolutio contingere non posset, oportuit illum esse institutum, ne exhæredato eo uel præterito utrunqoe testamentum possit infirmari.

Hinc infertur uerus & a nullo onquam quem uiderim perceptus animaduersusq; intell.ad.d.l.2.§.sed & si extraneum in uerb.si modo eum,nam glo.ibi quam omnes seqountur & uehementer ibi commendat. Ias. dubitaoit quare ille impubes extraneus cui pupillaris fiebat,adoptatus fuit in locum nepotis potius quàm in locum filii:atq; ideo dictum quòd frequentius contingat quem in locum nepotis quasi ex filio quam in locum filii adoptari,non autem quòd aliud iuris mysterium inducat.Sed certè immo iuris mysterium significat, qoia cũ in uersi.sed si eos loquutus fuisset Vlpianus de substitutione pupillari,quę fit nepoti oero & naturali,qui à patre præceditur,subsequẽter in uersi.sed & si extraneum loquitur de pupillari,quæ fit nepoti adoptiuo. nam si in locũ nepotis non quasi ex filio superstite, sed quasi ex filio iam defuncto substitutus ille fuisset,tunc ille tex. dum innuit oportere illũ nepotẽ fuisse institutũ,non aũt præteritum oon procederet, quinimmo si impuberi extraneo pupillariter substitui, quem postea in locum nepotis quasi ex filio premortuo adoptaui: tunc licèt præteritus esset ab initio,non tantùm pupillaris ualeret sed etiam ex post facto infirmari non posset: quia eum tempore,quo fiebat testamentum tam principale quam pupillare nepos ille adoptious à patre non præcedietur, potuit impune præteriri (ut diximus) tuocque is casus pertineret ad casum.d.l.2.uers.nepotibus.ubi cum pupillaris fit nepoti,qui a patre non præceditur non solùm ab initio ualet, sed etiam ex post facto infirmari non potest quando ille est præteritus non secus quàm si institotus esset oel exhæredatus. sed quando is nepos adoptatur quasi ex filio superstite, tunc oportet institutum fuisse, ne præteritus posit io locum patris adoptiui succedendo rumpere testamentum priocipale, & consequẽter pupillare.iuxta.d.l.certum.ff.de iniust. rup.

Fac 98 ergo conclusiones sequentes,prima, pupillaris fieri potest nepoti in potestate. intellige primo si sit nepos uerus & naturalis & à nemine præcedatur, quo casu noo solùm ab initio ualet sed etiam ex post facto infirmari non potest. ita probat.d.l.2. uers. nepotibus, quod procedit siue ille institutus sit, siue exhæredatus, siue etiam præteritus. Secundo intellige procedere in nepote adoptiuo,qui à nemine præceditur. ita intelligo.d.§.sed & si extraneum io uerb. si modo eum à contrario sensu, siue is institutus sit, siue exhæredatus, siue etiam præteritus, & hic intellectus tam ad.d.§.sed & si extraneum,quàm ad.d.§.nepotibus nullus unquam percepit.

98 *Pupillaris fiat nepotibus uerus, uel adoptiuis, unde plures conclu.*

Secunda conclusio,nepoti in potestate pupillaris fieri potest,qoæ ab initio indistinctè ualebit siue is institutus fuerit, sioe exhæredatus, siue præteritus. intellige primo in nepote uero & naturali.d.uers. sed si eos.intellige secundo in adoptiuo.d.uers. sed & si extraneum.sed ut ea pupillaris non possit ex post facto infirmari, oportet quòd nepos ille si erat naturalis esset institutus, uel exhæredatus, secus si præteritus.nam tunc ex post facto posset otrunqoe testamentum infirmari: oeluti si is nepos locum filii uiuo auo ascenderet.ut. d. uers. sed si eos.quòd si is nepos esset adoptiuos,tunc oportuit institutum fuisse, secus si preteritus, uel exhæredatus. nam tũc simul ac in locum filii succederet quasi posthumi agnitione utrunque testamentum infirmaretur. ut d.uers. sed & si extraneum. & hunc etiam intell.tam ad. d.uers. sed si eos, quàm ad.d. uers. sed & si extraneum in uerb. instituit.nullus unquam eorum, quos mihi legere

contigit

contigit percepit. Quę omnia procedunt posito pro constanti, quòd nepotem in potestate, qui à nemine præcedebatur poteram iure. ff. præterire, nec per hoc testamentum reddebatur nullum ipso iure. ut docemur supra lib. 1. de succ. crea. §. 10. super. l. quoniam in prioribus, ibi repetita in. 1. parte.

99 *Pupillaris facta recasuro in potestate alterius quæ initio ualet, an simul ac ille reciderit in potestate alterius euanescat.*

An 99 substitutio pupill. (quod & suprà incidenter attigimus) facta nepoti ex filio superstite in cuius potestatem post mortem aui recasurus est ab initio ualeat? & tenuimus quòd sic, contra communem. sed an infirmabitur simul ac nepos in patris potestatem reciderit? quod uidetur argum. d. §. sed si eos. teneo contrarium ut si is nepos habeat bona castrensia, uel quasi, uel à principe donata iuxta l. cum multa. C. de bon. quæ lib. tunc possit in illis bonis sibi per auum fieri pupillaria quemadmodum & ipse nepos si maior esset sibi in illis bonis testari posset. ad. d. §. sed si eos resp. quòd quia rarissimè contingit ut talis impubes habeat castrensia, & fortè impossibile est, quòd habeat quasi castrensia, & tempore. ff. non erat inuenta acquisitio. d. l. cum multa. ideo Vlpianus considerans quòd filiusf. qui castrensia, uel quasi non haberet, testari non posset per se, licèt esset maior, meritò. induxit, nec per alterum testari posse. argu. l. lex Cornelia de uulg. ff. sed quia hodie etiam eiusmodi ætatis pueri possunt castrensia ut l. si. C. de testamen. mil. & à principe donata habere. d. l. cum multa, meritò ut si legitimæ ætatis. forent, sibi testari possent. ita & si illegitimæ sint, testamentum eis facere potest auus. Confirma quia correcta ratione legis &c. ut per gl. l. i. in prin. ff. de leg. tut. maximè quia. d. §. sed si eos. non firmat, quòd pupillaris infirmaretur per talem recidentiam: sed tantùm ponit pro quasi constanti talem pupillarem eo tantùm casu effectum habituram, cùm nepos non reciderit, non positurus si suo tempore. d. l. cum multa facta fuisset. maximè quia casus omissus à lege eo quòd rarissimè contingat, habetur pro expresso si quando contingat. Tiraquel. de utroque retr. pag. 567.

100 *Pupillaris fieri poterat filiæf. præteritæ iure. ff.*

Cùm igitur uiderimus, ut nepoti etiam præterito qui à nemine præceditur, posset pupillaris fieri. nunc uidendum est, an 100 similiter filiæf. quæ à nemine potest unquam præcedi, pupillaris fieri posset? qui articulus à nemine unquam tactus, uel in discrimen uocatus fuit, quia omnes ubique (ut latius disserumus dum de liberorum institutione ageremus) securè intelligebant per præteritionem filiæf. testamentum paternum uitiari & consequenter pupillare, non secus quàm per præteritioné filiif. sed cum nos aflatim docuimus, dum de liberorum institutione ageremus filiasf. impune potuisse olim preteriri, non secus quàm nepotes, qui à nemine præcedebantur, superest ut quemadmodum ostendimus nepoti, qui à nemine præceditur pupillaré fieri potuisse, siue ille institutus esset, siue præteritus, siue exhæredatus; ita quoque filiæf. pupillarem substitutionem iure. ff. fieri potuisse intelligamus; siue illa instituta fuisset, siue præterita, siue exhæredata, licèt id menti omnium scribentium planè aduersari uideatur.

101 *Pupillaris iure. ff. fieri poterat filiæf. sub conditione nō potestatiua hæredi scriptæ.*

Sed an 101 filiæf. sub conditione casuali uel potestatiua institutæ, posset iure. ff. pupillaris substitutio fieri? & tenendum est potuisse, quia sub tali conditione eam institui licebat. l. si quis hæredem. C. de inst. & substi. quod similiter aduersatur menti communis opin. uolentis ut iure. ff. filiaf. sub conditione non potestatiua institui non posset; nisi in defectum ipsius exhæredaretur.

102 *Pupillaris fieri potest iure. ff. nepoti suitatem habēti sub conditione non potestatiua scripto.*

Sed an 102 nepoti, qui à nemine pręceditur, si sub conditione casuali, uel mixta esset institutus, posset fieri pupillaris? & tenendum est posse fieri, quia taliter instituti testamentum non faciebant ruptum, uel iniustum. ut. l. sed & si conditioni. §. nepotes. ff. de hær. inst. & l. fin. C. de lib. præt. quod probatur ratione. nam si eorum omnimoda præteritio non uitiabat testamentum multo minus eorum institutio conditionalis. argumen. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. testamen. l. scimus. §. cum autem eod. tit. iuncta. l. omnimodo eod. sed an hodie filiæf. præteritę, uel nepoti, qui à nemine præceditur, posit fieri pupillaris? & pendet ab illo articulo utrum hodie filiaf. uel nepos, qui à nemine præceditur posit sub conditione casuali, uel mixta institui? qua de re illico agemus.

103 *Filiaf. & nepos suitatem habens poterant institui sub quauis conditione, uel etiam præteriri iure. ff.*

Et præmitte, quòd iure. ff. filiaf. impune poterat præteriri ut in si. prin. inst. de exhær. lib. uers. sed non ita de filiabus. l. Gallus. §. in omnibus uers. filius duntaxat. ff. de lib. & posth. expressius in l. maximum uitium. C. de lib. præteri. l. qui filiũ. ff. ubi pupillus educari debeat. Vnde & facilius poterat sub quauis conditione institui. d. l. maximum uitium, & l. si quis hæredem. C. de insti. & substit. Sed & nepos suitatem habens impune poterat præteriri. d. l. maximum uitium & d. uersiculo sed non ita, ibi cęterisq; per uirilé sexum descendentibus. d. §. in omnibus uerb. filius duntaxat. sed & sub quauis conditione similiter (idque facilius) poterant hæredes institui. l. sed & si conditioni. §. nepotes. d. l. si quis hęredem cum d. l. maximum uitium & cont. ut fusius egimus suprà de succes. crea. §. 10. lib. 1. super rep. l. quoniam in prioribus par. i.

104 *Filiaf. & nepos, quæ à nemine præceditur an possit hodie sub omni conditione institui?*

Sed 104 quero ergo an (id quod suprà incidenter attigimus) ut olim filiaf. poterat (secundum nos) sub conditione non potestata institui. l. si quis heredem. C. de insti. & substi. posit etiam hodie? an uerò & in hoc exæquetur filiof. idemque in nepotibus suitatem habentibus, qui olim sub non potestata conditione (secundum nos) poterant institui, idemque in filio emancipato, qui secundum omnes sub non potestata conditione poterat institui habebatque secundum tabulas. l. 2. §. sua conditione. ff. de secundum tab. an iam omnes isti sint filiisf. exæquati, ut per hoc non posint institui sub illis conditionibus, quod uidebatur, primò per. l. fin. §. Santimus C. de lib. præt. ibi & in scriptura testamentorum eas honorari. sed resp. fateor oportere hodie has personas institui, uel nominatim exhæredari: at cum instituuntur satis est, licèt non purè instituantur, quod patet dum subdit, & similibus uerbis exhæredationis nominatim procedere. nam dum loquitur de exhęredatione semel iterumque expresit, oportere exhęredationem harum personarum fieri cum iisdem, qualitatibus, quibus fiunt exhæredationes filiorumf. idque non expresit in institutione. Secundo per. d. l. fin. in prin. dum ait, quòd media iuris prudentia differentiam induxit inter has personas & filiosf. cum ex testamento uocantur: id quod corrigere studet. sed resp. id referendum non ad qualitatem institutionis, sed ad hoc ut licèr olim tales personę ex toto possent pręteriri, hodie, non posint. idq; patet ex exemplis ibidem subiectis. Tertio per. d. §. sed hæc inst. de hęr. ab intestato. ibi, ut uel hæredes instituantur, uel nominatim exhęredentur. sed resp. quòd potius probatur contrarium, quia dum loquitur de institutione nullam exprimit qualitatem, quam tamen exprimit cum loquitur de exhæredatione ut fiat nominatim. Quarto per. d. §. sed hæc, ibi, & eundem habeant effectũ circa infirmanda parentum testamenta. sed resp. quòd non est sensus illorum uerborum, ut in quibus casibus sui possunt infirmare in iisdem & hæ posint personę: sed ut tot eademque remedia competant his personis contra testamentum (in quibus casibus impugnare ipsi possunt) quot quoque competunt suis. uerùm non negatur quin licèt æquis uiribus oppugnent testamenta, tamen non æquis numero casibus. nam hi paucioribus, illi pluribus. Extat ergo, quòd etiam post tempora. d. §. sed hæc. & l. maximum uitium. C. de lib. pret. filiaf. potest sub omni conditione institui. secundo quòd idem in nepote etiam suitatem habente. tertio quòd idem in filio emancipato. quæ omnia etiam hodie post auth. ut cum de appellatione cog. §. aliud quoque procedere existimo: quia ut alibi dixi secundum commu-

nem, correctio illius auth. loquens in omnino præterito uel omnino exhæredato, non potest trahi ad institutum sub conditione. Sed an idem post. l. quoniam in prioribus de in offic. C. quæ omnes conditiones reiicit e legitima. & secundũ communes opin. quæ habent, quod reiicit etiam illas conditiones, quę olim non uitiabant testamentum, qualis est conditio potestatiua: dicendum esset saltem post illam. l. & de prædictarum personarum institutione conditiones reiiciendas. Nos contra, quia illæ conditiones, non reiicerentur hodie de institutione, quia olim non uitiabant testamentum: sed saltem per. §. aliud in authen. ut cum de appell. cog. aliud dicendum cum hodie non liceat filios præterire sine insertione causæ. sed dic sub conditione institutum, non dici præteritum. ut secundum communem op. suo loco notaui. Præterea secundum nos. d. auth. non pertinet ad testamentum ipso iure uitiandum, sed tenet ad querelam concedendam.

Tenendo quòd hodie filiaf. & nepos, qui à nemine præceditur, non solùm possint sub omni conditione instituti, sed quòd talis conditio etiam de legitima non reiiciatur per. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. test. sequitur quod his sub quauis conditione institutis poterit fieri pupillaris. sed & si teneas communem opin. quod talis conditio casualis uel mixta hodie de legitima harum personarum reiiciatur, ad huc uerum erit his personis sub conditione casuali uel mixta institutis pupillarem substitutionem fieri posse: quandoquidem quòd cõmunis opin. ait, quòd non licet talem conditionem in talium personarum institutione apponi, non eo pertinet ut si cõtra factum fuerit infirmetur testamentum principale & consequenter pupillare: sed quod ea conditio reiiciatur per. d. l. quoniam & l. scimus. §. cum autem. C. de inoffi. testamen. ut sic testamentum magis in tuto sit.

105 Pupillaris an extinguatur si pupillus emancipetur. ardua q.

Ad quintum 105 dic, id non pertinere ad creationem pupillaris impediendam, sed ad ipsam iam creatam resoluendam: estque expressum in. l. 10. titulo 5. part. 6. id quod in hoc requisito aduertit Polit. de pupill. substitutione. 5. requi. effectus est magnus. argumento. l. posthumus in princ. ff. de iniu. rup. iuncto pr. inst. de exhær. lib. Itaque extat quòd pupillaris secundum Bar. ab initio utiliter facta extingueretur si filius emanciperetur. ut in. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de uulga. quem sequuntur omnes secundum Alex. Ias. Ripamq; in. d. l. 2. ff. de uulg. in. 5. requisito, ubi etiam Socinus & Politus ubi suprà & Alciatus num. 22. ibidem. Idem 106 si filius, cui pupillaris facta est, detur in adoptionem ita quòd exeat de potestate patris naturalis. Bar. Alex. Ias. Socin. Ripa Alciat. Politusq; ubi suprà post alios. fallit 107 primo quando licet exiuit de patris potestate tamen spes est quòd reuertatur: tunc enim etiam interim non desinit ualere pupillaris per. l. si pater. ff. de capti. l. lex cornelia. ff. de uulga. estq; etiam communis op. quam tenent Bar. Alex. Socin. Ias. Ripa. Alciatus ex Politus ubi suprà qui hanc dicunt communẽ op. Fallit 108 secundo quando exiuit de potestate per dignitatem, ut in auth. constitutio quæ de dignit. §. illud ubi habetur, quòd per dignitatem licèt quis liberetur à patria potestate, non tamẽ perdit eam quò ad ea quæ sibi utilia sunt. quod confirmatur præstanti ratione de qua per Ias. ibidem. ita Bar. Alex. Ias. Socin. Ripa Politusq; ubi supra post alios, qui hanc dicunt communem op. per Guili. in. c. Rainucius de testam. in materia pupill. sub num. 51. Tertio limita 109 si emancipatus iterum adoptetur à patre naturali secundum Alex. & Ripam ubi suprà per. l. 2. §. sed & si extraneum. ff. de uulga. quod ex mente Alciati ibidem nu. 22. parum habet dubii. nam si inquit etiam omnino extraneo pupillaris fieri potest, si tamen is incidat in patris potestatem, quanto magis poterit conualescere cũ semel in potestate existenti facta fuerit, qui licèt emancipatus fuerit iterum tamen readoptatus fuit. Tu ultra omnea confirma per. l. filio quem. ff. de liber. & posthum. & l. non putauit. §. si quis emancipatum. ff. de bono. poss. contra tab. ubi habetur quòd ueri patris adoptiuus filius nunquam intelligitur, ut qui semel emancipatus iterum adoptatur, non nouus homo sed primus esse uidetur; nec nouæ qualitates ei accedere sed primę quidem redire uel detegi uidentur. ad idem. l. non putauit. §. si quis eman. ff. de contratab. & hanc esse communem sententiam firmat Ripa ubi supra in quinto requisito num 27. quem & tenet Alex. in eod. 5. requisito nu. 20. & Salicetus in. l. si testamento. C. de impuberum.

106 Pupillaris an extinguatur si impubes detur in adoptionẽ. ardua q.

107 Pupillaris non extinguitur captiuitate impuberis.

108 Pupillaris non extinguitur, quãdo per dignitatem impubes exiuit de patris potestate.

109 Pupillaris emancipatione suspensa remanet dum pupilli nires sunt.

110 Pupillaris ualet etiã de iure ciuili, si impubes emancipetur, & postea readoptetur ardua q.

Id quod 110 de iure ciuili procedere negantq; plures licet de iure pretorio illud admittant. ergo primùm uidendum, quid de iure ciuili, deinde quid de iure prætorio? quo ad primum, Alex. in. d. l. 2. nu. 20. ff. de uulg. & Ripa ibid. in. 5. requisito num. 27. & Alciatus num. 22. & Politus de pupillari subst. num. 37. tenent, quòd si pater naturalis filiofam. impuberi fecit pupillarem substitutionem, deinde illum in arrogationem dedit auo materno, ita quod in eius potestatem transiret. iuxta. §. 1. inst. de adopti. & liberaretur à patria potestate patris naturalis, tunc pupillaris non extingueretur: si modo iterũ à patre naturali readoptetur, & hanc dicit communem op. Ripa ubi suprà.

Contrariam partem, ut simul ac impubes emancipatus fuit, extinguatur substitutio de iure ciuili, neque eo iure conualescat aut renascatur etiam si postea à patris adoptiui potestate liberetur, & recidat in patris naturalis potestatem: tenuerunt Bart. in. l. si arrogator. ff. de adopt. in lect. & rursus ibidem in repeti. num. 13. ubi Ias. num. 36. & num. 37. sequitur & dicit hanc esse communem op. hanc quasi communem op. sequitur Guiliel. Benedict. in. c. Rainucius de testamen. in materia pupilla. subst. on. 51. hanc op. sentit apertè Bart. in. d. l. 2. in quinto requisito num. 14. dum ait, tũc demum non extingui pupillarem quando impubes fuit liberatus a patria potestate per interuentum dignitatis, uel per captiuitatẽ & sic erat spes reuertendi à lege approbata ex beneficio posthuminij: ut sic in hoc casu ubi ea spes cessabat contrarium sentiat. hanc opinionem tenet Salicetus in l. si testamẽto. C. de impuberum. tenet Zasius de pupill. subst. num. 15. ubi firmat hanc esse communem opi. licèt fateatur se contrarium aliquando tenuisse. hanc op. tenet glo. in. d. l. si arrogator in glo. t. in pr. & est de mente Alberic. & Bal. ibidem & etiam Signo. in rep. illius. l. num. 10. post Petrum & Iacob. quos allegat. Quid dicendum? & sanè longè uerior uidetur prior sententia ut hoc casu pupillaris substitutio per interuentũ emancipationis non uideatur perire, neque per reuersionem ad patriam potestatem intelligatur renasci. nam quòd impubes, cui fit pupillaris, sit in potestate patris uel aui naturalis, qui pupillariter substituebat id necessarium non est, tempore, quo fit pupillaris, sed tantùm tempore quo moritur testator. l. cohęredi. §. cum filiæ. ff. de uulga. ibi, mortis quoque tempore. l. 2. §. sed & si extraneum & . §. si modo & . § nepotibus & . §. sed si eos & . §. planè posthumis. secundum quod supra tertio & quarto requisitis. hæc iura induximus. nam per illa constat pupillarem fieri posse ei, qui neque erat natus neq; conceptus neque erat uerè neque interpretatiuè in potestate substituentis, tempore, quo fiebat: & per hoc pupillaris ualere non desinebat, licet effectu careret, si mortis tempore testatoris is impubes, cui fiebat in familiam testatoris non reperiretur. quod & probatur per rationem tex. in. l. si alienum. §. in extraneis. ff. de hære. inst. & . §. in extraneis inst de hær. quali. secundum quod suprà induximus in tertio requisito. & per rationem tex. in. d. l. filio quem pater. ff. de libe. & posthu. & . l. non putauit. §. si quis emancipatum. ff. de bonor. poss. contra tabul. dum 111 aiunt hunc impuberem, qui primùm fuit emancipatus deinde adoptatus à patre naturali, non tã translatum quàm redditum uideri, quasi dicat, non uidetur translatus de familia in familiam, sed ea legis interpretatio-

111 Emancipatus iterum adoptatus, nouus filius nõ uidetur.

pretatione à patre adoptiuo uidetur nunquam admissus; sicq; re integra redditus patri suo naturali. Ad glo. Bar. Bal. Alber. Signorellum. Ias. & alios in. d. l. si arrogator, dic quòd loquuntur quando re uera pupillaris fuit extincta quia impubes, cui facta fuerat & exiuit de familia testatoris post pupillarem factam, & permansit extra familiam etiam tempore, quo testator ille decessit, quo tempore oportebat, ut in eius familia reperiretur. ad. §. extraneo inst. de pupillari subst. resp. quòd intelligitur de eo, qui erat extraneus etiam tempore, quo decesserat testator. Quid 112 autem si re uera pupillaris fuit extincta de iure ciuili? quòd accidit quando primùm pupillaris facta fuit, deinde pater naturalis decessit sicque pupillaris fuit confirmata, postea impubes arrogatus fuit, sicque per hanc capitis diminutionem pupillare testamentum periit: ac postremò is impubes ab arrogatoris potestate liberatus fuit morte illius, uel emancipatione, uel alia ratione, an tunc ea pupillaris, quę per interuentum arrogationis euanuerat per liberationē ab illa patria potestate resurgat & reualidetur? & quidem de iure ciuili minimè, quia eo iure res semel extincta, non reualidatur. l. cætera. §. tractari. ff. de leg. 1. l. inter stipulantem. §. sacram. ubi per omnes. ff. de uerbor. oblig. §. 1. inst. de inutil. stip. sed de iure prætorio recōualescit id testamentum pupillare. argum. 113 §. nō tamen inst. quib. mod. test. infir. l. qui ex liberis. §. testamento. ff. de secundum tabul. l. posthumus. §. idem & circa. ff. de iniuś. rup. & reconualescit etiam sine declaratione nouæ uoluntatis pupilli, quia ut eius uoluntas non interfuit in pupillari testamento faciendo, nec eius uoluntas mutata fuit in eo testamento per interuentum arrogationis sui infirmando, ita quoque uoluntates ipsius redditus in eo testamento reualidando de iure pretorio post cessationem arrogationis illius non desideratur: Sed quemadmodum facta arrogatione ipsò iure testamentum pupillare perierat, ita quoque cum primùm eā arrogatio quasi infecta inuenta est, iure prætorio testamentum illud pupillare renascitur, uel reconualescit, ita procedat illa communis op. de qua per d. Bar. Bald. Alberic. Iaso. Signorolum & alios in d. l. si arrogator. ff. de adoptio. non sic in testamento principali. nam si qui semel sibi testamentum fecit se postea arrogandum prębuit, sicque id testamentum iure ciuili interiit (quo iure suscitari non potest) is postea licèt sui iuris effectus decedat, non uidebitur testatus decessisse iure prætorio non magis quàm iure ciuili, nisi probatum fuerit animum illius testamenti redintegrandi, uel cum illo decedendi habuisse: quia ut facto uoluntario suo, qui se arrogandum præbuit testamentum perierat, ita facto ipsius nouo. i. noua uoluntate opus est, ut peremptum semel testamentum reconualescere uideatur iure prætorio. ita procedit. d. §. testamento & d. §. non tamen. unde si cum adultus essem dedi tibi mandatum ut pro me testamentum faceres nominatim demonstrando quem mihi hæredem futurum scribere deberes. Iuxta formā l. Tauriñæ 31. tuque illum hæredem instituisti mihi, & postea me arrogandum præbui, & deinde illa arrogatio soluta fuit, id testamentum arrogatione peremptum, ea arrogatione postea cessante non conualescit etiam de iure prætorio sine noua uoluntate mea: quia licèt per alium non per me testatus uidebar, tamen in eo testamento faciendo inque ibi hærede instituendo mea uoluntas expressa accesserat. quod nota, quia est nostrum inuentum nouaque declaratio.

112 Pupillaris extinguitur, si impubes mortuo iā patre in arrogationē detur nec si rursus sui iuris fiat reualidatur de iure ciuili, sed de iure prætorio sic ēt sine impuberis noua uoluntatis declaratione.

113 Intell. l. pe. §. fi. ff. de secundum tab. & §. non tamē, inst. quib. mod. test. infir.

Sextum 114 requisitum est, ut paterfam. sibi faciat testamentum id quod ad ipsius pupillaris substitutionis creationem desideratur. l. 2. §. quisquis. l. 1. § fin. d. l. 2. §. si prius. ff. de uulga. & prius sibi testamentum facere debet, deinde filio suo. ut. d. §. si prius. Sed quid 115 si sibi prius fecit testamentum imperfectum inter liberos, quod ualebat? iuxta. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testamen. in quo testamento pupillarem substitutionem fecit, an talis substitutio pupillaris ualeat? Et sunt tres principales op. prima op. est existimantium quòd si pupillariter substitutus esset de ipsis liberis testatoris ualeret, secus si esset extraneus. ita tenet Bar. in. l. 2. ff. de uulga. in. 6. requisito Alexan. ibidem num. 21. & ibi Cumanus, Imola in c. Raynutius extra de testam. in materia pupillaris subst. Paulus consi. 53. in prin. sequuntur Soci. in. d. l. 2. Ias. & Ripa in. d. 6. requisito, qui aiunt cōmunem esse hanc Bar. op. hanc sequitur & dicit communem Alci. ibid. num. 4. dicit communem Politus in tract. pupill. subst. in. 6. requisito & Corras. in. d. l. si testamento. C. de impub. num. 19. Secunda fuit op. existimantium, quòd indistinctè ualeat pupillaris siue aliquis de liberis siue etiam extraneus esset substitutus. hanc sentit Salicetus in. l. si testamento. C. de impub. Politus ubi suprà Aretinus in d. l. 2. in. 6. requisito. quia inquiūt pupillaris respicit merum fauorem filii. glo. communiter ibi & ubique approbata in. l. ex tribus. C. de inoffic. testamento. l. si pupillus, ibi utilitatem impuberis. ff. de acquiren. hæred. & hanc partem sequitur Corras. in. l. si testamento num. 19. C. de impub.

114 Pupillaris requiritur ut paterf. sibi faciat testamentū.

115 Pupillaris an fieri posit in testamento imperfecto facto inter liberos ordua. §.

Tertia fuit op. existimantium referre utrum nullum liberorum haberet testator præter eum, qui pupillariter substituitur, ut tunc quia pupillaris est, merus fauor ipsius conseruetur: an uerò sint plures liberi, & tunc non conseruetur pupillaris, quia licèt utilis sit ei, cui fit reliquis tamen fratribus inutilis & damnosa est: quia priuantur successione fratris in pupillari ætate morientis:

Quarta 116 fuit op. distinguentium hoc modo, ut pupillaris indistinctè ualeat, tamen uulgarem tacitam quę sub pupillari regulariter continetur, hoc casu non contineatur. ita resider Franciscus de Ripa ubi supra, quia inquit cum pupillus semel hæres extitit iam amplius de bonis testatoris non agitur, sed tantùm pupilli l. sed si plures. §. filio impuberi ff. de uulga. Sed certè id arg. in oppositum potest conuerti, quia cum agatur de impuberis successione, qui si pubes esset in minus solenni testamento testari utiliter non posset, non quoque pater pro illo hoc posit. l. minor. §. fi. ff. de procurat. unde hac. 4. op. reiecta inter reliquas eligendum est.

116 Pupillaris facta in testamēto minus solenni facto inter liberos, an contineat uulgarem tacitam.

Placet ergo 117 op. Bar. & communis, ut si extremus fit pupillariter substitutus, tunc indistinctè substitutio uitietur facta in testamento inter liberos minus solenni. moueor, quia talę testamentum quò ad extraneos adeò desinit ualere ut licèt regulariter ex testamento minus solenni quod inter liberos non fit, oriatur saltem obligatio naturalis. l. si ff. de rebus eorum. tamen secus est ex testamēto imperfecto inter liberos facto ut ex eo, quò ad extraneos nec ciuilis, nec etiam naturalis obligatio oriatur, patet per tex. in. d. §. ex imperfecto in uerbo. accrescere, ubi habetur quòd 118 si inter liberos extraneus misceatur, tunc quod illi extraneo relictum fuit, liberis accrescit: accrescere autem liberis non posset nisi extraneo nullo iure neque ciuili neque naturali deberetur. glo. communiter ibi app. secundum Iaso. ibi post alios in. l. si duo patroni. ff. de iureiu. estque communis op. doct. in. l. huiusmodi. § si Titio. ff. de leg. 1. & in. l. planè. §. si coniunctim eod. titulo ut latius in materia iuris accrescendi differimus. Ergo 119 testamentum imperfectum inter liberos factum, non solùm quò ad extraneos imperfectum est, prout regulariter foret si inter extraneos factum esset, sed etiam est longè magis imperfectum quò ad utilitatem extraneorum quàm esset si inter liberos factum non esset.

117 Pupillariter substitui non potest extraneus in testamento imperfecto inter liberos facto.

118 Accrescere non potest nisi quod etiam naturaliter nō debetur.

119 Testamentum minus solenne inter liberos factū, quo ad extraneum ad mistum debilius est, quàm si inter extraneos fieret.

Sed 120 certè tex. ille in. d. §. ex in perfecto non procedit in legatis, quia cum legata minus solēnia debeantur naturaliter, ut in. l. fideicommissum. ff. de condit. in deb. & in. l. ij. & l. si ueritas. C. de fideicom. & ius accrescendi non habeat locum nisi relictum uacet omni iure id est tam naturali quàm ciuili. ut in gl. in. l. si duo patroni in princ. ff. de iureiu. & l. planè. §. si coniunctim de leg. j. & ibi dicitur liberis accrescere, sequitur, non loqui in

120 Intell. l. hac cōsulta. §. ex imperfecto. C. de testam.

legatis

legatis dic ergo secundum Corneum nume. 6. & Curtium in.d.§. ea in perfecto nume.21.quòd loquitur in portionibus in quibus erant instituti extranei, quæ ex minus solenni testaméto nec ciuiliter debentur, nec naturaliter: quia inter cohæredes nulla obligatio oritur. ut in.l.ex parte.ff.de acq.hære. in.l.si in testamento.ff.si quis omis.ca.testa.l.sed & si conditioni.§.fi. de hær. insti.ff.& sic cum portiones hæreditatis extraneis relictæ uacent omni iure, possunt accrescere liberis.Nec obs.l. his consequenter.§.fi.ff.fam.hærc.ubi uidetur oriri actio inter cohæredes. nam illud est uerùm quò ad implendam testatoris uoluntatem, ut in legatis præstandis,uel quò ad eius conscientiam exonerandam. ut in satisfaciendis creditoribus, non autem quò ad particulare cohæredum commodum. ut in iuribus contrariis. Nec obst.quòd Ias.in.l.si post diuisionem de iur. & fac.ign. & Ripa in.l.nemo potest.numa. 102. de leg.i.tradunt.s. portionem in testamento ualido & solenni de iure gentium relictam, iure gentium deberi. Nam licèt ipsa portio iure gentium & sic naturali debeatur, nullo tamen iure debetur a cohærede, quia eum testator non uoluit grauare de præstanda portione cohæredi. ut in contrariis. & quòd portio debeatur de iure gentium operabitur secundum prædicta quòd ab extraneo poterit tutè in foro conscientiæ retineri, licèt minus tutè uideatur in foro iudicii, quia iura nostra &c. ut in.l.ius nostrum de reg.iur.& uide Ripam in.l.re coniuncti de leg.3.num.117. & ad.l. his consequenter supra all. uide Paul. & Areti. in all.l. ex parte & Alex.in add. ad Bal.in.l.un.C.ubi de pup. agi oport.& uide Ias. in all. l.nemo potest col.13.adde Ias. qui longè aliter hãc rem intellexit in.l.planè.§.si coniunctim num. 13. cum seq. de leg.i.& in.l.re coniuncti.num.201.de leg.3.&Ias.in.l. huiusmodi.§.si Titio de leg.i.in prin.col.4. & Ias. ibidem in.d.l.si duo patroni num.6.ff.de iureiu. & Corras. in.l.testam.C.de imp.num.22.adde Ias.num.17.in.l.1.de cond.indeb.igitur retento illo intellectu ad.d. §. ex imperfecto.s. quòd testamentum inter liberos imperfectum quò ad ea quæ extraneis relinquuntur & possunt imperfectissimum reputetur, superest ut pupillaris in persona extranei non ualeat.secundo moueor.nam cum sub expressa pupillari, tacita uulgaris subintelligatur.l. iam hoc iure.ff.de uulg.l.2.l.quamuis.C. de impuberum certè si pupillus abstinuisset statim ad eius portionem admitteretur extraneus ad exclusionem aliorum fratrum, quod euidenter est contra.d.§. ex imperfecto. Nec ad rem pertinet quòd Ripa ubi suprà ait, quòd tũc sub pupillari non contineretur tacita uulgaris. Nam id nimis nouum nimis suspectum & nullibi usquam probatur. Vnde etiam infertur quòd opi. Socini. & Corrasij ubi supra uera non est existimantium quòd quando unicus erat filius testatoris, cui pupillariter substituitur in testamento minus solenni ualeat substitutio, quia tunc eius utilitatem respicit, nec sunt alii liberi testatoris, quibus possit nocere.nam respondeo q̃ si pupillaris ualeret cum sub se contineat tacitam uulgarem, euenire posset ut si impubes abstineret, tunc substitutus hæreditatem testatoris ex uulgari tacita caperet, idque ex testamento minus solenni contra omnia iura, quæ propter uitandas falsitates magnam solennitatem in testamentis desiderant.l.fi.C.de fideicom.§.fi.inst.de fideic. hæred.denique communis opin.tenenda est, quia contraria non probatur iure, & quia habemus regulam uniuersalem, quod non refert utrum quis omnino non fecerit testamentum, an uerò fecerit, sed minus solenne ut in prin.inst.de hære ab int. in uerb.non iure, &.l.1.ff. de iniusto rup.ab hac regula excipiuntur soli liberi testatoris, non etiam extranei, ergo extranei remanent sub regula negatiua, quòd ex inde capere nil possunt. extant ergo conclusiones duæ, prima est, quòd in testam. minus solenni inter liberos facto, si pupillariter substituatur extraneus, non ualet substitutio, secunda, quòd si substitueretur filius testatoris, tunc ualeret & hanc secundam, omnes etiam aliarum opinionum fautores sequuntur. ut aduertit Ripa ubi suprà.

Septimum 121 requisitum secundum Bart.& alios in.d.l.2. est, quòd is cui fit pupillaris sit institutus uel exhæredatus, secus si præteritus. dic ergo quòd pupillaris fieri potest filiis exhæredatis ut.§. non solùm inst. de pupill. conc.l.cum quidam.C.de leg.l.ab exhæredatis in princ.de leg.i.l.fi.in prin.de leg.3.l. miles ita. §. si miles &.§.exhæredato de mil. testam.l. qui fundum.§. qui filios.ff.ad leg.fal.l.cohæredi.§.cum filiæ uers. & ideo de uulg.l.6.tit.5.par.6.l.1.§.substituere de uulg.ff.§. non solùm inst.de pupill.

121 Pupillaris fieri potest exhæredato.

Ratio 122 quia pupillaris est prouisio. l. ex tribus cum gl.fin.C.de inof.l.si pupillus de acquiren.hæred.ff. ergo & si filius per exhæredationem iniurietur, non debet pater priuari facultate substituendi, ne propter peccatum patris plectatur filius.

122 Pupillaris est prouisio.

Limitatur primo secundum doctores communiter ut nõ procedat in substitutione exemplari per.l. humanitatis.C.de impuberum.quod alibi suspectum dixi. limitatur secundo, ut non procedat in milite secundum Angelum in.§.non solùm inst.de pupill. substitutione.

Sublimita tertio 123 in milite, qui licèt exhæredato possit pupillariter substituere, tamen ea substitutio tenebit in bonis tantùm, quæ processerunt ab ipso milite testante ad ipsum impuberem exhæredatum.ut in.l.miles ita.§. exhæredato. ff. de militari test. ubi, quòd loquatur de pupillari substitutione patet, quia tractat non solùm de bonis testatoris, sed etiam de bonis eius, cui fiebat pupillaris substitutio de quo per gl.& doct.in.d.§.exhæredato & in.l. sed si plures.§. ad substitutos.ff.de uulgari.& in.§.non solùm inst.de pupill.sed certè absurdum esset minus iuris habere militem quam paganum. ideo dic 124 quòd dictus.§.exhæredato loquitur quando impubes, cui fit pupillaris substitutio, erat non solùm exhæredatus, sed etiam emancipatus, ut sit sensus, quòd exhæredato si esset in potestate posset miles pupillariter substituere in omnibus bonis undecunque quæsitis. sed exhæredato emancipato possit pupillariter substituere in bonis tantùm a se profectis. ratio, quia cùm pupillaris fit emancipato fit quodammodo iniuria & læsio iis, qui impuberi poterant ab intestato succedere, quæ læsio tolerabilis est in his bonis, quæ à patre milite ad emancipatum profecta sunt, non autem in iis, quæ aliunde peruenerunt. ut probatur ibi, & in.l.cum filiis. eod.tit. & secundum hunc sensum bene accommodatur similitudo, qua utitur iure consultus in.d.§. exhæredato.dum ait, quòd similes filio in potestate ab instituto substituit pupillariter, tunc ea substitutio ualebit in bonis tantùm à patre profectis, non in aliunde quæsitis, ne iniuria fiat auo; in cuius potestate nepos erat. quem intellectum ad illum. textum nota quia nullibi inueni ita bene declaratum.

123 Pupillaris exhæredato à milite facta ad quæ bona trahatur.

124 Intell. l. miles ita. §. exhæredato. ff. de mil. test.

Denique 125 quod dicimus pupillarem exhæredato fieri posse, obtinuit olim, sed nouo iure innouatum est: extat enim Iustiniani imperatoris constitutio uetantis impuberem posse exhæredari: quo fit ut cùm non nisi impuberi pupillaris fieri possit, impubesque exhæredari nequeat, iam pupillaris exhæredato fieri non possit. quòd autem impubes, qui doli capax non est, hodie exhæredari non possit. uidetur probari.l.si quis in suo.§.legis.C.de inof.testamen. quod firmant ibidem gl.& omnes.gl.& omnes.in.l.3.in prin.ff.de iniusto rupt. gl.& omnes.in.§.posthumi.insti.de exhære.liber.glo. & omnes in.d.l.si quis in suo.§. legis.glo.& omnes in.l maximum uitium.§.fin.C. de liber. præt.estque expressum in. l.6.tit. 5. par. 6. Hæc traditio & si ubique recepta sit, mihi nunquam probatur, nec probabitur. In primis 126 enim considero eò pertinere, ut neque impubes possit exhæredari per quod corrigerentur omnes le-

125 Pupillaris etiam hodie potest fieri exhæredato.

126 Exhæredari etiam hodie potest posthumus & impubes, & est ardua quæst.

nes leges suprà allegatæ, neque longè minus posthu-
mius id quod eò pertineret ut fateremur corrigi totum
illum titu.ff.de lib.& posthum.hære.insti.uel exhere.&
bona pars totius tituli.de iniust.rupt.ff. & totus ille ti-
tulus.C.de posth.hære.insti.uel exhere. & insti.de ex-
hære.liberorũ.ferè per totum & aliæ innumerabiles.ll.
quod quàm absurdum sit, euidentius est, quam nostra
demonstratione egeat. Vnde teneo contra communem.
Primò quòd impubes etiam infans possit hodie exhæ-
redari. Deinde quòd posthumus similiter exhæredari
possit per iura uetera. Neque 127 ad rem pertinet
127 *Intell. l. si quis in suo. §. legis. C. de inof. testamen.* d.§.legis, qui decepit dd. non enim ibi dicitur posthu-
mum infantem'ue exhæredari non posse, sed dicitur
non posse à matre odio patris exhęredari. quòd eo per-
tinet ut licèt mater haberet iustam indignationis cau-
sam aduersus patrem filii sui infantis, uel posthumi per
quem mater intelligebat patri suo quęrendam esse pa-
tri hæreditatem: tamen per hoc non iustè à matre filius
innocens condemnabitur, uel exhæredabitur: cùm si id
mater prospectum uoluit, ne patri per filium hæreditas
quæreretur, possit eum filium instituere sub conditio-
ne hac, si emancipetur à patre, ut ita emancipatus pa-
tri acquirat nihil. itaqꝫ si contra officium pietatis is
innocens exhæredatus fuit, non negat ille tex. quin ua-
leat testamentum quo ad primordialem firmitatem, li-
cèt dicat quòd licèt is innocens rite exhæredatus uidea
tur, perque hoc testamentum ab initio ualeat: tamen
quia iniustè innocens ille alieno odio pręgrauatur, iu-
stè querelam instituere potest. id quod conuenit na-
turæ illius tituli sub quo locata est.d.l.In titulo enim de
inof. testam. longè alienum est tractare de primordiali
ualiditate testamenti, sed tantùm de irreuocabili agen-
dum est, ergo &c. arg.l. imperatores.ff.de in diem adie-
ctione.simile 128 in.l.non putauit.§.si quis sua manu.
128 *Intell. l. non putauit. §. si quis sua manu. ff. de contra tab.* ff.de bon.poss.contra tabul.ubi testator iussit filium te-
stamentum scribere, eumque exhæredauit: sicque is fi-
lius ut reliqua in testamento contenta: ita etiam sui ip-
sius exhęredationem iussu patris scripsit. & tex.ait no-
cere filio illam exhæredationem, non secus quàm si ab
alio scriberetur: quod intelligendum est, quò ad ma-
teriam illius tituli, nempe ut exhæredatio mero iure
ualeat, sicque denegetur ei filio contra tabulas bono-
rum poss. ut in.d.l. non putauit in princ. non tamen per
hoc desinet is filius querelam habere, si iniustè fuit ex-
hęredatus, licèt illa exhæredatio rite facta fuerit: sic &
in proposito, quod in.d.§.legis, dicitur, quòd odio patris
filius infans uel posthumus non potest à matre exhære-
dari, intelligendum est, quò ad querelam in officiosi
testamenti, de qua loquitur ille titulus quasi odio patris
infans non rectè exhęredatus uideatur; rite tamen non
potest negari quin exhæredatus uideatur. simile 129
129 *Intell. l. non putauit. §. si quis emancipatum. ff. de contra tab.* in.l.non putauit.§.si quis emancipatum.ff. de bon. poss.
contra tabu.ubi filium in potestate exhæredaui, deinde
eum emancipaui, tertio eundem readoptaui. dubitant
an ipsius adoptione quasi posthumi agnatione testamen
tum reputatur? arg.l.certum.ff.de iniusto rup. quasi is al
ter homo quàm antea uideretur.arg.ff. de adim.legat.l.
si seruus legatus.§.fi.quod ibi negatur, dicens ꝙ ei no-
cet exhæredatio, non secus quam si semper in familia
mansisset, sed tamen intelligitur ꝙ ei nocet, quo ad hoc
ut rite facta uideatur· & per hoc ei denegetur contra
tabu.bon.poss.quæ rite exhæredatis non datur.l.non pu
tauit in princ.ff.de contra tabul. non tamen intelligitur
ꝙ si minus rectè exhęredatus fuit desinat ei dari quere-
la, quia an noceret exhæredatio, quo ad remedium il-
lius tituli scilicet quo ad bon.posses.contra tabul.dene-
gandam in illo titulo agendum erat, non autem an no-
ceret quo ad querelam, de quo remedio in illo titulo
non agebatur. Tertiò est simile in.l.filio quem.ff.de lib.
& post.Quartò est simile in.l.Gallus.in princ.cum gl.&
materia.ff.de liber.& posth.Quintò est simile in.l.hu-
manitatis.C. de impu. Sextò est simile in.l.ex tribus.C.
de inoffic.test. Septimò est simile in.l.Papinianus.§.sed
nec impuberis.ff.de inof.testam.Octauò est simile in.l.
si non mortis.eod.tit.Nonò est simile in.l.ita tamen.§.si
quis rogatus.ff.ad Trebelia. in quibus omnibus proba-
tur ꝙ quando dicitur aliquid nocere, uel non nocere, in
telligitur quo ad materiam illam de qua ibi agitur, uel
quo ad remedium de quo ibi agitur, non quo ad aliam
aliorũ titulorũ materiã id ꝙ in materia exemplaris sub-
stitionis latius disseruimus. facit.l.quibus diebus.§. do-
minus. ubi Socinus.ff.de condi. & demonstra.l.stipulatio
ista.§.hi qui, &.§.hæc quoque.ff.de uerb.obliga.l.fun-
dus, qui locatus.ff. de fundo instru.sic & in specie no-
stra, dum in.l.si quis in suo.§.legis.C.de inof.testamen.
dicitur quod infans à matre odio patris exhęredari non
debet, uel potest; intelligendum est, quòd talis exhęre-
datio contra facta, non impediet remedium illius tituli,
sicque querelam inofficiosi testamenti; non tamen in-
telligitur quòd illa exhæredatio desinat rite facta uide-
ri, quod sufficit ad confirmandam testamentum etiam
si à patre fieret.

Stat 130 ergo ꝙ iure tam.ff.quàm.C.infans & po-
sthumus possunt exhæredari. sed an idem iure authen.
quod omnes pleriq; negant post Accursium per tex.ibi 130
in auth.ut cum de appella. cog. §. aliud quoque.col.8. *Exhæredari etiam iure auth. possunt posthumus et infans.*
glo.& omnes in.l.fi.§.fi.C.de libe.præt.glo. inter cæte-
ros in.§. posthumi. insti. de exhęr.lib quam ibi omnes
sequuntur.nobis autem qui expresiò ueteres leges sum
mis uigiliis maturaque cogitatione latas atque inuen-
tas ab imperitorum calumnia rudique interpretatione
tuemur, hæc traditio non probatur. Nec ad rem perti-
net ꝙ Iustinianus in.d.§. illud quoque, ait, non licere
parentibus exhæredare liberos nisi duobus demum con
currentibus. Primò ꝙ iusta indignationis causa id fece-
rint, deinde quòd illam causam nuncupatim in suo in-
seruerint testamento. Quid ergo si de facto contra fiat,
certè ibi modus pœnæ nõ satis declaratus est: cum ergo
altero de duobus modis possimus interpretationem in-
ducere, uel quod aliter obseruantibus testamentum ab
initio sit ipso iure nullum, uel quod licèt ab initio sub-
sistat, possit tamen ex post facto querela proposita in-
firmari: magis est ut posteriorem hanc interpretatio-
nem introducamus, ut ita saluæ incolumesque ma-
neant leges ueteres, quàm priorem, per quam teme-
rè atque inconstanter delerentur. qua recepta inter-
pretatione, non leuis erit illius authen. utilitas· cùm
enim iustæ causæ exhæredationis non essent olim de-
finitæ, sed iudicis arbitrio relinquerentur: hodie per
illam auth. definitæ sunt, quas ultra citraque nequit
consistere exhæredatio. Præterea cùm olim non opor
teret eas à testatore exprimi, hodie oportet. Tertiò
cùm olim filius exhæredatus de sua innocentia docere
teneretur.l.liberi.C.de inoffi.testamen.l.4.ff. eod.nunc
post.d.authen.nihil probare tenetur, sed obtinebit nisi
hæres eius nequitiam ostenderit, quod & sensisse idem
Iustinianus uidetur in.l.omnimodo.C.de inoffi.test.Est
tamen uerum, quod Bar.in l.2.ff.de uulga. num.19. post
Guiliel.& Oldrad. quos ipse refert, tenet quòd hodie
exhæredato pupillaris fieri non potest, nisi sit doli ca-
pax. cuius opin. commun. est, secundum Ripam. ibidẽ
qui idem sequitur num.30. glo.& omnes in.§. nõ solùm
insti.de pupilla.Salicet.in.l.si testamento. C. de impub.
Guilielmus de Cun.in .d.l.precibus.eod.titulo. Sed ta-
men nostram opi tenet Fulgosius, quem refert Ripa. ubi
suprà, mouetur Fulgosus, quia exhæredatio sine causa
etiam iure.ff.fieri non poterat, non magis quàm iure.C.
& auth.l.cum ratio.ff.de bon.damnat. & tamen infans
& posthumus poterant exhæredari, quia illa exhæreda
tio rite facta uidebatur, quòd sufficiebat ad primordia-
lem ualiditatem testamenti tam paterni quàm pupillaris
& ad sui creationem; licèt quia rectè facta non erat, nec
hodie esse potest, non impediatur resolutio illius testa-
menti, quod mero iure ualebat resolutioq; fiet per que

relam. defendendo commun. Ripa ubi suprà ait quòd exhæredatio sine causa nunquam potuit fieri iure auth. uel. C. nec etiam iure. ff. ut. d. l. cum ratio quod nihil est, nam quia sine causa fieri poterat & testamentum mero iure non desinebat ualere, ideo facti fuerũt omnes tituli de inoffi. testamento. inst. C. & ff. ut testamentum quod per exhæredationem rite factam ab initio firmum erat per querelam rescinderetur, si talis exhæredatio non rectè. i. absque causa iusta facta esset.

Extat ergo quòd infans, item posthumus potest exhæredari tam iure. ff. quàm. C. & iure auth. iure autem regio secus ut. d. l. 6. titulo. 5. part. 6. sed non malè & in specie hac, interpretatio induceret, ut cum constet regem Alfonsum non tam quippiam inducere, quàm omnia traducere uoluisse, dum ait infantem qui doli capax non est, non posse exhæredari: intelligatur secundum ius cõmune, ut si de facto exhæredetur testamentum non ipso iure euertatur, sed per querelam tantùm expugnari possit. extat ergo ex superioribus quod exhæredatis etiam hodie fieri potest pupillaris, licèt non sint doli capaces, quod intelligo iure. ff. C. & auth. iure autem Hispanorum non firmo.

131 *Pupillaris an fieri possit exhæredatio mala mente.*

Sed 131 quid si exhæredatio fiat mala mente? an etiam tunc exhæredato impuberi, uel infanti, uel posthumo possit fieri pupillaris? Bar. post Guihel. de Cun. quem refert, tenet quod sic in. l. 2. ff. de uulga. num. 22. cuius op. communis est secundum Ripam ibidem num. 36. quod etiam sequuntur Imola ibidem & Alex. num. 24. idem sequitur ibi Salicetus & Ias. num. 25. qui subdit quòd cum Bart. transeunt omnes indifferenter. Sed an

132 *Exhæredatio an in dubio præsumatur facta, mala mente. ardua. q.*

132 in dubio exhæredatio præsumatur facta mala mente? Bar. quod non in. l. ut iurisiurandi. §. liberti. ff. de bo. libertorum. per. l. patronus. §. si quis mala mente. ff. de bon. liber. cum. l. seq. Contrarium tenet Bal. num. 1. in l. liberti libertæq;. C. de ope. lib. per. l. testamento centurio. ff. de manum. testamento Angel. in. l. si tibi. §. pactus. ff. de pact. Alex. in. l. 2. ff. de uulga. num. 23. Ias. nu. 3. in. l. multi non notæ. ff. de libe. & posthum. licèt contrarium teneat in. l. si mater in pr. num. 5. ff. de uulga. Ripa uerò in. l. 2. ff. de uulg. nu. 36. est in tertia opinione, scilicet quòd si pater qui filium exhæredat aliquid ei legauit, tunc bona mente fecisse uideatur, alias secus. arg. l. cum quidam. C. de lega. quod secundum eum est de mente Bar. ibid. tu dic quòd regulariter exhęredatio præsumitur fieri mala mente. sut filius à bonis patris excludatur eiusq; ingratitudo puniatur, quod euidenter perprobat per locum ab speciali. d. l. multi non notæ. & ideo filius dicitur in iuria affectus cùm exhæredatur. d. l. cum quędam. C. de lega. l. Papinianus in pr. ff. de inoffi. testamento authen. ut cum de appell. cog. §. aliud. & §. sola enim.

133 *Exhæredatio præsumitur facta, mala mente, etiam si legatum exhæredato relinquatur. contra nouissimos*

Fallit 133 quando ex coniecturis apparet exhæredationem factam animo iuuandi, quale est cum exhæredato iubetur heres integram hęreditatem uel saltem legitimam restituere. ut in. d. l. multi & aliæ coniecturæ colliguntur in. l. Seius Saturninus. ff. ad treb. l. ita tamen §. si quis rogatus. ff. ad treb. Quòd autem cum ei legatum relinquitur, semper bona mente exhæredatus uideatur, est contra tex. in. d. l. cum quidam. sicq; in hoc teneo contra Ripam ubi supra cum opinione Bal. de qua suprà, quæ uidetur magis communis.

134 *Pupillarem an facere possit pater turpis? ardua. q.*

Quando 134 autem pater esset turpis persona, tunc non posset ipse facere substitutionem pupillarem secundum Bar. in. l. 2. ff. de uulga. nu. 23. argumento. l. 1. ff. ubi pupillus educari debeat. & . ff. de confir. tut. l. utilitatem l. fin. C. de sent. pass. l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. sol. matrimonio. in contrarium tamen inclinat Aretinus in. d. l. 2. in. 7. requisito. ff. de uulga. & Angel. in. l. 2. §. si. de uulg. Angel. in. l. 3. §. si. eod. titu. & in. d. l. 2. in pr. Ange. in. l. Papinianus. §. sed neque impuberis. ff. de inofficio. testamento. ubi ait se idem dixisse in. l. maximum uitium. C. de libe. præt. idem tenet Ang. in. d. §. eo autẽ tempore Ang. in. l. ex facto. ff. de uulga. Ang. & Paul. in. l. cum quidam. C. de leg. Imola in. d. l. ex facto & in d. §. eo autem tempore Bal. in. l. humanitatis in. 1. differentia. C. de impub. & est communis op. secundum Ripam num. 36. in. d. l. 2. de uulga. sequitur ibi Alex. num. 24. ubi Iasnu. 25. sequitur & dicit hanc communem op. contra Bar. ubi supra & cõtra eund. in. l. cum oportet. C. de bo. quæ lib. Pro communi & uera opinione est tex. in. l. Papinianus. §. sed neque impuberis. ff. de inoffic. testamento quẽ inducit Areti. Alex. & Ias. ubi suprà denique ipsi & bene sentiunt & etiam Ripa ubi supra quòd 135 regulariter pater licèt sit turpis persona possit filio pupillariter substituere. Fallit quando ei tanquam prodigo esset interdicta bonorum suorum administratio. & isto casu procedat op. Bar. 135

Pupillarem facere nequit pater, cui bonorum suorũ fuit interdicta administratio.

136 *Pupillaris an pereat rupto per contra tab uel per querelam testamento.*

Sed an 136 rupto per contra tab. testamento rumpatur & uitietur pupillaris? & quid si per querelam rescindatur? Bar. in. l. 2. ff. de uulga. & in. l. is qui contra. ff. eod. tenet quòd rupto per contra tab. testamento pupillaris non uitiatur. idem si per querelam rumperetur ex parte tantùm, secus si ex toto. Sequitur ibidem Ripa nu. 29. uide Viglium post glo. ibi in. §. liberis inst. de pupill. Costam in. l. Gallus. §. & quid si tantum pag. 122. ff. de libe. & posth. Areti. not. in. l. ex duobus. §. fin. ff. de uulg. estque communis op. secundum Costam ubi suprà, tenent notanter. Bal. Angel. & Aret. in. d. §. fin. l. & ex duobus. ff. de uulga. ubi Bar. & communiter scribentes ubi suprà & Bar. in. l. 3. ff. de uulga. in 7. requisito, quẽ alii omnes simpliciter sequuntur ibi, aiunt quòd per contra tabulas ideo non euanescit pupillaris quia continet utilitatem impuberis. glo. in. l. ex tribus ubi omnes. C. de inoffic. testamento. & quia per contra tab. bonn. poss. conseruantur ea, quæ liberis utilia sunt (qualia sunt portio hęreditatis & legata) ut per totum. ff. de leg. præst. ergo similiter conseruabitur pupillaris, quę similiter liberis utilis est. Sed Costa ubi suprà post Bal. Auge. & Areti. in. d. l. ex duobus § fin. aliam assignat rationem. nam inquiunt quod per contra tab. infirmatur testamentum principale ad utilitatem contra tabulantes, qui nil emolumenti caperet ex rescissione tabularum pupillarium ideoq; non infirmantur. Item 137 Bar. in. d. 7. requisito tenet, quòd licèt præteritionem filiifam. cui pupillaris facta est uitiaretur testamentum patris & consequenter etiam testamentum filii; tamen inquit fallit in duobus casibus, primus, quando conseruatur testamentum per auth. ex causa. C. de lib. pręter. Secundus quãdo conseruatur per approbationem ipsius filii præteriti, qui contra testamentũ patris nil dicere uoluit. Iuxta. l. filio pręterito. ff. de in iusto rup. & cum Bar. transeunt communiter doct. ibi.

137 *Pupillaris prætereito filio facta, in duobus casibus sustinetur.*

138 *Pupillaris non ualet si patris hæreditas non sit adita.*

Octauum 138 requisitum ad ualiditatem pupillaris substitutionis secundum Bar. est, ut hęreditas patris adita sit. per. l. j. §. fin. ff. de uulga. l. eam quam. C. de fideic. l. si nemo. ff. de regul. iur. l. si nemo. ff. de test. tut. Fallit primo quando existentia suitatis, fuit confirmata pupillaris substitutio. Fallit secundo in testamento militis, & cum Bar. transeunt communiter doct. ibidem. Id tamen requisitum non pertinet ad creationem pupillaris, sed magis ad ipsius iam createç resolutionem uitandam.

139 *Pupillaris indistinctè sustinetur si patris hæreditas ex uulgari tacita adeatur. ardua q.*

Sed 139 circa hanc partem, dum Bar. quęrit in. d. l. 2. de uulga. num. 25. an si hęreditas adeatur ex tacita uulgari confirmetur testamentum pupillare? & ait, confirmari, quãdo pupillus habuit cohæredem, quia tunc per dationem cohęredis extranei suitas sublata fuit: sicq; ad confirmandum testamentum pupillare opus fuit aditione illa, quę necessaria 140 minimè foret, si solus pupillus foret institutus: quia tunc sola existentia sui hæredis tabulas pupillares confirmaret. & cum Bar. tenent Salicet. in. l. si testamento. C. de impuberum. Guil. Benedict. in. c. Rainucius de testam. in materia substitutionis pupillaris num. 68. Ripa in. d. l. 2. num. 37. ubi remittit se ad dicta per eum in. l. j. ff. de uulga. in secundo effectu

140 *Suitas non tollitur datione cohæredis extranei. ardua. q.*

uulgaris substitutionis ubi idem tenet, sequitur Polius de substitutione pupillari.num.17.etsq; de mente Alex. & Ias.in.d.l.s.in.8.requi. Sed dum aiunt per dationem cohęredis extranei tolli suitatem, sicq; necessariam esse illam hęreditatis aditionem: utrunque licèt communiter receptum sit, tamen apud me suspectum est. ut disseruimus supra de suee.creati.§.21.num.83.

Ergo isto casu, si impuberem cum extraneo hęredem institui, imperique pupillariter substitui: cohęres repudiauit, & impubes similiter abstinuit, si quidem pupillaris substitutus meam hęreditatē adiuit, sustinetur testamentum meum aditione illius & consequenter pupillare: isq; habebit statim bona mea, & si postea impubes ille in pupillari ętate decesserit, similiter eius quoquę bona habebit ex pupillari substitutione. ita Bar.in l.j. numc. 29. ff. de uulgari. quem sequuntur doctores communiter ibi.

141 *Pupillaris ut ualeat, non debet præcedere testam. patris.*

Nono 141 requiritur, quòd non solùm sibi patersf. faciat testamentum sed etiam quòd patris testamentum præcedat & sequatur pupillare.d.l.2.§. prius, qui uariè intelligitur. primus intellectus fuit glos. & Bar. & Ang. in.d.§.si prius, quòd si præcessit exhæredatio filii, cui pupillaris facta fuit, deinde sequatur hæredis institutio, tunc uitiatur dispositio ut pupillaris non ualeat: qui intellectus reprobatur communiter tum multis nominibus, tum etiam quòd euidenter diminet licèt hunc intel. sequantur Guil.& Dec.in.d.l.precibus. C. de impu.col. 8.post alios quis refert.

Secondus fuit intellectus Petri de Bell. quem sequuntur & dicunt communem Ripa nu.28.in .d.l.j.ff.de uulga.Coras.in.l.si testamento num.18.C. de impuberum. Ias.simpliciter in.d.§.si prius. sequitur, & dicit communem Alex.ibid.col.3.post.Nicol de Neap. Cyn. Iacob. de Aren.Rain.Bal. Imol.in.d.§.si prius.ubi etiam Cum. sequitur & Paul. & Bal.in.l.ambiguitatem. C. de testā. Bal.in.l.fin.C.de hær.inst.dicentes referre, utrum substitutio pupillaris, quæ præcessit hæredis institutionē fieret longe prius quàm testamentum patrisfam. quod potuit ut.l.si quis eom.§.fin.ff.de uulga. ut tunc testamentū pupillare non ualeat. & ita procedat.d.§.si prius in pr.quòd si eodem tempore utrunque testamentum factum fuerit iuxta formam l.furiosum.C. qui testam. facer.poss.tunc ualeat pupillaris substitutio, licèt prior facta fuerit, quàm hæredis institutio: & ita procedat uersic.Sed si quis ita.d.§.si prius. quem intellectum reprobat Alci.io.l 2.ff.de uulg.nu.38. quia inquit parum literæ conueniret.

Tertius ergo fuit intell. ipsius Alciat.ubi supra dicentis, quòd indistinctè pupillaris, quæ præcessit hæredis institutionem uitiatur ut.d.§.prius in pr.nisi cū ex mente testantis appareret, quòd ordo intellectus erat, quòd institutio pręcederet licèt esset posterior in ordine literę ut d.uersi.sed si quis ita. & idem tenuit nouissimè Emanu.de a Costa in.l.Gallus.§. & quid si tantū: pag. 107. ff.de lib.& posth. quem intell.iure.ff. uerissimum puto. sed quia horū intellectuū nullus est, qui aliqua ex parte uerus non sit, ideo ex ipsis collige conclusiones sequētes.prima conclusio, quæ ex primo intellectu colligitur est, quòd si in eodem testamento pręcessit exhęredatio pupilli, deinde ei fit pupillaris, & postea hæredis institutio, tunc pupillaris substitutio uitiatur ut d.§. si prius sed & exheredatio ipsa uitiaretur ut sentiunt glos. Bar. Ang.& Guil.quos diximus hunc intell.tenuisse: quod ultimum uerum non est. nam iure.ff.licèt omnia quę hęredis institutionem pręcedebant uitiarentur. ut in.d.§. si prius &.§.ante hęredis.inst.de lega.&.l.j. in pr.ff. de hęr.inst.tamen fallit in exhæredatione ut.d.l.t.2.resp. idque 142 ex eo quòd exhęredatio est fundamentum testamenti, non secus quàm institutio.l. inter cętera.ff. de libe.& posth.in pr.inst.de exhęr. lib.

142 *Exhæredatio est testamenti caput.*

143 *Pupillaris, quæ longa interuallo præcessit testamentum principale non ualet.*

Seconda conclusio, quę colligitur ex secundo intell. est, quòd 143 si longè prius feci pupillo testamentum deinde mihi. tunc testamentum pupilli non ualet. hec conclusio, iure.ff.uerissima erat.d.§.si prius. Sed an idē hodie post.§.ante hæredis inst.de leg. & puto, quòd sic, quia illum tex. intelligo quando in eod.contextu fiebant pupillaris substitutio & testamentum patrisfam. secus si diuersis temporibus.

144 *Pupillaris si in testamento principali fiat, ualet, licèt præcedat hæredis institutionē iure nouo.*

Tertia conclusio, 144 quod etiam si in eodem testamento præcederet pupillaris substitutio licèt etiam pupillus esset institutus, non autem exhęredatus, adhuc si posterior esset hęredis institutio, non ualeret pupillaris. ut d.§.si prius. generaliter eum intelligendo. ratio, quia omnia in testamento contenta, quę hęredis institutionem pręcedunt, non ualent.d.l.t.ff.de hę.inst. d.§.ante hęredis.secundum intell.Eman.& Alci. contra communem intell.ad.d.§.si prius.quod licèt iure.ff. uerum esset, iure nouo credo non procedere ut d.§.ante hęredis.

145 *Pupillaris, quæ principalem institutionem præcedebat inspecto ordine intellectus iure etiā. ff.ualebat.*

Quarta conclusio, quòd 145 etiam iure.ff. quando inspecto ordine literę pręcessit pupillaris, si tamen inspecto ordine intellectus pręcedebat hęredis institutio, tunc pupillaris non uitiatur.ut.d.§.sed si quis ita.secundum Eman.& Alciat.

Quinta conclusio, quòd hoc casu etiam uulgaris substitutio non uitiaretur ut d.§.si prius.uersi. Sed & si ita melior.tex.quem nullus unquam allegauit in.l. si quis ita institutus sit.ff.de hęr.inst.licèt in hoc ultimo contrarium uelit, & male Ripa in.l.2.ff.de uulg.nu.28.

De pupillari substitutione pars iij. & §. xv.

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris expressa continet sub se tacitam uulgar. ardua q.*
2 *Substituo uerbum, aptum est comprehendere utrumque casum tam aditæ, quàm rep. hær.*
3 *Pupillaris substitutionis illud uerbum, si hæres erit, quem sensum habeat.*
4 *Hæreditas plerunque ad commoda.*
5 *Hæreditate à creditoribus capta, defunctus iniuria afficitur.*
6 *Vulgaris comprehenditur cum dixi, si impubes hæres erit, & in pupillaritate decesserit. Idem & facilius cum dixi. si in pupillari ætate decesserit.*
7 *Vulgaris & pupillaris est, cum dixi quisquis mihi hæres erit, is impuberi hæres esto.*
8 *Pupillaris est, cum dixi. pupillum instituo Seium substituo & continet sub se uulgarem.*
9 *Pupillaris an uulgarem sub se contineat?*
10 *Intell.l.j.ff de uulga. in uerbo mihi.*
11 *Intell.l.j.an uerb si hæredee ff de uulg.*
12 *Vulgaris sub pupillari contenta est ei æquè principalis. sed in 8. casibus non continetur hic enumeratis.*
13 *Vulgaris sub pupillari contenta, durat etiam impubere in uita patris moriente contra communem.*
14 *Vulgaris in pupillari an contineatur facta intestato imperfecta inter liberos?*
15 *Pupillariter substitui impuberi exhæredato, cui legatum reliqui an ipso (uiuo me) moriente substitutus id legatum habiturus sit?*
16 *Pupillaris substitutus excludit matrem etiam à legitima.*
17 *Pupillaris substitutus matrem excludit etiam in foro animæ à legitima.*
18 *Pupillaris trahitur ad bona tam patris quàm filij.*
19 *Pupillaris etiam si fiat in re certa trahitur ad bona*

 utriusq;

utriusque.
30 *Pupillaris trahitur etiam ad bona materna.*
31 *Pupillaris facta à milite potest non trahi ad bona utriusque.*
32 *Pupillaris à milite facta nepoti in patris potestatem recasuro, ad quæ bona trahatur.*
23 *Fideicommissum etiam infra pubertatem quàm postea valet iure fideicommissi ampl. etiam si fiat à milite.*
24 *Pupillaris quando obliquetur.*
25 *Pupillaris obliquatur quando fit codicillis, idem si fiat extraneo, idem si maiori, idem si fiat à matre.*
26 *Pupillaris testamento facta, cum clausula codicillari infra pubertatem valet iure directo secundum omnes, postea iure fideicommissi secundum communem op. Vigliue contra & rectè.*
27 *Verba illa valeat iure testamenti & codicillorum, quem sensum habeant. ardua q.*
28 *Substitutus videtur nepos, cùm sic dixi, filium & ex eo nepotem hæredes instituo.*
29 *Pupillariter substitutus interdum est hæres necessarius.*
30 *Suus non erit filius meus fratri suo pupillariter substitutus cum Ripa contra communem.*
31 *Vsucapere pro hærede poterit frater fratri suo pupillariter substitutus.*
32 *Pupillaris expirat pubertate.*
33 *Pupillaris an codicillis possit revocari?*
34 *Pupillaris duobus impuberibus facta, ambobus non alterutri facta videtur.*
35 *Pupillaris ut pubertate, an ita & vulgaris substitutio ea contenta expiret? ardua q.*
36 *Pupillaris, tantùm non etiam vulgaris finitur, si impubes vivo patre moriatur.*
37 *Pupillaris tantùm non etiam vulgaris evanescit impubere emancipato.*
38 *Pupillaris an impuberum substitutio congruentius dicatur?*
39 *Pupillus quis, impubes quis dicatur.*
40 *Intell.). huius. l. si. C. de inst. & subst.*
41 *Vulgaris tacita comprehensa in vulgari expressa an admittatur contra matrem.*
42 *Vulgaris facta in uno casu facilius trahitur ad alium quàm ad pupillarem.*
43 *Accrescendi ius interdum vincit substitutionem.*
44 *Accrescendi ius excluditur per substitutionem etiam tacitam.*
45 *Accrescendi ius an trahatur ad diversam hæreditatem ardua q.*
46 *Pupillaris continet sub se tacitam vulgarem etiam si fiat in casu tantùm impotentiæ.*
47 *Exemplaris facta in uno casu trahitur ad alios,*
48 *Vulgaris continet sub se exemplarem.*
49 *Exemplaris continet pupillarem.*
50 *Vulgaris continet pupillarem etiam si mater sit in medio.*
51 *Vulgaris interdum non continet pupillarem.*
52 *Pupillaris continet sub se vulgarem & exemplarem.*
53 *Pupillaris facta exhæredato, vulgarem non continet.*
54 *Conditio necessaria non facit dispositionem conditionalem.*
55 *Pupillaris tacita quare contra matrem cesset.*
56 *Dispensationes restringendæ.*
57 *Cessante una ex duabus legis rationibus, an cesset ipsa lex?*
58 *Pupillaris expressa excludit matrem.*
59 *Pupillaris quare excludat matrem.*
60 *Pupillaris est sequela testamenti paterni.*
61 *Accessorium sequitur suum principale.*
62 *Compendiosa facta à pagano post pubertatem nullo modo valet.*
63 *Iurisdictionis prorogatio non fit in nullam habentem iurisdictionem.*
64 *Repudiatio particularis non trahitur ad aliam partem, aliud in aditione.*
65 *Exhæredatio partis non trahitur ad alteram partem aliud in institutione.*
66 *Accrescendi ius est in querela inoff. testamenti.*
67 *Intell. l. si penat. §. si ff. de inoff. testam.*
68 *Repudians hæreditatem salua legitima totam hæreditatem quærit.*
69 *Testati, quàm intestati causa favorabilior.*
70 *Caducum omne odiosum.*
71 *Accrescendi ius non datur incapaci sed fisco, non quoque datur ei, qui ut indigno privatus est.*
72 *Accrescendi ius an detur hæreditatis emptori.*
73 *Substitutio an præsupponat præambulam institutionem.*
74 *Posthumo præterito non vitiatur ipso iure testamentũ.*
75 *Posthumus non est homo donec nascatur.*
76 *Posthumus non dum natus non est suus.*
77 *Posthumus pro nato habetur in ei utilibus.*
78 *Transmittitur hæreditas ut adeunda.*
79 *Posthumus non habetur pro nato quoties agitur de testamento conservando.*
80 *Intell. §. posthumi. inst. de hær. ab intest.*
81 *Posthumus propriè est, qui nascitur post mortem patris.*
82 *Emancipatio non præsumitur.*
83 *Suitas sæpe est sine patris potestate.*
84 *Suitas est & non patria potestas in adoptivis.*
85 *Monachus desinit esse in patris potestate, sed non in suitate.*
86 *Pupillaris tacita contenta sub expressa vulgari, an admittatur contra matrem, ardua q.*
87 *Lex si patitur varios intellectus non præstat ad aliquid sufficiens fundamentum.*
88 *Intell. l. si. C. de inst. & subst.*
89 *Intell. l. precibus. C de impuberum.*
90 *Præteritum quando inducat præsumptionem ad præsens, vel ad futurum.*
91 *Verbum omnino quid significet.*
92 *Pupillaris sub vulgari taxatiuè facta, non comprehenditur.*
93 *Intell. 2. ad l. precibus. C. de impub.*
94 *Vulgaris non continet tacitam pupillarem in militis testamento.*
95 *Miles præsumitur iuris ignarus.*
96 *Voluntas præsupponit notitiam.*
97 *Miles præsumitur iuris ignarus.*
98 *Intell. l. centurio. ff. de vulg.*
99 *Militis in testamento verba intelliguntur prout iacent remota suppletione, & legis interpretatione.*
100 *Militis in testamento cessat ius accrescendi.*
101 *Miles partim testatus decedens cessat ius accrescendi.*
102 *Militis in testamento cessat falcidia.*
103 *Militis in testamento cessant leges favorabiles, quæ inducuntur per verborum suppletionem.*
104 *Pupillaris tacita contenta sub vulgari expressa, non admittitur contra matrem secundum communem opi. nos contra.*
105 *Pupillaris tacita contenta sub vulgari expressa admittitur contra legitimos dempta matre.*
106 *Mater an transmittat ius prælationis sibi competens contra tacitam pupillarem?*
107 *Transmissionis ius potentius quàm substitutionis.*
108 *Mater excluditur per tacitam pupillarem in vulgari contentam quando id voluit testator.*
109 *Mater secundo nubens, an excludatur per tacitam pupillarem in vulgari contentam. ardua q.*
110 *Matrem an excludat pia causa veniens per tacitam pupillarem in vulgari contentam. ardua q.*
111 *Matrem an excludat tacitus substitutus pupillaris testatoris*

ftatoris filius. ardua.q.
112 *Pupillaris contenta sub reciproca matrem excludit.*
113 *Pupillaris contenta sub breuiloqua, an sit expressa, uel tacita?*
114 *Matrem excludit illa substitutio, si alter uestrum hæres non erit, uos inuicem substituo.*
115 *Vulgaris expressa matrem excludit.*
116 *Tacitum & expressum si contrariantur præfertur expressum.*
117 *Nostris possumus uti & abuti.*
118 *Vulgaris tacita contenta in pupillari expressa, an admittatur contra matrem?*
119 *Vulgaris tacita excludit matrem.*
130 *Matrem testatoris an excludat uulgaris tacita in expressa uulgari comprehensa, ardua.q. & quid in uulgari tacita contenta sub compendiosa?*
121 *Vulgaris tacita contenta in uulgari expressa, an admittatur contra matrem? ardua.q.*
122 *Pupillaris tacita contenta sub pupillari expressa an reperiatur?*
123 *Vulgaris contenta sub reciproca admittitur contra matrem testatoris.*
124 *Vulgaris contenta sub compendiosa, an admittatur contra matrem?*
125 *Accrescendi iuri præfertur substitutio etiam tacita.*

1 Pupillaris expressa continet sub se tacitam uulg. ardua.q.

V o ad primum effectum pupillaris substitutionis, communis omnium opin. est, quòd 1 sub expressa pupillari, tacita uulgaris contineatur: licèt nouissimè teneat contra communem Viglius in princ. institu. de pupill.

2 Substituo uerbũ aptum est cõprehendere utrunq; casum tam aditæ quã rep. hær.

Teneo communem, quòd sub expressa pupillari, tacita uulgaris contineatur. nam uerbum substituo sui natura comprehendit utrunque casum, tam aditæ quam repudiatæ ergo qui dixit, si impubes in pupillari decesserit, substituo. hunc habu t sensum. ut substitutus admitteretur, non solùm si hæres impubes non esset, & sic ante aditam (quod expeditum erat argum. l. post aditam de impub.) sed etiam post aditam: ergo uerbum, si in pupillari decesserit, non remouet uulgarem, (quam uerbum substituo inducit) sed inducit pupillarem.

3 Pupillaris substitutionis illud uerbũ si hæres erit quem sensum habeat.

Infero uerum intell. ad. l. iam hoc iure, ibi, hoc commum uerbo. de uulg. nam 2 commune dicitur, quod aptum sit comprehendere casum tã repudiationis (sicq; uulgaris substitutionis) quàm aditionis (sicque pupillarem ipsam, exemplarem, directam, militarem, & fideicommissariam) licèt Viglius contra. insti. de pupill. in prin. confirmatur communis opin. quia 3 illa uerba, hæres erit, & in pupillari ætate decesserit, adiecta, intelligi debent, non ut uulgaris remoueretur, sed eo quod testator non cogitauit futurum, ut eius hæreditas repudiaretur: tunc quòd 4 regulariter hæreditas lucro, non damno esse solet. ut in. l. un. C. de impon. lucr. descript. lib. 10. l. hæreditatem. ff. mand. §. sed neq; inst. de auct. tutorum. tunc quòd 5 testator cuius hæreditas repudiatur & à creditoribus possidetur & uenundatur iniuria affectus intelligitur. §. 1. inst. ex quib. cau. man. nõ licèt l. & quia. ff. de interrog. act. pius ergo pater erga filium, non mirum si non putauit futurum ut impius quodammodo filius erga eum foret, dum eius hæreditatem repudiat. itaque & uerbum substituo ut sępissime diximus sui natura & proprietate comprehendit utrunque casum tam aditæ quàm repudiatæ hæreditatis, licèt ex legis interpretatione casum repudiatæ tantùm hæreditatis, uel aliter amissæ comprehendere uideatur: ut si ad casum quoque aditæ hæreditatis & morte amissæ trahetur, fideicommissariam institutionem induceret, quæ odiosa est. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de uulg. ita intelligitur. l. post aditam. C. de impub. & illud uerbum, si hęres erit & in pupillari ætate decesserit, communi opinioni impedimento non est, ut modò diximus: quia hũc habet sensum, ut non solùm substitutus admittatur quãdo hæres non fuit impubes, sed etiam si hæres fuisset & in pupillari ætate decederet: tenenda 6 est ergo communis opin. licèt nouissimè Viglius ubi supra post alios tenet oppositum, cuius fundamentis ex superioribus satis factum intelliges, idque primo procedit, quando pupillaris facta fuit sub duabus conditionibus personam impuberis respicientibus, puta si hæres erit & in pupillari ætate decesserit. ut in. l. i. ff. de uulg. & in prin. inst. de pupill. & in. §. non solùm & in. §. substituitur &. §. fi. eod. tit. & ita concludunt nostra fundamenta.

4 Hæreditas plerũque ad cõmoda.

5 Hæreditate a creditoribus capta defunctus iniuria afficitur.

6 Vulgaris comprehẽditur cum dixi si impubes hæres erit et in pupillari ætate decesserit idem et facilius cum dixi si in pupillari ætate decesserit.

Secundo intelligitur, & facilius procedit, quando pupillaris facta fuit sub una tãtũ cõditione persona impuberis respiciẽte, puta si filius in pupillari ætate decesserit, substituo. quo casu ut supra diximus, est pupillaris substitutio. ut. l. qui liberis in prin. ff. de. uulg. l. 2. §. prius uers. sed si quis. eod. titu. l. paterf. in princ. ff. de priuileg. cred. nam illa uerba si filius in pupillari ætate decesserit substituo, absque ulla interpretatione, uel suppletione ex mera uerborum proprietate inuitant substitutum in locum primi nominati, qui impubes decessit, siue ille decesserit hæres iam factus, siue hæres nunquam extiterit.

7 Vulgaris et pupillaris est cũ dixi quisquis mihi hæres erit is impuberi hæres esto.

Tertiò communis opin. intelligitur & longè facilius procedit, quando 7 pupillaris facta fuit sub una tantùm conditione, quę personam impuberis non respiciebat, sed personam solius substituti. puta quisquis mihi hæres erit, is impuberi hęres esto. quo casu etiam est pupillaris substitutio. ut in. §. substituitur inst. de pupill. & suprà diximus & facilius si diximus, quisquis mihi hæres erit, hunc filio impuberi substituo. nam tunc etiam ex ui & proprietate uerborum substitutus in locum pupilli admitteretur, siue ille hæres factus decederet, siue etiam hæres nunquam extitisset.

8 Pupillaris est cũ dixi pupillum instituo Seium substituo & continet sub se uulgarẽ.

Quartò procedit etiam si nulla conditio apposita fuerit. sed 8 testator simpliciter dixerit impuberem instituo filium, Sempronium substituo. ut & tunc sit pupillaris secundum Alex. in. l. 2. ff. de uulg. nu. 26. & idem tenuit Guiliel. de Cun. in. l. precibus. C. de impuberũ, licèt contrarium tenuerit & malè Bal. ibidem. & est tex. licèt Alex. eum non alleget in. c. si pater de testam. in. 6. & in. §. substituitur instit. de pupill. quem tex. qui uidetur optimus, nullus ad hoc allegat. & communem opin. ut regulariter expressa pupillaris contineat sub se tacitam uulgarem. tenent Bar. num. 25. in. l. 2. ff. de uulg. & rursus ibid. in primo effectu pupill. subst. Guil. Bene. in. 3. effect. uulga. substi. idem Guilielmus in primo effectu pup. subst. in. c. Rainutius de testamen. illud in materia uulg. istud in materia pupillaris subst. num. 73. Ias. col. 3. in. l. iam hoc iure. ff. de uulga. est communis opin. secundum Ias. num. 29. in. d. l. 2. ff. de uulg. sequitur & communem dicit Ripa ibi num. 42. & Politus de pupill. subst. in primo effectu pup. subst. Zasius in eod. tract. pup. subst. num. 18. Alciatus num. 50. in. l. 2. de uulg. ubi Soc. ibiq; Areti. & Alex. & alii omnes Cuma. in. l. qui habebat. ff. de uulg. Bal. Cuma. Areti. & Alex. in. l. si eum. ff. eod. per omnes in. l. 1. ff. de uulga. & per omnes in. l. iam hoc iure eod. per omnes in. l. precibus. C. de impuberum. per omnes in. l. si testamento. eod. ubi Corrasi. num. 22. refert uetus exemplum, nam Cicero in princ. de Oratore & in Bruto refert, Quidam posthumum hæredem scripserat, quòd si natus impubes decederet, Curtium substituerat. non nato impubere aduersus Scæuolam Lucius Crassus orator defendit per tacitam uulg. substitutum Curtium ad defuncti hęreditatem uocari. per Couar. de testa. c. Rainutius. §. 5. num. 5. & §. 9. nu. 1. Curtius Iunior in. l. precibus suprà all. num. 37.

9 Pupillaris an uulgarem sub se contineat.

Item adde, quòd uidetur, quòd 9 pupillaris expres-

sa secundum quosdam non contineat tacitam uulgarem tum quòd non probatur iure, tum quòd non est eadem ratio. nam hæredem quis sibi eligit de familia, in quo nomen gentilitatis conferuetur.argum.l.unum ex f.l.peto.ff.de leg.2.at filio suo hæredem deligit religiosum ac pium, qui non impuberi insidietur, sed eius saluti consulat: quo fit ut facilè eueniat, eum extraneum, quem filio hæredem & ueluti tutorem elegi mihi successorem, non designaturum fuisse me, si filium non haberem. item absurdum uidetur accessorium (quale est pupillare testamentum) sub se continere principale (quale est uulg. substitutio) Item finita pubertate finitur etiam uulgaris sub pupillari contenta etiam secundum communes id, quod non fieret, si reuera sub pupillari uulgaris contineretur, quemadmodum pupilllaris, quæ reuera sub uulgari continetur, non finitur per aditionem, quæ uulgarem ex toto perimit. Item quid si pupillos post finitam pupillarem repudiat paternam? nouum esset dicere quòd substitutus admittatur ex tacita uulgari. rursus si id neges constabit, tacitam uulgarem contentam non fuisse. nam si foret, locum haberet, quandocunque fieret repudiatio.l.post aditam.C.de impub. Item extensio, quæ fit per.l.de uulgari ad pupillarem facta uidetur, propter salutem, custodiamque impuberis, quasi quem pater sibi ipsi substituit is, reliquis omnibus consanguineis probatior sit. at hæc ratio cessat in pupillari ad uulgarem trahenda, ut dixi.adde tex.in specie in.d.l.s.§.prius uers. sed si quis iuncto uers. sed & si ita. nam prius tractauit cum dixit, si filius in pupillari decesserit. deinde cum dixit, si hæres non erit. id, quod frustratorium esset, si altera alteram inuicem se continerent. Item non ne absurdum foret, si dixi si filius in pupillari decesserit, & is repudiauit, & substitutus adiuit ex tacita uulgari, pupillus adoleuit, ecce effectus pupillaris porrigeretur ultra pubertatem: contra l.si pater cum.l.seq.ff.de capti.ergo tenendum esset, quòd siue dicam, si hęres erit, & in pupillari ætate decesserit, siue dicam, si in pupillari decesserit. utroque casu pupillo repudiante (& multo minus adeunte) ad bona patris substitutus non admittetur: sed tantùm ad bona impuberis si in pupillari decedat.

Denique communis sententia tenenda est, quia tam communiter recepta est, ut ueluti catholica sententia uideatur: impumque ne dum periculosum ab ea sit recedere, quæ præstanti ratione defendi post. nam testator, qui dixit, si impubes hæres erit & in pupillari ætate decesserit, uel si in pupillari ætate decesserit, hunc habuit sensum ut substitutus admitteretur, non solùm ut dixi eo casu, quo impubes hæres non esset. Sed hoc amplius etiam si hæres esset, si tamen in pupillari ætate decesserit. quasi casus pupillaris substitutionis, qui expressus est indubitanter & ueluti pro constanti, sub se casum uulgaris substitutionis contineret. nam quod præsumptum est testatorem existimasse & ueluti pro certo indubitatoq; habuisse, filium impuberem eius hæreditatem non repudiaturum, sed aditurum, uel immisturum fore, ne ipse paterfam. iniuria afficeretur. argumento in.§.1.inst. quib. ex caus.ma. non lic.l. & quia ff.de interroga.act. ideoque 10 in pupillari substitutione solent apponi illa uerba, si in pupillari ætate decesserit, substituo talem mihi. ut.l.j. ff.de uulga. in pr. inst.de pupilla.licèt enim uideretur dicendum substituo talem eidem pupillo. tamen sæpe superiore modo loquuntur testatores quasi pro constanti habentes futurum ut pupillus patris testantis hæreditatem per prius acquirat, deinde impubere moriente substitutus utranque hæreditatem, tam testatoris quàm impuberis capiat: quas hæreditates in hæreditate impuberis morientis inueniet substitutus. argumento in simili in.l.qui duos.ff.de rebus dub. ibi in ea tamen hæreditate. etiam ante defuncti filii habebit hæreditatem. & nunc 11 intelliges .d.l.j.ff.de uulga.in uerb. si

10 *Intell. l. j. ff. de uulg. in uerbo mi hi.*

hæres erit & .d. pr. inst.de pupill. in uerb. si hæredes ei extiterint, quod à nemine tactum inuenio. ergo q pupillaris substitutus eo casu, quo ipse repudiauit admittatur quasi ex uulga. inductum à lege ex iusta & uerisimili, interpretatione legis quæ fundatur in uerisimili mente testatoris, qui casus meritò pro expresso habetur, quia fuit omissus à testatore quasi rarò contingens. & pro expressis habentur, quæ quia rarò contingunt, omissa fuerunt. ut late per Tiraqu. de utroque retract. per Ias. in authe. quas actiones num. 19. cum sequ.C. de sacrosanct. eccles. per eundem post Paulum Castrensem ibi in.l.quanuis. C. de fideicomm. per eundem Ias. in.l.de quibus nu.14.ff.de legibus.

11 *Intell. l. j. in uerbo. si hæred. ff. de uulg.*

Tenendo communem & ueram sententiam. non obstat regula accessorium.de regul. iuris. in.6.l.j.&.2.ff. de pec. leg. quia 12 procederet quando accessorium est dependens uel inferius à principali. hic autẽ utraq; substitutio est æquè principalis, quæ nullo alio differunt, nisi quòd altera, mente tantùm, altera uerò non solùm mente, sed etiam uerbis expressa fuit atque comprehensa. ut tenuerunt Bar. & doctor. in.l.j.ff. de uulga. & diximus suprà in materia uulga. subst. Vnde infertur non esse mirum quòd uulgaris duret post pupillarem extinctam: cùm ipsa per se subsistat, nec a pupillari pendere uideatur, per quod etiam resp. ad reliqua fundamenta, quæ contra communem adducit Viglius in pr. inst. de pupill. cuius op. licèt colorata, tamen uera non est & communem op. tenent Bar. & omnes in l.iam hoc iure per tex. ibi.ff. de uulga. omnes doctor. in.pr.inst.de pupill. omnes doctor.in.l.j.ff.de uulga. omnes doct.in.l.si testamento.C.de impuberum.Bar.in.l.2. ff.de uulga.num.29.quem omnes sequuntur secundum Ias. ibid.num.59.& secundum Ripam num. 42. Politus in tract. pupilla. subst. in primo effectu pupill. substit. Alciat.in d.l.2.num.50. Ias. in.l. iam hoc iure col.3. ff. de uulga. per.l.j.eod.titul.dum ait esse duplicem substitutionem.

12 *Vulgaris sub pupillari contenta est ei æquè principalis sed in 8. casibus non cõtinetur hic enumeratis.*

Hæc communis op.fallit in 8.casibus quos enumeret Ripa.in.d.l.2.ff.de uulg.nu.42. primus 13 est, si pupillus moriatur uiuo testatore.argum.l.si pater. ff. de capti. tradunt doct. ubi diximus in .l.j.ff.de uulga.& diximus in materia subst.informis ubi contrariũ tenuimus.

Secundus est, quãdo testator in utrunq; casum specialiter prospexit faciens expressam uulgarem & etiam expressam pupillarem .l. cum filio.§. qui filio. ff.de uulg.

13 *Vulgaris sub pupillari contenta durat etiã impubere in uita patris moriente contra communem.*

Tertius casus, 14 quando pupillariter substituitur extraneus in testamento facto inter liberos minus solenni. quo casu secundum Areti. & Ripam in.l.2.ff. de uulga. ut supra diximus ualet substitutio illa pupillaris sed tunc sub se tacitam uulgarem non continet, quia uulgaris contenta sub expressa pupillari non respicit filiorum utilitatem, & in testamento in perfecto ea duntaxat quo ad extraneos conseruantur, quæ filiórum utilitatem respiciunt (qualis est pupillaris substitutio) non aut ea quæ non respiciunt eorum utilitatem, qualis est uulgaris. Sed nos tenuimus cum communi contra Areti.& Ripam. Vnde hæc lim.suspecta est.

14 *Vulgaris in pupillari an contineatur facta in testa. imperfecto inter liberos.*

Quartus casus, quando pupillaris sustinetur beneficio auth. ex causa.C.de liber. præt.quo casu uulg. sub se non continet.secundum Ripam post alios per eum relatos in.l.s.ff. de uulg.in.7.requisito pupill.subst.

Quintus casus, quando pupillaris fit exhæredato, uel præterito secundum Ripam & Alexand.in.l.2.ff.de uulga. & Cuma.in.l.qui habebat.ff. eod.

Sextus casus, quando pupillaris facta fuit ex interuallo post testamentum paternum. Iuxta.l.si eum.§. fin.ff. de uulga.secundum Bald. Cuma. Areti. Alexand.& alios ibid.Ripa ubi suprà & Soci. in.d l.2.ff.de uulg.

Septimus casus, quando substitutus esset incapax bonorum testatoris. puta quia filius spurius.l. si is qui ex bonis.ff.de uulga.

Octauus casus quando esset statutum, quòd testamentum

menta intelligerentur ad literam, secundum Ripam ubi supra & horum casuum nonnullos enumerat Alex. num. 27. in l. 2. ff. de uulga. & Alciatus ibidem in uerb. seruandum num. 50. cum seq. quod ultimum procederet, quando pupillaris fieret sic, si impubes hæres erit, & in pupillari ætate decesserit. secus in alus tribus modis supra relatis.

15 Pupillariter substitui impuberi exhæredato cui legatum reliqui, an ipso uiuo me moriente substitutus id legatum habiturus sit.

Adde, q 15 si exhæredato impuberi substitui pupillariter, cui impuberi legatum dedi, quæri potest, an sub expressa pupillari, uulgaris tacita intelligatur ut impubere legata à patre data repudiante possit substitutus ueluti ex tacita uulgari ea accipere? & magis est, ne possit, quia non solet fieri extensio per ius accrescendi de portione hæreditatis ad legata. nec contra. declarat Corras. in l. testamento. C. de impub. sed substitutio est quoddam ius accrescendi. l. si Titio & Meuio. §. Iulianus. de lega. 2. ergo &c. Item directa nunquam trahitur ad fideicommiss. l. uerbis ciuilibus de uulga. idque propter dissimilitudinem, quæ inter directam & obliquam est secundum Bar. in l. centurio. de uulga. in pr. Sed nullus negauit quin maior dissimilitudo sit in specie nostra ergo &c. Sed contra facit, l. miles ita. §. exhæredato. ff. de mil. testamento. l. cum quidam. C. de leg. l. fin. in pr. de lega. 3. l. ab exhæredati. de lega. 1. l. qui fundum. §. qui filios ad. leg. falc. ergo si impuberem exhæredaui eique Meuium pupillariter substitui, impuberique legatum reliqui. si is impubes uiuo me moriatur meritò dubitatur, an substitutus legatum impuberi relictũ habiturus sit? Sed procliuius est, id habiturum non esse. per rationem superiorem.

16 Pupillaris substitutus excludit matrem etiã à legitima.

Id autem, 16 quod dicimus, quòd substitutio pupillaris expressa excludit matrem. procedit secundum docto. supra relatos & secundum Bar. in l. 2. ff. de uulga. ut supra diximus in primo effectu pupillaris subs. nõ solùm iure. ff. C. & auth. sed etiam iure canonico ut in c. si pater de testam. in 6. quod uerum in foro contentioso, sed in foro conscientiæ substitutus tenebitur bona impuberis matri restituere. ita tenet Archid. in d. c. si pater. sequitur nouissimè Decius in l. precibus col. 4. C. de impub. per tex. in c. quicunque 17. quæstione 4. Contrarium tenet Perusi. in d. c. si pater Soci. & Ripa in d. l. 2. ff. de uulga. num. 45. Lancelottus Decius in d. l. precibus. moderni papienses, quos refert Ripa ubi supra in l. centurio. ff. de uulga. Alciatus num. 54. in d. l. 2. de uulg. qui hanc dicit communem opin. mouentur quia. l. canonica nil concedit cum peccato. c. fin. extra de præscrip. unde cum in d. c. si pater permittatur patrem per pupillarem excludi à bonis filii sui, res uidetur indubitata. Secundo, quia iuris positiui est, ut bona filii pertineant ad matrem abintestato. l. nam & si parentes. ff. de inoffi. testamento. l. scripto. ff. Vnde liberi. & patet per totum. ff. de suis & legit. hær. iuncto tit. ad tertull. & ad orfic. ff. C. & inst. in quibus etiam fratres olim matrem excludebãt Tenendo hanc partem, quæ euidentior est quàm longa disputatione egeat. ad. d. c. quicunque resp. quòd non loquitur in nostris terminis, sed in longè diuersis. Vnde non potest fieri illatio. l. fin. ff. de calumniato. præsertim cum si mater egeat, debeat ali ab substituto impuberis. ut per Alci. & Ripam ubi suprà. Sed dato quod substitutus non teneatur matri restituere uniuersa bona. an saltem legitimam restituere ei teneatur? dixi suprà q nec etiam legitimam.

17 Pupillaris substitutus matrẽ excludit etiam in foro animæ à legitima

Sed 17 non pauci tenent contrarium, præsertim in foro animæ, uel conscientiæ: & sunt qui teneant in foro conscientiæ à tali legitima minimè excludi. ita tenent Archid. & Dominicus in c. si pater de testamen. in. 6. & est communis opin. secundũ Gualdens. de arte testandi titulo. 5. cautela. 6. nume. 2. quam & ipse sequitur eamque sequitur & communem dicit Gomesius in c. 2. de constit. num. 12. & nume. 19. sequitur Philip. Decius in l. precibus col. 4. C. de impuberum & ibi Corneus & Corrasius num. 29. Alciatus de quinque pedum præscriptione in princ. & in hanc partem inclinare uidetur egregius episcop. ciuit. Roder. in c. cum esses de testamen. num. 11. & Lancelottus Politus de subst. pupill. in 5. effectu pup. subst. sentit Decius consi. 228. in casu proposito col. fi. Alexan. consil. 45. habita super his lib. 3. col. 3. idem in l. centurio. ff. de uulga. & in pluribus consi. quæ refert Gualdensis ubi supra Corneus consil. 93 licèt posset uerti. de ueniendo lib. 3.

Contrariam partem tenent Francus in. d. cap. si pater col. fin. Socinus in l. 2. ff. de uulga num. 20. Curtius iunior num. 14 & ibi Lancelottus Decius in. l. precibus. C. de impuberum Crotus in d. c. 2. de constit. in. 6. not. 3. Lancelottus Galiaula in. l. centurio supra allegata. Alciatus in. c. nouit de iudici. circa principium Antonius Rubeus consi. 69. qui hanc dicitur communem op. Alciatus num. 54. & Ripa in. l. matribus. ff. de uulga. num. 45. Zasius de subst. pupil. nu. 22. & si rectè inspiciatur in hac partem magis inclinat ipse episcopus Couarub. ubi suprà. idq; longè uerius est, pendetq; illinc, an testandi facultas à iure naturali descendat, an uerò à iure merè positiuo? ut si à iure positiuo indubitanter mater etiam a legitima exclusa sit. quia iure positiuo tam ciuili ut. d. l. precibus C. de impub. l. Papinianus. §. sed neque impuberis. ff. de inofficio. testamento. quàm canonico ut d. c. si pater. mater exclusa fuit, etiam à legitima per interuentum pupillaris substitutionis. nec de iuris potestate dubitandum est. cum ipsa ad successionem filii impuberis non tam iure naturali, quàm positiuo inuitaretur. Vnde eodem iure potuit remoueri ut plenè docemur suprà lib. 1. de success. crea. §. 1. per totum & ibi nume. 25. ergo &c.

18 Pupillaris trahitur ad bona tam patris quam filii.

Secundus effectus, pupillaris subst. est, quòd 18 trahitur regulariter ad bona tam testatoris quam ipsius impuberis. l. Sed si plures §. ad substitutos. ff. de uulg. secundum Bar. in. l. 2. ff. de uulg. num. 3 n. Sequuntur ibidem in. 2. effectu pupill. subst. Ang. Imol. Areti. & alii. & Alex. num. 27. estq; communis opin. secundum Ias. ibid. qui idem sequitur num. 29. Soci. & Ripa nu. 43.

19 Pupillaris etiam si fiat in re certa trahitur ad bona utriusque.

Amplia 19 etiam si pupillariter substitueretur impuberi in quodã fundo ipsius impuberis & sic in re certa secundum Ang. & Imolam in. d. l. 2. ff. de uulga. sequitur Alex. ibid. num. 27. Ripa num. 43. & Ias. ibid. nu. 29. sicq; est communis op. probatur lege & ratione. Nam ita probat. l. cohæredi. §. fin. ff. de uulga. secundum omnes docto. ibi & is est ad illum tex. communis intell. secundum Ias. & Alex. ubi suprà, ratio. quia ut qui in testamento principali in re certa instituitur totum capit si cohæredem non habet. l. 1. §. si ex fundo. l. si alterius ff. de hær. ita & qui in testamento pupillari in re certa substituitur nullo dato cohærede totum capere debet. quod tamen sublimita secundum Alexand. ubi suprà quando hæc pupillaris substitutio in re certa facta esset per uerba directa, secus si per uerba commonia.

20 Pupillaris trahitur etiam ad bona materna.

Amplia 20 secundo, ut procedat & habeat substitutus pupillaris bona etiam materna ipsius impuberis. secundum Ias. ubi suprà post alios per eum relatos uidebatur contra, argumento. l. humanitatis. C. de impuberum. Sed id est indubitatum tenendo superiorem communem opin.

21 Pupillaris facta à milite potest non trahi ad bona utriusque.

Limita 21 si pupillaris fiat à milite, quia tunc is potest cauere ut non utriusque bona pupillaris substitutus habeat, sed alterius tantùm. secundum Bar. in. d. l. 2. num. 30. ff. de uulga. cum quo est communis op. ut patet ex Alex. Soci. Ias. Ripa. ubi suprà & per Polit. in tra cta. pupill. subst. in secundo effectu, per. l. sed si plures. §. ad substitutos. ff. de uulga. & quia miles ut ipse potest decedere pro parte testatus & pro parte intestatus. ita quoque potest facere ut impubes pro parte testatus & pro parte intestatus decedat.

22 Pupillaris à milite facta nepoti in patris potestatẽ recasuro, ad quæ bona trahatur.

Limit. secundo, 22 ut id procedat etiam si miles cõtrarium uelit, quando miles in pupillariter substituit filio in sui potestate existente. argumento. l. miles ita. §.

exhære-

exhæredatu.ff.de mil.testamento &.l.cũ filius eo.titulo & est de mẽte omnium.limita tertio, in filio arrogato.ut in.l.sed si plures.§.in arrugato.eff.de uulg.& in.l.si arrn gator.ff.de adopti. estq; communis op. Bar. ibi, quem sequuntur omnes, quos supra retulimus & per Alci.in.d. l.2.uersi seruandum num.50.cum seq.

De tertio effectu pupillaris substitutionis plenius agemus in.§.sequenti super repetitione.l.fin. C. de inst. & subst.ubi propria sodes ad hanc egregiam & dubiam controuersiam.

Quartus effectus est, ut pupillaris aliquando trahatur ad fideicommissariam? quæritur ergo, pupillaris quando obliquetur? tu 23 dic, interdum fit impuberi sola

23 Fideicommissum tã infra pubertatem quàm postea ualet iure fideicõmissi etiam si fiat à milite.

fideicommissaria & procedit.l.coheredi.§.cum filiæ ut tam infra pupillarem quàm post ualeat iure fideicommissi Bar.in.l.centurio de uulg.num.20. Couar.de test. c.Ramucius.§.9. nume.18.ampl. ut procedat in milite Couar. ibid.nume. 14. post Bar. & alios in.d.l.centurio col.3. estque communis secundum Couar.ubi suprà.interdum 24 fit sola pupillaris & nunquam obliquatur si fiat uerbis directis.l.uerbis ciuilibus de uulga. primo resp.licèt gl.ibi teneat contrarium. limita nisi 25 fiat pupillaris in codicillis.l.Scęuola ad Treb.glo.d.l.uerbis ciuilibus.2.limi.nisi fieret extraneu uel maiori.3. Limitata nisi fieret pupillaris à matre ut.d.gl.app.communiter. interdum fit tam pupillaris quàm fideicommissaria, & tunc infra pubertatem ualet iure directo postea per fideicommissum.l.si frater.de fideic.C. Quid 26 si cum pupillaris fieret iure directo in testamento ponatur clausula codicillaris? Vigli.in.§.masculo, instit.de pupill.contra communem tenet, & rectè quòd post pubertatem non ualebit iure fideicommissi. ut sit sensus huius clausulę, quòd si qua ratione nequeat iure directo pupillaris ualere, tunc ualeat iure fideicommissi. item ne fiat contra uoluntatem testatoris uolentis filio infra pubertatem morienti prouidere directò, siu minus saltem per fideicommissum, non autem eum post pubertatem grauare odioso fideicommissi onere, quod fideicommissum onus est.l.cohęredi. §. cum filiæ. ff. de uulg.ubi per doct.& per doct.in.l.in prioribus. C. de in offic.testamẽto cuofirmatur per.l.uerbis ciuilibus.ff.de uulg.ibi ne fiat contra uoluntatem testatoris. ubi apertè probatur, quòd quando testator incipit à substitutione pupillari, quę impuberis utilitatem respicit, tunc nunquam debet capi coniectura ut testator uideatur uoluisse impuberem grauare, ut partem hæreditaris ne dum totam restituat. sic & in proposito nostro, qui ait, si ualere nequeat iure testamenti, ualeat iure codicillorum. hunc sensum habuit huiusq; animi fuisse intelligendus est. ut pupillaris, quę iure directo quauis ratione ualere non posset, ea saltem iure fideicommissi infra pubertatem ualeret: sin autem infra pupillarem ætatem iure directo ualere posset, tunc iure fideicommissi nunquam ualeret, quasi iam subsidiario illo fideicommissi remedio amplius non egeremus. facit quia per.c. si pater de testamen.in 6.substitutio, quæ iure directo semel ualuit obliquari non debet. & in re dubia in sensum directum potius quàm in obliquum omnis substitutio accipienda est, ut ibi, & nostra opin. uerissima. si dixit, 27 si ualere nequeat iure testamenti tunc ualeat iure codicillorum. quia tunc si ualuit iure testamenti iam deficit: conditio clausulæ codicillaris. quòd si dixit ualeat iure testamenti, & codicillorum, uidetur uoluisse quòd licèt initio iure testamenti ualuerit, tamen finito per pubertatem testamentu pupillari, incipiat iure fideicommissi tanquam ex codicillis ualere. sed nego, nam sensus testatoris fuit, quòd infra pubertatem tantùm ualeret substitutio, uel ut pupillaris, si testamentum erat solenne, uel ut fideicommissaria si minus solenne. post pubertatem autem non credam quòd uoluerit filium grauare id quod probat.d.l.Scæuola. & illa uerba ualeat iure testamenti & codicillorum exponuntur iure codicillorum si nequeat iure testamenti ualere. sic & cum dixi Stichus decem dato, & liber esto, intelliguntur si decem dederit liber esto.ut in.l. Gallus.§. quidã rectè.ff. de lib. & posth.ubi Socinus post Bar.Bal.& alios.de hoc tamen latius suo loco differimus. simillimum est quòd si 28 dixi filium & ex eo nepotem hęredes instituo. quanuis prima facie uideretur quòd uterque simul æquis ex partibus deberet hæres esse.l. si ita quis hæredes.l. item q Sabinus.§.j.ff.de hæro.insti.§.si plures inst. eod.tit.l.un. C.si plures una sentent.l.si mihi & Titio.ff.de uerb obliga.l.un.§.ubi autem legataris.C.de cad. toll.l.si Titio & hęredibus.l.mulieri.ff.de usufr.accresc.l.si pluribus.ff.de lega.i.tamen inspecta legis interpretatione, quæ ex uerosimili testantis sententia fit, nepos non tam institutus quam patri suo substitutus uidetur. ut tenent glo. Bar. Albert.Bald.Ang. Imola, Cumanus, Paul.Castrens.Alex. Socinus, Ias.Fortunius & reliqui per tex. ibi in.d.§.quidam rectè quasi nepotis adiectio facta uideretur eo casu, uel in casum quo filius hęres esse uel nollet, uel non posset: sic ergo & in proposito clausula codicillaris adiecta uidetur in eum solum casum, quo testamentum non subsisteret quauis ratione. Postremò an iure fideicommissi ualeat pupillaris non rite facta? uide plures authores quos allegaui suprà in præludiis huius subst.pupillaris ad princ.

24 Pupillaris quando obliquetur.

25 Pupillaris obliquatur quãdo fit codicillis, idem si fiat extraneo, idem si maiori, idem si fiat à matre.

26 Pupillaris testamento facta, cum clausula codicillari infra pubertatem ualet iure directo secundũ omnes, postea iure fideicommissi secundum communem op. Viglius cõtra & rectè.

27 Verba illa ualeat iure testamenti & codicillorum quem sensum habeãt ardua q.

28 Substitutus uidetur nepos, cum sic dixi, filium et ex eo nepotẽ heredes, instituo.

Quintus 29 effectus pupillaris substitutionis est ut possit suum & necessarium hæredem facere impuberi cui pupillaris facta est, etiam eum, quem sibi ipsi suũ & necessarium hæredem facere posset.l. sed si plures §. quos possunt.ff.de uulg.l.2.§. si prius eod.ita Bar.in.d.l. 2.in fi. ubi Alex.in fi.& ibi Ripa num.63.col.pe.tradunt omnes in.d.§.quos possum. sed quod dicitur posse facere pupillo necessariom hæredem eum, quem sibi ipsi necessarium facere posset, uerum est: quòd autem etiam suum hæredem facere posset, id subdubium est: quod latius in suitatis materia differimus. & id etiam in.d.l.2. nume.50.cum seq. in uers. seruandom.attingit Alciatus qui Bar.sententiam & communem sequitur, & Ias.in.l. qui le patris col.2.C unde liberi.licèt arguat in contrarium & Ripa in.d.l.2. num.63. licèt similiter in contrarium insurgat Soci.in.l.si filius qui patri.ff. de uulg. per Alex.in.l.si quis posthumos.§.j.ff.de lib. & posthu. per Alex.in.d.l.2.in fi.& in.l.Sed & si plures.§. quos possum ff.de uulg.Zasius de pupil.subst.num.23.Positus in eod. tract.num.51.Guili.Bened.in.c.Rainutius de testamen. in materia pup.subst.nu.115. Salicetus in.l. si testamento.C.de impub. monentur tenentes hanc communem op.per tex.in.l.sed & si plures.§.quos possũ.ff.de uulg. & in.l.2.§.si prius.ff.de uulg.& in.l.qui in aliena.§ interdum. ff. de acq.hær.quæ iura bene probant quòd quem mihi hęredem necessarium facere possum, eundem & filio meo impuberi necessarium facere possum pupillariter substituendo. Sed 30 an etiam suus erit impuberi iura illa non aperiunt, neque in se uerum esse existimo. ut & Ripa ubi suprà aduertit, quia suitas non reperitur nisi in hæreditate ascendentium respectu descendentium à se. ut in.§.sui, inst.de hær.qual.&.§.sui, inst.de hær.ab intest.l.necessarius.l.si filius qui patri.ff.de acqu. hær.neque ulla lege cautum inuenies quòd frater fratri suus hæres esse possit: licèt necessarius possit.ut.dd. ll.unde licèt io suus titulus pro hærede non cadat.l.nihil C.pro hærede.l.2 .ff.eod.tamen is 31 frater, qui fratri impuberi pupillariter à patre fuit substitutus, licèt necessarius hæres fratri impuberi existat, tamen quia suus non existit titulo pro hærede usucapere poterit per illos titulos.C.&.ff.pro hær. estq́ue not.ampliatio, licèt sit contra mentem & sententiam communis opinionis suprà relatæ. & hęc suitatis materia plenissimè per nos suprà de succ.crea.§.19.&.§.20.&.§.21.ubi plenissimè hanc circa materium disseruimus.

29 Pupillariter substitutus interdum est hæres necessarius.

30 Suus non erit filius meus fratri suo pupillariter substitutus cum Ripa contra communem.

31 Vsucapere pro hærede poterit frater fratri suo pupillariter substitutus.

32 Pupillaris expirat pubertate.

Pupillaris 32 expirat per aduentum pubertatis. ut in.§.masculo, inst.de pupill.cum simil. sed tamen ordi-

natius

natius quàm alibi dic, aliquando & primo pupillaris fit expressim sub commemoratione pupillaris ætatis. & ita potest intelligi inst. de pupill. in princ. tex. & l. 2. in prin. ff. eod. & inst. eod. §. qua ratione: eod. l. i. l. 5. l. 10. titu. 5. part. 6. melior tex. in. l. si testamento. C. eod. §. non solum, inst. eod. l. 13. §. prius uers. sed si quis ita. ff. de uulg.

Aliquando & secundo sub commemoratione breuioris ætatis, & procedit. l. si ita quis. ff. eod. l. uerbis ciuilibus eod.

Aliquando & tertio sub commemoratione longioris ætatis & procedit. l. in pupillari. ff. eod.

Aliquando & 4. sub nullius ætatis commemoratione ut 10. §. substituitur inst. de puill. l. qui liberis. §. hæc uerba. ff. eod. & ad huc idem, ut post annum. 14. finiatur.

Lim. conclusionem, nisi esset statutum expressum quod ulterius posset fieri. argum. l. Mela. in princ. ff. de ali. leg. ut per Alex. Soci. Ias. Areti. Ripam Alciatum & alios in l. 2. ff. de uulga.

Lim. etiam si esset statutum tacitum, oeluti si cauebatur, ut usque ad annum. 25. quis uideretur impubes, quòd dic ut per doct. supra all. nec me mouet, quòd nunquam sit hominis sanæ mentis (qualis esse præsumitur quis post. 14. annum.) auferre testamenti factionem. nam resp. non uideri sanæ mentis huius ætatis puer in regione illa, qua fit illud statutum. argumen. §. primi. §. fi. inst. quibus ex caus. manum. non licet. cùm enim per. l. ciuilem præsumatur intellectus post. 14. annum uel post pubertatem, ita per aliam. l. ciuilem potest non præsumi satis sanus intellectus nisi demum post adulescentiam. Confirmo, nã, l. potest inducere, ut consensus adesse non uideatur in contractu iurato Ias. col. fin. in auth. sacramenta puberum. C. si aduer. uend.

Denique, ut finiatur pupillaris substitutio? uide per Alciatum in. l. 2. ad fin. ff. de uulg. per Guil. Bened. in. c. Rainutius de testam. in materia pupill. subst. ad finem. in summa 33 pupillaris substitutio ut codicillis possit reuocari, tenent Bar. in. l. hac consultissima. §. fi. C. de test. ubi etiam Fulgosius Alexander & Ias. & est communis opin. secundum Guilielmum Benedictum in. c. Rainutius de testam. uerb. testamentum. 3. num. 57. Boerius decisione 241. col. 3. per Bar. & alios in. l. milites. C. de mil. test. Contrarium tamen tenent Bal. in l. filii. C. fam. her. & in. l. institutio. ff. de condit. & demon. & alii multi relati per Boerium ubi supra, & Romanus cõsilio 179. col. 6. qui hanc partem dicit esse communem, & hęc sententia tutior est. & reliqua circa resolutionem substitutionis pupillaris colliges ex iis, quæ dicta sunt circa ipsius creationem & effectus.

33 Pupillaris an codicillis possit reuocari?

Illud 34 autem prætermittendum non est, quod tradunt Ang. in. l. quoniam furorem. C. de iure delib. Alex. in. d. §. quos possum. Guiliel. Bened. in. d. c. Rainutius in materia pupill. subst. nu. 106. idem Angelus in. l. qui duos. ff. de uulg. idem in. l. uentre. ff. de acqui. hær. & ibi Imola. Ang. & Imola in. l. Pantomius. ff. de acq. hær. Imola & Paulus in. d. l. qui duos. quos refert Alex. ubi suprà, aiunt enim quòd in terminis. d. l. qui duos impuberes. ff. de uulg. & l. qui duos. ff. de rebus dub. ubi erant duo impuberes filii à patre instituti, quibus Titius substitutus fuerat, & alter impubes ante agnitam patris hæreditatem decessit: nam tunc non admittitur substitutus, sed alter frater superstes ad quem iure suitatis præmorientis hęreditas transfunditur excluso substituto: quasi ambobus non etiam alterutri eorum ille pupillariter substitutus uideretur.

34 Pupillaris duobus impuberibus facta, ambobus non alterutri facta uidetur.

Denique 35 ut pupillaris per aduentum pubertatis (ut suprà attigimus) euanescit. an & tacita uulgaris sub ea comprehensa extinguatur? dubium est. & sunt qui uelint extingui utranque. ita Bar. num. 56. in. l. i. ff. de uulgari estque communis opin. secundum Ripam ibi nume. 225. contrarium ut uulgaris non extinguatur tenet glos. in. l. lex Cornelia uerbo. duodecim. ff. de uulgari. & hæc est uerior secundum Ripam ubi suprà, tenet Salicetus in. l. si testamento. C. de impuberum. & hæc pars uerior est, ut in sequenti quæst. dicemus. Quid 36 ergo si impubes, cui pater pupillariter substituit uiuo patre moriatur, an ut pupillaris ita & uulgaris sub ea comprehensa extinguatur? id quod firmant Dinus in. l. i. ff. de uulgari. quem refert Bar. ibi col. 9. uers. ulterius quæro & est communis opin. secundum Aretinum & Socinum ibi. sed contraria pars & receptior est secundum Ripam ibi num. 167. & nobis uerior uidetur per. l. i. ff. de uulgari. ubi dicitur hoc casu duplicem esse substitutionem sub uno uerborum conceptu & complexu factam: ergo ut si separatim ambæ fierent, nostra opinio indubitata esset: ita & si simul fiant. argum. l. reconiuncti. ff. de lega. 3. l. triplici. ff. de uerb. sig. l. 2. §. & harum. l. si mihi & Titio. ff. de uerb. oblig. l. si ita quis hæredes. ibi celeriter dixisse. ff. de hær. insti. iuncta. l. iam hoc iure. l. Lucius ff. de uulgari. l. 2. l. quamuis. C. de impub. l. in testamento in mag. C. de test. mil. ergo idem quoque eadem ratione erit, si filius pubescere cœperit. ut in. q. supra proxima. Idemque similiter 37 si filius à patre emancipetur, cui antea pupillarem fecerat. nam uulgaris sub ea pupillari contenta, non extinguetur iisdem iuribus & rationibus: & quia utraque est æquè principalis. ut per Bar. in l. i. col. pe. & fi. ff. de uulgari. dixi plenius suprà de informi substit. propè finem.

35 Pupillaris a pubertate, an ita & uulgaris substitutio ea cõtenta expiret ordua §.

36 Pupillaris, tantùm non etiam uulgaris finitur, si impubes uiuo patre moriatur.

37 Pupillaris tantùm non etiam uulgaris euanescit impubere emãcipato.

Effectus ille pupillaris substitutionis, ut matrem, & alios ascendentes præteritos excludat, per Bar. in. d. l. 2. ff. de uulg. collocatur tertio loco: quem effectum reseruaui ultimo loco differendum in repetitione huius l. fi. C. de inst. & subst. quia hæc. l. in hac materia principe locum tenet: cuius uerba ita habent.

Cùm quidam prægnantem habens coniugem scripsit hęredem ipsam quidem suam uxorem ex parte, uentrem uerò ex alia parte: & adiecit, si non posthumus natus fuerit, alium sibi hæredem esse. Posthumus autem natus, impubes decessit. Dubitabatur, quid iuris sit tam Vlpiano, quàm Papiniano disertissimis uoluntatis esse quæstionem scribentibus, cùm opinabatur Papinianus eundem testatorem uoluisse posthumo nato, & impubere defuncto, matrem magis ad eius uenire successionem, quàm substitutum. Si enim suæ substantię partem uxori dereliquit; multò magis & luctuosam hæreditatem ad matrem uenire curabit. Nos itaq; in hac specie Papiniani dubitationem resecantes, substitutionem quidem in huiusmodi casu, ubi posthumus natus, adhuc impubes uiua matre decesserit; respuendam esse censemus: tunc autem tantummodo substitutionem admittimus, cùm posthumus minimè ęditus fuerit, uel post eius partum, mater prior decesserit.

Ergo 38 dicturus in hac. l. de pupillari substitut. pro euidentia quęro, cùm Imperator in. C. intitulauerit de impub. substitutione. iuris consultus autem in. ff. & Imperator in institutionibus dixerit de pupil. substitutione. Quæ istarum sit magis propria regula? An diceretur congruentius: de impuberum substitutione. Istud dubium non reperio tactum. Inuenio tamen, quòd Ias. in Rubr. C. de impuber. dixit, puto quòd attenta proprietate uocabuli, melius stet Rubr. de impuber. substitutione per. l. pupillus in princ. ff. de uerb. significatione & nihil aliud dicit. Intentio tamen eius, hæc est. Pupilli dicuntur, qui 39 de potestate parentum exierunt impuberes, ut. d. l. pupillus. uocatur inst. quibus mod. tute. finitur. cum simil. pupilli ergo non dicuntur in uita patris, sed eo mortuo, impuberes tamen benè possunt dici uiuo patre & nihil repugnat. Cùm ergo substitutio fiat in uita patris, melius est dicere, de substitutione impuberum, quia possunt dici impuberes etiam uiuo patre, ut dixi, quàm dicere de pupil. substitutione, quia dicendo de pupillari, presupponit quod est pupillus, quod scilicet esse pupillum propriè dici non potest, nisi mortuo patre, ut dixi, licèt largo sumpto uocabulo sic. & hæc est intentio Ias. nec aliud potuit uelle. Sed ego

38 Pupillaris an impuberum substitutio congruentius dicatur?

39 Pupillus quis, impubes quis dicatur.

puto (salua ueritate) quòd non sit bene dictum, quia sic esset redarguere Imperatorem in insti. & iurisconsultum in ff. immo dico, quòd tam in ff. quam in C. Rubr. sit propriè posita. nam considero, quòd quemadmodum testamentum nihil ualet, nec assumit uires, nisi a morte testatoris.l.1.C. de Sacrosa. Eccle.c. cum Marthæ. de celeb. missa. cum similibus. eodem modo substitutio, quę est secunda institutio. l. moribus.§.1. cum concord. ff. de uulg. & est testamentum patris.l. patris & filii. ff. eo. tit. nam nisi ualeat testamentum patris; non ualeat substitutio &c. d.l.2.§.1. cum similibus. & quia substitutio dicitur pars & sequela paterni testamenti insti. de pupi. substi.§. liberis.c. si pater in si. de testamentis lib. 6. plenè notatur in d.l. patris, & filii. Cùm ergo substitutio non ualeat, nisi mortuo patre, ut dixi, ergo quemadmodum possumus dicere de impuberum substitutione, ita eodem modo dicemus de pupil. substitutione & utrunque propriè, ut patet, quia quemadmodum potest dici pupillus post mortem patris d.l. pupillus eodem modo potest dici impubes. Id autem, quod uoluit Ias. ut supra declaraui, poterit procedere, considerato tempore conditi testamenti, quo tempore propriè potest dici impubes, & non pupillus: & istud est, quod ipse uoluit, ego autem considero effectum substitutionis, quæ solummodo habet locum post mortem testatoris.

40 *Intell. l. huius. l. fin. C. de inst. & subst.*

Modò 40 aduertendum est, quòd d.l. nostra legitur uariis modis, ut hic per doct. sed principaliter legitur duobus modis: ono modo secundum omnes, quòd hæc l. loquatur de tacita pupillari comprehensa in uulgari expressa scilicet quòd hæc non admittatur contra matrem. Secundo modo quòd loquatur de uulgari tacita comprehensa in uulgari expressa, ut ista etiam non admittatur contra matrem. & ista est lectura Bar. & singularis, & utramque lecturam quò ad intellectum litterę declara. ut hic per Bald. & latius per Paul. & per omnes moder. hic & secundum intellectum Bar. hic, de quo breuiter me expediam hec. l. hoc dicit in summa. Vulgaris 41 tacita contenta in uulgari expressè facta in unum casum tantum, non admittitur contra matrem impuberis, quę sit data cohæres. istum intellectum Bar. probat multis modis, ut hic per Iaso. secunda causa. c. 2. 3. col. quem uideas. Ex quo in specie habes colligere, quòd substitutio uulgaris non concepta sub illo genere, nec sub illo indefinito, si heres non erit, sed concepta in unum casum specialem & indiuiduum, puta si natus non fuerit, tacitè tamen comprehendit omnes alios casus uulgaris substitutionis, & iste est casus in hac. l. melior de iure secundum istum intellectum, ut hic per Iaso. 3. col. ad fin. uidebatur contrarium immò quòd expressio unius casus, alios excluderet. l. cùm prætor. de iud. & C. de procura. l. maritus. cum similibus unum tamen est, quòd licèt illi casus comprehendantur; tamen non admittitur contra matrem secundum istum intellectum. quòd est singulare. sed aduerte 42 quòd quamuis notabile esset uerum in se; non tamen uidetur mihi quòd seruiat de magno dubio. Nam si substitutio uulgaris cōcepta in unum casum specialem & indiuiduum, continet etiam tacitam pupillarem ut est casus unicus & singularis in. l. nostra secundum communem intellectum ut hic per Bart. & Bald. 2. col. in principio. & hic per Ias. secunda col. & ad hoc nemo discrepat, quid mirum quòd contineat omnes casus uulgaris substitutionis, quia in habentibus symbolum, facilior est transitus. l. si non sortem. §. sciendum. ff. de cond. indeb. l. si unus. §. pactus ne peteret circa fin. ff. de pact. si ergo continet pupillarem, quæ est dissimilis ergo à fortiori continebit omnes casus uulgaris substitutionis, qui sunt similes & eiusdem speciei. item quia maior est transgressio, quando continet pupillarem, quæ est alterius generis, ut dixi, quàm quia continet alios casus uulgaris substitutionis: si ergo continet pupillarem; ergo &c. & si dicas, quę dubitatio erat hæc? Quia expressio unius casus uidebatur alios excludere (ut suprà dixi) ego dico, quòd eadem ratio dubitandi erat, immo maior in casu præcedenti; si diligenter considerabis; cùm ibi sit maior digressio, ut dixi.

41 *Vulgaris tacita comprehensa in uulgari expressa an admittatur contra matrem.*

42 *Vulgaris facta in uno casu facilius trahitur ad aliū quàm ad pupillarē.*

Item habes hic casum singularem, in quo ille, 43 qui uenit per ius accrescendi, excludit substitutum, contra l. 2. §. si duo. cum concord. ff. de bonor. poss. secundum tab. nam hic, mater fuit data cohæres posthumo, tamen eo nato, & repudiante, admittitur ipsa, excluso substituto. Sed certum est, quòd non potest uenire nisi per ius accrescendi, ne testator decedat pro parte bonorū intestatus, & tamen ipsa admittitur: ergo excluditur substitutus. & aduerte pro solutione ad contrarium, nā ideo hic admittitur excluso substituto, quia tria concurrebant, primo, quia illa erat mater, secundo quia erat cohæres filii sui, tertio quia substitutus ueniebat ex tacita substitutione, non ex expressa. Vnde non mirum si propter ista tria, mater præferatur substituto. Ità declarat hic Pau. de Cast. ultima col. & dic, quòd est casus singularis. idem refert, & hic sequitur Ias. 4. col. Sed aduertendum est, quòd ista tria non uidetur mihi, quòd faciant ad propositum. primum, non, scilicet quòd sit mater, quia cùm filius non adierit, ergo non tractatur de hæreditate filii. ergo quòd sit mater nihil ad propositum, ut est hic glo. magistra in fin. approbata per omnes: & pondero tex. pro ea in. l. potestatibus. C. de impub. & aliis. ut infrà dicam. Item secundum, scilicet quòd sit cohæres, non uidetur operari, cùm ipsa nitatur ex iure accrescendi ut dixi, quod est debilius iure substitutionis. ut dixi. Item & tertium nil operatur, scilicet quòd sit tacita substitutio. Nam 44 quemadmodum substitutio expressa est potentior iure accrescendi. §. si duo. eo. modo tacita. ut probatur in. l. fin. C. de hær. inst. in uerbo partem'ue. & ibi not. Bal. ultima col. & statim dicam. Cùm ergo nullum horum trium faciant ad propositum de per se; ergo uidetur quod idem sit, & si simul concurrant. nec potest dicere, quòd ex pluribus imperfectis resultet unum totum perfectum. ut probabis per multa. quia fateor, quando essent plura imperfecta, si tamen essent aliqua. Sed cùm quodlibet horū trium sit nullum, quoad propositum, ut dixi, ergo ex eis simul iunctis non potest aliquid perfectum resultare. quia ex nullo nihil fit secundum Philosophum. bene dico tamen, quòd hic sit speciale propter ista tria, secundum Paul. & Ias. ego nouiter pondero hic esse tex. pro eo. quod modò incidenter tetigi, scilicet quòd substitutio etiam tacita impedit ius accrescendi, quod sic probo. Hic substitutus uolebat uenire ex uulgari tacita cōprehensa in uulgari expressa. Mater autem uolebat uenire ex iure accrescendi. dicitur hic, quòd mater præfertur propter tria, de quibus suprà quibus deficientibus excluderetur. ergo hic est tex. expressus, quòd substitutio etiam tacita est potentior iure accrescendi extra casum huius. l. & sic concor. cum tex. in d. l. fi. in uerbo. partem'ue supra de hær. inst. ubi allegatur text. per hoc melior de iure, & idem tenet Bal. hic 1. col. fundatur per glo. hic, quę sic debet induci: nam hic mater erat cohæres. ut dixi, & tamen dicit hic glo. quòd si fuisset facta pupillaris expressa, sub qua continetur uulgaris tacita, quòd ista tacita admittitur contra matrem, ergo substitutio etiam tacita admittitur contra matrē uolentem uenire per ius accrescendi. & si dicas contra de ista eadem. l. ubi substitutio tacita non admittitur cōtra matrem, & ad hoc semper allegamus, & tamen tūc mater est etiam cohæres. ad hoc respondeo, quòd hic ideo est non tantùm quia cohæres, sed quia agitur de hæreditate pupilli, hoc est, filii sui, & sic causa intestati fouet causam testati: & propter alia, de quibus hic in tex. & præterea quando pupillus adiuit extinctum est ius accrescendi. l. 1. ff. de usufr. accrescend. ergo isto casu non tractamus de iure accrescendi, sed in alio sic,

43 *Accrescendi ius interdum uincit substitutionem.*

44 *Accrescendi ius excluditur per substitutionem etiam tacitam.*

quando

quando repudiauit, & sic hæc.l.non obst. & hoc est uerum. præterea etiam si mater non esset cohæres nihilominus admitteretur excluso substituto.l.precibus.C.de impub. & aliis. ergo non admittitur propter ius accrescendi, sed ideo, quia mater, & quia substitutio tacita non debet esse tantæ potentiæ, quòd matrem excludat à luctuosa hæreditate filii. immò etiam expressa uidebatur, quòd non excluderet eam per multa, quæ ponit Bal.in.d.l.precibus.7.oppositione. nisi haberemus iura expressa de hoc.d.l. precibus cum simil. & sic.l. nostra non facit ad propositum, & hæc uidentur quo ad intellectum Bar. quem communiter omnes reprobant, ut habetur per Bal.Pau.& alios, & per omnes in.l.1.ff.de uulga.& pupill. & contra istum intellectum urgent multa, quæ hic uideas per doctores, maximè per Ias.7.8.9.col.

45 *Accrescendi ius an trahatur ad diuersam hæreditatem ar dua.q.*

Illud autem non est prætermittendum, ius 45 accrescendi interdum trahitur ad hæreditatem diuersam. Nam si filium impuberem, & Titium hæredes scripsi, Titiumq; impuberi pupillariter substitui, decessi. Titius meam hæreditatem adiuit, deinde decessit, posteaquam impubes ille in pupillari ætate decessit. hæres meus ad impuberis hæreditatem non solùm admittitur, sed etiam inuitus eam capere compellitur, non quidem iure substitutionis pupillaris, quia ea non transit ad hæredes.l.sed si plures.l qui habet.ff. de uulg. sed magis iure accrescendi, quasi quo ad hoc hæreditas patris, & hæreditas pupilli una eademq; intelligatur. ut in.l. qoidã cologio.C.de iure delib.&.l.qui patri.ff.de acq.hær.ita tenent ibi glo.mag.in pr.& Dinus.Bar.Bal.Ang.Paol.nume.5.&.6.& Imola col.pe.in pr.qui firmat hanc esse cõmunem op.Bar.in.l.re coniuncti nu.98.ff.de lega.3.

Contrariam partem, ut isto casu hæres impuberis admittatur iure substitutionis, non iure accrescendi tenent Iacob. de Raue.& Cynus & Alexand.in.d.l.qui patri. qui in num.12.col.4.ait hanc esse communem op. quod & firmat rursus ibidem col.2.ad fi. hanc sequitur & dicit communem op.Ripa in rep.l.re coniuncti.num. 202.ff.de lega.3.& Politus ibidem num.68. qui ait hãc partem multos nostrorum defendere, & signat huius inuestigationis utilitatem. eandem utilitatem refert Io. Crotus in d.l. re coniunctis.nu.112.qui hãc op. sequitur & dicit communem post.Cum.& Areti.in.d.l.qui patri, & hãc sequitur Lud.uill.& dicit communẽ in.d.l. re coniuncti fol. 54. Sed tenendo priorem partem, quæ planè probatur in.d.l.qui patri.ex ea infertur, non inelegãs intellectus ad.l.nostram. ut iure accrescendi hic mater admittatur ad impuberis hæreditatem excluso substituto quemadmodum in d.l.si patri. ius accrescendi trahitur etiam ad hæreditatem impuberis, & ad exclusionẽ iuris substitutionis.

Ille tamen Bar.intellectus, quem retuli, communiter improbatur, unde hæc lex communiter legitur, quòd

46 *Pupillaris cõtinet subse tantum uulgarem etiam si fiat in casu tantum impubertatis.*

46 loquatur in pupillari tacita comprehensa in uulgari expressa, & secundum hanc lecturam hic.d. tacita pupillaris non admittitur cõtra matrem dum uiuit, sed si mater exiit de medio, admittitur substitutus. & pro enucleatione huius materiæ uidetur permittendum, quod regulariter in expressa uulgari continetur tacita pupillaris. ut patet hic, quia dicit, quòd non admittitur contra matrem, ergo continetur. ad idem tex. in.l. quamuis.C.de impub. & aliis, & in.l.iam hoc iure.ff. de uulg. subst.de quo per Bar.& alios in.l.Gallus.§.& quid si tantum de libe.& posth. & in tantum hoc procedit, quòd nedum si substitutio uulgaris expressa facta est simpliciter sub illo casu generali, si hæres non erit, comprehendit pupillarem tacitam dictis iuribus, sed etiam si uulgaris fiat sub uno casu indiuiduo, scilicet, si hæres esse non possit, puta si non nascatur: nihilominus continetur tacita pupillaris, sicut, si esset facta generaliter & indefinitè. iste est casus singularis, qui non est alibi in.l. nostra secundum Bar.hic & Bal.2.col. in princ. & Bar. in.l.prima.ff.eo.7.col.in princ. & Bar.in.l.Gallus. §. & quid si tantum in princ. de liberis, & posth. & declarat, & hic Ias.secunda col. post principiũ.sic etiam dicimus quòd uulgaris expressa concepta in unum casum specialem, & indiuiduum comprehendit omnes casus uulgaris substitutionis, ut est etiam hic tex. singulis secundũ intellectum Bar. his oportunè ultra omnes, addo, quòd

47 *Exemplaris facta in uno casu trahitur ad alios.*

47 etiam exemplaris facta in casu indiuidui complectitur totam suam speciem, & ideo si dictum est, si decesserit in eo furore, in quo erat tempore testamenti, & ipse decesserit amens, deposito furore, nihilominus habebit locum substitutio. argumento huius.l. ita singulariter dicit Bal.in.l.humanitatis.C.de impub. & aliis.penul.col. uersi.4.quæritur. & ibi Vide in apostil. uidebatur contra, quia indiuiduum derogat speciei.l.hæres meus. §. duæ statuæ de leg.3.cum simil. Item adde, quòd 48 in

48 *Vulgaris cõtinet sub se exẽplarem.*

uulgari expressa continetur, nedum pupillaris, sed etiã tacita exemplaris. ita notanter dicit Bal.in.d.l.humanitatis antepen.colum.in fin.uerbis uersic.5.principaliter quæritur ubi uide. Item pro tertia extensione addo, quòd

49 *Exemplaris cõtinet pupillarẽ.*

49 nedum in uulgari expressa, sed etiam in exemplari expressa continetur tacita pupillaris. Ita eleganter Bal. in.d.l.humanitatis pen.col. uerbo 3. quæro &c. & ibi uide in additionibus. Item pro 4. extensione, adde quòd

50 *Vulgaris cõtinet pupillarem etiã si mater sit in medio.*

50 in uulgari expressa, continetur tacita pupillaris nedum si mater non sit in medio, sed etiam si supersit. Ita probat apertè tex. iste circa fin. & ita eum not. Bar.in.l. precibus 1.col.C.de impu.& aliis. Idem tenet glo.hic, & in.d.l.precibus in uerb. omnino, & in glo. mag. circa principium & glo.in.l.intestato glo. mag. in principio C.de testamento mili.& in §.qua ratione inst.de pupill. subst. glo.mag.& uide Ias.in.l.quamuis.3.not.C. de impub.& aliis. Contrarium tenuit glo.in.l.centurio.ff. de uulga. substitutione. quæ communiter reprobatur, nisi salues illam glo. quòd non continetur scilicet cum effectu, eo, quia non habet effectum contra matrem, & ita Bald. hic secunda col. in princ. saluat illam glos. & etiam Paul.

Illud autem uehementer controuersum est, an in quibus casibus isthæc tacita, uel expressa pupillaris, excluderet matrem, eam etiam a legitima excludat, non secus quam a reliquis bonis? de quo alibi. Modò istam regulam, quòd

51 *Vulgaris interdum non continet pupillarem.*

51 in uulgari expressa contineatur pupillaris limita, aliquibus modis: Quorum duo colliguntur ex tex. in.l. quamuis.C de impub. & aliis. colligitur ex l.cum ex filio.§.filio.cum glo.ff.de uulga.subst.quod & singulariter per Bal. in.l.precibus.C.de impub. & aliis quarta col.in principio & Vide per Alexan.& Ias.in.d.l. quamuis, & Alex.in.l.post aditam eod.titulo. Vbi addunt alios casus. Alius casus est, quando testator apposuit dictionem taxatiuam. nam tunc sub uulgari non continetur tacita pupillaris. ita Bald. in.l. precibus. & ibid.Ias.3.col.ad fin.post Salie.& Alex. in.d.l. post aditam. nam per talem dictionem, colligitur uoluntas testatoris matrem à successione impuberis excludere uolentis. Nec dubium est, quin talis uoluntas rata esse debeat, quia tacita pupillaris excludit matrem, cùm id testator uoluit.

Secunda regula est, è contra, quòd 52 in pupillari

52 *Pupillaris cõtinet subse uulgarem & exemplarem.*

expressa continetur tacita uulgaris.d.l.iam hoc iure. cũ concord. Ad istam regulam ultra omnes, colligo tres extẽsiones ex uerbis Bal. hic pen. quæst. cũ duabus præcedentibus. Item pro quarta extensione addo, quòd nedum in pupillari continetur uulgaris, sed etiam continetur exemplaris. Ita colligo nouiter per Bal. in d.l. humanitatis. pe. col. post principium uers. sed quæro an in expressa &c. Alias 8. limitationes enumeraui suprà in primo effectu pupillaris subst.

53 *Pupillaris facta exhæredato, uulgarem non cõtinet.*

Præterea addo, quòd 53 quando substitutio pupillaris est facta filio exhæredato iuxta tex.in.§.non solùm inst. de pupillari substitutione. & in.l.ab exhæredati de lega. 1.& in.l.cum quidam cum simil.C.de leg. isto casu dico, quòd non continetur sub ea tacita uulgaris, pro-

bo. nam quemadmodum exhæredatus adire non potest, quia non est institutus, eo modo non potest repudiare, idest, non adire; quia non uidetur nolle adire hæreditatem, qui non potest adire si uellet. l. nolle. ff. de acquir. hæred. quia is potest repudiare, qui potest acquirere l. is potest, eo. titulo. & quia priuatio præsupponit habitum. l. decem. de uerb. oblig. & l. manumissiones. ff. de iustitia & iure. cum simil. si ergo non potest repudiare, ergo nulla uulgaris ibi continetur.

Denique uulgaris concipitur sub illa conditione, si hæres, ex testamento non erit. ut in. l. 1. & ferè per totũ ff. de uulg. in pr. inst. de pupill. Sed ea conditio in exhæredato necessaria est. ergo 54 non facit conditionem

54 Conditio necessaria non facit dispositionem conditionalem.

ut in. l. cum ad præsens. ff. si cert. petat. l. si ita stipulatus fuero hanc summam. ff. de uerb. oblig. l. in illa stipulatione si calendis, ubi per Ripam & reliquos. ff. de uerb. obliga. per Alci. in. d. l. cum ad præsens. Frustra enim spectatur conditio, quæ iam uel extitisset, uel defecisset. Si ergo cùm impuberem exhæredassem, adiect, si is in pupillari ætate decesserit, substitutio uulgaris nõ continetur, quæ in hunc casum locum habere debebat, cùm ille mihi hæres ex testamento futurus non esset, quòd futurum, uel non futurum incertum non erat; cùm indubitatum esset eum ex testamento mihi heredem non futurum.

55 Pupillaris tacita quare contra matrẽ cesset.

Modò his præmissis allegatur hæc. l. quòd 55 tacita pupillaris cõprehensa in expressa uulgari, non admictitur contra matrẽ, de quo statim latius subiiciã. sed primo quæro, quæ sit ratio huius? & reperio ꝙ Pau. de Cas. hic post prin. dicit, quòd ratio est. s. quòd ideo tacita pupillaris non admittitur contra matrem, ne mater priuetur luctuosa hæreditate filii sui. ut in. l. nostra, sed mihi uidetur quòd hæc ratio non concludat. nam ea attenta etiam expressa pupillaris non admitteretur contra matrem, qui etiam tunc priuatur luctuosa hæreditate filii, & tamen contrarium est uerum. d. l. precibus, & infrà dicam. Vnde alia ratio potest esse, scire debes, quòd lex dispensatiuè permittit patri contra regulas iuris, ꝙ possit facere testamentum pro filio suo pupillo, substituendo ei pupillariter, quia substitutio est testamentum filii. §. igitur inst. de pupill. substitutione. l. patris & filii ff. de uulg. substitutione. Item uidebatur non ualere, quia quando alter alteri testatur, est institutio captatoria, ergo prohibita: ut in simili dicit Bal. in. l. humanitatis. C. de impub. & aliis. secunda col. in medio. Item per hanc pupill. potest pater substituere filio quemcunque pęnitus extraneum, & excludere matrem à luctuosa hæreditate filii sui sine causa, quod ipsemet filius non posset. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffic. testamento. c. si pater de testamentis lib. 6. & . d. l. precibus.

56 Dispẽsationes restringendæ.

Vnde 56 cũ istæ dispensationes sint odiosæ, & contra ius, per consequens sunt restringendæ. c. 1. de fil. presb. lib. 6. glos. in. c ordinarii, de officio ordinarii. lib. 6. sequitur ergo quòd licèt per expressam pupillarem mater excludatur, non tamen debet esse idem per tacitam, quia

57

in dispensationibus, & sic in odiosis non sufficiunt coniecturæ, & interpretationes, ut dictis iuribus. istam rationem reperio nouiter positam per Ias. in. l. in testamento. 6. col. ante medium. C. de testamẽto militis & aliquid per eum hic ultima col. ex quo infert tria, & addo ꝙ aliam rationem ponit Ias. in. l. cum quid. 2. col in. fi. ff. si cer. pet. post alios per eum relatos, sed eãdem quam hic ponit in eadem. l. 2. lectura. 2. col. ad fin. l. & hæc quantũ ad principalem decisionem. l. cum sua ratione. Verùm quia ex his non remanet materia enucleata; ideo pro plena notitia considero omnes casus, qui possunt cõtingere. Sed cum hæc ratio in. l. nostra expressa sit ut mater luctuosa impuberis hæreditate non priuetur: negari non potest quin uera sit, & sequenda, iuncta illa ratione, quòd suę substantię partem matri dereliquit, quę similiter expressa est in. l. nostra. Itaque ex his duobus simul iunctis procedit nostra. l. quę 57 fortè locũ

Cessante una ex duabus legis rationibus, an cesset ipsa lex?

habitura non esset, horum alterutro deficiente. argum. l. si non lex alia sententia. ff. de hęr. inst. ubi Bar. & Bald. qui illum tex. dicit esse meliorem de iure. l. liberorum. Vbi etiam Bar. ff. de his, qui not. infamia. Andr. Tiraqu. de reuoc don. l. si unquam in prę fat. num. 91. idem de causa cessante limitatione 20. ex quibus patet cessante altera ex duabus rationibus in quibus lex principaliter innititur, quę q; in ipsa lege expressę erat, cessare ipsius legis dispositionem.

Primò ergo quæro, an expressa pupillaris admittatur contra matrem? & regula est, quòd sic, quia tex. est expressus in. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffi. testamento. ubi ponitur ratio & tex. in. c. si pater. in fi. de testa. lib. 6. & etiam tex. in. l. precibus, uers. si uerò substitutio &c. & rationem huius ponit Paul. ibi. 2. col. post medium & istam regulam sequitur totus orbis, ut inquit Bal. in. l. humanitatis. C. de impub. & aliis. 7. col. ad finem, & reperio, quòd idem Bal. in. d. l. precibus. 7. col. ponit aliquas rationes huius regulę. i. quia cùm pater possit testari filio. aut dicis, quòd possit de uniuerso testari, & tunc mater excluditur, aut quia solùm de bonis ab ipso patre profectis, & tunc pupillus decederet pro parte testatus, & pro parte intestatus: quod est contra ius. l. ius nostrum de reg. iur. Item & tertio ratio est secundum eum, quia si hoc non permitteretur. i. quia mater posset excludi, bona unita separares, quod est cõtra ius. l. sed si plures. §. filio. ff. de uulg. subst. cũ concord. ratio huius est secundum eum quia rarò pupilli habent alia bona quam paterna, unde non potest conqueri uxor si non succedat in bonis mariti, ex quo maritus uetuit. addo quòd immo etiam si non prohibet, non potest succedere ab intestato, nisi in ultimum subsidium. l. 1. C. unde uir & uxor. ergo non est de quo conqueratur. istę sunt rationes Bald. sed aduertendum est quia salua pace Bal. uidetur mihi, quòd nulla ratio istarum concludat prima enim non. nam licèt concedatur patri quod possit de uniuerso testari, non propterea sequitur, quòd possit matrem pupilli præterire, quia posset etiam ipsam in partem substituere, & sic pater testaretur de uniuerso, & nullum esset inconueniens, & non excluderetur mater. Item quia uidetur hoc commissum patri, ut bono uiro, & quia gerit imaginem filii, ergo deberet testari, ut ipse filius; sed filius non posset matrem priuare legitima, ut est notum, ergo &c. Præterea posset etiam ipsam matrem substituere in totum, & tamen isto casu testaretur de uniuerso, & sic nõ sequitur, quia licèt possit de uniuerso testari, quia ideo mater debeat excludi. & sic in ueritate prima ratio Bal. non concludit. & si instes, & dicas, quòd si teneretur matrem substituere in totum, uel in partem, quòd esset restricta potestas patris in testando pro filio contra. l. stipulatio hoc modo concepta de uerborum oblig. & l. fi. C. de pact. & l. cum proponas cum uulga. eo. tit. Respondeo, quia hoc non est inconueniens, argumento. l. cum ita legatum de cond. & demonst. Item etiam pater, quia pater potest testari faciendo testamentum sibi ipsi, & illa potestas est libera l. 1. C. de Sacr. Eccl. & tamen cogitur partẽ relinquere filiis. l. cùm quæritur cũ mille similibus. C. de inof. testam. ergo sic uidebatur in proposito, quando testatur ꝓ filio, ꝙ teneatur partem relinquere matri, quia per hoc non tollitur sibi facultas testandi, sed restringitur: ideo hec ratio non uidetur concludere. nec obstat, quòd testamenti factio debet esse libera. d. l. stipulatio hoc modo concepta, cum concord. quia fateor, quòd debet esse libera à coërctione hominis, hoc est, quòd per pactum nemo possit astringi ad instituendum &c. & ita intelligitur illa regula, sed non debet esse libera à lege, uel coërctione legis. l. 2. C. de secund. nuptiis. &. C. de incest. nuptiis. l. si quis incesti, aliàs posset filios præterire, uel absque causa exhæredare, quod est absurdum. & ita in simili uoluit Bald. in. l. humanitatis. C. de impuber. & aliis. 4.

58 Pupillaris expressa excludit matrem.

col.

col. post medium, ibi secundo oppono, quòd libera &c.

Præterea, secunda ratio, dum dicit, quòd decederet pro parte testatus & pro parte intestatus, non satisfacit. nam potuisset pater matrem instituere, uel substituere in legitima sibi debita, & extraneum in aliis bonis: & sic non decederet pro parte aliqua intestatus, & sic cessat inconueniens. Præterea hoc probo, quia aut uterque scilicet mater & extraneus adirent ex substitutione, & tunc res est clara, quia in totum decederet testatus pupillus, aut mater tantùm adiret, & tunc alia bona sibi accresceret etiam inuitæ. §. his ita, cum materia de cadu. tollend. & sic esset in totum testatus. aut extraneus tantùm adiret, & tunc idem eadem ratione, aut neuter adiret, & tunc decederet pupillus in totum intestatus, quod ius nostrum benè patitur. d. l. ius nostrum cum similibus, & sic ista ratio secunda Bald. non concludit. Præterea dum subdit Bal. in tertia ratione quòd sequeretur q bona unita separarentur, quod est absurdum. hoc etiam non uidetur concludere. nam, aut inspicis tempus substitutionis factæ, uel tempus mortis patris. & tunc bona patris non sunt unita cum bonis pupilli, cum ad huc pupillus non adiret, nec potuerit. l. qui superstitis. de acqui. hæred. cum concord. ergo tunc non tractamus de separatione bonorum. aut loquimur de tempore post mortem patris, & tunc si pupillus adiuit, fateor q bona sunt unita & commixta, ut dicit Bal. tamen quòd sequitur inconueniens propter separationem, istud nego. nam nullum est inconueniens quod mater habeat partem, & substitutus extraneus partem ut suprà dixi. nec in hoc repugnat aliqua regula iuris cùm semper decedat in totum testatus si uterq; adiuit à principio, uel si alter tantùm ut suprà dixi. nam tunc idem propter ius accrescendi, & sic quamuis bona essent apud diuersos quando uterq; adit, tum in hoc non est inconueniens ex quo semper resultat causa testati in totum. si autem nemo adibit, tunc in totum decidit intestatus, quod etiam non est inconueniens: licèt per hoc pupillus uideatur affectus quadam iniuria. l. & quia, de interrog. actio. inst. qui ma. non poss. §. 1. & inst. ad. l. fal. in pri. & l. Iulianus in princ. de acquir. hær. nam etiam idem contigeret si unus tantùm esset substitutus matre præterita, & poneres quòd ille substitutus repudiaret. nam etiam tunc diceretur pupillus in totum intestatus ut patet. Præterea si hæc haberes pro inconuenienti. s. quod bona in uita separarentur, sequeretur q nemo posset substituere plures in bonis propriis, cùm bona, quæ essent unius & eiusdem testatoris, & sic in uita separarentur propter numerum substitutorum, & tamen infinita iura dicunt, quòd plures, uel unum potest quis sibi substituere. ut est notum, nec expedit referre. Præterea nemo negabit, quin pater possit filio substituere plures extraneos, & tunc bona commixta per aditionem pupilli separarentur, & diuiderentur in illos substitutos, & sic illa separatio bonorum non parit aliquod inconueniens. ergo quare nõ deberet substitui extraneum, & matrem? cùm nullum inconueniens sequatur, & sic tertia ratio non uidetur satisfacere.

Præterea quarta ratio ut Bal. subdit, quod ideo, hoc est, quia filii raró habent alia bona quàm paterna, ergo mater non debet conqueri. hæc ratio non potest mihi placere, quia procederet concesso, quòd pater non possit substituere nisi filio instituto in bonis propriis scilicet paternis, sed cum filio etiam exhæredato posset pupillariter substitui. §. non solùm cum uulg. inst. de pupilla. subst. ergo hæc ratio nihil ad propositum, quia non est generalis, & per hoc uidetur, quòd rationes Bald. assignatæ ubi suprà necessariò non concludant, super quibus diligenter cogitabis. dicamus ergo, quòd ratio sit illa, quam assignat consultus in d. §. sed nec impuberis, & tex. in d. c. si pater. infi. & Paul. in d. l. precibus. secunda col. post medium, & hæc sunt quo ad primam quæstionem, Contra istam tamen regulam stringunt multa, quæ ponit Bald. in d. l. precibus. 6. col. in fin. cum prin. sequentis ultimo 59 potes dicere, q in iure constituto per leges uel constitutiones scriptas, exacta ratio debet considerari, secus in iure, quod moribus inductum est. arg. c. erit autem. lex. dist. 4. At pupillaris substitutio non lege scripta, sed moribus paulatim recepta fuit, ut in. l. moribus. ff. de uulg. ergo de ratione exactissima non est quærendum plene in simili per Andr. Tiraquel. de utroque retr. in pręfa. nume. 75.

59 Pupillaris quare excludat matrem.

Modò contra regulam, ut tacita pupillaris non admittatur contra matrem sic argumentatur. Quandocunq; duo sic se habent, quod unum habet dependentia ab alio, uel cœpit habere: quod iuris statuitur in uno, & in reliquo. & statim probabo. sed sic est q pupillaris substitutio cœpit habere dependentiam a testamento paterno, quia si paternum non ualet, nec pupillare. l. 2. §. i. ff. de uulg. & pupi. cum concord. quia 60 pupillare est pars, & sequela testamenti paterni. l. Papinianus §. sed nec impuberis. ff. de inof. testam. c. si pater in fi. de testamentis lib. 6. inst. de pupill. substitutione. §. liberis notatur plenè in. l. patris & filii. ff. de uulg. & pupi. substitutione. quemadmodum ergo pupillaris expressa admittatur contra matrem. d. §. sed nec impuberes. d. c. si pater. §. fi. & l. precibus uers. si uero. C. de impub. & aliis ita eodem modo debet admitti tacita, quia ista tacita cœpit habere dependentiam a paterno, ut dixi quemadmodum expressa. unde cùm utraque pendeat a testamento, si expressa admittitur contra matrem, ergo etiã tacita. quòd 61 autem, quando sunt duo. quorum unum cœpit ab alio pendere, quod iuris est in uno, sit in alio probatur per sequentia, primò, nouissimè in proposito pro hoc alleg. tex. cum glo. in. l. 3. §. fi. ff. de lib. & posth. iuncta glo. in. l. nam & si sub conditione. §. fin. ff. de iniusto testamento. & sic arguo ex coniunctione duarum legum. l. Gallus. §. ille casus uers. Iuliano. ff. de lib. & posthu. nam in. l. 3. §. fi. dicitur, quod filius natus fuit præteritus a primo gradu exhæredatus à secundo, & dicitur, ibi, q testamentum incipit habere uires a secundo gradu, quamuis primus non ualeat. At in. d. l. nam & si. §. fi. dicitur totum contrarium. s. quòd si posthumus sit præteritus à primo exhæredatus, à secundo, natiuitate eius rumpitur ne dum primus gradus à quo præteritus est, sed etiam secundus à quo exhæredatus est. ratio primę. l. illa est, quia quando iam natus est præteritus à primo gradu, statim ille gradus fuit nullus ab initio. l. inter cætera. ff. de lib. & posth. inst. de exhær. lib. in prin. ubi melior tex. de iure, unde cùm primus fuit nullus, ergo secundo a quo fuit exhæredatus non cœpit ab eo pendere, & sic potest ualere de per se, quia non pręstat impedimentum &c. ut in regula iuris. Ratio autem quare non cœpit ab eo pendere potest esse multiplex iudicio meo, prima, quia ab eo, quod nihil est, aliud pendere non potest ut patet ad sensum. sed hic primus gradus fuit nullus, ergo &c. secunda, quia ex nihilo nihil fit, uel dependet secundum Phil. Tertia, quia primus ille gradus cum sit nullus ab initio, est quoddam non ens. sed ex penitus non ente impossibile est aliquid procedere, uel propagari: quia sine materia non potest fieri extensio, uel conuersio. tex. in. l. cum nemo. ff. de acquir. poss. & ff. pro hærede. l. 2. §. quod uulgò. ubi ey causa nulla non potest fieri cõuersio in aliquam causam, quia deficit materia. ad idem in. l. 2. C. de successo. edicto. ubi aditio nulla facta ex testamento, non conuertitur in aditionem aliquam ab intestato: quia ex nihilo in aliquid non potest fieri conuersio. & ista ut puto est ratio fundamentalis, quare 62 substitutio compendiosa facta à pagano uerbis directis post pubertatem nullo modo ualet, nec conuertitur in fideicommissariam. ut notatur in. l. precibus. glo. mag. & in. c. si pater de testatis lib. 6. in uers. absque deductione. & in. c. Rainutius. de testam. in uers. uel substitutionis & in. l. centurio de uulg. & pupi. & inst. eo. tit §. qua ratione. glo. mag. & est commu-

60 Pupillaris est sequela testamenti paterni.

61 Accessorium sequitur suum principale.

62 Compẽdiosa facta à pagano post pubertatem nullo modo ualet.

communis sententia, quia cum pee aduentum pubertatis expiret quia post pubertatem noo potest fieri directò ergo non potest in fideicommissariam conuerti, quia esset ea penitus non ente in aliquod ens, quod est impossibile. Nam sine materia non potest fieri conuersio, nt dixi & postea reperi quòd istam rationem ponit Bal. in. d. l. precibus. tertia causa ut princ. & ea his ego infero ad id, quod 63 dicimus prorogationem iurisdictionis fieri nó posse in eum, qui nulli præest iurisdictioni. l. priuatorum. C. de de iurisd. omnium iud. c. significasti. de foro competenti, ratio est quia prorogatio est quædam extensio, & propagatio: sed eius, quod nihil est, nulla est extensio, ergo oon potest fieri prorogatio & adde notata in. l. i. ff. de iud. Item ex prędictis infero ad id, quod in simili dixit glo. notabilis in. l. 2. ff. de acqui. hęr. qnòd licèt 63 ille qui partem adit uideatur omnes partes adire. l. si solus. eo. tit. & C. de iure delib. l. quidam elogio cum simil. tamen ille qoi partem repudiat, non nidetur alias repudiare. ut in. d. gl. pro qua est tex. & ibi Paul. in. d. l. si solus in prin. ratio illa est, & hoc est, quod pondero, quia illud, qnod est aliqnid positiuè tecipit augmentum: illud autem qnod nihil est, non potest augmentum recipere. l. adeò. §. quod si toto. ff. de acquirend. rerum dum domi. & quod notatur in. l. i. ff. de iud. modò, sic, aditio est habitus, repudiatio est priuatio, & habitus est aliquid, & ideo potest recipere augmentum & alias partes ad se trahere, sed priuatio est nihil, ideo augmentum recipere non potest. & per consequens nec alias partes trahere ad se, & sic repodiatio partis erit nulla, nequia decedat pro parte intestatus. istam rationem ponit Bar. in. l. 1. de acquir. hær. 2. col. post medium. & ibidem Paul. de Cast. 2. col. post medium, & Bar. in. l. quidam elogio. 1. col. & 6. quod not. ibi Bal. 2. col. circa princ. cum ergo in proposito nostro primus gradus fuerit nullus, ergo secundum ad se non trahit, sed ille secundus censetur de per se, & sic ualet, cùm ibi testator seruauerit dispositioocm iuris. Item ex potestatia nouissimè infero aliud. scire debes, quòd 65 exhæredatio a re certa fieri non potest l. si ita quia heres institutus fuerit excepto fundo. ff. de hær. inst. l. cum quidam. ff. de liberis & posth. & idem si exheredetur à parte quota & non tota, licit secus in institutione. l. 1. §. si ex fundo. ff. de hæred. inst. ratio, quia si ualeret exhæredatio à parte, uel certa re, pro alia, reperiretur præteritus, & sic testamentum esset nullum. & si dicas contra, quia quemadmodum instituto in re certa aliæ partes accrescunt. d. §. si ex fundo, ne decedat pro parte intestatus, idem debet esse in exhæredato à re certa ut aliæ partes sibi accrescant, sic cessabit inconueniens, ad hoc respondeo, & dico, & istud est, quod pondero, quia in institutione babet locum ius accrescendi, secus in exhæredatione, ratio differentiæ est, quia institutio est habitus, & per consequens aliquid inesse, unde bene potest recipere augmentum, & sic habet locum ius accrescendi, ne decedat quis pro parte testatus, & pro parte intestatus. At exhæredatio est priuatio, & est nihil, ergo non potest extendi, nec aliquid ad se trahere. unde eum ius accrescendi non possit babere locum, ideo ne quis decedat pro parte intestatus; statutum fuit, quòd esset penitus nulla exhæredatio, & sic habebitur pro preteritione. iuxta glo. singularem in. l. si posthumus à primo. in princ. ff. de liber. & posthum. pro qua facit. l. non putabat. §. non quæuis. ff. de bonorum possess. contra tab. & tex. melior de iure, quem facio expressum ad hoc inst. de hær. ab intestato. §. eadem hæc obseruantur, ibi, nec ut oportet exhæredatis &c. eum ergo habeatur pro præteritione, testamentum erit nullum, & sic decedet omnino intestatus, quod quidem admittitur de iure, cum non emergat aliqua repugnantia, de qua in. l. ius nostrum. ff. de regul. iur. concluditur ergo, quòd exhęredatio à re certa cùm sit nulla, nihil trahit ad se, ut in casu nostro, ubi gradus primus, qui est nullus ex defectu preteritionis non trahit ad se secundum gradum, sed quilibet censetur de per se. Sed caue in quantum dixi in exhęredatione non babet locum ius accrescendi. nam contra hoc oppono nouissimè de tex. in. l. qui repudiantis in princ. & l. si proponas. §. fin. ff. de inoffic. testamento. ubi sunt iura expressa, quòd 66 in querela est locus iuri accrescédi, & ita firmat Bar. d. l. si proponas. §. fi. & ibi uide. Bal. & Paul. ergo contra prędicta. ad illud ego respondeo, quód 67 ibi loquitur in casu diuerso scilicet quando sunt duo exhęredati, & alter repudiat, isto casu illa pars repudiata accrescit alteri, sed nos loquimur quando unus tantùm est exhæredatus & à re certa, quo casu, quòd aliæ partes in quo exhęredatus non est, non accrescunt sibi, ut sic uideatnr exhęredatus in totum, immo dicitur præteritus, & sic testamentú non ualet, sic ergo diuersitas casuú tollit contrarium. uel secundo & istud credo uerissimú & nouum, aliud est dicere, in exhęredatione cessat ius accrescendi, prout ego teneo. aliud est dicere, in querela est locus iuri accrescendi. & ita loquuntur iura & summarium Bar. declaro, exhęredatio est priuatio, priuatio est nihil, ut dixi, ergo impossibile est, quod aliquid recipiat per ius accrescendi, & ex hoc dico, ꝙ modò sit unus exhęredatus, modò plures, semper est idé iuris. ná licèt plures sint exhęredati, cum exhæredatio, quæ est nihil non possit tepudiari, ergo nec aliis accrescere. Vnde est quædam impossibilitas, tá ex parte repudiatis, quàm ex parte eius, cui debet accrescere, quia exhęredatio cum sit, nihil, nec repudiari potest, ut dixi, nec etiam aliquid recipere ut patet. At in querela bene potest esse locus iuri accrescendi, quia licèt exhęredatio sit nihil, tamen querela, uel ius querelandi est aliquid. Hinc est quòd potest intentari, & etiá transmitti. l. si qois filium. C. de inoffic. testamento. notatur in. l. com mota. C. de transact. Vnde si filius exhęredatus repudiat querelam bene accrescit alii exhęredato, ita loquitur. l. si proponas. §. fin. cum concord. quod teneas menti, & circa boc ultimum uideas distinctioné Bar. in. l. pater filium. 4. col. eod. titulo in repetitione 4. ex prædictis nouiter etiam infero, quòd 68 si filius dicat repudio hęreditatem patris salua legitima, non tenet repudiatio, sed babetur in totum pro adeunte, ut eleganter dicit Bal. in. l. 3. C. de impube. & aliis. quem sequitur ibi Fulgo. & Paul. ratio est, quia cum dixit salua legitima, ergo intentio eius fuit adire saltem in legitima, & repudiare alia bona, sed aditio cum sit aliquid posset ad se alias partes trahere, ut supra dixi, repudiatio autem, quæ est nihil, oon potest augmentum recipere, ergo ualet aditio in totum, repudiatio autem erit nullius momenti. & istam rationem ad illam decisionem colligo ex additionibus ad Bar. in. l. gerit additione mag. in fin. uerbis. ff. de acquir. hær. ubi plené per Bar. de articulo principali, & per eum in. l. 1. quarta questione principali. ff. de uulgari, & in. l. quia poterat. ff. ad Treb. eum concord. de quibus per Alex. in. d. l. 3. de impub. & aliis. ergo sit in proposito nostro. Quinto ex prętetitis nouissimè infero, scis quòd in institutione habet locú ius accrescendi, ut dictú est, ratio est, quia si contrarium diceremus, esset eundem intellectualem hominé, idest, testatorem qui repræsentatur in hærede diuidere seu secare in duas partes contrarias, idest in causam testati, & intestati, quod est impossibile. in. l. ius nostrum ff. de regul. iur. si enim soot contraria paris potentiæ, & semper sunt in pugna, nunquam resultabit aliquid certum. Vnde statutum est à iure, quòd 69 causa testati tamquam fauorabilior præualeat. Tunc quia honor est hæredis, & testatoris, causa testati. l. & quia. ff. de interrog. actio. l. Iulianus. aliás si pupillus paterna. ff. de acq. hęred. inst. qui manumittere non poss. §. 1 inst. ad. l. fal. in princ. tum propter legata, ut non pereant, tum quia expedit creditoribus. cùm testamentum designet unum certum debitorem. s. hæredem, unde sapientes antiqui

causam

Marginal notes:

63 *Iurisdictionis prorogatio non fit in nullá babente iurisdictionem.*

64 *Repudiatio particularis non trabitur ad aliam partem, aliud in aditione.*

65 *Exhæredatio partis non trabitur ad alteram partem aliud in institutione.*

66 *Accrescendi ius est in querela inoff. testamenti.*

67 *Intell. l. si ponas. §. fi. ff. de inoffic. testa.*

68 *Repudiàs hæreditatem salua legitima totam hæreditaté quærit.*

69 *Testati, quám intestati causa fauorabilior.*

causam testati causæ intestati prætulerunt, & ius accrescendi hæredibus intellexerunt, ut notatur in.l. seruum cõmunis ab extero.ff.de acqu.hęr.tum etiam, & istud est quod pondero, quia 70 omne caducum est odiosum. uerba sunt elegantia Bal.in.l.1.prima col. C. de indicta nuditate tolle. quæ sic declaro, causa testati non est caduca, quia aliquid est, ut patet, causa intestati est caduca, quia nihil est. Vnde cùm causa testati sit aliquid, nimirum si alias partes in quibus non est testatus trahit ad se per ius accrescendi. Cùm autem intestati causa sit caduca, est nihil.C.de cadu.toll.§.in primo.§.pro secundo, ergo non potest augmentum recipere, & sic nec ad se alias partes trahere per ius accrescendi. Item quia cum caducum sit odiosum, ut inquit Bal. ergo nõ debet extendi. regula odia. de regul.iur.lib.6.l. cùm quidam de libe.& posth. & sic non potest ad se aliquid trahere per ius accrescendi, ergo ratio cessat in institutione, cũ sit fauorabilis.l.in testamẽtis.ff.de regul.iur.c.cũ dilecti de do.l.1.C.de sacrosanct.eccl.6. Ex prædictis infero ad decisionem tex.in.l.si totam.de acqui.hęre.ubi est tex. quòd 71 accommodanti fidem tacitam de restituendo incapaci, non accrescat pars cohęredis repudiantis. ratio est.& hoc pondero, quia cùm iste accommodans fidem sit effectus indignus.l.in tacitis cum uulgatis.ff. de lega.1.ergo rem non uidetur habere.d.l.si totam in fin. ergo sibi non accrescit portio, ut ibi, & sic nihil accrescit, ut in casu nostro, ubi gradus primus nullus, non trahit ad se secundum. 7. ex ratione.d.l.si totam. & ex prædictis infero, quòd 72 portio cohęredis repudiantis non accrescit uenditori hæreditatis, sed emptori, quia cum iste uendiderit, nihil uidetur habere. ergo sibi nõ accrescit per rationem.d.l.si totam.& ita per illum tex. reperio tenere Bar in.l.re coniuncti.ff.de leg.3. 5.quęst. primæ quæstionis principalis, pro quo facit.l.2.§. pen. ff.de hære.uel actione uend. ibi emptorem hæreditatis uicem hæredis obtinere &c. Item pro Bar. facit quia in iure accrescendi, portio accrescit portioni & non personæ.l.si Titio in fi.ff.de usufructu.l.interdum.ff. de usufruct.accrescendo.l.hæc scriptura.ff. de condit.& dem. Sed emptor habet portionem hæreditatis, non uenditor ergo uenditori non accrescit. de ueritate huius passus non discutio, quia contrarium tenet Raine.& Floria.in l.1.§.interdum.ff.de usufructu accrescendo.idem Salic. in.l.1.C.quando non peten.partes.motus.quia uenditor habet pretium hæreditatis uenditæ, & sic censetur habere ipsam portionem hęreditatis, cui debet accrescere, cùm in istis uniuersalibus pretium succedat loco rei l.si & rem,& pretium.ff.de pet. hæred.l.2.§. peruenisse ff.de hęr.uel actione uend.l.imperator.§.fin. cum sequ. ff.de lega.2.cogitabis, quia alibi dixi. ex omnibus ergo prædictis concluditur, quia si filius natus sit à primo gradu præteritus, à secundo exhęredatus, ualet secundus licet non ualeat primus. quia cum secundus non cępit pendere à primo, ergo ualet, & subsistit, ac si de per se esset factus. nec ille primus nullus trahit secundum ad se, præsertim 73 cùm uulgaris substitutio, de qua in illa.l.3.§.fin.non pręsupponat de necessitate institutionem, immo possit fieri institutione prætermissa. tex. & ibi Bar. in.l.si quis ita hæres instituatur, si legitimus ff.de hæred.insti.& per Bal.in.l.3.C.de impob.& aliis.facit.l.cum.in testamẽto in princ.ff.de hęr. insti. per Bar. in.l.1.3.col in princ. ff.de uulga. & pupill. quod ergo per se potest fieri & stare ratione adiuncti.non debet uitiari, ut in reg. utile. de reg.iur.lib.6.cum concord. & quia hæc non sunt indiuidua, ut per hoc debeamus dicere idem iuris in utroque, iuxta.l.Pedius.§. 1. ff. de arbitris. argumento.l. qui patri.cum similibus.ff.de acq. hęred.sed in.l.nam & si sub conditione.§.fi.ff. de iniust. testamento.quando 74 posthumus à primo gradu est præteritus, à secundo gradu exhæredatus, à principio ualet uterque gradus, nedum secundus, sed etiam primus, à quo est præteritus, nec rumpitur primus antequam ipse nascatur.l.posthumo. C. de bonor. poss.contra tab.l.posthumo.C.de coll.&.l.cum quidam. §.2.de acquir. hær. cum similibus.Ratio huius potest esse, quia 75 posthumus antequam nascatur non est homo sed speratur fieri homo.l.cùm inter ueteres. C. de fidei liber.ergo non potest rumpere.secunda, quòd non est in potestate.l.fi.ff.de assignatione liber.l.fin.ff.de coll.bonorum.facit.l.si nemo la.2.§.fin.ff.de testa.tute. Si non in potestate, ergo præteritus non rumpit, ut est notum 3. quia 76 non est suus, ut nobiliter dicit Bal. qui quotidie allegatur.in.l.si pater.9.opinione. supra isto titulo pro qua est tex.in.l.1.§.1.ff.de uend. in poss. mitt. & in l.posthumo.C.de colla. & ego nouiter soleo ponderare tex.in.l.cùm quidam. in fin.§.primo.ff.de acquir. hęre. ibi qui suus hæres futurus est &c. Ad idem põdero tex. in.l.Gallus.§.nunc de lege, de liber. & posth. ibi uidetur primum caput ad eos spectare, qui cum nascerentur sui hęredes futuri essent &c. Ad idem nouiter pondero tex.in.l.quod certatum. C.de posthumis hær. inst. ibi, quia si ad lucem fuerit redactus, suus hęres patri existeret &c. & probatur ratione, quia si esset suus antequam nasceretur, ergo statim rumperet contra.d.l.posthumo. cum concord.si ergo non suus, ergo non rumpit antequam nascatur, ut est notum. in contrarium tamen, adest quòd sit suus, facit, quia 77 posthumi habentur pro natis quoties de eorum commodo agitur.l. qui in utero.ff.de statu hominum.l.cùm quidam. circa princi. de acquir. hęred. Sed suitas non potest afferre nisi commodum, ut est notum, ergo &c. nam posito quod ratione suitatis hæreditatem non aditam transmittat, tamen hoc non potest nocere tibi, nec illis, in quos fit transmissio. quia 78. hæreditas transmittitur tanquam adeunda; non tanquam adita, & sic potest repudiari per eos, in quos transmittitur, ut est text. melior de iure in.l. si quis filium.§.1.ff.de acquirend. hęred. ibi, qua & patri eius idem tribueretur &c. Præterea in contrarium facit tex.ad literam inst.de hær.ab intest §.posthumi.ubi dicitur posthumi quoque, qui si uiuo parente nati essent in potestate eius futuri forent, sui hęredes sunt. ergo antequam nascatur, & sic cõtra prædicta. ad ista duo contraria ego nunquam reperi respõsum per alium, sed ego sic soluo. Primo dum dicit posthumus habetur pro nato quoties de eius commodo quæritur, fateor, tamen 79 illa regula debet limitari, & intelligi, nisi agatur de conseruatione testamenti. nã isto casu posthumus nunquam habetur pro nato, si eo habito pro nato testamentum esset nullum. de hoc est glo. singularis in.l.si à primo.glos. ultima.ff.de libe.& posthum.& ibi Bar. & alii. Sed est similis in.l.3.§.ex his.ff.de iniusto testam. modò ad propositum si posthumus est pręteritus, testamentum esset nullum à principio, si haberetur pro nato antequam nasceretur, quia præteritione iam nati, testamentum est nullum, ut dictũ, ergo non debet haberi pro nato antequam nascatur, ut sic testamentum ualeat & conseruetur. Ista est noua & uerissima solutio, quam tene menti, ad tex.in.§.posthumi.de hered. ab intestato. Respondeo 80 & dico, quòd necessariò debet intelligi dum dicit, sui hęredes sunt, scilicet nunc postquam sunt nati, non prius, ut sic conueniat prædictis, & quia dicatur suus postquam est natus, est tex.in.l.intestato. C. de suis, & legi.libe. quòd autem tex. ille debeat sic exponi, pondero uerba eius dum dicit, posthumi quoque si uiuo parente nati essent, ergo præsupponit, quòd non fuerunt nati. nam aliàs non loqueretur tex. conditionaliter. Item probatur ex eodem tex. nam tex. dicit Posthumi &c. Sed 81 posthumus non dicitur propriè, nisi ille, qui nascitur post mortem patris. ut notatur in.l.3. in prin.ff.de iniust.testamento, & in.l. qui uxorem, glos. mag.circa fin.eod.titulo & in.l.Gallus in prin.ff.de libe. & posthu.& in.l.si quis posthumos.§.sed si ex ea.eod.titulo & in d.§.posthumi, sentit alia glo. inst.de ex hęred. lib.§.posthumorum.ergo tex. ibi intelligitur de eo, qui

non

70 Caducum omne odiosum.

71 Accrescendi ius non datur incapaci sed fisco, nõ quoque datur ei, qui ut indigno priuatus est.

72 Accrescendi ius an detur hæreditatis emptori.

73 Substitutio an præsupponat præambulam institutionem.

74 Posthumo præterito non uitiatur ipso iure testamentum.

75 Posthumus nõ est homo donec nascatur.

76 Posthumus non dũ natus nõ est suus.

77 Posthumus pro nato habetur in ei utilibus.

78 Transmittitur hæreditas ut adeunda.

79 Posthumus non habetur pro nato quoties agitur de testamẽto conseruando.

80 Intell. §. posthumi. inst. de hære. ab intesta.

81 Posthumus propriè est, qui nascitur post mortem patris.

non fuit natus in uitâ, sed post mortem patris & sic concord. & non contradicit. Item in dubio non debemus recedere à uerbis legis, uel testatoris. l. non aliter cum simil. de leg. 3. sed tex. dicit, posthumi &c. ut dixi, ergo &c. Item probo ex eo. tex. quòd non fuerunt nati uiuo patre, nam tex. dicit in potestate eius futuri forent, sed si essent nati, statim essent in potestate inst. de pat. potestate. in princ. ergo deberet dicere, in potestate eius sunt, non autem diceret, futuri foret, & sic de futuro. Præterea & quarto istam solutionem probo, quia si intelligeretur quòd esset natus uiuo patre, ergo tex. dum subdit sui hæredes sunt, essent penitus de indubitabili. nam cui dubium, quòd filius natus sit in potestate patris, & per consequens suus, nisi probetur emancipatus, & 82 emancipatio in dubio non præsumitur l. si emancipati. C. de coll. & quia emancipatio est quid facti, sed facta non præsumũtur nisi probẽtur. l. in bello §. factæ. ff. de capti. ergo &c. Præterea & 5. si ibi intelligeretur quòd essent nati uiuo patre, nedum tex. esset de indubitabili, ut dixi, sed etiã esset superfluus, cùm in superioribus esset dictũ, quòd filii nati, qui sunt in potestate dicuntur sui. Concludamus ergo, quòd ibi loquitur de filio, qui nascitur post mortem patris, quia tunc, cum fuerit natus, dicitur suus, non prius, & tunc institutarij intelligent. §. illum, quem fortè hucusque nũquam intellexerunt. & si iterum instes & dicas, quòd nemini dubium, quòd sit suus postquam est natus, quia nullum subest impedimentum, Respondeo, & dico quòd immò deberemus dicere contrarium, si non essent iura, de quibus suprà. nam suitas regulariter causatur à patria potestate uiuo patre, quia non fuit natus. & est tex. in d. §. Posthumi, dum dicit, in potestate eius futuri forent, & in. l. fi. de collatione bonorum. & in. l. fin. de assignatione liber. ff. item non est in potestate mortuo patre, quia 83 non superest in cuius potestate sit aliquis, ergo uidebatur, quòd nullo tempore esset suus, ad quod tollendum fuit factus. d. §. posthumi. & l. intestato. C. de suis & legi. libe. & ideo eleganter dicit tex. in. l. antiqui, in prin. ff. si pars her. peta. antiqui libero uentri ita prospexerunt, ut in tempus nascendi omnia iura reseruarent integra. Pondera omnia iura, & sic quòd sit suus. Nec obstat quod dictũ est, quia suitas causatur à patria potestate, quia fateor, tamen, quia multi sunt casus in quibus quis est suus quamuis non sit in potestate, inter quos connumeratur iste, & ita istum casum reperio per Alex. in. l. si filius qui patri de uulg. & pupi. 6. col. in medio. sic 84 etiam filius adoptiuus est suus; non tamen, in potestate. l. cum in adoptiuis. ultima col. & ibi Bal. C. de adoptio. ubi est tex. unicus. item 85 filius monasterium ingressus desinit esse in potestate patris, ut notatur in. l. si ea causa. §. Papinianus. ff. de minor. tamen non desinit esse suus. l. Deo nobis. C. de episcop. & cle. & ibi Cynus & Bald. in. l. apud hostes. C. de suis, & legi. libe. Alios casus ponit Alex. in. d. l. si filius, qui patri. remanet ergo, quòd posthumus antequam nascatur non est in potestate nec suus: ergo nimirũ quòd non rumpat antequam nascatur. dicit ergo. d. l. nam & si sub conditione. §. fi. quod per natiuitatem eius non solum rumpitur primus gradus à quo est præteritus, sed etiam secundus à quo est exhæredatus, ratio est quia cum uterque gradus à principio ualuit ut dixi suprà, ergo secundus cœpit habere dependentiam à primo, si ergo primus rumpitur natiuitate eius, ergo & secundus, qui habuit dependentiam ab eo, & sic habeo propositũ quòd 86 quando sunt duo, quorum unum habet dependentiam ab alio, quid iuris est in uno & in reliquo: sed sic est in substitutione expressa & tacita, ut suprà dixi, ergo quemadmodum expressa admittatur contra matrem, eodem modo & tacita. Sic ergo siue dixeris, quòd pupillaris tacita sub expressa uulgari comprehensa, est accessoria ad uulgarem, uel pendens ab ea, tunc eius naturam sequetur, & utraque pariter matrem excludet; siue dixeris (quod uerius est) quòd est æquè principalis, tunc facilius intelligemus per hanc tacitam, matrẽ excludi non secus quam per expressam.

82 *Emancipatio nõ præsumitur.*

83 *Suitas sæpe est sine patris potestate.*

84 *Suitas est & non patria potestas in adoptiuis.*

85 *Monachus desinit esse in patria potestate, sed non in suitate.*

85 *Pupillaris tacita contenta sub expressa uulgari, an admittatur contra matrem, ar dua q.*

Et tenendo istam partem contra communem opinionem, restat respondendum ad contraria, & primo ad. l. nostram, ad quam multis modis potest responderi. Primò quòd 87 hæc. l. patiatur plures intellectus, ut habetur per doct. non potest ex ea fundamentum fieri per ea, quæ dicit Bar. in. l. in ambiguo. de rebus dubiis, & quia, quòd multipliciter exponitur, eius ueritas ignoratur, secundum Boetium, & per Bal. in. l. precibus. 6. col. ad fin. Secundò quòd 88 l. nostra non loquitur de pupillari tacita, & inter alia suadetur, quòd in pupillari requiritur aditio pupilli, sed hic non patet de aditione, immò patet contrarium, quia aditio est quid facti. facta non præsumuntur, nisi probentur. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. ergo cùm non loquatur de pupillari, ergo nihil ad propositum. Verùm quia communiter tenetur, quòd loquatur de pupillari tacita, respondeo. tertiò, quòd hic est casus specialis. si quòd mater est cohæres, quo casu, quia mater, item quia cohæres, Item quia tractatur de hæreditate filii sui. Nimirum si his concurrentibus mater præferatur & excludatur substitutus, alias propter hoc solum, quòd esset mater, non deberet admitti ad exclusionem substituti, & sic à contrario sensu non obstat nedum, sed est tex. pro mea opinione. Quartò quia si regulariter tacita pupillaris non admitteretur contra matrẽ, ergo hæc lex, quæ ponit casum quando est cohæres, esset penitus de indubitabili, quod non est dicendum.

87 *Lex si patitur uarios intellectus non præstat ad aliquid sufficiens fundamentum.*

88 *Intell. l. fi. C. de inst. & subst.*

Secundò non obstat. l. precibus, ubi est tex. melior de iure, inducendo multis modis, ut ibi per doct. nam 89 respondeo, quòd ibi littera non dicit quòd filius fuerit mortuus pupillus, unde potest intelligi, quòd mortuus est pubes, & sic per aditionem expirauit uulgaris. l. post aditam eod. titu. pupillaris fuit extincta per aduentum pubertatis, ergo non potest admitti substitutus, nec ex uulgari nec ea pupillari. quia neutra habuit locum. & si dicatur quòd præsumitur mortuus impubes ea quo erat impubes tempore substitutionis, iuxta plenè notata in. l. siue possidetis. C. de probatio. & in. l. fi. ff. quod metus causa. cum simil. Istud non obstat, quia fallit in ætate. nam 90 qui semel fuit minor non præsumitur hodie minor, & quia in his, quæ quotidie & tractu temporis mutantur, ut est in ætate, non præsumitur de præterito in futurum uel in præsens. ut notatur in. d. l. siue possidetis, ut est tex. in. l. si minorem. C. de in integrum restit. minorum. tit. generali. & plenè per Bar. & alios in. l. de ætate. ff. de minor. Item huic solutioni. non obstat si dicas, quòd est contra illum tex. in. l. precibus in uerbo omnino. nam nisi filius mortuus esset pupillus, successio omnino in omni casu non spectasset ad matrem, quia iam factus pubes potuisset facere testamentum: & alios instituere: pro ut dicit Alex. in. d. l. precibus. 1. col. nam respondetur, quòd ea dictio 91 omnino est præcisa, & idem importat quòd omni casu gl. in. c. ex parte. 1. de off. delegati, & in. l. si cum exceptione. §. quatenus, cum similibus. ff. quod metus causa. tamen debet intelligi rebus sic se habentibus, & stantibus in eodem gradu. argumento. l. fi. ff. qui sat. cogantur. & io. l. quod seruus, cũ simil. ff. de conditione ob causam. Vnde tex. qui dicit, ad te omnino &c. debet intelligi rebus sic se habentibus, id est, quod filius non fecerit testamentum. nam tunc si testamentum non facit ad matrem omnino pertinet successio, id est siue decedat impubes, siue pubes: cùm ipsa sit omnibus proximior, licèt hodie admittere-tur simul cum fratribus pupilli. per authenticam defuncto. C. ad Tertullia. & in corpore unde sumitur Secundò principaliter potest solui illa. l. precibus, quòd 92 ideo ibi tacita pupillaris non admittitur contra matrem eo, quòd pater substituerat uulgariter tantùm, apposita taxatiua tantùm ut patet ibi in tex. quo casu, quando est apposita taxatiua, tunc in uulgari expressa non comprehenditur

89 *Intell. l. precibus. C. de impuberum.*

90 *Præteritum quãdo inducat præsumptionẽ ad præsens, uel ad futurum.*

91 *Verbũ omnino quid significet.*

92 *Pupillaris sub uulgari taxatiuè facta, non cõprehenditur.*

henditur pupillaris secundum Sal.ibi, & quòd tunc non comprehendatur pupillaris, tenet ibi Bald. 3. col. post prin.& Alex.in.l.post aditam eo.tit.& dixi supra sed ista solutio non uidetur tuta, eo quod illa uerba sunt Imperatoris non testatoris, ut ibi patet, & ibi Ias.3.col.in fi. Ego aliter respondeo, & puto, quòd illa non est intentio illius tex. sed uult tex. dicere, quod testator substituit primo casu tantùm, non secundo, uel tertio, & sic intelligendo siue dictio tantùm sit uerbum Imperatoris, uel non, nihil ad propositum, & uerè credo, quòd illa est intentio illius tex. unde præcedens solutio uidetur tutior.

93 Intell. 2. ad l.preci bus.C.de impub.

Tu autem 93 considera, quòd etiam si fateamur in genuè, quòd.d.l.precibus uers.nam non est incerti, loquitur in uulg. quæ regulariter continet sub se tacitam pupillarem, quodque impubes decessit in pupillari ætate ad huc ille tex.non obst.nam quòd ibi dicitur, quòd sub expressa uulgari continetur tacita pupillaris, quæ tamen non admittitur contra matrem, id omnino nego, & firmo, quòd speciale 94 est in testamento militis, ut sub uulgari expressa non contineatur tacita pupillaris, Itaque quod doct. aiunt speciale esse fauorê matris, ego dico non matris, sed militis testantis. Ratio 95 quia in milite præsumitur iuris ignorantia, ut in.§. planè inst. de testamento milit. expressius in prin.eodem col.i.C.de iuris & fact.ign.l.fi.§.1.C.de iure delib. Vnde quod lex induxit, ut sub expressa uulgari, quæ concipitur hoc modo, si hæres non erit contineatur tacita pupillaris, ut etiam si hæres erit, si tamen impubes decesserit, uideatur substitutus admittendus: id certè in milite non procedit, etenim impossibile est quòd miles iuris ignarus, uideatur uelle, quod eius uerbis aduersatur, licet à iure id in paganis adiectum, & sub intellectum fuerit. quòd enim sub uulgari contineatur tacita pupillaris, id procedit ex dispositione.l. ciuilis contra proprietatem uerborum testatoris (ut dixi) miles autem iuris ignarus non potuit cogitare de hac iuris dispositione, quam ipse ignorabat, nec est possibile ut uideatur uoluisse, quod in eo casu in paganis à iure disponitur cùm & hanc dispositionem, & interpretationem iuris ipsè ignoret, & ea interpretatio eius uerbis repugnet, idque probatur sic. Nam uoluntas præsupponit notitiam & intelligentiam, sed miles inspecta legis censura, non habet notitiam iuris communis, ergo impossibile est, quod uideatur eo iure uti, quod ipse ignorat, quale est ius commune. quòd autem uoluntas præsupponat notitiam præterea quòd patet ad sensum, primò in.l.mater decedens. de inofficioso testamento.ff. ibi cum & hi. qui nesciant ius suum eligentes, id.s.quod potest sibi competere non amittant, facit tex.in.l. eum qui in primo responso, & in.l. nihil.§. pe.eod.tit. & in.l.de ætate.§.ex causa.ff.de interrogatoriis actionibus, & in.l.si cum te.ff.de pactis, & in.l.repudianda.& in.l.Clodius de acquir. hære.& in.l.fi.§. Antepenul.C.de furtis & in.l. habebat in fi. ff.de institoria act.id quod obtinet, non solùm quando defectus uoluntatis erat certus, & indubitatus, sed & etiam quando erat præsumptus.argum.tex.in.l. si unquam.c.de reuocandis don.proinde per superuenientiâ liberorum, donationem omnium bonorum, uel patris eorum quasi ex defectu uoluntatis præsumpto infirmari receptum est. ut ibidem, qua ratione obtinuit filium qui patris hereditatem restituere rogatus fuit, non teneri ad restitutionem si cum liberis decesserit, quasi si testator cogitasset de liberis filii sui grauati id onus inducturus non fuisset, ut in.l.cum acutissimi.C.de fideic. & in.l.generaliter.§.cùm autem.C.de inst.& subst. & in l. cum auus.ff. de cond.& dem.& ideo si mater, quę filios instituerat in puerperio alterius filii præteriti decesserit, non uidetur eum prçterisse, eo quòd uoluntas prætereundi prçsupponit intelligentiam filii præteriti, ea autem mater filii post factum testamentum nati notitiâ non præsumitur testamenti tempore habuisse, ideoq; ea

94 Vulgaris non continet tacitâ pupillarê in mil.test.

95 Miles præsumitur iuris ignarus.

96 Voluntas præsupponit notitiâ.

præteritio quasi uoluntate defecta non nocet, ut in.l.3. C.de inoffic.testam.nam & præteritio militis erga eum filium, quem se habere ignorabat mortuumue putabat, non nocet filio, quasi pater familias miles non uideatur habuisse animum prætereundi eum filium, quem se habere ignorabat, ut in.l.sicut certi, & in.l.si eum, uel in utero.C.de testamento militis.

97 Miles præsumitur iuris ignarus.

Quòd 97 autem miles iuris communis ignarus uideatur, nuncupatim probat tex.in.l.quanquam in uerbo, simplicitatem militarem.C. de testamento milit & in pr.inst. eodem.& in.l.fi.§.1.C. de iure delib. & in.l.1. C.de iuris & facti ign. & in.l.1.in uerbo, simplicitati.ff. de militari testamento.stat ergo ex superioribus militê iuris communis ignarum non posse uideri uti iure communi, cuius notitiam non habet. Vnde tùm in tacita uoluntate testatoris fundetur, quòd sub uulg. contineatur tacita pupillaris eaque uol.quæ descendit à iuris scientia in milite, qui ius ignorat, esse non possit: sequitur, quòd in militis testamento sub uulgari non contineatur tacita pupillaris: sicque in.d.l.precibus. post aditâ hereditatem substitutus nec ex uulgari admitti poterat, quia expirauerat hæreditatis aditione, nec ex pupillari, quæ sub uulgari contenta in militis testamento non fuit.

98 Intell.l.centurio.ff.de uulg.

Secundò huic nostræ sententiæ & solutioni ad stipulatur insigne illud Papiniani responsum, qui in.l.centurio.ff.de uulgari scriptum reliquit, militem qui filio si infra uigesimum quintum ætatis annum decessisset, directo substituit, filio post pubertatem decedente, directam militarem accommodasse uideri, Constat ergo priuilegio militari non iure communi usum uideri quando constat apud omnes quòd si iure communi uti uideretur, tunc ea substitutio post pubertatem uel nullo iure ualeret, uel iure tantùm fideicom. ut per Bar. & alios in.l.centurio.ff.de uulgari. Itaque 99 ut uerbum testicuat prolatum à milite, intelligitur prout iacet, ut ex toto restituatur hereditas sine quartæ detractione, que in paganorum testamentis per.l.suppletur, ita & uerba illa [si hæres non erit, substituo] à milite prolata, intelligi debent simpliciter, & prout iacent, sine illa suppletione, ut etiam si hæres sit, si tamen in pupillari ætate primo nominatus decedat, admittatur substitutus hæc enim suppletio cùm aduersetur uerbis militis testantis in eius testamento fieri non debet; licèt in paganorum testamentis fiat.

99 Militis in testamento uerba intelliguntur prout iacêt remota suppletione, & legis interpretatione.

100 Militis in testamento cessat ius accrescendi.

Deinde 100 pro nobis facit egregium Pauli iurisconsulti responsum, qui in.l.si duobus.ff.de milit.testamento.scripsit in testamento militis portionem cohæredis repudiantis alteri cohæredi, non accrescere, id, quod nulla alia ratione euenire intelligo, quàm quòd priuilegio suo, non iure communi usus uideatur: cum notissima sit iuris ciuilis regula, in testamento paganorum portionem repudiatam accrescere cohæredi. ut in l.unica.C.quando non pet.par.in.l.j.§.his ita.C.de cad. toll.in.l.j.&.2.in.l.si tu ex parte.in.l.si solus, & in.l.si duo ff.de acquirenda hęreditate.in.l. si ex pluribus.ff.de suis & leg.in.§.fin.inst. de officicino. Ratio, & hoc est quod expendimus, quia licèt in testamento pagani id ius accrescendi a lege suppleatur, quod ius accrescendi est quędam tacita substitutio.l.si Titio & Meuio.§.Iulianus.ff.de leg.2. tamen in testamento militis id ius accrescendi, & sic ea tacita substitutio non suppletur: sic & in specie nostra, licèt si paganus faciat uulgarem, suppleatur pupillaris, per.l.tamen si uulgaris à milite fiat, non suppletur, ut.d.l.precibus, quę ita debet intelligi.

101 Miles partim testatus decedens cessat ius accrescendi.

Præterea nostram sententiam tuetur egregium Vlpiani responsum, qui in.l.similes unum.ff.de mil. testam. scriptum reliquit. militem, 101 qui ex re licèt certa aliquem scripsit hæredem, quo ad residuum hæreditatis uideri intestatum decedere uoluisse: ut per hoc non iure communi, sed priuilegio militari usus uideatur. nec ad rem pertinet, quòd si paganus ita testaretur, tunc à

lege fieret suppletio, ut hæredi rerum certarum reliquum hæreditatis accederet, arg. l. 1. §. si ex fundo & l. si alterius ff. de hær. inst. nam illa suppletio, quæ fit in testam. pagani, in testamento tamen militis non admittitur. sic ergo & in specie nostra, licèt uulgari per paganũ facta etiam pupillaris suppleatur a lege, tamẽ si fiat uulgaris à milite pupillaris nunquam suppletur. ut in. d. l. precibus, quæ ita debet intelligi. Sexto pro confirmatione huius sol. & intellectus per me adducitur. l. 3. in fi. pr. ff. ad Trebell. l. in test. 2. C. de test. mil. l. in testam. ad l. falcid. C. in quibus dicitur, 102 non solùm posse, sed etiam regulariter uideri militem iure suo usum prohibere legem falci. Nec 103 ad rem pertinet quod leges fauorabiles soleant locum habere etiam in militari testamento. l. si Rufinus. l. captatorias. & utrobique Ias. C. de testamento mil. & ipsorum testatorum gratia, falcidia inducta sit, ut in pr. inst. de leg. falc. Vnde ea non minus in test. militis quàm pagani locum habere deberet. nam miles, qui iuris ignarus est id tantùm noluisse creditur, quod nuda eius uerba demonstrant, neq; quod ipse non cogitauit nos introducemus: quando quidem legum interpretationes plerunque non tam propter morientium, quàm uiuentium fauorem inductæ uidentur. Sic ergo & in specie nostra dicendum est, quòd suppletio legis, quæ facta per paganum uulgari pupillarem ei adiungit: in testa. militis recipienda non est. ut in. d. l. precibus, quæ hoc modo debet intelligi. stringe hoc fundamentum, nam si suppletio, quæ per. l. Falcidiam fit, quæq; pertinet ad testamentorum conseruationem, ut in. l. 1. in fin. pr. ff. ad treb. in pr. inst. de leg. falcid. non admittitur in testam. militis, ut uerba eius prout iacẽt, seruentur, quanto minus debet admitti, ut facta uulgari suppleatur pupillaris, per quam testamentũ non comprobatur: cum post aditam locum habeat. stringe secundo. nam si suppleretur pupillaris, id longè magis aduersaretur uerbis militis testamenti quàm si suppleretur falcidia, ergo multo minus pupillaris substitutionis suppletio, quàm falcidia toleranda est.

102 Militis in testamẽto cessat falcidia.

103 Militis in testamẽto cessant leges fauorabiles, quæ inducũtur per uerborũ suppletionem.

Et hanc nostram sententiam, ut 104 tacita pupillaris contenta in expressa uulgari admittatur contra matrem in puncto iuris, ueriorem puto, quam contrariam, quæ non solùm communis est, sed ueluti notissimum iuris elementum ab omnibus ferè recepta, & communiter tenentur per glo. hic & glo. in. l. precibus uerb. omnino. C. de impub. & rursus alia glo. mag. ibid. & glos. in §. qua ratione inst. de pupill. & gl. in. l. in test. in gl. mag. C. de test. mil. quæ tam in suis locis communiter approbantur, ut ab hac opinione recedere temerarium esse dicat Paulus Castr. in. d. l. precibus. hanc dicunt communem sententiam Corneus & Ias. hic post Bar. & alios, sequitur Bar. in. l. 2. ff. de uulg. num. 32. Vbi etiam Accursius, qui firmat omnes ita tenuisse, ubi Alex. nu. 29. idem in. l. quamuis. C. de impuberum. idem Alex. in. d. l. precibus Ripa in. d. l. 2. num. 46. & ibi Ias. num. 32. qui hanc dicit communem op. & ibi Soci. num. 22. Alciatus in. l. 1. ff. de uulg. idem Alciat. in. l. 2. eod. titulo num. 55. Guilielmus Bend. in. d. c. Raintius in materia pupilla. subst. de testam. num. 88. sequitur & dicit communem op. Zasius de pupill. num. 26. sequitur & dicit communem. Curt. iuni. num. 26. in. d. l. precibus.

104 Pupillaris tacita contenta sub uulgari expressa, non admittitur contra matrem secundum communẽ opinionem cõtra.

Sed nostram sententiam contra communem tenens Viglius in pr. de pupill. subst. Fulgo. in. l. si. C. de inst. & subst. Decius in. d. l. precibus, & Curtius iunior in. d. l. precibus nume. 26. ait hanc partem posse in disputando sustineri. & plura pro sententia nostra fundamenta ponimus in. §. seq.

Retenta tamen communi opinione, ex omnibus prædictis facio regulam, quòd 105 licèt expressa pupillaris admittatur contra matrem, secus tamen in tacita pupillari comprehensa in uulgari expressa. Ista regula limitatur aliquibus modis, primò, ergo limitatur, quòd licèt non admittatur contra matrem, admittitur tamen contra omnes uenientes ab intestato & dico esse priuilegium speciale matris. Ita uult glo. in. l. precibus. glo. mag. circa princ. ibi licèt alios repellat &c. idem tenet Bal. ibidẽ 1. col. in fi. & uide Bal. hic, qui idem sentit 1. col. in fin. & plenè in apostil. ad Bal. in. d. l. precibus. & per hoc uidetur mihi tex. in. l. nostra in fin. ubi est text. quòd si mater prior decessit, admittitur substitutus, ergo excluduntur uenientes ab intestato, nisi forte suppleas nisi mater prior decesserit, supple, & non sint alii uenientes ab intestato, quod tamen est diuinare. sed caue, quia immo hic uidetur tex. in contrarium, & sic contra glo. & Bal. nam hic tex. intelligitur, quòd mater decessit prior scilicet quàm partus, ut habetur in glo. & tunc admittitur substitutus, si ergo decessit mater post partum, excluditur substitutus indistinctè, ergo admittuntur uenientes ab intestato sed primum uerius.

105 Pupillaris tacita cõtẽta sub uulgari expressa admittitur cõtra legitimos dempta matre.

Item pro secunda limitatione potest dicere, quòd 106 licèt hoc competat priuilegium matri; tamen ad hæredes suos illud non potest transmittere, ut probatur hic in fi. dum dicit, quòd si mater moriatur, admittitur substitutus, ergo non transmittit, ita etiam tenet Bald. hic in princ. & 1. col. & hoc non erat alibi decisum ante istam. l. secundum Ias. hic. 2. charta circa prin. Sed caue quia fortè in hac. l. non potest fieri fundamentum, nam quando mater mortua est, debet admitti substitutus, & hic debet subaudiri, nisi sint aliqui, in quos fiat transmissio. nam cõmunis sententia est, quòd 107 ius transmissionis est potentius iure substitutionis. l. 1. C. de his qui ante apertas tabu. ubi est tex. singulis secundũ Paul. ponit Bar. in. l. 1. 4. col. ff. de uulga. substi. & per omnes in. l. cum proponas C. de hæred. inst. Preterea de transmissione hic nullum uerbum, ergo concordemus cum aliis. ll. ut tunc scilicet admittatur substitutus, quando alij non ueniunt iure transmissionis. Item caue quia tex. hic loquitur quando mater decessit, priusquam partus. Sed si postea decederet, cùm iam per mortem filii precedentem, sit quæsitum matri ius, habet iste tex. pro cõstanti, quòd transmitteret, unde solummodo fit dubium de transmissione, quando mater sit mortua ante partũ, secus si post. Sed prædictis non obstantibus, credo quòd in hac lege non fiat transmissio. primò, per istum text. qui dicit indistinctè, quòd matre mortua admittitur substitutus, si ergo fieret transmissio, non admitteretur substitutus, quod est contra istum tex. Secundò, quia hoc dicunt hic doctor. Tertio, pondero tex. hic ad fin. in uer. omnino. quod est idem, quod omni casu. glo. in l. si cum exceptione. §. quatenus ff. quod metus causa. & in. c. ex parte. 1. cum similibus de offic. delegat. si ergo omni casu admittitur substitutus, ergo non habet locum transmissio. Nam si haberet locum non admitteretur substitutus omni casu. Nec obstat, quod dixi, quòd ius transmissionis est potẽtius iure substitutionis, quia fateor quando transmissio habet locũ, tunc enim si concurrat substitutus & illi in quos fit transmissio, præferuntur illi, qui prætendunt ius transmissionis, sed cum hic non habeat locum transmissio, ergo cessat argumentum, & si iterum instes, & dicas, quare hic non habeat locum transmissio? respondeo, quòd fortè ratio est, quia hic mater admittitur de iure speciali; patet quia substitutus uenit de iure communi nostro ex substitutione expressa, nõ ex tacita subintellecta a lege: sed speciale est in ipsa matre, quòd præferatur substituto isto casu propter multa, de quibus supra dictum est. Item patet, quia omnes alii uenientes ab intestato repelluntur, ut dixi. ergo speciale est in ipsa matre. modo aliquis admittitur de iure speciali, non uendicant locum in eo regulæ iuris communis. l. mulieri, & Titio. ff. de condit. & demonstra. ubi ille, qui uenit iure speciali, nõ potest admitti ad portionem uacantem iure accrescendi; & ille est casus singularis. si ergo ius accrescendi nõ habet locum in succedente de iure speciali, ergo nec transmissio, & ius accrescendi competunt de iure communi

106 Mater an trãsmittat ius prælationis sibi competens contra tacitam pupillarem?

107 Transmissionis ius potentius quàm substitutionis.

muni, ergo regulæ quæ habent, quòd transmissio potest fieri, quandoque debent intelligi in succedente de iure communi, non de iure speciali. præterea, quòd nō habeat locum transmissio, probatur sic, nam aut mater mortua est uiuente filio suo, aut post mortē eius Primo casu illud dicitur uenire in causam caduci. l. un. §. pro secundo. C. de cadu. tollen. ergo non transmittitur. Item quia tunc mortua est, quando nullum ius sibi competebat, etiam si fuisset hæreditas patris. l. 1. §. si impuberi de colla. bonorum. l. post emancipationem, deliberatione lega. Bar. in l. fin. in fin. C. de pact. cum similibus. Vnde succedit regula, nemo plus iuris &c. ff. de reg. iur. & quia hæreditas antequam adeatur, non est in bonis nostris tex. singulis in l. pretia rerum. ff. ad l. falci. secundū Bal. in. l. 3. C. de iur. & facti ignor. ergo à fortiori antequam sit delata, idest uiuo filio ergo nullo modo potest transmitti. aut mortua est post mortem filij, & tunc dico idem, quia regula est, quòd hereditas non adita nō transmittitur. §. in nouissimo. C. de caduc. tollend. cum similibus, etiam si sit transuersalium. l. quoniam sororem C. de iure delibe. & idem si descendentium, ut in. l. nostra. nam solùm reperimus speciale, quòd transmittatur ratione suitatis, uel ratione sanguinis; sed utroque casu quando hæreditas est ascendentium, secus si ascendentium delata ascendentibus. ut. l. 1. C. de his qui ante apertas tabulas. Præterea istud priuilegium est personale, ut supra dixi, ergo extinguitur cum persona. l. quia personale. ff. soluto matrimonio. l. cum patronus. de legat. 2. cum similibus; ergo non transmittitur, alias non extingueretur cum persona.

Tu considera, quòd ex potentia suitatis, uel sanguinis expeditum est, matrem filii hereditatem transmittere non posse, licèt decedat post mortem filii, ante tamen quam eius hæreditatem adiret. Sed quæstio in eo est, utrum eam transmittat ex potentia iuris deliberandi? uidetur quòd sic. per. l. cum antiquioribus. C. de iure delibe. & quia regula est, quòd ius transmissionis est potentius iure substitutionis. l. un. C. de his qui ante ap. tab. Ad hunc tex. resp. necessariò intelligendum esse cum mater prior decessit quàm filius, quo casu eius hæreditatem non potuit quærere, nec transmittere. patet, dum tex. dicit, cum partus minimè æditus fuerit; aut mater prior decesserit. illud uerbum, prior, necessariò exponendum est, prior quam ipse posthumus, cum enim sit comparatiuum, in nullo alio potest facere comparationem.

108
Mater excluditur per tacitā pupillarē in uulgari contentam quando id uoluit testator.

Tertia limitatio est quando 108 de uoluntate testatoris constat contrarium, idest, quòd uoluit matrem excludi etiam per pupillarem tacitam. de hoc est glo. in. l. precibus. in uerb. omnino in fi. & illam glo. allegat, & approbat Bar. in. l. moribus. in pr. ff. de uulga. & pupilla. subst. pen. col. ante medium, & illam sequuntur omnes in. d. l. precibus facit. l. iam hoc iure. §. 1. ff. de uulg. subst. & illam gl. allegat Bal. in. l. fi. 3. q. C. familiæ hercisc. & in l. in testamento. 2. oppositione. C. de testamento militis, & illa gl. est singularis secundū eū in. l. fi. in pr. C. de bon. quę lib. 2. col. ex quibus aūt hęc uoluntas probetur, dico, q ex quatuor, scilicet ex dictis extra test. Itē ex dictis in testamento. Itē ex qualitate matris. Itē & quarto ex qualitate substituti. quæ omnia eleganter prosequitur Bar. in. l. moribus. in pr. pen. col. post medium cum sequenti, & Bal. latius in. d. l. precibus. 2. col. ad finem, cum quatuor sequentibus, quem uideas. & communem opin. ut tacita pupillaris excludat matrem, si id testator uoluit, tenet Alex. num. 32. in. d. l. 2. ff. de uulg. ubi Soc. num. 26. Ripa num. 47. cum seq. Ias. num. 33. cum sequ. Alciatus num. 61. Guihel. Benedict. in. c. Rainutius num. 73. de testam. in materia pupill. subst. & rursus num. 89. Zasius de pupill. subst. num. 27.

109
Mater secundo nubens, an excludatur per tacitam pupillarē in uulgari cō tentam. ardua q.

Quarta limitatio sit, ut procedat dicta regula, nisi 109 mater transisset ad secundas nuptias, nam tunc tacita pupillaris contenta in expressa uulgari benè excluderet matrem ex coniecturata mente defuncti, quia mulier transeundo ad secunda uota, dicitur contristare animam uiri, & filiorum, & eis iniuriam afferre. in auth. de nuptiis. §. nos igitur, & . §. soluto, &. §. sin autem tuteli, & in auth. de non eligendo secundo nuben. §. prohibemus. col. 1. per quæ iura ita notabiliter tenet Angel. in l. precibus in lectura. Perusina & in. l. 2. §. fin. ff. de uulga. & pupilla. & illud tamen dictum est dubium, & illud reprobat Imola in. d. l. 2. & ibidem Alexand. 15. col. cum aliis allegatis per eum & Franciscus de Aretio in consi. 155. 9. col. & ui. aliquid. per Ias. in. d. l. precibus. 4. cursu. 2. col. qui uidetur etiam illud reprobare. Et deniq; communis opinio est, quòd mater per transitum ad secūda uota non excludatur à tacito substituto pupillari. Ita Ias. num. 39. in. d. l. 2. ff. de uulga. post Bar. ibidem nu. 42. & Alex. num. 32. ibi Ripa nu. 52. & Alciat. nu. 62. Sed retenta nostra op. quòd mater regulariter per tacitam pupillarem excludatur, prior pars erit uerior

110 Matrē an excludat pis causa ueniens per tacitā pupillarē in uulgari contentam ardua q.

Quinta limitatio est, quando 110 testator substituisset uulgariter piam causam, puta ecclesiam. nam tunc tacita pupillaris, quæ continetur sub expressa uulgari, excluderet matrem. Quia uerisimile est, quòd testator plus dilexit animam suam, quam uxorem. l. sancimus. C. de sacrosanct. ecclesi. facit. l. fi. C. ad. l. Iuliam repetend. & in. c. sancimus. 1. quæstion c. 7. & quia ordinata charitas incipit a seipso. l. præses. C. de seruitutibus. ita singulariter tenet Angel. in. d. l. precibus 2. col. in lectura Perusina, & illud sequitur ibi Paul. 4. col. & Alex. cons. 38. hoc tamen limitatur duobus modis secundum Franciscum de Aretio in consi. 155. de quo per Ias. in. d. l. precibus. 6. col. cum sequentibus. Sed Corneus, & Curtius iunior num. 30. tenent contra. d. limitationem in d. l. precibus, ut mater non excludatur ab ecclesia substituta, & in hanc partem inclinat Socin. in. l. 2. ff. de uulga. Nos autem generaliter tenuimus matrem excludi. plenè per Tiraq. de priuil. pię cau. priuilegio 69.

111 Matrē an excludat tacitus substitutus pupillaris testatoris filius. ardua q.

Sexta limitatio est, quando 111 esset substitutus alius filius testatoris, & sic frater ex tacita pupillari comprehensa in uulgari expressa excluderet matrem, quia præsumitur, quòd pater plus diligit filios suos, quam uxorem idest matrem filii, argumento. l. cum acutissimi, cum similibus. C. de fideicommissis. Ita uult glo. in. l. precibus glo. 2. magna in fi. uerbis. & ita etiam notat ibi Bar. 2. col. & idem uult glo. in. l. Lucius uerbo ad matrē ff. de uulg. & pupillari substitutione. & idem tenet Bar. in. l. 1. in fi. prin. ff. de uulgari & pupillari substitutione, & Cynus in. l. nostra & Angel. in. l. in testa. suprà de testamento militis, & in. l. precibus, & Paul. ibidem in fin. & idem Paul. in. d. l. Lucius, quòd bene nota, quia est singularis limitatio, uerum est, quòd contrarium tenet Bal. in. d. l. precibus. 3. col. ubi uideas, & ibi uidetur sequi Ias. pen. col. & idem tenet Imola in. d. l. 2. ad fin. princip. de uulgar. & pupill. Sed ego tenerem opinionem Bar. propter authoritatem suam, & quia pluribus authoritatibus fulcita, & quia fundatur super glosis ordinariis, sed aduerte quia ista limitatio, & duæ præcedentes benè comprehenduntur sub 3. limitatione de qua suprà quando de uoluntate testatoris constat contrarium. Nā in his tribus constat propter transitum ad secunda uota. Item propter qualitatem substitutorum, & sic istæ tres limitationes potius sunt exempla ad secundam limitationem, de qua suprà, & plura alia exempla colliges ex remissionibus suprà relatis. Adde Ias. in. d. l. 2. ff. de uulga. num. 34. Vbi Alex. num. 32. Fulgosi. in. l. precibus C. de impub. Cumanus in. l. iam hoc iure. ff. de uulg. Angel. in. l. precibus supra alleg. Salicetus hic in fin. Ripa num. 49. in. d. l. 2. ff. de uulg. & num. 58. Soc. quem refert Ripa, ubi suprà consil. 17. & consil. 9. materia præsentis uolumine secundo Coro. consil. 276. uiso instrumento col. 4. in. 3. uolumine ut refert idem Ripa. Socinus autē & Alciatus ubi suprà firmant communem opin. esse, q pupillaris substitutio etiam tacita excludat hunc filium

quòd uerum, si fuisset exhæredatus, uel præteritus, secus si ex parte institutus, ut hic. ita Alex. Ripa, & Soci. in d. l. 2. ubi etiam reliqui, & Ias. de pupilla. subst. nu. 27. Guliel. de pupilla. subst. num. 88. in c. Rainucius de testament. Alias plures limitationes poteris colligere ex Bar. Alex. Soci. Ias. Ripa Alci. in d. l. 2. ff. de uulga. in 3. effectu pupill. substit. Sed hæ omnes limitationes sunt indubitatæ retenta nostra principali opinione, ut pupillaris tacita semper excludat matrem.

112 *Pupillaris côtêta sub reciproca matrem excludit.*

Tertia principalis quæstio est, an pupillaris 112 côprehensa in breuiloqua, uel reciproca admittatur contra matrem? & regula est, quòd sic. l. Lucius. ff. de uulg. substitutione. gl. in l. in testamêto. C. de test. mil. & in l. nostra & in l. precibus. & glo. mag. & ab hoc nemo discrepat. & si dicas, quæ est ratio differentiæ, quare pupillaris tacita comprehensa in uulgari expressa, non admittitur contra matrem, ut supra dixi, & secus in ea quando continetur in breuiloqua? dicas, quòd ratio differentiæ est, quia pupillaris contenta in uulgari est omnino tacita, quia uerba non patiuntur, immò repugnant, quòd sub uulgari, quæ fit uerbis negatiuis côprehêdatur pupillaris, quæ fit uerbis affirmatiuis: & sic est tacita præsumpta, quæ citra mentem testatoris, sola iuris authoritate præsumitur. ut declarat Bal. in d. l. precibus. 13. col. ad fi. & ista matrem non excludit, quia auferret matri legitimam, quæ est iure naturæ debita, quod esset inconueniens. At pupillaris, quæ continetur in breuiloqua dicitur expressa, quia uerba patiuntur. nam cum testator dicit uos inuicem substituo, sub his uerbis bene potest comprehendi uulgaris, id est, si hæres non eris, uel pupillaris, id est, si hæres eris, & moriatur in pupillari ætate, nec uerba repugnant, & mês testatoris non refragatur: & ideo pupillaris 113 comprehensa sub breuiloqua admittitur contra matrem, tâquam expressa ad similitudinem pupillaris expressæ.

113 *Pupillaris contenta sub breuiloqua, an sit expressa uel tacita?*

Quod autem illa pupillaris comprehensa in breuiloqua sit expressa, est glo. ordinaria in d. l. precibus. 2. glo. magna post medium, & glo. in l. in testamento glo. magna. C. de testamento militis. & glo. in l. Lucius. ff. de uulgari substitutione, glo. magna. sed contraria glo. est in d. l. precibus glo. 1. magna ante medium, quæ dicit, quòd pupillaris comprehensa in compendiosa est tacita, ergo idem in comprehensa in breuiloqua, quia a pari iudicantur. idem sentit glo. magna in l. nostra, & in l. iam hoc iure. ff. de uulga. substitutione. in uerbo, quod uis: sed pro concordia uno uerbo est dicendum, quòd pupillaris comprehensa in breuiloqua est expressa. sim genere, & ideo admittitur contra matrem, & sic intelliguntur primæ glosæ. est tamen tacita in specie, & sic intelliguntur glo. contrariæ. & ita concordat Bar. in d. l. precibus. prima col. & Latius in l. 1. 2. col. ff. de uulg. substitutione & in d. l. iã hoc iure. §. 1. & in l. Lucius. 2. col. eo. tit. & in l. centurio in primo & istam doctrinam omnes sequuntur. Idem uult Bar. num. 32. in d. l. moribus. ff. de uulg. dum se refert ad ea, quæ dixerat in d. l. centurio. & Zasius de pup. subst. num. 25.

Istam conclusionem, s. quòd pupillaris contenta sub breuiloqua admittitur contra matrem, singulariter limitatur, ut procedat, quando breuiloqua est facta simpliciter, sic, s. uos inuicem substituo. secus si esset facta uerbis negatiuis conuenientibus uulgari substitutioni, ut quia 114 institutis duobus filiis, testator dixisset, si alter uestrum heres non erit, uos inuicem substituo, nam tunc pupillaris contenta sub ista breuiloqua, censetur omnino tacita, & non excluderet matrem. ita tenet singulariter Bar. in d. l. Lucius ultima col. uerbo, pone quòd instituo duos impuberes. quod sequitur Imola ibi, & dicit esse notandum. & Alex. in l. in testamen. de testamento milit. & in d. l. precibus. & ibidem sequitur Ias. antepenul. col. quod perpetuò tene menti. id retenta nostra sententia, ut pupillaris tacita semper matrem excludat, esset indubitabile matrem excludi.

114 *Matrem excludit illa substitutio, si alter uestrũ hæres non erit, uos inuicem substituo.*

Tamen hæc limitatio non uideo, ut uera esse, defendiue possit. Cùm enim pupillaris fieri non possit nisi liberis testatoris. l. moribus. ff. de uulg. in prin. institu. de pupill. cumque suprà absoluerimus tacitam pupill. sub uulg. expressa contentam, matrem excludere, si filius testatoris esset substitutus: ergo & in specie proposita, si filios testatoris inuicem substitutos proponemus: necesse est matrem excludi à filii præmorientis successione, cùm testator superstitem filium magis diligat, quàm uxorem eorum matrem. Tunc ergo possemus superiorem fortè sententiam defendere, cùm testator duos hæredes scripserit, quorum alter eius filius impubes erat, alter uerò extraneus, & adiecit, si alteruter uestrum hæres non erit, tunc uos inuicem substituo. quo casu perinde est, ac si diceret, si alteruter hæres non erit, tunc alterum substituo, quo casu si filius hæres factus in pupillari decesserit, cohæres per solam tacitam pupillarê potest uenire, quæ contra matrem impuberis non admittetur. sed hæc defensio non procedit, quia cùm reciproca substitutio in superiore exemplo facta sit duobus, quorum alteri uulgariter tantùm alteri uerò uulgariter & pupillariter substitui poterat, certè in utriusque persona uulgariter tantùm substituisse testator uidetur l. 2. l. quamuis. C. de impu. l. in testamento. C. de mil. testamento. l. iam hoc iure. ff. de uulga. ergo tunc tractari non potest, an in illo casu tacita pupillaris excludat matrem, cum pupillaris nulla sit tacita, aut expressa. & secundum nostram opinionem, qui tuemur tacitam pupillarem semper matrem excludere, hoc casu longè facilius excludetur.

Quarta quæstio principalis est, an pupillaris comprehensa in compendiosa admittatur côtra matrem? & isto casu etiam est dicendum, quòd sic. tex. est in l. precibus, uers. si uerò substitutio, quia iste passus habet multas dependentias. ideo uide latè per gl. & doctores in d. l. precibus. & in §. qua ratione. insti. de pupilla. subst. & in c. Rainutius, uerbo uel substitutionis. de testamentis, & in c. si pater de testamentis lib. 6. in uers. absque deductione.

115 *Vulgaris expressa matrê excludit.*

Quinta quæstio principalis est, An uulgaris 115 substitutio admittatur contra matrem? & ista etiam subdiuiditur in plures, primò ergo quæritur, an uulgaris expressa admittatur contra matrem? & dic, quòd sic, & hoc est indubitatum. tex. est in l. nostra in fi. ibi cum posthumus minime aditus fuerit &c. & probatur, licèt non sit necesse. nam habeo quòd uulgaris etiam tacita admittitur contra matrem, ut infra dicam; ergo nulli dubium, quin expressa admittatur contra eam. Secundò quia pupillaris expressa admittitur contra matrem, ut in c. si pater de testamentis lib. 6. & d. l. precibus & suprà dixi, in qua pupillari agitur de hæreditate pupilli: ergo indubitatum est, quòd uulgaris expressa admittatur côtra eam, in qua agitur de hæreditate testatoris. Tertiò quia mater uult admitti dispositione l. substitutus ex dispositione hominis, sed per prouisionem hominis tollitur prouisio legis. l. maritus. C. de procuratoribus. l. si C. de pact. conuen. ergo &c. Immo si aduertis, isto casu nô admittitur mulier etiam ex dispositione l. quia agitur de bonis mariti, in quibus mulier nullum ius habet nisi ab intestato omnibus aliis deficientibus. l. i. C. unde uir. & uxor. Quartò quia quando 116 expressum & tacitum simul concurrunt, expressum præfertur tacito. l. cum ex filio. §. filio. ff. de uulga. substitutione & ita est ratio, quare ius substitutionis est potentius iure accrescendi. l. 2. §. si duo de bonorum poss. secũdum tab. cum concord. quia substitutus prætendit prouisionem esse expressam, cohæres tacitam: cùm ergo substitutus uulgaris nitatur ex prouisione expressa, mater autem ex prouisione l. & sic tacita, imò nec ex prouisione l. ut modo dixi, ergo substitutus præfertur. Quintò in uulgari expressa agitur de bonis testatoris ut dixi, sed 117 in re propria quilibet est moderator & arbiter. l. in re mandata.

116 *Tacitum & expressum si contrariãtur præfertur expressum.*

117 *Nostris possumus uti & abuti.*

C. man-

C.mandati.l.nemo exterus.C.de iudæ.etiam in abutendo, ut est casus singularis in.l.sed & si lege.§.consuluit.ff.de peti.hære.ibi dum se abuti putant, ergo potuit defunctus in bonis propriis substitutum præferre, & excludere matrem, maximè cùm nullo iure sibi debeantur, & quia in pupillari, ubi tractatur de bonis filii sui, potuit per testatorem excludi, ut modò dixi: & sic nulli dubium quin uulgaris substitutus præferatur.

Sextò, uidetur tex.in.l.precibus.ibi, & patri hæres extitit, ubi fuit datus uulgaris substitutus, & mater erat in medio, & dicitur ibi, quia si filius hæres extitit, & moritur impubes; admittitur mater substituto excluso: ergo a contrario sensu, si non extitisset hæres, & sic esset locus uulgari expressæ admitteretur substitutus matre exclusa.

Quartò, nouissimè pro ista glo. & ista opinione, ego pondero tex.in.l.precibus.pen.respóso ibi dum dicit, & si adierit ubi tex. loquitur de pupillari expressa in qua continetur uulgaris tacita, & dicit ibi tex.quòd si moriatur in pupillari ætate, eos habebit hæredes, quos pater ei constituit: & si adierit, & sic fuerit locus pupillari expressæ, quasi dicat, quàmuis adierit, id est, ne dum si non adierit, & sic fuerit locus uulgari tacitæ. nam illa dictio, & si, debet exponi pro quamuis, ut est notum, sed & si adierit, debet admitti substitutus. & si dicas; dictio, & si, debet implicare casum nimis dubitabilem.l.etiam cum simil. C.si tutor uel curator interuenerit, fateor, & dico, quòd implicat casum minus dubitabilem. nam primo casu, id est, quando adit, uidebatur magis dubium, id est, quod non excluderetur mater, cum agatur de bonis pupilli, hoc est, filii sui, & sic uidebatur præferenda mater, quæ ratio cessat, quando non adit, cum agatur de bonis testatoris, ut sæpè dictũ est. sed caue, quia contra illum tex.sic inductum uidetur glo.ibi super eodem uerbo, & si adierit, dum dicit aliàs, etiam ad matrem uenirent, ut etiam in superiori casu &c.quasi dicat bene dicit tex.si adierit alias id est, si non adierit, & sic fuerit locus uulgari tacitæ, admittitur mater substituto excluso, ut in superiori casu sanè uerbo.nam non est incerti,ubi mater admittitur contra substitutum, & sic est ibi glo.expressa, quam nemo unquam ponderat, quòd 118 tacita uulgaris contenta in expressa pupillari non admittitur contra matrem, & sic expresse contra glo.nostram, & tunc glo.ibi habuit in litera, tex.si adierit,quasi dicat; secus si non adierit, non autem habuit, & si adierit, nam tunc deberet exponi pro quamuis, ut dixi. Quare ego puto, quòd illa glos. loquuta est inaduertenter, uel secundò quòd cùm communiter habeamus literam, & si adierit, ergo expositio glo.fuit inepta, uel tertio quòd illa glos.debeat sic intelligi; quòd si filius non adiuit, ad matrem uenirent bona.s.quæ filius aliunde habuit, ad bona autem testatoris admittitur substitutus ex tacita uulgari, & ita intelligatur glo. in.l. nostra. & patet in glo.nostra dum dicit, quia tractatur de successione uiri, ergo ad bona, quæ pupillus aliunde habuit non admittitur substitutus, sed mater, secundò, istam solutionem colligo ex his, quæ ponit Bar.in.l.i.ff.de uulga. substitutione.7.col.post medium, ubi examinat, an tacita uulgaris trahatur ad bona pupilli. tertiò istam solutionem colligo ex glo. contraria in.d.l.precibus.dum dicit aliàs etiam ad matrem &c. pondero dictionem etiam, quasi dicat ne dum ad substitutum, sed etiam ad matrem, & sic fiat diuisio, quòd mater ad bona filii, substitutus ad bona testatoris admittitur. sed huic solutioni obst. quia glo.ibi dicit; ut & in superiori casu mater admittitur ad omnia bona, id est, ne dum ad bona, quæ aliunde habuit pupillus, sed etiam ad bona testatoris. nam cum ibi pupillus adiuit, ergo fuerunt bona commixta: ergo separari nó possunt l.sed si plures.§.filio.ff.de uulg. substitutione. & quia pupillaris trahitur ad omnia bona.§.ad substitutos, eadem l.cogita.uel quartò soluo, quòd posset, quòd esset lite-

118 *Vulgaris tacita contenta in pupillari expressa, an admittatur contra matrem?*

ra, si adierit, non & si adierit, non debet sumi argumentum a contrario sensu, quia resultat absurdum, contra gl. nostram communiter ab omnibus approbatã ut in.l.2.C.de cond.inser.& in.l.conuenticulam. cum similibus de Episc.& cler. Vel quintò quòd exponatur, si pro quamuis, & tunc cessauit obiectum & probat id, quod suprà collegi.

Adde dum quæritur, an 119 uulgaris tacita admittatur contra matrem? & dicendum est, quòd sic, quemadmodum expressa, & loquor de uulgari tacita comprehensa in pupillari expressa. & hoc probatur primò, quia agitur de hæreditate testatoris, non pupilli.inst.de pupill. substi.in princ.cum concordan.ergo tunc mater non est priuilegiata.l.i. cum similibus. C. unde uir, & uxor.Secundò suadetur, quia si pupillaris expressa, qua agitur de hæreditate pupilli admittitur contra matrem. Item tacita comprehensa in breuiloqua, uel compendiosa, ut suprà dictum est, ergo a fortiori uulgaris, quamuis tacita, quia agitur de bonis testatoris: & hæc ratio necessè concludit. Tertiò istam opinionem tenet gl.ordinaria & singularis in.l.nostra approbata ubique per omnes, istam glo.allegat Ias.in.l.quamuis.2.col.in fin. C.de impub.& alii.& in.d.l.precibus.2.col.in b.& Bald. hic ad aliud ult.q.& Bar.in.l.i.7. col.circa fin. de uulga. substitutione.

119 *Vulgaris tacita excludit matrem.*

Et quia ista opinio gl.ut dixi, communiter est approbata, non insisto in fundamentis. limitatur tamen ista gl. quæ dicit, quòd substitutio uulgaris tacita admittitur contra matrem, ut procedat, in matre pupilli, secus 120 in matre testatoris. nam tacita uulgaris comprehensa in pupillari non admittitur contra eam. Ratio est in promptu, quia quemadmodum pupillaris tacita non admittitur contra matrem pupilli, ut suprà dictum est, quia agitur de bonis filii sui: eadem ratione tacita uulgaris non admittitur contra matrem testatoris, quia agitur de bonis filii sui.i.illius testatoris. & ita per istam rationem singulariter tenet Bar.in.l.i.ff.de uulga.substitutione.7.col.quod est summè notandum, & illam decisioné tanquam singularem reperio allegatam per Ias.in.l.quámuis. C.de impub. & aliis.secunda col. ad finem. & sentit Bar.num.45.in.l.2.ff.de uulg.& tursas ibi nume.35. ubi Alex.nume.31. Guliel.de Cun.in.d.l.precibus Raynerius in tract.subst.in materia pupillaris, Salicet.in.l.fi.C. de inst.& subst. Angelus in.d.l.precibus. Imola in.l.2. de uulg.ff.idem in.c.Raynutius de testamen. in materia pupill.per Ripam num.48. Ias.nu.3.Soci.nume. 24.Alciat. num.57.in.d.l.moribus.ff.de uulg. Zasi.de pupill.substitutione nume.26.cum seq. sed nos generaliter tenemus matrem excludi, quia personarum intuitum nihil noui, aut speciale hac in re secundum nostram opinionem reperitur inductum, & adde Fulg. in.d.l. precibus.& Cuma.in.l. iam hoc iure.ff.de uulga. qui nobiscum contra communem uidentur sentire.

120 *Matrẽ testatoris an excludat uulgaris tacita in expressa uulgari cõprehensa, ardua. q. & quid in uulgari tacita contenta sub compendiosa?*

Denique magis est, ut tacita uulg.contenta in expressa pupillari admittatur contra matrem etiam testatoris, nón secus quàm contra matrem ipsius pupilli. nam licèt uerum sit, quòd si dixi, si pupillus hæres erit, & in pupillari ætate decesserit, substituo, isque neque hæres extitit, quia repudiauit, nec in pupillari ætate fortè decessit: tamen simul ac repudiauit pupillus eius, substitutus ex tacita, seu interpretata uulgari contra uerba testatoris, ex mente ipsius admittitur ad bona ipsius testatoris exclusa matre sua per generalitatem.l.iam hoc iure.ff.de uulg.l.Lucius.eod.l.ij.l.quamuis.C. de impuberum.l.in testamento.C.de testamento. mil.& quia nó refert, dicam adiciamque duas conditiones, cum facio pupillarem, puta si hæres erit, & in pupillari ætate decesserit, an uerò unam tantùm conditionem, puta, si in pupillari ætate decesserit, an etiam nullam conditionem adiciam, sed sic pupillariter substituam, puta, quisquis mihi hæres erit, is filio impuberi, hæres esto l.3.l.quæ liberis.§. hæc uerba.ff.de uulg.l.qui complures

res.l. si is qui heres eod.tit. & supra latius dixi sed hoc ultimo casu si impubes repudiauit nulla cond.defecit, sicque satis expressim à testatore uocatus uidetur substitutus: ergo eius mater excludi debet.i.mater testatoris. Item supra conclusimus, q tacita seu interpretata substitutio pupillaris regulariter excludit matrem etiā impuberis. ergo &c.

Denique pro nostra opinione, est tex.expressus in.l. iam hoc iure, uers.quod uis,ubi habetur, quòd licèt in sobstitutione compendiosa, qualis est illa (quandocunque decesserit) substitutus inspecta ui uerborum, non aliter posset admitti, quam post mortem primo nominati, & sic solùm post aditam, non ante aditam: tamen ut in pupillari per interpretationem inductum est, q licèt inspecta facie uerborum non aliter substitutus admitti posset, nisi demum post acquisitionem factam ab impobere, tamen etiam ante aditam possit admitti si impubes repudiauerit, uel uiuo testatore decesserit, ita & in reciproca per interpretationem receptum est, ut licèt uarba significarent substitutum non aliter posse admitti, quàm si primò nominatus acquisierit hęreditatē, relictumue aliud, deindeque moreretur, tamen per interpretationem subuenitur, ut ad simil.pupillaris, si primò nominatus repudiet, substitutus per compendiosam admittatur. ergo uulgaris utrobique pariter tacita est per interpretationem, uel suppletionem legis contra uerborum proprietatem factam.

Diuersum est in reciproca, quæ fit ita, uos inuicem substituo, nam hic à testatore non fuit expressus casus acquisitionis, quod est in superioribus quando dixi, si decesseris in pupillari, uel quandocunque decesseris. ergo in.d.uers. quod uis,patet, q uulgaris tacita, quę continetur sub compendiosa nō minus tacita est, quam illa, quę continetur sub expressa pupillari, sed tacita uulgaris, quæ continetur sub compendiosa secundum communes & ueras opin. excludit matrem tam impuberis,quàm testatoris, ergo idem in tacita uulgari, contenta sub expressa pupillari.

121 *Vulgaris tacita contenta in uulgari expressa, an admittatur contra matrem? ardua q.*

Tertiò quæritur,an uulgaris 121 tacita comprehensa in uulgari expressa facta in unum casum admittatur contra matrem? & dic,quòd non, iste est casus singularis in.l.nostra secundum intellectum Bar. de quo suprà dixi; quem plenius,ipse prosequitur in.l.1.ff.de uulga. & pupilla. ubi oideas. sed cogita pro ueritate, quæ sit ratio diuersitatis, cùm utroque casu militet ratio glo.approbata per omnes in.l.nostra.nam utroque caso in uulgari semper tractatur de successione sola uiri, & non impuberis,& mater non est priuilegiata in hæreditate mariti,sed solùm filii sui. cogitabis.

Et sanè magis est,ut mater secundum nostras sententias excludatur. nam si ex asse hæredem scripsi posthumum, & si mater non esset, Titium substitui,deinde ille natus fuit, sed abstinuit,non uideo cur mater eius uxor mea ad meam hæreditatem admittatur, quia cessat & decessio,& ratio expressa in.l.nostra.

122 *Pupillaris tacita contenta sub pupillari expressa an reperiatur?*

Modò hic incidenter quæro, an 122 quemadmodū est dare tacitam uulgarem comprehensam in uulgari expressa,ut hic secundum intellectum Bar.& modò dixi ita eodem modo sit dare tacitam pupillarem comprehensam in pupillari expressa? istud non memini me legisse,puto tamen,quòd non,quod sic probo, quia filius cui fit pupillaris substitutio, aut debet esse institutus, aut exhæredatus: aliàs substitutio esset nulla.l.2.§.1.ff. de uulga.substitutione,& inst.de pupilla. subst.§.non solùm. cum similibus. nam si filius esset præteritus, testamentum patris est nullum.l.inter cætera.de lib.& posthu.inst.de exher.libe.in pr.ergo & substitutio pupillaris, quæ dicitur sequela testamenti paterni.§. liberis.instit.de pupill.substitutione.c.si pater.in fi.de testamentis lib.6.Modò sic,si est institutus,& adit, & sic est effectus hæres, habet locum pupillaris expressa, nec superest aliqua subst.tacita,ut patet, quia non potest dari alius casus,in quo habeat locum, nam si adit, est pupillaris expressa, ut dixi,si non adit, est uulgaris tacita. nec inter hos duos casus est dare medium. Ista ast ratio cessat in uulgari expressa,quia quòd quis non sit hæres, potest contingere ex multis capitibus, uel quia non uult, uel quia non potest:& hoc quia non potest, potest multis modis contingere, uel impedimento facti, uel impedimento iuris &c. ut per Bal.& alios in.l.3.C.de hære. insti.& per Bal. in.l.3.§.fin.ff.de libe.& posth. Vnde mirum si uulgaris concepta in unum casum tantum cōprehendat alios,& dicatur tacita uulgaris comprehensa in uulgari expressa. Si uerò est exhæredatus, aut querelauit testamentum paternum, aut non, si querelauit, & obtinuit,cum testamentum paternum sit ruptum per querelam, ergo per consequens, substitutio expressa: ergo nulla remanet tacita substitutio, cùm non supersit testamētum primum à quo sustentetur: nisi hodie aliud diceres per authen.ex causa de liber.præt.s.quòd rupto test. ex causa præteritionis, uel exheredationis, remanent cętera firma,& sic pupillaris substitutio de quo ibi dicitur, si uerò non querelauit, sed assensit, substitutio facta exhæredato habet suum effectum.d.§. non solùm. cum simil.& illa est expressa, si decedit in pupillari ætate,si autem post, omnino extinguitur.l.in pupillari.cum simil.ff. de uulgari. ergo non uidetur posse dari casus, ubi sit tacita pupillaris comprehensa in pupillari expressa.

Et puto, quòd sit tacita pupillaris comprehensa sub pupillari expressa. nam si dico filius institutus, si infra pupillaré ætatem hæres factus decesserit, Seius hæres esto. tunc siquidem filius adiuit, & impubes decessit, habet locum pupillaris expressa. Sin autem repudiauit,habet locum uulgaris tacita,quòd si deliberans, uel ignorans decessit, tunc pupillaris expressa locum non habet, quia defecit conditio sub qua concepta fuit.s. si hæres erit. Item uulgaris tacita non habet locū, quia nondum repudiauit, ut.l.post aditam. C. de impuberū superest ergo ut substitutus ex tacita pupillari admittatur. sed adhuc tenenda est op.præcedens, ut non sic pupillaris tacita contenta sub pupill.expressa. nam siue filius adierit,siue ignorans,deliberans'ue decesserit utroque casu hæres factus decedere intelligitur,altero quidem per factum suum.i.aditionem,altero sine facto suo, sed ipso iure ex potētia suitatis.l. si quis filium.§.1.ff.de acq.hær.ergo conditio substitutionis pupillaris .s.si hæres erit,impleta fuit,& consequenter habuit locum pupillaris expressa,& sic patet,quòd tex.in pr. inst. de pupill.& in.l.1.ff.eod.non loquuntur deminutè. at si uelles tenere contrariam opi. quæ non est tuta posses dicere quòd illa cond.(si hæres erit) debet impleri uerè non fictè.l.Iolianus.l.Meuius.l.qui hæredi in pr.de condit.& demonst.ff.uerè autem factus hæres intelligitur qui adiuit.l.cum hæredes in pr.de acq.poss.ff. non autē qui à lege ex potentia suitatis hæres fingitur, arg.l.fin. C.qui ueniam ætat. impet. præterea si filius, cui fit pupill.subst.pro parte institutus repudiat,adhuc non extinguitur popill.subst.nam ut exhæredatione non extinguitur.§.non solùm inst.de pupill.subst. ita & repudiatione impuberis non deberet extingui,quando ad sui ualiditatem non oportet pupillum hæredem existere. Præterea testator uoluit ut pupillo adeunte, utriusque bona, ad substitutum pertinerent,per pup.subst. expressam,ergo & eo repudiante pariter ad eūdem pertinere uoluit utraque bona testatoris per tacitam uulgaré & impuberis per tacitā pupillarem.arg. huius.l.&.l.Gallus.§.& quid si tantum.tacita namque est,eo quòd cond. expressa defecit,& ista op. uidetur tenenda per hunc tex.quę generaliter ait,quòd filio impubere decedente, substitutus (si mater in medio non esset)admitteretur. intelligo ergo siue post aditionem,siue post repudiationem, siue deliberans, ignorans'ue decederet: intelligoq; substitutū admitti ad utraque bona per expressam pupill. cum impubes

pubes adiuit, sed cum repudiauit, substitutum admitti ad testatoris bona per uulgarem tacitam, ad bona autẽ impuberis per pupillarem expressam.

123 *Vulgaris contenta sub. reciproca admittitur contra matrem testatoris.*

Quarta quæstio principalis est, an 123 uulgaris tacita comprehensa in breuiloqua admittatur contra matrem testatoris: ego indubitanter credo, quòd sic, primo quia uulgaris tacitè comprehensa in pupillari expressa admittitur contra matrem, ut in gl. nostra, & supra dixi ratio illa est, quia agitur de successione uiri, ut hic per glo. & doct. Sed illa est eadem ratio in uulgari comprehensa in breuiloqua, ergo &c. Secundò sic, uulgaris comprehensa in pupillari est omnino tacita, quia uerba repugnant, ut suprà dixi: sed uulgaris comprehensa in breuiloqua, est expressa saltem in genere, quia uerba conueniunt, ut suprà dixi: si ergo omnino tacita admittitur contra matrem, ergo à fortiori expressa saltem in genere. Tertiò sic, pupillaris comprehensa in breuiloqua admittitur contra matrem. l. Lucius. ff. de uulg. subst. & suprà dixi, licèt tractetur de successione pupilli, & ideò quia est expressa in genere, ergo à fortiori uulgaris cõprehensa in breuiloqua admittitur contra eam, quia eodem modo est expressa in genere, & tractatur de successione testatoris non pupilli: nec huic potest responderi. & hanc opinionem tenet Zasius de pupilla. substitu. nume. 25.

124 *Vulgaris contenta sub compẽdiosa, an admittatur contra matrem.*

Quinta quæstio est, an 124 uulgaris comprehensa in compendiosa admittatur contra matrem etiam? istã quæstionem Doctores non tangunt, sed adhuc dico idem, quod in præcedenti, idest, quòd admittatur contra eam, quia rationes assignatæ in præcedenti militant illo casu: & quia ualet argumentum in proposito de breuiloqua ad compendiosam, & è contra. l. precibus. uersi. si uerò. iuncta. d. l. Lucius.

Sic ex omnibus ergo prædictis facio conclusiones sequentes.

Prima conclusio, pupillaris expressa admittitur contra matrem.

Secunda conclusio, pupillaris tacita comprehensa in uulgari expressa, non admittitur contra matrem. secundum communem. nos contra.

Tertia conclusio, pupillaris comprehensa in breuiloqua admittitur contra matrem secundum communem & nostram opi.

Quarta conclusio, pupillaris comprehensa in compendiosa admittitur contra matrem secundum communem, & nostram op.

Quinta conclusio, uulgaris expressa admittitur contra matrem, secundum communem & nostram op.

Sexta conclusio, uulgaris tacita comprehensa in pupillari expressa admittitur contra matrem pupilli, non testatoris secundum communem, nos contra.

Septima conclusio, uulgaris tacita comprehensa in uulgari expressa, non admittitur contra matrem secundum intellectum Bar. nos idem, si mater sit ex parte instituta, alias secus.

Octaua conclusio, uulgaris comprehensa in breuiloqua admittitur contra matrem secundum communem & nostram op.

Vltimo. ex. l. ista colligo breuissimè plura notabilia, & primò secundum lect. Bar. noto ex hac. l. quòd uulgaris concepta in unum casum specialem, comprehendit omnes casus uulgaris substitutionis, de quo dixi suprà.

Secundò quòd uulgaris in illis tacitis casibus non admittitur contra matrem.

Tertiò in specie, quòd quemadmodum tacita pupillaris comprehensa in uulgari, non admittitur contra matrem, eodem modo tacita uulgaris comprehensa in uulgari expressa non admittitur contra eam.

Quartò hic casus, in quo ius accrescendi est potentius iure substitutionis, & sic est limitatio ad. l. 2. §. si duo. cum simi. ff. de bonor. poss. secundum tabu. de quo dixi suprà.

Quintò quòd quamuis uulgaris comprehensa in pupillari admittitur contra matrem, ut hic in glos. & supra dixi, tamen uulgaris tacita comprehensa in uulgari expressa, non admittitur contra eam.

Sextò nouissimè colligo ex hac lect. quòd 125 ius substitutionis, etiã tacitæ est potentius iure accrescẽdi. nam hic est casus specialis in quo ius accrescendi est potentius iure substitutionis tacitæ propter tria, ut hic per Pau. ult. col. ergo in contrarium est ius commune, & sio conc. cum tex. singulari in. l. fi. C. de her. inst. & ibi Bal. ul. col. & de hoc dixi supra. 125

Accrescendi iuri præfertur substitutio etiã tacita.

Secundum lect. communem colligo plura alia notabilia, primo ergo noto, quòd tacita pupillaris comprehensa in uulgari, non admittitur contra matrem. de quo dixi suprà latè.

Secundò ex hoc correlarie not. quòd in expressa uulgari continetur tacita pupillaris, de quo etiam suprà latè dixi.

Tertiò noto, quòd in expressa uulgari continetur tacita pupillaris, etiam quando mater est in medio, de quo etiam dixi suprà.

Quartò noto etiam, quòd in expressa uulgari continetur tacita pupillaris, nedum quando est facta sub illo genere, & indefinito, si hæres non erit. Sed etiam si est facta in unum casum specialem, & indiuiduum. s. si natus non fuerit, & non est alibi secundum Bar. Bal. & Paul. hic, & suprà dixi.

Quintò noto, quòd tacita pupillaris comprehensa in expressa uulgari admittitur contra matrẽ, quando hæc est uoluntas defuncti, ita probat tex. hic in uer. uoluntatis esse quæstionem scribentibus &c. & uult hic Bal. prima col. ad fin. & sic est tex. pro glo. in. l. precibus, in uerb. omnino, quod tene menti, & de hoc dixi supra.

Sextò noto, quòd quamuis tacita pupillaris comprehensa in uulgari non admittatur contra matrem, tamen si mater moriatur, hoc ius non transmittit ad hæredes. probatur hic in fin. dum dicit, quòd si mater prior decesserit, admittitur substitutus; ergo non transmisit, nam si transmisisset, excluditur substitutus; quia ius transmissionis est potentius iure substitutionis. & de hoc etiam supra dixi.

Septimò noto, quòd quamuis tacita pupillaris non admittatur contra matrem, tamen benè admittitur contra omnes uenientes ab intestato, & pro hoc dico esse tex. hic in fi. ubi est tex. quòd si mater prior decessit, admittitur substitutus; ergo excluduntur uenientes ab intestato, & hoc tenet Bal. in. l. precibus 1. col in fin. & de hoc etiam dixi suprà.

Octauò noto, quòd expressa uulgaris bene admittitur contra matrem ut est tex. hic, ibi, tunc autem omnino substitutionem admittimus, cum posthumus minimè æditus fuerit &c. & hoc est indubitatum. & dixi etiam suprà.

Nonò istum tex. ad aliud reperio allegatum per Bal. in. l. precibus 10. col. ad fi.

Decimo istum text. ad aliud reperio allegatum per Bal. in. l. humanitatis eo. tit. de impub. 4. col. antè medium. s. quòd uulgaris substitutiò non requirit aditionẽ sed solùm priuationem primi hæredis, & uoluit ponderare ibi, cum posthumus minimè æditus.

Vndecimò istum tex. ibidem allegat ad aliud 4. col. in princi.

Duodecimò eum allegat ibid. ad aliud pen. col. in medio, ubi uideas.

Tertiodecimò allegatur iste tex. quòd expressa pupillaris admittitur contra matrem. nam si expressa non admitteretur contra eam, nulli est dubium, quòd tacita non admitteretur. immo aliqui tenent, quòd & tacita admittatur contra eam. ut suprà dixi.

Quartodecimò iste tex. quòd substitutio uulgaris, de qua

de qua hic est expressa, nedum specialiter, sed etiam singulariter. ita Bar. in.l.1.ff.de uulga. & pupill. col. 2. post medium, ubi ponit quòd alia est etiam uulgaris expressa in genere, item alia expressa in specie. nota singulariter, de quo uide ibi.

Adde, quòd substitutus directò pupillariter non potest petere cautionem. Bar. in.l.is potest.ff. de acquir. hæred. quia substitutus directò non habet ius succedendi, nec spem aliquam. unde pupillus non tenetur cauere substituto de restituendo hæreditatem ipsius pupilli quando mortuus erit. Bal.in.l.inter omnes.ff. qui satis. dare cogan.in lectura antiqua, & Alex.ibi.

De pupillari substitutione pars iiij, & §. xvj.

SVMMARIVM.

1. *Tacita pupillaris contenta in expressa uulgari, an admittatur contra matrem? ardua q.*
2. *Verba cum effectu accipienda.*
3. *Taciti & expreßi par potentia.*
4. *Accrescendi ius impeditur, etiam per tacitam substitutionem.*
5. *Testati quàm intestati causa potior.*
6. *Testato quàm intestato expedit decedere.*
7. *Instrumentum quando potest executioni mandari, etiam in iis, quæ ex eo tacitè colliguntur executioni mandatur.*
8. *Verba per prius intelligenda.*
9. *Intell.l.si.C.de inst. & subst.*
10. *Intell.l precibus.C.de impuberum.*
11. *Miles illam conditionem, si hæres non erit, quo sensu posuisse uideatur.*
12. *Verbum substitutio continet utrunque casum.*
13. *Substitutæ arbores.*
14. *Substitutus index.*
15. *Substituta actio.*
16. *Substituta pecora.*
17. *Substitutio directa cessat post aditionem ex legis interpretatione facta contra uerborum generalitatem.*
18. *Substituere non uidemur odio primi nominati, sed ad euitandam caducitatem.*
19. *Fideicommißaria est odiosa.*
20. *Militis in testamento sub uulgari expressa non continetur tacita pupillaris.*
21. *Intell.l.precibus.C.de impuberum.*
22. *Accessorium sequitur principale quo ad sui resolutionem, non quo ad effectum.*
23. *Mors & repudiatio inuitant substitutum.*
24. *Pupillaris tacita non careret effectu, licèt contra matrem non admittatur.*
25. *Hæreditas descendentium respectu ascendentium dicitur luctuosa.*
26. *Dispensationes odiosæ.*
27. *Dispensatio non porrigitur de casu ad casum.*
28. *Legũ correctio non inducitur ex sub auditu intellectib.*
29. *Intell.l.si. C.de inst. & .subst.*
30. *Intell. l.quamuis.C.de impub.*
31. *Intell.l.si quis ita hæres instituatur si legitimus. ff.de hær. inst.*
32. *Præsumptio legis est liquida probatio.*
33. *Pupillaris tacita, an excludat matrem testatoris auiã pupilli ardua .q.*
34. *Pupillaris tacita, an excludat auiam aternam pupilli. ardua.q.*
35. *Pupillaris tacita, an excludat patrem pupilli, ardua.quæst.*
36. *Pupillaris tacita, an excludat fratrem pupilli, ardua q.*



REDEVNDO ad intell. huius.l.& egregium articulum de matre, ardua illa q.conclusioque est, an pupillaris tacita comprehensa in uulgari expressa admittatur contra matrem? & in hoc; communis conclusio est, quòd non; & sic quamuis expressa pupillaris admittatur contra matrem, secus tamen est in tacita. tex. est hic, qui sic summatur per omnes. ad idem est tex melior de iure in.d.l.precibus uers.nã nõ est incerti &c.& ista est sententia communis, à qua temerarium esset recedere.ut inquit Paul.in.d.l.precibus.3.col. & illa lex precibus inducitur.quinq; modis p ista communi sentẽtia ut ibi colligi potest per Ias.2.col.in fi.cũ sequenti & principio sequentis.3.principaliter istam partem tenet glos.hic & glos.in.d.l.precibus.in uerbo omnino & glos. mag. circa princip. & glos.in.d.§. qua ratione. & in.l.in testamento. glos mag.C. de testamento militis. Cynus Ioan.Faber.Odofredus.Petr. de Bellaperti. Iacob. Butri.Bar.Alber.Bal.Ang.Salicet.Fulgos.Paul.Castr.Alex. Corneus.Iaso.& Curtius Iunior nu.26.in.l.precibus.C. de impuber.Socinus in.l.2.num.21.ff.de uulga. Francus in.c.si pater de test.lib.6.col. fin. Lancelo. Decius in.d. l.precibus Ioan. Crotus in.c.2. de constitutionibus.lib. 6.nota.primo, Lancelotus Galiaula in.l.cẽturio col. 70. ff.de uulga. Alciatus in.c.nouit de iud.in prin. Zasius in tracta.de substit. pupill.num.22.Fran.de Ripa in.l.2.nume.45.ff.de uulga.Anto.Robeus consi.69.glo.Bart.Bal. Angel.Salic. Paul.Castr.Alex.Corneus & Ias.hic Alex. consi.38. uiso themate col.4. lib.1.consi. 66. uiso testamento col.3.lib.2.& consi. 12. attentis uerbis col.9.lib. 3.Philip. Decius in.c.in presentia col.30.de proba Bal. consi.457.uiso testamento lib.2. Bar.consi.243.fuit quidã col.3.Philip.Decius con.182.in casu ocurrenti col.3. Andre. Tiraq.de priuileg. piæ causæ priuilegio 69. tradunt commun. dd.in.l.si mater in princ. ff. de uulgari. plenè per Socinum.col.9.d.l.i.ff. de uulg. & ultra omnea perpendo tex.in.l.nostra in fortioribus terminis secundum intellectum Bar. hoc modo. nam si tacita uulgaris comprehensa in uulgari expressa, non admittitur contra matrem. ut hic secundum intellectum Bart. licèt tractetur de successione uiri, non de successione pupilli; & hoc ideo, quia tacita, ergo a fortiori tacita pupillaris comprehensa in uulgari, non admittitur contra eam, quia eo modo est tacita & tractatur de successione pupilli: & licèt iste intellectus Bar. communiter reprobetur, tamen ex eo euidenter colligitur, quòd Bar. habuit pro indubitato quòd tacita pupillaris non admittatur contra matrem.gratia tamen disputationis & ueritatis potest tentari, quòd quemadmodum pupillaris expressa admittatur contra matrem, eo modo tacita pupillaris admittatur conta eam: & pro hoc stringunt sequentia.i.regula.l.iam hoc iure.ff.de uulga. substitutione.&.d.l.quamuis infra titulo primo. sed non reperitur lex, quæ dicat quod mater præferatur tali substituto, ut patebit ex responsionibus ad contraria.ergo &c. nam sufficit habere regulam &c.quia regulæ iuris tenaciter sunt seruãdę.ut inquit Bal.in.l.si tutor.C.de seruo pig. da. ma.& habetur in uariis locis.2.uidetur tex.hic, qui aliàs esset de indubitabili, si uerum fuisset, q tacita pupillaris non excluderet matrem, etiam quando non esset mater cohæres instituta. Tertio facit.l.2.infra titulo.i.& ibi eam ponderat Fulgosus. Quarto facit lex quãuis infra titulo.i.qui fortiter stringit a contrario sensu, & ista quatuor fundamenta pro ista parte possunt colligi per Alex. hic pe. col. ad finem. Quinto 2 ego adduco, nam regulariter uerba cum effectu sunt accipienda.l.i.§.si.ff. quod quisque iuris cum similibus.cum ergo suprà sit conclusum, q in expressa uulgari continetur tacita pupillaris, etiam quando mater est in medio: ergo debet intelligi cum effectu.i. q admittatur contra eam, aliàs ad quid contineretur, si contra eam

1 *Tacita pupill. contẽta in expressa uulgari, an admittatur contra matrem ardua q.*

2 *Verba cũ effectu accipienda.*

non

non haberet locum: essetque contra. d. regulam quod uerba &c. & quia esset lex imposita uerbis contra. l. 2. cum similibus. C. communia de legatis. Sexto pro ista

3 *Taciti & expressi par potentia.*

3 parte facit alia regula, scilicet quia taciti & expressi idem est iudicium. l. cum quid. ff. si cert. pet. cum concord. sed expressa pupillaris admittitur contra matrem ut suprà est conclusum: ergo idem in tacita, cùm non caueatur contrarium. in. l. ut infrà patebit. Septimo sic

4 *Accrescendi ius impeditur etiã per tacitã substit.*

4 arguo, nam substitutio etiam tacita impedit ius accrescendi, ut est casus singularis in. l. fi. in uerbo partemue suprà de hæred. insti. & ibi Bald. ultima col. & probat gl. hic & Bal. hic, i. col. & suprà dixi. & sic impedit illum, qui fuit admissus in partem à testatore; quanto ergo magis debet impedire matrem, quę fuit priuata à testatore per dationem substituti. nam si uocatus ad successionem excluditur, ergo à fortiori repulsus, uel saltim non uocatus. Octauo sic arguo, causa

5 *Testati quàm intestati causa potior.*

5 testati pręfertur causæ intestati. l. quandiu. ff. de reg. iur. in. l. quandiu ff. de acqui. hær. nisi de uoluntate defuncti constet contrarium tex. singularis in. l. si quis ita hæres instituatur si legitimus. ff. de hær. insti. modò sic, substitutus prætendit causam testati quamuis sit substitutio tacita, ut patet: sed mater prætendit causam intestati, quia cùm pupillus decedit, non potest testari: ut est notum, ergo debet substitutus præferri, & mater excludi, & istud optimè stringit. Nono arguo,

6 *Testato quàm intestato expedit decedere.*

6 pupilli interest potius decedere cum testamento quàm ab intestato. l. Iulianus, alias si pupillus in prin. ff. de acquir. hær. l. & quia de interrog. actio. cùm similibus. sed si substitutus admittitur decedit testatus, si mater decedit, intestatus, ut modò dixi: ergo substitutus debet præferri. Decimo sic, ista conditio, si hæres non erit posita in substitutione uulgari, est conditio extensiua. l. filij mater §. i. ff. ad Tertulia. sed pupillus post mortem suam non erit hæres, quia post mortem suam nihil est. l. qui libertinus. §. penul. ff. de operis liber. & quia mors omnia soluit &c. ergo conditio ueri, ergo succedit substitutus ex propriis uerbis & mente testatoris, ergo excludit matrem. & istud fundamentum accepi à Bal. in. d. l. precibus. 2. col. uers. 1. oppono. Vndecimo facit. l. in testamento in fi. C. de testamento mili. ubi substitutio et tacita excludit matrem. ut ibi habetur plenè. Duodecimò sic arguo, nam

7 *Instrumentum quãdo potest executioni mãdari etiam in ijs, quæ ex eo tacitè colliguntur executioni mandatur.*

7 habeo quòd quemadmodum stipulatio expressa, uel instrumentum potest exequutioni mandari uigore statuti, uel legis nouæ, idem erit in eo, quòd tacitè præsumitur, uel colligitur in instrumento, & idem in stipulatione tacita. unde si stipulatio expressa super dote posset mandari exequutioni, idem erit in tacita, quę inducitur à. l. secundum. l. i. C. de rei uxor. actione. ita eleganter dicit Bald. in. d. l. i. §. & ut plenius & uide ibi in apostil. & Bald. in. l. ad probationem. C. de prob. ubi dicit, quòd illud fuit primum consilium, quod dedit in scriptis. Modò sic, tacita substitutio pupillaris colligitur in instrumento, uel testamento propter expressionem uulgaris. ut est notum. d. l. iam hoc iure, cum similibus. ergo quemadmodum expressa mandatur executioni contra matrem, & pręfertur substitutus, eodem modo debet mandari tacita substitutio, quæ colligitur ex testamento, & inducitur à lege: & sic quòd mater per eandem excludatur & istud est nouum fundamentum, & noua inductio. Decimotertio istud confirmatur per otto similia, quæ ponit Iaso. in. l. cum quid. ff. si cert. pet. 2. lectura prima &. 2. col. Decimoquarto hæc nostra sententia contra communem probatur per. l. iam hoc iure. de uulgari. ubi non minus tacita est substitutio pupil. sub breuiloqua contẽta, quàm quæ continetur sub uulga. at illa tacita pupillaris, quæ sub breuiloqua continetur, sine dubio matrem excludit. l. 2. à contrario sensu de impuberum. C. l. in testamento in prin. de testamento milit. C. à contrario sensu l. Lucius de uulgari. similiter à contrario sensu, ergo & tacita pupillaris, quę sub uulgari continetur, matrem deberet excludere. Adde pro eadem parte. l. in testamẽto in prin. supra allegata &. d. l. Lucius. ubi aiunt, quòd mater ibi, ideo non excluditur, quòd illis casibus sub breuiloqua pupillaris non continetur: ergo si contineretur, excluderetur. at illa pupillaris si contineretur, esset tacita sicut ea, quæ continetur sub uulgari, ergo & ea, quę sub uulgari continetur matrem excluderet. & eodem modo potest inducere. l. 2. & l. quamuis. C. de impuberum. Sed tenendo communem, ad istas quatuor. ll. potest responderi, quòd illa pupillaris, quæ sub breuiloqua continetur, sit non tacita, sed expressa. ut uoluit glo. communiter approbata in. d. l. Lucius & Bar. in. l. i. de uulgari. expressa inquam uerbis generalibus, idque probatur ratione. nam non uideo cur magis uulgaris quæ continetur sub breuiloqua debeat expressa dici quam pupillaris. ut per glosam in. d. l. Lucius. sed respondeo, quòd non inconuenit dicere, quòd etiam uulgaris sub breuiloqua contenta, sit tacita, non expressa, sicut & pupillaris, quod apertè probat. d. l. iam hoc iure uers. quod genus, ubi bis dicitur in utrunque casum factam uideri substitutionem: ergo utraque substitutio tacita est. Nam substitutio quę uerè facta est, ea expressa appellatur. quæ uerò uerè facta non est, sed facta uidetur, ea tacita appellatur. d. l. iam hoc iure in princ. Nec obstat, quòd illę substitutiones matrem excludant, ut dixi. nam id est, quod contra communem teneo, tacitas omnes substitutiones, ut expressas matrem excludere. Præterea & si concederemus, quòd uulgaris sub breuiloqua contenta, sit expressa, adhuc non obesset. nam cum facio breuiloquam dicendo uos inuicem substituo, potius uulgarem, quam pupillarem factam esse dicendum est: quia uerba

8 *Verba per prius intelligenda.*

8 sunt intelligenda per prius non per posterius. l. i. §. qui in perpetuum ff. si ager uectig. per. Socinus in rubrica de uulgari. col. 2. facit. l. altius. C. de seruitutibus. primęua autem substitutio uulgaris est, patet in. l. precibus de impuberum & d. l. Lucius ubi in primum casum appellant uulgarem substitutionem, in secundum uerò pupillarem. cùm ergo dico uos inuicem substituo, constat aliquam substitutionem factam esse: & si dubitetur de qua interpretandum est factam esse uulgarem & uerè. nam hoc casu qui interpretatur declarando nil agit. l. hæredes palam de testamentis. §. i. ff. & Bar. in. l. omnes populi de iusticia & iure. dum uerò interpretatur à lege, etiam pupillarem factam esse, talis interpretatio non est mera declaratio, immo est uoluntatis extensio. d. l. iam hoc iure in princ. & Bar. in. d. l. omnes populi. & consequenter ista pupillaris substitutio non uera est, uel expressa, sed tacita & presumpta. Decimoquinto adde, quòd pro me est casus. in. l. precibus de impuberum. in uerbo, si uerò in secundum casum substitutio, uel expressa, uel compendiosa, & ibi gl. in uerbo compendiosa. ubi uolunt, quod tacita, quę continetur sub compendiosa, & tacita sit, & matrem excludat. Decimosexto adde pro me, quòd in dubio uerba non dupliciter, sed simpliciter sunt intelligenda. l. i. §. si quis simpliciter. ff. de uerborũ Soci. in rubrica. ff. de uulgari. sed substitutio pupillaris est duplex. l. i. ff. de uulg. ergo in dubio non ad pupill. sed ad uulgarem quælibet substitutio referenda est. facit, quia legatum nunquam censetur duplicatum. l. cum filius. §. eum qui. ff. de leg. 2. Decimoseptimo. ex superioribus patet saltim iure. ff. tacitam pupillarem sub uulgari comprehensam, matrem excludere. Primo per d. l. iam hoc iure. Secundo per. l. quamuis. C. de impuberum. Tertio

9 *Intell. l. fi. C. de inst. & subst.*

9 per. l. fi. C. de inst. nam si tempore Iustiniani illius. l. auctoris, mater excluderet tacitum substitutum pupill. frustra quęreretur, an si præterea, quòd erat mater, esset etiam cohæres impuberis illam, substitutus excluderet. ergo ille tex. probat euidenter contra communem, primò, quia patet esse noui iuris inductiuum. Secundo, quia id in casu speciale, scilicet cum cohęres mater erat, loquutur, ergo &c. quia casus

specialis firmat regulam in contrarium. Tertiò, quia hęc ratio est expressa in.l.s. quòd matri suę substantiæ partem dereliquit. Quartò, quia in.d.l.fi. refertur iure.ff.apud Vlpinianum, Papinianumque dubitatum, an salua regula.l.iam hoc iure.ff.de uulg. per interpretationem induci posset, ut substitutio tacita pupil. excluderetur per matrem ex parte institutum. ergo &c. nam deciditur, quòd sic, non regulariter, sed in casu illo speciali.s. quando mater fuit ex parte instituta. Quintò, quia illud in.d.l.fi. specialiter inducitur ex coniectura.l. Publius.ff.de condit.& dem. Nec ad rem pertinet, quòd & illa ratione fundari uideatur, quòd filij hæreditas matri luctuosa est, nam illa non est ratio, quæ sit attendenda, cùm ea attenta etiam pupillaris expressa matrem nō excluderet. Vnde succedit regula, quòd quando duæ rationes copulatiuę ponuntur in.l. quarum una sola euidenter minus sufficiens erat, tunc requiritur concursus utriusque.l.qui hęredi plures.ff.de cond. inst. Præterea illud uerbum luctuosa, non tam ratio legis, quàm epithetum hæreditatis filii impuberis esse uidetur. Sed an id, quòd iure.ff. planum uidetur, iure saltem.C. immutatum uideatur? quod uidetur. ut.l.precibus.C. de impuberum. sed omnino nego. Primò quia patet ex illa.l. tota, nil se noui inducere uoluisse.

10 *Intell.l. precibus. C.de impuberum.*

Secundò, 10 quia cum illa.l. fuerit anterior quàm d.l.fin.C.de inst.& subst. & in.d.l.fin. id in casu tantùm speciali denuo inducatur, constat, quòd ante inductū non fuerat. Tertiò, quia.l.precibus facta fuit per Deo cletianum, qui etiam fecit.l.post aditam eod. titulo ubi similiter dixit post aditam hæreditatem directas substitutiones expirare, nec excepit de tacita pupillari sub uulgari contenta, quæ post aditam non expiret: quid ergo mirum, si id similiter non excepit in.l.precibus? Vtrobique autem id excipere desiisse potuit ex multis rationibus inter quas illam interea annotato, quòd nō frequenter contingat in pupillari ætate, quem mori. Vel ideo in.l.precibus id omisit, quòd ibi præsentit Imperator se consultum, non cum uulgaris, sed cùm compendiosa facta erat: ideo circa illam plenius disseruit. Item & tertiò licèt fatendum sit, uulgarem impuberi factam tamen potuit iam pubes decedere. Quartò, illa uerba in primum casum, possunt intelligi cùm pupillus cum hæredibus inuicem substitutus fuit. & tunc &c. ut.l.2.C.de impuberum. & istud multum placet. nam fingo casum illius legis, quòd pupillus cum extraneis institutus fuit, & ita substituit, uos inuicem &c. Et contra communem uide plura fundamenta per Curtium in l.precibus num. 26. Videq; Viglium tenentem contra communem in pr.inst.de pupill. subst. num. 16. pro cuius intellectu ad.d.l.precibus adde & 18. optimum textum.in.l.si duobus de testamento militis.ff. uidetur expressum in.l.in testamento.ibi iuris quidem ratio. C. de testamento militis. ubi licèt uerbum, substituo, secundum nos, sui natura utrunq; casum s. tam aditæ, quàm non aditæ comprehendat, tamen ex interpretatione restringitur ad casum tantùm non aditæ hæreditatis: & licèt in testamentis paganorum rursus etiam ad casum aditæ porrigatur fauore pupillorum, tamen secus est in testamento militis, in quo ad casum aditæ nunquam porrigitur, ut ibi, & dicta.l.si duobus &.l. miles unum.

11 *Miles illā conditionē si hæres non erit quo sensu posuisse uideatur.*

Secunda differentia 11 inter militem & paganum, quia cum paganus adiecit illam conditionem, si hęres non erit id adiecisse uidetur, quòd prudenter uideatur cogitasse quod proprietas uerbi substituo uocabat substitutum etiam si post aditam ab intestato hæreditatem is substituto prior moreretur; id, quod exclusum uoluit ne ueluti ex fideicomm. grauaretur institutus: ideoque adiecit illam conditionem si hæres non erit. Verùm miles simplex si conditionem illam adiecit, non id fecisse uidetur tam quòd fideicommissariam restitutionem exclusam uoluerit (id enim nimis subtile erat) quàm quòd eo tantùm casu substitutum admissum uoluerit, quo filius impubes repudiasset, sin autem adiisset, eum subst. omnimodo exclusum uoluit. Itaque conditio, si hæres non erit a milite adiecta ad exclusionem tantùm substituti adiecta uidetur. at si a pagano adiciatur, tunc non tam ad substituti exclusionem quam ad prouisionem instituti apposita uidetur; quo fit ut pro non adiecta habeatur, quotiens id testamento militis inuenitur esse.

12 *Verb. substituo cōtinet utrūque casum.*

Idq; ut euidentius appareat considera, quòd 12 uerbū substituo, est commune, quod inspecta sui proprietate comprehendit non solùm eas substitutiones, quæ ante aditam hæreditatem locum habent, (qualis est uulga. & reciproca) sed etiam eas substitutiones, quæ post aditam hæreditatem locum habent, (qualis est pupillaris & fideicommissaria, & compēdiosa, & directa militaris & exemplaris.) ita probat tex. in.l. Iam hoc iure. ibi hoc communi uerbo.ff.de uulga. docent Bar.& alii in.l. centurio col.pen.ff.de uulga. Alciatus in Rubr. num.4. ff.de uulga. ratio, quia si dixi, primum instituo, secundum substituo. tunc inspecta proprietate uerborū post exclusionem primi secundus omnino admittendus erat .i. siue primus ante acquisitionem relicti excluderetur, siue etiam post acquisitionem relicti morte, uel quauis alia ratione excluderetur: statim substitutus admittendus erat. ut dictum est. & argumento tex. not. in.l. sicut in annos.§.1.ff.si usufr. per. ratio, quia uerb. substituere est generale comprehendens omnem omnino modū exclusionis: ideo dicimus 13 arbores substitutas, quæ in locum earum, quæ quoquo modo defecerunt substituuntur.l. arbores.l. uel inutilium.ff. de usufr. pecora 14 substituta, quæ in locum eorum, quæ quo quo modo defecerunt substituuntur.l.si grege.ff.de leg.1. iudicem 15 substitutum, qui in locum eius, qui quo quo modo defecit substituitur.l.cum apud Sempronium.ff. iudi. solui. actionem 16 substitutam, quæ in locum actionis quoquo modo deficientis substituitur.l.j.cum sequentibus.ff.si quis testamento lib. esse ius su. & sic in aliis similibus casibus, ut per Corras. in rubr. C. de impub. Sic ergo & in proposito hæredem substitutum dicimus inspecta proprietate uerborum, qui in locum instituti quo quo modo deficientis substituitur & sic siue deficiat post acquisitionē relicti, siue ante acquisitionē.

13 *Substitutæ arbores.*

14 *Substituta pecora.*

15 *Substitutus iudex.*

16 *Substituta actio.*

17 *Substitutio directa cessat post aditionem ex legis interpretatione facta contra uerborum generalitatem.*

Hæc 17 aūt proprietas huius uerbi (substituo) per legis interpretationem restricta fuit, ut regulariter cōprehendere intelligeretur casum repudiationis, uel alterius exclusionis tantùm, non etiam casum acquisitionis, ut sic, qui relictum semel acquisisset huic morienti substitutus non succederet. ratio, 18 quia substituere primo nominatis, non eorum odio uidemur, cùm ipsi ut pute primo nominati censeantur magis dilecti.l. Publius.ff.de condit.& demonst. sed ideo uidemur substituisse, ut si fortè primo nominati adire noluerint, uel non potuerint, tunc supersit substitutus, cuius aditione testamentum firmetur. argumento.l.un. in pr.C. de cad. toll. & in pr. inst.de uulga. iunct a.l.3.§.fin.ff.de lib. & posthum. at si post acquisitionem à primo nominato factam substitutus ex fideicommissaria admitteretur: id onus 19 graue esset ipsi primo nominato l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.de uulga. sicq; quod testator induxit in fauorem & conseruationem sui testamenti conuerteretur in odium primo nominati præter intentionem testamentis, uel potius contra eius intentionem qui primo nominato nocere minimè uoluit. Miles ergo qui facit substitutionem uulga. eam fecisse uidetur in conseruationem sui testamenti, sicq; in casum exclusionis, ideoq; adiecit illa uerba, si primus hęres, uel si filius hæres non erit. quòd si is hæres factus in pupillari ætate decederet, is miles nil disposuit, nec quo ad sui testamenti conseruationem erat id cauere necessarium, sicq; id remanet incautum & indecisum. & licèt 20 quodammodo tacita pupillaris uideatur utilis pupillo.l.si pupillus.ff.de acquir. hær. tamen cùm quando fit uulga. ea interpretatio aduersetur uerbis testatoris &

18 *Substituere nō uidemur odio primi nominati, sed ad euitandam caducitatem.*

19 *Fideicommissaria ē odiosa.*

20 *Militis in testamento sub uulgari expressa non continetur tacita pupillaris.*

per

per hoc eius uoluntas tergiuersari, eludi, fraudari, & periclitari possit, non curamus de utilitate impuberis, quæ militis uoluntati possit aduersari & repugnare: sicque interpretatio legis de qua in .d.l.iam hoc iure. cum similibus, quæ fit in testamento paganorum, cùm magis fauore pupillorum quam ipsorum testantium fiat: cessat in testamento militis eius fauore, ut sic utilitas ipsius, quæ in obseruanda ad unguem eius uoluntate, & dispositione consistit, præferatur utilitati impuberis, quæ consistit in inducenda ex legis interpretatione taci

21 *Intell. l. precibus. C. de impuberum.*

ta pupillari. is 21 est uerus intell. d.l. precibus. uersic. nam non est incerti iuris. Vbi ideo ut nos interpretamur mater admittitur ad pupilli morientis successionẽ legitimam, quia sub illa uulgari substitutione, quæ aditione pupilli expirauit. d.l. post aditam, non fuit comprehensa tacita pupillaris in illo militis testamento, sicq; excluso substituto non solùm mater, sed quilibet etiã alius agnatus pupilli admitteretur abintestato ad eius successionem, dato quòd mater in medio non foret: & ultimo loco etiam fiscus. ut. §. penult. C. de caduc. toll. quem etiam substituto præferendum intelligo, quia is substitutus ut diximus, non tam per matris interuentum excluditur, quam quia euanuit uulgaris per pupilli aditionem hæreditatis. nec in eo testamento militis tacita pupillaris sub expressa uulgari interfuisse quasi subditicia uidetur, licèt in testamentis paganorum uideretur inesse: quod bene nota, quia reliqui, qui hanc nostram sententiam uel præsenserunt, uel tuentur, non sic declarant.

Postremò, hæc nostra sententia contra communem tuetur & hoc argumento, quòd tacita pupillaris sit, pendet ab expressa uulgari, sicq; matrem excludat non secus quam ipsa uulgaris. l. 3. §. fin. ff. de libe. & posthu. ut suprà plenius in rep. dixi. Sed ad hoc sic responde.

22 *Accessorium sequitur princ. quo ad sui resolutionẽ nõ quo ad effectũ.*

Quando 22 sunt duo, quorum unum habet dependentiam ab alio, quod iuris est in uno, & in reliquo, ut sopra dixi. fateor, scilicet, quò ad essentiam & ualiditatem, non tamen quò ad effectum. uolo dicere, quòd si unum ualet, & aliud è contra, ergo si non ualet testamentum paternum, nec ualebit substitutio pupillaris, quæ habuit dependentiam. & hoc est quod tex. significat in. d.l. nam & si sub conditione. §. fin. de iniust. test. & si ualet paternum, ualebit & substitutio: ergo illa substitutio admittitur contra matrem, istud nego, quia, quod iuris est in uno, non est in alio, quò ad effectum, & sic argumentum non concludit. ista enim possunt simul stare, quòd ualeat paternum & ualeat substitutio, tamen quòd substitutio, non habebat effectum contra matrem, licèt habeat contra alios, & isto casu restringitur potestas illius substitutionis tacitæ fauore matris, & sic non obstat. Sed contra prædictam solutionem uariis modis insisto, & primò sic, Nam uidetur, quòd nihil prodest substituto isto casu, quòd comprehendatur pupillaris tacita ex qua mater contra ipsam admittitur, ergo comprehensio est inutilis contra. l. 2. cum concord. C. communia delegat. ad hoc respondeo, quòd immo non est inutilis, nam multi effectus resultant. Primus

23 *Mors & repudiatio mutãt substitutũ.*

& notabilis quòd si 23 mater renunciat successioni filii, substitutus admittitur ex tacita pupillari, quia non est differentia, an mater præmoriatur, an uiuat, & renunciet hæreditati filii. l. 2. §. sed & si sint sui. ff. ad tertulian. & uide quod ibi ponit Bart. Sed 24 si non compre

24 *Pupillaris tacita nõ careret effectu licet contra matrẽ non admittetur.*

henderetur, nullo modo admitteretur substitutus. ita notabiliter tenet Bart. in. l. Centurio. ff. de uulga. & pupilla. 2. col. & ibi Angel. & Bal. in. l. precibus. t. opin. & ibidem Paul. 3. col. licèt aliqui contra. Sunt & alij effectus, quos ponit Paul. in. d.l. precibus. quos non refero quia nihil adderem & sic dicta opin. non obstat. Secundo contra dictam solutionem oppono, certum est, quòd pupillaris tacita pendet à testamento, paterno quemadmodum pupillaris expressa; si ergo pupillaris expressa admittitur contra matrem, quare non idem in tacita per regulam supra dictam? quia quod iuris est in uno &c. ad hoc contrarium supra responsum est, scilicet, quòd illud est uerum quò ad essentiam & ualiditatem non tamen quo ad effectum, & sic non obstat. Item & secundo modo respondeo, diuersitatis ratio tollit contrariũ. nam si tacita pupillaris admitteretur contra matrem priuaretur mater indebitè luctuosa hæreditate filii sui, quod non est ferendum. istam rationem reperio positam per Paul. de Castr. in. l. nostra post princ. de quo nullus facit mentionem. sed ista ratio saluo saniori iudicio mihi nullo modo potest placere, nec concludit. nam illa ratione attenta, etiam expressa pupillaris non admitteretur contra matrem, quia etiam tunc priuaretur luctuosa hæreditate filii sui, ut patet. & quia

25 *Hæreditas descendentiũ respectu ascendentiũ dicitur luctuosa.*

25 semper hereditas descendentium dicitur luctuosa quò ad ascendentes ut hic & in. l. fin. C. commun. de successi. & insti. ad Tertulia. in fi. cum similibus. quare fortè alia est melior ratio. Pro cuius euidentia præmittendum est, quòd lex dispensatiuè permittit patri contra regulas iuris, quòd possit facere testamentum pro filio suo pupillo illi substituendo pupillariter, cùm substitutio pupillaris sit testamentum pupilli. l. patris & filii. ff. de uulga. & pupilla. & instit. eod. §. igitur. Item permittitur quòd possit substituere filio suo pupillo quemcunque extraneum, & excludere matrem a luctuosa hereditate filii sui pupilli sine causa, quæ hæreditas dicitur sibi debita iure naturæ, c. si pater ad h. detesta. lib. 6. cum concord. quod quidem ipse filius facere non posset. d.c. si pater. & l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffic. testamen. & hæc omnia permittuntur ne filius moriatur intestatus. Vnde 26 cùm tales dispensationes

26 *Dispensationes odiosæ.*

sint contra ius, & sic odiosæ, per consequens sunt restringendæ. c. 1. in fin. de fil. presbyt. lib. 6. glo. in. c. ordinan. de offic. ordinan. eod. lib. sequitur ergo licèt quando pater facit expressam substitutionem illa admittatur contra matrem, non tamen idem erit in tacita, quia in his dispensationibus contra ius, & sic odiosis, non sufficiunt coniecturæ & interpretationes iuribus præallegatis. Item 27 quia dispensatio facta circa unum ca-

27 *Dispensatio nõ porrigitur de casu ad casum.*

sum, uel defectum, non porrigitur ad alium. secundum Bar. per tex. ibi in. l. cum propter. ff. de legat. præst. facit. l. omnium in fi. C. de testam. cum similibus. item pro hoc facit, quod dicimus in simili, quòd 28 per interpretationes & tacitos & sub auditos intellectus non debet induci legum correctio. ut est glo. singularis. in. c.

28 *Legũ correctio non inducitur ex subauditis intellectibus.*

cupientes. §. quod si per uiginti. in uerbo petere. de electi. lib. 6. ex qua potest inferri ad multa. sic ergo in proposito non est æquum, quòd per illam tacitam & sub auditam substitutionem introductam ex dispositione. l. nõ ex uoluntate defuncti, ut infra dicetur, excludatur mater contra omnes regulas iuris.

29 *Intell. l. fi. C. de inst. & substit.*

Non 29 obstat. l. fin. C. de instit. & substit. inducta in fortioribus terminis ut suprà induxi, quia illa inductio fundatur tenenendo intellectum Bart. de quo suprà dixi. unde cum ille intellectus reprobetur communiter, ergo inductio nulla, & sic nullo modo obstat. Nam quis dubitaret, quòd si tacita admittitur contra matrem, quòd idem esset in expressa? certè nullus. Ideo si uis tenere communem sententiam potest responderi breuiter ad ea, quæ ego adduxi pro me, & primo ad. l. iam hoc iure. cum similibus. quòd illa regula est uera, tamen fallit in iure, rationibus de quibus suprà dixi. Et ita respondent omnes glo. de quibus supra.

Ad secundum, tertium, & quartum fundamentum responde ut hic per Alex. notabiliter ult. col. ultra quem ad. l. quamuis de impuber. & aliis. ego 30 aliter respon

30 *Intell. l. quãuis. C. de impub.*

deo hoc modo. nam fateor, quòd ibi in uulgari expressa, non continebatur pupillaris tacita, propter imparitatem personarum; ergo si non esset imparitas, contineretur tacita pupillaris, hoc etiam fateor; tamen quòd ista tacita pupillaris contenta excluderet matrem pupilli, hoc nego. nec dicitur ibi in tex. quòd eam excluderet.

unde dico, ꝙ contineretur, non tamen eam excluderet. & istam puto uerissimam solutionem, & illud forte sentit Ias. in. l. precibus. 5. col. in fi.

Non obstat, quòd uerba cum effectu. &c. sed si contineatur pupillaris, & quia mater est in medio, non tamen admitteretur contra eam, hoc esset sine effectu, ergo &c. & ad hoc respondebo inferius, quòd immo hoc est magni effectus, ut statim dicam.

Non obstat regula. l. cum quid. ff. si cert. petatur. quia habemus leges, quę faciunt differentiam inter expressum & tacitum, hoc casu, ut in. l. nostra. & l. precibus. & in. c. si pater cum similibus, & posito, quòd hoc non esset, non obstat, quia non est hic eadem ratio taciti, & expressi, ut patet per ea, quæ dixi suprà.

Non obstat, quòd substitutio etiam tacita impedit illum, qui fuit admissus in parte, & sic cohæredem: ergo à fortiori matrem, quæ non fuit admissa, immo potius priuata per dationem substituti. istud soluo ex diuersitate rationis, nam potest testator excludere cohæredem à iure accrescendi expressè, & etiam tacitè quia tractatur de bonis testatoris. l. quoties. §. si duo. cū similibus. ff. de hæred. instit. secus in casu matris, quæ uenit ad bona non testatoris, sed pupilli filii sui, & licèt testator possit eam priuare expressè per substitutionem pupillarem. c. si pater in fin. cum concord. de testa. lib. 6. & suprà dixi. tamen cum sit casus odiosus, non debet extendi ad casum tacitum, nisi apareat de uoluntate defuncti; quæ ratio cessat in iure accrescendi. ut patet, & sic non obstat.

31 *Intell. l. si quis ita hæres instituatur si legitimus. ff. de hær. inst.*

Non 31 obstat, quòd causa testati præfertur causæ intestati, & sic debet substitutus præferri. quia dico, quòd illud est uerum, nisi de uoluntate testatoris constat, uel præsumatur contrarium. per tex. singularem in. d. l. si quis ita hæres instituatur si legitimus. sed sic est in casu nostro, ergo &c. lex enim præsumit, quòd testator noluit matrem excludi per casum ab eo non prouisum. nam si testator uoluisset contrarium, bene potuisset hoc facere, ut suprà latè dictum est. & quia non est eadem ratio in isto tacito, quia in expresso & in casu isto sufficit ista pręsumptio legis, quæ 32 est liquidissima probatio iuxta glo. & ibi plenè dixi in. l. si tutor. C. de periculo. tuto. & per hoc respondetur ad. 9. fundamentum. ad 10. & 11. respondeo ex uerbis Bal. in. d. l. precibus. 2. col. uers. 3. oppo. & uers. 4. oppon.

32 *Præsumptio legis est liquida probatio.*

Ad alia respondeo, quòd cum loquimur in dispensationibus, & sic in odiosis, non ualet argumentum de uno ad aliud: nec sufficiunt coniecturę & interpretationes. ut in. c. i. de filiis presbyt. lib. 6. & suprà dixi. & quia dispensatio facta circa unum defectum, non extenditur circa aliud, ut per Bart. in. l. cum propter. ff. de lega. præstan. Et eadem est responsio ad similia, quæ allegaui rēmissiuè in ultimo fundamento. & per prędicta si uis teneas communem opinionem, scilicet, quòd tacita pupillaris comprehensa in expressa uulgari, non admittitur contra matrem, & si dicatur, si tacita pupillaris in uulgari comprehensa, non admittitur contra matrem, quid prodest, quòd tunc contineatur in uulgari, cum non habeat effectum? & uerba cum effectu sunt accipienda, & l. ex non debet uerbis imponi, ut suprà dixi. Respondeo, quòd licèt non admittatur contra matrem, nihilominus habet plures effectus, quos notabiliter ponit Paul. de Castr. in. d. l. precibus. 5. col. & ibidem Ias. 4. & 5. col. ubi uideas. communis tamen op. re uera non est ex mente iuris, sed contraria est longè uerior per fundamenta, iura, & rationes suprà relatas, & per alia plura, de quibus in. §. præced. ubi eundem articulum attigimus. Vnde, quæ hic desunt petenda sunt; pręsertim quò ad intellectum. d. l. precibus.

33 *Pupillaris tacita, an excludat matrē testatoris aui pupilli ardua. q.*

Retenta tamen communi opinione, ut 33 tacita pupillaris contenta in expressa uulgari, non excludat matrem pupilli. eam ampliabis. Primo, ut procedat etiam in matre testatoris auiæ paternæ ipsius pupilli. ita tenent Bar. col. pe. ad fin. in. d. l. moribus cuius opin. tanquam communem sequuntur Zasius de pupil. subst. nume. 26. & Alciatus nume. 57. in. d. l. moribus ubi Ias. nume. 33. sequitur eam, & dicit esse communem opin. quā & Soci. ibi num. 24. sequitur & communem esse firmat, & alii omnes ferè statim referendi. sed retenta nostra opin. contrarium esset respondendum.

Secundò amplia, 34 ut idem sit in auia materna, quia in utraque pariter militat ratio luctuosę hæreditatis, quę expressa est in. d. l. si. C. de inst. & subst. ista est communis opin. quam tenent Bar. in. d. l. moribus nume. 35. Alex. nu. 31. Ias. qui hanc dicit communem. d. nume. 33. Soci. qui hanc similiter dicit communem num. 24. Zasius qui eand. opin. dicit ubi suprà communem num. 26. Alciatus in. d. l. moribus num. 57. qui eand. communem firmat Ripa qui eand. ibi dicit communem num. 48. post Imolam ibi & eund. Imolam in materia pupill. substi. in d. c. Rainucius de testam. Sali. hic Angelus in. l. precibus. C. de impub. ubi etiam Guilielmus de Cun. & alii communiter. licèt contrarium uelint Fulgo. in. d. l. precibus & Cumanus in. l. iam hoc iure. ff. de uulg. sed retenta nostra principali opinione hæc pars contra communem tenenda esset.

34 *Pupillaris tacita, an excludat auiam maternam pupilli. ar dua. q.*

Tertiò amplia, ut procedat etiam in patre ipsius pupilli, nam si 35. nepoti ex filio emancipato substitui uulgariter, ea tacita pupillaris sub illa uulgari contenta patrem pupilli non excludet. ista est communis opin. quā tenent in. d. l. moribus Bar. num. 34. Alex. num. 30. Socinus num. 23. qui eam dicit communem opin. Iaso. & Ripa num. 47. qui hanc dicit communem opin. Sali. & Paulus hic Guili. de Cun. in. l. precibus suprà all. Guili. Bened. in. c. Rainucius suprà alleg. in materia pupill. substi. num. 88. Imola in. d. l. precibus & rursus in d. c. Rainucius in materia pupill. substi. Salicetus in. l. si testamento C. de impub. & hanc dicit mitiorem opin. Alciatus in. d. l. moribus nume. 56. licèt in puncto iuris contrarium teneant ipse Alciatus ibi, & Cumanus in. d. l. iam hoc iure. & Fulgosus in. d. l. precibus. quorum opi. contra communem, retenta nostra principali opinione sequenda est.

35 *Pupillaris tacita, an excludat patrē pupilli, ar dua. q.*

Quartò amplia, 36 ut idem sit in fratre pupilli, si à patre communi esset aliqua ex parte institutus, & esset utriusque coniunctus, uel saltem ex patre, qui Germanus appellatur secundum Bar. nume. 36. in. d. l. moribus quam opin. sequuntur omnes proximè relati, quorum non pauci hanc partem dicunt communiter teneri: licèt Cumanus & Fulg. ubi suprà contrarium teneant, & Imola tam in. d. l. moribus. quàm in. d. c. Rainucius. sed cum nos tenuerimus matrem etiam per tacitam pupillarem in uulgari contentam excludi, fortius tenemus in omnibus his quattuor ampliationibus excludi personas commemoratas: nisi uel cohæredes forent pupillo, ut hic, uel essemus in testamento militari. ut in. d. l. precibus.

36 *Pupillaris tacita, an excludat fratrē pupilli, ardua q.*

De exemplari substitutione §. xvij.

SVMMARIVM.

1 *Exemplaris quid sit?*
2 *Exemplaris quare dicatur.*
3 *Exemplatum quid dicatur?*
4 *Instrumentum exemplatum ut ualeat.*
5 *Exemplaris quo iure inducta?*
6 *Exemplaris & pupillaris regulariter æquantur.*
7 *Ascendens, qui exemplarem facit, an teneatur omnes furiosi liberos legitimos instituere, uel exhæredare?*
8 *Exemplaris quare inuenta?*
9 *Pietas est inter liberos & parentes.*
10 *Exēplaris an fieri possit à patre filio naturali tātùm.*

Exem

11 Exemplaris non fit, nisi liberis, quibus debetur legitima.
12 Legitima, non debetur filio naturali,
13 Intell. l. humanitatis. C. de impub. uerbo. legitima.
14 Filius qui dicatur.
15 Liberorum appellatione naturalis an contineatur?
16 Exemplaris non fit, nisi liberis, qui possunt ad querelam inoff. testamenti uenire.
17 Querelam non habet filius naturalis tantùm.
18 Exemplaris, non fit filio spurio.
19 Exemplaris non fit spurio à matre illustri.
20 Legitima non debetur spurio à matre illustri.
21 Exemplarem spurio mater non illustris facere potest.
22 Exemplaris quare fiat à matre, quæ pupillarem facere non potest.
23 Ratio noua.
24 Exemplaris an fiat à matre, quæ transiuit ad secunda uota. ardua q.
25 Pupillaris fit etiam mala mente exhæredatis.
26 Exhæredatio, mala mente fieri præsumitur.
27 Tutores etiam exhæredatis liberis dari possumus;
28 Nuptiarum repetitarum pœna tenet masculos & fœminas.
29 Humanitatis intuitu exemplarem admissam fuisse, ut accipiendum?
30 Intell. l. humanitatis. uerbo, primo C. de impub.
31 Exemplaris facta à matre per secundas nuptias ipsius non infirmatur. contra communem.
32 Exemplarem facere potest pater secundò nubens.
33 Exemplaris an fieri possit recasuro in alterius potestatem? not. q.
34 Exemplarem, & pupillarem auus nepoti in patris potestatem recasuro facere potest.
35 Pupillaris ab auo facta nepoti, non infirmatur licèt nepos in patris potestatem reciderit. contra communem.
36 Exemplaris facta ab auo nepoti, non infirmatur licèt nepos in patris potestatem reciderit contra communem.
37 Tempus non quo fit, sed in quod confertur dispositio inspicitur.
38 Intell. l. cum filius. l. miles ita. §. exhæredato. ff de mil. testamen.
39 Exemplaris non potest fieri simul à patre, & matre; sed ab alterutro tantùm. egregia. q.
40 Ordo litteræ inspiciendus.
41 Intell. l. humanitatis. C. de impub. uer. qui, qualis.
42 Intell. l. humanitatis. C. de impuber. uer. parenti qui, uel quæ.
43 Habilitatus ad testandum intelligitur, dum modo rite testetur.
44 Copula, non semper inducit concursum.
45 Exemplari in substitut. facienda, qui præferantur not. q.
46 Exemplaris regulatur secundum naturam pupillaris.
47 Exemplare testam. unum plures parentes simul facere possunt.
48 Exemplaris, quæ resipientia euanuit, an conualescat si resipiens recidat in furorem. ardua. q.
49 Exemplare testamentum, quo tempore factum uideatur.
50 Pupillare testamentum, quo tempore factum intelligatur.
51 Furoris intermissio nulla est perfecta.
52 Furiosus semel, nunquam à furore præsumitur perfectè liberatus.
53 Testamentum semel ualidum, & postea infirmatum reualidatur, cessante ratione suæ inualidationis.
54 Legis ratione, cessante, non perit lex, sed interea dormit.
55 Exemplaris substitutio, an admittat exhæredationem, uel præteritionem quorundam ex liberis mente capti. ardua. q.
56 Intell. l. humanitatis. C. de impuberum.
57 Exemplaris & pupillaris differentia.
58 Impubes an filios legitimos possit habere?
59 Exemplaris tacita continetur sub uulg. expressa. ardua. q.
60 Exemplaris puberi facta, si is furere cœperit, uidetur sub uulgari simpliciter ei facta. ardua. q.
61 Similia pro cautis habentur.
62 Exemplaris fieri, non potest parentibus à liberis not. q.
63 Transmissio iure sanguinis, non contingit ascendentibus, sed tantùm descendentibus.
64 Amor plus descendit quàm ascendit.
65 Pactum futuræ successionis etiam inter liberos est prohibitum.
66 Filii plerunque superuiuunt parentibus.
67 Actio, & passio non concurrunt.
68 Exemplaris fieri potest pupillo, furioso, in potestate testantis constituto. ardua. q.
69 Intell. §. qua ratione. inst. de pupill.
70 Exemplaris, & pupillaris consilia simillima.
71 Cura furiosorum cessat in pupillis.
72 Tutor datur personæ, & rebus.
73 Curator furiosorum datur personæ, & rebus.
74 Curator tanquam prodigo dari potest adulto curatorem habenti.
75 Exemplaris potest hodie fieri furioso de iure communi. not. q.
76 Furiosus, mente captus est, sed non omnis demens furiosus est.
77 Mente capti appell. furiosus continetur.
78 Verba specificè intelligenda.
79 Legum extensiones ut facienda?
80 Leges fiunt maturo consilio.
81 Militum priuilegijs doctor non gaudet in testando.
82 Exemplaris, an per superuenientiam liberorum euanescat? ardua q.
83 Intell. l. ex facto. ff. de uulgari.
84 Exhæredatio extranei inepta:
85 Testamentum non impugnat, qui ab intestato nequit succedere.
86 Intell. l. hæredibus. §. fi. ff ad treb.
87 Verborum proprietas uiolatur, ne pereat dispositio.
88 Inducta ad augmentum interdum operantur diminutionem.
89 Priuilegium cessat quando ipsi priuilegiato cœpit nocere.
90 Pupillarem, uel exemplarem, an turpis persona facere possit? not. q.
91 Exemplarem an uilis persona facere possit? not. q.
92 Pupillaris substitutus potest esse uilis persona.
93 Intell. l. Papin. §. sed neque impuberis. ff. de inoffic. testamen.
94 Captio indigna iurisconsulti.
95 Querela, quo colore admissa.
96 Pupillaris fit etiam exhæredato,
97 Pater bonum consilium capere uidetur pro filio, cum & si exhæredauerit.
98 Pater iniuriam filio factam remittere potest, nisi sit uilis persona.
99 Libertas maior est in disponendo nostra bona inter uiuos, quàm in ultima uoluntate.
100 Taxatiua, non excludit casus similes.
101 Exhæredatio fieri potest ex alijs causis similibus ijs, quæ enumerantur in. §. causas in authen. ut cum de app. cog.
102 Exemplarem facere non potest pater, nec pupillarem, si ei est interdicta bonorum administratio.
108 Pupillarem, aut exemplarem, an possit facere notoriè

toriè prodigus?
104 *Prodigus notorie ante interdictam bonorum. administrationem, an possit contrahere?*
105 *Exemplarem an facere possit mater uilis?*
106 *Similis similem quærit, & am.t.*
107 *Exemplaris pupillo, furioso, emancipato, fieri potest.*
108 *Exemplaris frenetico an fieri possit?*
109 *Exemplaris non fit, nisi perpetuo morbo laborantibus contra nouissimos*
110 *Exemplaris an fatuo fieri possit? not.q.*
111 *Curator homini frugi si detur quia de frugalitate non fuit oppositum, an teneat?*
112 *Probatio nulla concludit indubitanter:*
113 *Furor superueniens post ingratitudinem, an eneruet exhæredationem? ardua.q.*

1 *Exemplaris quid sit.*



EXEMPLARIS est, 1 testamentũ eius, qui per ualitudinem testari nõ potest à parente factum. ut.d.l.ex facto.de uulga. ibi, an rumpatur testamentum. & ibi, diceremus desinere ualere testamentum, & ibi, quia iam posset sibi testamentum facere. & ibi, auferret enim testamenti factionem. & .l. 1. &.l. 11.tit.5.part.5.& circa definitionem exemplaris substitutionis uide Polit. in tract. subst. exemplaris in pr. qui se ut expedit atq; oportet uno uerbo contentum facit. Vide etiam Zasium in tract. subst. exemplaris. in prin. qui, simili modo procedit. Antonius autem Fumeus in tract. subst. exemplaris. generalius diffinit, ut substitutio exemplaris sit illa, quæ fit ad exemplum pupillaris substitutionis, cuius personæ non ualenti de iure testari. quæ diffinitio uera non est, sunt enim quam plures personæ, quæ testari non possunt, de quibus per glos. in.§.legari inst. de leg. quibus tamen indubitanter exemplaris fieri non potest; ut patet ex requisitis, quæ ad creationem exemplaris substitutionis ponuntur in.l.humanitatis.C.de impub. de quibus nos inferius agemus. Aliam definitionem tradiderunt Imola in.l. ex facto.ff. de uulga. in pr.& Corrasi.in.l.humanitatis in pr.num.2. C.de impuberum. ut exemplaris substitutio sit directa substitutio, qua prouidetur ei, qui per mentis defectũ testari non potest. Sed hæc definitio aduersatur communi opinioni existimantium exemplarem substitutionem fieri posse ei, qui utroque morbo laborat. nempe muti, & surdi, nec qui litteras edoctus est, qui tamen non propter mentis defectum sed propter illa uitia desinit posse testari, ut in.l.discretis.C.qui testam. fecere poss. Couarub. autem in.c.Rainucius.§.6.extra de testamen. ita definit, Exemplaris substitutio est testamentum quòd à parentibus fit pro liberis minimè testari ualentibus, furoris, uel similis morbi causa. quæ definitio satis defendi potest, licèt etiam, ut suo loco dissetimus, exemplaris fieri potest impuberi furioso, uel mente capto, qui tamen testari prohibetur, non solùm ex illo capite, quod furiosus sit, uel mente captus, sed etiam ex illo, quòd impubes sit. Sed defendendo hanc & nostram definitionem. resp. quòd quando exemplaris fit impuberi, mente capto, uel furioso, tunc impotentia testandi, quæ descendit ex ætate infirma, & puerili, non est in consideratione; sed illa tantùm impotentia, quæ ex morbo furoris, uel dementiæ descendit. aliam definitionẽ uide per Salicet.in.d.l.humanitatis. aliam per Ripam in.d.l. ex facto nume.54.

2 *Exemplaris quare dicatur.*

Dicitur autem 2 exemplaris, quia ad exemplum pupillaris facta.d.l.ex facto. ibi, ita præcipuè imitatus sit d.l.humanitatis. ibi, ad exemplum pupillaris.d.§.qua ratione in pr. ibi, ad exemplum, & in uersic. sin autem ibi, ad exemplum.l.11. titulo 5.par.6. uersi. & tal substitution.l.j.uersi. contra manera.eod.titu. & partita. ita Bar. in.l.ex facto num.4.ff.de uulg. idem Bar.in.d.l.humanitatis in prin. ubi firmat, quòd in iure in hac materia leges loquentes habemus tres dumtaxat, nempe d.l.ex facto.d.l.humanitatis.d.§.qua ratione. idem firmat Bal.in tract.subst. exempl.in pr. ubi subdit, quòd quia illas tantùm tres leges in hac materia loquentes habemus. ideo hæc materia difficilis est. & quòd hæc substitutio exemplaris appellatur ratione prædicta. idem Politus in tracta. subst. exempl.in pr. idem Zasius in eod. tracta. in pr. & Fumeus in eod. tract. in pr.& Ripa in.l.ex facto num. 53. Curti. Iunior in. d.l. humanitatis. in pr. Couarub. in.c.Rainucius.§.6.in pr.extra de testa. contra hoc opponit Bar. ubi suprà, quòd hæc substitutio non exemplaris, sed exemplata dici deberet, quia exemplar dicitur, id, quod primæuum est, & unde aliud exemplum extrahitur & deducitur. sicq; 3 hæc substitutio à pupillari extracta, non exemplaris, sed exemplata dici deberet. argumento.l.2.ff.de fide instr.l.j.§. si quis in duobus.ff.de bon.poss. secundum tab. Sed Bar. & plerique eorum, quos suprà retulimus communiter respondent & bene primò, quòd hæc est magistralis loquutio, de qua leuiter curandum est, secundò, quòd contraria loquuntur quando una scriptura est ab alia exemplata & detracta, estq; una & eadem cum illa scriptura originali primæua matriciq; unde abstracta est: nos autem loquimur in hac substitutione, quæ à pupillari abstracta non est materialiter, sed tantùm occasionaliter. s. quia pupillaris substitutio occasionem præbuit, ut hæc substitutio (quam exemplarem uocitamus) inueniretur, non tamen per hoc est accessoria ad pupillarem, quinimmo est æquè principalis per se ipsam subsistens. Exemplatum

3 *Exemplatum quid dicatur.*

4 autem instrumentum, cum sit quòdammodo accessorium ad principale, neque facit ullam fidem, nisi ab originali seu exemplari fuerit abstractum rite, adeò ut si à tabellione deducatur absque rogatu partium & iudicis authoritate, tunc quantumcunque fideliter exemplatum fuerit non facit fidem. ut est communis opini. per tex. ibi in auth. si quis in aliquo. C.de edendo sequitur naturam originalis ut ibi per omnes.

4 *Instrumentum exemplatum ut ualeat.*

Quo iure 5 fuit inducta exemplaris & communis receptaq; sententia est, quòd lege scripta fuerit inducta, licèt pupillaris ex iure non scripto descendat: sicq; in causa producibili & efficiente differunt, ita Bar. in.d. l.ex facto.ff.de uulg. col.3. sequitur Ripa ibidem nu.56. Corneus in.d.l.humanitatis col. penult. in prima differentia inter exemplarem & pupillarem. Bal.in tract. substit.exempl.in pr. Polit.in tract. subst.exempl. in pr. Zasi.in tract. subst.exempl.in pr. quod tenetur communiter secundum Polit. ubi suprà per text. in.d.l.humanitatis & in.§.qua ratione inst. de pupill. substit. Sed licèt differant in causa producibili, conueniunt tamen in causa finali in genere, quia tam pupillaris quam exemplaris conueniunt in causa finali, cum utraque inuenta fuerit ad prouisionem eius, qui per se testari non poterat. ut in.d.l.ex facto &.d.l.humanitatis &.d.§. qua ratione ita doct. communiter aiunt, ut per Bar. Bal. Corne. Polit. Zasi. Ripam & alios ubi suprà. sicq; 6 secundum Ripã & alios bonum est regulariter arg. de pupillari ad exemplarem, differunt tamen etiam in causa finali in specie, quia pupillaris inuenta fuit ad prouidendum ei, qui per ætatem testari non poterat, exemplaris uerò ad prouidendum ei, qui furoris, uel similis morbi causa testari non poterat. secundum Bar. Bal. & alios, suprà relatos per iura suprà allegata.

5 *Exemplaris quo iure inducta.*

6 *Exemplaris & pupillaris regulariter æquantur.*

Deniq; 7 quando auus nepoti facit exemplarem substitutionem, tenetur omnes furiosi filios instituere, uel exhæredare, non secus quàm si ipse furiosus te..are tur, ad idem teneretur: aliter enim periturum esset testamentum, quod de legitimis intelligendum est. ita Bar. in.d.l.ex facto num.31. post glos.l. humanitatis. C. de impuberum. est communis op. secundum Ripam nu. 86. in.d.l.ex facto Angelus in.§.qua ratione inst. de pupill.

7 *Auus qui exemplarem facit, an teneatur omnes furiosi liberos legitimos instituere, uel exhæredare.*

pill. Decius in.d.l.humanitatis.l.11.titulo.5.par.6. contrarium tamen tenent quam plures relati per Corneum in.d.l.humanitatis.qui hanc partem receptam adfirmat Nos autem priorem partem, ut receptionem ita & benigniorem existimamus. ut docemur fortè infra latius.

8 *Exemplaris quare inuenta?*

Quare 8 fuerit exemplaris substitutio inuenta, quęritur? Et præmitte, quòd dum Iustinianus in. d.l. humanitatis ait, humanitatis intuitu parentibus indulgemus. humanitas illa potest multipliciter intelligi. Primò, de humanitate, qua parentum contemplatione, intuitu, & fauore Iustinianus usus est. nam licèt iure.ff.hæreditas filiofam. delata per patrem inuito filio adiri non posset. l.is qui hæres.§.fin.ff.de acquirend. hæred. not. in.l.3. C.de hær. inst.tamen Iustinianus primus induxit, indulsitq; parentibus, ut eam filio adire nolente ipsi possent adire.ut in.l.fi.in princ.& .§.1.C.de bon. quæ lib. aliud etiam parentibus indulsit in.l. si infanti. C. de iure delibe.aliud in.l.omnimodo. in pr.C. de inof. testamento aliud in.l.3.eod. aliud in authen.ut cum de appell. cog. §.aliud quoque, &.§.sola enim est. nam cum olim præteritio liberorum erga parentes suos non uitiat ipso iure testamentum, hodie tamen post Iustinianum ipso iure uitiat. ut ibi. aliud indulsit in.l.fin. C. de institut. & subst. sic ergo & in.d.l.humanitatis. Secundo potest, intelligi de humanitate, seu pietate, qua 9 parentes erga liberos feruntur. ut in.l.isti quidem.ff.quod met.cau.de qua latissimè per Tiraquellum post alios in.l.si unquam in pr.C.de reu. don.per Soci.in.l.cum auus.ff. de cond. & demonstr. propter quam pietatem præsumptum est, tales parentes suæ soboli consultutos, prospecturosque utilissimè. argumento.ff.de curat. furio.l.furioso. Tertiò, potest è cõtra intelligi de pietate, qua ferũtur utunturq; liberi erga parentes, qui obitu parentum contristantur. ut in.l.un.C.de his qui ante aper.tab. & qui parentum personam semper sanctam piamque esse existimant, & ut talem uenerantur uenerariq; debent. ut in l.liberto.ff.de obsequiis. Sed horũ sensuum primus est qui magis placet.

9 *Pietas est inter liberos & parentes.*

Ex quibus apparebit, cuius fauore, intuitu, & contẽplatione fuerit exemplaris substitutio inuenta. intelligo enim humanitatis pietatisq; intuitu, qua parentes in filios semper utuntur, ut Terentius his uersi. testatur.

In Heauton.

Aut ego profectò ingenio egregiè ad miseriam
Natus sum: aut illud falsum est, quod uulgò audio
Dici, DIEM adimere ægritudinem hominibus.
Nam mihi quidem quotidie augescit magis
De filio ægritudo: & quanto diutius
Abest, magis cupio tanto, & magis desidero.

his quoque concinit, quod ait Seneca in Hippolyto,

-O' nimium potens
Quanto parentes sanguinis uinculo tenes
Natura, quam te colimus, inuiti quoque
Occidere uolui, noxium amissum fleo.

10 *Exemplaris an fieri possit à patre filio naturali tantùm.*

Licèt tamen ex superioribus uideatur inuentum fuisse exemplarem fauore intuituq; parentum, tamen fauor ipsorum filiorum potissimus est. nam secundum Philosophum propter unumquodque tale, & illud magis. & Iustinianus profitetur se parentibus indulgere, dum liberorum utilitatibus consulit, quorum fauorem principaliter respicit exemplaris. docent Bar. & omnes in.l. ex facto de uulg.ff. col. 3. ut dixi in illa quæstione quo iure fuisset exemplaris inuenta.

Primum 10 requisitum exemplaris subst. est, quòd is cui fit, sit de liberis. secundum Bar. & cõmuniter doct. in.d.l.ex facto. & quod ibi dicit Bar. num. 6. cum seq. ꝙ filio naturali potest facere exemplarem, uidetur confirmari. argumento.l.si.C.de confir. tuto. ubi naturali filio potest. pater tutorem dare, qui tamen confirmandus est, non secus quàm si à matre datus fuisset. adsti in ge, nam ualet arg. de datione tutoris ad dationem. hæreditatis.l.1.§.cum igitur.C.de seruo necess. hær. inst. sed contra Bar. uidetur communis. ut per Ias. ibid. nu. 20. primò per.l. humanitatis. in uerb. legitima. Sed naturali non debetur legitima, ergo &c. Sed resp. ex mente Curt. in.d.l.licèt. ad aliud propositum, quòd quibus debetur legitima eis consulit Imperator, ut relinquatur: ne rescindatur testamentum, non autem includit omnibus relinquendam. Secundò adduco, bonum est arg. de exemplari ad pupillarem; sed pupillaris, non fit naturali tantùm.l. Lucius de uulg. ergo &c. Sol. illud ex defectu potestatis, quæ ratio cessat hic. Tertiò Iustinianus inuentor exemplaris, fuit amator castitatis.l.fin. C. de natu.lib. ergo non debuit dare ausam libidini. resp. quòd eam dat in.d.l.fin.de confir.tut. Breuiter concludo, ꝙ quia humanitas de qua in.l.humanitatis. par est tam in matre quam in patre, & quia pater dans tutorẽ naturalibus tantùm, non plus habet priuilegii quam si daret mater d.l.fi.de confir. tuto. ideo non plus nec minus iuris habet pater quam mater in exemplari filiis naturalibus substituendo. & sic teneo cum Bar. contra mentem communis, quòd æquiparantur. Sed uidendũ, an uterque possit, quia datio pupillaris exemplarisque substituti eò potissimum pertinet, ut salus pupilli, uel furiosi in tuto sit &c.§.fin aũt. inst.de pupill.l.mulier.de libe.& posthum.ff.l.consilio de curat.fur. ff. licèt ergo coarctetur calor & libido parentum, quò ad hoc, ne degeneres filii (ut.l.fil. donat.lib.) dicentur, non tamen inhibetur eorum custodia. arg. authen. ex complexu. cum ibi not. de incest. nupt.C. ergo &c. Secundò, argumento.l.humanitatis.C.de impub. ibi, testatori, uel testatrici. iuncto.§.fi.de tertul.&.§.nouissimè.de offi.inst. Tertiò per generalitatem.d.l.humanitatis. iuncta.l.ex facto §.si quis rogatus.ff.ad treb. sed contra facit.l. generaliter.§.cum autem.C.de inst.& subst. Sed & si agnoscamus rem subdubiam esse, adhuc hæc pars sequenda est, quia fauores conuenit ampliari; est autem hæc substitutio fauorabilis, ut docent communiter docto. in .l.humanitatis.C.de impube. communiter doctor.in.§. qua ratione.inst.de pupill. substit. docto.in.l. ex facto ff.de uulg. sed certè hi duo articuli, an pater filio naturali exemplarem facere possit? & an tã pater quàm mater facere possint? altius sunt agendi propter doctores uariantium contentiones, & partem negatiuam.s.quòd pater non possit exemplariter substituere filio naturali tãtùm tenent Ias.in.d.l.ex facto num.20.ff. de uulga. post. Salicet. Ang. Imol. Cuma. & Areti. ibidem. ubi etiam Alexand.nu.28. Imola in.c. Rainucius in materia exempl. subst. extra de testam. Areti.in.d.l.humanitatis Ripa nu. 57.in.d.l.ex facto. qui hanc dicit esse communem op. & est communis opin. secundum Corrasi.in.l.humanitatis.C.de impu.nu.7. qui tamen contrarium tenet, quod & sequitur Curti. iunior ibid.num.13. ubi Decius num. 7.& Corn.num.9.& iterum num.18. post Bal. & Salic. ibid. Sed & partem negatiuam, quam communem diximus, sequitur Ias.in.d.l.humanitatis col.2.& Zasi.in tracta.subst.exempl.nume.4. ubi hanc partem negatiuam dicit communiter esse receptam. Fumeus tamen in eo. tracta. num.65. tenet contrariam partem, scilicet affirmatiuam, contra communem. Sed communem sequitur Polit.num.13.in tract. subst. exemplaris licèt contra communem teneat Bal.in eod.tract.num.3. ergo opi, partemq; affirmatiuam ut naturali tantùm fieri possit exemplaris tenent Bar.Bal.Salic.Curt. Iunior Corneus Corras.Decius & Antonius Fumeus. Contrariã 11 partem nempe negatiuam, ut ei fieri non possit, tenent Ange. Imol. Cum. Areti. Alex. Ias. Polit. Zasius sicq; utriusque partis fautores sunt pares numero, ut harum opinionum

11 *Exemplaris non fit. nisi liberis, quibus debetur legitima.*

nionum hodie neutra altera sit communior. Nos autē hanc partem negatiuam ueriorem putamos, non tam per fundamenta hanc partem defendentium, quam no ua ratione. In primis, pro hac parte negatiua adducitur

12 *Legitima, non debetur filio naturali.*

d.l.humanitatis.in uerb legitima.ubi 12 innuit exemplarem fieri posse, iis duntaxat personis, quibus legitima debatur. Sed filio naturali tantùm non debetur legitima, ergo exemplaris ei fieri non potest. quod ei non debeatur legitima probatur in.l.uxorem.§. naturalis.ff. de leg.3.& in.l.2.C.de natur.lib.notatur per gl.in.l.1.in pr.ff.de bonor.poss.contra tab. quam glo.sing. appellat Ias.in.d.l.ex facto nu.20.post Alex.ibid.num.28.sed te-

13 *Intell.l. humanitatis.C. de impub.uer bo legitima.*

nentes partem contrariam resp. 13 quòd in.d.l.humanitatis, non desideratur quòd ei cui sit exemplaris relinquatur legitima ad sui creationem, licèt ad eius iam creatæ riteq; in esse productæ resolutionem uitandam utile sit, quòd relinquatur legitima, ne ex post facto exēplaris, quæ rite constituta abinitio fuit, per querelam rescindatur. ita illum text.intelligunt Corrasi.Decius. Curtius Iunior. Corneusque ubi suprà, & Couarub.in c.Rainucius.§.6.extra de testam.& Fumeus ubi suprà. quem intellectum uerissimum semper putaui longe antequam in eorum scripta incidissem.

Secundò, mouentur, quia ut sæpe dixi, bonum est argum.de pupillari ad exemplarem.ergo ut pupillaris naturali tantum fieri non potest, ita nec exemplaris. Sed resp. quòd illud ideo, quia pupillaris desiderat patriam potestatem, quam in filio tantùm naturali nō habemus ut inst.de nupti.§.3.& ibi in princ.ergo exemplaris, quæ fieri potest à parentibus, qui liberos in potestate non habent, ut patet ex.d.l.humanitatis.iuncto.§.qua ratione.inst. de pupillari. poterit fieri etiam naturali tantùm filio, non secus quàm legitimo. Tertiò, mouentur per.l. filium eum diffinimus.ff.qui sunt sui uel alieni iuris.

14 *Filius qui dicatur.*

ubi appellatione 14 filiorum regulariter legitimi & naturales continentur, non autem naturales tantùm. cui argumento nullus unquam fecit satis. Quartò, per l.generaliter.§.cum autem.C.de inst. & subst. ibi sine

15 *Liberorū appellatione naturalis an contineatur.*

iusta sobole. ubi ea 15 conditio, si sine liberis decesserit, non uerificatur in filio naturali tantùm, licèt uerificaretur in filio legitimo, quamuis non esset in potestate eius, qui grauatus fuit. ut docent latè doct.ibi Soci. latè in.l.cum auus.ff.de condit. & demonstr. Vltimo loco allego text. hanc partem in specie probantem, quem nullus unquam allegauit in. l. ex facto.ibi agnatione sui hæredis. ff. de uulga. & ibi, an iure habere cœperit suum hæredem ubi patet, quòd liberi, qui exemplarem substitutionem possunt rumpere, sunt illi tantùm, qui sui sunt ei, cui exemplaris fiebat, & in eius potestate futuri erant. naturalis autem filius nec exemplarem rumperet prætoritus, nec necesse esset quòd substitueretur in exemplari substitutione; nisi dicas, quòd ibi non loquitur de filiatione eius, cui fit substitutio, sed potius de posteritate ipsius, cui sub

16 *Exemplaris non fit, nisi liberis, qui possūt ad querelam inoff. testamenti uenire.*

stitutio fiebat. In summa 16 hęc pars euidenter probatur in.d.l.humanitatis.in uerb.legitima.alio modo inducendo. nam licèt admittamus intellectum Corrasij, Decij, Curtij, Cornei, Couarub.& aliorum dicentium, quòd ibi non præcipitur legitimam relinqui ei, cui fiebat exemplaris, quasi id necessarium sit ad creationem exemplaris, sed solummodo consulitur, ut relinquatur ad exclusionem querelæ, ne si fortè pręterito, uel non iustè exhæredato exemplaris fieret, tunc licèt initio ualeret, tamen ex post facto posset per querelam infirmari. tamen etiam tunc satis significatur, quòd illis duntaxat liberis potest fieri exemplaris, qui possunt ad que-

17 *Querelam non habet filius naturalis tantùm.*

relam inoffi.testamenti inuitari. sed 17 querela inof. testamenti non datur filiis tantùm naturalibus, sed demum legitimis, quia non datur nisi ijs, quibus legitima debetur. ut in.l.cum quæritur.& in auth.nouissima.C. de inoffi.testamento.& in.l.Papinianus.§.quoniam autem quarta.&.§.quarta autem.ff.de inoffi. testamento.ergo naturalibus tantùm non dabitur: quia naturalibus (ut diximus) legitima non debetur. tenendo hanc partem ad contraria facilis est solutio, quia loquuntur in terminis diuersis, & ex diuersis non fit illatio.l.fin.ff.de calumniat.

Exemplaris 18 substitutio fieri non potest filio spu

18 *Exemplaris, non fit filio spurio.*

rio, quia ei non debetur legitima. ita ait Bar. in.l.ex facto.ff.de uulg.col.3.ad fi.sequitur Ripa ibid.nu.58. post Alex.quem ipse refert consi.40.in dubio.4.uol.4.Contra fi.in.l. humanitatis nume.9. ratio quia nati ex damnato coitu, inspecta legis censura, non sunt filii ut in auth. ex complexu. C.de incest. nupt.nos autem loquimur in his terminis cùm ex damnato coitu spurietatis is filius natus est. ad idem tex.in auth.quib.mod.nat.effi.sui.§. fi.col.7.sequitur Angelus in.d.l. humanitatis, & idem in d.l.ex facto.& Imola ibid. & etiā in. c.Rainucius extra de testam.& Alex.in.d.l.ex facto nu.30.idem tenet Bald. in tract.subst.exempl.in prin.col.2. Politus nume.13.in tract. subst.exempl. sequitur hanc receptissimam opin. Zasius in eod.tract.num.4. Superiora intelligunt communiter doct.suprà citati, quando exemplaris fieret à pa

19 *Exemplaris non fit spurio à matre illustri.*

tre, quòd si 19 fieret à matre, tunc ad huc idem, si quidem sit mater illustris in cuius bonis nulla debetur legitima filiis naturalibus.l.si qua illustris.C.ad Orfici. ita communiter concludunt omnes doct. de quibus suprà, quorum opi.uera est per.d l.humanitatis. in uerbo. legitima, & in uerbo. querela. quæ 20 utrobique fa-

20 *Legitima non debetur spurio à matre illustri.*

tis innuit quòd liberorum illis duntaxat fieri potest exēplaris substitutio, quibus debetur legitima, quibusque daretur querela inoff.test.si legitima eis à parentibus relicta non esset, ut latius probaui suprà in illa quæstione an naturali filio posset à patre fieri exemplaris. Nec ad rem pertinet, quòd humanitatis intuitu dicat Iustinianus se præbuisse parentibus facultatem exemplariter substituendi.ut.d.l.humanitatis, quæ humanitas pietas que non desinit reperiri in parentibus, erga liberos etiā naturales tantùm. nam resp. quòd humanitatis intuitu id a Iustiniano concessum est cum illa modificatione, ut procedat in illis duntaxat liberis, quibus debetur legitima, nec se ultra porrexit humanitas Iustiniani id concedentis. nec tam in consideratione esse debet humanitas, quam parentes habent erga liberos etiam naturales tantùm, quam humanitas, quam habuit Iustinianus erga parentes respectu liberorum legitimorum, nō autem naturalium tantùm.

Hoc ultimum 21 limita, ut non procedat in ma-

21 *Exemplarem spurio mater non illustris facere potest.*

tre non illustri, in cuius bonis debetur legitima filiis etiam spuriis quales sunt uulgò quæsiti, & consequenter eis potest exemplariter substituere. argum.d.l.humanitatis.in uerbo legitima, & in uerb.querela.ita concludunt communiter doct. suprà relati.quòd autem legitima spuriis filiis à matre debeatur, probatur in.§.nouissimo.inst.ad Orfici.& in.l.1.§.1.ff ad tertull. sed considera, an uulgò quæsitus licèt possit ab intestato succedere in bonis matris simul cum aliis liberis, possit similiter contra eius testamentum succedere? quo ad secundum, & tertiū requisitum, dic ut per Bar.& doct.ubi suprà sed quo. Ad.d.3.requisitū nos idē, sed dic ultra quatuor rationes Bar.id fore, quia 22 cū mater substituit

22 *Exemplaris quare fiat à matre, quæ pupillarē facere non potest.*

exemplariter iam grandæua plerunque est. sicque magis de ea fidendum quàm si iuuenis esset. uel melius ęqua pietas esse uidetur in matribus erga filios, ut in patribus.l.furioso.ff. de Cur. furio. ideo.l. lata quæ solùm fundatur.e. erit autem lex.3. dist. &.C.de legib.l. humanum. debuit æquam potestatem substituendi tam matribus quàm patribus concedere, sicque iustiā. est. d.l.humanitatis. uerùm pupillaris fuit moribus tantùm inducta, quę non consilio, sed casu & paolatim inducuntur & præscribuntur eaque præscriptio non se ultra extendit. est ergo 23 notissima iuris regula, tantum

23 *Ratio noua.*

esse præscriptum, quātum possessum.ut latè diximus in pupillari substitutione in illa.q.quo iure pupillaris sub-

stitutio

stitutio inducta esset. unde cum non ex scripto, uel constituto, sed iure tantùm præscripto, & consuetudinario descenderet ius facultasque pupillariter substituendi, non est cur dicamus, quare in patre tantùm, uel auo, uel proauo paterno, non etiam in matre & reliquis ascendentibus per lineam maternam id ius uersaretur: cùm, non tam ratione, ut dixi, quàm consuetudine, non lege consultissimè lata, sed paulatim moribus & oeluti sorte quadam id ius inductum esset. ut dicta. l. moribus in prin. ff. de uulg. & latiss. dixi in materia pupillaris subst. ea autem sors cecidit super ascendentes per lineam paternam, non autem super ascendentes per lineã maternam. at facultas exemplariter substituendi cùm lege scripta consultissimè lata fuerit. ut. d. l. humanitatis. comprehendit non solùm patrem, sed etiam matrem & ascendentes per utranque lineam, quia in utrisque erga liberos par pietas reperitur, quæ ratio satis efficax est, licèt eam non uiderint Bar. in. d. l. ex facto col. 3. Bal. in tract. subst. exempl. in prin. Zasi. in eod. tract. in princ. Politus in eod. tract. nume. 4. Decius in. d. l. humanitatis nume. 4. ubi etiam Bar. & Curti. num. 2. & Corrasi. nu. 3. qui omnes nullam satis præstantem differentię rationẽ inuenientes, coguntur fateri, quòd non omnium, quæ a maioribus constituta sunt, ratio redi potest. l. non omnium. ff. de legib. ego dixerim superiorem nostram rationem à nullo unquam animaduersam, satis esse præstantem.

Alia multa circa hãc partem differunt doctores in. d. l. ex facto. ff. de uulg. & præsertim Bar. ibi. sed dum quęrit, quid 24 in matre, quę transiuit ad secunda uota? dic, quòd regula. l. humanitatis est pro matre. sed prætor ius suum matri seruare debebit, quando instituit fratres, uel filios mente capti, idem fortè, si alios non turpes: quòd si suspectam personam institueret tunc iudex ex benignitate & iusta interpretatione deberet recedere ab illa exemplari, eamque irritam pronuntiare, itaque pro matre ex regula iudicandum, nisi eius improbitas detegatur: ergo dum Bar. ait matrem, quæ post factam exemplarem ad secunda uota transiuit nil egisse uideri, eandem habet distinctionem, ut in re dubia pro matre iudicetur. sed substitutio, quæ iurè facta fuit infirmetur si matris improbitas detegatur. uide. l. 6. §. & si quidem parens. C. de curat. furi. est tamen uerum, quòd partem negatiuam. s. quòd mater transiens ad secunda uota non possit filius suis exemplariter substituere, tenent communiter doct. quales sunt Bar. nume. ex. in. d. l. ex facto. ubi Ang. Cuma. & Areti. & Alex. num. 32. & Areti. in. l. humanitatis. C. de impub. ubi Corras. num. 6. hanc sententiam communiter obtinuisse firmat, & Iaso. in. d. l. ex facto nume. 25. sequitur hanc Bar. opin. negatiuam, ubi etiam Ripa num. 65. ait hanc esse communem opin. licèt teneat contrarium, & communem sequitur Politus in tract. subst. exempl. nume. 7. & Zasius in eod. tract. in princ. & Bal. in eod. tract. nume. 6. Sed primam opin. affirmatiuam, quæ minus communis est, tenent Bald. & Sali. in. d. l. humanitatis. & Corn. ibid. col. 2. & Ripa in. l. ex facto. ff. de uulg. num. 65. & Imola ibid. idem Imola in. c. Rainutius in materia exemplaris subst. de testam. & hæc opin. uerissima est quæ in primis probatur. in. d. l. humanitatis. nec ullus unquam probauit exceptionem. unde regulæ standum est, ut docent Decius & alij in. l. prima. ff. de reg. iu. Secundò, probatur quia 25 pupillaris fieri potest exhæredato. §. non solùm inst. de pupill. l. cum quidam. C. de leg. l. ab exhęredati. ff. de leg. i. etiam si mala mentè fuerint exhęredati quod semper 26 præsomitur. ut per doct. in. l. multa non notæ causa. ff. de lib. & post. & dixi latè suprà in pupillari substitutione: ergo similiter exemplaris à matrè fieri poterit, licèt secundo nubat, quia licèt per secundum matrimonium malam mentem in filios primi matrimonii concepisse uideretur (quod omnino nego) nihilominus posset eis exemplariter substituere. Tertiò, quia 27 etiam exhæredatis potest pater tutorem dare, ut in l. 6. §. & si quidem parens. C. de Curat. furi. licèt in exhæredatos malè affecti uideamur, ut dixi, & eos iniuria affecisse dicamur. ut in. d. l. cum quidam. ergo longè facilius transeuntes ad secunda uota poterunt exemplariter substituere, quos per hoc malè affectos in liberos primi matrimonii nullibi unquam satis probatur. Quartò, quia 28 hæc pœna, ut mater priuetur facultate exemplariter substituendi, non reperitur a iure imposita: ergo odia restringenda sunt. c. odia extra de reg. iur. in. 6. Quintò, quia secundum communes opin. ut statim dicemus, pœna secundò nubentium est communis tam patri quàm matri. ut docent Bal. & alii in. d. l. humanitatis. & patet per totum titulum. C. de secun. nupt. sed pater secundò nubens secundum communem opin. de qua statim, non priuatur facultate exemplariter substituendi: ergo nec mater priuabitur. Sextò, quia mater secundò nubens non priuatur successione filii ab intestato, nisi in quodam casu speciali, de quo in. §. sed quem admodum. inst. de senatus consulto tertull. & uide omnino Bar. in. d. l. ex facto num. 13. ubi Alex. num. 32. Ias. num. 25. Aretin. num. 13. Ripa nume. 35. & ibi Claudius col. 4. ex cuius relatione apparet alterutram harum partium alteri in numero autorum non cedere, & Ripa ubi suprà num. 65. post Imolam ibi.

24 Exemplaris an fiat à matre, quæ transiuit ad secũda uota. ardua q.

25 Pupillaris fit etiã male mente exhæredatis.

26 Exhæredatio, mala mente fieri præsumitur.

27 Tutores etiam exhæredatis liberis dari possumus.

28 Nuptiarũ repetitarum pœna tenet masculos & fœminas.

Tenendo opi. Imolæ contra Bar. & communem resp. ad fundamenta Bar. & primò 29 non obst. l. lex quæ tutores in uers. lex. C. de adm. tut per quam Bar. ubi suprà ait, quòd mater transiens ad secunda uota deponit humanitatem, in qua humanitate hæc materia fundatur. ut. d. l. humanitatis. C. eod. nam resp. quòd immo lex non se fundat in humanitate parentis exempl. subst. facientis, sed in humanitate, quam erga miseros patres filios perpetuo morbo laborantes, habentes: & erga ipsos filios tali morbo laborantes Imperator habet. primum patet, in. d. l. humanitatis in princ. ubi ait, humanitatis intuitum parentibus indulgemus. ergo humanitatis intuitu, quam nos habemus erga parentes. secundum probatur in. l. imperialis C. de nupti. in princ. ubi imperator humanum se semper fore ait, erga miseros, licet ergo cesset humanitas matris erga filios, humanitas tamen Imperatoris erga matrem, non cessabit erga ipsos filios, quod sufficiet. arg. tex. in. §. affinitatis inst. de nupti. Quintò, non obst. auth. Sacramentum. C. quando mulier tut. offi. nam mulier secundò nubens, tutela priuatur, quia aliàs periret patrimonium filii. iuxta. d. l. lex quæ tutor. uerb. lex iuncta sua glos. quę ratio cessat in quæst. nostra. non obst. & tertiò. l. 1. C. ubi pupill. educari debe. nam ibi ut ait tex. cum gl. prohibetur educatio filii apud matrem secundò nubentem, ne eius uita periclitetur, sed per substitutionem de qua loquimur, non periclitabitur uita filii immo magis in tuto erit.

29 Humanitatis intuitu exemplarem admissam fuisse, ut accipiendum?

30 Intell. l. humanitatis. uerbo, primo C. de impub.

Et opin. Imolæ potest ultra hic adducta fundari, primò, quia disp. huius. l. cum simi. fundatur pluribus rationibus, & ut procedat sufficit, quòd una ex eis superfit. argu. d. §. affinitatis. sed potissima ratio in qua fundatur, secundum quod superius latè deduximus, est, quia istis, quibus fit hæc subst. saltem aptitudine perpetuo morbo laborant, hæcque ratio adest, siue mater secundò nupserit, siue non, ergo &c. quinta ratio in qua fundatur hoc. l. in humanitate secundum Bar. & Ias. ubi suprà similiter adest, ut suprà probaui. ergo &c. tertia ratio, de qua per Bar. ibid. similiter ut patet, adest, ergo &c. præterea &. 4. per hanc substi. uita filii est magis in tuto, sed hæc substitutio inuenta fuit inter alias rationes per istam, ut filii uita magis in tuto esset, ut notaui suprà circa subst. tam pupillarem, quam exemplarem, ergo &c. quòd eius uita sit magis in tuto, patet, quia si substituuntur fratres, mater non uocabitur ad successionem filii, quæ aliàs uocaretur, ergo per hanc subst. mater minus insidiabitur uitę filii, quàm si facta non esset substitutio & per hoc cessant omnia funda-

menta Bar.contrarium oulentis.teneo ergo contra communem, quòd siue mater pr.fecit secundas nuptias, deinde hanc substitutionem, siue (& fortius) è contra pr fecit substitutionem,deinde secundò nupsit, substitutio rata est. adde, quòd & isto casu adest illa quinta ratio de qua in fin.pr. iuncto.§. qua ratione.inst.de pupill. substitutione.

31 *Exemplaris facta à matre per secundas nuptias ipsius non infirmatur contra communem.*

Quid 31 autem si mater prius fecit substitutioné exemplarem, deinde oerò secundo nupsit. an exemplaris, quæ ab initio rite facta fuit,infirmabitur?& Bar.ubi suprà.s.in.d.l.ex facto nume.12.quem communiter sequuntur doct.suprà citati tenet, quòd infirmabitur argumen.l. cohæredi.§. cum filiæ.ff. de uulga. ubi pupillaris rite facta.i. facta ei, qui tempore, quo fiebat erat sub nostra potestate,infirmatur simul ac ille in potestate nostra esse desierit, siue emancipatione,siue alia quauis ratione, qoasi dispositio perueoerit ad casum à quo incipere non potuit. & hanc op. esse communem præter alios suprà relatos fatetur Ripa in.d.l.ex facto num.68.& Ias. ubi suprà. Sed cum tenuerimus contra communem op. multorum tamen opinionem seqouti, quòd mater, quæ iam secundò nupserat posset exemplarem substitutionem facere, longè facilius,& in hoc articulo similiter contra communem tenere cogimur; ꝙ exemplaris abinitio rite facta, non ideo infirmabitur, quòd mater secundò nupserit, quia secundum nos non esset uerum eam substitutionem peruenisse ad casum, à quo inchoari non potuit,quinimò etiam pupillatis per filii emancipationem sequutam,non extinguitur ut dixi suprà de pupill.2. requi.

32 *Exemplarem facere potest pater secūdò nubens.*

Sed an 32 pater secundò nubens poterit exemplariter substituere,& communis uetaque opinio est, posse. ita tenent Ang. in.d.l.ex facto Bal.& Sal. in.d.l. humanitatis. Alex.in.d.l.ex facto.num.32.ubi Aretin. & Ripa num.62.& Cum.& Ias.nu.25. secundum quem omnes hoc sequuntur & tenent plerique eorum, quos suprà retulimus, qoia inquiunt,licèt pater transeat ad secūdas nuptias,non ideo priuatur administratione bonorum filii.l.fi.C.de bon.quæ lib.l.generaliter.C. de secu.nupt. & longè minus priuabitur facultate exemplariter substituendi,& quia pœnæ sunt restringendæ, nec inter pœoas secundò nubentium hæc reperitur. ergo &c.

33 *Exemplaris an fieri possit recasuro in alterius potestatē l non. q.*

Quo ad.4.requisitum exemplaris dic ut per Bar. obi supra, sed qoo ad. 5.requisitum. teneo contra Bar.quòd ad ualiditatem pupillaris, non est necesse, quòd non sit recasurus in potestatem alterius, est tamen necessum ad impediendam resolutionem: ergo idem in exemplari, ut id ad creationem ipsius necessum non sit, sed tantùm ad resolutionem ipsius impediendam.

Infero quòd si mater filio in potestate patris existente facit exemplarem,ea ab initio non ualebit,si pater iã eidé exemplarem fecerat:ꝙ si nondum fecerat fortè initio ualebit,sed infirmaretur si mater prior patre decederet,uel postea pater exemplarem faceret.l.1t. in fi. tit. 5.par.6.Sed oerius uidetor indistinctè à matre uiuo patre fieri non posse, sicut mater uiuo patre tutorem non dat,licèt det eo mortuo, qui tamen confirmandus est. est tamen uerum quòd Bar.in.d.l.ex facto in.5.requisito num.14.tenet,quòd ut in pupillari substitutione requiritur, quòd is,cui fit non sit post mortem ipsius testatoris substituentis recasurus in potestatem alterius, ita etiam in exemplari substitutione.& hanc Bar.op.sequū tur omnes secundum Ripam ibid.num.69.qui tamen cōtrarium, tenet,& Bar.op.sequitur Alexan. ibid.num.32. ad finem.Bal.in.d.l.humanitatis Iaso.in.d.l.ex facto nu. 27.Bal.in tract.subst.exempl.nu.8.Polit. in eo.tract. tenet in num.14.quòd ualet substitotio, sed infirmabitur simul ac furiosus uel demens,cui fit post mortem testatoris in alterius reciderit potestatem. Zasius uerò in eod. tract.num.6.sentit contra Bar. & communem, sed Fumens in eodem tract. tenet cum Bar. & communi opinione.Is 34 articulis satis dubius est, constat tamé

34 *Exempla-*

duabus partibus,prima est,an ab initio exemplaris fieri possit ab auo nepoti, qui post mortem aui substituentis recasurus esset in potestatem patris? quo casu communis op.ait non posse, nos autem indubitanter tenemus posse, sicq; partem affirmatiuam. per tex. in.l.2.uersic. sed si eos.ff.de uulga.ubi patet pupillarem ab auo fieri posse nepotibus,qui a patre præcedebantur, sicq; post mortem aui substituentis recasuri erant in potestatem patris, licèt eo casu necesse esset, quòd tales nepotes sint instituti,uel exhæredati,ne si præteriti forent,tunc si fortè eorum pater prior auo decederet,nepos pręteritus quasi agnoscere uideretur,& locum filii tenere inciperet,sicque quasi posthumi agnatione rumperet testamentum patris,& consequenter testamentum etiam pupillare, sicq; etiam exemplare. Iuxta.l. posthumorum ff.de iniuſ. rup.§.posthumorum inst.de exhær.lib.quòd si abinitio nepos, cui fit pupillaris,oel exéplaris ab auo a nemine precedebatur quia eius pater iam decesserat tunc non solùm si sit institutus,uel exhæredatus potest ei pupillaris uel exemplaris fieri, sed etiam si sit præteritus;ita cantat littera tex. in.d.l.2.ff.de uulga.uersi.nepotibus. ubi ait nepotibus etiam possumus.& deinceps. si qui recasuri non sunt in patris potestatem. nec tunc tex.desiderauit quòd tales nepotes essent instituti, uel exhæredati sentiens procedere etiam si essent præteriti & rectè. nam præteritio nepotis,qui à nemine præceditur iure.ff.non uitiabat testamentum, ot 10 pr. inst. de exhær.lib. uersic. sed non ita. & in.l. maximum. C. de lib.præt.l.Gallus.§.in omnibus.uersi filius duntaxat ff.de libe.& posthum.cum conc.quas allegaui dum de liberorum institutione ageremus. obi hunc articulum exactissimè absoluimus. Tunc sic, nos habemus regulam quòd parentes possunt exemplariter substituere liberis suis.d.l.humanitatis.d.l ex facto.d. §. qua ratione inst.de pupill. ab ista regula nullus unquã probauit, ꝙ exciperetur ille casus,quãdo nepos,cui exéplaris fiebat esset recasurus in patris potestatem, quinimò tex. ille qué pro exceptione doct. cōmuniter allegant.s.d.§. sed si eos &.d.§.nepotibus. etiam probat. ergo regulæ standum,quæ permissiua est, non prohibitiua. præsertim cũ non solùm ex regula, sed etiam in specie & indiuiduo hæc pars isque casus probetur in.d.l.2.ff.de uulga.uersi. nepotibus etiam.& uersic.sed si eos.facie pronobis.l.2. §.Sed & si extraneum.ff.de uulg.Altera 35 uerò pars scilicet an posito quòd ab initio 36 exemplaris & pupillaris ualeret, tamen ex post facto infirmatentur simul atque is nepos,qui tempore testamenti a patre prę cędebatur inciperet tenere primum locum, & Docto. communiter tenent ut dixi quod infirmaretur. argumento.d.l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.de uulga.mouentur,quia inquiunt,qui alia ratione quàm ea causa pupillaris ætaris impeditur testari huic pupillaris fieri nõ potest: & qui alia ratione, quam ex causa furoris, uel dementiæ,uel similis morbi prohibetur testari,huic exemplaris fieri non potest.l.neque per se.C.de hæred.instit. Sed qui est sub potestate alterius is regulariter testari non potest.l.pe.&.l.fin.C. qui testamen. fac. pos. in pt. insti. quib. non est. perm. fa.test. ergo is nepos,cui pupillaris,uel exemplaris facta est, simul ac in potestatem alterius reciderit, incipit non posse testari,& consequēter testamentum,quod antea sibi per auum factum fuerat, incipit infirmari ex regula illa, quòd peruenit ad casum à quo inchoari non poterat. Sed etiam hoc casu ue reor ne hæc communis op. uera sit, moueor, quia pro nobis est regula.d.l.humanitatis cum simil.&.d.l.2.ff.de uulga.uersi. sed si eos & uersic. nepotibus & uersic. Sed & si extraneum & fallentia communis nullibi satis probata inuenitur. Præterea licèt impubes filiusfamil. ea duplici capite testari per se ipsum prohibeatur, primò, quia impubes,& sic ex defectu ætatis testari non potest l.qua ætate.ff.de testamen.§.præterea inst.qui test.fac. pos.l.13.titulo.1.part.6. Deinde etiam ex eo capite, ꝙ

rem, & pupillarem cum nepoti in patris potestatē recasuro facere potest.

35 Pupillaris ab auo facta nepoti, non infirmatur licèt nepos in patris potestatē reciderit. contra communem.

36 Exemplaris facta ab auo nepoti, non infirmatur licèt nepos in patris potestatē reciderit contra communem.

sub

sub alterius potestate sit. ut in pr. instit. quib. non est perm. fac. test. l. 13. titulo 1. par. 6. l. 5. alias. 3. in legibus Tauri. l. pen. & fin. C. qui testa. fac. poss. tamen his potest fieri pupillaris substitutio, sicq; possunt per alium testamentum facere, licèt per se ipsos non possent. ut in. l. 2. ff. de uulga. in princ. inst. de pupill. cum concord. huiusque rei ratio illa est, quòd id testamentum pupillare, seu pupillaris substitutio, licèt fiat tempore impedito & prohibito, tamen uirtualiter confertur in tempus permissum. i. in id tempus, quo impubes illa extra potestatem testantis esse cæperit; sicque 37 non tam inspicitur tempus, quo fit id testamentum quàm tempus in quod confertur. argumento. l. 1. & l. quod sponsæ. C. de donati. ante nup. simil. in. l. in tempus. ff. de hær. inst. simile in. l. interdum. ff. de uerbor. obligat. l. 1. ff. de condit. & demonstr. ergo quòd sit impubes id impedimento nō est, quia dispensatur per legem, ut qui testari per se nō poterat ex defectu intellectus præsumpta ratione ætatis in per alium, qui integri animi iudiciiq; sit, possit testari. Item quòd sit in alterius potestate, id impedimento similiter non est, quia effectus illius testamenti confertur in tempus, quo sui iuris esse incipiat & quòd tempus, quo fit pupillaris uel exemplaris non sit in consideratione, probatur in. l. 2. §. sed & si extraneum. ff. de uulga. ubi præter alios declarat eleganter Alciatus nu. 2. declarat Bart. in. l. ex facto. ff. de uulga. col. 4. dum allega. d. §. sed & si extraneū. ergo licet nepos, cui ab auo exemplaris, uel pupillaris facta est, reciderit in potestatem patris, non uideo cur pupillaris uel exemplaris ab initio utiliter riteque facta infirmetur; cum habeamus regulam iuris dicentem, factum legitimè retractari non debere, licet casus postea euenerit, à quo incipere non posset. ut in. c. factum legitimè de regul. iur. in. 6. nec argumentum quo utuntur, qui communem sententiam tuentur, uerum est. aiunt enim quòd pupillaris fieri non potest, nisi ei tantùm, qui ex defectu ætatis testari prohibebatur: & similiter quòd exemplaris fieri non poterat, nisi ei tantùm, qui causa morbi testari non poterat secus si alia ex causa. Sed id certè uerum non est. nā in pupillari cum impedimento morbi concurrit etiam impedimentum illud, quod impubes sui iuris non erat, & in exemplari cum impedimento morbi potest etiā concurrere id impedimentum, quod demens sui iuris non esset. ergo postquam uel impubes uel demens quibus ab auo in cuius erant potestate exemplaris, uel pupillaris facta fuerat, reciderint in patris potestatem: tunc iisdem impedimentis quibus antea tenebuntur ad testandum, non pluribus uel paucioribus: sicque eorum testamenta ualebunt, non secus quàm antea. ad. l. cum 38 filius & l. miles ita. §. exhæredato. ff. de mil. testamento. resp. quòd loquuntur, quando filiusfam. in patris potestate existēs testamentum facere uolebat nepoti in præiudicium aui sub cuius potestate uterque erat, qui casus à nostro longè dissimilis est. quæ omnia comprobantur ex dictis suprà in. 2. requisito subst. pupillaris.

37 Tēpus nō quo fit, sed in quod cōfertur dispositio inspicitur.

38 Intell. l. cū filius. l. miles ita. §. exhæredato. ff. de mi lit. testam.

Pater 39 & mater filio dementi exemplarem substitutionem facere nequeunt, ut quibusdam uisum est. Primò, ne impubes duo habeat testamenta contra regulas. Secundò, ne minuatur ius patriæ potestatis. etenim iniquum fieri inciperet priuilegium. l. humanitatis &c. contra. l. nec auus. C. de emancip. lib. & l. ex facto de uulga. ibi, etenim iniquum. Nec me mouet. l. miles ita. §. exhæredato. de milita. testamento. nam illud iure singulari militibus datum, non deberemus trahere ad matrem, nullius. l. auctoritate suffulti. ergo ille tex. nostram probat sententiam per locum ab speciali. adde, quòd matri aliàs cōsultum est, ut dixi suprà. 2. requisito. ergo &c. Ad. l. humanitatis. ibi, qui uel, quæ. resp. quòd loquitur & est sensus uerus quòd in defectum patris faciat mater. confirma, quia in incōpatibilibus, (quale est, quòd quis habeat duo testamenta) ab ordine 40 litteræ arguendum, ut secundus, demum post exclusionem primi admittatur. argumento. l. quoties. ff. de usufruct. l. generaliter. §. quid ergo. ff. de fideicom. liber. l. si non hoe. ff. de hæred. inst. l. ei qui solido eod. ff. Bar. tamen in. d. l. ex facto num. 36. uersic. ultimo quæro, dum quærit uter præferatur substitutus ne a patre, an substitutus a matre? satis innuit quòd pariter possunt tam pater quàm mater exemplariter substituere. ubi Ripa nu. 93. cum pl. seq. Corrasi. in. d. l. humanitatis num. 4. ubi Alex. num. 47. & ibid. Ias. num. 47. Corn. in. d. l. humanitatis nu. 9. & est communis op. secundum eund. ibid. num. 9. quod etiam sequitur Bal. & Ange. ibid. quos ipse allegat Zas. uerò in tract. subst. exempl. in pr. uult quòd si pater & mater exemplarem fecerint præferatur facta a patre. idem uult Politus in eod. tract. num. 8. & Bal. in eod. tracta. num. 22. post Rainer. Guilhel. de Cuneo Cynum Iacob. de Arena. Marti. silim. Dynum aliter distinguit, & tandem omnes in hac sunt opinione, ut plura exēplaria testamenta fieri possint mente capto ex uarietate parentum, quòd non solùm absurdum, sed etiam ridiculū uidetur. nam sequeretur prout opportunè aduertit Corn. quòd nepoti possent quatuor testamenta fieri; duo ab auis patruis, alia duo a maternis, & prout numerus ascendentium multiplicaretur, ita quoque multiplicaretur numerus exemplariter substituentium; quod magis ridiculum est quam longa contentione egeat. ideo nos contra communem op. tenemus partem negatiuam, ut unum tantùm exemplare testamentum fieri possit dementi, non plura. pro nobis est 41 text. apertus qui ad hoc a nemine unquam fuit animaduersus in d. l. humanitatis. ibi, qui quæ'ue, ubi postquam dixerat humanitatis intuitu parentibus indulgemus &c. illam pluralitatem in suas singularitates resoluit adiiciens, parenti, qui quæ'ue testatur, non enim ait, qui quæque testatur, sed qui quæ'ue testatur. significans quòd ab altero tantùm parentum unicum exemplare testamentum fieri debebat, non ab utroque plura testamenta. Secundò, perpendo 42 illum text. qui dum loquitur de indulgentia & concessione Iustiniani imperatoris utitur numero plurali, dicens parentibus indulgemus; postquam uerò descendit ad ipsum actum testandi loquitur in numero singulari. dicens, parenti qui, uel quę testatur, significans quòd licet omnibus parentibus id concessum fuerit, non tamen pariter, sed successiuè uel disiunctiuè. Tertiò, expendo tex. in. d. §. qua ratione inst. de pupill. in uerb. ad exemplum pupillaris substitu. quod uerbum bis ibi repertum est, ubi etiam in creatione quam in resolutione ait exemplarem pupillari similem esse regulariter. ergo ut impubes decedere non potest cum pluribus testamentis pupillaribus, ita quoque non potest decedere demens cum pluribus exemplaribus testamentis. Quartò adduco. l. si quando in pr. C. de inoffi. testamento. ubi 43 is cui ex principis uel legis dispensatione & indulgentia testari permittitur, intelligitur habilitatus quò ad suæ personæ defectum, ita tamen ut omnes iuris solenitates in suo testamento adhibeat. sic & in specie nostra demens habilitatus ad testandum per interpositam parentis personam, intelligitur quò ad personę defectum habilitatus, ita tamen ut secundum omnes iuris communis regulas inuiolabiliter testetur; sicque non habeat plura testamenta contra regulam. l. ius nostrum. ff. de reg. iur. §. sed & posteriore. instit. quib. mod. test. infirmentur. Quintò adduco tex. in. l. Gallus. §. quidam rectè iuncta sua glo. quam ibi sequuntur Bar. Bal. Ang. Sali. Cum. Imola Paul. Areti. Alexan. Soci. Ias. Fortuni. Galiaula. Alciatus & omnes denique moderniores. ubi habetur. quòd 44 copula &, licèt regulariter admittat concursum copulatorum. l. triplici. ff. de uerb. sig. tamen fallit, quando cadit inter personas in quibus est ordo charitatis, tunc enim intelligitur, quòd simul non concurrant, sed ordine successiuo quanto ergo magis in specie nostra (ubi est iuris repugnantia) quod dicitur patri & matri licere exemplare

39 Exemplaris non potest fieri simul a patre, & matre, sed ab alterutro tantùm. egregia. q.

40 Ordo litteræ inspiciendus.

41 Intell. l. humanitatis. C. de impube. uer. qui, quæ'ue.

42 Intell. l. humanitatis. C. de impube. uer. parenti qui, uel quæ.

43 Habilitatus ad testādū intelligitur dū modò rite testetur.

44 Copula nō semper inducit concursum.

testamentum facere, intelligi debet, quòd faciant non omnes pariter, sed successiuè cum pariter non possint absque eo, quòd quam plures iuris regulæ uitientur. alia fundamenta collige ex principio huius quæstionis. tenendo 45 hanc partem, supt rest ut uideamus, si de facto tam pater quam mater uoluerint exemplarem facere, utra præferatur? & quid in aliis ascendentibus? Bar. & omnes ubi supra uariant, ut quot capita tot sententiæ. ego uerò dico, quòd 46 exemplaris regulatur secundum naturam pupillaris ut. d. §. qua ratione. d. l. humanitatis. d. l. ex facto ubi Bar. col. 4. & omne doct. tunc sic, qui in pupillari substitutione facienda reliquis preferuntur, ij præferentur in exemplari substitutione similiter facienda: & sic pater & ascendentes per lineam paternam præferentur matri, & ascendentibus per lineam maternam. Si uerò simus in personis, quæ non possunt pupillariter substituere, tunc, qui prior erit in successione ab intestato is quoque potior erit in substituendo exemplariter. argumen. l. conficiuntur. ff. de iure codicillorum. l. 1. §. prin. ff. de leg. 3. longè tamen Alex. distinguit Bar. & reliqui doctores ubi supra quod intellige quando parentes dissentiabant. nam si 47 in unum conuenirent nihil impedimento est quin cum interuentu plurium parentum unum idemque testamentum exemplare fieri possit. & ita nouè intelligo. d. l. humanitatis iuncta. l. licet. C. de pact.

45 Exemplari in substitut. facienda, qui præferatur not. q.

46 Exemplaris regulatur secundum naturam pupillaris.

47 Exemplare testam. unum plures parentes simul. facere possunt.

Quid 48 si furiosus resipuit & rursus in furorem recidit, an exemplaris pereat? doct. uariant in. d. l. ex facto. Adde Bar. ibi num. 40. 41. & 42. & considera, quòd siue. l. ex facto. ff. de uulga. dicat, per resipientiam ualere desinere exemplarem, siue infirmari, ut ibi. & d. §. qua ratione. siue cessare. ut. d. l. humanitatis. certè inter has locutiones parum interest, sensus enim est. ut extinguatur, extinctum autem reuiuisci non potest. Verùm teneo op. Bar. non per eius rationem, sed per. l. pen. de cur. fur. ff. & ad contrarium resp. fateor, quòd leges nostræ senserunt de extinctione, tamen non cogitauerunt de eo casu, quo ille in furorem recideret, si enim cogitassent, idem deciderent quod nos, cùm idem decidat l. in casu simili. d. l. pe. casus ergo admissus à lege remanet in dispositione iuris simili in materia loquentis. l. nō possunt. l. neque leges. ff. de legibus. adde quod ratio, quę mouit Bar. non eò pertinet, ut substitutio conualescat, sed magis, ut non infirmetur. itaque teneo, quòd licet post mortem testantis recidat in furorem conualescit substitutio, quasi interim non extincta, sed tantùm suspensa esset. ut. d. l. pe. facit in simil. ff. de hær. inst. l. illa institutio. §. si. tu. ergo adde tex. opt. in. l. is qui hæres. de uulga. ff. nam quod dicitur capacitatem tribus temporibus adesse oportere, id cum agitur de hæreditate patris intelligendum est. s. tempore, quo fit paternum & tempore mortis patris, & tempore, quo eius aditur hæreditas. Cùm autem agitur, de successione filii tunc inspiciendum tempus, quo fit testamentum pupillare, & tempus mortis impuberis & tempus, quo eius aditur hæreditas (datur enim aliquando etiam repudianti paternam. l. quæsitum de acq. hær.) ut. d. l. is qui. sed certè cùm hic agatur de capacitate, non hæredis, sed ipsius testatoris, uidetur medio tempore nocere. argumen. eorum, quæ not. per gl. in. l. si alienum. §. in extraneis. ff. de hær. inst. sol. licet id in alia incapacitate admitti posset, fallit tamen in furore. l. furiosum. C. qui testam. fac. pos. & d. l. pe. denique hęc pars probatur in. l. 2. §. sed & si extraneum. ff. de uulga. ubi præter alios declarat Alci. nume. 18. ubi 49 tempus quo fit testamentum pupillare 50 uel exemplare non est in consideratione, sed tempus mortis patris. s. quo tempore requisita pupillaris uel exemplaris substitutionis adesse debent, quasi tunc demum is impubes uel demens testari uideatur, & quasi antea nec uideatur testatus, nec habuisse testamenti factionem cùm antea non sui, sed alieni iuris fuerit, & consequenter nec testamenti factionem antea habuerit. ut. d. §. sed & si extraneum. iuncto tex. in prin. inst. quib. non est perm. fac. test. & §. preterea eod. tit. l. qua ætate ff. de testam. l. pe. & fi. C. qui test. fac. pos. l. 13. tit. 1. part. 6. & ita cum Bar. in. d. l. ex facto num. 40. est communis opin. secundum Ias. ibid. num. 49. ubi Ripa num. 101. ubi etiam Alex. col. pe. & Imola ibid. idem Imola & Antonius de Butrio. in c. Rainu. extra de testam. Cuma. in. d. l. ex facto. Bal. & Ang. in. d. l. humanitatis & hanc Bar. opi. dicit communē Ripa ubi suprà & Couarrub. in. c. Raineutius de testamen. num. 7. §. 6. & Corras. in. d. l. humanitatis num. 18. qui tamen indistinctè tenet contra communem & etiam Decius ibid. num. 10. ubi Curti. Iunior nu. 16. simpliciter transit cum opinione Decii. sed cum Bar. & communi opin. transit Bal. in tract. subst. exempl. num. 26. post Guilel. & Rainer. quos ipse allegat. sed Politus in eod. tract. num. 23. indistinctè tenet contra communem, licèt Bar. opin. communem agnoscat, quam etiā communem dicit Zasi. in tract. subst. exemplaris nu. 10. qui tamen contra communem tenet sub quadam distinctione, quam distinctionem præsensisse uidetur Ang. in §. qua ratione inst. de pupill. & Bal. in. d. l. humanitatis in fi. Stephanus in necyopantia. c. 16. sequitur opin. Bar. & communem quasi equiorem. Sunt ergo quatuor principales opin. Prima, existimantium, quòd indistinctè exēplaris per resipientiam non extinguatur, si quidem furor reuertatur. & hęc communis est. Secunda, existimantium, quòd indistinctè extinguatur, & hanc sequuntur Decius Curti. Iunior. Corras. Politusque ubi supra. Tertia, existimantium, ut si post resipientiam breui tempore redeat furor, tunc non extinguatur exēplaris, quasi tunc idem furor uideatur idemque morbus, secus si redeat furor ex interuallo, ut tunc extinguatur, quasi nouus morbus uideatur. & hanc partem sequuntur Zasi. Stephanus Bal. Ang. Couarubiasq; ubi supra. Quarta opin. existimantium, referre, utrum reciderit furor uiuo testatore, ut tunc durare uideatur exemplaris, an uerò post eius mortem, ut tunc non uideatur durare, sed extincta maneat in qua opinione fuerunt Rainerius & Guilielmus, quā refert Bar. ubi suprà. est &. Quinta. op. distinguentium, utrum idē morbus reuertatur, an uerò nouus morbus, ut primo casu extincta non uideatur exemplaris. secundo autem casu sic, quam distinctionem probant Bal. in. d. l. humanitatis in fin. & ibi Salicetus. & hanc in puncto iuris ueriorem putat Corneus ubi suprà. sed communem opinionem indistinctè uerissimam puto per fundamenta, quę adduximus & per tex. not. in. l. cum aliis. C. de curat. furiosi. ibi, quia 51 non est penè tempus in quo huiusmodi morbus desperatur. ubi patet, quòd licèt sit furor recidiuus, tamen nec etiam tempore intermissionis uidetur furiosus à suo furore satis liberatus. facit. l. patre furioso. C. de his qui sunt sui uel ali. iur. ad idem. d. l. cum aliis ibi ut in quibusdam uideatur penè furor esse remotus. ubi tex. satis significat, quòd qui semel furiosus fuerit, is perfectè à furore nunquam liberatur. ad idem. ff. de edili. edict. l. qui tertiana. ubi tex. ait, quòd qui tertiana, uel quartana febre uexatur, is etiam tempore intermissionis a febre non liberatur. retenta communi opin. ad fundam. doctorum contrarium tenentium ex nostris fundamentis patebunt responsiones. & pro nobis & communi opinione facit gl. in. c. fi. de success. ab int. Abb. in. c. inter canonicos col. 3. de elect. ubi traditur, quòd 52 furiosus nunquam præsumitur perfectè liberatus à uitio furoris, ergo si recidit in furorem credendum est latenter furorem durasse. pro nobis facit, quòd testamentum 53 semel ualidum, quod postea infirmatum fuit cessante causa inualidationis reualidatur. l. pe. §. testamento. ff. de bo. pos. sec. tab. pro nobis facit, quia 54 cessante ratione legis, non intercidit ipsa lex, sed dormit interea ut si postea eadem legis ratio redierit ipso iure suos incipiat effectus, quasi a somno surgens operari. ut in prin. C. de cad. toll. uerb. sopita dixi plenè suprà in pręfat. huius

48 Exemplaris, quæ resipientia euanuit, an conualescat si resipiens recidat in furorem. ardua q.

49 Exemplare testamētum, quo tempore factum uideatur.

50 Pupillare testamentū quo tempore factum intelligatur.

51 Furoris intermissio nunquam est perfecta.

52 Furiosus semel, nunquam à furore præsumitur perfectè liberatus.

53 Testamentum semel ualidum, et postea infirmatum reualidatur cessante ratione sue inualidationis.

54 Legis ra-

tione, cessante, non perit lex sed interea dormit.

ius operis de succ.progr.sic & hic testam.semel rite factum, non intercidit per suæ rationis cessationem, sed dormit interea, ut si ea ratio redierit resumat suas uires Adde, quòd 55 qui ex filio furioso cui extraneum exemplariter substituit, nepotes præterijt legitimos ualet eius testamentum, & etiam exemplare, si unum ex nepotibus instituit alijs præteritis.d.l. humanitatis.& si præteriti uelint exemplare testamẽtum dicere nullum, quia si testamentum esset patris, replicabitur esse testamentum aui, qui potuit eos præterire cùm à filio præcederentur.l.si.quis posthumos.§. filium de lib.& posth. l. si quis filio exhæredato.de ini.rup.ff.denique conclude, licet regulariter facilius quid impediatur quam rescindatur.l. patre furioso.ff.qui sint sui.tamen in specie hac facilius rescinditur quam impediatur.nam si post factam exemplarem nascatur filius legitimus furioso indistinctè ea rescinditur.d.l.ex facto uers.igitur. At si iam natus erat, tunc si saltem alius filius instituatur, non impeditur fieri.d.l. humanitatis.ratio differentiæ ut.l.si unquã C.de reu.dona.iuncto tit.C.de inoffi.don. denique licèt per.l. ex facto.exemplare testamentum reputetur testamen.filii, tamen per.l.humanitatis.magis est, ut paternum reputetur. ut sic nepotes testantis uno saltem instituto impune possint præteriri. ineptum enim esset formam exemplari dare per quam ipsa exemplaris infirmaretur. tamen nouissimè dic 56 sensum.l.humanitatis.esse, quòd ut si ipse filius reuera faceret testamentum, posset, uel omnes, uel quosdam, uel unum tantùm filium instituere, ita & pater, qui pro eo testatur, non tenetur præcisè omnes filios, sed eos tantùm instituere qui indigni non sunt ergo si omnes indigni sint, poterit omnes exhæredare extraneo substituto. Imperator enim dicturus quòd debebat filios furiosi instituere, nõ adiecit unum, uel certos, ut arbitrium impiè temerèq; prætereundi reliquos daret; sed ut ostenderet, necessum non esse, indignos uocare, sed eos remouere licere aui testamentũ exẽplare facienti non secus, quàm ipsi furioso si testaretur, liceret. id quod nullus uidit.ergo 57 in casu hoc expressa constituitur differentia inter exemplare & pupillare; ut testamentum filii intelligatur, quod nota ad.l.Papinianus §.sed neque impuberis ff.de inoffi.idque recidit in intell.communem.stat ergo conclusio, quòd si furiosus, uel demens, cui fit exemplaris habet filios legitimos necesse est, quòd omnes tanquam filii tractentur, ut quemadmodum ab ipso si sanus esset & testaretur, illi, qui eorum instituti non essent, deberent exhæredari, ne præteriti iniustum nullumque facerent testamentum.l. inter cætera.ff. de lib. & posth.l.i.ff.de iniu.rup.in prin.inst.de exhær.lib.l.i.titul.8.part.6.l.10.titul.7.part.6.ita & si exemplare testamentum ab alio ei fiat, oportet eos dementes filios legitimos, qui substituti non fuerint exhæredari, ne præteriti exemplare testamentum iniustum faciant. & hanc opin.tenuit gl.fi.in.d.l.humanitatis.quam sequitur Bar. nu. 31.in.d.l.ex facto sequitur & dicit communem esse opin. Ripa ibid. num. 86.licèt dicat articulum esse ualde dubium.hanc opin.sequitur & dicit communem Decius in.d.l.humanitatis col.fi. Alex.uerò in.d.l. ex facto num.43.disputat, & tandem eligit nil dicens in puncto iuris utramque partem esse sustentabilem, nec se alterutram audere firmare.sed op. Glo.& Bar. quam Decius, & Ripa ubi supra dixerũt cõmunẽ tenent Bal Ang. Sali.Alex.& Ias.col.2.in.d.l.humanitatis ubi Corne.nume.15.& Bald.in tract.subst.exempl.num.18.

55 Exemplaris substitutio an admittit exhæredationem, uel præteritionem quorũdam ex liberis mẽte capti.ardua. q.

56 Intell.l.humanitatis. C.de impuberum.

57 Exemplaris & pupillaris differẽtia

Contrariam partem, ut liceat impune præterire reliquos mente capti filios, dum modo unus ex eis substituatur, tenent Richardus in.d. l. humanitatis. & ibi Bar.in fine.qui hanc dicit communem opin. quam opin. sequuntur ibid.Franciscus Tigri, Fulg. & Paul.,& Corras.col.fin.& Curti.Iunior col.fin.& Cynus & Aretinus ibid. & hanc opin. sequitur in puncto iuris Ias.in.d. l.ex facto.num.45.& in puncto iuris eam sequitur Imola in.d.l ex facto idem Imola in.c. Rainucius in materia exempl.subst.de testam.& Zasius in tract.substi.exempl.nu.7. & Politus in eod.tract.num.19. licèt fateatur gl. & Bar. opin.esse equiorem. & sic hæc opin.non minus communis est, quam præcedens quicquid dicant Decius & Ripa ubi supra.

Sed nos sequimur primam opin.glo.& Bar. & sequacium, quam non solùm æquiorem, sed etiam in puncto iuris longè ueriorem esse ausim dicere, per tex. in.d.l. humanitatis.secundum ueriorem sensum de quo suprà Secundò per.d.l.humanitatis. C. de impuberum. quę in humanitate oritur:ergo inhuman. quidpiam non debet admittere. Tertiò, per.d.l.ex facto.ff.de uulg.ibi etenim iniquum.ff.de uulg.ubi facultas exemplariter substituendi non debet ad iniquitatem trahi. Quartò, per.l.nec auus.C. de emancip.liberorum.ubi beneficium principis debet ita interpretari, ne cuiquam iniuria inferatur sed certum est, quòd si liceret nulla ex iusta causa quosdam ex liberis præterire id iniurium eis esset, ergo non debet id admitti. Quintò, per.d.l.ex facto.in prin.ubi natiuitate filii furiosi uitiatur exemplaris rite facta, ergo longè magis præteritione filii iam nati. astringitur hoc fund.quia facilius impeditur, quod faciendum est, quam infirmetur quod iam rite factum fuerat. l. patre furioso, ubi multa per Ias.ff.qui sunt sui uel ali. iur. sed exemplaris rite facta uitiaretur simul ac aliquis filius mẽte capti reperiretur præteritus:ergo multò magis ea impediretur si tempore, quo fiebat, filius præteriretur. astringe secundò, quia pręteritio filii iam nati fortior est ad rumpendum testamentum, quàm præteritio posthumi. patet, quia per pręteritionem filii iam nati ab initio uitiatur ipso iure testamentum in prin.insti. de exher.lib.i.ff.de ini.rup.l.inter cętera.ff. de lib. & posth. at per præteritionem posthumi ab initio non desinit ualere, licet posthumo nascente incipiat rumpi.l. posthumo nato.C.de contratab. Sextò, probatur, quia si in pupillari substitutione præteriretur filius legitimus impuberis, tunc ipso iure pupillaris uitiatetur, ergo idem in exemplari per ęquiparationem de qua in.d. l. ex facto & .d.l.humanitatis.&.d.§. qua ratione inst. de pupill. ut 58 autem impubes posset habere filios legitimos, quorum pręteritione pupillaris uitiaretur? dic ut per Bart. & alios in.l.in pupillari.ff.de uulg.ad tradita in.d.l.ex facto.& ibi Bart.nume. 23. Considera, quòd sub 59 expressa uulgari ut contineatur tacita pupillaris & contra ideo est, quòd.l.pręsumit testatorum dixisse, si filius hęres non erit &c.quia non cogitauit hæredem factum in pupillari ætate moriturum idem è contra, quia si dixit si hæres erit, & in pupillari decesserit, id dixit, quia non cogitauit filium impiè repudiaturum: si ergo cogitasset, nec prospexisset, procederet. §. fin autem ad deficientis.C.de cad.toll.tunc sic, si 60 filio puberi uulgarem feci, qui postea furere cœpit, iustius est, eam tunc.per.l.porrigi ad tacitam exemplarem, quàm si iam pubes ille tempore substitutionis factæ fureret cùm isto casu imputandum sit ei, qui potuit prouidere & non fecit: illo autem casu cogitare non potuit, nec debuit, ergo & c.argum.l.si unquam.C.de reu.donat.iuncto tit.C.de inof.testam. Teneo ergo contra Bart. quod expressa uulg.puberi facta facilius trahetur ad exemplarem, si is postea furere cęperit, quàm si iam tunc cum fiebat fureret. sed magis est, ut utroque casu trahatur ad exemplarem per æquiparationem pupillaris & exemplaris. Item quia materia fauorabilis est, & extendenda. nec me mouet, quod duo specialia &c.nam resp.quòd & in pupillari sũt duo specialia, primũ, quod alter alteri testetur, secũdũ quod testamẽtũ uno casu factũ trahatur ad alterum uerum tamen est, quòd distinctionem Bar. ut uulgaris facta puberi mente capto contineat tacitam exemplarẽ secus si ab initio & tempore, quo fiebat, non esset mente captus, sed postea furere cæpisset. hanc distinctionem sequitur Bald.in.d.l.humanitatis. & Imola in. c.

58 Impubes an filios legitimos possit habere?

59 Exemplaris tacita continetur sub uulga. expressa ardua. q.

60 Exemplaris puberi facta si is furere cæperit uidetur sub uulgari simpliciter facta ardua. q.

Rainucius de testamen. in materia exempl. subst. & communiter doct. transeunt cum Bar. secundum Alex. num. 38. in. d. l. ex facto. qui idem sequitur, licèt Ripa ibid. nu. 77. indistinctè teneat, quòd sub uulga. expressa contineatur tacita exemplaris, non secus quam tacita pupillaris contineretur. & ibid. Ias. nu. 38. sequitur hanc Bar. distinct. quam prius fecerat Alberic. in rubr. ff. de uulg. post Oldrad. quem ipse refert, sequitur Corn. nume. 16. in. d. l. humanitatis post Ange. ibidem quem ipse refert & post Guilhel. de Cun. & Rainer. de Forl. quos ipse refert, & etiam Bald. ubi supra sequitur & Salic. in. d. l. humanitatis & sequitur Bal. in tracta. subst. exempl. nu. 13. Politus in eod. tracta. in. fin. indistinctè uidetur tenere quòd sub uulga. contineatur exemplaris, idem Zasi. in eod. tracta. num. 8. Sunt ergo tres op. Prima op. est Guil. & Raineri existimantium, quòd indistinctè sub uulgari expressa non contineatur tacita exemplaris. Secunda op. Bar. quæ communis uidetur, quòd tacita exemplaris contineatur, si quidem tẽpore, quo uulgaris fiebat iam is cui fiebat erat mente captus, secus si tunc erat compos mentis. Tertia op. est Cornei, Ripæ, Politi & Zasij ubi suprà, ut indistinctè sub uulgari tacita exemplaris contineatur, quod satis sentit Bal. in. d. tract. sentiuntq; nonnulli eorum, quos supra retulimus: sicq; hanc opin. non minus receptam dicere ausim, quàm op. Bar. & hanc op. uerissimam puto, quia cum omnes agnoscant q statuta in pupillari substitutione procedunt etiam in exemplari, nisi reperiatur lege expressa differentia introducta, ut in. d. §. qua ratione inst. de pupill. d. l. ex facto. d. l. humanitatis. superest quòd regula est pro nobis. nec exceptio ullibi probata inuenitur. nam quod dicitur excusum aduersamque fortunam spectandam non esse, id satis leue & penè ridiculum est. nam licèt furor sit aduersa fortuna, ut in. l. diuus. ff. de officio præsidis. tamen mors est longè magis aduersa fortuna. argumento. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de uerbor. oblig. l. fin. C. de pact. & ff. de regul. int. l. seruitutem. & tamen quod sub expressa uulg. contineatur tacita pupillaris id sine mortis spectatione fieri nõ poterat, sicq; sub spectatione casus grauioris quàm si de furore uel dementia cogitatio esset. quod autem duo specialia non debeant concurrere, id secundum omnes suprà relatos præsertim secundũ Bar. Alexan. & Ias. post alios ubi supra fallit quando illa duo specialia descendunt ex diuersis fontibus ergo &c. sicque cum exceptio maneat sine fundamento, regulæ standum est, præsertim cum sit fauorabilis. Iuxta glo. app. in. l. ex tribus. C. de inoffic. testamento. & hic agitur de illa regula extendenda. In summa ratio ipsa quæ mouit Bar. & sequaces non solùm leuis est, sed etiã probè probat non eius sed nostram sententiam. nã ait quando tempore, quo fit uulgaris substitutio iam is cui fiebat furebat, tunc sub uulgari expressa continetur tacita exemplaris, quia testator uerisimiliter cogitauit, uel cogitare potuit casum exemplaris substitutionis euenturum, quod uerisimiliter non debuit cogitari cũ tempore, quo uulgaris fiebat compos mentis ille erat. quæ ratio retorqueri potest. nam si 61 quo tempore fiebat uulgaris nondum furebat, nimirum si non prospexit testator exemplarem substitutionem faciendo, quia non cogitauit talem casum euenturum prospecturus exemplari substitutione, si talem casum euenturum putasset: ideoque habetur ex legis suppletione pro cauto, id q testator si de eo cogitaret cauisset. argumento glo. app. in. l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. Cæterum quando iam tempore substitutionis uulga. is furebat, nec testator exemplarem fecit, tunc possemus dicere, si testator noluisset, dixisset. argumento. l. un. §. sin autem ad deficientis. C. de cad. tollen. simile in. l. si unquam. C. de reu. donat. ubi donatio, quę reuocatur per superuenientiam liberorum de quibus testator non cogitauit, reuocatur quæ tamen per existentiam liberorum præsentium non reuocaretur; quia testator de eis cogitauit. simile in l. 3. C. de inoffic. testamento. simile in. l. iam hoc iure. ff. de uulg. ubi sub uulga. ideo pupillaris continetur, quòd testator non cogitauit futurum ut impubes in pupillari ætate moreretur. nam si id contigasset prospiceret, & quia præsumitur non cogitasse, ideo suppletur a lege. simil. in. l. cum auus. ff. de cond. & demon. simile in. l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de libe. & posth.

61 *Similis pro cautis habetur.*

Exemplaris 62 fieri non potest parentibus à liberis hanc op. tenet & dicit communem Alciatus in. d. l. ex facto num. 5. hanc op. sequitur & dicit communem Corrasi. in. d. l. humanitatis num. 12. sequitur & dicit communem opin. Alexand. num. 30 in. d. l. ex facto post Bal. quẽ allegat in. d. l. humanitatis. sequitur Corn. num. 18. in. d. l. humanitatis. & ibi Ias. col. 3. ubi etiam Bal. Paul. Ang. & Alexan. & communem op. sequitur Ias. in. d. l. ex facto num. 21. ubi hanc op. dicit communiter & indifferenter esse ab omnibus receptam post Albericum. Rain. & Guil. in rep. rubr. ff. de uulga. & post Imolam & Alexan. in. d. l. ex facto. quos Ias. allegat. & communem sequitur Bal. in tract. exempl. subst. num. 4. post Guilhel. & Rainer. quos allegat ubi firmat quòd hanc opin. sequuntur omnes. idem Politus in trac. subst. exempl. quæstione. 6. idem Zasi. in eodem tract. num. 5. solus Ias. num. 21. in. d. l. ex facto. ff. de uulg. putat in puncto iuris hanc communem op. ueram non esse.

62 *Exemplaris fieri, non potest parentique à liberis not. q.*

Pro hac communi, & uera opinione urget in primis tex. in. d. l. humanitatis & in. d. l. ex facto & in. d. §. qua ratione. ubi per modum dispensationis parentibus concessum est pro liberis testari contra iuris regulas, & pręcepta, iuxta. l. captatorias. ff. de hæred. inst. l. captatorias C. de testamen. mil. ergo id extendi non potest è contra, ut liberi pro parentibus testentur.

Secundò, quia transmissio 63 quæ fit ratione sanguinis contra regulas iuris, & procedit cum agitur de hæreditate ascendentis, non trahitur ad casum, quo de hæreditate descendentis ageretur in ascendentes transmittenda, secundum communem opin. doct. contra glo. ibi in. l. un. C. qui ante apert. tab. quam glo. ultra doct. ibi dicunt communiter reprobatam Ias. in. l. x. in pr. C. de iure delibe. Corn. in. l. 2. in princ. C. ad orfici. & Soci. in. l. 3. ff. de uulga. in. 5. quæstione 4. quæst. princ.

63 *Transmissio iure sanguinis non contingit ascendentibus sed tãtùm descendentibus.*

Tertiò, quia id nulla lege permissum. Unde erubescimus cum sine lege loquimur. l. illam. C. de coll.

Quartò, quia quòd nullus alteri testaretur id generaliter lege uetere inductum est. d. l. captatorias. necque in liberis erga parentes id immutatum reperitur, ergo q non mutatur quare stare prohibetur? contra regulam l. sancimus. C. de test. Quintò, quia longè minor ratio est in liberis erga parẽtes quam è contra in parẽtibus erga liberos, quia 64 amor plus descendit, quàm ascendit. glo. in. l. liberi quam ibi omnes tenent. C. de testam. ergo licèt contra iuris regulas dispensetur, ut parẽtes pro liberis testentur; tamen dispensari non debet, ut liberi pro parentibus testentur, quos non tam diligunt quàm parentes ipsos amant, maximè quia cum is casus nulla lege comprehensus fuerit, & agatur de lege iam lata extẽdenda ad hunc casum, qui in ea comprehensus non fuit, oporteret omnimodo esse paritatem rationis, quæ indubitanter hic non est. nam prout diximus longè propensiore amore feruntur parentes in liberos, quam contra ut testatur Terentius in Authon. dum ait.

64 *Amor plus descẽdit quàm ascendit.*

Aut ego profectò ingenio egregiè ad miseriam
Natus sum: aut illud falsum est, quod uulgò audio
Dici, DIEM *adimere ægritudinem hominibus.*
Nam mihi quidem quotidie augescit magis
De filio ægritudo: & quanto diutius
Abest, magis cupio tanto, & magis desidero.

his quoque concinit, quod ait Seneca in Hippolyto,

-O' nimium potens
Quanto parentes sanguinis uinculo tenes

Natura

Natura, quam te colimus, inuiti quoque
Occidere uolui, noxium amissum fleo.

Rursus idem Terent. in Adelph. sic ait, dum uult ostēdere, quòd per contrarium liberi in parentes impiissimi esse solent.

-Porrò autem dum studeo illis ut quam plurimum
Facerem, contriui in quærendo uitam, atq; ætatem meam.
Nunc exacta ætate, hoc fructi pro labore ab his fero.
Odium.
-Meam autem mortem expectant.

Quinimò sæpe filii crudelissimi in parentes extiterunt ut de Tullia Seruii Tullii filia scribit his uersibus Seneca in Octauia.

-Dedit infandi
Sceleris pœnas, cùm Tarquinio
Tullia coniunx, quæ per cæsi
Membra parentis egit sæuos
Impia currus. laceróque seni
Violenta rogos nata negauit.

Et Silius Italicus lib. 13. bel Puni. sic ait,

Cum subito aspectu tur batus Scipio poscit.
Quæ pœnæ caussa, & qui sint in crimine manes.
Tum uirgo patrios fregit, quæ curribus artus.
Et stetit adductis super ora trementia frenis.
Tullia, non ullo satis exaustura labores.
Ardenti phlegethonte natat fornacibus atris
Fons rapidus furit; atq; ustas sub gurgite cautes
Egerit & scopulis pulsat flagrantibus ora.

& Ouidius lib. 1. eleg. de Eriphyla à filio interempta, sic ait,

Ex quibus exierat, traiecit uiscera ferro
Filius & pœnæ caussa monile fuit.
Filia carpento patrios initura penates.
Ibat per medias alta feroxque uias.
Corpus ut aspexit lachrymis auriga profusis
Restitit. hunc tali corripit illa sono.
Vadis, an expectas pretium pietatis amarum?
Duc inquam inuitas ipsa per ora rotas.
Certa fides facti est, dictus sceleratus ab illa
Vicus de æterna res; ea pressa nota est.

Ob hoc tam immane facinus Tullia non solùm hic punita est, sed & in inferno acerrimas pœnas substinet. Ergo, cùm tot auctoritates habeamus ex quibus patet quàm ardentior sit amor parentum in liberos, quàm liberorum in parentes. superest ut d. l. humanitatis. in parentibus loquens eisq; fortunas filiorum committens ad liberos erga parentes extendi non debeat, de quibus non multum fidendum est. Et ideo 65 ut pactum futuræ successionis non ualet initū inter extraneos, quia habet præsumptum uotum captandæ mortis; ita quoque si inter liberos fiat, non debet ualere, quia similiter habet præsumptum uotum captandæ mortis. ita tenet glo. singu. & communiter approbata in l. fin. in glo. 2. C. de pact. quia etiam filii solent insidiari uitæ parentum. ut probatur in. §. pe. inst. quod cum eo & illam gl. sequuntur ibi Bal Sal. Paul. & Fulg. & Curt. Iunior nu. 32. & est communiter app. secundum Ias. ibi. in. 2. ampl. & secundum Alciat. ibi in glo. adhuc & Purp. nume. 12. & Decius nume. 13. ubi etiam Alexand. num. 2. & Nata in. c. quamuis pactum. de pact. in. 6.

65 Pactū futuræ successionis et inter liberos est prohibitum.

Ergo si uis sustinere communem, quam puto ueriorem, dic, quòd pupill. substituto ideo fieri potest, quòd est commoda, & utilis filio. l. si pupillus. ff. de acqu. hær. inst. de pupill. in fin. pr. commodum autem filii in eo est, quòd per dationem substituti pupill. magis in tuto erit pupilli uita. argumento tex. in. §. fin autem ita formidolosus. Iuncto tex. in fin. pr. inst. de pupill. idem dico in exemplari. Primò, quia ad pupillaris exemplum inuenta est. ut in. d. §. qua ratione & . d. l. humanitatis. deinde quia constat exemplarem fieri iis, qui se satis tueri nequeunt, & quorum uitæ periclitantur, ut ibi, cum simil. hæc ratio cessat saltem à communiter accidentibus (ut. l. nam ad ea. ff. de legib.) in patre, quia 66 cùm attento ordine naturæ ferè semper filius superuiuat patri (. l. Iulianus. ff. si quis om. cau. test. l. octaui. ff. unde lib.) uita patris non periclitatur, cum filius habeat primam causam abintestato. §. 1. inst. de hær. abintest. & sic nullus alius insidiabitur uitæ patris, cùm eo defuncto, filius sibi succedat, & sic cessat. d. l. his qui. ff. de tutor. & cur. datis ab his. & alia fund. Ias. nam in. d. l. his qui ead. ratione filius ad curam patris, qua pater ad curam filii admittitur. hic est diuersa ratio ut suprà dixi. Præterea 67 si filius posset exempl. substit. facere patri, eueniret, ut aut se ipsum substitueret, quod est absurdū. secundum Bar. in. d. l. ex facto num. 33. & secundum omnes prout refert ubi suprà Ias. aut alios se excluso substitueret, idq; absurdius esset, & per hoc testamentum corrueret. iuxta glo. app. in. d. l. humanitatis. aut secum alios substitueret, & similiter esset absurdum. nam quò ad hoc, non refert ex parte, an exasse se substituat. arg. l. quæ de toto. ff. de rei uen. l. an pars. pro derelicto. & ad hoc fundamentum non resp. Ias.

66 Filii plerumq; superuiuunt parentibus.

67 Actio, & passio non concurrūt.

Exemplaris 68 fieri non potest pupillo furioso in potestate testatoris constituto. ista est communis op. secundum Ripam in. d. l. ex facto num. 60. qui nil firmat & est communis op. secundum Paul. ibid. & est etiam communis secundum Alex. ibid. num. 31. & est communis op. secundum Corrasi. num. 10. in. d. l. humanitatis. idem tenet Imola. in. d. l. ex facto. idem Imola. in. c. Raynucius in materia exempl. subst. Ang. in. d. l. ex facto sentit contrarium, sed tamen non loquitur quando expressim testator uoluit, ut ualeret iure exemplaris etiam infra tempora pubertatis. Salicetus in. d. l. humanitatis uidetur tenere contra Bar. & communem opin. sequitur Corn. in. d. l. humanitatis num. 18. uersic. 8. requiritur, ubi dicit illam esse communem op. post Bald. ibi & post Iacob. de Rauenna, & Dinum in. d. l. ex facto quos ipse allegat. & communem op. sequitur Iaso. num. 22. in. d. l. ex facto post Guiliel. & Salicet. & Ang. & Imolam ibid. & Alberi. in rep. rub. ff. de uulga. quos allegat Ias. secundum quem hæc est communis omnium sententia licèt Ioannes Faber in. §. qua ratione. inst. de pup. teneat contra communem. & communem op. sequitur Bal. in tracta. subst. exempl. col. 2. idem Polit. in eod. tracta. q. 7. in casu dubio, sed in casu expresso tenet contra communē sed communem sequitur Zasi. num. 7. in eod. tract.

68 Exemplaris fieri potest pupillo, furioso, in potestate testantis constituto. ardua q.

Sed pro op. Ang. & Fabri & Politi contra communē quam ueriorem puto: fortiter facit tex. in. d. l. humanitatis. quia indistinctè parentibus permittit proliberis testari mente captis nulla ætatis facta differentia. ergo pro nobis est ibi tex. expressus in sui generalitate, cuius regulæ standum est, quandiu per aliam legem non detur exceptio probata, quam doctores subdere uolunt, ut per Decium ubi omnes in. l. 1. ff. de reg. iur.

Secundò, est tex. 69 satis expressus prout ipse Ripa fatetur in. d. §. qua ratione, ibi, & si puberes sint, quæ uerba implicant, quòd idem sit licèt essent impuberes ut notatur per glo. & omnes in. l. sed & si lege in pr. ff. de pet. hær. nec dicatur prout doctores aiunt, quòd secundum hunc sensum implicaret casum magis dubium contra regulam & naturam ipsius implicatiuæ. nā nego quòd sit magis dubium, quòd exēplaris fieri possit impuberibus quàm puberibus quinimò impuberibus facilius fieri poterit, quia cum ipsa nitatur in defectu intellectus eius, cui fit, non dubium est quin maior defectus intellectus sit in eo, qui non solùm ratione morbi, sed etiam ratione ætatis est insipiens.

69 Intell. §. qua ratione. inst. de pupill.

Tertiò, quia cum omnes doct. qui communem op. tuentur agnoscant, quòd mater exemplariter potest substituere etiam impuberibus, non uideo cur id patri (cuius consilium maturius est) prohibeatur? & Iustinianus satis stultus esset, si talem differentiam inter patrem & matrem facere uolens eā non expressim introduxisset.

Quartò, quia remedium plenius diutiusq; duraturū

quale

quale est remedium exemplaris subst. non debet per remedium breui periturum conquiescere. argumento.l. si quis posthumos in pr.ff.de libe. & posthum.l. & si fortè.§.1.ff.si seruit. uendice.declarat Bar.in.l.in prouincia li.§.1.ff.de op. no. nunt.

70 *Exemplaris, & pupillaris cõsilia simillima.*

Quintò, in hac materia, nõ inconuenit, quòd 70 plura remedia concurrant, quinimò utilissimum est. nam qui filium. filiam'ue impuberem relinquebat, timebat impuberi insidiarentur legitimi eius hæreditatem captantes: ob quam rem tria consilia prodita sunt, & inuenta. primum, substitutio pupill. secundum, ut impuberi exhæredato extraneus institutus iubeatur restituere hæreditatem testatoris post quam impubes adoleuerit .l.multi non notæ causa.de lib. & posthum. Tertium ut cum impuberem instituat in tempus pubertatis, uel sub conditione, si fuerit quatuordecim annorum eique accommodet substitutum uulgarem.l.si mater.ff.de uulga.quibus casibus eo impubere moriente exclusis legitimis hæreditatem babebit substitutus, qui (contra testatoris extimationem erat) legitimis legalior erat, quibus remediis uti posset paterfamil. mater uerò duobus tantùm ultimis. & omnibus his casibus conditio non renetur per.l.quoniam in prioribus. argum.communis op. de qua in.l.filius matrem. C. de inoffic. testamento & quia dixi, quòd ad prouisionem filiorum impuberũ, uel minorum prodita sunt tria remedia. adde quartum remedium.l.si fundum per fideic.alias incipit si Titio.§. sicuti.ff.de leg.1.cùm duab.ll.seq. &.l.Scæuola.ff.ad trebell. ubi prouidus paterfam. qui de legitimis filii impuberis hæredibus secus suspicaretur, posset eum impuberem hæredem scribere, & iubere, ut eius hæredes legitimi uniuersam hæreditatem restituerent alteri. quo casu uirtualiter legitimi habebunt nil. qua in re cõtrouersum est, an si mater eodem remedio utatur, idem foret, ut impubere moriente eius legitimi hæredes possent retinere legitimam, & residuum tantùm restituere. an uero uniuersas impuberis morientis facultates à matre profectas restituere teneantur? & quid si is post pubertatem decederet? traditur ibid. cùm ergo uideamus quatuor remedia ad eandem rem eundemque finem inuenta quibus etiam concinit quintum remedium.l.cum ex filio in pr.ff.de uulga. quid mirum si exẽplaris substitutio sexti remedii loco sit? ut paterfam. qui filium impuberem dementem habuerit utrum eorum malit possit eligere? sicq; fundamentum communis op. de lege qui habent.ff.de tutelis, satis leue nobis uidetur. sicque nostra op.& in puncto iuris longè uerior est & æquior longè.

Denique pro nobis regula iuris in.c.nullus.de reg.iu. in.6.ubi nullus pluribus uti defensionibus prohibetur.

In summa is, cui competunt plura remedia potest omnibus & singulis regulariter uti, nisi inuicem inter se repugnent.l.fin.C.de codicill.l.1.C. de seru. fugit. & utrobique per doct. facit tex.in.§.fin.in fin.cum gl.inst. si quadr. pauper. fecisse dicatur.

71 *Cura furiosorum cessat in pupillis.*

72 *Tutor datur personæ, & rebus.*

73 *Curator furiosorum datur personæ, & rebus.*

Tenendo hanc partem contra communem, quam in puncto iuris indubitanter ueram & æquiorem puto. ad d.l.qui habent.ff. de tutel. facillima est responsio. nam 71 ibi ideo quandiu durat pupillaris ætas cessat cura furiosorum, quia necessaria non est, & ideo à lege 12. tabularum introducta non fuit; ut text. ille expressit, dum ait, quia lex. 12. tab. ita accepta est, ut ad pupillos & pupillas non pertineat: itaque cum quæritur, quare in terminis d.l.qui habent ei, qui huius ætatis est, ut ratione ætatis tutorem habere possit, non datur curator tanquam furioso, etsi impubes est, & etiam furiosus? respondeam, quia id à lege non fuit introductum, nec introduci oportebat, uel habere poterat aliquam utilitatem, quia 72 tutela datur tam personæ quam rebus.ut in princ.inst. qui testamento tutores dari poss.§.1.&.2. & curator 73 furiosi simpliciter datur tam personę quàm bonis.ut.ff. de cur.furio.l.cõsilio. Vnde postquam plenum ius & imperium tutor datus ratione ætatis habet, non expẽdit nec potest dari curator.argumen.l.si ut certo. §. si duobus uehiculum.ff.commod. Sed et, qui ratione ætatis potest substit.pupillarem accipere, non est cur non possit accipere exemplarem ratione morbi, cuius datio est lõgioris uitæ & utilitatis? non quoque obst. quod doctores aiunt, ut remedium extra ordinarium cessare debeat quandiu adest ordinarium. nam de hoc argumento merito truffatur Ripa ubi suprà quandoquidem hodie exẽplaris substitutio, non minus sit remedium ordinarium quam substitutio pupillaris, ut in.d.l.humanitatis &.d. §.qua ratione, licet olim secus esset.ut.d.l.ex facto.

Denique 74 pro nobis facit not. doctr. Bar.in.l. si curatorem.C.de in integ.rest.ubi ait, quòd adulto curatorem habenti potest tanquam prodigo dari curator, ut sic testari non possit: cùm datio curatoris tanquam minoris esset ætatis non impediret eum testari. sic & in proposito impuberi potest fieri exemplaris etiam si ei pupillaris fieri possit, quia exẽplaris potest aliquid operari ultra pupillarẽ, quia illa pupillari ætate finitur, ista autem non, & sic potest aliquid utilitatis secum ferre. 74 *Curator tanquam prodigo dari potest adulto curatorem habenti.*

Pro nobis, quia, ut ualeat dispositio satis est, quòd in futurum possit aliquam utilitatem afferre, etiam si inspecto tempore præsenti utilitatis nihil afferat, ut sic lex etiam inutilis ualere non desinat: quia tractu temporis possibile est, ut aliqua detegatur, uel accedat utilitas. ut plenè disseruimus suprà in præfa. huius operis de suc. progr. in princ. uer. sopita. C. de cad. toll. sic ergo & in proposito hæc exemplaris etiam si initio inutilis uideretur inspecto præsenti statu, tamen quia tractu temporis possibile est, ut per aduẽtum furoris utilis esse incipiat, id satis est, ut interea & ualeat & dormiat uires receptura, ac effectus assumptura, quando ille insanire cœperit.

75. *Exemplaris potest hodie fieri furioso de iure communi.no.4.*

Exemplaris 75 hodie post legem humanitatis.C.de impuberum. fieri potest furioso absque eo quòd impetretur à principe. ita tenet & dicit esse communem op. Paul. in.d.l.humanitatis. sequitur & dicit communem opin. Corras. ibid. nume. 51. qui truffatur de Angelo, qui ibid. tenuit contrarium. ita etiam sequitur & dicit communem opin. Corneus io d.l.humanitatis col.1.& est cõmunis opin. secundum Alex.num. 40. in.d.l.ex facto ubi sequitur Imola & idem Imola in.d.c. Rainucius in materia exemplaris. Bal. & Sal. in.d.l.humanitatis licèt contrarium teneat Angel.ibi, & Ioannes Andr. in.c. Rainucius extra de testam. post Cynum & Iacob. de Rauena secundum quòd eos refert Alex. ubi suprà & communẽ opin. sequitur, & dicit communem Curti.iuni.in.d.l.humanitatis col.2. eandem sequitur & dicit communem Decius ibi num.6.& communem sequitur Ias.in.d.l.humanitatis.col.1.Bal. & Cuma.in.d.l.ex facto & est communis opin. modernorum secundum Ias. ubi supra communem sequitur Polit.num.10.in tract.subst. exempl.

76 *Furiosus, mente captus est, sed non omnis demens furiosus est.*

Solus Angelus in.d.l. humanitatis tenuit oppositum sed op. communis uerior est. nam d.l.humanitatis.&.d.§. qua ratione. generaliter loquuntur in mente captis, & quisquis 76 furiosus est, is sine dubio mente captus est, licet non conuertantur, quia quisquis mente captus est, non idem furiosus est. cum differant inter se, ut genus & species, quia furor est species quedam quę comprehenditur sub hoc genere mente captionis, seu dementiæ. ut probat tex. in.l.2.§. uoluntatẽ in uerb. uoluntatem in uerb. furiosam iuncto uerb. dementiam, & uerb. sapit.ff. sol. matrimonio. ubi prius dixit de furioso, deinde eundem appellauit dementem, quasi quisquis furiosus est, is demens fit, uel non sapiens. unde l.humanitatis. quę de mente captis loquitur, sine dubio comprehendit furiosos, qui procul dubio sunt mente capti. probatur secundò in.d.l.humanitatis. ibi, nullus uerò eorum sapiat, ubi postquam de mente captis sermonem fecit, subiecit se loqui de illis, qui non sapiunt

qualès

quales procul dubio sunt furiosi. Tertiò, probatur in. d. l. si furiosi. in uerbo generaliter. C. de nupti. ubi probatur, quòd 77 uerb. mente captus est generale comprehendens etiam furiosos in sui generalitate etiam ex ui comprehensiua, & ex proprietate uerborum, licèt 78 ex legis interpretatione receptum sit, ut uerba in specie potius quam in genere in re dubia intelligantur. ut declarant moderni præsertim Socinus in rubr. ff. de uulg. & illa legis interpretatio fuit ratio dubitandi in. d. l. si furiosi. non quod ex proprietate uerborum, appellatione mente capti, non comprehenderetur etiam furiosus. Quartò, expressius probatur in. §. præterea. insti. quib. non est permiss. fa. test. ibi item nec furiosi, quia mente carent. ubi furiosus is est, qui mente caret, uel mente captus est, ad idem tex. in. c. fin. extra de success. abint. & 55. q. i. c. ne quis. §. cum itaque &c. sicut extra de regul &. §. & hæc dicimus in authen. ut hi qui oblig. per. sub. se hab. res minorum. l. dabimus. §. fin. cum. l. seq. ff. de priuileg. credit. ad. d. l. si furiosi in qua nititur Angel. ubi supra resp. Decius & Curti. Iunior ubi supra quod procedit ex identitate rationis. tu dic, quod procedit ex ui comprehensiua & sermonis proprietate, non ex interpretatione legis, uel ui extensiua, ut supra dixi. Denique facit, nam 79 solent frequenter possuntque doctores nouas legum decisiones ad casus eandem, uel non ad modum dissimilem rationem habétes trahere ac porrigere, quod existimo non temerè faciendum. argum. septem illorum iurium temporumque quos Bar. & alij enumerant in. l. si emancipati. de coll. C. nam cùm collatio emancipatorum fuerit inducta ut non minus sui è bonis per emancipatos quæsitis haberent, quam emancipati è bonis per suos quæsitis habebant secundum omnes. Hinc inferebatur à paritate rationis, quod filius. teneretur conferre dotem, quæ sibi quærebatur, quod tamen nisi Imperatoria sancione receptum fuisset, nos non possumus dicere. l. i. ff. de coll. dotis. hoc etiam à paritate rationis inferebatur, quòd cum sui hodie sibi acquirant aduenticia, & debebant conferre, quod tamen nisi Imperatoria sanctione receptum fuisset. l. fin. de coll. nos inducere non possemus. & sic de alijs casibus per Bar. ubi suprà citatis. Hinc uidemus, quòd decisio. l. ni. hoc iure de uulg. à paritate rationis inducta, per nos induci non posset, nisi lege imperatoria sancitum fuisset facit optimè. l. illam. C. de coll. ibi, eo quòd nulla constitutio super huiusmodi collatione posita esset. neque ad rem pertinet, quòd leges soleant defunctorum dispositiones omissas & imperfectas ad similes casus trahere ex uerisimili mente. argumen. l. hæredes mei. §. cum ita. ad treb. nam leges possunt disponere de nobis non autem nos de legibus. l. i. ff. de leg. 2. diff. quia ultimæ uolũtates fiunt a turbatis mortis cogitatione. leges 80 autem fiunt cum maturo consilio, ac prudentissima consultissimaque deliberatione. l. si. C. de legib. l. hac consultiss. C. de testam. l. hac consultiss. C. qui testamenta face. poss. l. humanum. C. de legib. earumque interpretatio ad principem spectat, ut ibi, & l. si. eod. tit. uide Bar. in. l. omnes populi. ff. de iust. & iur.

77 Mente capti appel. furiosus cõtinetur.

78 Verba specificè intelligenda.

79 Legum extensiones ut faciendæ?

80 Leges fiũt maturo consilio.

Tamen considera, quòd si agimus. ut lex simpliciter loquens restringatur, tunc oportet, quòd ex toto cesset ratio legis, omnesque eius rationes. argumen. §. affinitatis. C. de nupti. & ideo uidetur quod miles etiam si sic doctor legum potest cum duobus testibus testari, quia licèt in eo cessat ratio imperitiæ de qua in prin. inst. de mil. testam. tamen non cessat ratio nimię occupationis de qua in. §. pe. de exhær. lib. cum. §. illis insti. de mil. testam. ut intelligo. l. adigere. §. quamuis de iure pater. quod si agitur de extendi legis prouisione seu priuilegio, tunc oportet similiter quod ex toto sit eadem. Secundo. l. illud. ad leg. aquil. ff. l. à Titio de furt. l. non possunt. l. neque leges. ff. de legib. gl. l. tale pactum. §. qui prouocabit. ff. de pact. Vnde 81 si quæratur, an doctor gaudeat in testa. do mil. ... um priuileg. js? teneo contra Alexand. & communem in. l. centurio. de uulg. quòd non, quia licèt in doctoribus uideantur adesse nimiæ occuppationes, tamen non adest imperitia, ergo nõ sunt tot rationes, uel nõ est tanta ratio. Nec me mouet. l. aduocati. C. de adu. diu. iudi. nam licèt æqua ratio esse uideatur quò ad bona quasi castrentia. ut pote iustiss. labore quæsita, tamen non est æqua ratio in disponendo de illis, cùm illi periti, illi autem imperiti sunt. facit. l. fin. uers. sed hæc & uers. in his. C. de inof. testam.

81 Militũ priuilegijs doctor non gaudet in testando.

Sic ergo in proposito cũ. d. l. humanitatis &. d. §. qua ratione. de méte captis loquentes, comprehendant etiá ex ui comprehensiua & proprietate sermonis furiosos, superest ut non possint restringi, ita ut furiosos non cõprehendisse ex legis interpretatione uideantur, nisi omnes rationes in quibus. dd. ll. fundantur ex toto cessare inueniantur, quæ in furioso non solùm ex toto non cessant, sed potius ex toto adsunt: ergo superest, ut & in furioso procedant, non secus quam in mente capto.

Etdum 82 in. d. l. ex facto per superuenientiam liberorum quæritur, an euanescat exemplaris per. d. l. cũ fimi. & ibi adde Bart. nu. 43. uide Ias. col. pe. in fi. tamen dic nouè quòd per superuenientiam liberorum mente capti indistinctè debet posse rescindi exemplaris. argu. l. si unquam. C. de reu. donat. nam si pater s. qui facit exéplarem exhæredat aliquos ex filiis mente captis tunc ualuit & potuit eis præiudicare, quòd si omisit nascituros tunc per obliuionem præsumo id factum: sicque ex defecto uoluntatis nõ debet eis nocere. d. l. si unquá (licèt iam natis noceat) C. de inof. don. ergo aut instituto extraneo nascuntur legitimi filii furiosi, & rescinditur ipso iure exemplaris. d. l. ex facto. aut naturales tátùm, & tunc, non ipso iure, quia illi non sunt ipso iure hæredes per legem, sed potest rescindi per remedium. d. l. si unquam. uel per querelam. quòd si non extraneus fuit institutus, sed unus ex filijs, tunc per natiuitatem aliorum legitimorum quasi posthumi agnatione rumpitur. d. l. ex facto uers. igitur. quòd si naturalis tantùm, cogita. nam si legitimus esset institutus, non uitiaretur substitutio, sin autem naturalis tantùm, tunc admitterem rescisionem per. d. l. si unquam.

82 Exemplarus, an per superuenientiam liberorum euanescat? ardua q.

Tandem in hoc articulo Bar. in. d. l. ex facto num. 23. tenet partem affirmatiuam, ut natiuitate filii etiam naturalis tantùm rumpatur exemplaris, quod alii communiter sequuntur secundum Corras. in. d. l. humanitatis num. 19. sed non dicit uerum, nam licèt Bar. sequantur Alex. ibi col. fi. tamen Ias. ibid. neutram partem firmat. & contra Bar. ibid. tenet expresse Imola, & Cumanus ibid. & Ripa etiam ibi col. fin. idem Imola in. d. c. Ramucius de testamen. in materia exemplaris subsit. & contra Bar. tenet ipsemet Corrasi. ubi suprà & contra Bar. tenet Bald. in. d. l. humanitatis. licèt Angelus ibi teneat cũ Bar. & cõtra Bar. tenét ibid. Cur. Iunior col. fi. & Ias. col. fi. ubi Cor. nu. 12. neutrá partẽ firmat, Bal. tamen nu. 28. in tract. subsit. exempl. sequitur opin. Bar. Politus tamen in eod. tract. num. 24. tenet contra Bar. contra quem dicit quod stat (ut credit) communis opin. Zasius uerò in eod. tract. in finalibus uerbis tenet contra Bar. quòd soli legitimi & naturales, non autem naturales tantùm faciant deficere exemplarem, sicque nouissimorum receptior sententia est contra Bar. ut per superuenientiam filij naturalis tantùm à furioso, uel demente suscepti non infirmetur exemplaris, quòd indubitanter uerum est, quando demens uel furiosus ante furorem uel dementiam legitimè contraxerat matrimonium, quod furor superueniés nõ dirimit. l. patre furioso. ff. qui sunt sui uel alie. & in hoc omnes conueniunt. quòd si ante furorem nullum matrimonium contraxit, tunc sunt opiniones de quibus suprà, & uerior est opi. communis cõtra Bar. & sequaces. moueor 83 per tex. in. d. l. ex facto. ibi, agnatione sui hæredis. secundò perpendo eund. tex. ibi, an iure habere cœperit suum hæredem. Tertiò expendo eund. text. ibi, exhæredaret. exhæreda-

83 Intel. l. ex facto. ff. de uulgari.

84 *Exhæredatio extranei inepta.*

tio 84 enim in naturali tantum res inepta esset.l.quidam com filium.ff. de uerb.ob. l.non putauit. §.si quis emancipatum.ff.de bo.po. contratab. sicque in illis tribus locis apparet, quòd exemplaris tunc demum per superuenientiam liberorum resoluitur, cùm filius fuit legitimus, secus si naturalis tantùm. Tertio per.l. filium eum definimus. ff.qui sunt sui uel alieni. ubi is demum filius intelligitur, qui ex legitimo matrimonio nascitur, alii autem non ita. Quintò, hoc probatur ratione plus

85 *Testamentum non impugnat, qui ab intestato nequit succedere.*

quam manifesta. nam 85 certum est, quòd qui ab intestato non potest succedere, is contra testamentum longè minus succedere potest. ita dicit tex. in.§.ead. in fin. inst.de hæred.quę ab int. defer. sed filius naturalis tantùm ab intestato regulariter non potest ex toto succedere, ut in auth. licèt.C.de natur.liber. & per totum illum titulum: ergo longè minus succedet contra testamentũ exemplare illud rumpendo.

86 *Intell.l. hæredibus.§.fi.ff. ad treb.*

Tenendo hanc partem, tunc 86 ad.d.l. hæredibus §.fi.ff.ad trebel. in qua se fundant Bar. & sequaces. est similiter responsio peremptoria & plusquam manifesta, ut procedat ex eo quòd uerba semper sunt interpretanda ut aliquid operentur, ne dispositio reddatur inutilis etiam si per hoc illorum uerborum proprietas improprietur. sed in.d.l.ut hæredibus.§.fi. illa conditio, si furiosa filia sine liberis decederet, non poterat uerificari in liberis legitimis, quia ipsa ante furorem nullum contraxerat matrimonium: ergo necesse erat quòd uerificaretur in liberis naturalibus tantùm, ne alias nil operari posset illa conditio, etiam si per hoc uerborum proprietas uiolaretur. quod autem recedatur à uerborum proprietate, ut dispositio aliquid operetur probatur.

87 *Verborum proprietas uiolatur, ne pereat dispositio.*

Primò, quia 87 licèt in stipulationibus interpretatio contra stipulatorem regulariter facienda sit. ut.l.stipulatio ista.§. in stipulationibus. de uerb. fallic. tamen quando, si contra stipulatorem fieret, stipulatio uitiaretur. tex.cum glo. ubi doct. in.l.quoties in stip.ff.de uerbo.gl.& doct.in.d.§.in stipulationibus.

Item probatur, quia licèt regulariter instrumenti appellatione ueniat tantùm instrumentum domini, non coloni; tamen si nullus fuit instrumentum domini ueniat etiam instrumentum coloni, ne alias adiectio illa de instrumento inutilis redderetur. tex. ubi utrunque probatur in.l.fundus, qui locatus.ff.de fund. instr.

Item probatur, quia licèt filius debeat nominatim exhæredari per expressionem nominis, cognominis, & prænominis. ut.d.l.1.ff.de lib. & post.& inst.eod. in princ. tamen si dico filius meus exhęres esto, licèt eius nomen, prænomen, cognomen, non exprimatur, ualet exhæredatio, eo quòd uerba illa (filius exhæres esto) ad alium referri non possunt, cùm nullus alius sit; & uerba sunt interpretanda, ut dispositio substineatur. isto est tex. in.l.a.ff.de.lib.& posth.in.§.nominatim inst.eod.

Item probatur, quia licet debiti appellatione ueniat debitum exigibile.s. naturale, & ciuile. ut.d.l. si is cui.§.Flauius. tamen si quod debeo seruo meo, id, ei legauerim; intelligitur, de debito naturali tãtùm tex.not. in.l.qui hæredi.§.dico de condit.& dem. ratio, quia cùm debitorum ciuilium seruus sit incapax. l. quod attinet.de reg.iur.l.manumissiones. de iust. & iur. licèt capaces sint debitorum naturalium.l.si id quod.ff.de condi.indeb.§.1.inst.de fideiuss. certè nisi nomen debiti ad debitum naturale tantùm referetur, nil operaretur.

Item probatur, quia licèt id habere quisque dicatur, cuius dominium habeat.l.possessio in pr.ff.de acq. poss. l.stipul. ista in princ.ff.de uerb. tamen si seruus sibi habere licere stipuletur, non dominium rei in stipulationem deduxisse, sed nudam detentationem uidetur.d.l. stipu.ista.§.hi qui. ratio, quia à proprietate uerborum recedimus, ut dispositio non euanescat.

Item probatur, quia licèt possessionis appellatione ea ueniat, quæ & in iure, & in facto consistit, ut.l.possessio in pr.& in.§.1.de acquir. possess.glo.app.in.l.1.C. eod. tamen si seruus possidere sibi licere stipulatus fuerit, recedimus a proprietate uerborum; ut de nuda detentatione intelligisse uideatur.d.l.stipu.ista.§. hæc quoq;.

Item licet rescriptum principis concedentis alicui liberam testandi facultatem, sit regulariter interpretandũ seruata iuris solennitate.l.si quando in pr. C. de inoffi. testamento. tamen si princeps hoc concesserit ei, qui alias habebat testamenti factionem, intelligitur, concedere quòd etiam iuris solennitate non seruata testari possit. glo.app.ibid.in.d.l.si quando quam etiam approbant, comendantq; doct.in.l.fi.de const. princip.

Et licèt hęredis appellatione propriè non ueniat bonorum possessor, quia prætor nec potest quem hæredem facere.l.a.ff. de bonor. posseß. tit. gen. nec quem hæredem esse desinere.§.quos autem inst.eod. tamen si extraneo hærede scripto legatum reliqui sub hac cõditione si patronus hæres non erit, isq; per cõtra tab. hæres extiterit conditio euanescit.l. in conditionibus.§. si patronus.ff.de cond.& demonst. ratio, quia uerba illa, si patronus hæres non erit. in patrono, qui scriptus nõ erat, non poterant uerificari, nisi eo bonorum possessore existẽte. Hinc infero, errasse Bar. & doct.in.l.1.§.bonorum.ff.ad trebell. dum aiunt, per.d.§.si patronus, quòd hæredis appellatione uenit propriè bonorum possessor. nam immo ille tex. per locum ab speciali probat contrarium. Item probatur, quia licèt tutela intelligatur usque ad annos 14. in maribus, in fęminis uerò usque ad duodecimum. ut inst. quib.mo.tut. fin. in pr. tamen si ei, qui excessit decimumquartum annum tutorem dedi usque ad annos 18. intelligitur de cura: idque etiam in conditionalibus dispositionibus in quibus uerborum proprietas summopere seruanda est.l.qui hæredi in prin.l.Mæuius de condit.& demonst.l.pater.§.1.ff. de condit.& demonstr.

Et licèt iuris ignorantia non præsumatur.l. leges sacratissimæ.C.de legib. tamen legum ignorantia potius præsumetur, quàm dispositionis frustratio. text.sing.in l.Lucius.§.item.ff.de testamento mil.

Denique uerba sunt cum effectu accipienda.l.1.ff. quod quisque iur. &c. & dispositio, quæ nullam affert utilitatem, nullius dicitur esse momenti. ut.l.qui bis.cũ materia.ff.de uerbo. obliga. & impossibiles condit. reiiciuntur de uol. ultima, ne dispositio nil operetur.l.3.de condit.& demonstr.d.1.l.conditiones.l.filius de condic. inst.l.Lucius de condit.& demonstr.§.si impossibilis instit.de hære.inst.

Item licèt 88 inducta ad augmentum, non operentur diminutionem.l.legata inutiliter delega.1. quod latissimè alias cumulaui, id tamen fallit, si aliàs dispositio nil operaretur. l.denique.§.interdum.ff.de peculio leg. 88 *Inducta ad augmentum interdum operantur diminutionẽ*

Præterea, licèt nullus præsumatur iactare suum.l. cũ de indebito.ff.de probat. tamen si hæredi legitimo ex testamento deferatur hæreditas, isq; eam abintestato repudiauerit, censetur eam etiam ex testamento repudiasse, quia aliàs abintestato repudiatio facta, ualere non posset.l.illud.ff.de acqu. hær.

Cùm igitur in mille iuris exemplis uideamus, quòd receditur à regulis iuris, & à uerborum proprietate, ut dispositio de qua agitur uerificari possit: mirandum nõ est, si in terminis.d.l.hæredibus.§.fin.ff. ad Treb. conditio si cum liberis decesserit apposita filiæ furiosæ, quæ liberos legitimos habere non poterat, intelligatur contra uim & proprietatem uerborum de liberis naturalibus tantùm, ne alias frustratoria, uana ociosa, ridiculaque, & inanis ea dispositio contra tot iuris regulas uideretur. secus autem est in materia nostra, in qua quòd dicitur exemplarem substitutionem per natiuitatem filiorum mente capti infirmari, potest intelligi & uerificari in liberis naturalibus, & legitimis: si fortè ante furorem nupserat. ut in.d.l.patre furioso.ff.qui sunt sui uel ali. iur. Stat ergo ex superioribus quòd exemplaris substitutio non infirmatur per superuenientiam filii na-

turalis eius, cui facta fuit: licèt per superuenientiam filii legitimi, & naturlis indubitanter infirmaretur. ut in.d.l.ex facto.ff.de uulga. ibi, etenim iniquum. Generaliter 89 enim receptum est ut priuilegium alicui cõcessum cesset quoties eidem incipit esse damnosum, ut ibid.ne inducta ad utilitatem alicuius in eius læsionem incommodum, iniuriamque conuertantur, contra.l.legata inutiliter.ff.de leg.1.l.legata inutiliter.ff.de adim.leg. quinimò etiam si alteri nocere inciperet, cessaret ut ibi & in.l cum auus.C.de emanci.liberorum. & quia mihi hæc materiam in prætorio regio habui de facto plenius attingam alibi, ut priuilegium principis absque cuius quam iniuria interpretandum sit, & quemadmodum per non usum amittatur? & prænuttendum est, quid propriè dicatur priuilegium, ut plenè per Iaso.in.l.fin.ff.de consti. prin.

89 *Priuilegii cessat quando ipsi priuilegiato cæpit nocere*

Pupillarem 90 substitutionem facere potest paterfam. licèt sit uilis & abiecta persona. ista est communis op. quam tenent Ripa in.l.ex facto.ff.de uulga.num.94. qui hanc op. ait esse communem, idem Ripa num.36.in l.2.ff.de uulga. hanc dicit communem Ias. in.l.ex facto num.48. idem Ias. in.l.2.ff.de uulga. num. 26. Corneus in.l.humanitatis col.2.C.de impub. qui hanc dicit communem op. & est communis op. secundum Alex. num. 32.in.d. l.ex facto ubi eam sequitur. Ang. & Paul. in.l. quidam.C. de legat. Alexand.in.l.2. ff.de uulga.nu. 24. Imola in .c.Rainucius de testamen. idem Imola in.d.l. ex facto.idem Imola in.d.l.2.Bal.in.d.l.humanitatis. Angel.in.l.2.§.fin.& in.l.3.§.fin.ff.de uulga. idem Ange. in l.Papinianus.§.Sed neque impuberis.ff.de inoffic.testamento & in.l. maximum uitium.C.de libe.præt.licèt illa lectura in quibusdam impressionibus non reperiatur. Politus in tract. subst. pupill.num. 44. sub quadam distinct.Zasi.in eod.tract. sub quadam distinctione.& Areti.num.7.in.d.l.s.ff.de uulga.

90 *Pupillarem, uel exemplarẽ, an turpis persona facere possit? not. q.*

Sed an similiter 91 exemplarem substitutionem, paterfam. uilis & abiectus posset facere? quod sentiunt omnes prædicti, & in specie firmant Ang. & Imola in.d. l.ex facto.ubi Ripa num. 94. Corn. in.d. l. humanitatis col.2. Alex.in.d.l.ex facto num.33.ubi Ias.nu.48.nil uidetur satis firmare.

91 *Exemplarem an uilis persona facere possit? not. q.*

Contrariam partem scilicet negatiuam in pupillari tenent Bar.in.l.2. num.22.ff.de uulga. idem Bar.in.l.ex facto num. 37.eod.titulo idem Bar.in.l.cum oportet.§.eo autem tempore.C.de bon.quæ lib.Bald.num.8. in tract. pupill.substit. Bar.in.l.Sed si unius.§.filiofam.ff. de iniuri. & Aretin.nume.7.in.d.l.2.in puncto iuris idem sequitur.in exemplari autem subst. eand. partem negatiuam tenent Bar.in.d.l.ex facto num.37.ubi Ias. num.48. Bar.in.d.l.cum oportet.§. eo autem tempore. Politus num.8.in tracta.subst.exempl. præsertim secundum eũ in matre uili & abiecta Zasi.in eod.tract. in prin.præsertim in matre uili & abiecta. Vides ergo quòd secundum magis communem sententiam pater, uel mater etiã uilis & abiecta persona potest facere substitutionẽ tam pupillarem quàm exemplarem, licèt quàm plures, quos secundo loco retulimus teneant contrarium. Pro prima opinione, quæ communis est, adducitur primò regula generalis. d. l. humanitatis. & .§. qua ratione inst. de pupill. quæ regula hoc casu secundum eos non reperitur limitata, ergo regulæ standũ est.l.1.ubi Decius post alios.ff.de regu.iur. & quia quod non mutatur quare stare prohibetur? contra regulam.l.sancimus.C. de testa. & quia id nulla lege expressim cautum est, ergo &c.l.illam.C.de collati. Secundò, adducunt tex. cum glo.in l.Papinianus.§.sed neque impuberis.ff.de inoffic. testamento.ubi 92 etiam si pupillaris substitutus sit uilis & abiectus ea substitutio ualet: ergo longè magis ualebit quando uilis erat ipsemet testator, quia licèt ipse uilis esset. posset tamen pupillariter substituere hominem honestum per quod non tam malè consultus esset impuberi quàm si pater honestus hominem turpem substitueret & .d. 93 §.sed neque impuberis.necessariò probat hanc communem cõclusionem in duobus locis primò, ibi, neque patris frater, secundò, ibi, neque frater impuberis. nam fratri testantis nunquam datur querela nisi turpi persona instituta.l. fratres.C.de inoffic.testamento.& insti.eod.§.soror.Sed in.d.§ Sed neque impuberis dicitur quòd contra testamen.pupillare non datur querela fratris testatoris ea peculiari ratione, quòd non intelligitur esse testamentum patris, ergo sic ponitur pro constanti, quòd turpis persona fuerat instituta. nam alias fratri testatoris non daretur querela etiam si pupillare testamentum patris testamentum reputaretur. Item dicitur ibid. quòd eadem ratione desinit dari querela fratri ipsius impuberis. ergo ponitur pro constanti, quòd turpis persona fuerat instituta. nã si honesta, tunc fratri impuberis querela non daretur etiam si pupillare testamentum ipsius impuberis testamentum reputaretur. & uidendum est ut procedat ille tex.dum de matre loquitur in.d.l.Papinianus.§.Sed nec impuberis. ff. de inoffic.testamento.dicitur quòd testamentum pupillare mater querelare non potest. secundò, quia querela fundatur in iniuria, quam se passam mater probare non potest, siue enim dicat patremfam. impiè moreq; insanorum testatum excluderetur, quòd impium non sit uxorem præterire. siue dicat impuberem impiè testatum excluderetur, quòd re uera non impubes, sed pater testamentũ fecit? Sed 94 certè ista captio æquitate legum aliena est, iur enim non interpretamur (ut & alias) pupillum per patrem testatum per se testari uideri, cùm maximè utriusque ead. persona fingatur, & uox patris uox filii intelligatur, & è cõtra. Resp. omnis interpretatio fit propter aliquam æquitatem, quæ hic non adest, ideo non fit. quod non adsit, patet, quia iure.ff. filiusfam. aduentitia bona non sibi, sed patri quærebat: castrensia autẽ & quasi castrensia pupillus quærere non potuit, ergo in hæreditate eius, qui post mortem patris impubes decessit nulla regulariter sunt bona, nisi paterna, quæ æquiss. est ex uoluntate mariti uxori denegari. Confirma, nam & uxor olim poterat filium suum in potestate patris existentem odio mariti exhæredare, nec tunc contra testamentum matris dabatur patri querela.l.si quis in suo §.legis.C.de inoffi.Sed nec ipsi filio olim, hodie contra ut ibid.ratio differentiæ, quia cum pater pupillarem facit, non iniuriam, sed rem utilem filio facit. at cum mater eum exhæredat secus est. Sed certè cùm bona, quæ impubes post mortem patris quæsiuit eo impubere moriente, non ad matrem ab intestato, sed ad substit. pupill. pertineant.l.sed si plures.§.ad substitutos. de uulga. ff.non potest negari id iniurium matri esse, cui luctuosa est filii hæreditas.l.fin C.de instit. quæ iniquitas cessat in testamento matris filium sub conditione emancipationis instituentis. nam bona, quæ post emancipationẽ is filius quæsisset ad patrem iure hæreditario pertinerent. unde nil aliud resp. potest, nisi quòd pater præsumitur summam prouidentiam erga filium habere. unde utiliss. pupillo præsumo, ne ei mater succedat. argum. l.4.ff.de inoffic.testamento. Vel possemus 95 dicere, quòd quærela hoc unico colore permittitur, ut testator more insanorum contra officium pietatis testatus allegetur.l.2.ff.de inoffi.testamento.quod in specie nostra allegare nõ potest mater præterita contra impuberem, quia ipse re uera testatus non fuit, non quoque contra patremf.testantem, quia ipse in prætereunda uxore nulla impietate usus uidetur. & ita tex. ille ratiocinatur, uel ut loco suo differimus, ius pupillariter substituendi moribus inductum præscriptumque fuit, non lege scripta. l.autem scripta semper fit cum magna consultatione, deliberatione, maturoque consilio.l.humanum l.digni.ma C.de legib.c.erit autem.l 4.dist. Ius autem, quod moribus inductum est, paulatim a populo inducitur, & sæpe indiscretè. nec id ius ita subiacet rationi, ut.l.scripta, ut latè diximus in illo articulo, quo iure pupillaris esset in

92 *Pupillaris substitutus potest esse uilis persona.*

93 *Intell l. Papin. §. sed neque impuberis ff de inoffic.testam.*

94 *Captio indigna iurisconsulti.*

95 *Querela, quo colore admissa.*

nenta sicque intelligo quòd iurisconsultus in.d.§ sed neque impuberis.cōtra simplicitatem, quę legibus amica est, utitur captione ad exclusionem fratris & matris idque compulsus necessitate fecit; ut sic defenderet tueretur que ius illud, quod moribus non satis firma ratione inductum fuit.

Tenēdo cōmunē op.ad.l.1.cū simi.ubi pupillus educari debebat. in qua fundatur Bar. & sequaces. Ang.ubi supra ait, ꝙ lōgè maius periculū uertitur in administratione inter uiuos.nā per eā bona dissipantur irrecuperabiliter; sed licèt pater substituat pupillo, cum est uilis persona, bona pupilli non dissipantur, immo peruenient ad substitutum. sed ipse non uidetur bene percepisse mentem Bar. nam quòd bona non perueniant ad substitutum, non solùm non est tantum periculum, sed nullum est periculum ex substitutione facta per patrem: sed præiudicium, & periculum pro tanto dicitur maius, quia si substitutio ualet, nō erit remediū aliquod ad prohibendum substitutum succedere, quod potest esse in dedecus, & grauamen pupilli, & in iniuriā familiæ, si pupillus cogatur habere turpem hæredem.argumen.l.fratres.C.de inoffic. testamen. & præterea, uita impuberis periclitatur.argumen.§.sin autem formidolosus.inst.de pupill.

Et pro communi opinione, uidetur etiam fortiter facere, quòd 96 pater potest substituere exheredato, cui præsumitur inimicus ut.l. cum quidam. C. de leg. & sic non præsumitur bonum cōsilium capere &c. ergo similiter ratione mali consiliū præsumpti, non remonebitur turpis persona.

96 Pupillaris fit etiā exhæredato.

Sed ad hoc resp. quòd licèt exhæredatio ut suo loco diximus, mala mente, in re dubia facta uideatur; tamē adhuc 97 pater uidetur bonum consilium capere pro filio & ei consulere pupillariter substituendo.ut. d.l.pater &.l.si pater de test.tul.ubi probatur, quòd licèt testamentum patris sit annullatum ex prætermissione posthumi, tutor tamen datus filio exhæredato debet confirmari per iudicem, quod non esset si pater non præsumeretur capere bonum consilium pro filio.ut.l.qui á patre &.l.utilitatem.ff. de confir.tuto.ubi tutor á patre datus etiam in testamento, quod quauis ratione ualere desijt, licèt regulariter sit confirmandus.d.l.qui á patre.tamen fallit quando pupillo id non expediebat.

97 Pater bonum consilium capere uidetur pro filio, cum & si exhæredauerit.

Denique pro opinione Bar. contra communem uidetur tex. fortissimus in.l.sed si unius. §. si filio. ff. de iniu. ubi probatur, quòd 98 quamuis pater possit remittere iniuriam factam filio, hoc tamen fallit, nisi sit abiecta & uilis persona.& tamen ibi non agitur de amissione patrimonij, quia est actio competens ad uindictam sicut dicitur in tex.& gl.in.l.cum emancipati.ff.coll.bon. & in.l.quęsitum.ff.de sepul.uiol.sed ideo prohibetur remissio, quia.l.præsumit, quòd pater uilis persona pro modico lucro inhonoraret filium, & se. & talis consideratio propriè cadit in casu nostro. nam indecorum esset pupillo turpem hęredem habere, cùm hæres defuncti personam repræsentet in auth. de iuram. á morien. præst.§.1.idque est considerabile interesse.argumen.l.& quia.ff.de inter.act.Quinimo, quod amplius est, uita ipsius impuberis periclitaretur.argum.d.§.sin autem formidolosus.iuncta.l.fi.C.de pact.astringitur ille tex. nam longè durius est, quòd in uita iure nostro priuemur quàm quòd post mortem, quo tempore natura & Deus non permiserunt, ut rebus nostris uteremur: ut & patet ad sensum omnibus sanę mentis. unde hoc casu esset infirmitas intellectus secundum Philosophum, & etiam probatur in.l.sed non usq;.ff.si quis á par.fuer.manumis. ubi 99 in uita non possunt patres á filijs impediri quin facultates suas effundant, licèt in morte ea libertas nō sit.ut in auth.nouissima.l.cum quæritur. authen.unde si parens.C.de inoff.test. Vnde cùm actio iniuriarum filii iniuriati nomine competat patrifa. ut in.d. §. filio & in §. patitur, insti.de iniur.quòd paterf.propterea quòd sit uilis & abiectus, ex actione eoque iure suo uti impediatur, id longè durius est, quàm si impediretur exemplarem substi.facere filijs suis per quod ipse ut de se patet non multum læditur.astringe secundo, nam quę cōpetunt de iure speciali facilius pereunt, quàm quę competunt de iure communi.l.eius militis.§. militia missus. ff.de milit. testamen. sed de iure quodammodo speciali per modum dispensationis datur patrif.facultas pupillariter substituendi contra regulam.l. captatorias. ff. de hær.insti. l.captatorias.C.de testam.mil. de iure autem communi datur patri pro filio iniurato iniuriarum actio quia re uera ipse pater per filium suum iniuriam patitur.d.§.patitur.ergo negari non potest, quin ut per uilitatem & turpitudinem nostram perdimus ea, quę sunt nobis magis debita: ita & longè facilius deberemus perdere ea quæ nō sunt tam debita, sed minus astringit. Tertiò quia durius est debitum amittere quam lucrum non capere.l.fi.C.de codicill.facit.l.quia poterat.ff.ad treb. l.quia autem.§.1.&.2.ff.quæ in fraud. cred. si ergo propter turpitudinem & uilitatē nostram perdimus actionem iniuriarum nobis debitam nobisque competentem quantò facilius amittemus facultatem exemplariter substituendi.

98 Pater iniuriam filio factam remittere potest, nisi sit uilis persona.

99 Libertas maior est in disponendo nostra bona inter uiuos, quàm in ultima uoluntate.

Denique pro hoc est satis, bonus tex.quem iisdem modis potest quis inducere & astringere in.d. l. si cum dutem.§. eo autem tempore.ff.sol. matrimonio & in.l. si.§.quibus.C.de sententiam pass. in.l.1.C. & ff.ubi pupillus educari deb.l. utilem.ff.de confir. tut.l. neque leges &.l. non possunt.ff. de legib. Vnde si non haberemus.d. §. sed neque impuberis qui ut dixi magis usu quam ratione nititur, quilibet iudicare deberet, quòd pater uilis & abiectus pupillarem facere non posset; quia licèt regulariter præsumatur quòd pater pro filio capiet bonum consilium, tamen in patre turpi & uili contrarium præsumitur.ut.dd.ll.neque ad rem pertinet, quòd adhuc permittatur ei filio substituere pupillariter, quia id non tam ratione quàm usu receptum est: unde ad exemplarem trahi non debet, quæ non usu, sed ratione inducta fuit, & lege, non fortuito, sed maturo consilio lata. & ut in exemplari resecata sunt multa eorum, quæ in pupillari subdura inueniebantur, quale est, quòd mater, uel fratres possent præteriti; ita quoque resecari debet istud absurdissimum, quòd pater uilis & turpis posset talem facere substit. in quo est longè maior ratio Nam sola paritas uel similitudo rationis sufficeret, nedum maioritas. patet quia etiam si lex 100 loquatur per uerbum, præcisum, & taxatiuum, non excludit casus similes.ut inst.quib.mod.re contrah.oblig.§.præterea cum sua glo. ubi omnes. & ideo in auth.ut cum de appell.cog.§.aliud quoque col.8. licèt expressum sit, ꝙ 101 ex 14.causis ibi enumeratis tantùm possunt filii exhæredari, tamen obtinuit creberrima opinio existimantium, quòd non solùm de illis.14.sed etiam ex alijs similibus, nedum maioribus possunt exhæredari. ut tradit Ias.in auth.non licet col.2.&.3. ubi est communis opin. C.de lib.præt. & doct. communiter in authen. ex causa eod.& suo loco plenè diximus.cùm ergo in.d.l.humanitatis.probetur. quòd in iis, quæ subdura & rigorosa sunt non ualet argum. uel ęquiparatio de pupillari ad exemplarem in causis uel casibus ibi expressis. similiter intelligendum est, quòd in alijs casibus similibus non ualebit tale argumen.uel æquiparatio.

100 Taxatiua, non excludit casus similes.

101 Exhæredatio fieri potest ex alijs causis similibus ijs, quæ enumerantur in. §. causas in authen. ut cum de appel. cog.

Et considera, quòd ex mente omnium, quos suprà retulimus. si 102 patri uili & abiecto esset iam interdicta bonorum administratio, tunc non posset facere pupillarem, nec etiam exemplarem: quia ut sibi non possit facere testamentum, ita quoque pro filiis testari non posset.l.is cui lege.ff.de testam.iuncta.l.2. §. quisquis &.§. si prius ff. de uulg.

102 Exemplarem facere non potest pater, nec pupillarem, si ei est interdicta bonorum administratio.

Sed si ei non esset iam bonis interdictum, esset tamen notoriè prodigus, tunc Politus, & Zasi.ubi suprà tenent idem tam in pupillari quàm in exemplari.cuius rei ueritas

103 Pupillarem, aut exemplarem, an possit facere notoriè prodigus?

tas

104 *Prodigus notoriè an te interdictam bonorum. administrationē, an possit contrahere?*

tas pendet ab illo articulo, Nunquid ille, 104 qui est notoriè & manifestè prodigus possit contrahere, obligare, & alienare antequam sibi expresse interdicatur a iudice administratio bonorum. quę res licèt satis controuersa sit, tamen gl. in l. is cui bonis. ff. de uerb. obliga. & in l. i. in princ. ff. de cur. furio. & in l. furiosi. ff. de reg. iur. tenent partem affirmatiuam, quòd sic. eam tenent Bar. Bal. Ang. Paul. de Cast. & Rom. in l. is cui Bar. Bal. Ange. in l. is cui lege. & ibi Imol. & Are. ff. de testa. istam partem tenet Bal. in multis locis. in l. is cui. relatis per do. Alex. sed ultra eum, idem tenet Bal. in c. ex parte in. 2. col. de consuc. Io. de Imol. Petr. de Anch. & alij Canonistæ in c. a. de testa. & ista est communis opin. secundum Paul. de cast. do. Alex. & Are. & Ias. in d. l. is cui bonis. ff. de uerb. obliga. ergo secundum hanc communem opin. quòd sit notoriè prodigus, si tamen non dum sit ei interdicta alienatio, nil iuuat, non magis quam si notoriè prodigus non esset, & consequenter secundum communes opin. is exemplarem facere potest & pupillarem. At secundum Bar. & sequaces, quos suprà retulimus & Polit. & Zasi. nec poterit facere exemplarem, nec pupillarem, sed secundum nos indubitanter pupillarem facere poterit, exemplarem non poterit. Tertius 105 casus est, in matre turpi & uili, quę exemplarem indubitanter facere non potest secundum Polit. & Zas. in tract. subst. exempl. mouentur, quia si non potest exemplarem facere mater, quæ transiuit ad secunda uota, quã to minus poterit mater uilis & abiecta. quod sine dubio tenerent Bar. & sequaces, & nos sequimur, licèt longè diuersa ratione. s. quia etiam pater turpis secundum nos exemplarem facere non posset: etenim turpis pater, quem exemplarem substitutum filio nisi sibi similem dabit, cùm 106 similis similem quærat, & amet.

105 *Exemplarem an facere possit mater uilis?*

106 *Similis similem quærit, & amat.*

Vnde Ouidius lib. 2. de ponto.

Scilicet ingenijs aliqua est concordia iunctis.
Et seruat studij fœdera quisque sui.
Rusticus agricolam miles fera bella gerentem,
Rectorem dubiæ nauta puppis amat.

Et Plutus in menechmis.

Nam ego hominem homini similiorem nunquam uidi alterũ.
Nec aqua aquæ, nec lacte lacti, crede mihi usquam similius.
Quam hic tui est, tuque huius.

Et Horatius lib. 1. Epistolarum.

Oderunt hilarem tristes, tristemque iocosi.
Sedatum celeres agilem, gnauumque remissi.

Has concinit quod Iuuenalis sic ait.

Magna inter moles concordia est.

107 *Exemplaris pupillo, furioso, emancipato, fieri potest.*

Exemplaris 107 fieri potest furioso, pupillo, emancipato. ita tenet & dicit esse cõmuné op. Ripa. in d. l. ex facto nu. 61. quã op. sequitur Alex. ibid. nu. 31. cõtrariũ tenet Imola in c. Raynucius de test. in materia exemplaris secundum Alex. ubi suprà & communem opin. sequitur Corn. in l. humanitatis num. 18. uer. 8. requiritur. ubi dicit hanc esse communem opin. post Bald. ibid. & post Iacob. de Rauenna. & Dinum in d. l. ex facto quos ipse allegat. & communem opin. sequitur Bal. in tract. subst. exempl. col. 2. idem Polit. in tract. eod. in. 7. quæst. & Zasi. in eod. tract. col. 2. post Bar. in d. l. ex facto. ff. de uulg. quæ opin. indubitata est secundum nos, qui tenemus, quod possit fieri pupillo etiam in potestate constituto. nam quòd sit in potestate emancipatus nihil interest, quò ad hanc substitutionis speciem, quandoquidem etiam à matre fieri potest. ut. d. l. humanitatis. cum simil.

108 *Exemplaris frenetico an fieri possit?*

Exemplaris 108 frenetico, qui licet sæpe furore quodam corripiatur, tamen non semper est in perpetuo furore fieri non potest, secundum Bal. in d. l. humanitatis in fi. & Corneum ibi col. 1. in fi. & secundum Imolam in c. Raynucius in materia exempl. subst. extra de testam. sequitur & dicit hanc esse communem opin. Alci. in d. l. ex facto. in princ. num. 4. sequitur & dicit hanc esse communem opin. Corras. in d. l. humanitatis num. 11. hanc opin. sequitur in d. l. ex facto nume. 4. communem opin. sequitur Curti. Iuni. in d. l. humanitatis nume. 4. quam 109 limitat ut tempore, quo durat frenesis ei possit fieri exemplaris, sed Decius ibi communem simpliciter sequitur num. 6. sequitur Ias. licèt dicat se dubitare in d. l. humanitatis col. 1. idem Ias. num. 40. in d. l. ex facto. idem Politus num. 10. in tract. substit. exempl. sequitur Ripa in d. l. ex facto num. 71. quòd fanaticis, leuibus, iracundis, & similibus fieri non potest, quod uerissimum puto: quia id est regulare. ut. d. l. captatorias. ff. de hęr. instit. l. captatorias. C. de testamen. milit. l. 1. ff. de testam. & contrarium nullibi reperitur iure cautum. & ridenda uidetur opi. Curtij Iunioris ubi supra, & sequatium existimantium, quòd tempore, quo durat frenesia possit ei fieri exemplaris, postea uerò minimè. cùm id sit contra tex. in d. l. humanitatis in uerb. perpetuo.

109 *Exemplaris non fit, nisi perpetuo morbo laborantibus contra nonnullos.*

110 *Exemplaris an fatuo fieri possit? not. q.*

Exemplaris 110 fatuo fieri non potest secundum Ias. in d. l. ex facto num. 40. ff. de uulga. & Curti. Iuni. in d. l. humanitatis num. 6. licèt Alci. ibi num. 4. contrarium uelit, & Zasi. in tract. subst. exempl. nu. 3. idem Politus in eod. tract. in. 7. q. sed Ripa num. 82. in d. l. ex facto distinguit, ut si fatuitas sit tanta, quòd animi iudicium peruertat, tunc procedat opin. negantium, quòd fatuus possit testari, & consequenter quod ei possit fieri exemplaris. sin autem leuior, tunc & possit testari, & exemplaris ei fieri nequeat. hæc distinctio uera est, & ex mẽte omnium, qui utranque partem tuentur.

111 *Curator homini frugi si detur quia de frugalitate non fuit oppositũ, an teneat?*

Superioribus proximum est, quòd datio 111 curatoris homini legitimæ ętatis, & sanæ mentis ualere non desinit, si ei tanquam prodigo petatur & de sua frugalitate non fuerit oppositum ita Bar. in l. is cui bonis. nume. 4. ff. de uerb. obliga. ubi Imola & Paulus Castren. & Ias. nume. 14. qui hanc dicit communem opin. & Claudius & Zasius uterque in nume. 17. Alexander consilio 182. lib. 5. licet contrariam partem (& iudice me minus rectè) teneant glos. in l. si putas. C. de peti. hæredi. quæ communiter app. secundum Ripam num. 39. in d. l. is cui bonis & Guido Papæ consi. 169. de quo plenè per Imolam ubi supra. sed pro priore opinione, quę uerior est, facit, quia dementia & prodigalitas est uitium animi, quod oculis corporeis cerni non est possibile, sicque ad probationes decurrendum est, quinimò ad probationes coniecturarum incertas. ut plenè disseruimus suprà sub titulo de his qui nequeunt testari, dum egimus de furioso, & insano, seu mente capto. nec dubium est, quin 112 nullum sit genus probationum, quod concludat certò & indubitanter, sed tantùm per coniecturas, quia & testes possunt mẽtitum testimonium dicere, & instrumenta esse falsa. ut tradunt communiter doct. per tex. ibi in c. afferte de præsump. & in l. admonendi post Bar. ibi col. 2. ff. de iureiu. Vnde sæpe dicimus non ius deficit sed probatio. l. duo sunt Titij. ff. de test. tut. ergo & in specie nostra probationis deceptio non adimet substantiam rei.

112 *Probatio nulla concludit indubitanter.*

113 *Furor superueniẽs post ingratitudinem, an eneruet exhæredationem? ar dua. q.*

Furor 113 autem de quo egimus non solùm iuuat quò ad hoc, ut furioso fiat exemplaris, sed & quò ad hoc ut ex ingratitudine in patrem etiam ante furorem commissa nequeat exhæredari. ita tenent quàm plures relati per Ias. qui hanc partem dicit esse communem in l. ex facto. ff. de uulgari nume. 29. Contrariam tamen partem tenent quam plures, quos refert idem Ias. in l. patre furioso. ff. qui sunt sui uel ali. iur. ubi in nu. 42. hanc op. receptam dicit, nos autem in hac sumus sententia ut pars affirmatiua procedat, quando filius potuit exhæredari propter turpitudinem, secus si propter ingratitudinem, & facinus in patrem commissum. ratio differentiæ, quia priore casu in se ipsum potissimùm peccauit, id quod satis furore ipso punitur & purgatur; nec afflictis est addenda afflictio. l. un. C. qui ante apert. tab. l. diuus. ff. de offi. præsi. posteriore casu in patrem potissimùm peccauit, cui ius semel sibi iustè quæsitũ sine facto suo sibi auferri nõ decet. l. id quod nostrũ. ff. de reg. iu. ut plenius disseruimus suprà de suc. crea. §. 21. n. 256.

De compendiosa substitutione §. xviij.

SVMMARIVM.

1 Compendiosa uerbis communibus facta, eas substitutiones comprehendit, quæ post aditam, non, quæ ante aditem locum habent.
2 Vulgaris an comprehendatur sub compendiosa?
3 L. precibus. C. de impuberum.
4 Vulgaris sub fideicommissaria nunquam intelligitur.
5 L. centurio. ff de uulgari.
6 Legitima filiorum quo titulo relinquenda.
7 Intell. c Raynucius de testam.
8 Titulus institutionis non inducitur per uerbum relinquo adiectum rei singulari.
9 Filius si institutus non sit uitiatur patris testam.
10 Legitima quid iure. ff. & quo titulo relinquenda?
11 Intell. c. Raynucius de testam.
12 Intell. l ita tamen. §. si quis rogatus. ff. ad treb.
13 Præteritus quis dicatur.
14 Bon poss. contra tab. datur præteritis, tam suis, quàm emancipatis.
15 Exhæredatus, qui integrã legitimam titulo fideicommissi, uel leg. acceperat, iure. ff non poterat agere contra testamentum patris.
16 Intell. l. si non mortis. ff. de inoff. test.
17 Leges intelligendæ iuxta materiam titulorum sub quibus collocantur.
18 Intell. l. Papinianus. §. quoniam & §. quarta. ff de inoffic. testamen. l si quando. §. fin C. eod. §. igitur inst. eod. titulo.
19 Intell. 2. ad. c. Raynucius de testam.
20 Iure. C. titulus institutionis in legitima filiorum non requiritur.
21 Intell. l omnimodo. C. de inoffi. test.
22 Querelam habebat institutus in minore portione, quàm legitima, iure. ff.
23 Iure authen. legitima filiorum non requirit titul. institutionis.
24 Intell. §. aliud quoque. in authent. non licet. C. delibe. prat.
25 Intell. l. si quis in suo. §. legis. C. de inof. test.
26 Iure canonico legitima an tit. instit. relinquenda filiis?
27 Intell. c. Raynucius de testa.
28 Intellectus. c. si pater de testa. lib. 6.
29 Verborum uis.
30 Intellectus. c. si pater de test. in 6.
31 Verbum habere interpretatur iuxta qualitatem personarum, idem in uerbo possidere.
32 Obligatio, aut debitum, intelligitur iuxta personarum qualitatem.
33 Intell. l. codicillis. de usufr. leg.
34 Compendiosa, uel fideicommissaria facta in legatis continet sub se uulgarem.
35 Intell. l. 3. ff de adim. leg.
36 Intell. l. ille à quo. § si de test. ff. ad treb.
37 Verb. commune inspecta proprietate uerborum comprehendit omnes substitutiones.
38 Verb. substituo inspecta legis interpretatione, an omnes substitutiones comprehendat?
39 Intellectus. c. si pater de test lib. 6.
40 Pupillaris utilis est pupillo.
41 Fideicom. onus est.
42 Intell. l si pater filio. ff. de uulg.
43 Impuberem instituo, Titium substituo, pupillaris expressa est, matremq́; excludit. contra commune.
44 Matrem excludit pupillaris sub reciproca contenta.
45 Differentia in numero non consideratur.
46 Mater testatoris & etiam impuberis excluditur, si dixi impuberem instituo Seium substituo. noua op.
47 Dementem instituo, Sempronium substituo. expressa exemplaris est, præter communem op.
48 Intellectus c si pater. de testam. lib. 6.
49 Compendiosa à pagano uerbis communibus facta, quòd infra pubertatem sit pupillaris, licèt mater sit in medio. pro communi contra alteram communem.
50 Compendiosa facta a pagano uerbis communibus post pubertatem fideicom. est.
51 Compendiosa impuberi facta à pagano uerbis communibus infra pubertatem ualet iure pupillaris, si mater non sit in medio, sed & si mater sit in medio adhuc idem.
52 Compendiosa facta uerbis communibus continet sub se omnes substitutionum species, quæ dicuntur expressa uerbis generalibus.
53 Pupillaris non desinit nasci propterea quòd mater sit in medio.
54 Substitutio aptatur ad qualitatem personæ, cui fit.
55 Substitutio uariatur ex temporis uarietate.
56 Intell. l. precibus. C. de impuberum.
57 Miles non refert faciat directam militarem, an fideicommissariam. nam utroque casu cessat quartæ detractio.
58 Intell. l. precibus C. de impuberum uerbo ueluti.
59 Verbum substituo. est commune.
60 Milites etiam comprehendunt leges generaliter loquentes.
61 Compendiosa à pagano non refert fiat uerbis directis an communibus. nam utroque casu post pubertatem ualet ut fideicommissaria, & infra pubertatem, ut pupillaris siue mater sit in medio, siue non.
62 Compendiosa sic facta, quandocunque impubes decesserit bona mea inter pauperes distribuantur, est pupillaris infra pubertatem, & postea fideicommissaria.
63 Compendiosa facta à milite uerbis communibus, quas substitutiones comprehendat. ardua q.
64 Compendiosa à milite uerbis communibus facta infra pubertatem ualet ut pupillaris, postea ut directa militaris siue mater sit in medio, siue non.
65 Verbum substituo sumitur pro uerbo instituo.
66 Compendiosa facta à pagano uerbis obliquis omni tempore est fideicommissaria.
67 Compẽdiosa facta à pagano uerbis comunibus, & si mater sit in medio infra pubertatem ualet, ut pupillaris.
68 Compendiosa facta à milite uerbis obliquis omni tempore est fideicommissaria.
69 Compendiosa facta puberi, uel extraneo, ualet ut fideicommissaria etiam post pubertatem.
70 Pupillaris est impuberi fauorabilis.
71 Fideicommissaria est onerosa.
72 Pupillaris quando in fideicommissariam conuertitur cessat quarta detractio.
73 Compendiosa post pubertatem ualet iure fideic. quando interfuit ætatum dinumeratio.
74 Compendiosa & pupillaris ut differant inter se?
75 Compendiosa ita facta, si sine liberis decesserit, uel sic quandocunque decesserit, ualet etiam post pubertatem.
76 Compendiosa facta à pagano uerbis directis post pubertatem, an obliquetur? ardua q.
77 Verba directa ciuilia, & non ciuilia.
78 Pupillaris finitur pubertate, & si longius tempus esset comprehensum.
79 Potestas & uoluntas ad actus ualiditatem debent concurrere.
80 Error in nomine appellatiuo uitiat.
81 Libertas, quæ non ualet directò non obliquatur.

Testato-

82 *Testatoris uoluntas seruanda, licèt à ui uerbi recedatur.*
83 *Compendiosa est mixta.*
84 *Fideicommissaria fit substit. quæ ut directa fieri non potuit.*
85 *Verbum unum, partim propriè, & partim impropriè sumitur.*
86 *Verba, partim propriè, partim impropriè sumuntur.*
87 *Successi. legitima præfertur testamentariæ, si id uelit testator.*
88 *Testamentum superius per inferius tolli desinit, si id uelit testator.*
89 *Testa. superius per inferius minus solenne uolente testante tollitur.*
90 *Testamentum semel infirmatum, an si id uelit testator conualescat.*
91 *Vltima uoluntas etiam sine ullo teste ualet interdum.*
92 *Dies incertus uolente testatore desinit facere conditionem.*
93 *Conditio. quæ tacitè inerat, si exprimatur, interdum aliquid operatur.*
94 *Transmissio uolente testante desinit impediri per conditionem.*
95 *Conditio impossibilis uolente testatore, non reiicitur.*
96 *Bonorum possessor hæredis appellatione continetur, si id uelit testator.*
97 *Tutela ultra pubertatem porrigitur de uoluntate testantis.*
98 *Legatario hypothecaria interdum competere desinit.*
99 *Suitas non tollitur datione cohæredis extranei ex uoluntate præsumpta testantis, idem in substituto uulgari.*
100 *Accrescendi ius uolente testatore uincit ius substitutionis.*
101 *Pupillaris tacita excludit matrem de uoluntate testantis.*
102 *Compendiosa continet sub se uulgarem.*
103 *Compendiosa est apta comprehendere sub se omnes substitutionum species.*
104 *Intell. c. Rainucius de test. a. c. si pater. eod. titu. lib. 6. l. precibus. C. de impub.*
105 *Verbum substituo, sumitur pro instituo.*
106 *Substituere directò post aditam paganus non potest.*
107 *Intell. l. uerbis ciuilibus. ff. de uulgari.*
108 *Verbum, moriatur, an sit directum, ardua q.*
109 *Compendiosa facta à milite uerbis directis post pubertatem, an ualeat ut directa militaris etiam si mater sit in medio. ardua q.*
110 *Intell. l. precibus. C. de impub.*
111 *Intell. l. centurio. ff. de uulg.*
112 *Regulis est adhærendum.*
113 *Regulam transgredimur, ubi id aliqua æquitas suadet.*
114 *Persona extrinsecus non præsumitur.*
115 *Lex generaliter intelligenda.*
116 *Intell. l. precibus uerb. ueluti ex causa fideicommissi C. de impuberum.*



CTVRVS de compendiosa substitutione, (quæ quid sit, & quibus uerbis fiat, tradunt omnes in. l. centurio ff. de uulga. & in. l. precibus. C. de impub. in. c. Rainucius de testamen. ubi nouissimi in. §. 9. & docto. in. c. si pater. cod. titul. lib. 6.) admoneam, compendiosam, an subse uulgarem contineat uehementer fuisse controuersum. Quem articulum in primis plenè agemos. deinde agemus de compendiosa uerbis communibus facta à pagano, uel etiam à milite. 3. de compendiosa uerbis obliquis facta à pagano, ac subinde quid si fiat à milite. Postremò de compendiosa à pagano facta uerbis directis, ac subinde quid si fiat à milite. Quo ad primum communis op. est, compendiosam uulgarẽ subse continere. ita uolunt Cynus in. d. l. precibus. in materia pupillaris subst. q. 4. Vbi Albericus. q. 4. & Alexan. col. 2. Bar. in. l. 1. ff. de uulgari q. 3. Bar. Bal. Angelus, Ioannes de Imola, Paulus Castrensis, & Aretinus col. pe. in. l. quandiu. §. is autem. ff. de acquirend. hæred. Ioannes de Imola in. d. l. centurio col. 7. & in. d. c. Rainucius. in materia compendiosæ Philip. Francus in. d. c. si pater in materia similiter compendiosæ. uersi. circa primum Angelus consilio 41. col. 3. id, quod sentit Oldradus consil. 89. & Albericus in rubr. ff. de uulgari in materia compendiosæ. sentit Ias. in. d. l. 1. ff. de uulga. col 6. uersi. septimo & ultimo. plenè per Nicolaum Boerium decisione 38. enigma aliud. Ias. consilio 72. uisis substitutionibus. lib. 3. & consilio 80. iste casus lib. 1. Bal. consilio 78. quãuis primus substitutus lib 2. per. l. Publius Meuius. §. fin. ff. de condit. & demonstr. Aegidius Bellamera consil. 46. col. 3. Socinus consi. 52. lib. 1. Corneus consi. 298. lib. 3. Masuer. in praxi sua tit. de succ. & ulti. uol. fol. 84. col. 3. Ias. in. l. Lucius. §. fin. ff. de uulgari. Guido Papæ. q. 335. & q. 550. id, quod apertius tenent Ias. in. d. l. precibus num. 12. ubi Curtius Iunior num. 44. cum seqn. Angelus consi. 203. in fin. Alexand. consil. 12. col. 1. lib. 2. Stephanus Bertran. consi. 375. col. 1. lib. 1. Alex. consi. 22. col. 2. lib. 3. idem Alexand. consi. 13. col. 1. lib. 4. Aretinus in. l. generaliter per tex. ibi. C. de inst. & subst. Bart. num. 10. in. l. quandiu. 2. ff. de acquirend. hæred. Franciscus de Ripa num. 101. & num. 146. Alexand. num. 70. Ias. num. 23. Socinus col. 19. in. l. centurio. ff. de uulgari. ubi Lanfrancus de Oriano num. 22. Fumeus de compendiosa subst. nume. 24. Zasius in eodem tract. de compend. substi. nume. 24. Bar. consil. 54. & consil. 328. Bald. & alii in. d. l. precibus.

Sed olim contrariam partem, (quam & non pauci nostrorum tuentur, ut ex locis suprà relatis apparet) ueriorem existimabam taleniq; faciebam conclusionem.

Illa uerba, 1 qui prior ex liberis decesserit is superstiti moriatur, eas substitutiones comprehendere, quæ post acquisitionem, non quæ ante acquisitionẽ locum habent, uel aliter, 2 substitutionem compẽdiosam uerbis communibus factam eas duntaxat substitutionum species comprehendere, quæ post aditam hæreditatẽ, non quæ ante aditam hæreditatem locum habent, sicq; non comprehendit uulgarem. Imprimis ergo pro defensione istius conclusionis ueluti infaucibus insurgit talis potissima consideratio.

1 Compendiosa uerbis communibus facta, eas substitutiones comprehẽdit, quæ post aditã nõ quæ ante aditam locum habent.

Omnes leges de compendiosa substitutione loquentes ponunt pro constanti acquisitam fuisse hæreditatẽ legatum'ue, & perconsequens exclusam fuisse uulgarẽ substitutionem, tacitam, expressam'ue, iuxta tex. in. l. post aditam. C. de impub. & aliis substit. quod id pro cõstanti habuerint, patet 3 ex. l. precibus. in uersic. nam non est incerti iuris. ubi & patri hæres extit, ubi quando compendiosa facta est, ponitur pro expedito aditam fuisse hæreditatem. deinde quæritur, an post mortem primi nominati substitutus admittitur, uel ex ui substitutionis fideicommissariæ, uel pupillaris. deinde idem constat ex tex. in dicto c. si pater. ibi filio subsequenter & filia defunctis. ubi non per repudiationem primi nominati, sed per mortẽ ipsorum fit locus substitutioni, quo fit, ut non intelligatur de tacita uulgari, quæ non aliter quàm per repudiationem aliam'ue exclusionem, quæ ante aditam hæreditatem contigeret, locum habet. ut in allegata. l. post aditam. C. de impub. rursus expendimus eundem tex. in dicto. c. si pater ibi, absq; deductione trebellianicæ. ubi intelligitur hæreditas per primos nominatos adita. Deinde quæritur, 4 an ex causa fideicommissi restitutio facienda esset, quo fit ut compertum sit, uulgarem, cessare, quæ sub fideicommissaria nunquam subintelligitur. ut in. l. ille à quo in. §. si de testamento. ff. ad trebell. denique id probatur in. c. Rainucius de test. in uersi. coram quo, ibi, tanquam ex causa fidei-

2 Vulgaris an cõprehendatur sub compẽdiosa?

3 L. precibus. C. de impuberũ.

4 Vulgaris sub fideicõmissaria, nõ nunquã intelligitur.

fideicommissi, & iterum in uers. insuper tā tertia quàm quarta per trebelianum: ubi licèt substitutio compendiosa facta fuit, tamen ex causa fideicommissi grauatus intelligitur is, qui primus nominatus fuit, non autem uidetur uulgarem substitutionem accepisse sicque post quam bona efficaciter occupauit. dubitatur an moriens per Trebelianum possit quicquam retinere? id quod idem tex. significat in uersi. deduci præterea quartam per trebelianum. & in uersi. cum etiam quilibet extraneus restitutioni grauatus. & apertius in uersi. cum autem. ibi, in eo uerò quòd quartam per Trebelianum idem Iudex censuit retinendam sententiam confirmauit eiusdem. quibus omnibus locis planè intelligitur aditio heredis exclusaque substitutio uulgaris, sicque admissa fideicommissaria. proinde 5 & in.l. centurio ibi post eam autem ætatem ex priuilegio militum patris dum taxat cum fructibus inuentis in hæreditate, & ibi intra.14. annum etiam propria bona filij substitutus iure communi capiet. ubi probatur, quòd substitutio compendiosa comprehendit sub se eas substitutiones, quæ post aditam hereditatem locum habent; qualis pupillaris, & fideicommissaria, non autem eas substitutiones, quæ ante aditam hæreditatem locum habent; qualis est uulgaris & reciproca. nec his impedimentum est, quod sub pupillari regulariter tacita uulgaris comprehendatur. Nam ut suo loco dicetur, id intelligendum est in pupillari expressa spectifica, & indiuidua, non in ea pupillari, quæ sub compendiosa continetur. Cùm ergo omnes leges de substitutione compendiosa loquentes acquisitioné hæreditatis interuenisse intellexerint, non dubiè intellexisse uidentur sub compendiosa uulgarem non comprehendere. cùm per interuentum aditionis excludatur, atque euanescat substitutio uulgaris, siue illa tacita sit, siue expressa, sed 6 his fortiter aduersantur illa uerba in dicto 7 c. Rainutius contenta, ibi, domum, & quendam ortum in eodem testamento relinquens. Et rursus illa uerba, adiecę uerò impuberi reliquid certa bona sua. quibus uerbis planè significatur titulo singulari, non titulo uniuersalis institutionis filiabus testatoris illa bona relicta fuisse. unde fit ut nec ex causa fideicommissi, nec ex ui aliarum substitutionum id onus firmum esset, ut siue dicamus eas duntaxat substitutiones, quæ post aditam hæreditatem locum habent comprehensas fuisse, siue agnoscam eas etiam substitutiones comprehendi, quæ ante aditam hæreditatem procedunt; qualis est uulgaris, reciproqua, & similes: ad hoc tamen nullo casu nullo'ue colore id onus iniunctum illud'ue testamentum substineri possit. nam 8 cùm uerbum illud, relinquo, quod bis duplicatum est in dicto. c. Rainutius. si adiiciatur rei singulari, qualis est domus, & hortus, non pertineat ad titulum uniuersalem institutionis, sed ad titulum legati singularem ut in.l. cogi. in.§. generaliter. ff. ad trebelianū. qui text. adhoc reputabitur unicus. & Bar. ibi dicit illū adduxisse in arg. ad hoc, quòd uerbum relinquo rei singulari adiectum non trahitur ad institutionem directam, uel obliquā, & ita in hoc late resoluit per plura fundaméta istā conclusionem probantia. Rodericus Xuarez in repetitione. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testamen. in uersi. septimo quæro colu. 2. folio. 99. & Guiliel. Benedictus in repetitione c. Rainutius in uerbo in eodem testamento relinquens. in principio. & Alex. de Imola in consi. 70. col. 3. uolumine. 2. & consi 17. uolumine. 3. Cumque 9 ex defectu institutionis filiorum filiarum ue testatoris euanescat testamentum. ut latè resoluit. Alex. post communem opinioné in.l. inter cætera. ff. de lib. & posth. latèque resoluent Claudius, & Vincentius de Herculanis in.l. ita tamen. §. si quis rogatus. ff. ad trebellianum. gl. & omnes tam ordinarij quàm repetentes in authen. nouissima. C. de in offic. testa. Ang. in.l. si non mortis. & in.l. Papinianus. in. §. si quis mortis. ff. eo. titu. superst. ut in. d. c. Rainutius ea substitutio compendiosa

5 *L. cēturio ff. de uulgari.*

6 *Legitima filiorum quo titulo relinquenda.*

7 *Intell. c. Rainutius de testam.*

8 *Titulus institutionis non inducitur per uerbū relinquo adiectum rei singulari.*

6 *Filius si institutus non fit, uitiatur patris testamen.*

inutilis sit, siue referatur ad eas substitutiones, quæ post aditam hæreditatem locum habent, siue etiam ad eas substitutiones, quæ ante aditam hæreditatem factæ intelligūntur. proinde cum hæc in ee maiores nostri uarias interpretationes prodiderint, quæ nec nobis, nec etiā ipsis satis unquam fecerunt; relinquum est, ut alterius atque ex professo is articulus explicetur, quandoquidem in materia nostra est non solùm princeps, sed etiam necessarius. Et in primis 10. inspecto iure ueteri digestorum obtinuit receptissima illa sententia, de qua mentionem habuimus, ut ad ualiditatem testamenti substitutionumque in eo contentarum necessum esset, ut filius filia ue institutus instituta'ue esset, nec aliter supradictæ dispositiones ualerent, etiam si iisdem non institutis integra legitima relinqueretur. unde fit 11 ut etiam si in terminis dicti. c. Rainutius. hortus, & domus de quibus ibi, legitimam filiarum plenam inducerēt, adhuc id testamentum ratum non esset, non magis quàm si ea legitima filiarum diminuta euacuataque foret, ac subinde omnes illæ substitutiones interiissent, cuius sententiæ princeps argumentum, ut leuiora prætermittamus deducitur ex.l. ita tamen in. §. si quis rogatus. ff. ad treb. ubi emancipatus filius præteritus fuit hoc est; neque institutus, neque exhæredatus, sed hæres institutus iussus fuit huic emancipato uniuersam restituere hęreditatem. & quærebatur, an huic emancipato satis factum uideretur, ita ut testamentum nullo iure possit impugnare mouebat quæstionem, quòd is emancipatus ex testamento patris consequebatur non integrā modò legitimam uerum uniuersam ferè patris hęreditatem. diuersum ad huc dicitur, ut 15. emancipatus possit contra tabulas bonorum possessione accepta testamentum oppugnare cuius rei illa ratio est, quod legitima licèt plena fuisset, titulo tamen institutionis non fuit relicta, sed titulo singulari fideicommissi uniuersalis, quæ ratio licèt ab omnibus ubique doctoribus redita sit, tamen non solùm non est tuta, sed etiam omnimodo fallax est. nam 13 præteritus is intelligitur, qui nec institutus, nec nominatim exhæredatus est. ut plenè resoluit Ias. in.l. posthumo nato. 2. col. C. de bon. poss. contra tab per tex. ibi. & in. §. eadem inst. de hęred. quæ ab intest. deferuntur. & in princ. inst. de exhæredatione liberorum. & in.l. inter cætera. ff. de lib. & posthum. unde fit ut in terminis. d. §. si quis rogatus. filius emancipatus ex defectu institutionis, uel exhæredationis præteritus intelligeretur quantumcumque tit. fidei commissi recepisset, & consequenter tanquam præteritus iure poterat testamentum patris impugnare accepta contra tabulas bonorum possessione, quę liberis præteritis datur, siue illi sui sint, siue emancipati ut est tex. in dicta.l. posthumo nato. & in.l. prima, & in.l. non putauit in prin. ff. de bono. poss. contra tabū & in. §. sunt autem institut. de bon. poss. quamobrem in dicto. §. si quis rogatus. filius ad expugnandum testamentum admissus fuit, non ex eo capite quòd legitima titulo institutionis relicta non fuisset, sed ex eo capite, quòd ex defectu institutionis, uel exhæredationis pręteritus intelligebatur etiam si grande emolumentum ex testamento consequeretur. Denique 15 si is filius in terminis. d. §. exhæredatus fuisset, eidemque exhæredato uniuersa hereditas restitui iussa fuisset, is exhęredatus non posset testamentum expugnare; licèt eo casu nihil titulo institutionis consequeretur, id quod nuncupatim probat tex. in.l. si non mortis. ff. de inoffic. testamen. 16 ubi nihil filio familias relictum fuit titulo institutionis, sed titulo tantùm donationis, uel inter uiuos, uel causa mortis, & obtinuit firmum esse testamentum omnesque substitutiones relique'ue dispositiones in eo comprehensę. Nec ad rem pertinuit quod titulo institutionis nihil relictum fuisset, dum modo is filius qui institutus non fuit esset exhæredatus, nec diui num est filium ibi exhæredatum fuisse. nam cum solis

10 *Legitima quid iure. ff. & quo titulo relinquēda.*

11 *Intell. c. Rainutius de testam.*

12 *Intel. l. ita tamen. §. si quis rogatus. ff. ad treb.*

13 *Præteritus quis dicatur.*

14 *Bon. poss. cōtra tab. datur præteritis, tā suis, quàm emancipatis.*

15 *Exhæredatus, qui integram legitimam titulo fidei commissi, uel leg. acceperat, iure. ff non poterat agere contra testamentū patris.*

16 *Intell. l. si nō mortis. ff. de in off. test.*

exhæ-

exhæredatis detur querela in officiosi testamenti. ut in l. non putauit in. 2. responso. ff. de contra tab. & in toto illo titulo de inofficioso agitur de querela liberis exhæredatis danda, uel neganda: superest ut filium ibi exhæredatum dicamus. ut per hoc 17 lex illa secundum naturam tituli sub quo collocata est, intelligatur. iux. l. Imperatores. ff. de in diem adiectione. & is est nouus & uetus sensus illius legis, licèt gl. & doctores circa eius intellectum parum fœliciter elaborauerint idem quoque probant eodemque sensu accipiendi sunt tex. in. l. Papinianus in. §. si quis mortis. ff. de inoffic. testamen. & in. §. quoniam autem. & in. §. quarta autem. eodem titu. & in. l. si quando. §. & generaliter. C. de in officios. testamen. & in §. fin. institu. eo. tit. quas leges omnes doctores in proprijs locis aliter intelligentes misere uiolarunt dum intellexerunt non aliter posse iure. ff. testamentum sustineri, quam si filius titul. institutionis integram legitimam receperit, licèt exhæredatus proponeretur, quod planè est contra omnes leges superiores rectè intellectas. sic ergo & in specie nostra atque in terminis d. c. Raynucius intelligendum est, quòd filię familias, quæ domum tantùm & hortum receperunt reliquaue singularia bona atque emolumenta, fuerunt, uel institutæ uel exhæredatæ, perq́ue talem institutionem, uel exhæredationem testamentum fuit confirmatum & reliquæ substitutiones in eo comprehensæ. nec est suppletio, aut diminatio, quia ut ad ualiditatem testamenti necessarius est testium interuentus amplius q́; ipsorum numerus, eorundemq́; rogitus unitas contextus & cetera id genus: ita quoque necessaria est solennitas institutionis, uel exhæredationis filiorum filiarum'ue. ut in. l. inter cætera. ff. de libe. & posthum. unde quemadmodũ in dicto. c. superiores solennitates subintelliguntur, licèt de illis nulla ibi mentio fiat, ita quoque solennitas institutionis, uel exhæredationis subintelligitur, licèt de tali institutione, uel exhæredatione nulla mentio fiet. nec est huius rei obscura ratio. nam cùm ibi aliud principaliter ageretur pro comperto, & expedito habebatur omnes illius testamenti solennitates interuenisse. nec oportebat, quinimmo ridiculum foret, si aes sigillatim & numerasset, qui aliud principaliter agebat, sicque nostrę assertioni tex. ille & oberit nihil, & sententia nostra firma defensaque manabit, ut iure digestorum titulus institutionis necessarius non sit ad ualiditatem testamenti substitutionumque in eo contentarum; ut 19 interim omittam, quòd ibi loquitur in filiabus, quas constat olim hæredes institui ad patrum suorum testamenta firmanda necessum non fuisse: ut in fine principij inst. de exhær. liberorum. ibi, sed non ita de filiabus cæterisque per uirilem sexum descendentibus liberis. & in. l. maximum uitium. C. de liberis præteri. & in. l. qui filiabus. ff. de lega. 1. & in. l. qui filium. ff. ubi pupillus educari deb. & in. l. cohęredi. §. cum filiæ. si subtiliter inspiciatur. ff. de uulgari. Sed 20 quòd iure. C. omnes tam glosatores, quàm doctores ubique pro comperto habuerint, ut filio etiam præterito testamentum firmum esset. si quidquam etiam minus legitima is recepisset. moti per 21 tex. in. l. omnimodo. in uersiculo. est hæc quidem. C. de inoffic. testam. id nobis non probatur. nam quod ibi dicitur, & aliquam eis quantitatem in hæreditate, in legato, uel fideicommisso. non eò pertinet, ut filius filia'ue prętereti quid quid titulo legati, uel fideicommissi, uel donationis recepissent, nõ possent impugnare testamentum. sed eò pertinet, ut si filius institutus sit, licèt 22 in minori portione, quàm legitima, is iure codicis non posset testamentum expugnare per querelam eo prætextu quòd diminuta legitima accepisset, licèt iure digestorum id facere posset iuxta tex. in. l. cum quæritur. C. de inoff. testamento. & in. l. si quando. §. si. eod. tit. & in. l. Papinianus. §. quarta autem. & §. quoniam autem. & in. §. si quis mortis. & in §. si quis impubes. & in. l. si non mortis. ff. de inoffi. testamen. & in. §. fin. insti. eo. rursus eò etiam pertinet, ut si filius exhæredatus reperiatur isque titulo singulari tantùm non etiam uniuersali legitimam recepisset etiam deminutam, is hodie non potest testamentum expugnare, sed tantùm supplementum petere, etiam si nulla iusta causa exhæredatus fuisset. licèt iure digestorum iniustè exhæredatus testamentum posset impugnare, eo quòd legitimam diminutam habeat. itaque iure codicis duplex innouatio introducta fuit. Prima, ut institutus in minore portione, quam legitima, cui iure digestorum prætextu legitimæ diminutæ querela dabatur, huic etiam iniuste exhæredato iure codicis talis querela non concedatur, sed ad supplementum tantùm legitimæ posset agi. quòd autem præteritus, qualis est ille, qui nec institutus, nec exhæredatus fuit, non habeat ius impugnandi testamentum, id iure codicis minimè receptum fuit, licèt ubique doctores supra citati id perperam intellexerint decepti a dicta. l. omnimodo male intellecta. Vnde fit, ut retenta nostra uera interpretatione omnes digestorum leges de hac materia loquentes saluæ sint atque incolumes; quæ inspecta communi sententia correctæ abiectæque forent. contra legem unicam. C. de inoffi. doti. & contra. l. si quando in princ. C. de inofficioso testamento. & in. c. cum expediat de electione.

17 *Leges intelligẽdæ iuxta materiam titulorũ sub quibus collocatur.*

18 *Intell. l. Papinianus. §. quoniam et. §. quarta. ff. de inoffic. testam. l. si quando. §. fin. C. eod. §. igitur in sti. eod. titulo.*

19 *Intell. 2. ad. c. Raynucius de testam.*

20 *Iure. C. titulus institutionis in legitima filiorum non requiritur.*

21 *Intel. l. omnimodo. C. de inoffic. test.*

22 *Querelam habebat institutus in minore portione, quàm legitima iure. ff.*

Denique 23 omnes nostri interpretes in locis suprà citatis huius fuerunt sententiæ, ut extimarent nouissimo iure authenticorũ legitimam relinqui oportere titulo institutionis, non secus quàm primæuo digestorum iure mouentur per tex. in auth. ut cum de appellatione cognoscitur in. §. aliud quoque capitulum collatione. 8. & in auth. non licèt. C. de lib. pręt. ibi non licèt parentibus liberos suos pręterire, aut exhæredes in suo testamento facere, nec si per quamlibet donationem, aut legatum, aut fideicom. eis relinquerint debitam legibus portionem. ubi. 24 Iustinianus eò respexisse uidetur, ut non sit satis integram legitimam liberos habere. Tertio singularis legati fideicommissi'ue seu donationis. unde docemur eam relinqui oportere titulo uniuersali institutionis. sed hæc collectio, quam nostrates ubique reducit, euidenter suspecta est. nec eò pertinet, ut necessum sit titulo institutionis legitimam relinqui ad primordialem testamenti firmitatem, inualiturum enim esset testamentum, & si titulo uniuersali non relinqueretur. Sed illa Iustiniani uerba eò pertinerent, ut titulus institutionis necessarius sit ad impediendam testamenti iam ualidi recissionem, quæ per querelam inofficiosi contingeret, si filius iniustè exhæredatus integram etiam legitimam titulo singulari haberet. idque probatur in primis 25 ex lege si quis in suo in. §. legis. C. de inoffic. testamento. ubi Iustinianus ait, non licere matri filium impuberem odio patris exhæredare: matri autem contra facienti non ea pœna imposita intelligitur, ut testamentum ipso iure nullum sit, sed ea dumtaxat, ut testamentum licèt primordialiter, & mero iure ualeat, possit tamen infirmari per inofficiosi querelam. sic & in dictis authenticis. quod dicitur non licere parentibus. ita interpretandum est, ut si aduersus ea factum fuerit, non ea pœna apposita uidetur, ut testamentum sic ipso iure nullum, sed ea dumtaxat; ut cum testamentum primordialiter, & ipso iure ualeat possit ex post facto rescindi per inoffi. querelam. idque fortius suadetur ex. d. §. aliud quoque. nam cum per totum illum titulum Iustinianus Imperator ratiocinetur de querela inofficiosi, consequens est, ut uerbum non licere, ita interpretetur, ut contra facienti imponatur pœna non annullationis testamenti, sed dumtaxat rescissionis per querelam contingentis, ut per hoc illud uerbum intelligetur secũdum naturam illius tituli iuxta legem Imperatores. ff. de in diem adiectione. denique id fortissime suadetur ex tex. in dicto. §. aliud quoque capitulum. ibi, aut si per quamlibet donationem, aut

23 *Iure auth. legitima filiorum non requirit titul. institutionis.*

24 *Intell. §. aliud quoque. in authent. non licet. C. de lib. præt.*

25 *Intell. l. si quis in suo §. legis. C. de inof. testam.*

legatum, aut fideicommissum eis relinquerunt debitam legibus portionem. quæ sanè uerba non pertinent ad primam testamenti firmitatem, sed magis ad rescissionem testamenti iam ualidi atque in esse producti. nam si iure ueteri filius filia'ue præteriti essent & integram legitimam uniuersámque hæreditatem titulo singulari accepissent, adhuc nullum erat ipso iure testamentum, non secus quam si re uera nihil cepissent, ut superius latè docuimus per tex. in. l. ita tamen in. §. si quis rogatus ff. ad Trebelianum. & latè resoluit Ias. in. l. posthumo natorum. num. 5. C. de contra tabulas Cæterùm data primordiali firmitate testamenti, quæ per exheredationem filii contingebat, non secus quàm per institutionem ipsius. ut in prin. instit. de exhæred. lib. & in. l. inter cætera ff. de lib. & posthu. tunc si hic filius integram legitimam accepisset denegabatur ei inofficiosi querela. ut in. l. cũ quæritur. cum similibus suprà citatis. C. de inoffi testamen. etiam si iniustè fuisset exhæredatus ut in dictis legibus. itaque integralis seu plenitudo legitimæ de iure ueteri non pertinebat ad intercidendam primordialem testamenti firmitatem, sed ad rescissionem dumtaxat testamenti iam firmi impediendam. quo fit ut Iustinianus, qui integram legitimam titulo singulari relictam, ait, non sufficere; necessariò interpretandus sit, ut intelligeret quòd licèt sufficiat plenitudo legitimę quo quo titulo relictæ ad primordialem testamenti firmitatem, non tamen sufficiat ad querelam excludendam.

26 *Iure canonico legitima an tit. insti. relinquenda filius?*

27 *Intell. c. Raynucius de testa.*

Postremò, iure 26 nouissimo pontificum is articulis uehementer controuersus semper fuit, maximè per tex. in. d. c. Rainucius. 27 in uerbo domum, & quendam hortum relinquens, & iterum quædam bona relinquit. Vbi pater familias, quia testabatur non titulo uniuersali institutionis, sed titulo singulari filiam suam honoratam relinquit, nec desijt per hoc ualere testamentum. Et ex maioribus nostris quidam existimabant, nihil ualiturum iure Canonicu id testamentum, nisi filię testatoris institutę proponerentur. alii uerò id testamentum ualiturum etiam si tales filiæ pręteritæ essent & licèt in hac posteriori sentẽtia sint innumeri ferè auctores, quos referre non expedit, tamen ea sententia minimè tenenda est, ne ea retenta tot tanque pulchræ leges iuris Ciuilis miserè labefactentur. nec nobis impedimẽto erint uerba superiora dicti. c. Rainucius. cùm ibi, ut diximus, filiæ testatoris institutæ fuissent uel exhæredatæ, id, quod nullam diuinitatis suspitionem habent, ut superius docuimus. sententia autem existimantium id testamentum. non ualiturum nisi filiæ testatoris institutæ proponerentur, similiter suspecta est, quia si tales filiæ exhæredatæ fuissent, etiam si iniusta esset exhęredatio testamentum ipso iure ualeret, licèt minorem portionem quàm legitimam, uel etiam nihil accepissent; sed & ex post facto id testamentum infirmari non posset per querelam inofficiosi, si tales filiæ exhæredatæ dicerentur. secundum quæ in dicto. c. Rainutius non iure dubitabitur, an testamentum ualeret, nec ne, cùm absque dubio id testamentum firmum esset, si ut debuit secundum ueteres leges ciuiles interpretationẽ reciperet. Stat ergo ex superioribus, quòd omnia iurã tam Ciuilia quàm Canonica de cõpendiosa substitutione loquẽtia ponunt pro constanti firmum esse testamentum aditamq; fuisse hæreditatem, uulgaremq; sub compendiosa non comprehendi.

28 *Intellect. c. si pater de testa. lib. 6.*

29 *Verborũ uis.*

Deinde & in fauorem eiusdem conclusionis apprime facit 28 tex. in. c. si pater de testamentis. in 6. in uersiculo dum modo. ibi, earum uerbis conueniant. ubi 29 habetur substitutionem eodem modo interpretandam, ut magis conueniat uerbis testatoris. bene facit tex. in. l. unica. §. si autem ad deficientis. C. de cadu. toll. ubi probatur quòd testator si aliud quàm quod scriptũ est, uoluisset, id expressim dixisset. facit tex. in. l. Labeo. ff. de supellectili legata. ubi sermones cuiusq; eius tam mentis, quàm animi testes certissimi intelliguntur. tunc sic si illa uerba, qui prior ex liberis discesserit, is superstiti moriatur, interpretentur & trahantur ad casum duntaxat acquisitionis iam factę: tunc hæc interpretatio longè conuenientior est, quantum ad uerba testatoris quàm foret si interpretarentur, ut comprehenderent casum acquisitionis nondum factæ. Nam si primò nominatus, uiuo substituto moreretur, tunc uerba testatoris id inducunt, ut substitutus non admittatur (per tex. in. l. heres meus. & in. l. quibus in. §. quidam Titio. ff. de cond. & demonst. ubi expressim ut non aliter substitutus admittatur) quàm si institutus reuera decessisset. tunc sic, si superior substitutio dicatur fideicommissaria futurum est, ut non aliter substitutus admittatur, quàm si institutus & hæres erit, & prior decesserit. ut in. l. ille à quo. §. si de testamento. ff. ad treb. quòd si ea substitutio uulgaris diceretur, tunc fieri posset ut substitutus uiuente instituto contra uerba testatoris admitteretur. nam substitutio uulgaris uerificatur in casu tam uoluntatis quam impotentiæ. ut in. l. cum proponas. C. de hęr. inst. & in. l. si pater fil. ff. eod. titulo & in. § fin. inst. de uulg. Vnde si primò nominatus excluderetur per repudiationem, siue illa expressa esset, siue tacita, tunc substitutus etiam uiuo instituto admitteretur, quod euidentius foret contra uerba expressa, certa, & indubitata testatoris nominatim contrarium ferè dicentis.

30 *Intellect. c. si pater de test. in 6.*

31 *Verbũ habere interpretatur iuxta qualitatẽ personarum, idẽ in uerbo possidere.*

32 *Obligatio, aut debitum intelligitur iuxta personarum qualitatem.*

Deinde nostræ sententiæ adstipulatur 30 tex. in allegato. c. si pater. ibi, earum conueniat personis. ubi habetur omnem dispositionem in re dubia ita interpretandam esse, ut magis personis conueniat. id quod & multis nominibus persuaderi potest. nam 31 & in stipulationibus solet fieri similis interpretatio iuxta text. in. l. stipulatio ista in. §. hi quoque. & in. §. hi quoque. ff. de uerbo. oblig. ubi stipulatio illa habere, licere ad seruũ stipulantem relatam, suam commutat naturam, ut non de iure dominii habendo, sed magis de possessione nuda'ue detentatione adsequenda intelligatur. Rursus stipulatio illa possidere, licere. ad seruum relata, non de possessione prout iuris est consequenda, sed magis de nuda detentatione intelligitur. ut scripsit Vlpianus in d. §. hi quoque. in secundò Resp. quibus 32 conuenit quod Paulus egregius iuris consultus scriptũ relinquit in. l. qui heredi in. §. dominus. ff. de condit. & demonstr. Vbi si dominus legauit seruo, quod eidem seruo debebat, non de debito ciuili & naturali, & sic efficaci, & exigibili intelligitur, sed magis de debito naturali, cuius debiti seruus incapax non intelligitur. tex. in. l. frater à fratre. in uersic. naturalem. ubi glo. Bar. & omnes tam moderni quàm repetentes. ff. de condit. in deb. & in. l. si id quod. ff. eod. titulo. Vbi similiter Bart. & omnes & in l. Stichum in. § naturalis. Vbi Bar. & omnes. ff. de solutionibus. & in. §. 1. inst. de fideiuss. Nec ad rem pertinet quòd appellatione debiti simpliciter prolati de debito efficaci intelligatur, quale est debitum ciuile simul & naturale. ut in. l. si cui in. §. Flauius. ff. de solutionibus. ne aliter intelligentibus uerba effectu carentia sicq; parum utilia redderentur. Pro nobis facit, quòd constat potiorem esse eam interpretationem, quæ personarũ ęqualitatem inducat, quàm si induceret diuersitatem. ut in. l. iam hoc iure. in uersic. quod genus. ff. de uulga. & pupilla. & in. l. 2. & in. l. quamuis. C. de impub. & aliis substit. & in. l. si in testamento. la diffici. C. de testamen. milit. id quod eueniet nostra interpretatione admissa, & contraria reiecta.

Denique & nostra interpretatio temporibus conuenientior est. nam secundum eam hęc substitutio fideicommissaria semper est, nec uariatur ex cursu temporis. at secundum communem receptamq; interpretationem talis substitutio non semper eadem foret, sed uariationem reciperet ex cursu temporis, ut ineunte pupillari ætate pupillaris intelligatur, postea uerò muta-

ta priori

ta priori natura in uim fideicommissariæ transformaretur. constat autem potiorem esse eam interpretationẽ, quæ temporis æqualitatem & ueluti contiguitatem induceret quam si induceret diuersitatẽ. argumento text. in l. liberi. in uerbo iugiter. C. de inoffic. testamen. cum similibus supra citatis. stat ergo ex superioribus, quòd uerba proposita ad fideicommissariam tantùm reliquasuè substitutiones, quæ fideicommissariæ assimulantur trahenda sunt potius quam ad uulgarem reliquasq; similes substitutiones, ut per hoc omni tempore æqualitas, non diuersitas seruetur, additéque personarum exæquatio.

33 *Intell. l. codicillis. de usufr. leg.*

Deinde 33 & in eadem partem urget tex. in l. codicillis in pr. ff. de usufructu lega. ibi, post cuius nouissimi decessum, ad rem publicam pertinere uolo. & ibi, per mortem eorum. & ibi, post mortem eorum ad rem publicam pertinere uolo. iunctis illis uerbis. Reipublicæ fideicommissum, Reipublicæ non deberi. & ibi, fideicommissum uocatur, ubi licèt uerbum pertinere, sit uerbum commune, ut docet Bar. & omnes in. l. centurio col. prima. & ti. ff. de uulga. tamen illud uerbũ ad causam fideicommissi duntaxat, non etiam ad substitutionem uulgarem refertur, ut probat ille tex. in dictis tribus locis cum adiungitur uerbo si decesserit. hoc amplius si unusquisque ex principio nominatis eisdemque grauatis decederet statim eius portio ad substitutum fideicommissarium, non etiam ad coniunctum pertineret. ut in specie probat text. in l. fin. §. filium. ff. de leg. 2. & in l. Lucius. §. Caro. ff. ad treb.

34 *Compẽdiosa, uel fideicommissaria facta in legatis cõtinet sub se uulgarem.*

Nec 34 nostræ principali opinioni obstat quòd sub compendiosa, uel etiã sub fideicommissaria contineatur uulgaris. l. 3. in prin. ff. de adi. lega. nam illud quando fideicom. uel compendiosa fit in legatis, secus si in fideicommiss. uniuers. uel in uniuersa hæreditate. ita 35 nouissimè ad consonantiam reducuntur. l. 3. in pr. ff. de adimen. leg. cum 36 l. ille quo. §. si testamẽto cũ similib. ff. ad treb. nec obscura est differentiæ ratio, nanque per legatarios grauatos nunquam deducitur falcidia per hæredẽ uniuersalem grauatum. quo fit, ut licèt legatum recta uia ad secundò nominatum transeat non plus habeat quàm habiturus esset si per prius foret apud primum nominatum; at secus in hæreditate, quæ per prius nominatum defalcatur. Vnde si ipse nolit, uel non possit capere non oportet quòd fideicommissarius integram hæreditatem capiat contra uoluntatem testatorum. Est etiam alia differentiæ ratio. nam hereditas est personalissima, sed non ita legatum. text. in l. fin. C. de lega. iuncta. l. ei qui soluendo. ff. de her. inst. & in l. & si hoc in. §. sed quod Papinianus. ff. de minoribus. quo fit, ut facilius legatum migret quam hæreditas. facit. l. 3. & in. l. qui liberis. §. hæc uerba. ti. de uulga. & quæ latè notat Ias. in l. emancipata numero 14. C. qui admitti. unde legatum restituendum post mortem primi nominati utpote migrabile sui natura facilè abscedit a persona primi legatarii, & transit in fideicommissarium: etiam antequam acquisitum radicatumue esset in persona ipsius. cæterum hæreditas ut pote personalis non ita faciliter de persona instituti migrat in personam fideicommissarii substituti.

35 *Intell. l. 3. ff. de adi. leg.*

36 *Intell. l. ille à quo. §. si de test. ff. ad tre.*

Denique & si olim ita tenuissem, postea tamen mutaui sententiam communemque opin. amplexus sum. ut supra de succ. crea. §. 11. num. 27. cum pl. sequ.

37 *Verb. commune inspecta proprietate uerborum comprehẽdit omnes substitutiones.*

Superiora procedunt, quando 37 testator dixit si primò nominatus decedat substituo. sed uidendum est, cum testator ita dixit, impuberes filios instituo, & Sempronium substituo. nec adiecit, si primus nominatus decessisset, uidendum inquam est, quæ substitutio comprehendatur? & obtinuit sententia existimatam uulgarem tantùm substitutionem comprehendi. ita Bart. in d. l. centurio numero 32. cuius opinio communis est, ut latè resoluit Ias. ibidem numero 54. idem Bar. in l. Lucius de uulga. num. 20. Ias. ibi hanc dicit communẽ num. 29. idem Bar. in. l. Gallus. §. quidam rectè post glo. ibi num. 2. & num. 10. ff. de libe. & posthum. cuius opinio communis est, ut resoluit. Alexand. ibi num. 5. & Iaso. numero 10. & Lancelottus Galiaula numero 10. & Alciatus numero 10. & Furtunius numero 19. & ibidem Galiaula numero 31. ubi etiam Ias. iterum num. 45. & iterum Fortunius ibi numero. 64. qui omnes in hac sunt opinione, ut existiment in specie proposita nullam omnino speciem substitutionis comprehẽdi præter uulgarem. Nos autem sumus in nouissima opinione, ut sub illis uerbis inspecta proprietate uerborum comprehendantur omnes species substitutionum, siue illa uulgaris sit, siue pupillaris, siue exemplaris, reciproca, compendiosa, directa militaris, & fideicommissaria. Mouemur, quia omnis omnino substitutio concipitur, uel in primum, uel in secundum casum, hoc est, uel ante aditam hæreditatem, uel post aditam, ut prætoria, quod patet ad sensum. nominatim etiam probatur in. l. precibus. C. de impub. ibi utrum in primũ, uel in secundum casum. tunc sic, uerbum substituo, & omne uerbum commune & inspecta sui proprietate, & etiam denominatione comprehendit non solum eas substitutiones, quæ ante acquisitionem hæreditatis locum sibi uendicant, qualis est uulgaris, & reciproca ut in. l. iam hoc iure. ff. de uulga. & fortè per totum illum titulum, & per totum instit. & C. eod. Sed etiam comprehendit eas substitutiones, quæ post aditam hæreditatem uendicant sibi locum, qualis est substitutio fideicommissaria, & directa militaris, & pupillaris, & compendiosa, & exemplaris, ut nominatim probant. lex generaliter. in uerbo substituit. C. de institu. & in. l. milites etiam in uerbo. substituere. ff. de militari testamen. & in princ. instit. de pupill. uerbo substituere. & in. §. qua ratione. in uerbo substituere. eodem titulo. & in. l. precibus in uerbo substituit. eodem titulo stat ergo uerissimum esse, quòd uerbum commune comprehendit sub se inspecta proprietate sermonis non solum uulgarem substitutionem, sed etiam reliquas omnes substitutionum species.

38 *Verb. substituo inspecta legis interpretatione, an omnes substitutiones comprehẽdat.*

Nunc 38 autem uidendum est, an saltim inspecta. l. interpretatione possit defendi communis opinio, ut solam uulgarem comprehendat non etiam reliquas substitutionum species. & licèt omnibus ferè repugnantibus de quibus suprà mentionem habuimus; tamen defendendum esset, quòd etiam inspecta interpretationem sub illa formula comprehendatur non solùm uulgaris, sed etiam pupillaris. id quod nominatim probat text. 39 in. d. cap. si pater in uersiculo præmissæ. ibi directæ debent intelligi pupillares. Vbi substitutio facta fuit per uerbum commune, & tamen fit interpretatio, ut comprehendat non uulgares tantùm, sed etiam pupillares. id, quod probatur ratione, nam cùm in terminis illius text. uerbum commune in substitutione fit appositum, negari non potest, quin inspecta sui proprietate comprehendat omnem substitutionis speciem. Nec ulla ratio reddi potest propter quam à proprietate recedamus ad excludendam pupillarem substitutionem, quæ 40 substitutio pupillaris utilissima esset impuberibus primò nominatis. ut in. l. ex tribus cum glos. C. de inoffic. testamen. in l. si pupillus. in uerbo utilitatem impuberis. ff. de adquirenda hæredi: Vnde licèt aliquando recedamus à proprietate sermonum, ne uideatur facta fideicommissaria substitutio, 41 quæ nocet priori nominato, ut in. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de uulga. & sic fiat interpretatio, ut uerb. substituo comprehendat uulgarem, non fideicommissariam: tamen nunquam debet fieri interpretatio, ut desinat comprehendere substitutionem pupillarem, quæ ipsi impuberi prius nominato utilissima fuit. etenim quòd uerbum substituo comprehendat solam uulgarem, non etiam fideicommissariam id contra uim uerbi receptum est fauore instituti, ne grauatus fideicommisso uideatur. quæ ratio non solùm

39 *Intellect. c. si pater de testa. lib. 6.*

40 *Pupillaris utilis ẽ pupillo.*

41 *Fideicommiss. onus est.*

suadet, sed etiam cogit nos intelligere, ut tale uerbum comprehendat non solum uulgarem, sed etiam pupillarem, tum ut uerbi proprietas seruetur, tum etiam ut utilitas impuberis substituti non impediatur. Denique
42 42 hanc partem probat euidenter tex. in.l. si pater filio.ff. de uulga. ubi impuberi simpliciter facta fuit substitutio per uerbum substituo, quod est commune & tamen text. ait pupillariter factam uideri substitutionem, qua 43 ratione intelligendum est, quòd si mater staret in medio excluderetur per substitutum illum pupillarem, licèt eius substitutio simplex atque informis esse uideretur, non secus, quam excluderetur mater per substitutionem pupillarem, quæ 44 sub reciproca cõtinetur. iuxta illam gl. ab omnibus receptam in.l. Lucius in gl. ultima.ff de uulga. nam & cùm uerbum simpliciter & indefinitè prolatum debeat intelligi in pleniori significato. §. quoties institut. de iure nat. gen. cumque uerbum substituo & reliqua uerba communia ea ui comprehensiua possint omnes substitutionum species comprehendere: superest, ut omnes comprehendant. nam & gl. d.l. Lucius ab omnibus ubique recepta nulla alia ratione defendi commendariq; potest, nisi quia illa uerba, uos inuicem substituo, sunt uerba communia aptaque ex ui comprehensiua omnes substitutiones comprehendere: ideoque omnes comprehendant. nec
45 ille casus à nostro quicquam differt preter quam in pluralitate numeroque personarum. at quæ differunt numero tantùm, uel tanquam plures, uel pauciores, uel tanquam plus, & minus, non differunt in specie. l. proponebatur. ff. de iudi. l. si grex. l. grege. ff. de leg. i. l. grege. ff. de leg. 2. l. in stipulationibus. ff. de uerb. oblig. l. si. ff. de fund. instr.

42 Intell. l. si pater filio. ff. de uulg.

43 Impuberẽ instituo, Titiũ substituo, pupillaris expressa est, matremq; excludit. contra communem.

44 Matrẽ excludit pupillaris sub reciproca contenta.

45 Differentia in numero non consideratur.

Quinimmo longè facilius in specie nostra & indubitabilius est quàm in terminis. d. gl. l. Lucius. nam illa procedit etiam si uariæ substitutionum species inducerentur in diuersis personis, & per hoc uiolaretur illa regula, quæ habet interpretationem ita faciendam, ut una determinatio respiciens plura determinabilia ea pariformiter determinet, quod in specie nostra, non est: itaque iam dubitari non oportet, quin illa uerba impuberem instituo, Sempronium substituo, tam uulgarem quam pupillarem expressam subse contineat: & per hoc
46 mater in medio existens excludatur, siue illa mater sit impuberis, siue etiam testatoris. nam impubere adeunte patris hæreditatem mater ipsius impuberis excludetur ex expressa pupillari, eo uerò abstinente mater tunc testatoris excludetur ex uulgari expressa. Fatent tamen quod fideicommissaria licèt sub illis uerbis & sub illa informi substitutione comprehendatur ex ui & proprietate uerborum; tamen ea interpretatione legis definit comprehendi. ut. l. post aditam. C. de impub. quia fideicom. odiosa est. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de uulg. quę ratio cessat in pupillari, quę multùm fauorabilis est. l. si pupillus in uerbo. utilitatem impuberis. ff. de acq. hær. glos. communiter app. in. l. ex tribus. C. de in off. testamen. & cessat etiam in exemplari, quia æquiparatur pupillari, & similiter est fauorabilis. §. qua ratione inst. de pupill. substi. Qua ratione nouè defendi potest, quòd 47 illa uerba (filium dementem furiosum'ue instituo, & Sempronium substituo) comprehendunt sub se nõ solùm uulgarem, sed etiam exemplarem: tum ut seruetur uerborum proprietas, & generalitas, tum etiam ne furiosi, uel dementis primò nominati utilitas subuertatur: id quod euidenter probant superiora fundamenta, licèt preter omnium sententias esse uideantur, qui sub illis uerbis solùm uulgarem comprehendi existimarunt. Nec obst. 48 huic nostræ principali assertioni tex. in. d. cap. si pater in uerbo moretetur iuncto uers. præmissæ. namque substitutiones factæ de filio ad filiam, & de filia ad pauperes Christi directæ debent intelligi pupillares, ubi substitutio compendiosa facta uerbo communi, quale est uerbum moriatur, in persona impuberis inducit substitutionẽ directam, quæ lis est pupillaris; & pupillaris substitutio continet sub se eas substitutiones, quę ante aditam hęreditatem locum habent, qualis est uulgaris tacita. ut in. l. iam hoc iure. ff. de uulgar. substitutione. in. d. cap. Rainutius. d. c. si pater. quod sanè intelligendum censeo, ut superius in mea principali assertione declaraui; quando pupillaris est certa, expressa, indubitata, & indiuidua, & ponitur principaliter de per se. ut in iuribus supra citatis. in quibus cõstat prædictis modis interuenisse pupillarem & ita fit interpretatio, ut tacitam uulgarem subse contineat, & sub ea cum sit principalis & de per se comprehendatur talis uulgaris: secus autem quando pupillaris est tacita, & dubia, & non ponitur de per se, sed sub intelligatur sub alia substitutione. ut est. in. d. c. si pater ubi substitutio pupillaris comprehenditur sub compendiosa. & cum sub ea illa sit sub intellecta, non est, cur dicamus quòd ipsa pupillaris possit subse comprehendere aliam tacitam uulgarem, cum ipsa sit tacita, & comprehendatur sub alia, quo casu, si ita esset, duæ specialitates plane concurrerent. contra regulam iuris expressè id prohibentem, de qua mentionem superius habuimus.

46 Mater testatoris et etiam impuberis excluditur, si dixi impuberem instituo, Seium substituo. contra op.

47 Dementẽ instituo, Sẽpromũ substituo. expressa exẽplaris est, preter commune op.

48 Intellectus. c. si pater. de testamen. lib. 6.

Denique etiam si ingenuè fateremur (prout agnoscẽdum est) in. d. c. si pater. sub compendiosa comprehendi directas pupillares, id tamen nil repugnat sententiæ nostræ. nam licèt sub tali compendiosa pupillaris expressa contineatur, quæ post aditam ab impubere patris hęreditatem locum habet, non tamen contineretur expressa uulgaris, quæ ante aditam hæreditatem locum tantùm habet; ideoque in conclusione diximus eas duntaxat substitutionum species comprehendi, quę post aditam, non quę ante aditam hæreditatem locum haberent, ut uulgaris, quæ ante aditam locum habet intelligeretur non comprehendi, licet pupillaris, quę post aditam locum habet comprehenderetur. Nec ad rem pertinet, quòd sub pupillari & uulg. contineatur. nam resp. ut supra, uel dic, conclusionem nostram procedere in compendiosa, quæ puberi facta esset, secus si impuberi. & ita olim tenebam, sed postea mutaui sententiam, communem opin. generaliter amplectens, ut dixi supra de successi. creat. §. 11. nume. 27. cum plur. seq.

Substitutio 49 compendiosa à pagano facta uerbis communibus, quas substitutionum species subse contineat, uehementer controuersum est. nam pri. opin. est existimantium quòd & si fiat impuberi omni tempore est fideicom. tantùm. Secunda opin. est contendentium, quòd ualeat ut pupillaris tantùm. Tertia opin. sequitur medium inter utrunque, ut ineunte pupillari ætate ualeat, ut pupillaris, postea uerò ut fideicommiss. Quarta opin. est asseuerantium ut ineunte pupillari ætate, si mater est in medio sit fideicom. non secus quàm post pupill. ætatem.

49 Compẽdiosa à pagano uerbis cõmunibus facta, quòd infra pubertatem sit pupillaris, licèt mater sit in medio. pro cõmuni contra alteram communẽ.

Sed harum quatuor partium duas tantùm cæteris neglectis prosequemur. Eam ergo partem, quę habet quòd ineunte pupill. ætate sit pupillaris, & postea fideicom. tenent, siue mater sit in medio, siue non. Alex. in. d. l. centurio. num. 71. post Ang. Cum. Imol. & Paul. Cynus post antiquos in. d. l. precibus Ioa. And. in. d. c. si pater in nouella Oldral. consi. 125. Salic. & Paul. in. d. l. precibus Card. & Imol. in. d. c. Rainutius. Imola & Areti. in. d. l. centurio. Fulg. in. d. l. precibus. Alex. consi. 12. uol. 3. incipit attẽtis uerbis. idem Alex. consi. 17. uol. 3. incipit ponderatis his. Areti. consi. 155. incipit periculosum est. Sali. in. l. ex tribus. C. de inoffi. testamen. Bal. in. l. si quis ita. ff. de usufr. Paul. consi. 110. sub anno millesimo. Christophorus de Castelli. in disputatione. incipiente Scæuola pater. Ias. in. d. l. centurio nume. 44. qui hanc dicit communem opin. sequitur & dicit communem Ripa ibid. num. 114. Oldral. consi. 89. Paul. consi. 246. quòd dicta substit. idem Paul. consi. 353. uisis omnibus col. fin. in

anti-

antiquis. Bened. Capra consi. 144. Corn. consi. 28. circa præsentem lib. 4. qui hanc dicit communem opi. & consi. 187. circa lib. 1. idem Corn. consi. 316. uidetur prima facie eod. lib. Stephanus Bertrandi consi. 228. quos referunt Ripa & Ias. ubi supra. sequitur & dicit communem Alciatus in. l. centurio. ff. de uulg. num. 56. eandem dicit communem opin. Corrasius in. d. l. precibus. nume. 35. eandem dicit communem Ias. nume. 14. in. d. l. precibus & est communis secundum Iacobinum ibid. num. 15. Socinus Iunior. consi. 94. num. 18. uol. 3. Guiliel. Bened. in c. Rainucius titu. de compend. num. 27. Zasi. in tract. compendiosæ nume. 33. Viglius in. §. qua ratione. inst. de pupill. post gl. ibi quam communiter app. dicit & hanc op. dicit communem Curti. Iunior in. d. l. precibus nu. 62. licèt in contrarium ipse inclinet. sequitur & dicit communem opin. Corneus ibid. nume. 21. maximè per. d. c. si pater sequitur & dicit communem opin. Couarub. in. c. Rainutius. §. 9. num. 17. extra de testam.

Hanc eand. opin. quo ad hoc ut compendiosa uerbis communibus facta post pupill. ætatem sit fideicom. tenent omnes, quos statim referam. sed infra pupill. ætatem uolunt, quòd si mater sit in medio ualeat, non ut pupillaris, sed ut fideicommissaria. ita Bar. nume. 26. in d. l. centurio. cuius opin. sequitur & communem dicit Ioa. de Ana. consi. 79. casus sic se habet. Areti. consi. 159. qui etiam hanc dicit communem, quod & firmat Fulgo consi. 33. Titius de testamento. hanc dicit communem Corras. in. d. l. precibus. num. 36. & ibi Bar. & Bald. & est communis opin. secundum quosdam relatos per Ias. ibi nume. 15. sequitur Galia. in. d. l. centurio col. 73. Math. de Afflictis decisione 367. Curti. Iuni. num. 62. in. d. l. precibus. Signor. consi. 107. quidam nomine. Corne. consi. 93. licèt posset uol. 3. ubi ait quod hæc uidetur communis opin. idem Corn. consi. 115. in hac consultatione lib. 4. Decius nu. 19. in. d. l. precibus. ubi ait quòd si eueniret de facto hæc quæstio deberet res diuidi inter litigãtes. denique in hac opinione procul dubio sunt omnes illi, qui tenent, quòd regulariter etiam si mater non sit in medio adhuc cõpendiosa facta à pagano uerbis cõmunibus sit fideic. tãtùm, nõ etiã pupillaris directa inesset pupillari ætate. in qua opinione fuit gl. in d. l. cẽturio. & gl. in. d. l. precibus. & gl. in. d. c. Rainutius. & Azo in summa C. de impuberũ. Iacob. Butri. Odofred. Mart. Silli. Guili. Dinus Ram. in. d. l. centurio. Bar. in. l. si arrogator. ff. de adopti. Bar. in consi. incipiente. homo acursius. Bal. in. l. iam hoc iure. ff. de uulg. idem Bal. in. d. l. centurio. idem

50 Compẽdiosa facta à pagano uerbis communibus post pubertatẽ sit fideic. est.

Bal. & Sali. in. d. l. precibus qui hanc dicit communem opin. Cynus ibid. dicens se ita consuluisse. Oldradus consi. 125. in proposito. Ioa. Andr. in. d. c. si pater. Ang. Imola & Paul. in. d. l. centurio. qui firmat quod ita tenent moderni & se ita consuluisse cum aliis modernis. Cardi. & Imola in. d. c. Rainutius, qui refert ita tenuisse Fran. de Ramp. Bar. consi. incipiente in quæstione proposita, uiso puncto. Bar. in consi. incipiente, Bar. Rufolr & in consi. incipiente homo. Ant. de Butri. in. d. c. Rainutius sicq;

51 Compẽdiosa impuberi facta à pagano uerbis communibus infra pubertatẽ ualet iure pupillaris, si mater non sit in medio, sed & si mater sit in medio ad huc idem.

dicit & meritò Ripa in. d. l. centurio nume. 118. quod si coniungantur auctores tenentium quòd in distinctè sit fideicom. tantùm, & tenentium quòd saltem quando mater est in medio sit omni tempore fideicommi. tunc hæc pars procul dubio erit magis communis. ergo compendiosa 50 à pagano facta uerbis communibus omnes ferè fatentur, ut post pubertatem censeatur fideicom. hoc primo. Item 51 omnes ferè fatentur, ut infra pubertatem censeatur pupillaris, quando mater non est in medio, hoc secundo. in hoc ergo tantùm quæstio manet. Vtrum si & mater sit in medio, & simus in pupillari ætate, ualeat ut pupillaris, an uerò fauore matris ualeat ut fideicom. & licèt ut diximus uix dignosci possit utra sit magis communis opin. tamen indubitanter teneo, quòd ualeat ut pupillaris etiam si mater sit in medio. moueor nouissimo & peremptorio argumen. nam compendiosa siue fiat uerbis directis, siue communibus continet regulariter sub se omnes omnino substitutionum species: non 52 enim continet eas tantùm, quæ post aditam hæreditatem locum habent, (qualis est fideicom. directa militaris, pupillaris, & exemplaris) sed etiam eas, quæ ante aditam hereditatem locum habent qualis est uulgaris, & reciproca. ut latè differimus in nostra solenni disputatione, quam locauimus lib. 2. de succe. creati. §. 20. num. 125. idque non modò communiter sed etiam indifferenter receptum est. Cum ergo omnes substitutiones sub se contineat & omnes sunt expressæ saltem uerbis generalibus: ut ibidem resoluimus, & omnes ubique fatentur, superest ut infra pubertatem contineatur pupillaris expressa saltem uerbis generalibus, quæ indubitanter matrem excludit secundum omnes ut suo loco differimus. licèt si tacita esset uerbis tam generalibus quàm specialibus tunc secundum communes opin. mater non excluderetur. & ut Bar. in. d. l. centurio. in prin. quem sequuntur omnes ibid. docet. pupillaris 53 non desinit nasci propterea quòd mater sit in medio, licèt aliquando eius iam natę effectus impediatur, quando est omnino tacita. Cæterùm quando est expressa uerbis, siue specialibus, siue generalibus, tunc propterea quòd mater sit in medio nec impeditur ipsius creatio, uel natiuitas, nec eius iam createę debilitatur effectus, ut dictum est, & consequenter dicendum est, quòd talis compendiosa uerbis communibus a pagano facta infra pubertatem, licèt mater sit in medio comprehendat & producat pupillarem expressam uerbis generalibus: & quòd talis pupillaris sic expressa habeat effectum, uim, & potestatem matris excludendę facit. c. si pater. de testamen. lib. 6. quatenus ait 54 dum modo conueniant rebus & personis. nec dubium est, quin ibi loquatur de personis eorum, quibus substitutio ibi fiebat, siue illa pupillaris esset, siue compendiosa. Vnde cum compendiosa substitutio sit impuberi, cui apprimè conuenit pupillaris substitutio. l. 3. ff. de uulga. l. iam hoc iure eod. tit. quid impedit quin ea substitutio, quę sic ambigua est, detegatur esse pupillaris, quatenus durat pupillaris ętas, ac per aduentum pubertatis incipiat uideri fideicommissaria iuxta illius temporis qualitatẽ. Præterea facit, nam interpretari debemus id, quod uerisimiliter fuit a testatore cogitatum. Sed est magis uerisimile, uoluisse pupillarem includere, quam fideicommissariam igitur &c. Præterea etiam adducitur. l. Lucius. ff. de uulga. & pupilla. ubi fuit facta substitutio per uerbum commune, & ibi dicitur, quòd est pupillaris matrem excludens. Præterea facit, quia ius successionis uariatur si mutetur, uel deficiat ius institutionis. ut patet in filio instituto sub conditione causali, qui habet bonorum possessionẽ secundum tabulas, quæ postea conuertitur in contratab. l. 2. §. sub conditione. & in. l. sub conditione. ff. de bonor. possesso. secundum tab. ergo ita in proposito. Præterea facit, quia uerbum commune trahitur ad directam substitutionẽ, quando unus est utiliter substitutus. ut. l. his uerbis. in pr. de hære. instit. ergo iudicanda est pupillaris. Præterea diximus, uulgaris comprehensa in compendiosa continet tacitam pupillarem, ergo non erit dubitandum quin ex pupillari succedat substitutus. Præterea in dubio credendum est testatorem magis uoluisse prouidere pupillo, quàm grauare tanquam amicus. Cum nullus sit amor, qui uincat paternum. ut in. l. fin. in princ. C. de cura furio. ergo potius iudicanda est pupillaris intra pupillarem ætatem quàm fideicommissaria, quia per pupillarem prouidetur & per fideicommissariam aggrauatur. ut in. l. ex tribus. cum glo. C. de inoff. testa. Præterea sic demonstratur, quando 55 tempora sunt distincta, est certum, ita accipi substitutionem, quòd in pupillari ætate sit directa, post fideicommissaria. ueluti si testator dicit, Si filius meus decesserit in pupillari ætate, uel postea talem substituo. secundum glo. in. d. l. precibus in fin. glo. magnæ, quam omnes sequuntur. ergo idem

52 Compẽdiosa facta uerbis communibus continet sub se omnes substitutionum species, quæ dicuntur expressa uerbis generalibus.

53 Pupillaris non desinit nasci propterea quòd mater sit in medio.

54 Substitutio aptatur ad qualitatẽ personæ, cui fit.

55 Substitutio uariatur ex temporis uarietate.

dicendum quando adest uerbum quandocunque, cùm per illud dicantur. & uideantur uirtualiter tempora distingui. Præterea facit, quia uerba declarantur, & interpretantur secundum qualitatem personæ de qua loquimur. ut in. l. plenum. de usu & habitatione. ff. §. equitis. facit etiam quia quòd regulariter ex tempore uariatur, secundum tempus iudicatur. l. pretia rerum ad. l. falc. ergo in pupillari ætate erit directa & post pupillarem erit fideicommissaria ut edocemur. Præterea multùm facit, quia dubia substitutio debet, interpretari directã. ut in. d. c. si pater. facit. d. l. precibus. ubi fuit facta substitutio per uerba communia scilicet per uerbũ substituo ut etiam tenuit Bar. & ibi probatur in tex. in uerbo substituit, ibi enim dicitur quòd si moriatur filius infra pupillarem ætatem quòd substitutus erit hæres, si post pupillarem ætatem decedat, mater iure fideicommissi tenetur restituere substituto bona testatoris: & fideicommiss. est. Nec est uerum, quòd non nulli docto. asseruerunt, quòd ibi sit speciale in milite. quoniã in illa lege nõ apparet. quòd dispositio illius. l. sit fundata super aliquo priuilegio militari, quod si uoluisset Imperator expressisset, sicut fecit iurisconsultus in. d. l. centurio. Præterea uideamus, in quo consistat priuilegiũ militare, in hoc enim consistit, ut possit substituere directò post pupill. ætatem, quod non est permissum in pagano. ut in. §. extraneo instit. de pupill. subst. at in. l. precibus. miles non substituit directò post pupillarem ætatem, cum usus sit uerbo communi. unde licet miles possit testari, & substituere ex priuilegio militari, non negatur, quin possit substituere etiam utendo iure communi. hoc expressius apparet in fi. d. l. precibus ubi dicitur ex causa fideicommissi bona, quæ fuerunt testatoris peti posse: si decesserit filius post pupillarem ætatem. ergo non ualuit talis substituo iure directò post pupillarem ætatem, & sic non ex priuilegio militari: licet

56 *Intell. l. precibus. C. de impuberum.*

dicatur Raph. Fulgo. illam. l. intellexerit 56 substitutionem post pupilla. ætatem ualuisse iure directò ex priuilegio militari. illum tex. in fin. subtiliter inducens. ut sit sensus, quòd mater obtineat successionem filii sui & bona testatoris possint peti ab ipsa per substitutum, uelut ex causa fideicom. i. ad similitudinẽ illius, qui est grauatus per fideicõmissum restituere in quo fideicõmisso non ueniunt. bona filii, sed solùm testatoris. ut in. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de uulg. itaq;

57 *Miles non refert faciat directam militarem, an fideicõmissariam. nã utroque casu cessat quarta detractio.*

57 Fulg. intellexit quòd restitutio fiet ex directa militari sine detractione trebelianicæ ad similitudinem fideicommissariæ, quæ cum fit à milite non patitur detractionem trebelianicæ, non magis quàm ipsa directa militaris, & sic restitutio, quam ibid. facit mater ex directa militari simillima est restitutioni, quæ fit ex fideicommissaria à milite facta; cum utroque casu fiat restitutio integraliter sine detractione trebelianicæ. & hunc 58 intellectum sequuntur Christoforus de Castel. in. d. l. precibus & ibi. Cur. Iunior nume. 41. Cuma. & Ias. in. d. l. centurio nu. 19. ubi Ripa num. 66. Ias. in. d. l. precibus. col. 7. qui hunc

58 *Intell. l. precibus. C. de impuberum. uerbo ueluti.*

intellectum dicit uerissimum. & ibi Deci. col. 7. qui dicit hunc esse communem intell. moder. & ibi Corra. nu. 31. & Zasius in tractatu compendiosæ substitutionis nu. 11. & Lanfrancus in. d. l. centurio. licèt hunc intell. reprehendat Corneus in. d. l. precibus & Alex. in. d. l. centurio num. 52. & Politus num. 13. in tractatu compendiosæ substit. & secundum hunc intellectum, uerbum ueluti, ibi positum stat propriè & denotat similitudinem. nam si intellexerimus quòd ibi fit restitutio ex fideicommissaria, tunc uerb. ueluti erit nota, non similitudinis, sed identitatis, quod eius uerbi naturæ & proprietati aduersatur, at si intellexerimus, quòd ibi fiebat restitutio non ex fideicommissaria, sed ex directa militari, quæ ut diximus cum fideicommissaria maximè à milite facta (de qua non detrahitur trebelianica. l. in testamento. C. de testam. milit.) maximam habet similitudinem, tũc uerbum ueluti ibi positum suam seruabit naturam & proprietatem, ut similitudinem significet: & is intellectus Fulgosij ad illum tex. qui uidetur satis communis uerissimus est, & necessarius, qui ab ineunte pueritia mihi placuit antequam ullum eorum qui hunc intell. tenent uidissem. & secundum hunc intellectum. d. l. precibus probat apertè nostram conclusionem. nam ibi compendiosa facta fuit uerbis communibus. i. per uerbum

59 substituo, quod est commune. ut in. l. iam hoc iure. in uerbo hoc communi. ff. de uulg. ubi omnes notant. docent Bar. & omnes in. d. l. centurio. & tamen ibi deciditur, quòd illa compendiosa uerbo communi facta infra pubertatem ualet ut pupillaria, non ut fideicomm. *59 Verbum substituo, est commune.*

Nec 60 dicatur illud esse in milite speciale. nam nec id ibi exprimitur, nec regulariter uerum est, quinimò leges loquentes in paganis regulariter comprehendunt personas priuilegiatas, qualis est persona militis, & è contra, leges loquentes in militibus regulariter comprehendunt personas paganorum; cum non exprimitur in milite esse speciale. tex. est in. l. in fraudem. §. fi. ibi quia generalis erat illa determinatio. ff. de mil. testamento. l. captatorias & l. si Rufinus. C. eod. docent Decius in. l. ex testamento. C. unde. libe. Aleiatus lib. parado. 4. c. 10. Decius consi. 5. Tiraquellus latissimè in tracta. de utroque retr. glo. 14. nume. 91. Vides ergo ut nostram op. quæ etiam magis communis mihi uidetur efficaciter probatur in. d. l. precibus. probatur etiam in. d. c. Rainuccius. extra de testam. & in. d. c. si pater de testament. in 6. & bene facit si rectè intueatur. d. l. fin. C. de hær. inst. sicque secundum op. quas sequimur nulla 61 est differentia utrum compendiosa a pagano fiat uerbis directis, an uerbis communibus. nam utroq; casu infra pubertatẽ ualet ut pupillaris, siue mater sit in medio, siue non, & post pubertatem ualet ut fideicomm. siue mater similiter sit in medio, siue non. que omnia licèt uehementer controuersa sint, tamen apud nos non tanta contentione digna uideantur, cùm opiniones partesq; quas secuti sumus sint satis solidè defensæ, & fundatæ.

60 Milites & comprehẽdunt leges generaliter loquentes.

61 Compẽdiosa à pagano non refert fiat uerbis directis an cõmunib. nam utroque casu post pubertatem ualet ut fideicommissaria, & infra pubertatem, ut pupillaris, siue mater sit in medio, siue non.

Superioribus uelut consequens est, ut si compendiosa ita fiat, quandocunque impubes decesserit bona mea distribuantur inter pauperes, tunc infra pubertatẽ erit pupillaris, & postea erit fideicommissaria id quod uoluit Bar. in. d. l. centurio num. 20. ubi Ioannes de Imol. col. 3. hanc partem receptam esse adfirmat & Lancelottus Gahaula nume. 77. & Potius de compendiosa subs. & Alex. consi. 11. in fin. lib. 7. Quamuis contrarium (& iudice me minus rectè) tenuerint idem Bar. sibi contrarius quæst. 13. & Ripa qui hanc partem dicit communem in. d. l. centurio numero 115. & alii multi relati per Alex. ibi. idem Alexand. consi. 12. num. 10. lib. 3. & est receptior sententia secundum Barbatium de testament. in. c. cum tibi. estq; ne uerior sententia secundum Ias. no. 38. in. d. l. centurio. argum. l. 2. & l. quamuis. C. de impuberum & aliis.

62 Compendiosa sic facta, quãdocunque impubes decesserit bona mea inter pauperes distribuantur, est pupillaris infra pubertatem, & postea fideicommissaria.

Compendiosa 63 facta à milite uerbis communibus infra pubertatem ualet ut pupillaris, postea uerò ut fideicomm. non etiam ut directa militaris. ista est communis op. quam tenent Paul. Salicet. Cynus Iacob. de Arer. Ias. num. 12. Curt. Iuni. numer. 49. in. d. l. precibus hanc op. sequuntur Alexand. nu. 57. post Paul. ibid. Ias. numero 28. Ripa num. 67. in. d. l. centurio. Couarub. in d. c. Rainucius. §. 9. nu. 13. Cynus in. d. l. si precibus. per tex. ibi, intelligentes quòd ibi nõ est speciale fauore matris, sed quòd substitutio fuit facta uerbis communibus, & ideo obliquatur post pubertatem, licet si uerbis directis facta esset, tunc etiam post pubertatem ualeret ut directa militaris: nec sit ulla diff. sit mater in medio, uel non.

63 Compendiosa facta à milite uerbis cõmunib. quas substitutiones comprehẽdat. ordua q.

Nec secundum superiorem sententiam refert sit mater in medio, uel non. sunt tamen quamplures, qui existiment talem compendiosam a milite uerbis communibus factam post pubertatem ualere iure directæ militaris regulariter, non secus quàm si fieret uerbis directis,

mater

nisi mater esset in medio; quia tunc cum fit uerbis communibus post pubertatem ualet ut fideicomm. & ita intelligunt.d.l.precibus.licèt si fieret uerbis directis ualeret ut directa militaris & ita intelligũt.d.l.cẽturio.Bart. in.d.l. centurio col.3.cuius op.sequuntur & dicunt cõmunem Soci.ibid.num. 21.& Ripa.num.67. & Galiaula col.44.& Couarub.in. d.c.Rainucius.§.9.nume. 13. Politus in tract. compendiosæ subst.num.21.Zasi.in tract. compend.subst.nu.10.Bal.in eodem tract.compendiosæ subst. in pr. & uide Bart. num.12.Socin.num.21.& nu. 25. Galiaulam num. 54. in.d.l.centurio ubi Ripa num. 67.& Zasium de compendiosa num.21.Couarub. de testamen.in.c. Rainucius. §.9. numero 15.

64 Cõpendiosa a milite uerbis cõmunibus facta infra pubertatẽ ualet ut pupillaris, postea ut directa militaris, siue mater sit in medio, siue non.

Quidam autem tertiam sententiam, à superioribus longe diuersam uidetur sentire. ut 64 compendiosa à milite uerbis communibus facta, quæ secundum omnes infra pubertatem ualet ut pupillaris, post pubertatem ualeat indistinctè, ut directa militaris, siue mater sit in medio, siue non. & hanc opin. uidentur tenere Christoforus de Castel. & Fulgo. & Corrasi.numero 31. in.d.l. precibus ubi Curt.Iunior.num.41.Cumanus & Ias.nume.19.in.d.l.centurio ubi Lanfrancus & Ripa num.66. idem Ias. in.d.l.precibus col.7.Zasi. in tracta.compend. subst.num.11.omnes enim hi, dum.d.l.precibus.intelligunt quòd post pubertatem mater, quæ filio intestato successit tenetur restituere integra bona testatoris non ex fideicommiss. subst.sed ex directa militari planè uolunt quòd compendiosa, quæ ibi à milite uerbis communibus facta fuit post pubertatem, ualeat ut directa militaris non ut fideicom.licèt sit mater in medio, prout ibi erat.& is intellectus ad . d.l. precibus.& hæc etiã conclusio semper mihi uerissima uisa est . nam.d.l. precibus secundum plerosq; scribentium procedit siue cõpendiosa facta esset uerbis directis ut patet ibi . in uerbo hæredem fecit, siue facta esset uerbis communibus ut patet ibi in uerbo substituit. & mater erat in medio, & tamen ibi post pubertatem ualeat, non ut fideicommiss.sed ut directa militaris, sicque ibi restitutio fit nõ ex fideicommissaria substitutione, sed ueluti ex causa fideicommissi.i.ex directa militari, quæ màximam similitudinem habet cum fideicommissaria ut suprà dixi. & infra etiam dicam.& hæc etiam pars probatur in.d.l. centurio.in sui generalitate intelligendo quòd tex. illedum ait directò substituit, uerificatur non solùm si per uerb.hæres esto, sed etiam si per uerb. substituo fiat substitutio . nam ibi directa substitutio dicitur ad differentiam subst. obliquæ, seu fideicommissariæ hæc etiã pars probatur in.c. Rainucius extra de testament. & in.c.si pater de testam.in.6.& probatur per pleraque eorum fundamentorum, quæ in superiore quæstione adduximus : & denique nullibi unquam probatur, quòd quicquam intersit utrum fiat compendiosa uerbis directis, an uerbis obliquis. Confirmantur superiora, quia uerbũ

65 Verbum substituo sumitur pro uerbo instituo.

65 substituere, quod secundum omnes est commune (.l. iam hoc iure.uerbo. hoc communi uerbo.ff.de uulg.ubi notant communiter docto.& Bart.in.d.l.centurio colu. pen.& dixi suprà in materia substitutionis in formis ad prine.) id inquam uerbum sæpissime substitutionem significat ut probatur in.l.Gallus in prin.ubi notant glo. & communiter docto. & in eadem.l.§.quidam rectè ubi similiter notant glo. & communiter docto.& in ead.l.§. & quid si tantùm ubi similiter notant glos. & doctores ff.de libe. & posthum. & edocemur suprà de subst. uulgari in prin. ergo apparet quod inter uerbum substituo quod est commune, & uerbum instituo, quod secundũ Bar in.d.l.centurio col. pen. & ibi omnes est directum, nulla est differentia quò ad iuris effectum in hac materia qua de agimus . & hæc omnia non solùm ueriora, sed etiam sine controuersia erunt, retenta nostra sententia, qui tuemur ac contendimus quòd etiam tacita pupillaris sub uulgari comprehensa excludit matrem, ut plenè infra in materia pupillaris in 4.parte & in parte.3.

66 Compendiosa facta à pagano uerbis obliquis omni tépore est fideicommissaria.

Compendiosa 66 facta à pagano uerbis obliquis omni tempore est fideicommiss. ista est uera & communis op.quam tenent Bar.in.d.l.centurio . numero 20. Ripa ibidem num. 101 .Ias.& Socin. in.l.j.num.3.effectu uulga.subst.ff.de uulg.Ias. in.d.l.centorio.num.38.ubi etiã Lancelottus Galiaula.col.61.Curt. Iuni in.d.l.precibus num.48.Couarub.in.d.c.Rainucius extra de testamen. §.9.num.18. pro hac communi & uera op. est tex.in.l. ille à quo.§.si de testamento.ff ad Treb.& in.l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.de uulga.& in.l.quærebatur.ff.de testamento mil. facit.l.Antonius.ff.de fideicom. libert.

Contrariam partem ut infra pubertatem ualeat ut directa pupillaris, tenuit Decius in.l.precibus.C. de impuberum.quem reprobant & bene Curti. & Ripa ubi suprà . nam secundum eos illa uerba compendiosæ subst. per uerba obliqua factæ (.s.quandocunq; filius decesserit restituat) hunc habent sensum, ut postquam adiuit hæreditatem, siue decedat in pupillari ætate, siue postea, & sic quandocunque semper debeat fieri restitutio, non tamen per hoc negatur quin oporteat acquiri per prius hæreditatem, cùm eius restitutio fieri non posit nisi per prius fuerit acquisita, ut apertè probatur in.d.§.ille à quo cum conc. suprà allegatis . quod obtinet 67 quando uerbis obliquis facta fuit, cæterùm si fieret uerbis communibus tacitam popillarem subse contineret, etiam si mater esset in medio. uerùm fauore matris ea tacita pupillaris desinit habere uim & effectum pupillaris, & solùm habet effectus fideicommissariæ.ita est communis opi.secundum Ananiam consi. 79. & Areti.consi.155.Couarub.in.c.Rainucius de testam. §.9.nu.17.Contrariam partem, ut etiam si mater sit in medio ea pupillaris non desinat habere effectus directę pupillaris tenent, & firmant communiter teneri Ias. & Iacobinus de Sancto Georgio uterque in num. 15.in.d. l.precibus Ias.in .d.l.centurio num.45.& ibi Ripa num. 218.& alii relati per modernos suprà allegatos & hæc pars longè uerior est, ut apparet ex suprà adductis . & retenta nostra opinione de qua suprà in materia pupillaris subst.3.& 4.perte dum contendimus quòd etiam tacita pupillaris sub uulgari comprehensa excludit matrẽ, hæc controuersia quoq; erit indubitata.

67 Compẽdiosa facta à pagano uerbis communibus, & si mater sit in medio infra pubertatẽ ualet, ut pupillaris.

68 Compẽdiosa facta à milite uerbis obliquis omni tẽpore est fideicõmissaria.

Compendiosa 68 facta à milite uerbis obliquis omni tempore est fideicommissaria, siue mater sit in medio siue non . ita tenent Bart.in d.l.centurio numero 12. & Ias.numero 28. & Socin.num.51.& Gulielmus Benedictus in.c.Rainutius extra de test.in materia compendiosæ num.42.Ripa in.d.l.centurio numero 68.Couarub.in d.c.Rainucius extra testam. §.9. & hęc conclusio tenetur ab omnibus per.l.ille à quo.§.& si de testa. ff. ad treb.& per.l.quęrebatur.ff.de testa.militis & per.l.cohęredi.§.cum filię.ff.de uulga.& per.l.nec enim.ff.de mil. test. quod si fieret uerbis communibus etiam post pubertatem ualeret iure directę militaris, quòd obtineret primùm, quando mater nõ esset in medio, deinde etiam si mater in medio esset.ita contendit Ias. contra receptiorem sententiam in.l.precibus col.6.C. de impuberum.de cuius ueritate dicito ut suprà.

Quid autem si compendiosa fiat in codicillis? & quidem si à milite, dic, ut in lege militis codicillis in pri.ff. de mil. testa. quòd si fiat à pagano communis opin. esse uidetur, ut semper ualeat iure tãtùm fideicommissi, etiã si fieret uerbis directis . ut plenè per Socinium col. 18. & 19.in.d.l.centurio.Sed an tunc extinguatur pubertate, non secus quàm pupillaris extingueretur? & certè in compeodiosa dicam statim in quæstione seq. sed in pupillari facta in codicillis, quæ iure tantùm fideicommissi ualet, magis est, ut id fideicommissum pubertate extinguatur, non secus quàm ipsa pupillaris eo tempore extingueretur. argumen. l. quod fideicommissum.ff. de lega.i.iuncta.l.Scæuola.ff.ad Treb.l.ex facto.in.pr.ff. de uulg. iuncta glo.app.in.l.ex tribus.C.de inof.test.l.si pupillus uerbo ueditatem impuberis. ff. de acq.hær.

Alius

Alius etiam casus uidetur expeditus & magis communiter receptus, quòd 69 ubi dicta compendiosa facta est puberi, uel impuberi, non in potestate, sed personæ cui popillariter substitui non potest, ualet semper ut obliqua & non euanescit per pubertatem, siue fuerit facta cum expressa dinumeratione ætatum, siue nó.d.l.Scæuola.&.d.l.ex fidei.& ita cósuluit. Cyn. & ita tenet.in.l.precibus in lect.q.2.& Mars.Sil. & Guili.ibid. in ulti.col.& Iac.But.& Bal.in.d.l.ex tribus. & in.l. & si fine.ff.ad Trebel.& Ant.de Bu.& Cardin.in.d.c. Rainutius.& Ang.in.l.precibus.& Imola in.d.l.2.ff.eo & ita tenetur communiter per doct.in.d.l.centurio & in.l. precibus.& in.d.l uerbis per glo.no.ibi.ubi etiam per Din. Bar.Bal.Ang.Imol.& Pau.de Cast.licet aliud mouit glo. instit.eo.§.extraneo.quæ communiter non solet teneri, si tamen in puncto.iuris uolueris uidere hoc accuratius uide Imol.in.d.l.centurio.& in.d.c.Rainutius. qui conatur illam glos. sustinere, quòd etiam innuere uidetur Ioan.And.in.d.c.si pater.mouentur, quia inducta ad unú effectum, non debent operari contrarium effectum.l. legata inutiliter.ff.de leg.3.l.legata inutiliter.ff.de adim. legat.Sed pupillaris substitutio fit ad utilitatem impuberis gl.communiter ibi approbata in.l. ex tribus.C. de in offic.testamen. tenent Bar.& omnes in.l.2.ff. de uulg.& in.l.precibus.C.eod.per tex.in.l.si pupillus.in uerb. utilitatem impuberis.ff.de acq.hær.ergo 70 dicta pupillaris, quæ ad utilitatem impuberis fit non debet conuerti in fideicommiss. quæ ipsi impuberi damnosa est 71 & onerosa.argum.l.cohæredi.§.cum filius.ff.de uulg.sed tenendo communem opin.quæ uera est per text. in.d. l. Scæuola & in.l.Seius Saturninus.ff.ad treb.ad argumen. contrarium respondeo, quòd fideicommissum 72 uniuersale, quod loco pupillaris subst. subrogatur, non reputatur odiosum sed fauorabile. argum.d.l.Scæuola &. d.l.Seius Saturninus &.l.multi non notæ.ff.de lib.& posthum.& adeò reputatur fauorabile quòd ex illo nô detrahitur trebelianica fauore ipsius impuberis, cui imponitur.ut tenet Ias.in.d.l.multi. qui dicit idem tenuisse gl.in.l.fideicommissaria.§.si ff.ad Treb.Bal.in rub.C. quæ in fraud.cred.idem Bald. in.c.bonæ.i.de post.præl. Imola & Romanus in.d.l.in fideicommissaria.§.si. idem Imola in.l.cum filio col.fi.ff.de leg.1.Bal.in.l. post mortem.col.pe.C.de fideicommiss.Bal.in.l.iubemus in prin. col.fi.C.ad Trebell.per text.in.l.in fideicommiss.§.cum Polidius.ff.de usur.melior text.de iure quem nullus adhoc allegat in.d.l. Scæuola.in uerbo totum. ratio istorú est, quia si ei, cui ego sui popillariter substitutus (licèt inutiliter,) utile reputaretur quòd me successorem haberet in bonis tam suis quam testatoris; tunc negari non potest quin sibi utile sit, quòd me habeat successorem in bonis saltem testatoris, quando in utrisque bonis non potest argumento de toto ad partem.ut in.l. hæredes mei.§.cum ita.ff.ad treb.adde Soci.col.18.in.d.l.centurio. nunc agendum de compendiosa facta uerbis directis.

69 Compêdiosa facta puberi, uel extraneo, ualet ut fideicommissaria etiam post pubertatem.

70 Pupillaris est impuberi fauorabilis.

71 Fideicommissaria est onerosa.

72 Pupillaris quando in fideicommissariam cóuertitur cessat quartæ detractio.

Sed primò, is casus uidetur expeditus & magis communiter receptus. compendiosa 73 facta à pagano, cum dinumeratione expressa ætatum, puta, quandocunque decesserit in pupillari ætate, siue postea &c. ualet infra tempora pupillaris ætatis iure directo, postea uerò iure fideicommissi, & consequenter obliquatur, quasi tunc non sit una substitutio tantùm, sed plures. ita determinat gl.mag.in.d.l.precibus. Azo in titu.C. de impuberum in summa.& Bar.in.d.l.centu.& communiter omnes sequuntur hanc conclusionem, & hoc propter expressam dinumerationem ætatum. Idem dicit Ange.in.d.l.centurio.ubi esset in testamento appositú uerbum geminatum distributiuum temporum.ut si dixero, quandocunque decesserit filius meus ipsa quoque die Titius sit hæres. nam idem operaretur ac si esset geminata substitutio facta per.d. uerba, si in pupillari ætate decesserit, uel post.argum.l.pluribus.de uerbo. obliga. §.i.& ita illum tex.intelligunt Bal. & Paul. de Cast.in.l. Stichum. §. stipulatio. de uerb. obliga. & hoc casu sine dubio putat Ang. quòd post pubertatem ualeret iure fideicommissi, sicut ualeret, si dixisset, si impubes decesserit, uel post. & pro ueritate huius dicti, uide Imol. in.d.c. Rainucius. sicque omnes conueniunt, ut talis cópendiosa indubitanter post pupillarem ætatem ualeat. ut fideicommiss. quando interfuit expressa ætatum dinumeratio, puta si filius in pupillari ætate decesserit, uel post, tunc Titius hæres esto &c.

73 Côpêdiosa post pubertaté ualet iure fideic. quando interfuit ætatum dinumeratio.

Denique in quibus casibus sub compendiosa substitutione comprehenditur pupillaris tacita uerbis specialibus, an tunc excludatur mater, uel frater impuberis? tradit plenè Andreas Tiraquellus de utroq; retract. pag. 503.nume.15.& quod 74 diximus compendiosam factam uerbis directis ualere etiam post pubertatem, uel ut directa militaris, si fiat à milite, uel ut fideicommissaria, si fiat a pagano. id quidem procedit, quando dixi, si in pupillari ætate, uel postea decesserit, uel quandocunque decesserit, uel si sine liberis decesserit, uel talis hæres esto. Quòd si dicerem, si filius decesserit Meuius ei hæres esto, uel ei quisquis mihi hæres erit, hæres esto. diuersum esset. Nam infra pubertatem ualeret.ut pupillaris, postea nullo modo, siue a milite fieret, siue a pagano: quia iis casibus, non tam compendiosa quam pupillaris uideretur.l.3.l.qui liberis in princ.&.§. hæc uerba.ff.de uulga.dixi plenius suprà de pupillari in præludiis.ita intelligo.l.in pupillari. cum simi.ff.de uulg.

74 Côpêdiosa & pupillaris ut differant inter se.

Denique & is casus perspicuus uidetur & ab scribêtium plerisque receptus, quòd 75 substitutio compendiosa, facta sine expressa dinumeratione ætatum, sed adiecta dictione quandocunque, & etiam adiecta côditione, si decesserit sine filiis, ualet intra pupillarem ætatem iure directo, postea euanescit: & consequenter nec uerbum quandocúque solùm per se potest operari tantùm quantùm operatur expressa dinumeratio ætatú. ut dictum fuit supra in conclusione præcedenti.& similiter adiectio illa, si sine liberis, de se non potest intelligi dinumerare ætates: ergo nec ambo simul iuncta æquipolleant expressæ dinumerationi ætatum. probatur dicta conclusio in.d.c.si pater.ubi formaliter erat adiecta côditio, si sine liberis.id, quod nec uerum nec communiter receptum puto.

75 Côpêdiosa ita facta, si sine liberis decesserit, uel sic, quâdocúq; decesserit, ualet etiam post pubertatem.

Sunt ergo, qui existiment, ut hoc casu, hæc substitutio ualeat infra pupillarem ætatem ut pupillaris, & postea ut fideicommissaria, quasi conditio illa, si sine liberis &c. hanc habeat uim, & potestatem, ut arguat, testatorem uoluisse, ut talis substitutio non solùm infra pubertatem ualeat, sed quòd etiam post pupillarem ætatem possit locum uendicare. ita uoluit Angelus in.l.precibus. C.de impuberum cuius sententia dum uult, quòd post pupillarem ætatem iure fideicommissi ualeat, uidetur mihi uerissima. dum autem uult, quòd infra pubertatem sit directa pupillaris magis dubia est. Sed tamen tenendum est, quòd in terminis iuris communis licèt infra pubertatem ualeat ut directa pupillaris, & postea ut fideicommissaria.argumen.d.c. si pater. de testamen. in.6.tamen in terminis iuris regis Hispanorum omni tempore uidetur fideicommissaria.dixit enim (ut proponimus) testator, si filius meus quem heredem feci sine liberis decedere contigerit &c.

Compendiosa 76 à pagano facta uerbis directis in ætate pupillari ualet ut pupillaris, postea uerò non ualet in uim fideicommiss.sed omnino expirat. ita tenent, glo.in.l.uerbis ciuilibus.ff.de uulg. quæ communiter ibi per doct.app.& gl.in.d.l.centurio.& gl.in.d.c.si pater.de testam.in.6.in uerb.absq; deductione.& gl.in.d.l. precibus & gl. in.d.c. Rainutius in uerb.substitutionis.gl.in §.qua ratione inst.de pupill.gl.in.l.Scæuola.ff.ad Treb. Inocent.Hostie. & omnes Canonistæ usque ad tempora Ioa.Andr.in.d.c.Rainutius.secundum. Alex.in.d.l.centurio num.64. qui idem sequitur Archid.in.d.c.si pater,

76 Côpêdiosa facta à pagano uerbis directis post pubertatem, an obliquetur? ardua q.

Azò in summa.C.de impuberum Dinus in.d.l. uerbis ciuilibus. Iacob. de Aren. Iacob.de Bell. Nicol. de Mac. Marti .Silli. Guili.de Cun.& Cynus in.d.l.precibus quos refert Alex.ubi suprà Iacob.Butrig. in.l.ex tribus.C. de inof.testamento Oldral.consi.147. Bar. de prato in quadam disputatione ut refert Ioa.And.in.d.c.si pater in nouella.sequitur & dicit communem opin.Ias.in.d.l.centurio num.29. Romanus in.l.cogi.§. fi.ff.ad Trebell. Fulg. in.d.l.precibus.Bal.& Areti.in.d.l.centurio.Alex.consi. 82.uol.2.quos refert Ias.ubi suprà sequitur & dicit cõmunem Ripa in.d.l.centurio num.69.Guili.Bened.in.d. c.Rainucius in tract.de compend.num.32. Galia.in.d.l. centurio.col.47.Curt.Iunior in.d.l.precibus.nume.50. hanc sequitur & dicit communem:sed Ias. ibi num. 15. neutram partem ausus fuit firmare & iterum ibid. nume. 11. hanc sequitur & dicit communem Corneus ibi nume.14.& Corrasi.nu.32.hanc dicit communem ibid. licèt contrarium teneat, sequitur & dicit communem Alci.in.d.l.centurio nume. 40.Bal. aût in tract.de compend.in prin.hanc sequitur sub quadam distinctione sicut & Lanfran. in.d.l.centurio nume. 20.qui hanc dicit communem,sequitur Ioan.Bapt.in.d.l. precibus nu.27. qui hanc dicit communem. hanc sequitur & dicit communem Couarub. in.d.c.Rainutius.§. 9. nume.15.post Poli.in tract.compendiosæ nu.22.& Zasi. in eod. tract. nume.27.Bar.in.d.l.centurio nu.14.distinguit ut ibi per eum hæc pars approbatur per.l.12.tit.15.par.6.

Contrariam partem ut compendiosa facta uerbis directis filios. impuberi ineunte pupillari ætate ualeat ut pupillaris, postea uerò ut fideicommissaria. tenent antiquorum nonnulli, quos refert Cynus in.d.l. precibus & Ioan. Andr. idem sequitur in.d.c.si pater.in nouella. Cardin.& Ant. de Butr. in.d.c. Ramucius.qui ait,quòd hæc opin.seruatur Florentiæ,& quòd est communis op. Canonistarum.Bal.in.l.ex tribus. C.de inoffi.testamen. idem Bal.in.l.& si fine.ff.ad Treb.Salicetus in.d.l. precibus.Bal.& Ang.in.l.i.ad fi.ff. de uulg.Dominicus de Sancto Georgio in.d.c. si pater. quos refert Ias. ubi suprà Zasi.in tract.compendiosæ num.16.neutram partem firmat. hanc sequitur Decius in.d.l.precibus nume.17.qui hęc pars ait, quòd sequitur à plerisque modernorum. Corras.ibid.num.32.hanc partem sequitur & etiam Politus in tract.compendiosæ num.22. Bald. in eod.tract.in prin.& Bar.in.d.l.centurio.num.14.& Lanfran.num.20. transeunt sub quadam distinctione:hanc communem appellat & sequi uidetur Curtius Iunior in.d.l. precibus num.50.& Lanfrancus de Oriano col.7.in.d.l. centurio ubi Bar. num.15.& Ripa num.71.quandam tradunt concordiam, quam receptam esse dicit Alex. consi.12.nume.10.lib.3.

Sed tamen licèt quàm plures auctores ita teneant, tamen magis communis magisque recepta conclusio est, quòd post pubertatem expiret: ut etiam illico uidebitur. Bar.autem tertio loco in.d.l. centurio col.4. uisus fuit concordare has contradictiones dicens, procedere opinionem communem,ubi est facta substitutio per uerba directa ciuilia.i.quæ sunt introducta à iure ciuili (ue luti est, 77 hæres esto, si hæres erit &c.) quibus uerbis utuntur leges iuris ciuilis, ut uidemus. Opinio autẽ Io.And.procedit ubi substitutio est facta per uerba directa, non ciuilia.i. quæ non sunt introducta a iure ciuili, nec talibus uerbis reperiuntur uti leges iuris ciuilis, sed introducta sunt communi usu hominum, sicut uerbum, moriatur. ut quia testator dixerit, quandocunque filius meus decesserit, moriatur Seio.& ita loquitur tex.in.c.si pater.qui utitur uerbo moriatur.nam tunc obliquabitur tale uerbum directum post pupillarem ætatem, secus si sit uerbum directum & iuris ciuilis, quale est, uerbum hæres esto. nam tunc non obliquabitur. & ita procedat.d.l.uerbis ciuilibus.ff. de uulga. quæ distinctio à nemine recepta est, quia non probatur iure.

77 Verba directa ciuilia, & non ciuilia.

Bal. autem fuit in alia noua opinione dicens, utrum uerba substitutionis referantur ad filium, ut quia testator dixerit, quandocunque filius meus decesserit, Titius sit hæres filio meo.& tunc loquitur opin. communis,quia hic apparet de uoluntate testatoris uoluisse quòd dicta uerba non obliquentur: quia si uerba obliquarentur, & transirent in fideicommissum, substitutus non esset hæres filio, sed testatori: si autem uerba testatoris sunt relata ad ipsum testatorem, quia dixerit, quandocunque decesserit filius meus, talis sit mihi hæres, uel simpliciter dixerit, sit hæres, non referendo uerba ad filium, nec ad ipsum testatorem: tunc post pupillarem ætatem substitutio ualebit iure fideicommissi, & sic utraque opi.s.communis.& Io.And.reducuntur ad concordiam.hæc tamen concordia ex multis uidetur posse impugnari. contra quam insurgit do. Raph.& Sali.in.d.l.precibus.dicit do.Rapha. cõtra Bal. esse casum in.l.si ita scriptum.§ qui filio.ff.de bon. poss. secundum tab.ubi non fit differentia, ut dicatur, sit mihi hæres, an filio meo. dicit Sali. Bal.sententiæ resistere tex.in.l.i.ff.de uulg.& uideri casum expressum contra Bald. in.d.c.si pater.& in.d.c.Rainutius. ubi patet uerba fuisse prolata in persona filij, & tamen substitutio directa obliquatur. nam ibi dicit tex.in.c.si pater.filius moriatur filiæ. & in.c.Rainutius est uerbũ succedat, quòd una filia succedat alteri. & tamen obliquantur. Secundò adducit doctiss.Raph.esse tex.in.l.2.C.de hæredibus instit. &.l.precibus. præalleg. Sed reuera prędicta non habent opinioni Bal.obstare, quia ut dicit do.Paul.tex. in.d.§.qui filio.loquitur de substitutione pupillari directa, qua non refert, utrum dicatur, sit hæres, an sit hæres filio meo. quia si est hæres filij, est & heres testatoris. per regulam hæres heredis, est hæres testatoris nos aut loquimur in compendiosa in qua constat si testator dixerit, sit hæres filio, non uoluisse testatorem uerba directa obliquari; quoniam si obliquarentur tunc substitutus, nõ est hęres filio,sed testatori.ut inst.de pupil.§.fin.& in.d.§.cum filię.& eadem responsio adhibetur ad l.i.in.§.i.ff.de uulg.& pupill.non obest & sententię Bal.tex.in.c. si pater.quoniam ibi non apparet in aliqua parte tex.quòd illa uerba moriatur filio meo, obliquantur post pupill.ætatẽ nec ibi ulla fit mentio de obliquatione respectu substitutionis factæ in.d.c.dicit enim ibi tex.quòd substitutiones factæ ibidem cum decesserint filius, & filia ante tempora pubertatis, quòd sunt directę pupillares. Quid autem si dicti filius & filia decessissent post tempora pubertatis, an illa uerba obliquarentur? nihil ibi dicitur, nec istud dubium ibi mouetur, uerùm subiicitur in tex. quòd interdum directa ex causa obliquatur, non tamen se referendo ad præcedentem casum.& glos. ibi super uerbo interdum allegat tres casus in quibus obliquatur.s.l. Scæuola.ff. ad Trebel.& tex.in.l.precibus. & in l.centurio.ff.de uulg.Redeundo ad quęstionem principalem, Videndum est, an communis opin. quę habet, quòd compendiosa infra pupillarem ætatem ualet iure directę pupill. postea uerò non ualet in uim fideicom.sed ex toto euanescit, uera sit? pro communi opi. adducitur per doctores tex.in l.uerbis ciuil.ff.de uulg.ubi dicitur, post.14.annum substitutionem directam frustra fieri: ergo non obliquabitur post dictum tempus, ut ualeat iure fideicommissi, quia tunc non fieret frustra. Præterea 78 casus uidetur in.l.in pupillari.ff. eo.ubi dicitur finiri substitutionem pupillarem superueniente pubertate licèt longius tempus sit comprehensum. Item facit,nam substitutio in dubio uidetur facta usque ad ætatem in qua non potest filius testari, quę non durat nisi ad finem pupill. ætatis: ergo non uidetur se extendere dicta substitutio post pupillarem ætatem.facit, quia si constat quòd testator uoluerit facere testamentum, & legata reliquerit in minus solẽni uolũtate, quæ tamen ualeret ut codicillus, si nõ ualet ut testamẽtum, non ualebit ut codicillius.

78 Pupillaris finitur pubertate, & si longius tempus esset comprehensum.

ut in.l.1.ff.de iure codi.ergo idem dicendum in quęstione presenti, quòd cùm testator uoluerit substituere directò, & post pupill.& non ualeat, licèt posset ualere iure fideicommissi, si uoluisset testator: tamen cùm non appareat hoc uoluisse, non ualebit etiam iure fideicom missi. Præterea facit, quia 79 testator potuit per fidei

79 *Potestas & uolūtas ad actus ualiditatē debent cōcurrere.*

comm. substituere post pupill. ætatem sed noluit, uersa quia dictus testator non potuit substituere directò post pupill. ætatem, ergo ad inuicem aduersantibus potestate & uoluntate, sequetur ut necessariū dicatur, quod nolui potui, quod uolui adimplere nequiui. ut in.l.multum.C.si quis alt. uel sibi. & talis censetur mens testatoris, qualia sunt uerba .l.labeo.ff.de supel. leg. sed uerba significant substitutionem directam, ergo aliam diuersam non præsumitur testatorem uoluisse facere substitutionem. Similiter etiam facit, nam substitutio, quę semel expirauit amplius non potest reuiuiscere.l. qui liberis.§.testamento. ff.de bon. poss. secundum tab. sed ista substitutio expirauit pubertate. ut in. d. l. in pupillari. igitur non poterit post pupillarem ætatem iure fideicommissi ualere. & ubi 80 erratur in nomine appellatiuo, non ualet dispositio.l.si quis in fundi uocabulo.ff.de leg.1.sed ubi fit substitutio directa quòd debeat trahi potest pupillarem ætatem ad fideicōmissum

80 *Error in nomine appellatiuo uitiat.*

uidetur erratum in nomine appellatiuo, quia debuit fieri substituo per fideicom. igitur &c. Præterea etiam uidetur casus in.l.cohæredi.§.cum filiæ.uers.nec aliud.ff. de uulga.ubi dicitur, ita demum obligari filium post pupillarem ætatem, si uerbis precariis est fideicomm. in summa hoc probatur à simili. Nam 81 libertas data seruo, quæ non ualet directò, non potest etiam dari

81 *Libertas, quæ nō ualet directò nō obliquatur.*

per fideicomm. ut in.l.si seruus legatus.§.si serous.de lega.2.ergo ita in proposito, si non ualebit substitutio iure directo post popillarem ætatem, non debet ualere per fideicomm. facit.l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.de uulg. ibi, nec fideicommisso.

Adhæc etiam, adducitur tex.in.d.l.centurio.ubi speciale est in milite quòd ualeat post pupillarem ætatem. ergo contrarium est ius commune.s.in pagano. pro hoc allegatur casus in prædicta.l.si frater tuus. C. de fideicomm. ubi dicitur quòd ita demum succedit ex fideicommissaria, si uerba sunt apta ad fideicom. sed palam est uerba directa non esse congrua fideicom. ergo &c. Pro superioribus etiam facit ratio, quia eadem res non debet diuerso iure censeri.l.cum qui res. ff.de usucap. ergo non poterit substitutio compendiosa ualere uno tempore iure fideicomm. cùm alio tempore ualuerit iure directo. Sed pro opinione affirmatiua, ut compendiosa non solùm infra pupillarem ætatem ualeat iure pupillaris directæ sed etiam post pupill. ætatem ualeat in uim fideicom. facit, quoniam 82 uoluntas testatoris

82 *Testatoris uolūtas seruanda, licèt à ui uerbi recedatur.*

est obseruanda etiam à uerbis recedendo.l.non aliter in princ.ff.de leg. 3. sed manifestum est, testatorem uoluisse bona sua debere peruenire ad substitutum quouis tēpore decedat intestatus, ut patet ex significatione aduerbii quandocunque, igitur &c. & patet, quòd illa uerba hæres esto. habent hunc sensum, idest, dominus esto, ut in.l.his uerbis in pr.ff.de hæ.inst.& inst.de hæ. qual. & differentia.§.pen. sed illa uerba, dominus esto, possunt uerificari utiliter per fideicommissum: ergo idē in istis uerbis, hæres esto. Facit etiam quia plus debet ponderari aduerbium quandocunque, quàm uerbum, uel nomen.l.Pompon. scribit.ff.de neg.gest. quia, aduerbium qualificat id cui semper innititur ut.l. cum inter dictum.C.arbi. tutelæ.& sic dat qualitatem uerbo directo ut possit obliquari. Præterea certum est quòd in fideicommissis non est attendenda uerborum subtilitas l.cum uirum.C.de fideicommiss.

Item si expiraret compendiosa, pubertate superueniente, nulla esset differentia inter pupillarem & compendiosam, quod est falsum: quia si eadem essent. cur diuerso nomine nuncuparentur?l.si idem. C.de codic.

Item multùm per hoc facit tex.in.l.codi.§.pe.de leg. 2.ff. Præterea facit quia substitutio facta inter liberos habet in se clausulam codicillarem.l.fin.C.fa. her. ergo obliquabitur uirtute dictæ clausulæ, ut in.l.Scæuola ad treb. facit etiam, quia uerba debent aliquid operari.l.si quando.de legat.1.sed si expiraret substitutio post pupil. ætatem illa uerba, quandocunque decesserit, nihil operarentur. Præterea facit, quia in compendiosa inest conditio si decesserit sine liberis, ut in.l.generaliter §.1.C.de insti. & substi.& .l.cum acutissimi.C.de fideicom. ergo erit fideicommissaria per no. in glo.d.l.precibus. facit, Nam 83 compēdiosa est quid mixtum, ergo debet participare de extremis.l. quæritur. ff. de statu homi. & etiam facit.d.l.centurio. Vbi speciale est in milite, ut ualeat iure directo. ergo iure communi obliquabitur in pagano: & facit quia facilius una species mutatur in aliam, quàm pereat. ut est uidere in nouatione. facit quia facilius admittitur modificatio, quam interitus dispositionis. Com. per tex. ibi in.l. cum quæstio.C.de legatis. bene facit.l.fin.C.de hær.inst. Præterea facit, quia non uidetur testator elegisse uiam impugnatiuam sui iudicii. ut in.l.3. ff. de testa. milit. pro hac parte adducitur.d.c.si pater iuncto cap. Rainucius sed nihil faciunt. ut diximus suprà. & etiam adducitur l.precibus præall. quę tamen ut iam diximus non facit, quia secundum uerum intellectum ibi, fuit facta substitutio per uerbum commune substituo.

83 *Compēdiosa est mixta.*

Denique pro hoc, uidetur casus in.l.ex facto. in pr. ff.ad treb. ubi 84 si testator grauat heredem suum, ut alium faciat hæredem, non ualet huiusmodi dispositio, tamen ibi dicitur, quòd uidetur grauatus hęres restituere hęreditatem per fideicomm. ergo non absurdum erit in re proposita, ut licet substitutio directa durare non possit post pupill. ætatem, uideatur tamen rogatus hęres de restituendo, substituto. ista sunt fortiora argumenta, quę possent fieri pro hac parte, quę optimè concludunt. Postremò huic accedat, quoniam 85 eadem uerba ponuntur in propria significatione respectu unius temporis, & impropiātur respectu alterius. casus est singu.in.l.pater Seuerinam.§.conditionum uerba.ff.de cond.& demonst. ergo idem dicendum in re nostra ut uerba 86 substitutionis directę ponantur propriè ante pupillarem ętatem, & impropriè post pupill. ętatem, sic obliquantur. Pręterea hic debemus recedere a uerbis ut uoluntas testantis seruetur. nam in omnibus iuris partibus est à regulis recedendum ex tacita, uel expressa uoluntate testatoris.l.in conditionibus primum locum.ff.de conditio.& demonstra.l.filium quem habentem.in uerb.sanciat.C.fam.herc.in auth. de iure iur. a mori.pręst.in.§. disponat.cum similibus.& similiter licèt 87 quandiu locus esse potest successioni ex testamento cesset regulariter successio abintestato.l. quandiu de acquir. hęr.l.quandiu de regul. iur. tamen ex pręsumpta testatoris uoluntate successio abintestato pręfertur successioni ex testamento.l.si quis ita hęres instituatur si legitimus.ff.de hęr. inst.

84 *Fideicommissaria fit substit. quæ ut directa fieri nō potuit.*

85 *Verbum unum, partim propriè, & partim impropriè sumitur.*

86 *Verba, partim propriè, partim impropriè sumuntur.*

87 *Success. legitima præfertur testamentariæ, si id uelit testator.*

Pręterea licèt prius testamētū regulariter, & per posterius testamentum solenne tollatur.§.posteriore &.§. sed & si quis priore. inst.quib. mod. test. infir.l. si quis priore.ff.ad treb. tamen ex pręsumpta uoluntate testatoris secundum testamentum per errorem facientis cōtrarium disponitur, ut prius non tollatur, sed secundum non ualeat.l.si.ff.de hęr. inst.

88 *Testamentum superius per inferius tolli desinit, si id uelit testator.*

Denique licèt regulariter prius testamentum per posterius solenne tollatur, fallit tamen, ex pręsumpta testatoris uoluntate clausulam derogatoriam in principio testamento apponentis.l.si quis in principio.de leg.3.l. diuus.§.licet de iure codi.ff.

Et similiter licèt prius 89 testamen. solenne per posterius minus solenne regulariter non tollatur.§. posteriore.supra alleg.l.si filius, qui in potestate. de libe.& posthum.l.cum in secundo.de iniust.rupt. fallit.

89 *Testa. superius per inferius minus solenne nō solenne testante tollitur.*

tamen

tamen ex præsumpta testatoris uoluntate, qui ab intestato uenientes in posteriore testamento instituit.l hac consultissi. §. si quis autem. C. de testamen.l.2.ff.de iniust. rupt.

90 *Testamentum semel infirmatũ, an si id uelit testator conualescat.*

Et similiter licèt testamentum 90 in quo filius in potestate præteritus est, nec ualeat ab initio, nec reconualescat etiam si filius ille uiuo testatore decedat. ut.l. si filius qui in potestate.deliber. & posthum. licèt secus sit in posthumo præterito.l.posthumus in prin. ff. de iniust. rupt. tamen ex præsumpta uoluntate, si instituti fuerint uenientes abintestato ualet.i. reconualescit illud testamentum, si filius uiuo testatore decedat d. l. posthumus. uersi. idem & circa. Sed caue, quia id non contingit propter uoluntatem, sed quòd causa intestati fouet causam testamenti secundum quosdam.

Et similiter licèt testamentum, quod irritatur capitis diminutione, puta, quia testator in arrogationem se dedit, non reconualescat; etiam si testator sui iuris esse cæperit, nisi ad hæc, noua uoluntate illud testamentum confirmauerit.l.qui ex liberis.§. testamento. de secundum tab.ff. tamen si in eo essent scripti uenientes abintest.confirmaretur etiam sine noua uoluntate. d.§. idem & circa.nisi dicas, quòd & id non fit ex præsumpta uolũtate, sed quia causa testati fouet causam intestati.

91 *Vltima uoluntas ẽs sine ullo teste ualet interdum.*

Et similiter licèt testamentum 91 uel uolũtas etiam militis non ualeat, nisi saltem habet duos testes. §.planè ubi glos. inst. de testamento milit.l. Lucius ubi.glos. ff.eod.nisi fiat in conflictu prælii ut.l. militis. C. eod. tamen ex præsumpta uoluntate etiam sine ullo teste uoluntas etiam pagani substinetur. ut puta si paganus confisus sit de hæredis fide.l.fi.C.de fideicomm. §.fin. inst.de fideic.hær.

92 *Dies incertus uolente testatore desinit facere conditionẽ*

Et similiter licèt dies 92 incertus regulariter faciat conditionem.l.dies incertus. l. hæres meus. de condit. & demonstr.l.talis scriptura.delega.t.ex uoluntate tamen testatoris conditionem facere desinit.l. ambiguitatem ubi Bald.notat. C. de usufr.

93 *Conditio, quæ tacitè inerat, si exprimatur, interdũ aliquid operatur.*

Hinc & 9.quòd 93 licèt tacita conditio, quæ inest à lege & si exprimatur, non faciat conditionem in actis fauorabilibus ueluti legatis.l.3.deleg.t.l. si dies. quando dies leg.ced.ff.l. aliquando de condit. & demonstr. licèt secus sit in odiosis, ueluti in exhæredatione.l.3. §.pure de libe.& posthum. l.nonnunquam de condit. & demonstr.l.si quis Sempronium de her. inst. tamen ex uoluntate testatoris, etiam in legatis conditio illa si exprimatur, facit conditionem.l.in conditionibus.§.j. de condit. & demonstr.

94 *Transmissio uolente testãte desinit impediri per cõditionẽ.*

Hinc & 10.quòd 94 licèt expressa conditio, regulariter transmissionem impediat.§. sin autem conditio.C. de cadu.tollend.l.si ita expressum.l.sub diuersis. de condit.& demonstr.l.si penum. quando dies leg. ced.l.si decem cum petiero.l.qui Romæ.§.Augerius. ff. de uerb. tamen ea uoluntate testatoris transmissionem non impedit. secundum Bald.in.c.Cumana.de elect.

95 *Conditio impossibilis uolente testatore, non reiicitur.*

11. Quòd licèt 95 conditio impossibilis reiiciatur de ultima uoluntate, nec uitiet.l.obtinuit.de condit.& demonst.l.1.de cond.inst.l.si filius eod.l.Lucius. de condition.& demonstr.secundum unum intellectum. licet secus in contractibus.l.non solùm.de acti. & oblig. ff.§. impossibilis inst.de inut.stip.l.impossibilis de uerbo.tamen etiam in ultima uoluntate impossibilis conditio uitiat ex uoluntate testatoris.l.seruo manumiss.ff.de condit.indeb. & ibi doct.

96 *Bonorum possess. hæredis appellatione cõtinetur, si id uelit testator.*

12. Quòd licèt 96 conditio si heres erit, regulariter non uerificetur in bonorum possessore, quia conditio est implenda in forma specifica.l.qui heredi.l. Meuius.de condi.& demonstra.& heredem facere non potest prætor, sed loco hæredis.l.2. de bonor. poss. titulo gen.ff.nec hæredem esse desinere potest quis propriè per prætorem.§.quos aũt. inst.eod.tamen ex uoluntate testatoris cùm eius dispositio in alio, quàm in bonorum possessore uerificari non possit, etiam in bonorum possessore illa conditio uerificatur.l.in conditionibus.§.si patronus.de cond.& dem.

97 *Tutela ultra pubertatem porrigitur de uoluntate testantis.*

13. Licèt 97 tutela finiatur anno 12.in fæminis. & 14.in masculis.inst. quib. mod.tut. finitur. in pr. tamen ex uoluntate testatoris non finitur, nisi post annum. 18. l.pater Seuerinam.§. conditionum uerba. de conditio. & demonstrat.

98 *Legatario hypothecaris interdum competere desinit.*

14. Licèt 98 legatario competat hypothecaria contra heredem.l.2.C.com.delega. tamen ex uoluntate testatoris desinit competere. glo.in.l.2.C.ut in poss. leg.ubi notant Bal. & alii.

99 *Suitas nõ tollitur datione cohæredis extranei ex uoluntate præsũpta testantis, idẽ in substituto uulgari.*

15. Licèt 99 per dationem cohæredis extranei regulariter secundum communem opin. tollatur suitas, fallit, tamen ea uoluntate testatoris secundum Bald.in c. Cumana. de elect.

16. Licèt per dationem subst. uulga. regulariter secundum communes op. tollatur suitas.fallit, tamen ex uoluntate testato. secundum Bal.in.d.c.Cuma.de elect.

100 *Accrescendi ius uolẽte test.trahit ius substitutionis.*

17. Licèt 100 ius substitutionis uulga. regulariter sit potentius quam ius accrescendi.l.2. §.si duo de secundum tab.§.in princ.&.§.pro secundo de cadue.toll. etiam si substitutio sit tacita.l.fin.C.de hære. instit. ad quod tex.ille est melior de iure secundum Ias. ibid. tamen ex præsumpta testatoris uoluntate ius accrescendi excludit ius subst.tex.in.l.quidam testamento de uulga.qui tex.est singul.secundum Paul.cæterosq; ibid.

101 *Pupillaris tacita excludit matrẽ de uoluntate testantis.*

18. Licèt 101 substitutio pupillaris siquidem tacita sit matrem non excludat.l.precibus.de impuberum l.fin.de inst.& subst.tamen ex præsumpta uoluntate testatoris tacita pupillaris matrem excludit. glos. in.d.l. precibus.in uerb.omnimodo. & glo.in.l.Lucius. de uulga.quæ glo.app.communiter.

Modò sic, cùm in omnibus iuris partibus receptissimũ sit, ut recedatur à regulis iuris & à proprietate uerborum ex præsumpta uoluntate testatoris, quid mirum si in specie nostra ubi uoluntas testatoris est certa, perspicua,& indubitata, ut etiam post pubertatem substitutus admittatur, recedamus & aliquantulum declinemus à regulis.d.l.uerbis ciuilibus.&.d.l.in pupillari.ff.de uulga. præsertim cùm non tam declinare quàm eas leges scitè, præhumanè, & eleganter interpretari per alias leges & rationes uehementes uideamur.

Denique licèt hac in re sint, qui dicant opus esse Cæsarea decisione, & quòd res tam incerta est, ut in ea nunquam animus possit quiescere: id quod uerissimum est, si ad scribentium contentiones, uarietatesque respexeris: tamen si ad mentem, sententiamque ipsorum Iurisconsultorum animum uertas, inuenies hanc posteriorem partem, ut compendiosa post pubertatem ualeat iure fideicomm. esse perspicuam, certam, indubitatam, tum ex superioribus, tũ ex sequenti fundamento, quod solùm hac in re sufficeret.

102 *Compẽdiosa continet sub se uulgarem.*

Nam 102 compendiosa continet sub se uulgarem.tex.est in.l.3.in pr.ff.de adim. leg. & est non solùm communis, sed etiam indifferenter recepta conclusio ut diximus in nostra illustri disputatione, quam hac de re fecimus & collocauimus alibi, & attigimus de succ.cre.§.11.num.27.tunc sic, si continet uulgarem, necesse est, ut etiam pupillarem cõtineat l.iam hoc iure.ff.de uulga.l.2.l.quanquam.C.de impuberum. Præterea, qua ratione sub compendiosa continetur uulgaris, licèt in ea adiectum fuerit uerbum si decesserit, quod denotat & significat hæreditatis acquisitionem, & aditionem: eadem ratione & longè fortiori continebitur sub ea compendiosa pupillaris, & exemplaris, quæ similiter uendicant sibi locum post aditam hæreditatem.

103 *Compẽdiosa est apta comprehẽdere sub se omnes substitutionũ species.*

Est enim maxima similitudo inter omnes substitutiones, quæ post aditam hereditatem locum habent (quales sunt pupillaris, fideicom.exemplaris, compẽdiosa, directa militaris) quę similitudo uel non est, uel non tanta est inter eas & uulgarem, quæ ante aditam tantùm hereditatem locum habet.l.post.aditam.C.de impuberum. Vnde 103 obtinuit receptissi-

ma sententia omnium existimantium, quòd sub compendiosa (ut iam docuimus) omnes substitutionum species comprehendi possunt. itaque ut sub compendiosa ex omnium confessione continetur uulga. ita & longè euidentius continetur pupillaris, exemplaris, fideicommiss. directa militaris. & cum hac in re perspicua sit testatoris uoluntas gestientis ut omnimodo post mortem exclusionemque primi nominati substitutus admittatur; superest, ut etiam si primò nominatus post pubertatem excludatur, siue morte, siue alia quauis ratione; tunc statim substitutus per fideicomm. admittatur iuxta uoluntatem & uerba testatoris, non secus quam admitteretur per pupillarem, uel exemplarem, si primò nominatus in pupillari ætate, uel furore decederet.

Præterea, quando compendiosa facta esset per uerba communia, tunc id indubitanter procederet ut statim dicam. at nulla est lex in mundo satis perspicua, quæ differentiam faciat, utrum compendiosa fiat uerbis directis, an communibus; sed tantum utrum fiat uerbis obliquis, an directis: à quibus uerba communia in effectu non differunt. & differentia quam nostri faciunt inter uerba directa, & communia quo ad substitutionem cõpend. plus habet subtilitatis, & diuinationis quàm ueritatis, & simplicitatis. cuius lex amicissima est. §. pe. & fin. inst. de hær. ab intest. l. fin. C. de lib. pret.

104 *Intell. c. Rainucius de testa. c. si pater. eod. titulo li. 6. l. precibus. C. de impub.*

Preterea, 104 id satis efficaciter probat. d. c. Rainucius. ibi, tanquam ex causa fideicom. nam pro constanti ponitur, quòd compendiosa ibi, quæ si is, cui fiebat impubes moreretur iure pupillaris naleret, nalet iure fideicomm. quia pubes decessit. Nec ulla unquam lege probatur, quòd uerbum succedat de quo ibi desinat esse directum.

105 *Verbum. substituo, sumitur pro instituo.*

Idem uidetur probari in. d. c. si pater. ubi uerbum moreretur satis directum intelligitur. idem expressius probatur in. d. l. precibus. in uerb. secundum hæredem, iuncto uerbo substituit. nam 105 qui substituit satis uidetur secundum hæredem fecisse. ad idem. l. j. ff. de uulga. & l. Gallus. per totam. ff. de uulg. nam in omnibus. §§. illius. l. ut suo loco disseruimus probatur nil referre inter uerbum instituo, (quod secundum omnes directum est) & uerbum substituo. & ita intelligendo. d. l. precibus. decidit hanc quæstionem, quæ preterea mille probatur rationibus. ut suprà disseruimus. facit optime. d. l. ex facto. in prin. ff. ad Trebel. & quòd uerbum substituo, & uerbum instituo sæpissime exæquentur plenè probaui suprà in materia uulgaris subst. in prin.

Denique nostra opin. euidenter probatur hac consideratione. nam illa uerba compendiosæ substitutionis (quandocunque decesserit &c.) demonstrant uoluntatem testatoris militis, uel pagani, fuisse, ut non solùm infra pubertatem, sed etiam post pubertatem primo nominato moriente substitutus admittatur. ut patet in. l. centurio. ff. de uulga. & in. l. precibus. C. de impuberum. Nec ad rem pertinet quòd illa iura loquantur in milite, quia miles, & paganus quò ad hoc licet in potestate pares non sint, tamen quò ad uoluntatem indubitanter pares sunt: & ex illis uerbis (quandocunq; decesserit &c.) ead. uoluntas tam in milite quam in pagano colligitur, licèt in utroq; non sit par potestas: ergo utriusque uoluntas etiam post pubertatem seruanda est.

106 *Substituere directò post aditã paganus nõ potest.*

Præterea etiam in pagano in specie probat. d. c. Rainutius. & d. c. si pater. quòd illa uerba (quandocunque decesserit &c.) demonstrant eius uoluntatem fuisse ut admittatur substitutus, non solùm quando primò nominatus decessisset infra pubertatem, sed etiam si postea. modò sic, cùm de uoluntate testatoris dubitari non possit, nec desit potestas, superest ut substitutus admittatur etiam post pubertatem. Quòd autem non desit potestas in testatore etiam pagano patet, quia, 106 licèt post pupillarem ætatem, & aditam hereditatem paganus non possit substituere directò. l. post aditam. C. de impuberum & alijs subst. iuncta. l. in pupillari. ff. de uulga. tamen nulli dubium quin possit. per fideicom. ut per totum. ff. C. & inst. ad Trebel. ergo uerbum illud (quandocunque decesserit &c.) in pagano prolatum debet intelligi ut infra pubertatem sit pupillaris, & postea fideicom. Nec ad rem pertinet quòd uerba directa non soleant trahi ad fideicommissum. nam resp. quòd uerbum simpliciter prolatum declaratur ratione adiuncti. d. l. pater Seuerinam unde illud uerbũ (si decesserit quãdocunque hæres esto) hunc habet sensum, ut si in pupillari ætate filius decesserit, tunc substitutus ex pupillari heres fiat: & si decesserit post pubertatem, tunc heres fiat ex fideicom. nec obstat, quòd fideicom. uniuersalis non uideatur heres propriè, sed loco hæredis habeatur, & sic sit heres impropriè. nam resp. quòd in hac materia uerba impropriantur ut uoluntas testatoris seruetur, ut in. l. ex facto. in prin. ff. ad Treb. simile in. l. pater Seuerinam. §. 1. ff. de cond. & dem. præsertim cum satis sit, quòd uerbum hæres esto partim propriè accipiatur. i. infra pubertatem, & partim impropriè. i. post pubertatem.

Tenendo hanc partem, quæ æquissima est, & magis proxima, finitima, contigua, amicaque testatoris uoluntati: & quam sequerer in iudicando, & consulendo, tunc 107 ad. l. uerbis ciuilibus. ff. de uulga. in qua est totum fundamentum contrariæ partis. respondeo, quòd ibi loquitur in pupillari substitutione non in compendiosa. patet, quia sola substitutio pupillaris dicitur fieri uerbis ciuilibus ex eo quòd pupillaris non fit, nisi filiis. sub potestate testatoris existenti. l. 2. ff. de uulg. in princ. inst. de pupill. eaque substitutio & patria potestas est peculiaris ciuitati Romanæ, & reliquis gentibus minimè communis. ut. d. l. 2. in prin. iuncto prin. inst. de patria potest. sicque pupillari substitutione solus Populus Romanus utebatur, licet alijs substitutionibus etiam aliæ gentes (ut uerisimile est) uterentur. ideòque uerbis ciuilibus. i. ciuitatis Romanæ sola pupillaris dicitur fieri. pro hoc expendo. d. l. uerbis. ibi, frustra fieri conuenit. sentit. enim iure consultus periculosum, impium, inhumanumque fore si uerbis ciuilibus (. i. pupillarem subst. inducentibus) liceret post 14. annum substituere quia auferretur libertas testandi contra. l. ex facto. in prin. ff. de uulg. Ergo nego contrarium. nam ibi non loquitur in compendiosa, sed tantùm in pupillari. & ita etiam respondeo. ad. d. l. in pupillari. & in utraque intelligo quòd pupillaris finitur pubertate. Sed an quia perspicua fuit testatoris uoluntas gestientis ut etiam post pubertatem admitteretur substitutus, tunc eum admitremus ex fideicom. etiam in terminis illarum legum ut sic recipiant declarationem per. ll. & fundamenta nostræ partis; quod omnino nego; quia pupillaris substitutio fit ad utilitatem impuberis. glos. ubi omnes in. l. ex tribus. C. de inoffi. testamento. l. si pupillus in uerb. utilitatem impuberis. ff. de acquirend. hæred. substitutio autem fideicommis. est odiosa, & onerosa ei cuius fit. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de uulg. ergo in terminis. d. l. in pupillari &. d. l. uerbis ciuilibus. dispositio testatoris facta ad utilitatem & prouisionem impuberis. i. ad pupillarem subst. inducendam non debet trahi ad substit. fideicom. quæ odiosa est, ne inducta ad unum effectum operentur contrarium effectum, contra regulam. l. legata inutiliter. ff. de leg. j. & l. legata inutiliter. ff. de adim. leg. Sed cum ut disseruimus in solenni illa disputatione, quam locauimus in. d. §. 11. ubi conclusimus quòd compendiosa substitutio continet subse regulariter omnes omnino substitutionum species, siue illæ ante aditam hereditatem locum habeant, siue post aditam; superest ut quando certum est, quòd testator pupillarem substitutionẽ facere uolebat, tunc ea pupillaris post aditam hereditatem non obliquetur, licèt longius tempus quam pupillaris subst. comprehensum fuisset: ne inducta ad utilitatem impuberis in onus & læsionem eius conuerteretur. quòd si testator ab initio noluit facere compendiosam uerbis directis, tunc post pupillarem ætatem ualebit iure

107 *Intell. l. uerbis ciuilibus. ff. de uulgari.*

bic iure fideicom. nec mirum cùm ut diximus compendiosa omnes omnino substitutionum species subse comprehendere apta sit, & re uera comprehendat.

108 *Verbum, moriatur, an sit directum, ardua q.*

Postremò 108 quòd uerbum moriatur, sit directũ tenet glos.in.d.c.si pater.uerbo moriatur.est communis opin secundum Ripam num.196.Galiaulam col.115.in d.l centurio. Salicetus & Iaso. in.l. precibus. suprà all. qua in re multi contrarium sentiunt, ut per Angelum & Ias.col.fi.in.d.l.centurio.Politus nume.17.Zasius col.2. de compend.substi. Abb.nume.15.in.d.c.Rainutius ubi Card.num. 20.& Imola nume.166.Francus in.d.c.si pater in tit. de comp.sed tenendo, quòd sit directum tunc in.d.c.si pater.hęc controuersia decisa est.

109 *Compẽdiosa facta à milite uerbis directis post pubertatem, an ualeat ut directa militaris etiã si mater sit in medio. ardua quæst.*

Substitutio 109 compendiosa facta à milite uerbis directis infra pubertatem ualet ut pupillaris, & postea ut directa militaris licèt sit mater in medio.ista est cõmunis opin.quam tenent, siue mater sit in medio, siue non Couarub.in.c.Rainucius.§.9.nume.6. de testamen. qui hanc dicit communem opin.& secundum eum hanc op. tenent doct. communiter in.l. precibus.C.de impub. & in.d.c.Rainutius & in.l.centurio.ff.de uulg.hanc op.sequuntur & dicunt communem Alex.num.52.Ias.nu.19. Ripa.num.66.Galiaul.num. 58.in d.l.centurio. Curtius Iunior in.d.l.precibus num.39.ubi Decius col.7.qui tamen distinguit utrum compendiosa fiat expressim usq; ad certam ætatem,an uerò indefinitè & ibi Lancelottus Decius hanc tenet sub eadem distinctione,& ita etiam distinguit Galiaul.ubi suprà & Corras.ibid.num.32.post Bened.de Plumb.quem allegat. dicentes quòd nil specialitatis est in matre, sed quòd si fiat compendiosa indefinitè,tunc etiam si mater sit in medio post pubertatem ualet ut directa militaris, & ita procedit.d.l. centurio. sed si compendiosa fiat usque ad annum.25.tunc post pubertatem ualet ut fideicommis. non ut directa militaris. & ita procedat.d.l.precibus. sed communem opin.ut post pobertatem ualeat ut directa militaris, siue ea compendiosa fiat indefinitè,siue usque ad certam ætatem, siue mater sit in medio, siue non,tenent in.d. l.precibus.Ias.col.6.& Alex.num.10. Corn. tamen ibid. num. 12. sequitur communem opin.antiquorum contra Bar.& sequaces.& communem Bar.opi. sequuntur Bar. Bal.Ang.& Paul.in.d.l.centurio.Bar. in.l.in testamento C.de test.milit.Paul.in.d.l.precibus. Cardi. in.d.c. Rainucius.& Guiliel. Bened. ibid.in tit.de compendiosa nume. 10.& est communis opin. secundum Polit. in tract. de compendiosa subst.num.13.qui tamen tenet contra communem. & est communis opin. secundum Zasium num.10.in.d.tract.compendiosæ subst. qui similiter tenet contra communem opin.& est communis opin. secundum Fumeum in.d.tract. compendiosæ subst.& hãc Bar. & communem opin. sequitur etiam Bal. in.d.tract. compendiosæ subst.in princ. quia unusquisque uelle uidetur, ut sua dispositio ualeat quo plenius potest.argumen.l.3.ff.de mili.testamen.§. quotiea institu. de iure naturali gentium & ciuili. & per generalitatem. d. l. centurio.ff. de uulgari. & per alias rationes, de quibus infrà.

110 *Intell. l. precibus. C. de imp.*

111 *Intell.l.cẽturio.ff.de uulg.*

Contrariam 110 partem quando mater est in medio, ut tunc compendiosa à milite facta uerbis directis post pubertatem non ualeat ut directa militaris, sed tãtùm ut fideicom.tenent glo.in.d.l.centurio. & glo. 111 mag.in.d.l.precibus. ubi Iacob. de Arena. & Iacob. de Rauen.Petrus,Cynus.Bar.Bal.ibid.& fuit cõmunis opi. usque ad tempora Bar. & etiam hodie secundum Socinum in.d.l. centurio.col.4.in princ.sequitur ibid.Imola & Corn.in.d.l.precibus num.12.& Politus in tract.compendiosę subst.num.13. & Zasius in eodem tract. compend.subst.num.10.dicentes, quòd tam in.d.l.precibus. quàm in.d. l. centurio. compendiosa à milite facta fuit per uerba directa, quæ uerba obliquantur fauore matris post pubertatem. & ita procedat.d.l.precibus.licèt quando mater non est in medio,tunc ea compendiosa substitutio etiam post pubertatem ualeat ut directa militaris.ut.d.l.centurio.

Sed pro communi sententia, ut compendiosa uerbis directis facta post pubertatem licèt sit mater in medio ualeat ut militaris, facit, nam ut dicit multùm eleganter Bal. in.d.l. centurio.ff.de uulg & pup.quando uerba sunt præcisè directa,nullo modo salua ratione recti sermonis possunt obliquari. sed sic est quod matri non fauetur contra propriam significationem, seu contra id, quod uerba testatoris important,etiam in sui generalitate. ut patet in pupillari, quæ continetur in reciproca l.Lucius.ff.de uulg. ergo multo minus fauendum est in casu nostro, in quo uiolarentur uerba specialiter directa, cùm possint ualere iure directo si traherentur ad fideicommissum. & si ad hoc responderes, quòd argumentum procedit in testatore disponente de iure communi, non ex speciali priuilegio,prout in casu nostro. unde argumentum non tenet.per.l.eius militis.§.militia missus.ff. de testamen. mili. facilius enim uerba directa in dispositione militis obliquantur, & è contra, quàm in testamento pagani. ut probat tex.in.l.neque enim & l.seq.& in.l.querebatur.ff de testa.mili.resp. quòd proprietas uerborum magis seruatur in milite propter eius simplicitatem quàm in pagano. Item facit tale fundamentum, sine dubio miles uoluit substituere post pubertatem, & aditionem hæreditatis filij, ut patet in.d. l.centurio.modo sic, aut uis dicere, quòd noluerit post pubertatem uti iure communi, & tunc nec etiam ad fideicommissariam traheretur. l. uerbis ciuilibus. ff. de uulg. & pup.secundum communem,quod esset contra.d. l.precibus.aut uis dicere quòd uoluerit uti iure militari, & tunc ualebit iure directo.d.l. centurio.l.sed & si plures.§.ad substitutos.ff.eo.tit.& hoc præsumit lex testatorem uoluisse: quia uerba prolata à testatore hoc important.c.si pater de test. in.6.quanto magis hoc debet præsumere lex.s. quòd uoluerit excludere matrem per directam militarem post pubertatem filii a bonis prouẽtis à testatore: cum in illis sine dubio non debeatur tantus fauor, quantus in bonis pupilli.l.si.C.de insti.& substitu. ut dixi suprà in materia pupillaris substitutionis Præterea, licèt omnia superiora cessarent pro ista communi opinione Bar.induco tex. in.d.l.centurio. Nam 112 ibi traditur regula generalis quòd post pubertatem est directa,ergo qui uult dicere, quòd fallit matre existente in medio debet adducere casum legis. Ioan. 112 *Regulæ est adhærendum.* And.in.c.salubriter. de usur. ubi Panor.c.2. de coniug. lepros. facit.l.ab ea parte.ff.de probatio.casus antè. legis non adducitur, quia ibi respondebitur ad legem precibus.igitur &c. tamen ad hoc fundamentum potest responderi, quòd 113 iniquum est regulam non fallere, ubi aliqua æquitas suadet.glo.in auth.ut sine prohibitio. matres debitrices.in princi.in uerbo existimemus. per tex. optimum in. c. intelligemus ubi Panor.in col.1.ad finem de iudi. & hæc solutio tanto magis uidetur procedere,cùm per talem exceptionem reducamus rem ad ius commune & minus illud læditur. iuxta glo.in c.statutus.in uerbo numerãdo. de præben.in.6.sed nil est. nam sic uiolaretur generalitas.d.l. centurio.& pro communi itaque opinione Bar. aliter etiam inducitur tex.d. l.centurio. qui uult, quòd substitutio ualeat iure directo etiam post pubertatem, nec distinguit, an mater sit in medio, uel ne, immo dicere, quòd in.d.l.centurio mater non esset in medio,est diuinare.nec respondeamus, ut per Socinum ibidem,quòd immo non est diuinare, quia regula est quòd 114 persona extrinsecus non intelligitur.l.si stipulatus.§.Grisogonus in fin.ff.de uerbo.obli.nam ille tex.loquitur in stipulatione, in qua non intelligitur persona, præcipuè per quam uitiaretur stipulatio.ut ibi, at hic non subaudio personam matris, sed 115 uolo tex. intelligere indistinctè, ut loquatur, siue mater, sit in medio, siue non. iuxta.l.de pretio.ff.de pub. itaque.d.l. centurio. communem Bar.

113 *Regulam transgredimur, ubi id aliqua æquitas suadet.*

114 *Persona extrinsecus non præsumitur.*

115 *Lex generaliter intelligẽda.*

116 *Intell.l. precibus. uerb. ueluti ex causa fideicommißi.C.de impuberum.*

opin.efficaciter probat, quæ etiam probatur in.d.l.precibus ad cuius 116 inductionem præmitte, quòd procedit secundum quàm plures scribentium ibi, siue compendiosa facta esset uerbis directis, ut ibi, in uerb.hæredem fecit, siue uerbis obliquis, ut ibi, in uerb. substituit.& tamen ibi post pubertatem substitutus admittitur, non ex uera substitutione fideicommissaria, sed ueluti ex causa fideicommissi: & sic ex directa militari secundum uerum intell. illius tex.quem tenueront. Rapha.Fulg.& Christofotus.de Castel.in.d.l.precibus. & ibi Curt.Iunior.nu.41.ubi Decius & Cum.& Ias.in.d.l.centurio.nume.19.ubi Ripa nume.66. Ias.in d.l.precib.eo l.7.qui hunc intellectom dicit uerißimum intell.moder.& ibi Corrasi.nume.31. Zasius in tractatu compendiosæ substitutionis num.11.Lanfrancus in.d.l.centurio licèt hunc intell.reprehendat. Corneus in.d.l. precibus & Alex.in.d.l. ceuturio nume.52.& Politus nume.13.in tractatu.Compendiosæ substit.& secundum hunc intellectum, uerbum, ueluti, ibi positum stat propriè, & denotat similitudinem. nam si intellexerimus, quòd ibi fit restitutio ex fideicommissaria, tunc uerbum ueluti, erit nota non similitudinis, sed identitatis, quod eius uerbi naturæ,& proprietati aduersatur. At si intellexerimus, quòd ibi fiebat restitutio, nou ex fideicommissaria, sed ex directa militari, quæ ut diximus, cum fideicommissaria maximè à milite facta (de qua non detrahitur trebelianica.l.in testamēto.2.C.de testa.mili.) maximam habet similitudinem: tunc uerbum ueluti, ibi positum suam seruabit naturam, & proprietatem, ut similitudinem significet nou identitatem. itaque in.d.l.precibus. potest intelligi quòd substitutio fuit facta uerbis directis, & fuit mater in medio, & nihilominus post pubertatem non obliquatur, sed ualet ut directa militaris: estque uerissima opi. & magis communis, quam à nemine unquam reperies ita bene discussam.

De reciproca substitutione §. xix.

SVMMARIVM.

1. *Reciproca ut fiat.*
2. *Reciproca in substitutione eædem partes adiectæ uidentur, quæ inerant institutioni.*
3. *Reciproca quot tempora habilia desideret.*
4. *Reciproca facta duobus filijs impuberibus, & extraneo, an etiam pupillares contineat? ardua q.*
5. *Reciproca comprehendit omnes substitutionū species.*
6. *Rationis in lege expressæ quanta uis.*
7. *Pluralitas resoluitur in suas singularitates.*
8. *Emancipaui unum ex impuberibus, quos inuicem substitueram, in neutrius persona extinguitur pupillaris. contra communem.*
9. *Emancipato potest fieri pupillaris.*
10. *Reciproca filiis impuberibus facta, si alter emancipetur, pupillaris in eius tantum persona, non etiam in persona alterius suspenditur. cum Iaso. contra communem.*
11. *Reciproca continet subse pupillares, & licèt unus ex pupillis pubescat, non illico in persona alterius euanuit pupillaris.*
12. *Idem in alia quauis ratione, qua impubes à patria potestate liberatus erat.*
13. *Reciproca inter filiumfam. & emancipatum impuberes facta, si emancipatus readoptetur, an incipiat continere pupillares.*
14. *Reciproca facta inter impuberes, & dementem, an pupillarem, & exemplarem contineat. ardua q.*
15. *Reciproca quando inter inæquales facta dicatur.*
16. *Reciproca codicillis facta, quas substit. contineat, & quid si esset statutum, ut uerba intelligantur prout iacent.*
17. *Reciproca impuberibus facta in codicillis, an solas fideicom. contineat. ardua q.*
18. *Reciproca si filijs impuberibus, codicillis fiat, tenet ut fideicommissaria. sed extinguitur pubertate. Idem facilius si pupillaris formalis fieret.*
19. *Reciproca facta à milite personis impuberibus, quas substitutiones contineat.*
20. *Reciproca expressas, an tacitas contineat, & an matrem excludant.*
21. *Reciproca facta uni impuberi, & alteri dementi, an pupillarem. & exemplarem contineat? egregia q.*
22. *Compendiosa facta ei qui infra 25. annum decesserit, an infra 14. annum sit pupillaris, & postea fideic.*
23. *Intell.l.precibus.C.de impuberum.*
24. *Miles an uideatur uti iure communi.*
25. *Reciproca puberibus à milite facta post aditam continet directas militares.*
26. *Reciproca comprehendit pupillares ex proprietate sermonis. contra Curt. Iun.*



VBSTITVTIO reciproca 1 fit quando post plures institutos, aut ad emolumentū inuitatos adieci, uosq; inuicem substituo. ut in.l. iam hoc iure. uersic. quod ius.l. Lucius.ff.de uulga.l.2.l.quanuis.C.de impuberū. & partes 2 adiectæ in tali institutione in substitutione repetitæ intelliguntur.l.1. C. de impuberum.l.cohæredi.§. qui discretas.ff.de uulgari. Sed 3 an in tali substitutione tria tēpora habilia requirantur, nō secus quàm in institutionibus. iuxta.l.si alienum.§.in extraneis.ff.de hære. inst.§.in extraneis. inst. de hær. quali.& magis est, ut totidem tempora habilia desidetarentur, sed non eadem. Nam in institotionibus tria tempora habilia desiderantur, nempe tempus, quo fit testamentum, ut id subsistat, & tempus mortis testatoris, ut confirmetur, & tempus aditæ hæreditatis, ut effectum habeat. ut.dd. iuribus.idemq; similiter erit & in substitutionibus: siquidem primò nominatus uiuo testatore decesserit. argumento.§.in primo.&.§. pro secundo.C.de ead.tollend. Cæterùm si superuixerit aliud erit. nam tunc habilitas sufficit, quòd sit tempore testamenti, & tempore, quo substitutioni locos fit, & tempore, quo acceptatur id emolumentum, aut hæreditas ut.dd.ll.& quod plenè tradit Bartho.Socinus in.l.2.ff.de uulg.col.2.post medium. dixi plenè in.2. & 3. requisito pupillaris subst.

1 *Reciproca ut fiat.*

2 *Reciproca in substitutione eadē partes adiectæ uidētur quæ inerant institutioni.*

3 *Reciproca quot tēpora habilia desideret.*

Quid 4 si duos impuberes hæredes scripsi cum extraneo, eosq; inuicem substitui. an inter omnes tres, uulgares tantùm contineantur, an uerò etiam pupillares inter ipsos impuberes? & uulgares tantùm contineri, tenet Ias.in.d.l. Lucius num.14.post Bartolum ibi & num.8.& reliquos doct.ff.de uulgari.per generalitatem illius legis &.d.l. iam hoc iure.uersic. quod ius &.l 2.l. quanuis.C.de impuberum. Sed ad partem contrariam procliuior sum.argum.l.cohæredi. §. qui discretas. ff. de uulgari si rectè inspiciatur. & quia hic est informis eademq; reciproca substitutio, ut fusius edocemur suprà de informi substitutione. Nec dubium uideri debet, quia 5 informis eademque reciproca substitutio ex proprietate sermonis, ut & ibi diximus, comprehendat non solùm uulgares, sed etiam pupillares, & exemplares substitutiones, ac fideicommissarias.l.iam hoc iure uerbo. hoc communi uerbo.ff.de uulgari.l.generaliter C.de inst. & subst.l.precibus. ibi, utrum in primum an in secundum.C.de impuberum.l.in testamento in mag. C. de testamen.militu.l.centurio.ff.de uulgari.l.arbores.l. uel mutilum.ff.de usufruct. ergo illa uerba, uos inuicē substituo

4 *Reciproca facta duobus filiis impuberibus et extraneo an etiā pupillares contineat. ardua q.*

5 *Reciproca cōprehendit omnes substitutionum species.*

substituo. licèt relata ad dispares personas, hoc est quia in una fieri poterat uulgaris tantùm, in altera uerò uulgaris & pupillaris, uulgares tantùm in utriusque persona contineat, ne inducatur inæqualitas, si in persona unius simplex tantùm, in persona uerò alterius duplex substitutio contineretur. ut.dd.ll. tamen quãndo referuntur ad tres personas, uel plures, si inter duos eorum æqualitas est, quia sunt impuberes, licèt tertius pubes sit, & sic disparis conditionis respectu impuberum, adhuc is impedimẽtũ non est, quo minus inter impuberes sunt tam uulgares quam pupillares; quia inter eos cessat ratio inæqualitatis, in qua nititur restrictio. d. l. Lucius. d. l. iam hoc iure. d. l. 2. d. l. quanuis. & 6 cessante ratione. d. restrictionis cessat restrictio ipsa, præsertim cum in. dd. ll. ea ratio expressa sit, ut est communis op. quam tenent glo. in authen. de hæred. ab intesta. ueni. §. fin. uerbo ordine. Alex. Corneus, Ias. & Curtius Iunior in. l. humanitatis. per tex. ibi. C. de impuberum Ias. Decius, & Purpuratus per tex. ibi in. l. fin. C. de pact. doctores per tex. ibi in. l. cum oportet. in prin. C. de bonis quæ liberis. Ias. num. 14. in. l. de quibus. ff. de legib. idem Ias. & Paulus Castrensis. in. l. quanuis. C. de fideicomm. idem Ias. in auth. quas actiones. C. de sacros. ecclesi. l. his solis ad finem. C. de reuo. dona. Georgius Natanus in c. quanuis pactum. numero 32. de pact. lib. 6, facit. l. adigere. §. quanuis. ff. de iure patrona. Ergo cùm in specie nostra cesset ratio prohibitionis & restrictionis quò ad ipsos impuberes necesse est, ut ipsa restrictio cesset, & consequenter ex sint uulgares & pupillares, non secus quàm si cessaret interuentus alterius tertii hæredis. per. dd. ll. & c. si pater. de testamen. in. 6. & l. 1. l. 3. l. qui liberis in princ. & §. hæc uerba. ff. de uulgari iuncta. d. l. cohæredi. §. qui discretas eod. titulo nec dubium est, quin ut cessante ratione legis ex toto, ipsius legis dispositio ex toto cessaret. ut. dd. ll. ita quoque & facilius, si cessat ratio legis ex parte, quò ad illam partem cessat legis dispositio. per argum. de toto ad partem, præsertim in materia fauorabili, qualis est, quod hic etiam pupillares contineantur inter impuberes. l. si pupillus. uerbo. impugnat enim utilitatem impuberis. ff. de acqui. hæ. glo. & doctores. in. l. ex tribus. C. de inoffic. testamento. iuncta. l. an pars. ff. pro de reli. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad treb. l. quæ de tota. ff. de rei uendi. facit, quia 7 pluralitas resoluitur in suas singularitates. l. 3. §. fin. ff de condit. inst. l. falsa. §. fin. ff. de cond. & demonstra. l. Stichum qui meus erit. ff. de lega. 1. ubi per omnes ergo illa uerba uos inuicem substituo, scinduntur in suas singularitates habenturque perinde ac si dicerem, unum impuberem alteri impuberi substituo, & alterum impuberem alteri quoque substituo. quo casu indubitatum esset inter eos esse pupillares, nõ secus quàm uulgares. d. l. Lucius. d. l. iam hoc iure. d. l. 2. d. l. quanuis. optimè facit si rectè expendatur. l. si ita quis hæredes ff. de hær. inst. ibi, non tam coniungisse quam celeriter dixisse uidetur.

6 *Rationis in lege expressa quãta uis.*

7 *Pluralitas resoluitur in suas singularitates.*

Quid si duos filios impuberes hæredes institui, eosque inuicem substitui, & postea alterum emancipaui, quo casu pupillaris in persona emancipati extinguitur. an etiam similiter & in persona alterius, qui in potestate retentus fuerat pupillaris extinguetur? & sanè cõmunis op. est extingui secundum Ias. num. 17. in. d. l. Lucius. sicq; duo uolunt communiter doctores, primum, quòd pupillaris extinguatur in persona emancipati, alterum, quòd extinguatur etiam in persona alterius. primum suspectum est, (quamuis illud ueluti indubitatum doctores dixerint) quia ut etiam emancipato fieri potest pupillaris eritq; utilis si postea iterum adoptetur. l. 2. §. sed & si extraneum. ff. de uulg. secundum ueriorem intellectum ut suprà diximus in materia pupillaris substitutionis. ita & longè facilius si pupillaris facta fuerit filio in potestate, & is postea emancipetur, non desinet ipso iure ualere, sed ita demum si nunquam ad testantis familiam reuersus fuerit. nam si reuersus fuerit, quasi à somno surgens incipiet uires suas pupillaris quas habuit suspensas recuperare. argumento. d. §. sed si extraneum. facit. l. filio quem pater ff. de liber. & posthum. dum ait, non translatus, sed reditus uideretur. ubi filius, qui emancipatur si rursus adoptatur quasi à quadam absentia, uel itinere reuersus uidetur, habeturq; perinde ac si nunquam fuisset à familia & potestate patris separatus. Alterum uerò, 10 ut in persona etiam alterius, qui in potestate retentus fuerat pupillaris extinguatur sine dubio, ut proximè dicebamus, uerùm non est: & in eo tantùm quæstio erit, an sopiatur interea & suspendatur eius effectus, non secus quàm sopitur & suspenditur in persona illius, qui fuit emancipatus quandiu ad potestatem patris non reuertitur. & ex mente communis opin. suprà relatæ est, pupillarem interea cessare in persona utriusque, id quod abnegat Iaso. ubi suprà cuius opinio, ut nobis uidetur, ad mentem iuris propius accedit. Nam 11 si duos impuberes institutos inuicem substitui, alterque pubes factus fuit in cuius persona pupillaris non solùm suspensa, sed etiã extincta fuit, non ideo cessat pupillaris in persona alterius in potestate retenti, ut planè esse uidetur ex mente. l. penult. C. de impuberum. l. ex duobus. l. qui duo. ff. de uulgari. l. quod de pariter. l. qui duos. ff. de rebus dubiis. l. 2. l. quanuis. C. de impuberum. l. iam hoc iure. l. Lucius suprà allega. ergo idem & facilius etiam si alter impubes per emancipationem à patris potestate exierit & per æquiparationem de qua in. l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de liber. & posthum. uide Socinum col. 5. in l. 2. ff. de uulgari. Ergo 12 si per monachismum alter impubes uel per dignitatem a patris potestate liberatus fuerit, idem erit. nam in altero, qui in potestate patris perdurauit pupillaris integra manebit. idemque in deportatione ipsius, si tam doli capax impubes fuit, ut eam mereri posset.

8 *Emancipato unũ ex impuberibus, quos inuicẽ substituerant, in neutrius persona extinguitur pupillaris. contra communem.*

9 *Emancipato potest fieri pupillaris.*

10 *Reciproca filiis impuberibus facta, si alter emancipetur, pupillaris in eius tantùm persona, non etiam in persona alterius suspenditur. cũ Ias. contra commu.*

11 *Reciproca continet subst. pupillares, & licẽt unus ex pupillis pubescat, non illico in persona alterius euanuit pupillaris.*

12 *Idẽ in alia quauis ratione, qua impubes à patris potestate liberatus erat.*

Quid autem 13 si duos impuberes filios alterum in potestate alterum emancipatum hæredem institui, eosque inuicem substitui: & postea emancipatum adoptaui? an quanuis ante adoptionem pupillaris nulla erat. d. l. Lucius cum simil. suprà alleg. tamen post adoptionem pupillares inter eos esse incipiant? & pro parte affirmatiua facit egregius tex. in. d. l. filio. quem suprà alle. adhuc tamen id nimis nouum uideretur, licèt pro hac parte affirmatiua faciat. d. l. 2. §. sed & si extraneum. ff. de uulgari. quod satis tollerabile est. dic tamen ut per Alex. nu. 16. in. d. l. Lucius. ff. de uulgari & pupilla.

13 *Reciproca inter filiumfam. & emancipatum impuberes facta, si emancipatus readoptetur, an incipiat cõtinere pupillares.*

Quid 14 si duos filios in potestate alterum impuberem alterum furiosum hæredes scripsi, eosque inuicem substitui. an uulgaris, & pupillaris in persona impuberis, & uulgaris & exemplaris in persona dementis contineãtur? an uerò uulgares tantùm in persona utriusque? id, quod a doctoribus frequentius receptum est, Iasone repugnante in. d. l. Lucius. numero 22. cuius op. contra magis communem mihi uerior uidetur. Nam regula stat pro nobis, ut ex proprietate uerborum hæc informis eademque reciproca substitutio omnes omnino substitutionum species comprehendat. d. l. iam hoc iure. uerbo, hoc communi uerbo. cum simil. suprà all. ab hac regula recedimus ne inducatur imparitas, aut inæqualitas inter substitutos. d. l. iam hoc iure. d. l. Lucius. d. l. 2. d. l. quanuis. Inæqualitas 15 autem in eo duntaxat, & non in alio sita esse intelligitur, quando in persona unius esset simplex tantùm, in persona uerò alterius, duplex substitutio. nam in reliquis non solùm potest esse inæqualitas, immo non potest non esse inæqualitas, quia impuberum inuicem substitutorum unus minor, alter maior ætate, ut fit, necesse est. ut. d. l. Lucius. d. l. iam hoc iure. d. l. 2. d. l. quanuis. iuncta. l. j. ff. de uulgari. Cùm ergo in hoc casu in persona utriusq; fit duplex substitutio, uulgaris nempe, & pupillaris quò ad impuberem, & uulgaris & exemplaris quò ad dementem

14 *Reciproca facta inter impuberes, & demẽtem, an pupillarẽ, & exẽplarem cõtineat. ac duas q.*

15 *Reciproca quando inter inæquales facta dicatur.*

mentem, nulla inæqualitas inter eos esse intelligitur. ut.dd.ll. neque ad rem pertinet, quòd pupillaris fortè possit euanescere prius quàm exemplaris aduenien te pubertate, nam & similiter exemplaris posset euanescere prior per aduentum sanæ mentis, & isthæc inæqualitas in consideratione non est. iuxta textum egregium in.l.de fideicommisso. ad finem.C.de transa. quinimò longè maior inæqualitas est inter impuberes, quibus fierent pupillares sub reciproca cóprehensæ: quandoquidem cùm sint disparis ætatis necesse est, ut in persona unius citius quam in persona alterius finiatur pupillaris. at in nostrò casu incertum est io utrius. nam persona citius euanescet pupillaris, an exemplaris; sicq; hoc casu inæqualitas certa est, illo autem casu omnino dubia.

16 *Reciproca codicillis facta, quas subst. contineat, & quid si esset statutum, ut uerba intelligãtur prout iacent.*

Illud autem dubium est, an 16 sub breuiloqua fideicommissariæ contineantur? id, qood recepta doctorũ sententia admissum est, Iasone repugnante in.d.l. Lucius.num.39. qui uult etiam directas contineri. id, quod est contra.l.Scæuola.ff.ad trebellianum. §. pen. inst. de codicil.l.2.C.eod.titulo cum similibus, & diximus plenius in lib.3.de success.ctextio.§.35.in princ.quod obtinet qoò ad iuris effectum, nam quò ad uerborum proprietatem sub reciproca facta codicillis directæ substitutiones continentur, non secus quàm si fierent in testamento. ut suprà ostendimus. & ita potest aliquantulum substineri Iasonis op. Quid ergo si staret statutum, ut uerba intelligerentur prout iacent, citra ullam interpretationem? tunc uidetur, quòd iure directo ualerent, cùm id suadeat proprietas sermonis. argumento.d.l.iam hoc iure. uerbo, hoc communi uerbo. cum simi. ut suprà diximus. per contrarium oidetur, quòd nec ualeat iure directo nec iure fideicommissi, non quidem iure dicto, propter iuris communis prohibitionem, non similiter iure fideicommissi, propter prohibitionem statuti nolentis ualere dispositionem non dilucidam.

17 *Reciproca impuberibus facta in codicillis, an solas fideic. contineat. ar dua q.*

Superioribus proxima est illa controuersia, an si 17 codicillis facta fuerit reciproca substitutio impuberibus filijs à patre institutis fideicommissarias tantùm substitutiones subse contineat, an uerò etiam directas pupillares. & fideicommissarias tantùm contineri. communis opin. est, repugnante Ias. qui in.d.l.Lucius num. 11. tenet contineri etiam directas pupillares, sed communis opin. uerior est. per tex.in.d.l.Scæuola & in.§.pe.instit.de codicill.& in.l.2.C.eod.tit.

18 *Reciproca si filijs impuberibus, codicillis fiat, tenet ut fidei cõmissaria, sed extinguitur pubertate. Idem faciliue si pupillaris formalis fieret.*

Sed an 18 illa fideicommissaria erit perpetua, nec ne, non leuis contentio esse posset, argumento.l. si fundum per fideicommissum. §. sicuti cum lege seq.&.l.quod fideicommissum. ff. de lega.j. ubi quando fideicommissum qoasi in locum pupillaris substitutionis successit, finitur pubertate, non secus quàm ipsa pupillaris substitutio. Vnde in quibus casibus popillaris eo quòd iure directo ualere nequiuit, in fideicommissariam conuersa fuit (ueluti si codicillis facta fuerit) efficit, ut illa fideicommissaria, pubertate finiatur, non secus quàm finiretur si iure pupillaris directæ ualeret. argumen.d.l.quod fideicommissum. & diximus soprà lib.preced.§.j.quod obtinet quando pupillaris specificè & formaliter facta fuit, ut.d.l.quod fideicommissum.iuncta.d.l.Scæuola. quòd si non specificè facta esset, aut formaliter, sed sub reciproca, & informi pupillaris contineretur, hoc est in codicillis ea informis reciprocaque substitutio facta esset, quæ iure directæ pupillaris oalere non potest. an ualeret durante pupillari ætate iure fideicommissi, ot postea extingueretur ipso iure ad similitudinem pupillaris specificæ, quæ in fideicommissariam uersa esset? & sanè id admitti potest. argumen.d.l.quod fideicommissum. quæ hoc modo utiliter ampliaretur. & uide Bar.col.2.in.d.l.Lutius.

19 *Reciproca facta à milite personis impuberibus, quas substitutiones contineat.*

Quid 19 autem si reciproca fiat a milite personis imparibus milesq́ue expressit se uelle, ut etiam post aditam hæreditatem ualeret, quo casu post aditam hæreditatem in persona eius, cui pupillaris fieri non poterat ualebit iure directę militaris.l.cẽturio.ff de uulgari. sed in persona eius, cui pupillaris fieri poterat, an ut directa tantùm militaris ualeat, an uerò ut pupillaris? (effectus est magnus, quia in militari ueniunt bona tantùm testantis, in pupillari ueniunt bona etiam impuberis & testatoris.l.sed si plures.§.filio.ff. de uulgari. iuncta.d.l. centurio) dic ut plenè per Ias.in.l.in testamẽto.in mag. num.10.C.de milit.testam.

20 *Reciproca expressas, an tacitas contineat, & an matrem excludant.*

Denique quid 20 sit reciproca substitutio, quem effectum producat. & ut finiatur: uidendum est per Episcopum Couarubiam in.c.Rainutius.§.7. de testamen. & an contineat expressas in genere, & tacitas in specie, tradit ibidem. & Tiraqoellus in legibus connubialibus gl.7.num.143.obi etiam num.173.& nume.179.cum pl. seq.an illę tacitæ substitutiones sub reciproca comprehensę matrem excludant.

21 *Reciproca facta uni impuberi, & alteri dementi, an pupillarem, & exemplarem contineat? egregia q.*

Repeio iterum illum articulum de breuiloqua facta duobus filiis, quorum alter impubes, alter pubes, sed demens erat. & breuiloqua 21 facta duobus filiis, quorum alter impubes est, alter pubes, sed furiosus, uulgares tantùm in persona utriusque continet, non autem exemplarem in persona furiosi, & pupillarem in persona impuberis. Bar.in.l.Lucius.ff.de uulg.num.15. communis opin. est secundum Ias. ibi nume.22. ubi Ripa nume.23. Polsius de breuiloqua substitutione num. 6. per generalitatem.l.iam hoc iure &.l.Lucius.ff. de uulgari. &.l.2. &.l.quamuis.C.de impuberum. impar enim ac iniquum meritò uideri debet, si alterius substitutio per aduentum pubertatis illico finiatur, alterios uerò non aliter quam per reditum sanæ mentis. argomen. dictarum legum.

Contrariam partem, ut in persona unius fit etiam exẽplaris & in persona alterius pupillaris, uult Imola in.d.l.Locius, quam oeriorem dicunt suprà citati & Claudius ibid.col.4. hanc dixit communem Zasius de breuiloqua num.10.& in hanc partem procliuior sum. nam illa uerba (uos inuicem substituo) inspecta ui, & potestate sermonis quin utrunque casum tam ante acquisitam quàm post acquisitam hæreditatem comprehendant, negari non potest. d.l.iam hoc iure. ibi, hoc communi uerbo. sicque post mortem alterutrius alter superstes inuitatus fuit, & admitti deberet, nisi ex legis interpretatione contra uim & proprietatem, seu generalitatem uerborum fieret ea interpretatio, ut post relicti acquisitionem substitutus excludatur.l. post aditam.C. de impuberum.l.sed si plures.§.filio impuberi.ff.de uulgari. quæ interpretatio fit fauore illius, cui fit substitutio, ne eius hæredes per substitutum excludantur, quasi cùm ipse fuerit primò nominatus censeatur magis dilectus.l.Publius Meuius.§.i.ff. de cond. & dem. ut sic substitutus quasi in subsidium inuitatus intelligatur: nempe cum primò nominatus quauis ratione relictum acquirere desieris. argum.in prin.inst.de uulg. in princ. &.§.i. C. de cad.toll. hæc ergo interpretatio, quæ fit à lege contra uim uerborum fauore ipsius primò nominati meritò cessabit, quando ipsi primo nominato commodius est substitutum admitti quàm excludi. commodius autem esse intelligendum est, admitti substitutum pupillarem etiam ipsi impuberi.l.si pupillus.ff.de acqui. hære. oerb. utilitatem impuberis. tenet gl. communiter app.in.l.ex tribus.C.de inof.testamento. idemque in exẽplari. argumen.l.ex facto ff.de uolgari.§.qua ratione insti.de pupill.l.humanitatis.C.de impuberum. fallit quando inter reciprocè substitutos esset disparitas.d.l.iã hoc iure. cum conc. suprà all. disparitatẽ autem accipere debemus, quando plures substitutionum species essent in persona unius quàm in persona alterius: quod si plures non sint licèt diuersę sint non nocet; sicque sufficit quòd sint tot, & si non eædem, sed uariæ sint, etiam si altera sit, aut esse possit longioris, altera breuioris uitæ. Quid enim si habebã filium anniculum, & alterum tredecim annorum eosq́ue inuicem substitui, non ne multo citius

to citius unius quam alterius substitutio finietur? nec tamen id impedimento est, ergo idem & in specie nostra; licèt pupillaris & exemplaris possint diuersis temporibus resolui. argumen. d. l. iam hoc iure. & d. l. Lucius & d. l. 2. & d. l. quamuis.

22 *Compẽdiosa facta ei qui infra 25. annum decesserit, an infra 41. annum fit pupillaris, & postea fideic.*

Iuxta istam partem quæritur. Dixi 22 si filius institutus infra 25. annum, uel postea decesserit, substituo, uel bona mea perueniant, uel pertineat ad Titium & si quidem erat impubes infra pubertatem iure directo ualebit, per. c. si pater. de testamen. lib. 6. l. precibus in ne ib substituit. l. in pupillari. uerb. substitutione. d. §. fin. & d. l. centurio. uerb. directo substituit. post pubertaté erit fideicom. secundum Couarub. de testamen. c. Rainutius. §. 9. num. 17. argumen. l. precibus. intelligendo non esse speciale in milite. c. si pater. de testam. lib. 6. ibi quãquam. facit. l. Scæuola. ad Treb. ff. Sed in contrarium fortiter facit. l. centurio uers. post eam. item. d. l. in pupillari. d. l. ucibis. in quibus nunquam obliquatur, quæ iure directo ualere cœpit. Item nulla lege fit distinctio inter uerba directa, & obliqua, sed in directis id expeditum. ergo &c. ad. c. si pater. dic quòd intelligitur in terminis. l. Scæuola. ad. l. precibus resp. in milite esse speciale, ut trahatur non ad fideicom. sed ad directam militarem. denique tene communem per. l. precibus nouissimè inducendo. Nam si iungas uerbum compendiosa cũ illis uerbis si infra 14. suæ ætatis annum, uel postea decesserit. inuenies nil interesse utrum ita fiat substitutio, si decesserit, uel si infra 25. annum decesserit. an ita si infra 14. annum, aut postea, uel si infra 14. annum, aut postea infra. 25. decesserit. at si diceret, si infra 14. uel postea decesserit, uel si infra 14. uel postea infra. 25. decesserit. nulli dubium quin impuberi decedenti succedatur ex directa, postea uerò decedenti ex fideicom. ergo idem &c. Nec dicatur speciale esse in milite. nam stante. d. æquiparatione idem indubitanter, & in pagano. Nec ad rem pertinent illa uerba, non usque ad certam ętatem. nam eorum sensus est, quòd si dixissem si decesserit infra 14. uel postea. infra. 25. tunc 23 fieret distinctio triplex iuxta. d. l. precibus. nam aut infra pupillarem decessit, & substitutus habebit bona utriusq; aut post pupillarem infra 20. annum, & habebit bona tãtùm paterna, aut post 25. & nil habebit. at cum dixit, si decesserit infra pupillarem, aut postea, tunc fit duplex tantùm distinctio. s. aut decesserit infra pupillarem aut postea. At in impubere, uel extraneo, iure tantùm fideicom. l. ex facto. in princ. ad Treb. ff. & §. extraneo. inst. de pupill. in milite testante, si fiat impuberi infra 14. iure pupillaris, postea iure directæ militaris per l. centurio. & d. l. milites etiam. iuncto. d. c. si pater. ibi, cum in substitutionibus. infero quòd. l. precibus. in fin. ibi, ueluti ex causa fideicommissi. est intelligenda non uerè sed similitudinariè ad. l. in testamento. C. de testamento mil. resp. q debet intelligi in reciproca, non in cõpendiosa ratio differentiæ, quia cum fit cõpendiosa, habetur ac si testator utrunque tempus expressisset, sed si reuera utrumque exprimeret, tunc utroque tempore iure directo ualeret, quia posset. d. l. centurio. d. l. milites etiam, iuncto. d. c. si pater. ibi, cum in substitutionibus ergo &c. at in reciproca in dubio fit interpretatio, ut in alterum tantùm casum. i. in uulgarem, cùm disparibus fit facta uideatur. itaque nunquam præsumitur, quòd testator etiam miles uelit uti iure potestateque sua quò ad hoc, ut reciproca in persona unius in alterum tantùm casum ualeat, in persona alterius uerò in utrunque. nam & in pagano idem præsumeretur propter ęqualitatem seruandam. d. l. iam hoc iure. cum conc. dic ergo in. l. in testamento. testator miles potuit utrique substituere iure militari, etiam post portionem quæsitam quò ad bona tantùm ipsius testatoris. d. l. milites etiam. l. centurio. l. miles. ita §. exhæredato. l. cum filius. de mil. testaméto. ff. sed quò ad bona ipsorum hæredum non potuit utrique, sed filiæ tantùm suæ. modò sic, substitutus si petat bona tam pupillæ quam testatoris excluditur ex regula iuris communis, quia nec miles, nec paganus præsumuntur facere pupillarem in persona unius, cùm non possint in persona utriusque. sin autem petat bona solius testatoris excluditur, quia licèt testator possit substituere nõ solùm ante aditam (quod omnes possunt) sed & post aditam, quod militibus tantùm licet: tamen cum expressim post aditam non substituit, nunquam id uoluisse præsumitur, sed reciproca infra terminos uulgaris tantùm se continebit: & tamen si omnes essent in potestate ipsius, tunc post aditam (.i. pupillariter) utrisq; substituere uideretur. l. Lucius. ff. de uulg. d. l. in testamento. d. l. iam hoc iure. d. l. quamuis. ff. sed quare ut reciproca cùm ad pupillares trahi potest, trahitur: sed ad directas militares nũquam trahitur, licèt possit. resp. differentiæ ratio est, quia pupillaris fructuosa est omnibus, non ita militaris, quæ magis etiam onerosa est, quàm fideicommissaria, quia per fideicom. nõ uniuersa bona testatoris auferuntur; & tamen auferuntur per militarem: ergo, qua ratione reciproca à pagano facta non trahitur ad fideicommissarias, ead. ratione à milite facta non trahitur ad directas militares licèt utrobiq; par potestas sit.

Alia multa hanc ad materiam spectantia edocti sumus in reliquis substitutionum speciebus, de quibus. suprà sed ex proximè dictis infero, uerum 24 non esse, quod doct. in. d. l. in testamento. per tex. ibi, aiunt, quòd. s. miles nũquam iure suo, sed communi uti uidetur. id, quod est contra. l. 2. ff. de mil. testamen. nec obest. d. l. in testamen. ubi, ideo non uidetur quia non patiuntur uerba. uerba enim substitutionis deficiunt post aditam. l. post aditam. de impub. ratio, quia substitutio in subsidium facta uidetur. l. un. in princ. de cad. toll. in princ. insti. de uulg. infero contra doct. quòd 25 si miles puberibus reciprocè substitueret per uerba communia, tunc per directam militarem, non per fideicom. tantùm substituere uideretur. argum. d. c. si pater. ibi, cum in substitutionibus. quod obtinet quando etiam post aditam miles uoluit substitutum admitti. inde uidetur inferri quòd 26 illa uerba, uosque inuicem substituo. trahantur ad pupillares, contra uim uerborum ex interpretatione. neque pupillares sint omnino tacitæ ex doctrina Curtij. in. l. 1. col. 2. ad fin. C. de impub. sed nos contra ut quòd ea reciproca ad militares nõ trahatur. ut. d. l. in testamento. id magis fit ex interpretatione, ut proprietas sermonis uincatur, ne substitutionis natura uioletur. Verbum enim substituo, non minus inspecta sui proprietate post aditam, quàm ante aditam locum haberet, nisi aliter per interpretationem induceret. d. l. post aditam. infero quòd qui pluribus simpliciter substituitur post exclusionem cuiusque ex proprietate uerborum admittendus esset: si non per interpretationem excluderetur. Confirma omnia superiora, nam substitutio inspecta proprietate uendicat sibi locum post exclusionem instituti quòquomodo contingentem. l. 3. C. de hær. inst. sed negari non potest quin morte excludatur. auth. de nupt. §. de inceps. ubi mors omnia soluit. ergo &c. ad quorum omnium iustificationem est præsupponendum, uerbum substituo, esse commune, comprehendens ex sermonis proprietate omnes substitutionum species, tam, quæ ante aditam quàm quę post aditam hæreditatem locum habent. l. generaliter. C. de inst. & subst. l. precibus. uerbo utrum in primum, an in secundum. C. de impuberum. & l. iam hoc iure. uerbo hoc communi uerbo. ubi notant cõmuniter doct. ff. de uulgari. reliqua ad hanc materiam spectantia in alijs substitutionum speciebus acta fuerũt.

23 Intell. l. precibus. C. de impuberum.

24 *Miles an uideatur uti iure cõmuni.*

25 *Reciproca puberibus à milite facta post aditam continet directas militares.*

26 *Reciproca comprehendit pupillares ex proprietate sermonis. contra Curt. Iun.*

De militari testamento §. xx.

SVMMARIVM.

1 Militis testamentum est informe.
2 Ratio expressa in lege, lex est.
3 Militis testamento non oportet testes esse in conspectu testantis.
4 Nec quòd testes essent toti testamento præsentes.
5 Nec quòd testis uideat.
6 Nec quòd ijdem testes perceperint tenorem totius testamenti.
7 Nec quòd tabellio fuerit rogatus.
8 Potest scribi per notas.
9 Fœmineum testimonium.
10 Testes forenses.
11 Defectus institutionis, aut præposteratio.
12 Liberorum, aut parentum præteritio, uel exhæredatio.
13 Bon. poss. contra tab. tam regularis quàm irregularis cessat.
14 Ius dicendi nullum cessat.
15 Testatur per alium.
16 Miles potest partim testatus decedere quò ad res, & quò ad tempus.
17 Miles si hæredem ex parte scripsit, cessat ius accrescendi. cum Viglio, & Decio contra plures.
18 Miles etiam post aditam potest directò substituere.
19 Militum pactum reciprocum de succedendo ualet, quod an fauore piæ causæ ualeat, ardua q. est.
20 Miles comprehenditur sub regulis contra Tiraquel.
21 Militis testamentum non subiacet querelæ.
22 Miles an legitimæ pepercisse uideatur.
23 Miles inuentarium an facere teneatur.
24 Miles ius ignorare præsumitur.
25 Miles an se cõformare cum legis dispositione uideatur?
26 Miles hæredem nutu facere potest.
27 Miles ita dixit, si filius meus uiuo me decesserit, Seius hæres esto. an filius institutus uideatur? ardua q.
28 Miles Trebelianicæ quando pepercisse uideatur.
29 Miles cum duobus testamentis decedere potest.
30 Miles sub compendiosa non uidetur fecisse uulgarem.
31 Miles sub pupillari non uidetur fecisse uulgarem.
32 Militis in testamento non cessat substitutio post aditam hæreditatem.
33 Militis substitutio uulgaris continet fideicommissariam.
34 Militis in testamento exemplaris non continet uulgarem.
35 Militis in testamento conditio casualis, uel mixta non reiicitur de filii institutione.
36 Militis in testamento cessat supplementum legitimæ.
37 Miles etiam maiori potest post aditam directò substituere.
38 Miles codicillis potest facere directam pupillarem & exempl. & uulgarem, & compendiosam, & informem.
39 Miles in codicillis potest facere institutionem.
40 Miles mutus, & surdus à natura, an possit testari.
41 Miles etiam codicillis legare potest.
42 Miles à legatorio legare potest.
43 Militis testamentum ualet licèt non relegatur coram testibus. ardua q.
44 Miles nutu testatur, & quid si fiat testamentum ad pias causas, uel inter liberos. ardua q.
45 Argumentum de contractibus ad ultimas uoluntates, quando ualeat?
46 Miles etiam cæcus informiter potest testari contra. Ange.
47 Militis in testamento cessat temporis inscriptio.
48 Militis in testamento non reiicitur conditio iurandi.
49 Militis de testamento quando reiiciatur conditio impossibilis.
50 Miles deportatus testatur, idem si aqua & ignis esset interdictus, uel ad bestias damnatus
51 Militis in testamento exequutor agere potest contra hæredem.
52 Militis in testamento non est necesse conditionem impleri in forma specifica.
53 Militis filius, qui à iudice monitus legata non præstitit etiam legitima priuatur.
54 Militis in testamento an exequutor nominatus sit compellendus acceptare.
55 Miles ultra uires legatariis non tenetur, licèt non fecerit inuentarium.
56 Militis testamentum habet clausulam codicillarem.
57 Militis in testamento exequutori etiam impedito currit annus.
58 Miles potest legare, quod apud hostes est, sub conditione si ad nos reuersum fuerit.
59 Militis pecunia res emptæ eius fit, eique sæpe conceditur restitutio, quæ aliis denegatur.

SVPEREST, ut uideamus de militari testamento, quod in cunctis, sed maximè in substitutionibus est priuilegiatum: & in progressu quoq; successionum uariæ differentiæ admissæ sunt inter paganum & militem; ergo acturi de militari testamento, admonendi sumus, id testamentum singularia præcepta habere quàm plura. Primum in sui creatione, deinde in progressu, postremò in sui resolutione. Primumq; agemus promiscue de eius irregularitate, tam quò ad creationem, quam quò ad sui resolutionem. deinde separatim de irregularitate eius, quò ad effectum edocebimur. Quò ad primum sic regula, quòd 1 in sui tam creatione quam resolutione est irregulare, id quod probatur sic, Nam 2 ratio expressa in lege habetur pro ipsa lege, & decisiu particularis loco exempli est. Bald. in reper. l. de quibus. col. 12. ff. de legib. uers. item nota quòd non uidetur. Ias. in l. à Titio. in princ. col. fin. ff. de uerbo. obliga. Alexan. consil. 75. uidetur in præsenti. col. 3. lib. 5. idem Tiraquel. in l. si unquam. C. de reuoc. donat. uerbo. libertatis. num. 45. glos. in authen. de hær. ad §. fin. uerbo, ordine. quam dicit unicam Bal. in l. fin. ff. de hær. insti. idem Bald. in l. fin. C. de libe. præt. Alex. in l. cum mulier col. 5. ff. solut. matrimonio. glos. in clementina. 1. uerbo. eligatur de electione. plenè per Iaso. in l. re coniuncti. nume. 181. ff. de leg. 3. Iaso. in authen. quas actiones num. 22. C. de sacro. ecclesi. Bald. ibi col. 2. Paul. in l. quamuis. C. de fideicom. Cumas. in d. l. cum mulier. §. 1. per tex. ibi. ff. sol. matrimon. Georg. Nata. in c. quamuis de pact. in 6. nume. 32. Cur. Iuni. in l. humanitatis. per tex. ibi num. 15. C. de impuber. ubi Ias. num. 6. Alexand. num. 5. Corneus num. 15. Purpu. in l. stipulatio hoc modo. ff. de uerbo. oblig. col. 5. ad fin. num. 12. Deci. consi. 372. num. 7. Fortu. in l. Gallus. §. & quid si tantùm col. 87. ff. de liber. & posthum. Crotus in l. si constante ff. solut. matrimonio. lect. 2. super. 7. quæstione Bar. Iaso. in l. transigere. nume. 15. C. de transact. Ripa in l. nemo potest. num. 50. ff. de lega. 1. ubi Hannibal num. 349. Ias. in l. Marcellus. in princ. ad treb. Deci. in authen. ex testamento col. 4. C. de colla. Ias. in l. de quibus nume. 14. ff. de legib. Tiraqu. de causa cess. part. 1. num. 135. cum seq. per l. his solis. C. de reuoc. donat. l. si fratres. §. idem papi. ff. pro socio. l. 2. §. idem quoque. & §. si duo. ff. de coll. bon. l. fin. ff. de hær. inst. Petrus & Cynus in l. iura nõ in singulas. ff. de legib. unde quod ratio legis inducit est ipsa lex, ut resoluit plenè Tiraqu. ubi supra num. 135. cum seq. qui quamplures citat huius sententiæ authores.

1 Militis testa. est informe.

2 Ratio expressa in lege lex est.

res. Sed sic est, quòd in. §. planè institu. de mil. testam. dicitur, & exprimitur illa ratio, ne uera militum iudicia subuertantur. item exprimitur illa secunda ratio, ipsorum militum interesse eorum uoluntatem legitimè probari; quasi, si qua solennitas in eorum testamentis a lege assignetur, id non ad formam depingendam, sed tantùm ad legitimam rei gestæ probationem habendam requiratur. ipsi enim quo uelint, & quomodo possint possunt, testari, ut ibi expressum est. & etiam in. l. Diuus. ff. eod. est & tertia ratio expressa in lege, scilicet propter nimiam eorum imperitiam, ut in princip. instit. de mil. test. l. quanquam. C. eod. facit. l. 1. ff. eod. ibi plenissimam indulgentiam. & ibi, nuda uoluntas & in prin. inst. eod. titulo, ibi, itam quamuis ij neque legitimum testium numerum adhibuerint, neque aliam testamentorum solennitatem obseruauerint rite & c. ergo nulla omnino solennitas desideratur tam ex decisione, quam ex ratione in dictis legibus expressa. id quod uariè intelligitur, primùm quidem in numero testium, ut dictis iuribus expressum est. deinde procedit etiam & quo ad illam solennitatem, ut 3 testes testamentarij sint in conspectu testatoris, quæ quidem solennitas in reliquis testamentis desideratur. ut est communis op. quam tenent & resoluunt Deci. consi. 354. in casu in proposito num. 1. Corn. consi. 18. in nomine Domini lib. 2. num. 4. Paris consil. 33. col. 1. lib. 2. Bar. Salice. Fulgo. Paul. & Bened. de Plumbi. in. d. l. si non speciali. Bal. in. l. si non speciali. C. de testa. ubi Iaso. in princ. & rursus in tertio notab. Cyn. & Alexand. in. d. l. si non speciali. ubi etiam Alber. per tex. ibi in uerbo in conspectu testatoris. & in. l. si unus. in uerbo coram testatore. C. de testam. fact. l. qui testamento. §. ueteres. ff. eod. titu. Imola & Abba. in c. 2. de consuet. estq; communis secundum Corn. ubi supra num. 6. non tamen hæc solennitas ut nouè interpretamur in testamento militis necessaria erit, non magis quàm in actibus inter uiuos, in quibus constat hanc solennitatem ad formam, aut probationem non requiri secundum ueram, & communem sententiam. quam tenet glo. in. l. 2. §. idem Labeo. ff. de aqua pluuia arcen. quam communiter app. dicunt Alexand. num. 6. & Iaso. num. 9. in. d. l. si non speciali. Abb. in. c. cum causam. de testib. Bar. Imola, & Paul. in. d. §. idem Labeo. per Canonistas in. c. præterea. de testib. & in. c. ex literis. de consuetu. Innoc. & Ioan. And. in. d. c. præterea. Bald. in. l. conuenticulam. col. 7. de episcop. & cle. Tertiò, ut in testamento militis omnis forma remissa sit, intelligitur sic, quia 4 licèt de iure ciuili testes testamento adhibitos oportet, ut toti testamento fuerint præsentes ut in. l. cum antiquitas. & in. l. casus. C. de testamen. & in. l. qui testamento. §. ueteres. ff. eod. titu. & est communis op. ut per Parisi. consil. 33. & si prima facie nume. 28. cum seq. lib. 2. per docto. in. l. furiosum. per tex. ibi. C. qui testa. fa. pos. unde una pars testamenti non potest probari per septem testes dicentes se scire partem tantùm eorum, quæ testamento ordinata fuerunt, & per alios septem testes dicentes se scire aliam tantùm partem eorum, quæ in eodem testamento ordinata fuerunt, ut est communis op. Bald. Paul. Alexan. Ias. num. 9. ubi alii in d. l. cum antiquitas. Corn. consil. 238. reperio nu. 3. lib. 4. Alexand. Corn. & Iaso. num. 8. & num. 12. in. d. l. cum antiquitas. de testament. C. ubi Cynus. Bald. Sali. Paul. & alii. Alexand. consi. 177. uiso themate lib. 2. per Cynum & Bald. in. l. si præsidi. C. de donat. ante nupt. Alex. & alii in d. l. cum antiquitas. Romanus consi. 80. uisis. tamen in testamento militis non requiritur hęc solennitas, sed sufficeret si eius uoluntas probaretur partim per certos testes, partim uerò per alios testes diuersos. id, quod similiter in actibus inter uiuos uetitum non reperitur, quinimmo in actibus inter uiuos etiam de iure ciuili admittitur, ut membratim fiat probatio, ut sic una pars contractus possit probari per duos testes, alia uerò pars per alios duos testes. argum. tex. in. l. Gallus. §. ille casus. ibi, duobus quasi capitibus legis commixtis. ff. de lib. & posthum. ubi in simili per omnes. & in c. licèt ex quadam. per tex. ibi de testib. docet Iaso. num. 11. in. d. l. cum antiquitas. Bald. in simili in. l. testium C. de testib. col. 5. idem Bald. in simili in. l. 1. 8. quæstione. C. de testam. Quartò 5 nouè intelligo procedere etiam in teste cæco, qui regulariter quamuis testamento adhiberi non possit secundum ueriorem & receptiorem sententiam, ut resoluit Corn. cons. 18. num. 5. lib. 2. Deci. consi. 354. in casu proposito col. 1. Cynus Alber. Butriga. Bart. Bal. Salicet. Fulgo. Paul. Corn. Alexand. & Iaso. in. d. l. si non speciali. per text. in uerbo. in conspectu testatoris. & in. l. si unus eod. titu. de testamen. C in uerb. coram testatore. tamen in testamento militis magis est, ut etiam cæcus possit esse testis. nam & in actibus inter uiuos receptius est, cæcum posse in testem adhiberi, si fortè notam habet uocem contrahentium. ut per Alexand. in. d. l. si non speciali. ubi Corn. num. 6. & Iaso. num. 7. per docto. in. c. præterea. de testib. Panor. & alii in. c. cum causam. eod. titu. Parisi. consi. 33. colu. 1. lib. 2. glo. in. d. l. 2. §. idem Labeo. ff. de aqua pluu. arcen. ubi Bar. Paul. & Imola per docto. in. l. testium. C. de testib. per tex. ibi. ubi testis potest deponere de his, quę percepit per quemlibet sensum corporeum. Quintò, & nouè declaro, quòd 6 licèt iure ciuili oporteat quod omnes testes intelligant omnia in testamento contenta, ita ut nullam particulam etiam minimam desinant intelligere singuli testes, nec enim satis est, quòd fuerint præsentes, nisi pręterea omnia, quæ ibi agebantur plenè intellexerint. ut resoluunt. Corn. consi. 304. circa hanc consul. num. 20. lib. 1. in simili per Bald. & Paul. in d. l. cum antiquitas, & Guil. Benedict. in. c. Rainucius de testamen. part. 1. in uerb. in extremis positus. nume. 40. Corn. consi. 226. licèt in hac lib. 3. num. 5. & consi. 77. nume. 3. & num. 2. lib. 4. Bart. in. l. fideicomm. §. quoties. ff. de leg. 3. Corn. consi. 307. uidetur prima facie nume. 1. lib. 3. ut sic de iure ciuili licèt testes sint presentes toti testamento id non sufficiat, nisi totum intellexerint, & sensu perceperint. nec per contrarium sufficiat quòd totum intellexerint, nisi præsentes fuerint; potuerunt enim ante, uel post actum testandi ab ipso testatore de contentis in testamento certiores fieri, idquod minimè sufficeret: tamen id in reliquorum testamentis formalibus admitti potest, non sic in testamento militis, quod formæ nulli subiectum est, quinimmo quò ad hanc rem pertinet magis esse uidetur, ut ualeat, licèt tempore, quo milites testantur, testes non intelligant, quod agebatur, si tamen antea, uel postea id perfectè intellexerint. Neque ad rem pertinet. l. Diuus. ff. de militi. testamento. & . §. planè institu. eod. nam responde, quod decisio illa restringitur per rationem ibidem expressam ut suprà probauimus. Sextò, nouè declaro, quòd 7 licèt in testamento in scriptis oporteat tabellionem, qui illud conficit fuisse rogatum. Alexand. consi. 153. lib. 2. col. 2. per tex. in authen. de tabel §. nos autem. ubi Accursius & alii, glo. & alii in cap. cum P. tabellio. de fide instrum. nec tabellionis rogitus præsumitur, nisi uel probetur, uel ipse id in ipso instrumēto attestetur. Inn. & alii in cap. 1. de fide instrumen. Speculator & Ioan. Andr. de instrum. edi. §. breuiter. Bart. & alii in. l. sciendum. ff. de uerbor. obligatio. & est communis opinio secundum Alexand. ubi suprà numero. 9. idem in dicta. l. sciendum numero. 42. ubi Imol. Angel. in. l. quicunque. §. fin. ff. de publi. tamen miles licèt in scriptis faceret testamentum non oporteret tabellionem illud conscribentem fuisse rogatum, quasi & hæc solennitas militibus remissa quoque sit: id, quod intellige quando testator miles tabellionem ad testamentum conscribendū accersiri iussit. constat enim quòd testamentum in scriptis uolente testatore citra tabellionem conscribi potest manu propria testatoris, uel alterius. resoluit Corn. consil. 226. licèt in hac. num. 2. lib. 3. per. §. sed

3 *Militis testamento non oportet testes esse in conspectu testantis.*

4 *Nec quòd testes essent toti testamento præsentes*

5 *Nec quòd testis uideat.*

6 *Nec quòd ijdem testis perceperint, tenorem totius testamenti.*

7 *Nec quòd tabellio fuerit rogatus.*

Alius etiam casus uidetur expeditus & magis communiter receptus, quòd 69 ubi dicta compendiosa facta est puberi, uel impuberi, non in potestate, sed personæ cui pupillariter substitui non potest, ualet semper ut obliqua & non euanescit per pubertatem, siue fuerit facta cum expressa dinumeratione ætatum, siue nō. d. l. Scæuola. & d. l. ex fidei. & ita cōsuluit. Cyn. & ita tenet. in. l. precibus in lect. q. 2. & Mars. Sil. & Guili. ibid. in ulti. col. & Iac. But. & Bal. in. d. l. ex tribus. & in. l. & si fine. ff. ad Trebel. & Ant. de Bu. & Cardin. in. d. c. Rainutius. & Ang. in. l. precibus. & Imola in. d. l. 2. ff. eo & ita tenetur communiter per doct. in. d. l. centurio & in. l. precibus. & in. d. l. uerbis per glo. no. ibi. ubi etiam per Din. Bar. Bal. Ang. Imol. & Pau. de Cast. licèt aliud innuit glo. instit. eo. §. extraneo, quæ communiter non solet teneri, si tamen in puncto iuris uolueris uidere hoc accuratius uide Imol. in. d. l. centurio. & in. d. c. Rainutius. qui conatur illam glos. substinere, quòd etiam innuere uidetur Ioan. And. in. d. c. si pater. mouentur, quia inducta ad unū effectum, non debent operari contrarium effectum. l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. l. legata inutiliter. ff. de adim. legat. Sed pupillaris substitutio fit ad utilitatem impuberis gl. communiter ibi approbata in. l. ex tribus. C. de in offic. testamen. tenent Bar. & omnes in. l. 2. ff. de uulg. & in. l. precibus. C. eod. per tex. in. l. si pupillus. in uerb. utilitatem impuberis. ff. de acq. hær. ergo 70 dicta pupillaris, quæ ad utilitatem impuberis fit non debet conuerti in fideicommiss. quæ ipsi impuberi damnosa est 71 & onerosa. argum. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de uulg. sed tenendo communem opin. quæ uera est per text. in. d. l. Scæuola & in. l. Seius Saturninus. ff. ad treb. ad argumen. contrarium responden, quòd fideicommissum 72 uniuersale, quod loco pupillaris subst. subrogatur, non reputatur odiosum sed fauorabile. argum. d. l. Scæuola &. d. l. Seius Saturninus & l. multi non notæ. ff. de lib. & posthum. & adeò reputatur fauorabile quòd ex illo nō detrahitur trebelianica fauore ipsius impuberis, cui imponitur. ut tenet Ias. in. d. l. multi. qui dicit idem tenuisse gl. in. l. fideicommissaria. §. fi. ff. ad Treb. Bal. in rub. C. quæ in fraud. cred. idem Bald. in. c. bonæ. 1. de post. præl. Imola & Romanus in. d. l. in fideicommissaria. §. fi. idem Imola in. l. cum filio col. fi. ff. de leg. 1. Bal. in. l. post mortem. col. pe. C. de fideicommiss. Bal. in. l. iubemus in prin. col. fi. C. ad Trebell. per text. in. l. in fideicommiss. §. cum Paludius. ff. de usur. melior text. de iure quem nullus adhoc allegat in. d. l. Scæuola. in uerbo totum. ratio istorū ea est, quia si ei, cui ego fui pupillariter substitutus (licèt inutiliter.) utile reputaretur quòd me successorem haberet in bonis tam suis quàm testatoris; tunc negari non potest quin sibi utile sit, quòd me habeat successorem in bonis saltim testatoris, quando in utrisque bonis non potest. argumento de toto ad partem. ut in. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad treb. adde Soci. col. 18. in. d. l. centurio. nunc agendum de compendiosa facta uerbis directis.

69 Compēdiosa facta puberi, uel extraneo, ualet ut fideicommissaria etiam post pubertatem.

70 Pupillaris est impuberi fauorabilis.

71 Fideicommissaria est onerosa.

72 Pupillaris quando in fideicommissariam cōuertitur cessat quarta detractio.

Sed primò, is casus uidetur expeditus & magis communiter receptus, compendiosa 73 facta à pagano, cum dinumeratione expressa ætatum, puta, quandocunque decesserit in pupillari ætate, siue postea &c. ualet infra tempora pupillaris ætatis iure directo, postea, uerò iure fideicommissi, & consequenter obliquatur, quasi tunc non fit una substitutio tantùm, sed plures. ita determinat gl. mag. in. d. l. precibus. Azo in titu. C. de impuberum in summa. & Bar. in. d. l. centu. & communiter omnes sequuntur hanc conclusionem, & hoc propter expressam dinumerationem ætatum. Idem dicit Ange. in. d. l. centurio. ubi esset in testamento appositū uerbum geminatum distributiuum temporum. ut si dixero, quandocunque decesserit filius meus ipsa quoque die Titius sit hæres. nam idem operaretur ac si esset geminata substitutio facta per. d. uerba, si in pupillari ætate decesserit, uel post. argum. l. pluribus. de uerbo. obliga. §. 1. & ita illum tex. intelligunt Bal. & Paul. de Cast. in. l. Stichum. §. stipulatio. de uerb. obliga. & hoc casu sine dubio putat Ang. quòd post pubertatem ualeret iure fideicommissi, sicut ualeret, si dixisset, si impubes decesseris, uel post. & pro ueritate huius dicti, uide Imol. in. d. c. Rainutius. sicque omnes conueniunt, ut talis cōpendiosa indubitanter post pupillarem ætatem ualeat. ut fideicommiss. quando interfuit expressa ætatum dinumeratio, puta si filius in pupillari ætate decesserit, uel post, tunc Titius hæres esto &c.

73 Cōpēdiosa post pubertatē ualet iure fideic. quando interfuit ætatum dinumeratio.

Denique in quibus casibus sub compendiosa substitutione comprehenditur pupillaris tacita uerbis specialibus, ac tunc excludatur mater, uel frater impuberis? tradit plenè Andreas Tiraquellus de utroq; retract. pag. 503. nume. 15. & quod 74 diximus compendiosam factam uerbis directis ualere etiam post pubertatem, uel ut directa militaris, si fiat à milite, uel ut fideicommissaria, si fiat a pagano. id quidem procedit, quando dixi, si in pupillari ætate, uel postea decesserit, uel quandocunque decesserit, uel si sine liberis decesserit, uel talis hæres esto. Quòd si dicerem, si filius decesserit Meuius ei hæres esto, uel ei quisquis mihi hæres erit, hæres esto. diuersum esset. Nam infra pubertatem ualeret ut pupillaris, postea nullo modo, siue a milite fieret, siue à pagano: quia iis casibus, non tam compendiosa quàm pupillaris uideretur. l. 3. l. qui liberis in princ. & §. hæc uerba. ff. de uulga. dixi plenius suprà de pupillari in præludiis. ita intelligo. l. in pupillari. cum simi. ff. de uulg.

74 Cōpēdiosa & pupillaris ut differant inter se.

Denique & is casus perspicuus uidetur & ab scribētium plerisque receptus, quòd 75 substitutio compendiosa, facta sine expressa dinumeratione ætatum, sed adiecta dictione quandocunque, & etiam adiecta cōditione, si decesserit sine filiis, ualet intra pupillarem ætatem iure directo, postea euanescit: & consequenter nec uerbum quandocūque solùm per se potest operari tantùm quantùm operatur expressa dinumeratio ætatū, ut dictum fuit supra in conclusione præcedenti. & similiter adiectio illa, si sine liberis, de se non potest intelligi dinumerare ætates: ergo nec ambo simul iuncta æquipolleant expressæ dinumerationi ætatum. probatur dicta conclusio in. d. c. si pater. ubi formaliter erat adiecta cōditio, si sine liberis. id, quod nec uerum nec communiter receptum puto.

75 Cōpēdiosa ita facta, si sine liberis decesserit, uel sic, quādocūq; decesserit, ualet etiam post pubertatem.

Sunt ergo, qui existiment, ut hoc casu, hæc substitutio ualeat infra pupillarem ætatem ut pupillaris, & postea ut fideicommissaria, quasi conditio illa, si sine liberis &c. hanc habeat uim, & potestatem, ut arguat, testatorem uoluisse, ut talis substitutio non solùm infrà pubertatem ualeat, sed quòd etiam post pupillarem ætatem possit locum uendicare. ita uoluit Angelus in. l. precibus. C. de impuberum cuius sententia dum uult, quòd post pupillarem ætatem iure fideicommissi ualeat, uidetur mihi uerissima. dum autem uult, quòd infra pubertatem sit directa pupillaris magis dubia est. Sed tamen tenendum est, quòd in terminis iuris communis licèt infra pubertatem ualeat ut directa pupillaris, & postea ut fideicommissaria, argumen. d. c. si pater. de testamen. in. 6. tamen in terminis iuris regis Hispanorum omni tempore uidetur fideicommissaria. dixit enim (ut proponimus) testator, si filius meus quem heredem feci, sine liberis decedere contigerit &c.

Compendiosa 76 a pagano facta uerbis directis intra pupillari ætate ualet ut pupillaris, postea uerò non ualet in uim fideicommiss. sed omnino expirat, ita tenent. glo. in. l. uerbis ciuilibus. ff. de uulga, quæ communiter ibi per doct. app. & gl. in. d. l. centurio. & gl. in. d. c. si pater. de testam. in. 6. in uerb. absq; deductione. & gl. in. d. l. precibus & gl. in. d. c. Rainutius in uerb. substitutionis. gl. in §. qua ratione inst. de pupill. gl. in. l. Scæuola. ff. ad Treb. Inocent. Hostie. & omnes Canonistę usque ad tempora Ioa. Andr. in. d. c. Rainutius. secundum Alex. in. d. l. centurio num. 64. qui idem sequitur Archid. in. d. c. si pater,

76 Cōpēdiosa facta à pagano uerbis directis post pubertatem, an obliquetur? ardua q.

Azo

Azo in summa. C. de impuberum Dinus in. d. l. uerbis ciuilibus. Iacob. de Areu. Iacob. de Bell. Nicol. de Mat. Marti. Silli. Guili. de Cun. & Cynus in. d. l. precibus quos refert Alex. ubi supra Iacob. Butrig. in. l. ex tribus. C. de inof. testamento Oldral. consi. 147. Bar. de prato in quadam disputatione ut refert Ioa. And. in. d. c. si pater in nouella. sequitur & dicit communem opin. Ias. in. d. l. centurio num. 29. Romanus in. l. cogi. §. si. ff. ad Trebell. Fulg. in. d. l. precibus. Bal. & Areti. in. d. l. centurio. Alex. consi. 82. uol. 2. quos refert Ias. ubi supra sequitur & dicit cōmunem Ripa in. d. l. centurio num. 69. Guili. Bened. in. d. c. Raynucius in tract. de compend. num. 32. Galia. in. d. l. centurio. col. 47. Curt. Iunior in. d. l. precibus. nume. 50. hanc sequitur & dicit communem: sed Ias. ibi num. 16. neutram partem ausus fuit firmare & iterum ibid. nume. 11. hanc sequitur & dicit communem Corneus ibi nume. 14. & Corrasi. nu. 32. hanc dicit communem ibid. licèt contrarium teneat, sequitur & dicit communem Alci. in. d. l. centurio nume. 40. Bal. aūr in tract. de compend. in prin. hanc sequitur sub quadam distinctione sicut & Lanfran. in. d. l. centurio nume. 20. qui hanc dicit communem, sequitur Ioan. Bapt. in. d. l. precibus nu. 27. qui hanc dicit communem. hanc sequitur & dicit communem Couarub. in. d. c. Rainutius. §. 9. nume. 15. post Polit. in tract. compendiosæ nu. 22. & Zasi. in eod. tract. nume. 27. Bar. in. d. l. centurio nu. 14. distinguit ut ibi per eum hæc pars approbatur per. l. 15. tit. 15. par. 6.

Contrariam partem ut compendiosa facta uerbis directis filiof. impuberi ineunte pupillari ætate ualeat ut pupillaris, postea uerò ut fideicommissaria. tenent antiquorum nonnulli, quos refert Cynus in. d. l. precibus & Ioan. Andr. idem sequitur in. d. c. si pater. in nouella. Cardin. & Ant. de Butr. in. d. c. Rainucius. qui ait, quòd hæc opin. seruatur Florentiæ, & quòd est communis op. Canonistarum. Bal. in. l. ex tribus. C. de inoffi. testamen. idem Bal. in. l. & si fine. ff. ad Treb. Salicetus in. d. l. precibus. Bal. & Ang. in. l. i. ad si. ff. de uulg. Dominicus de Sancto Georgio in. d. c. si pater. quos refert Ias. ubi suprà Zasi. in tract. compendiosæ num. 16. neutram partem firmat. hanc sequitur Decius in. d. l. precibus nume. 17. qui hęc pars ait, quòd sequitur à plerisque modernorum. Corrasi. ibid. num. 32. hanc partem sequitur & etiam Politus in tract. compendiosæ num. 22. Bald. in eod. tract. in prin. & Bar. in. d. l. centurio. num. 14. & Lanfran. num. 20. transeunt sub quadam distinctione: hanc communem appellat & sequi uidetur Curtius Iunior in. d. l. precibus num. 50. & Lanfrancus de Oriano col. 7. in. d. l. centurio ubi Bar. num. 15. & Ripa num. 71. quandam tradunt concordiam, quam receptam esse dicit Alex. consi. 12. nume. 10. lib. 3.

Sed tamen licèt quàm plures auctores ita teneant, tamen magis communis magisque recepta conclusio est, quòd post pubertatem expiret: ut etiam illico uidebitur. Bar. autem tertio loco in. d. l. centurio col. 4. usus fuit concordare has contradictiones dicens, procedere opinionem communem, ubi est facta substitutio per uerba directa ciuilia. i. quæ sunt introducta à iure ciuili (ue
77 luti est, 77 hæres esto, si hæres erit &c.) quibus uer- *Verba directa ciuilia, & non ciuilia.*
bis utuntur leges iuris ciuilis, ut uidemus. Opinio autē Io. And. procedit ubi substitutio est facta per uerba directa, non ciuilia. i. quæ non sunt introducta a iure ciuili, nec talibus uerbis reperiuntur uti leges iuris ciuilis, sed introducta sunt communi usu hominum, sicut uerbum, moriatur. ut quia testator dixerit, quandocunque filius meus decesserit, moriatur Seio. & ita loquitur tex. in. c. si pater. qui utitur uerbo moriatur. nam tunc obliquabitur tale uerbum directum post pupillarem ætatem, secus si sit uerbum directum & iuris ciuilis, quale est, uerbum hæres esto. nam tunc non obliquabitur. & ita procedat. d. l. uerbis ciuilibus. ff. de uulga. quæ distinctio à nemine recepta est, quia non probatur iure.

Bal. autem fuit in alia noua opinione dicens, utrum uerba substitutionis referantur ad filium, ut quia testator dixerit, quandocunque filius meus decesserit, Titius sit hæres filio meo. & tunc loquitur opin. communis, quia hic apparet de uoluntate testatoris uoluisse quòd dicta uerba non obliquentur: quia si uerba obliquarentur, & transirent in fideicommissum, substitutus non esset hæres filio, sed testatori: si autem uerba testatoris sunt relata ad ipsum testatorem, quia dixerit, quandocunque decesserit filius meus, talis sit mihi hæres, uel simpliciter dixerit, sit hæres, non referendo uerba ad filium, nec ad ipsum testatorem: tunc post pupillarem ætatem substitutio ualebit iure fideicommissi, & sic utraque opi. s. communis. & Io. And. reducuntur ad concordiam. hæc tamen concordia ex multis uidetur posse impugnari. contra quam insurgit do. Raph. & Sali. in. d. l. precibus. dicit do. Rapha. cōtra Bal. esse casum in. l. si ita scriptum. § qui filio. ff. de bon. poss. secundum tab. ubi non fit differentia, ut dicatur, sit mihi hæres, an filio meo. dicit Sali. Bal. sententiæ resistere tex. in. l. i. ff. de uulg. & uideri casum expressum contra Bald. in. d. c. si pater. & in. d. c. Rainutius. ubi patet uerba fuisse prolata in persona filij, & tamen substitutio directa obliquatur. nam ibi dicit tex. in. c. si pater. filius moriatur filiæ. & in. c. Rainutius est uerbū succedat, quòd una filia succedat alteri. & tamen obliquantur. Secundò adducit doctiss. Raph. esse tex. in. l. 2. C. de hæredibus instit. & l. precibus. præalleg. Sed reuera prędicta non habent opinioni Bal. obstare, quia ut dicit do. Paul. tex. in. d. §. qui filio. loquitur de substitutione pupillari directa, qua non refert, utrum dicatur, sit hæres, an sit hæres filio meo. quia si est hæres filij, est & heres testoris. per regulam hæres heredis, est hæres testatoris nos aut loquimur in compendiosa in qua constat si testator dixerit, sit hæres filio, non uoluisse testatorem uerba directa obliquari; quoniam si obliquarentur tunc substitutus, nō est hęres filio, sed testatori. ut inst. de pupil. §. fin. & in. d. §. cum filię. & eadem responsio adhibetur ad l. i. in. §. i. ff. de uulg. & pupill. non obest & sententię Bal. tex. in. c. si pater. quoniam ibi non apparet in aliqua parte tex. quòd illa uerba moriatur filio meo, obliquantur post pupill. ætatē nec ibi ulla fit mentio de obliquatione respectu substitutionis factæ in. d. c. dicit enim ibi tex. quòd substitutiones factæ ibidem cum decesserint filius, & filia ante tempora pubertatis, quòd sunt directę pupillares. Quid autem si dicti filius & filia decessissent post tempora pubertatis, an illa uerba obliquarentur? nihil ibi dicitur, nec istud dubium ibi mouetur, uerùm subiicitur in tex. quòd interdum directa ex causa obliquatur, non tamen se referendo ad præcedentem casum. & glos. ibi super uerbo interdum allegat tres casus in quibus obliquatur. s. l. Scæuola. ff. ad Trebel. & tex. in. l. precibus. & in l. centurio. ff. de uulg. Redeundo ad quęstionem principalem, Videndum est, an communis opin. quę habet, quòd compendiosa infra pupillarem ætatem ualet iure directę pupill. postea uerò non ualet in uim fideicom. sed ex toto euanescit, uera sit? pro communi opi. adducitur per doctores tex. in l. uerbis ciuil. ff. de uulg. ubi dicitur, post. 14. annum substitutionem directam frustra fieri: ergo non obliquabitur post dictum tempus, ut ualeat iure fideicommissi,
quia tunc non fieret frustra. Præterea 78 casus ui- 78 *Pupillaris finitur pubertate, & si longius tempus esset comprehensum.*
detur in. l. in pupillari. ff. eo. ubi dicitur finiri substitutionem pupillarem superueniente pubertate licèt longius tempus sit comprehensum. Item facit, nam substitutio in dubio uidetur facta usque ad ętatem in qua non potest filius testari, quę non durat nisi ad finem pupill. ætatis: ergo non uidetur se extendere dicta substitutio post pupillarem ætatem. facit, quia si constat quòd testator uoluerit facere testamentum, & legata reliquerit in minus solēni uolūtate, quæ tamen ualeret ut codicillus, si nō ualet ut testamētum, non ualebit ut codicillius.

ut in.l.1.ff.de iure codi.ergo idem dicendum in quæstione presenti,quòd cùm testator uoluerit substituere directò,& post pupill.& non ualeat, licèt posset ualere iure fideicommissi,si uoluisset testator: tamen cùm non appareat hoc uoluisse,non ualebit etiam iure fideicommissi. Præterea facit, quia 79 testator potuit per fideicomm. substituere post pupill. ætatem sed noluit, uerũ quia dictus testator non potuit substituere directò post pupill. ætatem, ergo ad inuicem aduersantibus potestate & uoluntate, sequetur ut necessariò dicatur, quod nolui potui, quod uolui adimplere nequiui. ut in.l.multum.C.si quis alt. uel sibi. & talis censetur mens testatoris, qualia sunt uerba l.labeo.ff.de supel. leg. sed uerba significant substitutionem directam, ergo aliam diuersam non præsumitur testatorem uoluisse facere substitutionem. Similiter etiam facit, nam substitutio,quę semel expirauit amplius non potest reuiuiscere.l. qui liberis.§.testamento. ff.de bon. poss. secundum tab. sed ista substitutio expirauit pubertate. ut in. d. l. in pupillari. igitur non poterit post pupillarem ætatem iure fideicommissi ualere. & ubi 80 erratur in nomine appellatiuo, non ualet dispositio.l.si quis in fundi uocabulo.ff.de leg.1.sed ubi fit substitutio directa quòd debeat trahi potest pupillarem ætatem ad fideicõmissum uidetur erratum in nomine appellatiuo,quia debuit fieri substitutio per fideicom.igitur &c. Præterea etiam uidetur casus in.l.cohæredi.§.cum filiæ.uers.nec aliud.ff. de uulga.ubi dicitur, ita demum obligari filium post pupillarem ætatem,si uerbis precariis est fideicomm. in summa hoc probatur à simili. Nam 81 libertas data seruo, quæ non ualet directò, non potest etiam dari per fideicomm.ut in.l.si seruus legatus.§.si seruus.de lega.2.ergo ita in proposito,si non ualebit substitutio iure directo post pupillarem ætatem,non debet ualere per fideicomm.facit.l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.de uulg. ibi, nec fideicommisso.

79 Potestas & uolũtas ad actus ualiditatẽ debent cõcurrere.

80 Error in nomine appellatiuo uitiat.

81 Libertas, quæ nõ ualet directò nõ obliquatur.

Adhæc etiam, adducitur tex.in.d.l.centurio.ubi speciale est in milite quòd ualeat post pupillarem ætatem. ergo contrarium est ius commune.s.in pagano. pro hoc allegatur casus in prædicta.l.si frater tuus. C. de fideicomm.ubi dicitur quòd ita demum succedit ex fideicommissaria, si uerba sunt apta ad fideicom. sed palàm est uerba directa non esse congrua fideicom. ergo &c. Pro superioribus etiam facit ratio,quia eadem res non debet diuerso iure censeri.l.eum qui res. ff.de usucap. ergo non poterit substitutio compendiosa ualere uno tempore iure fideicomm.cùm alio tempore ualuerit iure directo. Sed pro opinione affirmatiua, ut compendiosa non solùm infra pupillarem ætatem ualeat iure pupillaris directæ sed etiam post pupill.ætatem ualeat in uim fideicom. facit, quoniam 82 uoluntas testatoris est obseruanda etiam à uerbis recedendo.l.non aliter in princ.ff.de leg. 3. sed manifestum est, testatorem uoluisse bona sua debere peruenire ad substitutum quouis tẽpore decedat intestatus, ut patet ex significatione aduerbii quandocunque, igitur &c. & patet, quòd illa uerba hæres esto. habent hunc sensum, idest, dominus esto,ut in.l.his uerbis in pr.ff.de hær.inst.& inst.de hær. qual. & differentia.§.pen. sed illa uerba, dominus esto, possunt uerificari utiliter per fideicommissum: ergo idẽ in istis uerbis, hæres esto. Facit etiam quia plus debet ponderari aduerbium quandocunque, quàm uerbum, uel nomen.l.Pompon. scribit.ff.de neg.gest.quia,aduerbium qualificat id cui semper innititur ut.l. cum inter dictum.C.arbi. tutelæ.& sic dat qualitatem uerbo directo ut possit obliquari. Præterea certum est quòd in fideicommissis non est attendenda uerborum subtilitas l.cum uirum.C.de fideicommiss.

82 Testatoris uolũtas seruanda, licèt à uerbi recedatur.

Item si expiraret compendiosa, pubertate superueniente, nulla esset differentia inter pupillarem & compendiosam, quod est falsum: quia si eadem essent. cur diuerso nomine nuncuparentur?l.si idem. C.de codic.

Item multùm per hoc facit tex.in.l.codi.§.pe.de leg. 2.ff. Præterea facit quia substitutio facta inter liberos habet in se clausulam codicillarem.l.fin.C.fa. her. ergo obliquabitur uirtute dictæ clausulæ, ut in.l.Scæuola ad treb.facit etiam,quia uerba debent aliquid operari.l.si quando.de legat.1.sed si expiraret substitutio post pupil. ætatem illa uerba,quandocunque decesserint, nihil operarentur. Præterea facit, quia in compendiosa inest conditio si decesserit sine liberis, ut in.l.generaliter §.1.C.de insti.& substi.& .l.cum acutissimi.C.de fideicom. ergo erit fideicommissaria per no. in glo.d.l.precibus.facit, Nam 83 compẽdiosa est quid mixtum,ergo debet participare de extremis.l. quæritur. ff. de statu homi. & etiam facit.d.l.centurio. Vbi speciale est in milite,ut ualeat iure directo. ergo iure communi obliquabitur in pagano: & facit quia facilius una species mutatur in aliam, quam pereat. ut est uidere in nouatione. facit quia facilius admittitur modificatio, quam interitus dispositionis. Corn. per tex. ibi in.l. cum quæstio.C.de legatis. bene facit.l.fin.C.de hær.inst. Præterea facit,quia non uidetur testator elegisse uiam impugnatiuam sui iudicii. ut in.l.3. ff. de testa. milit. pro hac parte adducitur.d.c.si pater iuncto cap. Rainucius sed nihil faciunt. ut diximus suprà. & etiam adducitur l.precibus præall. quę tamen ut iam diximus non facit, quia secundum uerum intellectum ibi, fuit facta substitutio per uerbum commune substituo.

83 Compẽdiosa est mixta.

Denique pro hoc, uidetur casus in.l.ex facto. in pr. ff.ad treb.ubi 84 si testator grauat heredem suum, ut alium faciat hæredem, non ualet huiusmodi dispositio, tamen ibi dicitur, quòd uidetur grauatus hęres restituere hęreditatem per fideicomm.ergo non absurdum erit in re proposita, ut licèt substitutio directa durare non posit post pupill. ætatem, uideatur tamen rogatus hęres de restituendo, substituto. ista sunt fortiora argumenta, quę possent fieri pro hac parte, quę optimè concludunt. Postremò huic accedat, quoniam 85 eadem uerba ponuntur in propria significatione respectu unius temporis, & impropiãtur respectu alterius. casus est singu.in.l.pater Seuerinam.§.conditionum uerba.ff.de cond.& demonst.ergo idem dicendum in re nostra ut uerba 86 substitutionis directę ponantur propriè ante pupillarem ętatem, & impropriè post pupill. ętatem, sic obliquantur. Pręterea hic debemus recedere a uerbis ut uoluntas testantis seruetur. nam in omnibus iuris partibus est à regulis recedendum ex tacita, uel expressa uoluntate testatoris.l.in conditionibus primum locum.ff.de conditio.& demonstra.l.filium quem habentem.in uerb.sanciat.C.fam.herc.in auth. de iure iur. a mori.pręst.in.§. disponat.cum similibus.& similiter licèt 87 quandiu locus esse potest successioni ex testamento cesset regulariter successio abintestato.l. quandiu de acquir. hęr.l.quandiu de regul. iur. tamen ex pręsumpta testatoris uoluntate successio abintestato pręfertur successioni ex testamento.l.si quis ita hęres instituatur si legitimus.ff.de hęr. inst.

84 Fideicommissaria fit substit. quæ ut directa perire nõ potuit.

85 Verbum unum, partim propriè, & partim impropriè sumitur.

86 Verba, partim propriè, partim impropriè sumuntur.

87 Success. legitima præfertur testamentariæ, si id uelit testator.

Pręterea licèt prius testamẽtũ regulariter, & per posterius testamentum solenne tollatur.§.posteriore &.§. sed & si quis priore. inst.quib. mod. test. infir.l.si quis priore.ff.ad treb. tamen ex pręsumpta uoluntate testatoris secundum testamentum per errorem facientis cõtrarium disponitur, ut prius non tollatur, sed secundum non ualeat.l.si.ff.de hęr. inst.

88 Testamentum superius per inferius tolli desinit si id nõ lit testator.

Denique licèt regulariter prius testamentum per posterius solenne tollatur, fallit tamen, ex pręsumpta testatoris uoluntate clausulam derogatoriam in principio testamenti apponentis.l.si quis in principio.de leg.3.l.diuus.§.licet de iure codi.ff.

Et similiter licèt prius 89 testamen. solenne per posterius minus solenne regulariter non tollatur. §. posteriore.suprà alleg.l.si filius, qui in potestate. de libe. & posthum.l. cum in secundo.de iniust.rupt. fallit, tamen

89 Testa. superius per inferius minus solenne nolente testante tollitur.

tamen ex præsumpta testatoris uoluntate, qui ab intestato uenientes in posteriore testamento instituit. l. hac consultiss. §. si quis autem. C. de testamen. l. 2. ff. de in iust. rupt.

90 *Testamentum semel infirmatū, an si id uelit testator conualescat.*

Et similiter licèt testamentum 90 in quo filius in potestate præteritus est, nec ualeat ab initio, nec re conualescat etiam si filius ille uiuo testatore decedat. ut. l. si filius qui in potestate. de liber. & posthum. licèt secus sit in posthumo præterito. l. posthumus in prin. ff. de iniust. rupt. tamen ex præsumpta uoluntate, si instituti fuerint uenientes abintestato ualeri. reconualescit illud testamentum, si filius uiuo testatore decedat d. l. posthumus. uersi. idem & circa. Sed caue, quia id non contingit propter uoluntatem, sed quòd causa intestati fouet causam testamenti secundum quosdam.

Et similiter licèt testamentum, quod irritatur capitis diminutione, puta, quia testator in arrogationem se dedit, non reconualescat, etiam si testator sui iuris esse cæperit, nisi adhæc, noua uoluntate illud testamentum confirmauerit. l. qui ex liberis. §. testamento. de secundum tab. ff. tamen si in eo essent scripti uenientes abintest. confirmaretur etiam sine noua uoluntate. d. §. idem & circa. nisi dicas, quòd & id non fit ex præsumpta uolūtate, sed quia causa testati fouet causam intestati.

91 *Vltima uoluntas et sine ullo teste ualet interdum.*

Et similiter licèt testamentum 91 uel uolūtas etiam militia non ualeat, nisi saltem habet duos testes. §. planè ubi glos. inst. de testamento milit. l. Lucius ubi. glos. ff. eod. nisi fiat in conflictu prælii ut. l. militis. C. eod. tamen ex præsumpta uoluntate etiam sine ullo teste uoluntas etiam pagani sustinetur. ut puta si paganus confisus sit de hæredis fide. l. fin. C. de fideicomm. §. fin. inst. de fideic. hær.

92 *Dies incertus nolente testatore desinit facere conditionē*

Et similiter licèt dies 92 incertus regulariter faciat conditionem. l. dies incertus. l. hæres meus. de condit. & demonstr. l. talis scriptura. de lega. 1. ex uoluntate tamen testatoris conditionem facere desinit. l. ambiguitatem ubi Bald. notat. C. de usufr.

93 *Conditio, quæ tacitè inerat, si exprimatur, interdū aliquid operatur.*

Hinc & 9. quòd 93 licèt tacita conditio, quæ inest à lege & si exprimatur, non faciat conditionem in actis fauorabilibus ueluti legatis. l. 3. de leg. 1. l. si dies. quando dies leg. ced. ff. l. aliquando de condit. & demonstr. licèt secus sit in odiosa, ueluti in exhæredatione. l. 3. §. pure de libe. & posthum. l. nonnunquam de condit. & demonstr. l. si quis Sempronium de her. inst. tamen ex uoluntate testatoris, etiam in legatis conditio illa si exprimatur, facit conditionem. l. in conditionibus. §. 3. de condit. & demonstr.

94 *Transmissio uolente testāte desinit impediri per cōditionē.*

Hinc & 10. quòd 94 licèt expressa conditio, regulariter transmissionem impediat. §. sin autem conditio. C. de cadu. tollend. l. si ita expressum. l. sub diuersis. de condit. & demonstr. l. si penum. quando dies leg. ced. l. si decem cum petiero. l. qui Romæ. §. Augerius. ff. de uerb. tamen ex uoluntate testatoris transmissionem non impedit. secundum Bald. in c. Cumana. de elect.

95 *Conditio impoßibilis uolente testatore, non reiicitur.*

11. Quòd licèt 95 conditio impossibilis reiiciatur de ultima uoluntate, nec uitiet. l. obtinuit. de condit. & demonst. l. 1. de cond. inst. l. si filius eod. l. Lucius. de condition. & demonstr. secundum unum intellectum. licet secus in contractibus. l. non solùm. de acti. & oblig. ff. §. impossibilis inst. de inut. stip. l. impossibilis de uerbo. tamen etiam in ultima uoluntate impossibilis conditio uiciat ex uoluntate testatoris. l. seruo manumiss. ff. de condic. indeb. & ibi doct.

96 *Bonorum possess. hæredis appellatione cōtinetur, si id uelit testator.*

12. Quòd licèt 96 conditio si heres erit, regulariter non uerificetur in bonorum possessore, quia conditio est implenda in forma specifica. l. qui heredi. l. Meuius. de condi. & demonstra. & heredem facere non potest prætor, sed loco hæredis. l. 2. de bonor. poss. titulo gen. ff. nec hæredem esse desinere potest quia propriè per prætorem. §. quos aūt. inst. eod. tamen ex uoluntate testatoris cùm eius dispositio in alio, quàm in bonorum possessore uerificari non possit, etiam in bonorum possessore illa conditio uerificatur. l. in conditionibus. §. si patronus. de cond. & dem.

97 *Tutela ultra pubertatem porrigitur de uoluntate testantis.*

13. Licèt 97 tutela finiatur anno 12. in fœminis. & 14. in masculis. inst. quib. mod. tut. finitur. in pr. tamen ex uoluntate testatoris non finitur, nisi post annum. 18. l. pater Seuerinam. §. conditionum uerba. de conditio. & demonstrat.

98 *Legatario hypothecaris interdum competere desinit.*

14. Licèt 98 legatario competat hypothecaria contra heredem. l. 2. C. com. de lega. tamen ex uoluntate testatoris desinit competere. glo. in. l. 2. C. ut in poss. leg. ubi notant Bal. & alii.

99 *Suitas nō tollitur datione cohæredis extranei ex uoluntate præsūpta testantis, idē in substituto uulgari.*

15. Licèt 99 per dationem cohęredis extranei regulariter secundum communes opin. tollatur suitas, falli, tamen ex uoluntate testatoris secundum Bald. in c. Cumana. de elect.

16. Licèt per dationem subst. uulga. regulariter secundum communes op. tollatur suitas. fallit, tamen ex uoluntate testato. secundum Bal. in. d. c. Cuma. de elect.

100 *Accrescendi ius uolēte testatore uincit ius substitutionis.*

17. Licèt 100 ius substitutionis uulga. regulariter sit potentius quam ius accrescendi. l. 2. §. si duo de secundum tab. §. in princ. & §. pro secundo de caduc. toll. etiam si substitutio sit tacita. l. fin. C. de hære. instit. ad quod tex. ille est melior de iure secundum Ias. ibid. tamen ex præsumpta testatoris uoluntate ius accrescendi excludit ius subst. tex. in. l. quidam testamento de uulga. qui tex. est singul. secundum Paul. cæterosq; ibid.

101 *Pupillaris tacita excludit matrē de uoluntate testantis.*

18. Licèt 101 substitutio pupillaris siquidem tacita sit matrem non excludat. l. precibus. de impuberum l. fin. de inst. & subst. tamen ex præsumpta uoluntate testatoris tacita pupillaris matrem excludit. glos. in. d. l. precibus. in uerb. omnimodo. & glo. in. l. Lucius. de uulga. quæ glo. app. communiter.

Modò sic, cùm in omnibus iuris partibus receptissimū sit, ut recedatur à regulis iuris & à proprietate uerborum ex præsumpta uoluntate testatoris, quid mirum si in specie nostra ubi uoluntas testatoris est certa, perspicua, & indubitata, ut etiam post pubertatem substitutus admittatur, recedamus & aliquantulum declinemus à regulis. d. l. uerbis ciuilibus. & d. l. in pupillari. ff. de uulga. præsertim cùm non tam declinare quàm eas leges scitè, præhumanè. & eleganter interpretari per alias leges & rationes uehementes uideamur.

Denique licèt hac in re sint, qui dicant opus esse Cæsarea decisione, & quòd res tam incerta est, ut in ea nunquam animus possit quiescere: id quod uerissimum est, si ad scribentium contentiones, uarietatesque respexeris: tamen si ad mentem, sententiamque ipsorum Iurisconsultorum animum uertas, inuenies hanc posteriorem partem, ut compendiosa post pubertatem ualeat iure fideicomm. esse perspicuam, certam, indubitatam, tum ex superioribus, tū ex sequenti fundamento, quod solùm hac in re sufficeret. Nam 102 compendiosa continet sub se uulgarem. tex. est in. l. 3. in pr. ff. de adim. leg. & est non solùm communis, sed etiam indifferenter recepta conclusio ut diximus in nostra illustri disputatione, quam hac de re fecimus & collocauimus alibi, & attigimus de succ. cre. §. 11. num. 27. tunc sic, si continet uulgarem, necesse est, ut etiam pupillarem cōtineat l. iam hoc iure. ff. de uulga. l. 2. l. quanquam. C. de impuberum. Prǽterea, qua ratione sub compendiosa continetur uulgaris, licèt in ea adiectum fuerit uerbum si decesserit, quod denotat & significat hæreditatis acquisitionem, & aditionem: eadem ratione & longè fortiori continebitur sub ea compendiosa pupillaris, & exemplaris, quæ similiter uendicant sibi locum post aditam hæreditatem. Est enim maxima similitudo inter omnes substitutiones, quæ post aditam hereditatem locum habent (qualea sunt pupillaris, fideicom. exemplaris, compēdiosa, directa militaria) quę similitudo uel non est, uel non tanta est inter eas & uulgarem, quæ ante aditam tantùm hereditatem locum habet. l. post. aditam: C. de impuberum. Vnde 103 obtinuit receptissima

102 *Compēdiosa continet sub se uulgarem.*

103 *Compēdiosa est apta comprehēdere subst. omnes substitutionū species.*

 ma

ma sententia omnium existimantium, quòd sub compendiosa (ut iam docuimus) omnes substitutionum species comprehendi possunt. itaque ut sub compendiosa ex omnium confessione continetur uulga. ita & longè euidentius continetur pupillaris, exemplaris, fideicommis. directa militaris. & cum hac in re perspicua sit testatoris uoluntas gestientis ut omnimodo post mortem exclusionemque primi nominati substitutus admittatur; superest, ut etiam si primò nominatus post pubertatem excludatur, siue morte, siue alia quauis ratione; tunc statim substitutus per fideicomm. admittatur iuxta uoluntatem & uerba testatoris, non secus quàm admitteretur per pupillarem, uel exemplarem, si primò nominatus in pupillari ætate, uel furore decederet.

Præterea, quando compendiosa facta esset per uerba communia, tunc id indubitanter procederet ut statim dicam. at nulla est lex in mundo satis perspicua, quæ differentiam faciat, utrum compendiosa fiat uerbis directis, an communibus: sed tantum utrum fiat uerbis obliquis, an directis: á quibus uerba communia in effectu non differunt. & differentia quam nostri faciunt inter uerba directa, & communia quo ad substitutionem compend. plus habet subtilitatis, & diuinationis quàm ueritatis, & simplicitatis. cuius lex amicissima est. §. pe. & fin. inst. de hær. abintest. l. fin. C. de lib. pret.

Preterea, 104 id satis efficaciter probat. d. c. Rainucius. ibi, tanquam ex causa fideicom. nam pro constanti ponitur, quòd compendiosa ibi, quæ si is, cui fiebat impubes moreretur iure pupillaris ualeret, ualet iure fideicomm. quia pubes decessit. Nec ulla unquam lege probatur, quòd uerbum succedat de quo ibi desinat esse directum.

104 Intell. c. Raiuncius de test. & c. si pater. eod. titulo li. 6. l. precibus. C. de impub.

Idem uidetur probari in. d. c. si pater. ubi uerbum moreretur satis directum intelligitur. idem expressius probatur in. d. l. precibus. in uerb. secundum hæredem, iuncto uerbo substituit. nam 105 qui substituit satis uidetur secundum hæredem fecisse. ad idem. l. j. ff. de uulga. & l. Gallus. per totam. ff. de uulg. nam in omnibus. §§. illius. l. ut suo loco disseruimus probatur nil referre inter uerbum instituo, (quod secundum omnes directum est) & uerbum substituo. & ita intelligendo. d. l. precibus. decidit hanc quæstionem, quæ preterea mille probatur rationibus. ut suprà disseruimus. facit optimè. d. l. ex facto. in prin. ff. ad Trebell. & quòd uerbum substituo, & uerbum instituo sæpissime exæquentur plenè probaui suprà in materia uulgaris subst. in prin.

105 Verbum substituo, sumitur pro instituo.

Denique nostra opin. euidenter probatur hac consideratione. nam illa uerba compendiosæ substitutionis (quandocunque decesserit &c.) demonstrant uoluntatem testatoris militis, uel pagani, fuisse, ut non solùm infra pubertatem, sed etiam post pubertatem primo nominato moriente substitutus admittatur. ut patet in. l. centurio. ff. de uulga. & in. l. precibus. C. de impuberum. Nec ad rem pertinet quòd illa iura loquantur in milite, quia miles, & paganus quò ad hoc licèt in potestate pares non sint, tamen quò ad uoluntatem indubitanter pares sunt: & ex illis uerbis (quandocunq; decesserit &c.) ead. uoluntas tam in milite quàm in pagano colligitur, licèt in utroq; non sit par potestas. ergo utriusque uoluntas etiam post pubertatem seruanda est.

Præterea etiam in pagano in specie probat. d. c. Rainutius. & d. c. si pater. quòd illa uerba (quandocunque decesserit &c.) demonstrant eius uoluntatem fuisse ut admittatur substitutus, non solùm quando primò nominatus decessisset infra pubertatem, sed etiam si postea. modò sic, cùm de uoluntate testatoris dubitari non possit, nec desit potestas, superest ut substitutus admittatur etiam post pubertatem. Quòd autem non desit potestas in testatore etiam pagano patet, quia, 106 licèt post pupillarem ætatem, & aditam hæreditatem paganus non possit substituere directò. l. post aditam. C. de impuberum & alijs subst. iuncta. l. in pupillari. ff. de uulga. tamen nulli dubium quin possit. per fideicom. ut per totum. ff. C. & inst. ad Trebell. ergo uerbum illud (quandocunque decesserit &c.) à pagano prolatum debet intelligi ut infra pubertatem sit pupillaris, & postea fideicom. Nec ad rem pertinet quòd uerba directa non soleant trahi ad fideicommissum. nam resp. quòd uerbum simpliciter prolatum declaratur ratione adiuncti. d. l. pater Seuerinam unde illud uerbũ (si decesserit quandocunque hæres esto) hunc habet sensum, ut si in pupillari ætate filius decesserit, tunc substitutus ex pupillari heres fiat: & si decesserit post pubertatem, tunc heres fiat ex fideicom. nec obstat, quòd fideicom. uniuersalis non uideatur heres propriè, sed loco hæredis habeatur, & sic sit heres impropriè. nam resp. quòd in hac materia uerba impropriantur ut uoluntas testatoris seruetur. ut in. l. ex facto. in prin. ff. ad Treb. simile in. l. pater Seuerinam. §. 1. ff. de cond. & dem. præsertim cum satis sit, quòd uerbum hæres esto partim propriè accipiatur. i. infra pubertatem, & partim impropriè. i. post pubertatem.

106 Substituere directò post aditã paganus nõ potest.

Tenendo hanc partem, quę æquissima est, & magis proxima, finitima, contigua, amicaque testatoris uoluntati: & quam sequerer in iudicando, & consulendo. tunc 107 ad. l. uerbis ciuilibus. ff. de uulga. in qua est totum fundamentum contrariæ partis. respondeo, quòd ibi loquitur in pupillari substitutione non in compendiosa. patet, quia sola substitutio pupillaris dicitur fieri uerbis ciuilibus ex eo quòd pupillaris non fit, nisi filiof. sub potestate testatoris existenti. l. 2. ff. de uulg. in princ. inst. de pupill. eaque substitutio & patria potestas est peculiaris ciuitati Romanæ, & reliquis gentibus minimè communis. ut. d. l. 2. in prin. iuncto prin. inst. de patria potest. sicque pupillari substitutione solus Populus Romanus utebatur, licèt alijs substitutionibus etiam aliæ gentes (ut uerisimile est) uterentur. ideoque uerbis ciuilibus. i. ciuitatis Romanæ sola pupillaris dicitur fieri. pro hoc expendo. d. l. uerbis. ibi, frustra fieri conuenit. sentit. enim iure consultus periculosum, impium, inhumanumque fore si uerbis ciuilibus (.i. pupillarem subst. inducentibus) liceret post 14. annum substituere quia auferretur libertas testandi contra. l. ex facto. in prin. ff. de uulg. Ergo nego contrarium. nam ibi non loquitur in compendiosa, sed tantùm in pupillari. & ita etiam respondeo. ad. d. l. in pupillari. & in utraque intelligo quòd pupillaris finitur pubertate. Sed an quia perspicua fuit testatoris uoluntas gestientis ut etiam post pubertatem admitteretur substitutus, tunc eum admittemus ex fideicom. etiam in terminis illarum legum ut sic recipiant declarationem per. ll. & fundamenta nostræ partis; quod omnino nego; quia pupillaris substitutio fit ad utilitatem impuberis. glos. ubi omnes in. l. ex tribus. C. de inoffi. testamento. l. si pupillus in uerb. utilitatem impuberis. ff. de acquirend. hæred. substitutio autem fideicommis. est odiosa, & onerosa ei cui fit. l. cohæredi. §. cum bliæ. ff. de uulg. ergo in terminis. d. l. in pupillari & d. l. uerbis ciuilibus. dispositio testatoris facta ad utilitatem & prouisionem impuberis. i. ad pupillarem subst. inducendam non debet trahi ad substit. fideicom. quæ odiosa est, ne inducta ad unum effectum operentur contrarium effectum, contra regulam. l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. & l. legata inutiliter. ff. de adim. leg. Sed cum ut disseruimus in solenni illa disputatione, quam locauimus in. d. §. tt. ubi conclusimus quòd compendiosa substitutio continet sub se regulariter omnes omnino substitutionum species, siue illæ ante aditam hæreditatem locum habeant, siue post aditam; superest ut quando certum est, quòd testator pupillarem substitutioné facere uolebat, tunc ea pupillaris post aditam hæreditatem non obliquetur, licèt longius tempus quàm pupillaris subst. comprehensum fuisset: ne inducta ad utilitatem impuberis in onus & læsionem eius conuerteretur. quòd si testator ab initio uoluit facere compendiosam uerbis directis, tunc post pupillarem ætatem ualebit iure

107 Intell. l. uerbis ciuilibus. ff. de uulgari.

bit iure fideicom. nec mirum cùm ut diximus compendiosa omnes omnino substitutionum species subsc comprehendere apta sit, & re uera comprehendat.

108 *Verbum, moriatur, an sit directum, ardua q.*

Postremò 108 quòd uerbum moriatur, sit directũ tenet glos.in.d.c.si pater.uerbo moriatur.est communis opin secundum Ripam num.196.Galiaulam col.115.in d.l centurio. Salicetus & Iaso. in.l. precibus. suprà all. qua in re multi contrarium sentiunt, ut per Angelum & Ias.col.fi.in.d.l.centurio.Politus nume.17.Zasius col.2. de compend.substi. Abb.nume.15.in.d.c.Rainutius ubi Card.num. 10.& Imola nume. 166.Franeus in.d.c.si pater in tit. de comp.sed tenendo, quòd sit directum tunc in.d.c.si pater.hęc controuersia decisa est.

109 *Compẽdiosa facta à milite uerbis directis post pubertatem, an ualeat ut directa militaris etiã si mater sit in medio. ardua quæst.*

Substitutio 109 compendiosa facta à milite uerbis directis infra pubertatem ualet ut pupillaris, & postea ut directa militaris licèt sit mater in medio.ista est cõmunis opin.quam tenent, siue mater sit in medio, siue non Couarub.in.c.Rainucius.§.9.nume.6. de testamen. qui hanc dicit communem opin.& secundum eum hanc op. tenent doct. communiter in.l. precibus.C.de impub. & in.d.c.Rainutius & in.l.centurio.ff.de uulg.hanc op.sequuntur & dicunt communem Alex.num.52.Ias.nu.19. Ripa.num.66.Galiaul.num. 58.in d.l.centurio. Curtius Iunior in.d.l.precibus num.39.ubi Decius col.7.qui tamen distinguit utrum compendiosa fiat expressim usq; ad certam ætatem,an uerò indefinitè & ibi Lancelottus Decius hanc tenet sub eadem distinctione,& ita etiam distinguit Galiaul.ubi suprà & Corras.ibid.num.32.post Bened.de Plumb.quem allegat. dicentes quòd nil specialitatis est in matre, sed quòd si fiat compendiosa indefinitè,tunc etiam si mater sit in medio post pubertatem ualet ut directa militaris, & ita procedit.d.l. centurio. sed si compendiosa fiat usque ad annum.25.tunc post pubertatem ualet ut fideicommiss. non ut directa militaris. & ita procedat.d.l.precibus. sed communem opin.ut post pubertatem ualeat ut directa militaris, siue ea compendiosa fiat indefinitè,siue usque ad certam ætatem, siue mater sit in medio, siue non,tenent in.d. l.precibus.Ias.col.6.& Alex.num.10. Corn. tamen ibid. num. 12. sequitur communem opin.antiquorum contra Bar.& sequaces.& communem Bar.opi. sequuntur Bar. Bal.Ang.& Paul.in.d.l.centurio.Bar. in.l.in testamento C.de test.milit.Paul.in.d.l.precibus. Cardi. in.d.c. Rainucius.& Guiliel. Bened. ibid.in tit.de compendiosa nume. 10.& est communis opin. secundum Polit. in tract. de compendiosa subst.num.13.qui tamen tenet contra communem. & est communis opin. secundum Zasium num.10.in.d.tract.compendiosæ subst. qui similiter tenet contra communem opin.& est communis opin. secundum Fumeum in.d.tract. compendiosæ subst.& hãc Bar.& communem opin. sequitur etiam Bal. in.d.tract. compendiosæ subst.in princ. quia unusquisque uelle uidetur, ut sua dispositio ualeat quo plenius potest.argumen.l.3.ff.de mili.testamen.§. quoties institu. de iure naturali gentium & ciuili. & per generalitatem. d. l. centurio.ff. de uulgari. & per alias rationes, de quibus infrà.

110 *Intell. l. precibus. C. de imp.*

111 *Intell. l. cẽturio. ff. de uulg.*

Contrariam 110 partem quando mater est in medio, ut tunc compendiosa à milite facta uerbis directis post pubertatem non ualeat ut directa militaris, sed tãtum ut fideicom.tenent glo.in.d.l.centurio. & glo. 111 mag.in.d.l.precibus. ubi Iacob. de Arena. & Iacob. de Rauen.Petrus,Cynus.Bar.Bal.ibid.& fuit cõmunis opi. usque ad tempora Bar. & etiam hodie secundum Socinum in.d.l. centurio.col.4.in princ.sequitur ibid.Imola & Corn.in.d.l.precibus num.12.& Politus in tract.compendiosę subst.num.13. & Zasius in eodem tract. compend.subst.num.10.dicentes, quòd tam in.d.l.precibus. quàm in.d. l. centurio. compendiosa à milite facta fuit per uerba directa, quæ uerba obliquantur fauore matris post pubertatem. & ita procedat.d.l.precibus.licèt quando mater non est in medio,tunc ea compendiosa substitutio etiam post pubertatem ualeat ut directa militaris.ut.d.l.centurio.

Sed pro communi sententia, ut compendiosa uerbis directis facta post pubertatem licèt sit mater in medio ualeat ut militaris, facit, nam ut dicit multùm eleganter Bal. in.d.l. centurio.ff.de uulg & pup.quando uerba sunt præcisè directa,nullo modo salua ratione recti sermonis possunt obliquari. sed sic est quod matri non fauetur contra propriam significationem, seu contra id, quod uerba testatoris important,etiam in sui generalitate. ut patet in pupillari, quæ continetur in reciproca l.Lucius.ff.de uulg. ergo multo minus fauendum est in casu nostro, in quo uiolarentur uerba specialiter directa, cùm possint ualere iure directa si traherentur ad fideicommissum. & si ad hoc responderes, quòd argumentum procedit in testatore disponente de iure communi, non ex speciali priuilegio,prout in casu nostro. unde argumentum non tenet.per.l.eius militis.§.militia missus.ff. de testamen. mili. facilius enim uerba directa in dispositione militis obliquantur, & è contra, quàm in testamento pagani. ut probat tex.in.l.neque enim & l.seq.& in.l.quęrebatur.ff de testa.mili.resp. quòd proprietas uerborum magis seruatur in milite propter eius simplicitatem quam in pagano. Item facit tale fundamentum, sine dubio miles uoluit substituere post pubertatem, & aditionem hæreditatis filij, ut patet in.d. l.centurio.modo sic, aut uis dicere, quòd uoluerit post pubertatem uti iure communi, & tunc nec etiam ad fideicommissariam traheretur. l. uerbis ciuilibus. ff. de uulg.& pup.secundum communem,quod esset contra.d. l.precibus.aut uis dicere quòd uoluerit uti iure militari, & tunc ualebit iure directo.d.l. centurio.l.sed & si plures.§.ad substitutos.ff.eo.tit.& hoc præsumit lex testatorem uoluisse: quia uerba prolata à testatore hoc important.c.si pater de test. in.6.quanto magis hoc debet præsumere lex.s. quòd uoluerit excludere matrem per directam militarem post pubertatem filii a bonis prouẽtis à testatore: cum in illis sine dubio non debeatur tantus fauor, quantus in bonis pupilli.l.fi.C.de insti.& substitu. ut dixi suprà in materia pupillaris substitutionis Præterea, licèt omnia superiora cessarent pro ista communi opinione Bar.induco tex. in.d.l. centurio. Nam 112 ibi traditur regula generalis quòd post pubertatem est directa,ergo qui uult dicere, quòd fallit matre existente in medio debet adducere casum legis. Ioan. And.in.c.salubriter. de usur. ubi Panor.c.2. de coniug. lepros. facit.l.ab ea parte.ff.de probatio.casus autẽ. legis non adducitur, quia ibi respondebitur ad legem precibus.igitur &c. tamen ad hoc fundamentum potest responderi, quòd 113 iniquum est regulam non fallere, ubi aliqua æquitas suadet.glo.in auth.ut sine prohibitio. matres debitrices.in princi.in uerbo existimemus. per tex. optimum in. c. intelligemus ubi Panor.in col.1.ad finem de iudi. & hæc solutio tanto magis uidetur procedere, cùm per talem exceptionem reducamus rem ad ius commune & minus illud læditur. iuxta glo.in c.statuis.in uerbo numerãdo. de præben.in.6.sed nil est. nam sic uiolaretur generalitas.d.l. centurio.& pro communi itaque opinione Bar. aliter etiam inducitur tex.d. l.centurio. qui uult, quòd substitucio ualeat iure directo etiam post pubertatem, nec distinguit, an mater sit in medio, uel ne, immo dicere, quòd in.d.l.centurio mater non esset in medio,est diuinare.nec respondeamus, ut per Socinum ibidem,quòd immo non est diuinare, quia regula est quòd 114 persona extrinsecus non intelligitur.l.si stipulatus.§.Grisogonus in fin.ff.de uerbo.obli.nam ille tex. loquitur in stipulatione, in qua non intelligitur persona, præcipuè per quam uitiaretur stipulatio.ut ibi, at hic non subaudio personam matris, sed 115 uolo tex. intelligere indistinctè, ut loquatur, siue mater, sit in medio, siue non. iuxta.l.de pretio.ff.de pub. itaque.d.l. centurio. communem Bar.

112 Regula est adhærendum.

113 Regulam transgredimur, ubi id aliqua æquitas suadet.

114 Persona extrinsecus non præsumitur.

115 Lex generaliter intelligẽda.

116 Intell.l. precibus. uerb. ueluti ex causa fideicommissi.C.de impuberum.

opin efficaciter probat, quæ etiam probatur in.d.l.precibus ad cuius 116 inductionem præmitte, quòd procedit secundum quàm plures scribentium ibi, siue compendiosa facta esset uerbis directis, ut ibi, in uerb.hæredem fecit, siue uerbis obliquis, ut ibi, in uerb. substituit.& tamen ibi post pubertatem substitutus admittitur, non ex uera substitutione fideicommissaria, sed ueluti ex causa fideicommissi: & sic ex directa militari secundum uerum intell. illius tex.quem tenuerunt. Rapha.Fulg.& Christoforus.de Castel.in.d.l.precibus. & ibi Curt.Iunior.nu.41.ubi Decius & Cum.& Ias.in.d.l. centurio.nume.19.ubi Ripa nume.66. Ias.in.d.l.precib. col.7.qui hunc intellectum dicit uerissimum intell.moder.& ibi Corrasi.nume.31. Zasius in tractatu compendiosæ substitutionis num.11. Lanfrancus in.d.l.centurio licèt hunc intell.reprehendat. Corneus in.d.l.precibus & Alex.in.d.l. centurio nume.52.& Politus nume.13.in tractatu.Compendiosæ substit. & secundum hunc intellectum, uerbum, ueluti, ibi positum stat propriè, & denotat similitudinem. nam si intellexerimus, quòd ibi fit restitutio ex fideicommissaria, tunc uerbum ueluti, erit nota non similitudinis, sed identitatis, quod eius uerbi naturæ, & proprietati aduersatur. At si intellexerimus, quòd ibi fiebat restitutio, non ex fideicommissaria, sed ex directa militari, quæ ut diximus, cum fideicommissaria maximè à milite facta (de qua non detrahitur trebelianica.l.in testamẽto.2.C.de testa.mili.) maximam habet similitudinem: tunc uerbum ueluti, ibi positum suam seruabit naturam, & proprietatem, ut similitudinem significet non identitatem. itaque in.d.l. precibus. potest intelligi quòd substitutio fuit facta uerbis directis, & fuit mater in medio, & nihilominus post pubertatem non obliquatur, sed ualet ut directa militaris: estque uerissima opi. & magis communis, quam à nemine unquam reperies ita bene discussam.

De reciproca substitutione §. xix.

SVMMARIVM.

1 *Reciproca ut fiat.*
2 *Reciproca in substitutione eædem partes adiectæ uidentur, quæ inerant institutioni.*
3 *Reciproca quot tempora habilia desideret.*
4 *Reciproca facta duobus filijs impuberibus, & extraneo, an etiam pupillares contineat? ardua q.*
5 *Reciproca comprehendit omnes substitutionũ species.*
6 *Rationis in lege expressæ quanta uis.*
7 *Pluralitas resoluitur in suas singularitates.*
8 *Emancipaui unum ex impuberibus, quos inuicem substitueram, in neutrius persona extinguitur pupillaris. contra communem.*
9 *Emancipato potest fieri pupillaris.*
10 *Reciproca filiis impuberibus facta, si alter emancipetur, pupillaris in eius tantum persona, non etiam in persona alterius suspenditur. cum Iaso. contra communem.*
11 *Reciproca continet subse pupillares, & licèt unus ex pupillis pubescat, non illico in persona alterius euanuit pupillaris.*
12 *Idem in alia quauis ratione, qua impubes à patris potestate liberatus erat.*
13 *Reciproca inter filiumfam. & emancipatum impuberes facta, si emancipatus readoptetur, an incipiat continere pupillares.*
14 *Reciproca facta inter impuberes, & dementem, an pupillarem, & exemplarem contineat. ardua q.*
15 *Reciproca quando inter inæquales facta dicatur.*
16 *Reciproca codicillis factæ, quas substit. contineat, & quid si esset statutum, ut uerba intelligantur prout iacent.*
17 *Reciproca impuberibus facta in codicillis, an solas fideicom. contineat. ardua q.*
18 *Reciproca si filijs impuberibus, codicillis fiat, tenet ut fideicommissaria. sed extinguitur pubertate. Idem facilius si pupillaris formalis fieret.*
19 *Reciproca facta à milite personis impuberibus, quas substitutiones contineat.*
20 *Reciproca expressas, an tacitas contineat, & an matrem excludant.*
21 *Reciproca facta uni impuberi, & alteri dementi, an pupillarem, & exemplarem contineat? egregia q.*
22 *Compendiosa facta ei qui infra 25. annum decesserit, an infra 14. annum sit pupillaris, & postea fideic.*
23 *Intell.l.precibus.C.de impuberum.*
24 *Miles an uideatur uti iure communi.*
25 *Reciproca puberibus à milite facta post aditam continet directas militares.*
26 *Reciproca comprehendit pupillares ex proprietate sermonis. contra Curt. Iun.*



VASTITVTIO reciproca 1 fit quando post plures instituros, aut ad emolumentũ inuitatos adicci, uosq; inuicem substituo. ut in.l. iam hoc iure. uersic. quod ius.l. Lucius.ff.de uulga.l.2.l.quanuis.C.de impuberũ. & partes 2 adiectæ in tali institutione in substitutione repetitæ intelliguntur.l.1. C. de impuberum.l.cohæredi.§. qui discretas.ff.de uulgari. Sed 3 an in tali substitutione tria tẽpora habilia requirantur, nõ secus quàm in institutionibus. iuxta.l.si alienum.§.in extraneis.ff.de hære. inst.§.in extraneis. inst. de hær. quali.& magis est, ut totidem tempora habilia desiderarentur, sed non eadem. Nam in institutionibus tria tempora habilia desiderantur, nempe tempus, quo fit testamentum, ut id subsistat, & tempus mortis testatoris, ut confirmetur, & tempus aditæ hæreditatis, ut effectum habeat. ut.dd. iuribus.idemq; similiter erit & in substitutionibus: siquidem primò nominatus uiuo testatore decesserit. argumento.§.in primo.&.§. pro secundo.C.de cad.tollend. Cæterùm si superuixerit aliud erit. nam tunc habilitas sufficit, quòd sit tempore testamenti, & tempore, quo substitutioni locus sit, & tempore, quo acceptatur id emolumentum, aut hæreditas ut.dd.ll.& quod plenè tradit Bartho.Socinus in.l.2.ff.de uulg.col.2.post medium. dixi plenè in.2. & 3. requisito pupillaris subst.

1 Reciproca ut fiat.

2 Reciproca in substitutione eadẽ partes adiectæ uidẽtur quæ inerant institutioni.

3 Reciproca quot tẽpora habilia desideret.

Quid 4 si duos impuberes hæredes scripsi cum extraneo, eosq; inuicem substitui. an inter omnes tres, uulgares tantùm contineantur, an uerò etiam pupillares inter ipsos impuberes? & uulgares tantùm contineri, tenet Ias.in.d.l. Lucius num.14.post Bartolum ibi & num.8.& reliquos doct.ff.de uulgari.per generalitatem illius legis &.d.l. iam hoc iure.uersic. quod ius &.l 2.l. quanuis.C.de impuberum. Sed ad partem contrariam proclivior sum.argum.l.cohæredi. §. qui discretas. ff. de uulgari si rectè inspiciatur. & quia hic est informis eademq; reciproca substitutio, ut fusius edocemus suprà de informi substitutione. Nec dubium uideri debet, quia 5 informis eademque reciproca substitutio ex proprietate sermonis, ut & ibi diximus, comprehendat non solùm uulgares, sed etiam pupillares, & exemplares substitutiones, ac fideicommissarias.l.iam hoc iure uerbo. hoc communi uerbo.ff.de uulgari.l.generaliter C.de inst.& subst.l.precibus. ibi, utrum in primum an in secundum.C.de impuberum.l.in testamento in mag. C. de testamen.militis.l.centurio.ff.de uulgari.l.arbores.l. uel mutilum.ff.de usufruct. ergo illa uerba, uos inuicẽ

4 Reciproca facta duobus filiis impuberibus et extraneo an etiã pupillares contineat. ardua q.

5 Reciproca cõprehendit omnes substitutionum species.

substituo

substituo. licèt relata ad dispares personas, hoc est quæ in una fieri poterat uulgaris tantùm, in altera uerò uulgaris & pupillaris, uulgares tantùm in utriusque persona contineat, ne inducatur inæqualitas, si in persona unius simplex tantùm, in persona uerò alterius duplex substitutio contineretur. ut.dd.ll. tamen quando referuntur ad tres personas, uel plures, si inter duos eorum æqualitas est, quia sunt impuberes, licèt tertius pubes sit, & sic disparis conditionis respectu impuberum, ad huc is impedimēto non est, quo minus inter impuberes sunt tam uulgares quam pupillares; quia inter eos cessat ratio inæqualitatis, in qua nititur restrictio. d. l. Lucius. d. l. iam hoc iure. d. l. 2. d. l. quamuis. &

6 *Rationis in lege expressæ quata uis.*

6 cessante ratione. d. restrictionis cessat restrictio ipsa, præsertim cum in. dd. ll. ea ratio expressa sit, ut est communis op. quam tenent glo. in authen. de hæred. abintesta. ueni. §. fin. uerbo ordine. Alex. Corneus, Ias. & Curtius Iunior in. l. humanitatis. per tex. ibi. C. de impuberum Ias. Decius, & Purpuratus per tex. ibi in. l. fin. C. de pact. doctores per tex. ibi in. l. cum oportet. in prin. C. de bonis quæ liberis. Ias. num. 14. in. l. de quibus. ff. de legib. idem Ias. & Paulus Castrensis in. l. quamuis. C. de fideicomm. idem Ias. in auth. quas actiones. C. de sacros. ecclesi. l. his solis ad finem. C. de reuo. dona. Georgius Natanus in c. quamuis pactum. numero 32. de pact. lib. 6. facit. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patrona. Ergo cùm in specie nostra cesset ratio prohibitionis & restrictionis quò ad ipsos impuberes necesse est, ut ipsa restrictio cesset, & consequenter ex sint uulgares & pupillares, non secus quam si cessaret interuentus alterius tertii hæredis. per. dd. ll. & c. si pater. de testamen. in. 6. & l. 1. l. 3. l. qui liberis in princ. & §. hæc uerba. ff. de uulgari iuncta. d. l. cohæredi. §. qui discretas eod. titulo nec dubium est, quin ut cessante ratione legis ex toto, ipsius legis dispositio ex toto cessaret. ut. dd ll. ita quoque & facilius, si cessat ratio legis ex parte, quò ad illam partem cessat legis dispositio. per argum. de toto ad partem, præsertim in materia fauorabili, qualis est, quòd hic etiam pupillares contineantur inter impuberes. l. si pupillus. uerbo. impugnat enim utilitatem impuberis. ff. de acqui. hær. glo. & doctores in. l. ex tribus. C. de inoffic. testamento. iuncta. l. an pars. ff. pro de reli. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad treb. l. quæ de tota. ff. de rei uendi. facit, quia

7 *Pluralitas resoluitur in suas singularitates.*

7 pluralitas resoluitur in suas singularitates. l. 2. §. fin. ff de condit. inst. l. falsa. §. fin. ff. de cond. & demonstra. l. Stichum qui meus erit. ff. de lega. 1. ubi per omnes ergo illa uerba uos inuicem substituo, scinduntur in suas singularitates habenturque perinde ac si dicerem, unum impuberem alteri impuberi substituo, & alterum impuberem alteri quoque substituo. quo casu indubitatum esset inter eos esse pupillares, nō secus quàm uulgares. d. l. Lucius. d. l. iam hoc iure. d. l. 2. d. l. quamuis. optimè facit si rectè expendatur. l. si ita quis hæredes ff. de hær. inst. ibi, non tam coniungisse quam celeriter dixisse uidetur.

8 *Emancipato uno ex impuberibus, quos inuicē substitueram, in neutrius persona extinguitur pupillaris. contra communem.*

Quid si duos filios impuberes hæredes instituì, eosque inuicem substitui, & postea alterum emancipaui? quo casu pupillaris in persona emancipati extinguitur. an etiam similiter & in persona alterius, qui in potestate retentus fuerat pupillaris extinguetur? & sane cōmunis op. est extingui secundum Ias. num. 17. in. d. l. Lucius. sicq; duo uolunt communiter doctores, primum, quòd pupillaris extinguatur in persona emancipati, alterum, quod extinguatur etiam in persona alterius. primum suspectum est, (quamuis illud ueluti indubitatum doctores dixerint) quia ut etiam emancipato fieri potest pupillaris eritq; utilis si postea iterum adoptetur. l. 2. §. sed & si extraneum. ff. de uulg. secundum ueriorem intellectum ut suprà diximus in materia pupillaris substitutionis. ita & longè facilius si pupillaris facta fuerit filio in potestate, & is postea emancipetur, non

9 *Emancipato potest fieri pupillaris.*

desinet ipso iure ualere, sed ita demum si nunquam ad testantis familiam reuersus fuerit. nam si reuersus fuerit, quasi à somno surgens incipiet uires suas pupillaris quas habuit suspensas recuperare. argumento. d. §. sed si extraneum. facit. l. filio quem pater ff. de liber. & posthum. dum ait, non translatus, sed reditus uideretur. ubi filius, qui emancipatur si rursus adoptatur quasi à quadam absentia, uel itinere reuersus uidetur, habeturq; perinde ac si nunquam fuisset à familia & potestate patris separatus. Alterum uerò,

10 *Reciproca filiis impuberibus facta, si alter emancipetur, pupillaris in eius tantùm persona, non etiam in persona alterius suspenditur. cū Ias. contra cōmun.*

10 ut in persona etiam alterius, qui in potestate retentus fuerat pupillaris extinguatur sine dubio, ut proximè dicebamus, uerùm non est: & in eo tantùm quæstio erit, an sopiatur interea & suspendatur eius effectus, non secus quàm sopitur & suspenditur in persona illius, qui fuit emancipatus quandiu ad potestatem patris non reuertitur. & ex mente communis opin. supra relatæ est, pupillarem interea cessare in persona utriusque, id quod abnegat Iaso. ubi suprà cuius opinio, ut nobis uidetur, ad mentem iuris proprius accedit. Nam

11 *Reciproca continet subse pupillares, & licèt unus ex pupillis pubescat, non illico in persona alterius euanuit pupillaris.*

11 si duos impuberes institutos inuicem substitui, alterque pubes factus fuit in cuius persona pupillaris non solùm suspensa, sed etiā extincta fuit, non ideo cessat pupillaris in persona alterius in potestate retenti, ut planè esse uidetur ex mente. l. penult. C. de impuberum. l. ex duobus. l. qui duo. ff. de uulgari. l. quod de pariter. l. qui duos. ff. de rebus dubiis. l. 2. l. quamuis. C. de impuberum. l. iam hoc iure. l. Lucius suprà allega. ergo idem & facilius etiam si alter impubes per emancipationem à patris potestate exierit & per æquiparationem de qua in. l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de liber. & posthum. uide Socinum col. 5. in l. 2. ff. de uulgari. Ergo

12 *Idē in alia quauis ratione, qua impubes à patris potestate liberatus erat.*

12 si per monachismum alter impubes uel per dignitatem à patris potestate liberatus fuerit, idem erit. nam in altero, qui in potestate patris perdurauit pupillaris integra manebit. idemque in deportatione ipsius, si tam doli capax impubes fuit, ut eam mereri posset.

13 *Reciproca inter filiumfam. & emancipatum impuberes facta, si emancipatus readoptetur, an incipiat cōtinere pupillares.*

Quid autem 13 si duos impuberes filios alterum in potestate alterum emancipatum hæredem institui, eosque inuicem substitui: & postea emancipatum adoptaui? an quamuis ante adoptionem pupillaris nulla erat. d. l. Lucius cum simil. suprà alleg. tamen post adoptionem pupillares inter eos esse incipiant? & pro parte affirmatiua facit egregius tex. in. d. l. filio. quem suprà alle. adhuc tamen id nimis nouum uideretur, licèt pro hac parte affirmatiua faciat. d. l. 2. §. sed & si extraneum. ff. de uulgari. quod satis tollerabile est. dic tamen ut per Alex. nu. 16. in. d. l. Lucius. ff. de uulgari & pupilla.

14 *Reciprocà facta inter impuberes, & demētem, an pupillarē, & exēplarem cōtineat. et dua q.*

Quid 14 si duos filios in potestate alterum impuberem alterum furiosum hæredes scripsi, eosque inuicem substitui. an uulgaris, & pupillaris in persona impuberis, & uulgaris & exemplaris in persona dementis contineātur? an uerò uulgares tantùm in persona utriusque? id, quod à doctoribus frequentius receptum est, Iasone repugnante in. d. l. Lucius. numero 22. cuius op. contra magis communem mihi uerior uidetur. Nam regula stat pro nobis, ut ex proprietate uerborum hæc informis eademque reciproca substitutio omnes omnino substitutionum species comprehendat. d. l. iam hoc iure. uerbo, hoc communi uerbo. cum simil. suprà all. ab hac regula recedimus ne inducatur imparitas, aut inæqualitas inter substitutos. d. l. iam hoc iure. d. l. Lucius. d. l. 2. d. l. quamuis. Inæqualitas

15 *Reciproca quando inter inæquales facta dicatur.*

15 autem in eo duntaxat, & non in alio sita esse intelligitur, quando in persona unius esset simplex tantùm, in persona uerò alterius, duplex substitutio. nam in reliquis non solùm potest esse inæqualitas, immo non potest non esse inæqualitas, quia impuberum inuicem substitutorum unus minor, alter maior ætate, ut sit, necesse est. ut. d. l. Lucius. d. l. iam hoc iure. d. l. 2. d. l. quamuis. iuncta. l. j. ff. de uulgari. Cùm ergo in hoc casu in persona utriusq; sit duplex substitutio, uulgaris nempe, & pupillaris quò ad impuberem, & uulgaris & exemplaris quò ad dementem

mentem, nulla inæqualitas inter eos esse intelligitur. ut.dd.ll. neque ad rem pertinet, quòd pupillaris fortè possit euanescere prius quàm exemplaris aduenien te pubertate, nam & similiter exemplaris posset euanescere prior per aduentum sanæ mentis, & isthæc inæqualitas in consideratione non est. iuxta textum egregium in.l.de fideicommisso. ad finem.C.de transa. quinimò longè maior inæqualitas est inter impuberes, quibus fierent pupillares sub reciproca cōprehensæ: quandoquidem cùm sint disparis ætatis necesse est, ut in persona unius citius quàm in persona alterius finiatur pupillaris. at in nostrò casu incertum est in utrius. nam persona citius euanescet pupillaris, an exemplaris; sicq; hoc casu inæqualitas certa est, illo autem casu omnino dubia.

16 *Reciproca codicillis facta, quas subst. contineat, & quid si esset statutum, ut uerba intelligātur prout iacent.*

Illud autem dubium est, an 16 sub breuiloqua fideicommissariæ contineantur? id, quod recepta doctorū sententia admissum est, Iasone repugnante in.d.l. Lucius.num.29. qui uult etiam directas contineri. id, quod est contra.l.Scæuola.ff.ad trebelianum. §. pen. inst. de codicil.l.2.C.eod.titulo cum similibus, & diximus plenius in lib.3.de success.creatio.§.25.in princ.quod obtinet quò ad iuris effectum, nam quò ad uerborum proprietatem sub reciproca facta codicillis directæ substitutiones continentur, non secus quàm si fierent in testamento. ut suprà ostendimus. & ita potest aliquantulum substineri Iasonis op. Quid ergo si staret statutum, ut uerba intelligerentur prout iacent, citra ullam interpretationem? tunc uidetur, quòd iure directo ualerent, cùm id suadeat proprietas sermonis. argumento.d.l.iam hoc iure. uerbo, hoc communi uerbo. cum simi. ut suprà diximus. per contrarium uidetur, quòd nec ualeat iure directo nec iure fideicommissi, non quidem iure directo, propter iuris communis prohibitionem, non similiter iure fideicommissi, propter prohibitionem statuti nolentis ualere dispositionem non dilucidam.

17 *Reciproca impuberibus facta in codicillis, an solas fideic. contineat. ardua q.*

18 *Reciproca si filijs impuberibus, codicillis fiat, tenet ut fideicōmissaria, sed extinguitur pubertate. Idem facilius si pupillaris formalis fieret.*

Superioribus proxima est illa controuersia, an si 17 codicillis facta fuerit reciproca substitutio impuberibus filijs à patre institutis fideicommissarias tantùm substitutiones subse contineat, an uerò etiam directas pupillares. & fideicommissarias tantùm contineri. communis opin. est, repugnante Ias. qui in.d.l.Lucius num. 11. tenet contineri etiam directas pupillares, sed communis opin. uerior est. per tex.in.d.l.Scæuola & in.§.pe.instit.de codicill.& in.l.2.C.eod.tit. Sed an 18 illa fideicommissaria erit perpetua, nec ne, non leuis contentio esse posset, argumento.l. si fundum per fideicommissum. §. sicuti cum lege seq.&.l.quod fideicommissum. ff. de lega.j. ubi quando fideicommissum quasi in locum pupillaris substitutionis successit, finitur pubertate, non secus quàm ipsa pupillaris substitutio. Vnde in quibus casibus pupillaris eo quòd iure directo ualere nequiuit, in fideicommissariam conuersa fuit (ueluti si codicillis facta fuerit) efficit, ut illa fideicommissaria, pubertate finiatur, non secus quàm finiretur si iure pupillaris directæ ualeret. argumen.d.l.quod fideicommissum. & diximus suprà lib.præced.§.j.quod obtinet quando pupillaris specificè & formaliter facta fuit, ut.d.l.quod fideicommissum. iuncta.d.l.Scæuola. quòd si non specificè facta esset, aut formaliter, sed sub reciproca, & informi pupillaris contineretur, hoc est in codicillis ea informis reciprocaque substitutio facta esset, quæ iure directæ pupillaris ualere non potest. an ualeret durante pupillari ætate iure fideicommissi, ut postea extingueretur ipso iure ad similitudinem pupillaris specificæ, quæ in fideicommissariam uersa esset? & sanè id admitti potest. argumen.d.l.quod fideicommissum. quæ hoc modo utiliter ampliaretur. & uide Bar.col.2.in.d.l.Lucius.

19 *Reciproca facta à milite personis impuberibus, quas substitutiones contineat.*

Quid 19 autem si reciproca fiat a milite personis imparibus milesque expressit se uelle, ut etiam post aditam hæreditatem ualeret, quo casu post aditam hæreditatem in persona eius, cui pupillaris fieri non poterat ualebit iure directę militaris.l.cēturio.ff.de uulgari. sed in persona eius, cui pupillaris fieri poterat, an ut directa tantùm militaris ualeat, an uerò ut pupillaris? (effectus est magnus, quia in militari ueniunt bona tantùm testantis, in pupillari ueniunt bona etiam impuberis & testatoris.l.sed si plures.§.filio.ff. de uulgari. iuncta.d.l. centurio) dic ut plenè per Ias.in.l.in testamēto.in mag. num.10.C.de milit.testam.

20 *Reciproca expressas, an tacitas contineat, & an matrem excludant.*

Denique quid 20 sit reciproca substitutio, quem effectum producat. & ut finiatur: uidendum est per Episcopum Couarubiam in.c.Rainutius.§.7.de testamen. & an contineat expressas in genere, & tacitas in specie, tradit ibidem. & Tiraquellus in legibus connubialibus gl.7.num.143.ubi etiam num.173.& nume.179.cum pl. seq.an illę tacitæ substitutiones sub reciproca comprehensę matrem excludant.

21 *Reciproca facta uni impuberi, & alteri dementi, an pupillarem, & exemplarem contineat? egregia q.*

Repero iterum illum articulum de breuiloqua facta duobus filiis, quorum alter impubes, alter pubes, sed demens erat. & breuiloqua 21 facta duobus filiis, quorum alter impubes est, alter pubes, sed furiosus, uulgares tantùm in persona utriusque continet, non autem exemplarem in persona furiosi, & pupillarem in persona impuberis. Bar.in.l.Lucius.ff.de uulg.num.15. communis opin. est secundum Ias. ibi nume.22.ubi Ripa nume.23. Politus de breuiloqua substitutione num. 6. per generalitatem.l.iam hoc iure &.l.Lucius.ff. de uulgari. &.l.2.&.l.quamuis.C.de impuberum. impar enim ac iniquum meritò uideri debet, si alterius substitutio per aduentum pubertatis illico finiatur, alterius uerò non aliter quam per reditum sanæ mentis. argumen. dictarum legum.

Contrariam partem, ut in persona unius sit etiam exēplaris & in persona alterius pupillaris, uult Imola in.d.l.Lucius, quam ueriorem dicunt suprà citati & Claudius ibid.col.4. hanc dixit communem Zasius de breuiloqua num.10.& in hanc partem procliuior sum. nam illa uerba (uos inuicem substituo) inspecta ui, & potestate sermonis quin utrunque casum tam ante acquisitam quàm post acquisitam hæreditatem comprehendant, negari non potest. d.l.iam hoc iure. ibi, hoc communi uerbo. sicque post mortem alterutrius alter superstes inuitatus fuit, & admitti deberet, nisi ex legis interpretatione contra uim & proprietatem, seu generalitatem uerborum fieret ea interpretatio, ne post relicti acquisitionem substitutus excludatur.l. post aditam.C. de impuberum.l.sed si plures.§.filio impuberi.ff.de uulgari. quæ interpretatio fit fauore illius, cui fit substitutio, ne eius hæredes per substitutum excludantur, quasi cùm ipse fuerit primò nominatus censeatur magis dilectus.l.Publius Meuius.§.i.ff.de cond. & dem. ut sic substitutus quasi in subsidium inuitatus intelligatur: nempe cum primò nominatus quauis ratione relictum acquirere desieris. argum.in prin.inst.de uulg. in princ. &.§.i. C. de cad.toll. hæc ergo interpretatio, quæ fit à lege contra uim uerborum fauore ipsius primò nominati meritò cessabit, quando ipsi primo nominato commodius est substitutum admitti quàm excludi. commodius autem esse intelligendum est, admitti substitutum pupillarem etiam ipsi impuberi.l.si pupillus.ff.de acqui. hære. uerb. utilitatem impuberis. tenet gl. communiter app.in.l.ex tribus.C.de inof.testamento. idemque in exēplari. argumen.l.ex facto.ff.de uulgari.§.qua ratione insti.de pupill.l.humanitatis.C.de impuberum. fallit quando inter reciprocè substitutos esset disparitas.d.l.iā hoc iure. cum conc. suprà all. disparitatē autem accipere debemus, quando plures substitutionum species essent in persona unius quàm in persona alterius: quod si plures non sint licèt diuersę sint non nocet; sicque sufficit quòd sint tot, & si non eædem, sed uariæ sint, etiam si altera sit, aut esse possit longioris, altera breuioris uitæ. Quid enim si habebā filium anniculum, & alterum tredecim annorum eosque inuicem substitui, non ne multo citius

to citius unius quam alterius substitutio finietur? nec tamen id impedimento est, ergo idem & in specie nostra; licèt pupillaris & exemplaris possint diuersis temporibus resolui. argumen. d. l. iam hoc iure. & d. l. Lucius & d. l. 2. & d. l. quamuis.

22 *Compendiosa facta ei qui infra 25. annum decesserit, an infra 4. annum fit pupillaris, & postea fideic.*

Iuxta istam partem quæritur. Dixi 22 si filius institutus infra 25. annum, uel postea decesserit, substituto, uel bona mea perueniant, uel pertineat ad Titium & si quidem erat impubes infra pubertatem iure directo ualebit, per. c. si pater. de testamen. lib. 6. l. precibus in uerb substituit. l. in pupillari. uerb. substitutione. d. §. fin. & d. l. centurio. uerb. directo substituit. post pubertatē erit fideicom. secundum Couarub. de testamen. c. Raynutius. §. 9. num. 17. argumen. l. precibus. intelligendo non esse speciale in milite. c. si pater. de testam. lib. 6. ibi quā quam. facit. l. Scæuola. ad Treb. ff. Sed in contrarium fortiter facit. l. centurio uers. post eam. item. d. l. in pupillari. d. l. uerbis. in quibus nunquam obliquatur, quæ iure directo ualere cœpit. Item nulla lege fit distinctio inter uerba directa, & obliqua, sed in directis id expeditum. ergo &c. ad. c. si pater. dic quòd intelligitur in terminis. l. Scæuola. ad. l. precibus resp. in milite esse speciale, ut trahatur non ad fideicom. sed ad directam militarem. denique tene communem per. l. precibus nouissimè inducendo. Nam si iungas uerbum compendiosa cū illis uerbis si infra 14. suæ ætatis annum, uel postea decesserit. inuenies nil interesse utrum ita fiat substitutio, si decesserit, uel si infra 25. annum decesserit. an ita si infra 14. annum, aut postea, uel si infra 14. annum, aut postea infra. 25. decesserit. at si dicerem, si infra 14. uel postea decesserit, uel si infra 14. uel postea infra. 25. decesserit, nulli dubium quin impuberi decedenti succedatur ex directa, postea uerò decedenti ex fideicom. ergo idem &c. Nec dicatur speciale esse in milite. nam stante. d. æquiparatione idem indubitanter, & in pagano. Nec ad rem pertinent illa uerba, non usque ad certam ætatem. nam eorum sensus est, quòd si dixissem si decesserit infra 14. uel postea. infra. 25. tunc 23 fieret distinctio triplex iuxta. d. l. precibus. nam aut infra pupillarem decessit, & substitutus habebit bona utriusq;, aut post pupillarem infra 20. annum, & habebit bona tantùm paterna, aut post 25. & nil habebit. at cum dixit, si decesserit infra pupillarem, aut postea, tunc fit duplex tantùm distinctio. s. aut decesserit infra pupillarem aut postea. At in impubere, uel extraneo, iure tantùm fideicom. l. ex facto. in princ. ad Treb. ff. & §. extraneo. inst. de pupill. in milite testante, si fiat impuberi infra 14. iure pupillaris, postea iure directæ militaris per l. centurio. & d. l. milites etiam. iuncto. d. c. si pater. ibi, cum in substitutionibus. infero quòd. l. precibus. in fin. ibi, ueluti ex causa fideicommissi. est intelligenda non uerè sed similitudinariè ad. l. in testamento. C. de testamento mil. resp. quod debet intelligi in reciproca, non in cōpendiosa ratio differentiæ, quia cum sit cōpendiosa, habetur ac si testator utrunque tempus expressisset, sed si reuera utrunque exprimeret, tunc utroque tempore iure directo ualeret, quia postea. d. l. centurio. d. l. milites etiam, iuncto. d. c. si pater. ibi, cum in substitutionibus ergo &c. at in reciproca in dubio fit interpretatio, ut in alterum tantùm casum. i. in uulgarem, cùm disparibus fit facta uideatur. itaque nunquam præsumitur, quòd testator etiam miles uelit uti iure potestateque sua quò ad hoc, ut reciproca in persona unius in alterum tantùm casum ualeat, in persona alterius uerò in utrunque. nam & in pagano idem præsumeretur propter æqualitatem seruandam. d. l. iam hoc iure. cum conc. dic ergo in. l. in testamento. testator miles potuit utrique substituere iure militari, etiam post portionem quæsitam quò ad bona tantùm ipsius testatoris. d. l. milites etiam. l. centurio. l. miles. ita §. exhæredato. l. cum filius. de mil. testamēto. ff. sed quò ad bona ipsorum hæredum non potuit utrique, sed filiæ tantùm suæ. modò sic, substitutus si petat bona tam pupillæ quam testatoris excluditur ex regula iuris communis, quia nec miles, nec paganus præsumuntur facere pupillarem in persona unius, cùm non possint in persona utriusque. sin autem petat bona solius testatoris excluditur, quia licèt testator possit substituere nō solùm ante aditam (quod omnes possunt) sed & post aditam, quod militibus tantùm licet: tamen cum expressim post aditam non substituit, nunquam id uoluisse præsumitur, sed reciproca infra terminos uulgaris tantùm se continebit: & tamen si omnes essent in potestate ipsius, tunc post aditam (.i. pupillariter) utrisq; substituere uideretur. l. Lucius. ff. de uulg. d. l. in testamento. d. l. iam hoc iure. d. l. quamuis. ff. sed quare ut reciproca cùm ad pupillares trahi potest, trahitur: sed ad directas militares nūquam trahitur, licèt possit. resp. differentiæ ratio est, quia pupillaris fructuosa est omnibus, non ita militaris, quæ magis etiam onerosa est, quàm fideicommissaria, quia per fideicom. nō uniuersa bona testatoris auferuntur; & tamen auferuntur per militarem: ergo, qua ratione reciproca à pagano facta non trahitur ad fideicommissarias, ead. ratione à milite facta non trahitur ad directas militares licèt utrobiq; par potestas sit.

Alia multa hanc ad materiam spectantia edocti sumus in reliquis substitutionum speciebus, de quibus. suprà sed ex proximè dictis infero, uerum 24 non esse, quod doct. in. d. l. in testamento. per tex. ibi, aiunt, quòd. s. miles nūquam iure suo, sed communi uti uidetur. id, quod est contra. l. 2. ff. de mil. testamen. nec obest. d. l. in testamen. ubi, ideo non uidetur quia non patiuntur uerba. uerba enim substitutionis deficiunt post aditam. l. post aditam. de impub. ratio, quia substitutio in subsidium facta uidetur. l. un. in princ. de cad. toll. in princ. insti. de uulg. infero contra doct. quòd 25 si miles puberibus reciprocè substitueret per uerba communia, tunc per directam militarem, non per fideicom. tantùm substituere uideretur. argum. d. c. si pater. ibi, cum in substitutionibus: quod obtinet quando etiam post aditam miles uoluit substitutum admitti. inde uidetur inferri, quòd 26 illa uerba, nosque inuicem substituo. trahantur ad pupillares, contra uim uerborum ex interpretatione. neque pupillares sint omnino tacitæ ex doctrina Curtij. in. l. 1. col. 1. ad fin. C. de impub. sed nos contra ut quòd ea reciproca ad militares nō trahatur. ut. d. l. in testamento. id magis fit ex interpretatione, ut proprietas sermonis uitietur, ne substitutionis natura uioletur. Verbum enim substituo, non minus inspecta sui proprietate post aditam, quàm ante aditam locum haberet, nisi aliter per interpretationem induceret. d. l. post aditam. infero quòd qui pluribus simpliciter substituitur post exclusionem cuiusque ex proprietate uerborum admittendus esset: si non per interpretationem excluderetur. Confirma omnia superiora, nam substitutio inspecta proprietate uendicat sibi locum post exclusionem instituti quo quo modo contingentem. l. 3. C. de hær. inst. sed negari non potest quin moriens excludatur. auth. de nupt. §. de inceps. ubi mors omnia soluit. ergo &c. ad quorum omnium iustificationem est præsupponendum, uerbum substituo, esse commune, comprehendens ex sermonis proprietate omnes substitutionum species, tam, quæ ante aditam, quàm quę post aditam hæreditatem locum habent. l. generaliter. C. de inst. & subst. l. precibus. uerbo utrum in primum, an in secundum. C. de impuberum. l. iam hoc iure. uerbo hoc communi uerbo. ubi notant cōmuniter doct. ff. de uulgari. reliqua ad hanc materiam spectantia in aliis substitutionum speciebus acta fuerūt.

23 *Intell. l. precibus. C. de impuberum.*

24 *Miles an uideatur uti iure cōmuni.*

25 *Reciproca puberibus à milite facta post aditam continet directas militares.*

26 *Reciproca comprehendit pupillares ex proprietate sermonis. contra Curt. Iun.*

De militari testamento §. xx.

SVMMARIVM.

1 *Militis testamentum est informe.*
2 *Ratio expressa in lege, lex est.*
3 *Militis testamento non oportet testes esse in conspectu testantis.*
4 *Nec quòd testes essent toti testamenta præsentes.*
5 *Nec quòd testis uideat.*
6 *Nec quòd ijdem testes perceperint tenorem totius testamenti.*
7 *Nec quòd tabellio fuerit rogatus.*
8 *Potest scribi per notas.*
9 *Fœmineum testimonium.*
10 *Testes forenses.*
11 *Defectus institutionis, aut præpòsteratio.*
12 *Liberorum, aut parentum præteritio, uel exhæredatio.*
13 *Bon. poss. contra tab. tam regularis quàm irregularis cessat.*
14 *Ius dicendi nullum cessat.*
15 *Testatur per alium.*
16 *Miles potest partim testatus decedere quò ad res, & quò ad tempus.*
17 *Miles si hæredem ex parte scripsit, cessat ius accrescendi. cum Viglio, & Decio contra plures.*
18 *Miles etiam post aditam potest directò substituere.*
19 *Militum pactum reciprocum de succedendo ualet, quod an fauore piæ causæ ualeat, ardua q. est.*
20 *Miles comprehenditur sub regulis contra Tiraquel.*
21 *Militis testamentum non subiacet querelæ.*
22 *Miles an legitimæ pepercisse uideatur.*
23 *Miles inuentarium an facere teneatur.*
24 *Miles ius ignorare præsumitur.*
25 *Miles an se cõformare cum legis dispositione uideatur?*
26 *Miles hæredem nutu facere potest.*
27 *Miles ita dixit, si filius meus uiuo me decesserit, Seius hæres esto. an filius institutus uideatur? ardua q.*
28 *Miles Trebelianicæ quando pepercisse uideatur.*
29 *Miles cum duobus testamentis decedere potest.*
30 *Miles sub compendiosa non uidetur fecisse uulgarem.*
31 *Miles sub pupillari non uidetur fecisse uulgarem.*
32 *Militis in testamento non cessat substitutio post aditam hæreditatem.*
33 *Militis substitutio uulgaris continet fideicommissariam.*
34 *Militis in testamento exemplaris non continet uulgarem.*
35 *Militis in testamento conditio casualis, uel mixta non reiicitur de filii institutione.*
36 *Militis in testamento cessat supplementum legitimæ.*
37 *Miles etiam maiori potest post aditam directò substituere.*
38 *Miles codicillis potest facere directam pupillarem & exempl. & uulgarem, & compendiosam, & informem.*
39 *Miles in codicillis potest facere institutionem.*
40 *Miles mutus, & surdus à natura, an possit testari.*
41 *Miles etiam codicillis legare potest.*
42 *Miles à legatario legare potest.*
43 *Militis testamentum ualet licèt non relegatur coram testibus. ardua q.*
44 *Miles nutu testatur, & quid si fiat testamentum ad pias causas, uel inter liberos. ardua q.*
45 *Argumentum de contractibus ad ultimas uoluntates, quando ualeat?*
46 *Miles etiam cæcus informiter potest testari contra. Ange.*
47 *Militis in testamento cessat temporis inscriptio.*
48 *Militis in testamento non reiicitur conditio iurandi.*
49 *Militis de testamento quando reiiciatur conditio impossibilis.*
50 *Miles deportatus testatur, idem si aquæ & ignis esset interdictus, uel ad bestias damnatus*
51 *Militis in testamento exequutor agere potest contra hæredem.*
52 *Militis in testamento non est necesse conditionem impleri in forma specifica.*
53 *Militis filius, qui à iudice monitus legata non præstitit etiam legitima priuatur.*
54 *Militis in testamento an exequutor nominatus sit compellendus acceptare.*
55 *Miles ultra uires lagatariis non tenetur, licèt non fecerit inuentarium.*
56 *Militis testamentum habet clausulam codicillarem.*
57 *Militis in testamento exequutori etiam impedito currit annus.*
58 *Miles potest legare, quod apud hostes est, sub conditione si ad nos reuersum fuerit.*
59 *Militis pecunia res emptatiua sit, eique sæpe conceditur restitutio, quæ aliis denegatur.*

SVPEREST, ut uideamus de militari testamento, quod in cunctis, sed maximè in substitutionibus est priuilegiatum: & in progressu quoq; successionum uariæ differentiæ admissæ sunt inter paganum & militem; ergo acturi de militari testamento, admonendi sumus, id testamentum singularia præcepta habere quàm plura. Primum in sui creatione, deinde in progressu, postremò in sui resolutione. Primumq; agemus promiscuè de eius irregularitate, tam quò ad creationem, quam quò ad sui resolutionem. deinde separatim de irregularitate eius, quò ad effectum eloquebimur. Quò ad primum sic regula, quòd 1 in sui tam creatione quam resolutione est irregulare, id quod probatur sic, Nam 2 ratio expressa in lege habetur pro ipsa lege, & decisio particularis loco exempli est. Bald. in repet. l. de quibus. col. 12. ff. de legib. uersi. item nota quòd non uidetur. Ias. in. l. si Titio. in princ. col. fin. ff. de uerbo. obliga. Alexan. consil. 75. uidetur in præsenti. col. 3. lib. 5. idem Tiraquel. in. l. si unquam. C. de reuoc. donat. uerbo. libertatis. num. 45. glos. in authen. de hær. ad. §. fin. uerbo, ordine. quam dicit unicam Bal. in. l. fin. ff. de hær. insti. idem Bald. in. l. fin. C. de libe. præt. Alex. in. l. cum mulier col. 5. ff. solut. matrimonio. glos. in clementina. 1. uerbo. eligatur de electione. plenè per Iaso. in. l. re coniuncti. nume. 181. ff. de leg. 3. Iaso. in authen. quas actiones num. 22. C. de sacro. eccle. Bald. ibi col. 2. Paul. in. l. quamuis. C. de fideicom. Cuman. in. d. l. cum mulier. §. 1. per tex. ibi. ff. sol. matrimon. Georg. Nata. in c. quamuis de pact. in. 6. nume. 32. Cur. Iuni. in. l. humanitatis. per tex. ibi num. 15. C. de impuber. ubi Ias. num. 6. Alexand. num. 5. Corneus num. 15. Purpu. in. l. stipulatio hoc modo. ff. de uerbo. oblig. col. 5. ad fin. num. 12. Deci. consi. 372. num. 7. Forte. in. l. Gallus. §. & quid si tantùm col. 87. ff. de liber. & posthum. Crotus in. l. si constante ff. solut. matrimonio. lect. 2. super. 7. quæstione Bar. Iaso. in. l. transigere. nume. 15. C. de transact. Ripa in. l. nemo potest. num. 50. ff. de lega. 1. ubi Hannibal num. 349. Ias. in. l. Marcellus. in princ. ad treb. Deci. in authen. ex testamento col. 4. C. de colla. Ias. in. l. de quibus nume. 14. ff. de legib. Tiraqu. de causa cess. part. 1. num. 135. cum seq. per. l. his solis. C. de reuoc. donat. l. si fratres. §. idem papi. ff. pro socio. l. 2. §. idem quoque. & §. si duo. ff. de coll. bon. l. fin. ff. de hæc. inst. Petrus & Cynus in. l. iura nõ in singulas. ff. de legib. unde quod ratio legis inducit est ipsa lex, ut resoluit plenè Tiraqu. ubi supra num. 135. num seq. qui quamplures citat huius sententiæ authores.

1 *Militis testa. est informe.*

2 *Ratio expressa in lege lex est.*

tes. Sed sic est, quòd in.§.planè institu.de mil.testam.dicitur, & exprimitur illa ratio, ne uera militum iudicia subuertantur. item exprimitur illa secunda ratio, ipsorum militum interesse eorum uoluntatem legitimè probari; quasi, si qua solennitas in eorum testamentis a lege assignetur, id non ad formam depingendam, sed tantùm ad legitimam rei gestæ probationem habendam requiratur. ipsi enim quo uelint, & quomodo possint possunt, testari, ut ibi expressum est. & etiam in.l. Diuus.ff.eod.est & tertia ratio expressa in lege, scilicet propter nimiam eorum imperitiam, ut in princip. instit. de mil.test.l.quanquam.C.eod.facit.l.1.ff.eod. ibi plenissimam indulgentiam. & ibi, nuda uoluntas & in prin. inst.eod.titulo, ibi, tiam quamuis ij neque legitimum testium numerum adhibuerint, neque aliam testamentorum solennitatem obseruauerint rite & c.ergo nulla omnino solennitas desideratur tam ex decisione, quàm ex ratione in dictis legibus expressa. id quod uariè intelligitur, primùm quidem in numero testium, ut dictis iuribus expressum est. deinde procedit etiam & quo ad illam solennitatem, ut 3 testes testamentarij sint in conspectu testatoris, quæ quidem solennitas in reliquis testamentis desideratur. ut est communis op. quam tenent & resoluunt Deci.consi.354. in casu in proposito num.1.Corn.consi.18.in nomine Domini lib.2.num.4. Paris consil.33.col.1.lib.2.Bar.Salice.Fulgo.Paul.& Bened.de Plumbi.in.d.l.si non speciali. Bal.in.l.si non speciali.C.de testa.ubi Iaso.in princ. & rursus in tertio notab. Cyn. & Alexand. in.d.l. si non speciali. ubi etiam Alber.per tex.ibi in uerbo in conspectu testatoris. & in l.si unus. in uerbo coram testatore.C.de testam facit.l. qui testamento.§.ueteres.ff.eod.titu.Imola & Abba. in c.2.de consuet. estq; communis secundum Corn.ubi supra num.6.non tamen hæc solennitas ut nouè interpretamur in testamento militis necessaria erit, non magis quàm in actibus inter uiuos, in quibus constat hanc solennitatem ad formam, aut probationem non requiri secundum ueram, & communem sententiam. quam tenet glo.in.l.2.§.idem Labeo.ff. de aqua pluuia arcen. quam communiter app.dicunt Alexand.num.6. & Iaso. num.9.in.d.l.si non speciali.Abb.in.c.cum causam.de testib.Bar. Imola, & Paul.in.d.§.idem Labeo. per Canonistas in. c. præterea. de testib.& in.c.ex literis. de consuetu. Innoc.& Ioan.And.in.d.c.præterea.Bald. in.l.cõuenticulam.col.7.de episcop.& cle. Tertiò, ut in testamento militis omnis forma remissa sit, intelligitur sic, quia 4 licèt de iure ciuili testes testamento adhibitos oportet, ut toti testamento fuerint præsentes ut in.l.cum antiquitas.& in.l.casus.C.de testamen. & in.l. qui testamento.§.ueteres.ff.eod. tito. & est communis op. ut per Parisi. consil.33.& si prima facie nume.28.cũ seq.lib.2.per docto.in.l.furiosum. per tex.ibi.C.qui testa.fa.pos. unde una pars testamenti non potest probari per septem testes dicentes se scire partem tantùm eorum, quæ testamento ordinata fuerunt, & per alios septem testes dicentes se scire aliam tantùm partem eorum, quæ in eodem testamento ordinata fuerunt, ut est communis op.Bald. Paul. Alexan. Ias.num.9.ubi alij in d.l.cum antiquitas. Corn. consil.238. reperio nu.3.lib.4.Alexand.Corn. & Iasn.num.8.& num.12.in.d.l.cum antiquitas. de testament.C.ubi Cynus. Bald.Sali. Paul. & alij. Alexand.consi.177.uiso themate lib.2.per Cyni & Bald.in.l.si præsidi.C.de donat.ante nupt.Alex.& alii in d.l.cum antiquitas. Romanus consi. 80. uisis. tamen in testamento militis non requiritur hęc solennitas, sed sufficeret si eius uoluntas probaretur partim per certos testes, partim uerò per alios testes diuersos. id, quod similiter in actibus inter uiuos netitum non reperitur, quinimmo in actibus inter uiuos etiam de iure ciuili admittitur, ut membratim fiat probatio, ut sic una pars contractus possit probari per duos testes, alia uerò pars per alios duos testes. argum.tex.in.l.Gallus.§.ille casus. ibi, duobus quasi capitibus legis commistis.ff.de lib.&posthum.ubi in simili per omnes. & in c.licèt ex quadam. per tex.ibi de testib. docet Iaso. num.11.in.d.l.cum antiquitas. Bald.in simili in.l.testiũ C.de testib.col.5.idem Bald. in simili in.l.t.8. quæstione.C.de testam.Quartò 5 nouè intelligo procedere etiam in teste cæco, qui regulariter quamuis testamento adhiberi non possit secundum ueriorem & receptiorem sententiam, ut resoluit Corn.cons.18.num.5.lib.2. Deci.consi.354.in casu proposito col.1.Cynus Alber. Butriga.Bart.Bal.Salicet.Fulgo.Paul.Corn. Alexand.& Iaso. in.d.l.si non speciali.per text.in uerbo. in conspectu testatoris.& in .l.si unus eod.titu.de testamen.C in uerb.coram testatore.tamen in testamento militis magis est, ut etiam cæcus possit esse testis. nam & in actibus inter uiuos receptius est, cæcum posse in testem adhiberi, si fortè notam habet uocem contrahentium. ut per Alexand. in.d.l.si non speciali. ubi Corn.num.6. & Iasn.num.7.per docto.in.c.præterea.de testib.Panor. & alij in.c.cum causam.eod.titu.Parisi.consi.33.coln.1. lib.2.glo.in.d.l.2.§.idem Labeo.ff.de aqua pluu.arcen. ubi Bar.Paul. & Imola per docto.in.l.testium. C.de testib.per tex. ibi. ubi testis potest deponere de his, quę percepit per quemlibet sensum corporeum. Quintò, & nouè declaro, quòd 6 licèt iure ciuili oporteat q; omnes testes intelligant omnia in testamento contenta, ita ut nullam particulam etiam minimam desinant intelligere singuli testes, nec enim satis est, quòd fuerint præsentes, nisi prętereà omnia, quæ ibi agebantur plenè intellexerint. ut resoluunt. Corn. consi. 304. circa hanc consul.num.20.lib.1.in simili per Bald. & Paul. in d.l.cum antiquitas, & Guil.Benedict.in.c.Raynucius de testamen.part.1.in uerb. in extremis positus. nume. 40. Corn.consi.226.licèt in hac lib.3.num.5.& consi.77.nume.3.& num.2.lib.4.Bart.in.l.fideicomm.§.quoties. ff. de leg.3.Corn.consi.307.uidetur prima facie nume. 1. lib.3.ut sic de iure ciuili licèt testes sint pręsentes toti testamento id non sufficiat, nisi totum intellexerint, & sensu perceperint. nec per contrarium sufficiat quòd totum intellexerint, nisi præsentes fuerint; potuerunt enim ante, uel post actum testandi ab ipso testatore de contentis in testamento certiores fieri, id quod minimè sufficeret: tamen id in rebquorum testamentis formalibus admitti potest, non sic in testamento militis, quod formæ nulli subiectum est, quinimmo quò ad hanc rem pertinet magis esse uidetur, ut ualeat, licèt tempore, quo milites testantur, testes non intelligant, quod agebatur, si tamen antea, uel postea id perfectè intellexerint. Neque ad rem pertinet. l.Diuus.ff.de militestamento.& . §.planè institu.eod.nam responde, q; decisio illa restringitur per rationem ibidem expressam ut suprà probauimus. Sextò, nouè declaro, quòd 7 licèt in testamento in scriptis oporteat tabellionem, qui illud conficit fuisse rogatum. Alexand.consi.153.lib.2. col.2.per tex.in authen.de tabel §. nos autem. ubi Accursius & alij, glo. & alii in cap.cum P.tabellio. de fide instrum. nec tabellionis rogitus præsumitur, nisi uel probetur, uel ipse id in ipso instrumẽto attestetur. Inn. & alii in cap.1.de fide instrumen. Speculator & Ioan. Andr. de instrum.edi.§. breuiter. Bart.& alij in.l.sciendum. ff. de uerbor. obligatio. & est communis opinio secundum Alexand. ubi suprà numero. 9. idem in dicta.l. sciendum numero.42. ubi Imol. Angel. in.l. quicunque. §. fin. ff. de publi. tamen miles licèt in scriptis faceret testamentum non oporteret tabellionem illud conscribentem fuisse rogatum, quasi & hæc solennitas militibus remissa quoque sit: id, quod intellige quando testator miles tabellionem ad testamentum cõscribendũ accersiri iussit. constat enim quòd testamentum in scriptis uolente testatore citra tabellionem conscribi potest manu propria testatoris, uel alterius. resoluit Corn.consil.226.licèt in hac. num.2.lib.3.per.§.sed

3 Militis testamento non oportet testes esse in conspectu testantis.

4 Nec quòd testes essent toti testamento præsentes

5 Nec quòd testis uideat.

6 Nec quòd ijdem testis perceperint, tenorem totius testamenti.

7 Nec quòd tabellio fuerit rogatus.

cum paulatim instit.de testam.l.hac consultiss. C. eod.
titu.ubi inter reliqua testamentorum requisita,nó aditcitur tabellionis interuentus.deinde & 7.quòd 8 testa
8 *Potest scribi per notas.* mentum militis nulli formæ subiaceat, nouè declaratur, quòd licèt de iure ciuili uitietur testamentum, si scribatur per notas insolitas. differunt Alex.consi.153. uidetur prima consideratione.num.6.lib.2.Bart. & omnes in authen. quod sine. per text. ibi. C. de testamen. tex.in.l.sed cum patrono.§.fin.ff.de bonor.poss. & in .l. unica.ff.si tabulæ testamenti stabunt.ibi, quia ex coniectura non propr.è scriptus uidetur. Bar.in.d.l. sed cum patrono.§.fin.& in.l.2.C.de uetere iure enucle. Specul. de instrumentorum editione.§.instrumentum. uersicu. item opponitur quòd instrumentum est factum per notas.Guiliel.Benedict.in.c.Raynutius.de testamen. part. 1.num.61.uerb.testamentum.t.in simili.per Speculatorem.de instrum.edit.§.ostenso.uersi.quid si abbreuiatura. tamen non sic erit in testamento militis, in quo & in hac parte solennitatem remissam esse non in eleganter defendi potest per superiora. quibus adde Andream Tiraquellum de priuilegijs piæ causæ.priuilegio 12.ualeret tamen si exscriberetur per notas cósuetas secundum eum per.l.quoties.§.si quis.ff.de hær. instit. qui hoc extendit ad testamentum militis, & ad testamentum factum inter liberos. Octauo, denique quibus rationibus superiora, quæ in testamentis paganorum solennia esse solent, diximus in militis testamento necessaria non esse; ijsdem iuribus & rationibus dicemus qualitaté sexus non desiderari.nam 9 ibi fœminæ
9 *Fœmineũ testimonium.* testes idoneæ erunt, licèt aliud sit in reliquorum testamentis.l.qui testamento.§.mulier.ff. de testamen.§. testes insti. eod. tit. Nono,idemque 10 & si testes illi non essent ciues Romani, uel subditi quo ad locum ubi
10 *Testes forenses.* testamétum fiebat, sed essent fortè alienigenæ quanuis regulariter contra ut.d.§. testes. Decimò. unde 11 & si regulariter in paganorum testamentis hæredis institutio desideretur. §. ante heredis insti. de lega. l.1. ff. de
11 *Defectus institutionis. aut præpostera tis.* hęr.inst.l.1.§.fi.ff.de uulgari, tamen in militis testamento aliud erit, in quo eius uoluntas seruanda est ut cunque colligatur. Vndecimo,qua ratione & si in paganorum testamentis oportuerit hæredis institutionem, non solùm adesse, sed etiam ab ea testamentum inchoari, ne aliter inutilia sint ea, quæ hæredis institutionem præcedebant.d.§.ante hæredis.d.l.1.ff.de hær.inst.tamé in militis testamento aliud erit per iura & rationes allegatas. Duodecimo,quinimmo & si in paganorum testamentis exigatur,ut hæres proprio ore testatoris nuncupetur, uel eius manu scribatur.l. iubemus.C.de testam.in militis tamen testamento aliud erit.Sed & si 12
12 *Liberorũ aut parentum præteritio uel exhæredatio.* filio præterito paganorum testamenta nullius momenti sint.l. inter cætera.l. antepe. & pe.l. Gallus.§. in omnibus.ff. de lib.& posth.l.1.ff.de inoff. rup. & instit. de exhær.liberorum in pr.in milite tamen diuersum est.§.pe. &.§.fi.inst.eod.tit. Tertiodecimo,proinde & si paganorum testamenta filiofa.exheredato subiaceant rescissioni. per totum.ff.C.& inst.de inof.testamen. tamen secus est in hoc militis testamento.l.fin.C.eod.tit.l.fin.C. qui testam. fac. poss.hodie autem dicito,ut in.§.& hæc quidem de parentum. in authen.ut cum de appell. cog. Quartodecimo,sed & si paganorum testamenta subiaceant periculo rescissionis,præteritis, aut exhæredatis testatoris parentibus & interdum etiam transuersis. ut in.l.nam & si parentibus.ff.de inoffic.testamen. & in pr. inst. eod.tit. l.cum filium.l.parentibus.C. eod. aliud tamen est in milite testáte filiof. d.l.fi.C.de inof.testam.l. fi.C.qui testa.fa.poss. Decimoquinto,sed 13 & si li-
13 *Bo.po.contra tab.tá regularis quam irregularis cessat.* beris præteritis contra patris testamentum detur bonorum pos.contra tab.per totum titulum.ff.&.C.de bonorum poss,contra tab.§.sunt autem.inst.de bonorum pos. tamen aliud est in milite patref. testante liberosq; suos prætereunte quibus contratab.bon.poss. competere nõ potest quia habentur pro exhæredatis.d.§.pe.&.§.fi.in-

sti.de exhære.liberorum. exhæredatis autem cótra tab. bonorum possessio non datur, siue illi expressim, siue etiam interpretatiuè tantùm exhæredati sint.l. non putauit.in princ.ff. de bonorum poss. contratab.dixi.infra lib.8. sub titulo de bon. posses.contratab. Sextodecimo denique & si patri emancipatori contra filij testamétum detur illa bonorum possessio de qua in titulo.ff.si à parente quis fuerit manu. tamen si emancipatus ille filius miles erat patremque suum præterijt,cessabit & illud remedium.argumen.d.l.fi.C.de inof.test.l.fi.C. qui testam. facere. Decimoseptimo,quibus 14 conse- 14
quens est ut ius dicendi, nullum, quod liberis præteritis contra parentum testamenta datur.ut.l.maximum uitium.§.pen. uerb.ipso iure euertant.C.de lib.præt.cesset in hoc patris militantis filiumque prætereuntis testamento. *Ius dicendi nullum cessat.* Decimooctauo,& si 15 regulariter paganus 15
per alium testari nequeat.l.captatoriæ.ff.de lega.1.l.captatorias.C.de testa.mili.l.illæ autem institutiones.l.illa institutio.ff.de hær.inst.tamen aliud in testamento militis, qui per alium poterit testari, non secus quàm per alium reliquos actus inter uiuos facere.ut per totum.ff. *Testatur per alium.* C.& inst.de procura.& de his per quos agere poss. Decimonono,sed & si unico contextu fieri oporteat paganorum testamenta.l.cum antiquitas.C.de testamen.l.furiosum. C. qui testam.fac. poss.tamen in militis testam. contrarium fas erit, non secus quàm liceret in actibus inter uiuos. Vigesimo,proinde & si in paganorum testamentis testium signacula exigantur, tamen in militis testamento aliud erit. & ita est declarandus tex.in.§. sed cum paulatim.inst.de testam.l.ad testium.§.fin.ff.de testam.l.hac consultissima C.eod.tit. Vigesimoprimo qua ratione & subscritiones testium in militis testamento necessariæ non erunt quanuis sint in reliquorum testamentis necessariæ ut. dd. ll. Vigesimosecundo,ad hæc & si testis compulsio uitiet paganorum testamenta l.qui testamento.§.fi.ff.de testamen.aliud tamen in militis testamento. Vigesimotertio,sed & si in reliquis testamentis non sufficiat testem fuisse rogatum (ut suprà diximus) nisi præterea ad ipsum opus testandi specialiter adesse rogentur, ut tradunt communiter doctores in.l. Domitius Labeo.ff. de testam.& diximus suprà lib.2. de succ. crea. circa illud requisitum de rogitu testium.tamen in hoc testamento militis aliud erit. Vigesimoquarto,sed & quod in.d.loco scripsimus nempe oportere testes rogari, & accersiri ab ipsomet testatore, uel ab alio iussu ipsius, non sic si in iussu eius accersiti essent,id similiter in militis testamento necessarium non erit. Vigesimoquinto,sed & si testator, qui cum destinasset in scriptis testari solennia ad testamen. tantùm nuncupatiuum idonea adhibuit inutiliter testatus uideatur.(ut multis placuit,multis quoque repugnantibus de cuius rei ueritate diximus suprà de succ.cre.§. 21.)tamen si is miles sit, indubitanter testa.ualebit.l.3. ff.de mil.testam.

Expeditis differentijs, quæ sunt inter militem & paganum, quò ad creationem & resolutionem testamenti deueniendum est ad differentias, quæ sunt, quo ad ef- 16
fectum. Vigesimosexto,miles 16 potest decedere partim testatus, & partim intestatus id, quod paganis non licet.l.ius nostrum.ff.de reg.iuris.l.neque enim.l.si duobus.l.miles ita heredem.ff.de mil.test.l.1.§.si ex fundo.l.si alterius.ff.de hære.inst.§.non autem.inst.eodem tit.l.1.&.2.&.l.si solus.ff.de acq.hered.id, quod obtinet quando constat militem uoluisse partim testatus, & *Miles potest partim testatus decedere quo ad res & quo ad tépus.* partim intestatus decedere, non aliter. nam in re dubia uidetur uti iure communi miles in suis dispositionibus argumen.l.in testamento.in mag.C.de testamen.mil.secundum Bar.Bal.Ang.Sali.Albericum,Fulgosium,Paul. Castren. Philippum Corneum, Decium & alios ibi. Idem Decius & Cagnolus in.d.l. ius nostrum.cuius contrarium nos plenè defendimus suprà de succ.crea.§.24. nume.41.plenè per Tiraq.de priuil.piæ cau. priuilegio 13.sed

27. Sed retenta communi opinione, ex ea colligitur, quod si 17 miles me ex certo fundo hæredem scripsit, reliqua bona mihi accrescent, nec quo ad ea intestatus uidebitur decessisse. ut tenent plerique doctorum in locis suprà citatis. & Corneus in. l. i. C. de testamen. mili. & Cagnolus ubi suprà num. 9. Contrarium tamen tenent Decius in. l. j. ult. not. C. de testam. mil. & Viglius in. §. hereditas. inst. de hær. inst. quorum opin. ueriorem esse dixerim, argum. l. si duobus. & l. si miles unum. ff. de mil. test. iunctis his, quæ plenè differuimus in loco suprà memorato. Vigesimoseptimo deniq; ut quo ad res, ita & quo ad tempus potest miles partim testatus, & partim intestatus decedere, reliqui autem non utique. l. hæreditas ex die. ff. de hære. instit. & inst. eod. titulo in. §. heres & purè. l. miles ita hæredem. ff. de milit. testam. plenè per Ancharan. consi. 47. & consi. 281. col. j. Socin. consi. 14. lib. j. Aretinus in. d. §. hæres. Decius & Hierony. Cagnolus num. 7. in. d. l. ius nostrum, idem Decius consilio 278. & rursus cons. 497. idem Decius in. l. certi. ad finem C. de testam. mili.

17 Miles si hæredem ex parte scripsit cessat ius accresc. cũ Viglio et Decio contra plures.

28. Miles post aditam hæreditatem potest substituere directò. l. centurio. ff. de uulga. d. l. in testamento. non sic paganis liberum est. l. ex facto in princ. ff. ad trebell. l. fin. C. de hæred. inst. quod enim post aditam hæreditatem directæ substitutiones extinguantur. l. post aditam C. de impuberum. id descendit ex legis interpretatione contra uim & proprietatem uerborum, quæ excluso primo nominato statim inuitare, & admittere uidentur substitutum, quando primò nominatus post aditam hæreditatem morte exclusus fuit, non secus quàm si repudiatione excluderetur. argumento. l. iam hoc iure. uerbo, hoc communi uerbo. ff. de uulgari. l. generaliter C. de inst. & subst. l. arborum. ff. de usufru. ut plenius attigimus suprà in materia subst. informis ad princ. huiusmodi autem interpretationes legales, quæ fiunt contra uim sermonis cessant in militis testamento. l. j. l. Diuus. ff. de mil. test. l. j. & l. 2. & l. quanquam. C. eod. titulo. §. planè iost. eod. titulo.

18 Miles etiã post aditã potest directò substituere.

29. Pactum de succedendo inter milites ualet, quamuis inter priuatos non ualeret. l. licèt. C. de pact. iuncta. l. hæreditas. C. de pact. conuen. l. pactum quod dotali. l. fin. C. de pact. l. pactum dotali. C. de collocati. l. nec nos. C. de cap. l. si quando. §. illud. C. de inoffic. test. c. de testanda & c. ne captandæ de conces. preb. lib. 6. Intellige dummodo tale pactum sit reciprocum. nam simplex non ualeret, etiam inter milites. ut tenent communiter doct. per tex. ibi, à contrario sensu in. d. l. licèt. & quia casus exceptus firmat regulam in contrarium. l. nam quod liquidæ. §. fi. ff. de penu. legata. ut per Decium not. 3. & Soci. in. d. l. licèt. Andr. Tiraq. de priui. piæ cau. priuil. 105. in fi. Sed an fauore piæ causæ tale pactum de succedendo ualeat, non secus quàm inter milites? ingens contentio est, quibusdam id affirmantibus (quales sunt Bald. in. l. fin. col. pen. C. de pact. Alex. in. d. l. pactum quod dotali. col. 2. Socinus consi. 49. lib. 4. Alexander consi. 152. lib. 6. Calcaneus consi. 13. col. 3. Barbatius cõsi. 42. clemen. lib. i. Ias. in. l. stipulatio hoc modo. col. 3. ff. de uerb. oblig. Natta. in. c. 2. de pact. lib. 6. Felinus in. c. in præsentia col. 22. de proba.) alijs uerò non paucis id abnegantibus, quales sunt Bal. sibi contrarius in. l. i. col. fi. in lect. C. de Sac. Eccle. Romanus in auth. similiter. C. ad leg. fal. in. 7. speciali inter contractus & huic parti accedere uidetur Socinus in. d. l. pactum. & Tiraquellus ubi suprà & Socinus in. d. l. licet. 4. not. & Decius ibi. 3. not. quorum sententiam ueriorem puto, & fortè non minus receptam quam contrariam. Primùm 20 per generalitatem. d. l. hæreditas cum simi. suprà alleg. quæ comprehendit omnes personas & causas utcunque priuilegiatas si in ea re qua de agitur non reperiantur habere peculiare priuilegium. l. in fraudem ad finem. ff. de mil. test. ubi notat Bal. Alciatus lib. 4. paradoxorum. c. 10. Decius in. l. i. & in. l. nemo potest. ff. de regul. iuris. idem Philippus Decius in. c. i. & in. c. sedes Apostolica. de rescrip. Andreas Tiraquellus de præscrip. §. i. gl. 11. quanuis rursus ipsemet sibi contrarius oppositum scripserit in. d. priuilegio 105. ad finem dum loqueretur de milite, quem existimauit non comprehendi sub regulis iuris ciuilis, Deinde facit, quia maior ratio est, ut tale pactum non ualeat, quando interponitur ab ecclesia, quam si interponeretur à priuata persona: cum ecclesia esse debeat cultrix iustitiæ. c. i. §. i. de alien. feudi. Nec dubium est tale pactum contra bonos mores uideri tam de iure canonico. c. de testanda & c. ne captandæ. de conces. præb. lib. 6. quàm de iure ciuili. l. pactum quod datali. l. fin. C. de pact. l. de fideicõmisso. C. de transact. l. pactum quod dotali. C. de collatio. ergo ut tale pactum quò ad priuatos improbatur, ita & iustius quò ad Ecclesiam improbari debet, præsertim cum tale pactum etiam inter ipsos milites non ualeat, nisi sit reciprocum. ut tenent communiter doct. per tex. ibi in. d. l. licèt. ergo quo ad Ecclesiam non ualebit, cùm ipsa reciprocum pactum tale sub tali mortis conditione (cùm ipsa non moriatur) facere nequeat, sicque cùm ratio. d. l. licèt, ex toto cesset in ecclesia impossibile est in ea ualere tale pactum.

19 Militum pactum reciprocum de succedẽdo ualet. quod an fauore piæ causæ ualeat ardua q. est.

20 Miles comprehenditur sub regulis contra Tiraquel.

30. Militis 21 testamentum non subiacet querelæ inoffic. testam. l. fi. C. qui testam. facer. poss. l. militis & l. fi. C. de inof. testamen. quanuis contrarium sit in paganorum testamentis. ut per totum illum titulum & ff. & instit. eod. id, quod hodie correctum esse receptior (multis tamen repugnantibus) sententia est, ut dissuimus, contrarium defendentes suprà de succes. crea. lib. 2. §. 20. num. 171. & §. 24. num. 32.

21 Militis testam. nõ subiacet querelæ.

31. Quanuis 22 paganus in re dubia filij legitimæ pepercisse uideatur, ut tenent communiter doct. in. l. si quando. §. illud per tex. ibi, ubi diximus. C. de inof. testam. tamen miles non ita, ut edocemur suprà de succ. crea. §. 24. nu. 49. Vnde si filio instituto militariter substituit, ea substitutio legitimam etiam comprehendit, ut ibi apparet.

22 Miles an legitimæ pepercisse uideatur.

32. Miles, 23 qui commilitonis hæreditatem pacto acquirit, non tenetur facere inuentarium, ut probaui suprà de succ. crea. §. 16. num. 17.

23 Miles inuentarium an facere teneatur?

33. Miles 24 præsumitur ius ignorare. ut. l. i. & l. Diuus. ff. de mil. testam. in princ. & §. planè inst. eod. tit. quanuis in reliquis contrarium sit. l. leges. C. de legibus.

24 Miles ius ignorare præsumitur.

34. Miles 25 in dubio non uidetur uelle se conformare cum legis dispositione. l. 3. ff. de mil. test. dixi plenè de succ. crea. §. 24. num. 41. quanuis in reliquis contrarium sit. ut tradunt communiter doct. præsertim Alex. & Ias. per tex. ibi in. l. 3. ff. de lega. i.

25 Miles an se conformare cum legis dispositione uideatur.

35. Miles 26 hæredem nutu facere potest. ut plenè per Emanuel. de à Costa in. l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de lib. & post. par. i. nume. 31.

Miles (ut & suprà incidenter attigimus) non subiacet in re dubia legibus ciuilibus secundum Tiraq. de priuil. piæ cau. priuil. 105. ad finem, sed contrarium esse uerius & receptius suprà ostendimus per. l. in fraudem in fi. ff. de mil. test.

26 Miles hæredem nutu facere potest.

36. Miles, 27 qui filium habebat ita hæredem scripsit, si filius meus uiuo me decesserit, substituo, uel instituo Titium. eius testamẽtum ualere tenuerunt Angelus in. l. Gallus in prin. num. 3. & Imola. col. 2. & Alex. col. 4. & à Costa in eadem. l. §. & quid si tantùm. par. i. nume. 31. quanuis si fieret à pagano nullius momenti foret secundum eosdem & secundum alios doct. ibidem tam in prin. d. l. quàm in. d. §. & quid si tantùm. Sed in eo ingens pugna est, an tale testamentum à milite factum sustineatur, quasi is filius ueluti per coniecturam ab eo milite institutus uideatur? id, quod tentant Emanuel & Angelus ubi suprà. & Martinus Laudensis in tract. de principibus. q. 447. An uerò testamentum sustineatur, quasi is filius præteritus uideatur, quæ præteritio non uitiat testamentum militis cùm pro exhæredatione sit. argumento. §. pen. & §. fin. inst. de exhær. lib. id, quod

27 Miles ita dixit, si filius meus uiuo me decesserit Seius hæres esto. an filius institutus uideatur. ar. dua. q.

noluerunt in hac specie Imola, & Alex. ubi suprà quod ultimum nos admittimus, dummodo ea præteritio habeatur, uel pro præteritione, uel pro exhæredatione factis bona mente; sicq; is filius nullo odio à patre prosequutus nullaque iniuria affectus uideatur; & per hoc non efficiatur incapax proponendi bono.poss.contra tab.libertorum paternorum, nec careat reliquis similibus utilitatibus. ut & supra attigimus de succ. ere. §.24.num.35.& 37.Miles, 28 qui filium hæreditatem restituere iussit, etiam trebelianicæ detractioni pepercisse non uidetur: ut contra sententiam Ripæ ostendimus ubi suprà num. 52. 38. miles 29 potest decedere cum duobus testamentis.l. quærebatur.ff. de uul. testa. quod in pagano non est.l.Sancimus.C.de testam. & .ff. ad treb l.si quis priore & inst.de quib. mod. testament. §.posteriore.l.si mihi & tibi.§. in legatis.ff. de lega.1.l. si iure.ff.de lega.3.l.fin.ff.de hær.inst. Sed si miles posterius testamen.fecit, nec apparet, an prius testam. sublatum esse uoluerit, an per hoc utrunque ualeat, an neutrum? & communis op.est, posterius tantùm ualere, alij aliter dicunt, ut plenè per nos in.d §.24.nume. 64. 39. Miles 30 si substit. compendiosam fecit, sub ea non continetur tacita uulgaris. ut præter communem doctorum opi.tenent Viglius & nonnulli in princ.instit. de pupillari subst.num.16.quod dic ut in d.§.24.nume. 65. nam in pagano aliud esset.nam subse contineret tacitam uulgarem. ut in.l.centurio.ff.de uulgari tradunt Bart. num.32.Ripa numero 101.& num. 146. Lanfrancus de Oriano numero 21. Socinus col.19.Iaso.num.23. Aretinus in.l.generaliter.C.de inst.& subst.huius autem rei ratio ea est, quòd in militis testamento cessant legis omnes interpretationes, quæ uerbis aduersantur, ut plenissime edocemur in.d.§.24.num.41.cum pluri.seq. 40. qua 31 ratione colligitur etiã quòd sub pupillari hoc modo facta, si filius hæres erit & in pupillari ætate decesserit substituo. non continebitur tacita uulgaris, quia id uerbis aduersaretur, quanuis aliud in pagano.l. iam hoc iure.l.quanuis.C.de impuberum.l.iam hoc iure.& .l.2.§.pen.ff.de uulgari.& in princ.inst. de pupilla. constat enim ex legis interpretatione contra uim & proprietatem uerborum quasi subditiriam uulgarem tacitam sub pupillari comprehendi.ut .dd.ll.

28 Miles trebelianicæ quando pepercisse uideatur.

29 Miles cum duobus testamentis decedere potest.

30 Miles sub compendiosa non uidetur fecisse uulgarem.

31 Miles sub pupillari non uidetur fecisse uulgarem.

Proinde eadem ratione & 41.colligitur 32 uulgarẽ à milite factam, etiam post aditam hæreditatem locum habere, quia quod in paganorum testamentis post aditam hæreditatem extinguatur, id ex legis interpretatione cõtra uim uerborum introductum fuit: ut non parum utiliter ostendimus suprà in materia subst. informis prope principium, per.l.generaliter in pr.C.de inst. & subst.& per .d.l.iam hoc iure.uerbo. hoc communi uerbo & per l.precibus.C.de impuberum.42.Proinde 33 eadẽ quoque ratione quanuis in paganorum testamentis sub uulgari non contineatur fideicommissaria.l.ille à quo. §. si de testamento.ff.ad trebelianum, tamen in testamento militis contineretur uel fideicommissaria, uel directa militaris, cùm etiam post aditam locum habeat substitutio in militis testamento, ut diximus.facit.l.centurio ff.de uulgari.l.precibus.C.de impuberum.43.Denique 34 & si sub expressa exemplari uulgaris tacita contineatur, ut tradunt communiter doct. in.l. humanitatis. C.de impuberum.& in.§.qua ratione.inst.de pupilla. & in.l.ex facto.ff.de uulgari. tamen in militis testamento aliud foret: quia id uerborum proprietati aduersatur, quando exemplaris fieret his uerbis, si filius hæres erit, & in furore decesserit &c.44.in summa 35 si sub conditione casuali, uel mixta miles filium suum instituit hæredem magis esse uidetur, ut talis conditio de filii legitima non reiiciatur, quanuis in pagani testamento aliud foret.l.quoniam in prioribus.l.cimus.§.cum autem.C. de inoffi.testamen.ut plenius attigimus suprà de succ. crea §.10.num.311.ratio differentiæ inter militem & paganum est, quia ea conditionis remotio, quæ de paganorum testamento per legem fit, necessaria est ad ipsius conseruationem, at in militis testamento necessaria nõ est: sicq; non est cur fiat. argumento.dd.iurium.45. ad hæc 36 & si supplementum legitimæ fiat in paganorũ testamentis.l.omnimodo.l.quæ nuper.C.de inoffi.test. §.cæterùm in auth. ut cum de appell.cog.l.fi.C de lib. præt.tamen secus est in militis testamento per iura & rationes superiores, & quia in paganorum testamentis ad eorum conseruationem fit, ut expressa hæc ratio est in. d.l.omnimodo.quæ ratio queq; necessitas cùm cesset in hoc militis testamento cessabit quoque ea suppletio.argumento.l.adigere.§.quanuis.ff.de iure patron.l. cum pater.§.dulcissimis.ff.de lega. 2. 46. miles 37 (ut & supra incidenter attigimus) etiam post aditam potest directò substituere etiam maiori.d.l.centurio.ff. de uulgari. quod paganis non licèt.l.ex facto in princ.ff.ad trebell.l.6.ff.de lega.1.l.fi.C.de hær.inst.47.miles 38 etiã codicillis potest pupillarem substitutionem facere directam.l.militis.codicillis. in princ.ff.de test.mil.id, quod paganis non licet ut ibi. &.§.fi.inst.de codici.l. Scæuola.ff.ad treb.48.hac ratione & exemplarem codicillis facere poterit miles argumẽto.d.l.militia codicillis iuncta .d.l.humanitatis.& .d.§.qua ratione. &.d.l. ex facto in princ.ff.de uulgari.id, quod paganis interdictum esse constat.argumento.d.l.Scæuola.&.§.pen. & fin. inst. de codicill.l.2.C.eod.titulo proinde & uulgarem substitutionem codicillis miles facere poterit, & si id paganis non liceat. argumento.dd.iurium. idemq; & 49. & in subst. compendiosa, & in reciproca admittendum est. argumento.d.l.militis. iuncta.l. licèt. C. de pact. &.l. quanquam.l.milites.C.de testam.mil.quod & in substit. informi admittendum est, quæ uulgari simillima est. ut suprà in materia informis substitutionis ostendimus.50. hæredis 39 quoque institutionem, ut miles codicillis facere possit, superioribus consequens & proximũ est non aliter atque substitutionem. nam & institutionis appellatione substitutio continetur. argumento.l.Gallus in pr.uerbo.instatui.ubi notant glo.& Bar.& communiter docto.ff.de libe.& posthu.exponentes uerbum illud institui, id est substitui. quod & notant glo. & docto.per tex.ibi in.§.quidam rectè. gl.& communiter docto.per tex.ibi in.§.& quid si tantùm.eadem.l.ut & attigimus in materia uulgaris subst.ad princ.suprà 51. Denique 40 & si mutus, & surdus à natura testari nequeat l.discretis.C.qui testamen.facere possunt.tamẽ mutus, & surdus à natura testari potest. §. quinimmo. inst. de mil.test.l.iure militari.ff.de milit. testam. glos. Ioannes Faber.& alii in.d.§.quinimmo glo.in.d.l. iure militari. Cynus, Salicetus, & Alex. in.d.l.discretis.glos.in . §.fin. uerbo. certis. inst.quibus non est permi.facere testam. Angelus, & Bald.in.d.l.iure militari. Andreas Tiraqu. de priuilegiis piæ caus.priui.9.quod modo nec probo, nec improbo; quia hac de re alibi plenius agemus. Item militis in testamento cessat falcidia, & cessat trebelianica, ut differuimus infrà in materia falcidiæ & trebell. 52. Miles 41 etiam in codicillis legare poterit. argu. d.l.militis codicillis. quanuis id priuato fortè non liceret. argum.§.præterea. inst. de fideicomm. hæred. per quem tex.ut priuatus in codicillis fideicommittere possit, legare uerò non utique multi tenuerunt. ut per doctiss. Torniellum in.l.1.ff.de lega.1.3.col. cum seq. ut & attigimus supra de success.ere.§.17.num.127. & nume. 133.quod dic ut ibi. 53. miles 42 eadem ratione à legatario legare poterit. argum.d.l.militis codicillis. ff. de milit.testamen. cum iis, quæ suprà diximus; licèt paganus non possit à legatario legare, sed tantùm eius fideicommittere. argumento in princ. inst. de singu. rebus per fideicomm.relictis. de cuius intellectu per glo. & communiter doct.ibi. glo.& Ias. in.§. præterea. suprà alleg. Ripa.nume.22. & Ias. num. 46. & Torniellus numero 33.in.l.1.ff.de lega.1.post Cumanum, & Aretinũ ibi. per Ioannem Fabrum in.d.§.præterea. & in.d.prin: de sing.

32 Militis in testam.non cessat substi. post aditam hære.

33 Militis sub sti. uulgaris continet fideicõmissariam.

34 Militis in testa.exẽplaris non continet uulgarem.

35 Militis in testa. conditio casualis uel mixta non reiicitur de filij institutione.

36 Militis in testa. cessat supplementum legitimæ.

37 Miles etiã maiori potest post aditam directo substituere.

38 Miles codicillis potest facere directã pupillarẽ & exẽpl. & uulgarem & cõpendiosam & informem.

39 Miles in codicillis potest facere institutionem.

40 Miles mutus & surdus à natura an possit testari.

41 Miles etiã codicillis legare potest.

42 Miles à legatario legare potest.

de sing.rebus per nos suprà de succ.cre.§.17.num. 133. 54.scis quod 43 testamentum siue a tabellione, siue ab ipso testatore conscriptum non aliter ualet quam si antequam testator decedat lectum fuerit coram testibus l. fideicommissa.§.quoties. ubi notant glo. Bart. & alij ff.de lega.3. qui tex.notab.est.secundum Andream Tiraquell.qui idem tenet de priuil.piæ cau. priuilegio .6. id quod necesse non est in testamento militis. ita Dinus in.l.Lucius. 2.ff.de militari testam. per illum textum, uem ad testamentum ad pias causis ostendit Dinus ibi & Romanus in authen.similiter in.13.speciali circa ultimas uoluntates, Imola consi.75.lib.1.Alex. in addi. ad Bar.& Imola in.d.§.quoties.Imola in cap.cum esses. de testamentis. Paul.Cast.consi.25. lib.2. Corneus consil. 53.lib.1.& consi.118.col.3.lib.3.quod extendit ad testamentum inter liberos. & Socinus in regula 300.Iaso.in l.hac consultissima.§.ex imperfecto.de testamentis.C. col.2.Andreas Tiraquellus ubi suprà, qui alios refert

43 Militis testa. ualet licèt nō relegatur coram testibus. ardua q.

55.& si regulariter 44 testamentum nutu factum non ualeat.l. Iubemus.ubi notant glo.& communiter doctores.C.de testamentis, aliud tamen in testamento militis ita Alex.in. d.l.discretis.suprà all.Angel.consi.257. Andreas Tiraquellus ubi suprà priuilegio.8. argum. tex.in l.iure militari.ff de mil.testam.& in.§.quinimmo.instit. eodem.licèt contrarium teneat gln. & doctores in.l.in fraudem.§.1.uerbo nuda.ff.eodem.titulo. Sed & in testamento inter liberos idem foret. ita Corneus in.d.l. Iubemus col.pe.& Tiraquellus ibi suprà quamuis uterque agnoscat contrarium receptius esse. ut tenuit Bal. Angel. Fulgos. Paul. & alii in.d.l.iubemus. Angel.in.d. l.hac consultissima.§.& imperfecto.C. de testamentis. idem Angelus in.d.l.discretis.C. qui testamenta facere possunt & in. d.l.in fraudem.& in authen. de testamentis imperfectis. id, quod & ad testamentum ad pias causas extenditur. ita glo.in.c.cum tibi de testamen.quam sequuntur docto. ibi & Bald.in.l.1. col.2. in lectu. & in repeti.col.antepenul.& ibi Franc. Aretin.col.ulti.C. de sacros.eccl.& Bal.in.l.si post diuisionem.C.de iuris & facto.igno.& in.l.discretis.C.qui testamen.fac.poss. & in l.1.& ibi quoque Imola. de testamen.& consil. 174. Petrus Anchar. & Imol.in.c.2.de testamen.Innol. in.l. captatorias. uersi.sed iuxta prædicta.ff.de hære. instituen. Ange.Alexand.Corn.& Ias.in.d.l.iubemus.C. de testament. Angel.in.l.in fraudem.§.1.de mili.testam. Calde. consil.4.titul.de testament.Barbat. consil. 43. col.5. & sequent.lib.3.Franc. Aret. in.l.1. col.7. uersic. 3.confirmatur.ff.de testam. Iaso.in.l. licèt inter priuatos.col. 1.uersicul.3.confirmo. C. de pact. & in authent. si qua mulier col.2.C.de sacrosanct. eccles. & in.l.si cui legatur.§.hoc autem. colum.ulti.C.de legat.1. Felin.in.c. in præsentia.col.22.de proba.Ludouic.Bolog.consi.53. col.ultim. Stepha.Bertran.consi.101.lib.1.Contrarium tamen tenent Bald.& Paul.in.l.& in epistola.C.de fidercomm.Ang. etiam in quibusdam lecturis in. d.l. iubemus. & Barb.consi.92.præclarè scribitur. col.7. lib. 2. & consuluit Anto.de Prato.cuius consil. subscripserunt omnes Perusini, ut refert Franc. Curt. in additione ad Alexan.in.d.l.iubemus.Sed pro parte negatiua, ut in tribus speciebus memoratis testamentum non ualeat, facit noua ratio, quam nullus eorum de quibus mentionem habuimus attigit. nam omnis obligatio efficax contrahitur re, aut uerbis, aut litteris, aut consensu, in pr. inst. de obliga.cum multis titulis sequen. in specie autē nostra non interfuit solennitas uerborum de qua in titulis.ff.&.C.& inst.de uerbo.obliga.& in titulis de fideiussoribus. non quoque interfuit solennitas literarum, de qua in titulo inst.de literarum oblig. nec etiam fuit ullus rei corporeæ interuentus, qui desideratur ut efficacia re comparata uideatur. ut per totum tit.inst.quibus mod.re contra.oblig. non quoque quasi ex consensu obligatio contracta uideri potest, quia solo consensu contrahitur obligatio in speciebus duntaxat, quæ enumerantur in pr.inst.de obli.& in.l.cōsensu.ff.de act. & obl.& in.l.iurisgētium.in pr.ff.de pact.Nec dubiū est, quin hæc species, qua de agimus inter illas non connumeretur. ergo solus consensus nutu tantùm, sicq; incertò parumque dilucidè probatus & ostensus, non potest parere efficaciam. id quod iustificatur, quia ualet arg. de contractibus ad ultimas uoluntates.l.seruum filii.§. eum qui Chyrographum.ff.de lega.3.l.si diuortio.ff. de uerbor.obligationibus. Vnde ut cessat efficacia in dictis speciebus, ita & in specie nostra cessare debet cum consensus ille ex solo nutu collectus nullo iure fuerit legitimatus, aut pro certo habitus, quò ad hoc ut testamēti efficaciam habere possit: præsertim cùm testamenti factio sit de genere prohibitorum. ut plenè disseruimus supra in præfatione huius operis de succ.progressu. Vnde si huiusmodi testamenti genus quoque speciali iure legitimatum non repetiatur, ut inefficax sit necesse est: Adhuc tamen in omnibus tribus speciebus suprà memoratis ad partem affirmatiuam procliuior sum, ut testamentum nutu factum ualeat. nam si milites quomodo uelint & quomodo possint testamentum facere possunt l.1.l.Diuus.ff.de mil.test.in prin.inst.eod. titul. §. planè eod.l.1.l.quanquam.l.milites.C.eod.uelleque uidetur, qui nutu annuit, non secus quàm si uerbis, aut scriptura uoluntatem aperuisset.l.nutu.ff de lega.3. sequitur tale testamentum ut pote militis uoluntate non destitutum ualiturum esse; cùm ad huiusmodi testamenti firmitatem solius uoluntatis patefactio desideretur, & preterea nihil. licèt in paganorum testamentis diuersum sit, cùm ad eorum ualiditatem, præter testatoris uoluntatē etiam solennia desiderentur ut in princ.institu. de testa.l. hac consultissima. C. eod. facit optimè. l. fin. C. famil.herciſc. ibi, quibuscunque inditiis, nec dubium est quin nutus capitis inter certissima etiam inditia connumeretur. d. l. nutu. ff. de legat. 3. facit optimè dicta.l iure militari.&.d.§.quinimmo.nam si miles mutus, & surdus à natura potest testari ut.dd. ll.ergo longè facilius si neutro illorum uitiorum laboret, quando quidem mutus, surdusque à natura suā uoluntatem solis inditiis potest ostendere, nec tam testandi peritus esse potest quam si dictis uitiis non laboraret. ad nostram obiectionem responde, hac in re 45 non ualere argum. de contractibus ad ultimas uoluntates, quia id argum.procedit quando agitur de uoluntate colligenda, non sic si de potestate ageretur. nam & adultus, qui uel minimum fundum, aut domum, sine decreto alienare non potest per totum de prædi. minorum. C.&.ff. de rebus eorum. is potest omnia bona sua sine iudicis, aut etiam curatoris interuentu alienare testando.l.Aurelius.§.idem quæsiit. ubi Bar.& alii.ff.de lib.lega. 56.

44 Miles nutu testatur et quid si fiat testa. ad pias cau. uel inter liberos ardua q.

45 Arg.de cōtractibus ad ult. uol. quando ualeat.

Militis 46 in testamento si cæcus sit, cessat solennitas de qua in.l.hac consultissima.C.qui testam. fac.poss. argumen.d.l.iure militari.ff.de mil.testam.&.§.quinimmo.insti.eod.tit.id quod sentit gl. utrobiq; & communiter doct. & tradit in simili dum loquitur in testamento facto pias ad causas Alex.col.1.in.d.l. hac consultissima. & ibi Angelus, & ibi Ias. col.3. & Corneus col.2. Bertrandus consi.101.lib.1.Andr.Tiraq.ubi suprà priui. 8.& iterum priui.10.licèt contrarium uelit Angelus sibi aduersus & pugnans in.l.iubemus.C.de testamen.

46 Miles etiā cæcus informiter potest testari. contra Ang.

57. Militis 47 in testamento non requiritur temporis, inscriptio, quæ regulariter desideratur in reliquis testamentis.auth.quod sine.C. de testam.ratio, quia ut fusius suprà edocemus in militis testamento solùm ius gentium inspicitur, & eius uoluntatis patefactio omni iuris positiui solennitate remota. facit, nam & in testamento ad pias causas idem foret. ita Andreas Tiraquel.ubi supra priui.11.post Alex.consi.4.col.pe. lib. 7. Philippus Corneus consilio. 307. quos allegat Tiraq. ubi suprà. 58. Militis 48 in testamento conditio iurandi non remittitur, quamuis in aliorum testamentis remittatur. ratio, quia militis uoluntatem integram illæsam,

47 Militis in testa. cessat temporis inscriptio.

48 militis in testa. non reiicitur conditio iurandi.

læsam, intactam nullaque ex parte mutilatam lex uoluit seruare. ut in in princ. & §. planè inst. de mil. test. l. 1. & l. diuus. ff. eod. tit. cum iis omnibus, quę supra disseruimus. nec dubium est, quin eius uoluntati aduersaretur, si talis conditio de ipsius testamento reiiceretur. & itè nouè & utiliter limitanda est. l. quæ sub conditione. ff. de cond. inst. & facit quod in simili tradit Andreas Tiraquel. ubi supra priui. 73. & Socinus reg. 310. in priui. 52. Romanus in auth. similiter. C. ad leg. fal. speci. 36.

49 *Militis de testa. quando reijciatur conditio impossibilis.*

59. Miles 49 si quem instituit sub conditione impossibili de facto ea forte de ipsius testamento non reiicietur, non magis quàm reiicietur de contractu ab eo celebrato. argum. l. non solùm. ff. de actio. & obliga. iunctis his, quę supra diximus. id tamen non firmo, sed uide in simili per Ias. col. 2. in. l. seruo manumisso. ff. de cond. indeb. Aretinum & Romanum in. l. impossibilis. ff. de uerb. obliga

50 *Miles deportatus testatur idem si aqua & ignis esset interdictus uel ad bestias damnatus.*

60. Deportatus 50 & si testamētū facere nequeat. l. i. cum ibi notatis. C. de hær. inst. l. si quis filio exheredato. §. irritum. ff. de iniust. rup. tamen fallit in milite. ut d. §. irritum. 61. idem & in eo, qui aquæ & ignis interdictus esset, ut ibi. Idem & si ad metallum, uel ad bestias damnatus esset. & uide in simili per Andream Tiraq. ubi supra priuilegio. 79.

51 *Militis in testam. executor agere potest contra hæredem.*

62. Executor 51 testamenti & si regulariter contra hęredem pro legatis agere nequeat. l. Lucius. §. i. ff. ad Treb. l. filio. §. matri. ff. de adim. lega. id limitatur in relictis ad pias causas. l. nulli. C. de Episco. & cler. ubi Bal. not. 2. Ioannes Faber col. 2. & Paul. Cast. Innocentius. Ioannes Andreas. Hostiensis, & Abbas. in. c. Ioannes de testam. Andreas Tiraq. ubi supra priuil. 81. id quod ad militis testam. non iniuria porrigi poterit, quo magis eius uoluntas custodiatur, quandoquidem (ut ex superioribus apparet) de eius fauore ad piam causam, & contra sæpe suprà argumentati sumus. qua ratione &

52 *Militis in testa. non est necesse conditionē impleri in forma specifica.*

63. licèt 52 regulariter conditionem impleri oporteat in forma specifica, tamen cum in relictis ad pias causas eam impleri sufficiat in effectu, licèt formaliter, & in forma specifica impleta non sit, (ut uoluit Romanus in. l. si ita stipulatus essem abs te. ff. de uerbo. oblig. Socinus regula 310. in fin. priui. Andreas Tiraqu. de priuilegi. pię cau. priui. 83. per. l. Paulus. §. Caius. ff. de lib. lega. ita limitantes tex. in l. Meuius. & in. l. qui hæredi in pri. ff. de cond. & demo.) consequens est, ut idem & in testamento militis recipiatur, quo magis eius uoluntas tueatur, cum iure gentium (quod uoum in militis testamentis inspicimus) conditiones & similia effectualiter duntaxat, non etiam formaliter explerì necesse esset. argum. l. 2. C. com. de lega. l. ita stipulatus. uers. Sabinus. ibi, ex mente, ubi in simili notant Paulus Cast. & Ias. ff. de uerb. obliga. facit. l. Gallus. §. & quid si tantùm. ubi per Bar. col. 2. in simili & ibi per omnes. ff. de lib. & posth. l. pater Seuerinam. §. conditionum uerba. ff. de cōd. & dem. tex. egregius in. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad treb. & multa, quæ congessimus in. l. si quando. in princ. C. de inoffic. testamen.

53 *Militis filius qui à iudice monitus legata nō præstitit etiā legitima priuatur.*

Idemque eadem ratione & 64. respondendum uidetur & in ea specie, 53 qua quæritur, an filius, qui monitus à iudice intra annum noluit iussa patris implere, & per hoc bona patris dempta legitima perdit. argum. auth. hoc amplius. C. de fideico. iuncta d. l. si quando. §. illud. nisi morosus fuisset in præstandis legatis ad pias causas, quo casu etiam legitima priuaretur; ut nonnulli (multis tamen repugnantibus) uoluerunt, qua de re per gl. si. ubi plenè nouissimi in. c. si hæredes. de testam, Bal. in. d. auth. hoc amplius col. 2. Andreas Tiraq. ubi suprà priuilegio. 84. Retenta tamen (sine preiudicio ueri) sententia existimantium etiam legitimam amitti, idē porrigendum esset ad quodcunque legatum in militis testamento relictum, ut si filius monitus à iudice intra annum soluere noluisset, etiam legitima priuaretur, non secus quàm reliquis bonis paternis, per ęquiparationem supra factam, & quo melius & citius militis testatoris uoluntas expleatur. quod amplia, ut procedat non solùm si interfuit iudicis monitio, sed etiam si simplex iussio. ut ex Tiraq. ubi suprà priuilegio. 85. in simili colligitur, estque alia extensio.

54 *Militis in testa. an exequutor nominatus sit compellendus acceptare.*

65. & si regulariter 54 officium exequutoris testamenti nullus compellatur acceptare inuitus. c. pe. ubi notant Ioa. Andr. & alii, nisi in testamento ad pias causas. ut uoluit Speculator de instru. edit. §. nunc uero aliqua. uers. hic etiā quæritur. Panormi. in. d. c. pe. Ioannes Andreas ad Specul. ubi suprà Bal. in. l. pe. C. de donati. Cumanus consi. 22. Audr. Tiraq. ubi suprà priui. 87. id quod ad militis testamentum porrigendum esset eius fauore per æquiparationem supra factam. quod obtineret prædicta sententia in pia causa admissa, sed ea mihi non sat probatur: sicq; & quod de milite inde deducitur, ut tutum non sit necesse est.

55 *Miles ultra uires legatarijs nō tenetur licèt non fecerit inuentarium.*

66. Hæres 55 institutus, qui legatarijs regulariter ultra uires non tenetur. l. si uniuersę. C. de lega. nisi quando non fecit inuentarium. auth. de hære. & fal. §. si uerò non fecerit. si sit pia causa, hæres scriptus non tenetur legatariis ultra uires quanuis inuentarium non faciat. ita Bar. in rep. l. i. in. 4. q. 4. quęs. princ. C. de Sac. Eccles. idem Bar. in. l. fi. C. de iure delib. Tiraq. qui alios allegat ubi suprà priuil. 88. quod ultimum & ad militem hęredem scriptum per superiorem æquiparationem admitterem & extenderem.

56 *Militis testam. habet clau. codicillarem.*

Testamentum 56 militis habebit uim clausulæ codicillaris per superiorem ęquiparationem, non secus quàm testamentum ad pias causas talem clausulam habere intelligitur. ut uoluit Catelianus Cotta in suis memor. uerb. amor licitus in fi. Corneus consi. 307. lib. 3. Andreas Tiraq. qui alios refert ubi suprà priui. 92.

57 *Militis in testa. exequutori et impedito currit annus.*

67. Exequutori testamenti, 57 cui regulariter non currit annus si fuit impeditus. Bar. in. l. genero. ff. de his qui not. infa. l. i. §. fin. C. de annali excep. l. contra maiores. C. de inoff. test. in testamēto ad pias causas etiam impedito annus ille currere non desinit. ita Bal. in. l. fi. §. sed & si quis col. 4. C. com. de lega. Bald. in. l. id quod pauperibus col. 3. C. de Episco. & cler. id quod per supra dictam æquiparationem ad militis testamen. etiam ad causas nō pias factum extenderem.

58 *Miles potest legare quod apud hostes est sub conditione si ad nos reuersum fuerit.*

68. & si 58 regulariter id, quod hostium est sub hac conditione si nostrum esse cœperit legari nequeat, l. id quod apud hostes. ff. de lega. 1. iuncta. l. cætera. §. tractari eod. tit. Angelus. in. l. liber homo. q. ff. de uerb. obliga. nisi fauore libertatis, uel piæ causę per. l. generaliter. §. hostium. ff. de fideicommis. liber. tamen in testamento, militia etiam ad non pias causas facto tale legatum ualeret per æquiparationem superiorem, non secus quam si a pagano tale legatum fieret ad pias causas. ut in simili per Ias. post Bart. in d. l. id quod apud hostes. col. p. per Bar. in. d. l. liber homo.

59 *Militis pecunia res empta eius fit eique soli concedi tur restitutio, quæ aliis denegatur.*

69. Res 59 empta ex pecunia priuati eius fit. l. si ex. C. de rei uend. l. si patruus. C. comm. utriusq; iudicii. l. i. C. si quis alteri uel sibi. fallit tamen in re empta ex pecunia militis, uel minoris, uel Ecclesię. ut notatur in. l. si ut proponis, ubi per doctores. C. de rei uendi. & in. l. 3. C. arbitrium tutelę. per Audr. Tiraq. ubi suprà priui. 120. 70. Restitutio, quæ paganis denegatur, militibus tamen conceditur. ut per totum. ff. & C. ex quib. ca. maiores. idem in Ecclesia. c. i. & ferè per totum. de in integrum resti, ut per eund. ubi supra priuilegio 138.

F I N I S.

D. FER-

D. FERNANDI VASQVII

MENCHACENSIS IVRISC.

HISPANI,

In summo dominicæ rei PHILIPPI *Hispaniarum Regis Cath. potentissimi Prætorio Senatoris,*

De successionum progressu tractatus

LIBER TERTIVS.

Præfatio.

SVMMARIVM.

1 *Quare inductum ius accrescendi. & quid sit.*
2 *Accrescendi ius cessat in militis testamento.*
3 *Accrescendi, ius cessat in testamento militis etiam ex post facto. contra nouiss.*
4 *Accrescendi ius non potest uetare testator.*
5 *Accrescendi ius est in feudo, & in donatione causa mortis, & in donatione simplici, & in donatione principis, & in libertate.*
6 *Accrescendi ius an trahatur retro.*
7 *Accrescendi ius, ut sit, esse debet portio uacans.*
8 *Intell. l. si duobus. C. de inoff. testam.*
9 *Augmentum sequitur rem legatam. fallit. 13. casibus.*
10 *Similitudo ad transformationem apta.*
11 *Res eadem non debet uario iure censeri.*
12 *Acceptatio regulatur à concessione.*
13 *Orbis & unionis ad similitudinem omnia ferè reducuntur.*
14 *Hæres repræsentat defunctum.*
15 *Defunctus afficitur iniuria, si sine hærede decessit.*
16 *Bona ex parte uacare absurdum.*
17 *Testator an possit prohibere ius accrescendi.*
18 *Accrescendi iure per testatorem prohibito testatus ad huc decessit.*
19 *Vltima uoluntas non uitiatur per adiectionem improbatam.*
20 *Testatori, qui mortis cogitatione turbatus præsumitur, est subueniendum non irascendum.*
21 *Accrescendi ius appetit simile.*
22 *Ius ciuile elegans.*

De tacitis substitutionibus seu iure accrescendi.



OSTQVAM de expressis substitutionibus superiore libro disseruimus, consequens est, ut de tacitis substitutionibus (hoc est de iure accrescendi) nunc doceamur. Est enim Ius accrescendi tacita quædam substitutio l. si Titio & Meuio. §. Iulianus. ff. de lega. 2. alibi dicitur esse quandam prorogationem eiusdẽ formæ, & naturę, & idem etiam est transmissio ut Baldo placuit in. l. 3. C. de hær. inst. facit tex. in. l. si Titio. ff. de usufr. & quod tradunt Bar. & alij in. l. re coniuncti. ff. de lega. 3. dum aiunt, eodem iure & actione assequi nos portionem accrescentem, quo iure qua'ue actione consequimur primæuum relictum. ergo circa quatuor uersabimur, Primum, circa præuia quædam. Deinde circa coniunctiones. Tertiò, circa prælationem coniunctorum. Postremò casus in quibus cessat ius accrescendi enumerabimus. Ergo, in primis quæritur, quid sit ius accrescendi? responde ut supra proximè. Deinde quæro, quare 1 fuit inductum ius accrescendi? responde, ne testator decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus. contra. l. ius nostrum. ff. de reg. iuris. ita aiunt omnes antiqui & noui in. d. l. re coniuncti. & in. l. unde. C. quando non pet. par. posuitque istam rationem glo. in. l. seruus communis ab extero. ff. de acq. hæredi. glo. in. l. filius familias. §. diui. ff. de leg. i. gl. in. l. Celsus. §. 1. ff. de leg. 2. per Bal. in. d. l. si mihi & tibi. ff. de leg. i. Albe. & Sali. in. d. l. unica. C. quando non pet. par. Cyn. & Pau. Picus in. l. furiosum. C. qui testa. fa. pos. Bal. in. l. si is qui. ff. de testa. tex. in. §. non autem. insti. de hæred. insti. l. si duobus. ff. de testa. mil. Ias. in. l. 1. C. de Sac. Sanct. Eccle. col. 4. & per Barth. Socinum in regu. 400. Rota decisione. 333. incipiente. si pater. in nouis. per Philip. Fran. in. c. si pater. col. 14. extra de test. lib. 6. Decius, Mainerius, & Hieronymus Cagnolus in. l. ius nostrum. ff. de reg. iur. pro ista ratione facit ratio Bar. in. l. i. de acquir. hæred. Alex. & Ias. in. d. l. unica. surgunt contra istã rationem, aliquid per Castalium. ff. de usufr. accresc. ad princ. qui arguunt contra communem, quia secundum eos inuenientibus ab intestato est ius accrescendi. d. l. unica. C. quando non petenti. & in. l. quæ ex duobus. §. fin. ff. de acq. hære. in quibus cessat dicta ratio communis. ergo non uidetur procedere. Decius in. d. l. unica. defendendo communem opinionem, dicebat, quòd in uenientibus ab intestato militat tacita uoluntas defuncti cum præsumptione iuris, ut solùm ueniant proximiores. l. si quis cum nullum. ff. de iure codic. l. non iustam ubi Bal. ad Trebe. d. Crotus defendendo dictam cõclusionem communem, sic dicebat, quòd immo in uenientibus ab intestato etiam militat dicta ratio communes si bene consideretur, quia in uenientibus ab intestato uidetur testator tacitè relinquisse propinquioribus hæreditatem, & illius partem repudiatam. l. conficiuntur. ff. de iure codic. l. i. §. sed uidendum. ff. de suc. edic. si

Accrescendi ius quid sit.

1 *Quare inductum ius accresc.*

enim non esset ius accrescendi portio deficiens deuolueretur ad sequentem in gradu, & sic succederet, qui nullam haberet uolũtatem defuncti, cùm testator præsumatur uocare prius proximiores in gradu. facit glo. in.l.nõ iusta.C.ad Treb. Dicens, quòd tunc succedens ab intestato dicitur habere uoluntatem defuncti, quando talis tempore mortis testatoris obtinet primum gradum. de qua glo. omnino per.d.Ias.in.l.licet imperator col.9.ff.de leg.1. per glo. & Bar. in.d.§. Iulianus. & pro ratione communi multùm stringit tex.in.l. similem unũ ff.de testam. mil. ubi 2 habetur quòd in testamento

2 *Accres. ius cessat in militis test.* militis, qui hæredem ex parte tantùm instituit & in reliqua hæreditatis parte cohæredem non dedit, cessat ius accrescendi. Vnde satis colligitur, absurdum uideri pro parte testatum & pro parte intestatum quem decedere. ut.d.l. ius nostrum. id tamen absurdum in testamento militis tolleratur cuius uoluntas liberrima est, nec subiacet regulis iuris communis.l.diuus. ff. de mil. testam.§. planè insti. eod. Item facit, quia paganus non potest prohibere ius accrescendi, nec tacitè nec expressè. argumen.l.si solus.in prin.ff.de æq.hær.§. cæterùm in auth.ut cum de appellationa cog. col.8.l.omnimodo.C.de inoffic. testamento.l. quoties.§.si duo.ff.de hær.inst. & plenius suo loco resoluetur. id autem ius accrescendi prohibere potest non solùm expressim, sed & tacitè is qui militat. ut.d.l. si miles. ergo dicendum est ius accrescendi inductum nequis ex parte testatus & ex parte intestatus decedat, sicq́ne non ex uoluntate solùm sed etiam ex necessitate. Neque ad rem pertinuit quòd ius accrescendi detur etiam inter uenientes ab intestato. nam etiam inter collegatarios datur, quo casu indubitatum est non dari ob id, quòd absurdum sit pro parte testatum & pro parte intestatum quem decedere: itaque singulis in casibus singulæ rationes sunt aptandæ, ut inter collegatarios ius accrescendi detur ex tacita præsumptaque testatoris uoluntate. argum.l.si Titio & Meuio.§.Iulianus.ff. de leg.2. inter cohæredes autem ab intestato uenientes ex eadem præsumpta uoluntate. argumen.d.§. Iulianus. &.l. non iustam.C.ad Trebel. iuncta.l.conficiuntur.ff de iure codicil.l.1.§.si.ff.de leg.3. at inter cohæredes ex testamento uocatos, non solùm ex uoluntate sed etiam ex prædicta necessitate & legis dispositione cum qua in re dubia uidetur se conformare testator. l. 3. ubi Iaso. ff. de lega. 1.

Idq; longè euidentius suadetur per text. in.l. si duobus.ff.de milit.testam. ubi 3 etiam si miles uniuersam hæreditatem inter duos hæredes, quos scripsit distribuat, quocum alter postea repudiauit, adhuc cessat hoc casu ius accrescendi, quasi miles iure suo, suoq; priuilegio, non iure communi usus uideatur. & licèt hoc casu ius accrescendi accomodare fortè nõ cõtradiceret militis uoluntati. argumento.l. si Titio & Meuio.§. Iulianus.ff.de lega.2. tamen melius uisum est, intactam eius uoluntaté seruare, quàm prætextu interpretationis eius iudicium inuertere. ut in simili ait.l.si.C.in quib.cau. in integr.rest. sicq; etiam ex post facto cessat ius accrescendi in testamento militis, licet contrarium scripserit Viglius in.§.hæreditas inst.de hær. instit.

4 *Accrescendi ius non potest uetare testator.* Item contra.d.rationem facit, quia 4 si in tacita uoluntate mutaretur ius accrescendi posset illud prohibere testator, & tamen non potest secundum communem opinionem. ut per Bar.in.§.cæterùm in authen.ut cum de appell.cogno. & in hærede extraneo etiam probatur in.l.quoties.C. de hær.insti.ubi iustus fuit, tenet Rota in dicta decisione.333. incip. item si pater. per Philip.Franc.in.c.si pater col.14.extra de testa. lib. 6. plenè per Ioan.de Imol.in .d.§. si ex fundo & contra dictam rationem communem facit, quia 5 in feudis habet locum ius accrescendi. ut per Alexan.in.d.l.si mihi & Titio. Item in donatione causa mortis. ut per Bar. in ultima quæstione in.d.l.re coniuncti. & in usufructu, ut patet per totam titu.ff.de usufruct.accresc. in legatisq; ut in text.l.re coniuncti & in.d.l.planè.§. si coniunctim.ff. de leg.1. in donatione causa libertatis.§.fin.inst.de don. in donatione principis, ut in.l.unica.C.si liberal. impecial. socius sine hærede decess.lib.10. & in compluribus aliis casibus, de quibus infrà, in quibus dicta ratio communis non militat. sed non recedas à communi opinione, quam propriè ponit tex. ut dixi.t.§. non autem insti.de hæred.inst. quam Bar.in 5.quæstione principali d.l.re coniuncti. dicebat procedere etiam inter hæredes coniunctos legali cõiunctione.l.si seruus communis ab extero.ff.de acquir.hær. ubi per glo. nequis decedat pro parte testatus. & quoniam doctores uariant in dicta ratione communi reddẽdo alias rationes, ideo pro plena ueritate dictæ quæstionis, dic, quòd hæc ultima impugnatio parum obest, quia uerior op.est, quòd in contractibus non est ius accrescendi. ut in.l.si mihi & Titio.ff. de uerbor.oblig. ubi traditur per docto. Bar. & omnes tradunt antiqui & noui in.d.l.re coniuncti. facit.§.planè inst.de inut.stip.§.cum qui in princ.ff.de uerb. obligat. in.l.stipul. ista.& an sit ius non decrescendi in ambiguo est, Nos aut tenebimus tenuimusq; semper non esse ius etiam non decrescendi in contractibus; ergo cessat contrarium, quod supponitur in contractibus esse ius accrescendi, quod si dixeris, quòd est ius accrescendi in legatis, in donatione Principis, in donatione causæ mortis, in feudis, & similibus in quibus non est periculum nequis decedat pro parte intestatus. resp. quòd ut dixi, in singulis casibus singulæ rationes sunt accommodandæ, nec enim omnes rationes omnibus ex æquo casibus conueniunt. Et denique quòd portio hæreditatis accrescat cohæredi id descendit ex tacita uoluntate testãtis, quòd autem ei eam repudiare non permittatur; id, quod legatario permitteretur.§.ubi autem. C de cad. tollen. id procedit ne testator pro parte testatus. &c.

5 *Accresc. ius est in feudis, & in donatione cã mortis, & in donatione simplici, et in donatione principis & in libertate.*

Deinde contra dictam communem opinionem Alexan. etiam adducit.l.circa.ff.de inoffic.testamen. ubi ex post facto quis potest decedere pro parte testatus & pro parte non. Decius ubi suprà tenendo communem dicebat, quòd non est mirum, quia ex post facto non habet locũ ius accrescẽdi.l.1.§.interdũ. ubi per omnes. ff. de usufr.accresc. ista solutio satis placet, quæ comprobatur per glo.in.§.non autem. in uerbo, intestatus. instit.de hær.inst.l.cum duobus.C. de inoffi. testamento licet Crotus aliter respondeat, dicendo quòd ideo ex post facto dicta ratio communis non militat, quia fingitur illa hæreditas à principio repudiata & retrotrahitur dicta repudiatio. l.si tibi homo.§, cum seruus. ff.de lega.1. ideo uenientes ab intestato illa consequentur, & est atque si testator de ea nullo modo disposuisset, & sic à principio diceretur pro illa parte testatus, & pro parte intestatus. ista ratio non uidetur procedere per.l.nã sicut in princ.ff.ad.l.aquil. ubi 6 ius accrescendi non

6 *Accrescendi ius non trahatur retro.* retrotrahitur, & semel extinctum non reuiuiscit.l. sicut in annos.ff.quemadm.ser.amit. prout dicebat per illum tex. Barbatia in.c. Ramucius & .c. Rainald. extra de testa. tu autem ad.d.l.circa. dic, ut per Bald. ibi, qui dicebat, quòd ideo ibi non est ius accrescendi ex post facto, propter factum iudicis, secus ex facto, uel testatoris, uel hæredis. glo.in.l.dominus.ff.de usufruct. & in d.l.ius nostrum licet Cynus in.d.§.his ita per.d.l.circa. teneat contra dictam rationem communem. Enimuero longè magis fauetur ei testatori cuius nulla culpa arguitur, quiq; non potuit testamentum mutare, quàm faueretur, si posset. argumento.l.3.C.de inoffic.testamento l.si fideiussor.§.si necessaria.ff. qui satisd. cog. itaque si hæredem ex parte tantùm institui, & in reliqua hæreditatis parte intestatus decedere tacitè, uel expressim uolui, me inuito inducitur ius accrescendi. Sin autem ex toto testatus decessi, & post mortem meam per querelam fuit testamentum ex parte rescissum, quo tempore non potui testamentum mutare, non est quid mihi imputetur

putetur. argumento.d.l.3.& ita procedit.d.l.circa. Preterea & fortius 7 de iure accrescendi tunc demum agendum est, cùm aliqua portio uacat. iuxta glo.l.si duo in pr.ff.de iure iur. & oportet uacare omni iure tam ciuili quàm naturali. ut docent Bar.& omnes in.l.huiusmodi.§.si Titio. per tex. ibi.ff.de lega.1.sed 8 in terminis.d.l.circa.nulla portio uacat, quia ad portionem, quę heredi scripto aufertur, uocatur ipsemet, qui querelauit, itàque quando est aliqua portio uacans tunc non potest quis decedere pro parte testatus quin non reliqua in parte etiam ex testamento succedatur per ius accrescendi: cæterum ubi nulla portio uacat, bene potest, nec tunc ius accrescendi dabitur ad portionem occupatam. nam & inter collegatarios cessat ius accrescendi, quando eius, qui exclusus est portionem alter occupat. tex.ubi Bart.& alii in.l.si Titio & ei.ff.de leg.1.

7 *Accresc. ius ut fit esse debet portio uacans.*

8 *Intell.l.si duobus. C. de inof. testam.*

Postremò contra eandem rationem adducitur.l.si solus in princ.ff.de acquir.hære. ubi quando quis est institutus in diuersis portionibus hæreditatis, & in aliquibus habet substitutum, si unam ex partibus hæreditatis aceeptat aliæ accrescunt sibi inuito. ecce secundum Alexan.&.d.Iaso.in.d.l.re coniuncti. quòd ibi in omni parte erat prouisum per dationem substituti, ut non posset decedere testator partim testatus, & partim intestatus; & tamen habet locum ius accrescendi. qui tex.est ad hoc egregius secundum. d.Iaso.in.d.l.re coniuncti. Bar.tamen ibi ad hoc respondet, quòd hoc est ne impendenti stet successio, & uidetur sequi Ias. quod reprobatur per Aret.in.d.l.si solus. quia sicut non est inconueniens quòd hæreditas stet in suspenso. toto tit.C.de iure delib.idem etiam si pars hæreditatis staret in suspenso. argum.l.quæ de tota.ff.de rei uendic.

Postremò considerà, quòd nouè defendi potest quòd d.l.si solus.nil repugnat communi rationi & possumus negare contrarium. nam ibi bis fui institutus, primùm, in dimidia hæreditatis parte, deinde in reliqua dimidia, in qua habui substitutum. & tex.ait, quòd alterā dimidiam in qua substitutum non habebam, adeundo, tunc acquiro utranque dimidiam. tunc sic uidebatur secundum doct. quòd dimidiam, quam adiui haberem iure institutionis, alteram uerò dimidiam iure accrescendi: licèt in illa dimidia, quam iure accrescendi habeo, haberem substitutum; & sic non esset periculum ne testator pro parte, intestatus decederet. Sed certè falsum est, & contra.d.l.si solus. dicere quòd iure accrescendi habeo illam dimidiam, in qua eram substitutus, & quam non adiui: nam immo eam habeo iure institutionis prout delata fuit, non iure accrescendi. nam ipsamet aditio etiam in altera parte tantùm facta, me hæredem fecit ex utraque parte, non partim iure accrescendi, partim iure aditionis, sed uniformiter tantùm iure aditionis. quod etiam inferius suo loco latius dicetur, & etiam superius attigimus, dum enumerabamus casus, in quibus cessat ius accrescendi. ubi in terminis.d.l.si solus. in princ.ff de acquir. hæredi. ostendimus portionem omissam iure primordialis institutionis, non iure accrescendi nobis acquiri, non aliter atque si institutus ex tota hæreditate partem agnosceret, & partem respueret. nam ei portio hæreditatis repudiata, non tam accresceret quàm iure suæ aditionis & institutionis acquireretur.

Denique uide infrà in casu 24. & 25. in quibus cessat ius accrescendi. In summa, alia posset addi ratio, quia res relicta, seu legata debet augeri per rem sibi prouenientem. nam dicimus, quòd relicta si augetur, augetur & relictum; & augmentum superueniens eidē rei relictæ debetur.l.seruum filii.§.si areæ.ff.de lega.1. l.si ex toto in princi.&.l.quod in rerum.§.pen.ff. eod. titu.quod limitatur 13.modis, ut per Alber. Brunum in tracta. de augmento & dimi. monetarum fol.15. col.2. uersic.ista conclusio.cum septem sequentibus. & per dominum Bernardum. Diaz de Luco. in suo tractatu fallentiarum fall.447. & cum ius accrescendi sit augmētum, ut suprà posuimus in diffinitione iuris accrescendi: ergo non mirum si per hoc ius accrescendi fuit inductum. ista ratio etiam non est generalis, quia non procedit in re tantùm coniunctis.§.si uerò non omnes. C. de caduc.tollen. confirmatur, quia in habentibus 10 simbolū facilis est transitus. ut docent Bar.& omnes in l.centurio.in princ.ff.de uulga.cùm ergo pars quotitatiua cuiusque rei maximam habeat similitudinem cum reliquis eiusdem rei partibus: superest, ut ea pars uacua facilè alteri parti accedat. & cum res de facili reuertatur ad suam naturam & originem, superest, ut pars, quę destinctione tantùm, non etiam reali separatione pro diuiso à toto suo abscessit: ea pars facilè ad suum totū reuertatur. argumento.l.si unus.§.pactus ne peteret.ff. de pact.maximè cum id perfectum sit, quod ex omnibus suis partibus constat.l.1.ff.de reg. iur.

9 *Augmētū sequitur rē legatā fallit 13. casibus.*

10 *Similitudo ad transformationem apta.*

Vnde Boetius sic cecinit.

Repetunt proprios quæquę recursus.
Reddituquę suo singula gaudent.
Nec manet ulli traditus ordo,
Nisi quòd fini iunxerit ortum
Stabilemquę sui fecerit orbem.

Facit.l.pen.C.de his quibus ut indig. ubi Imperator ait nihil actum esse intelligimus, cùm aliquid superest agendum. alia quoque est ratio Aret.in.l.1.ff.de acqu. hær.ubi 11 dicebat, quòd hoc est, ne eadē res diuerso iure censeatur.l.eum qui ædes.ff.de usucapio.& hæc ratio uidetur satis generalis, quæ etiam impugnari bene potest reprobarique per.l.si mihi & Titio.ff.de uerbo. obligat.ubi potius admittitur quòd stipulatio per partem non ualeat quàm quòd sit ius accrescendi idem in simili probatur in.d.l.mulieri & Titio de conditio.& demonstr.ff.ubi per Soci.post Paul.de Castr.& in.§. in primo &.§.pro secundo.C.de cad.tollendis. ubi hæreditas pro parte hæredis acceptantis uadit ad ipsum institutum, & pro parte repudiantis uadit ad substitutum: & quasi diuerso iure debetur hæreditas, quia est differentia inter institutum & substitutum, ut in rub. C. de inst. & substit.in rub.ff.de uulga.& pup. Sed defendendo hanc rationem potest resp. quòd inter hæredes institutos & substitutos parum interest; cùm omnes sint testamentarij: & etiam à substitutione potest incipere testamentum ut per.l.ex facto.§. Lucius.ff. de uulg. facit.l.3.l.quæ liberis.§.hęc uerba.ff.de uulga.& ad.l.si mihi & Titio resp.quòd tot uidentur stipulationes quot sunt res in stipulationem deductæ, uel etiam personæ. arg. l.scire per totam. ff.de uerbor. Vnde in terminis.d.l.si mihi. non tam uidetur quòd una eademque stipulatio pro parte ualeat, & pro parte non, quàm quòd diuersæ stipulationes, aliæ ualeant, aliæ uerò inutiles sint. facit l.1.§.antepen.& pen. ff. de uerbor.l.in stipulationibus eod. titulo.

11 *Res eadē non debet uario iure censeri.*

Alia ratio redditur, ne ita sequatur absurdum, partem hæreditatis agnoscere, & partem repudiare, quam rationem ponit tex.in.d.l.unica.§.his ita.C.de cad.toll. & ita tenet Bar. in.l.1.ff.de acquir. hered.contra quam nil post opponi, quia est Imperatoris, licèt dici posset quòd non est generalis, cùm duntaxat militet in hæreditatibus, & non in aliis casibus desuper deductis; & certè ut Decius ubi suprà ait, hæc ratio demonstrat quare inuitis accrescat, non autem quare accrescat: nec etiā demonstrat quare accrescat inuitis testatoribus. tex.n. ait, non esse ferendum hæredem, qui partem hęreditatis uelit agnoscere, partem autem respuere contra dispositionem testatoris. quare autem non sit ferendus ipsemet testator, qui ex parte tantùm fortè testatus decedere uoluerit id non concludit. d.ratio: ergo ea ratio efficax est in suo casu, hoc est quò ad aperiendum

12 *Acceptatio regulatur à cōcessione.*

quare non poſſit hæreditatem hæreditatis'ue partem in qua inſtitutus ſuı, ſcindere, quod & in legatis. procederet. ut in.l. ueminem. ff. de legat.2. alia etiam eſt ratio Bald. in.d.l.unica.§ in princip col.fi.C.de cad.

13 *Orbis & unionis ad ſimilitudinem omnia ferè reducuntur.*

tol.dicentis, quòd 13 hoc eſt ratione unionis, ſicut naturaliter euenit quòd ſi unius oculi pupilla clauditur alterius oculi pupilla dilatatur. ita quando deficit unus coniunctorum alter locupletatur. Inde dicebat Philoſophus quòd corruptio unius eſt generatio alterius, & hoc eſt ſecundum eum propter colligantiam, quia cortina cortinam trahit. accedat pro his tex. in.d.l.unica. uerſi. hæc tam uarie, ibi, propter unitatem ſermonis, quaſi in unum corpus redacti. facit ratio.l. ſi communem. ff. quemadm. ſeru. amit. & quę notat Feli. in.c. 2. extra de pręſcrip. c. ſi iudex extra de ſenten. exc. per. d. Iaſ. in.l. ſi emancipati. C. de colla. iſtam rationem Bal. inprobat. d. Iaſ. quia non procedit in heredibus omnino diſiunctis: tamē dicta ratio poteſt ſuſtineri, quia niſi aliqualiter eſſent coniuncti, regulariter non eſſet inter eos ius accreſcendi: Præterea etiam ſi non eſſet unio ex parte perſonarum, quia non fuit unica oratio, quo caſu omnes una eademque perſona reputantur; ſola unio ex parte ipſius rei uidetur ſufficere ad inducendum ius accreſcendi. ut in.l. quod in rerum. §. ſi quis poſt. ff. de leg.j. l. ſeruum filij. §. ſi areæ. eod. & latius dicetur ſuo loco. & hæc ratio cęteris longè generalior uidetur. facit illud Boetii.

Nec manet ulli traditus ordo,
Niſi ſi fini iunxerit ortum.
Stabilem'que ſui fecerit orbem.

Et alia eſt ratio Bar. in.l. mulieri & Titio. ff. de cód. & demon. de qua etiam ponit Bal. in.l.1. C. de indic. uidui. toll. qui dicunt, quòd ideo ius accreſcendi fuit inductum, quia 14 hęres repræſentat perſonam defuncti, & fingitur eadem perſona cum defuncto, ut in aut. de iureiuran. in princ.l. cum a matre. C. de rei. uend.

14 *Hæres repræſentat defunctū.*

quæ repræſentatio fieri non poteſt pro parte, & pro parte non. l.3. ad finem. ff. de pretoriis ſtipul. iſtam rationē reprobat. d. Iaſ. & Deci. in.d.l. unica. quia, ſecundum eos nō eſt incōueniens, quòd in pluribus fiat repręſentatio. glo. & Bar. in.l.i.§. hu. ff. de præt. ſtipul. & ſequens in gradu dicitur etiam repræſentare defunctum. l.i.§. ſed uidendum. ff. de ſucc. edict. ſed & hæc ratio defendi poteſt, conſiderando quod defunctus 15 qui ſine hęrede deceſſit, afficitur iniuria, cùm bona eius ueneunt per creditores. l. & quia hoc. ff. de interrog. act. & inſti. qui ma. non poſ. §.i.

15 *Defunctus afficitur iniuria ſi ſine hærede deceſſerit.*

Alia eſt ratio, quam reddebat. d. Bonifacius de Fantu. in.d. rub. c. quando non pe. par. hoc eſt, ut 16 bona ſint pro parte uacantia, & pro parte non, tamen nihil eſt, quia, ultimo loco ſuccedit fiſcus. §. cum autem C. de cad. tollend. ſed & hæc ratio defendi poteſt conſiderando, quòd ut uenientes ab inteſtato poſſunt partem hæreditatis ab hærede ſcripto repudiatam reſpuere: ita etiam fiſcus ultimo loco uocatus poſſet eam repudiare, ſicque bona pro parte eſſent uacantia, & pro parte ab herede occupata. preſertim cùm fiſcus teneatur ad onera hæreditaria ſubeunda, non ſecus quàm hęres, quilibet particularis. ut. ff. de leg.i.l. ſi ſeruus. §. ante. ergo ut hæres priuatus ſolet & poteſt hæreditatem ut ſuſpectam repudiare. ut per totum. C. de rep. hęr.l. nec emere. C. de iure delib. niſi ſit ſeruus teſtatoris. ut per totum. C. de neceſ. ſeru. hær. inſt. etiam ſi ſit opulenta hęreditas. ut.l. quia poterat. ff. ad treb. nec per hoc fraudem creditoribus feciſſe uidetur. ut in.l. quia aut in prin. & §.j. ff. quæ in fraud. creditorum. ita & fiſcus poteſt hæreditatem repudiare. Vnde fieri poſſet, ut ſi hæredi ſcripto liceret hæreditatis partem adire, partemq́ repudiarę, tunc ea pars repudiata poſſet uocare etiam ſi nouiſſimo loco fiſcus ad eam inuitetur.

16 *Bona ex parte uacare abſurdum.*

Alia fuit ratio Cyn. in.d.§. is ita. C. de cad. toll. qui dicebat, quòd hoc eſt, quia hæreditas ſemper eſt oneribus implicita, ideo ſi pro parte agnoſci poſſet & pro parte non, eſſet magnum præiudicium defuncti, quia pro parte hæreditatis haberet creditores contra quem agi poſſent, & pro parte non, quo caſu ageretur de præiudicio teſtatoris: & ideo propter hanc rationem dictum ius accreſcendi fuit inductum. quod comprobatur per rationem tex. in.l. quoties. C. de her. inſt. Quod autem eſſet magnum præiudicium defuncti patet, quia ſic euenire poſſet, ut pro parte ab hęrede ſcripto repudiata, bona defuncti à creditoribus uenirent, per quod defunctus iniuria affectus uideretur. ut in.d.l. quia hoc intereſt. ff. de interrog. act. & in.§.i. inſt. quibus ex cau. man. non licet. ſed & ipſorum creditorū intereſt, ut ſic hæres ſcriptus ſit, quem conuenire poſſint ex toto, nō autem teneantur ſpectare deliberationes hæredum ab inteſtato uenientium, quod longiſſimum & ualde incommodum reputatur. argum.l.i. §. largius. ff. de ſucc. edict. idque tam religioſè obſeruandum tenendumq́ue eſt, quòd non 17 ualeret diſpoſitio teſtatoris prohibentis ius accreſcendi. l. ſi duo. ubi per omnes. ff. de acq. hęr. gl. in.l. dominus. ff. de uſufru. d.l. ius noſtrum. iuncta l. nemo poteſt. ff. de leg.i. ita Corneus conſi.35. incip. in caſo. in ſecūdo uolumine. & cōſi. 85. incip. plura in.3 uolumine. ꝓbatur in.l.i.§. ſi ex fundo. ff. de hær. inſt. ubi ꝑ Ioan. de Imol. Alex. in.l. ſi quis priore. ff. ad Trebel. & in l. quoties. C. de hær. inſti. per Bar. in.l. pater filium. col. pe. ff. de in offic. teſtamento. Sed an 18 in caſu, in quo teſtator expreſsè prohiberet ius accreſcendi dicatur in totum teſtatus uel in teſtatus decedere? & Alex. in.l. ſi quis priore. ff. ad trebel & in.l. quoties. C. de hær. inſt. dicit poſt alios quòd teſtatus decedet. per.l. ſi ita quis inſtitutus fuerit excepto fundo. ff. de hær. inſtit. quod eſt uidendum per eund. in.l. quoties in fin. C. de hær. inſti. Bar. in.l. quoties. §. ſi duo. ff. eod. tit. Iaſ. in.d.l. re coniuncti numero. 207. ubi Ripa num. 133. Imola numero. 59. in.l.i.§. ſi ex fundo. ff. de hær. inſti. idque notandum eſt, & eſt ratio poſita per Ioan. de Imol. in.l.i.§. ſi ex fundo. ff. eod. tit. & eſt fauor quod quis decadat magis teſtatus quam inteſtatus. l. uel negari. ff. quemad. teſta aperi. alia ratio ponitur in l. & quia. ff. de interrog. act. & dicta prohibitio teſtatoris debet haberi pro non appoſita. argum. d. §. ſi ex fundo. licèt contra (prima facie) uideatur facere, quod notat Bar. in.l. quotiens. §. ſi duo ff. de hære. inſtit. & pro eo uidetur facere ratio.l. mulieri & Titio. ff. de cond. & dem. & quæ ibi notat Soci. & Pau. de Caſtr. & quòd potius ex toto teſtatus quam ex toto inteſtatus uideatur; facit bona ratio, Nam 19 quęlibet adiectio impoſſibilis, inutilis, inepta, uel alio modo reprobata a iure ſi de facto in ultima uoluntate adijciatur, non uitiat diſpoſitionem, ſed ipſa adiectio uitiatur uitiataque reijcitur, habeturq́ue perinde ac ſi eorum nil teſtamento aditum eſſet. tex. eſt in.l. ſi impoſſibilis. ff. de hære. inſt.l. obtinuit. ff. de cond. & dem.l. reprehendenda. C. de inſt. & ſubſt.l. quoniam in peioribus C. de inof. teſtam. licèt ſecus ſit in contractibus.l. non ſolum. ff. de act. & oblig.l. ſi impoſſibilis. ff. de uerb. oblig. latè per Iaſ. in.l. quæ de legato. ff. de leg.j. Ergo cùm 20 contra ius ſit prohibere ius accreſcendi in hæreditatibus, tunc ea prohibitio, quæ conſiſtere non poteſt magis eſt ut reiiciatur, habeaturq́ue perinde ac ſi appoſita non eſſet, quàm quòd uitiet diſpoſitionem ultimæ uoluntatis, quæ cum fiat ab eo, qui præſumitur turbatus mortis cogitatione ut.l. hac conſultiſſima. §. at cum humana. C. qui teſt. fa. po. §. illud in auth. de trieñte & ſemiſſe. magis eſt, ut ei ſubueniendum ſit, quàm iraſcendum. Poſtremò 21 ius accreſcendi fuit inductum ad ſimilitudinem alluuionis.l. ſi Titio. ff. de uſufr. ergo ut augmentum per alluuionem contingens pertinet ad magis finitimos & proximiores agros. ut inſt. de rerum diui.§. præterea. & ff. de acq. rerum domi.l. adeò. §. præterea. ita quoque per ius accreſcendi oportet portionem uacantem ei portioni uel rei accedere, quę cum re uacan-

Teſtator an poſſit prohibere. 17

Accreſcendi iure per teſtatorem prohibito teſtatus adhuc decedit. 18

Vlt. uol. nō uitiatur per adiectionem improbatam. 19

Teſtatori qui mortis cogitatione turbatus præſumitur eſt ſubueniendum non iraſcendū. 20

Accreſcendi ius appetit ſimile. 21

re uacante habet maiorem similitudinem, propinquitatem, affinitatem, & uicinitatem. facit. §. ceterum in authen. ut cum de appellatione. cog. coll. 8. & l. omnimodo. C. de inoffi. test. sed negari non potest quòd postquã fundus ab hereditate separatus est, quod accidit cùm duobus legatur, tunc pars fundi ab uno ex collegatarijs repudiata longè maiorem uicinitatem, affinitatem, similitudinemque habet cum altera eiusdem fundi parte quàm cum hæreditate; quia ambæ eiusdem fundi partes sunt corporeæ, hereditas autem incorporea. l. hæreditas etiam sine ullo corpore. ff. de pet. hær. in princ. instit. de reb. corp. & incorp. ergo ad collegatarium ea pars uacua potius quam ad hæredem redire debet: & similiter si pars hæreditatis ex testamento delata uacare cœpit alteri eiusdem hæreditatis parti ex testamento similiter delatę aptius est, ut accedat, quàm quòd ad legitimos hæredes retrocedat: quia cum altera portione ex testamento delata maiorem habet similitudinem, & uicinitatem. & hæc consideratio tam efficax fuit uisa iureconsultis tamque elegans, ut contra eam dispensare nec heredibus, nec ipsis testatoribus facultatem concesserint. Etenim 22 ne quid absonum, aut inelegans foret in iure ciuili maximæ curæ fuit iureconsultis. ut in princ. inst. de fideicom. hær. & in princ. inst. de codicill. propter imitationem naturæ elegantis. §. minorem. inst. de adop. l. adoptio. ff. eod. l. si quis posthumos. in princ. ff. de lib. & posth.

22 *Ius ciuile elegans.*

De tacit. substitutione, uel iure accrescendi §. xxi.

SVMMARIVM.

1 *Coniuncti re, qui dicantur.*
2 *Coniunctus re, an propriè coniunctus sit.*
3 *Coniunctio uerbalis, an sit potior quam realis.*
4 *Qui dicantur re coniuncti.*
5 *Coniunctio uerbalis, non est ubi sunt diuersæ orationes, siue sint solutæ, siue per copulam colligatæ.*
6 *Coniunctio uerbalis est quando duo in eadem oratione iunguntur, siue solutim, siue per copulam colligatim.*
7 *Coniunctio realis, ut differat à uerbali?*
8 *Legata bis eadem species ab eodem semel debetur.*
9 *Legata bis quantitas eidem, & ab eodem, & in eadem scriptura, semel debetur, si in diuersis scripturis bis debebitur.*
10 *Legata eadem species bis eidem, & ab eodem etiam in diuersis scripturis, semel debetur.*
11 *Legata quantitas sæpius, an semel tantùm debeatur.*
12 *Coniunctio realis, non dirimitur ex diuersitate scripturarum. contra Ripam.*
13 *Legata pari quantitate etiam in diuersis scripturis, legatum semel tantùm debetur cum Zasio contra communem.*
14 *Lego Titio decem, & Seio decem, una tantùm decem non bis decem debentur, cum Bar. & Ripa contra communem.*
15 *Accrescendi ius cessat, & coniunctio effectualiter, quando dixi, Titio & Seio decem lego.*
16 *Intell. l. item quod Sabinus. §. unde idem. ff. de hære. instit.*
17 *Intell. l. triplici. ff. de uerbo. sign.*
18 *Coniunctio realis non requirit partium expressionem. contra communem.*
19 *Partium diuisio non refert, quo tempore fiat. contra Ripam.*
20 *Coniunctio realis non impeditur per partium diuisionem. contra Cuma. Ias. & Ripam.*
21 *Re coniuncti hi demum dicuntur, qui faciunt partes concursu.*
22 *Coniunctio realis, an desideret quòd de expressa uoluntate testantis plures ad eandem rem uocentur.*
23 *Coniunctio realis desiderat expressam testatoris uoluntatem declaratio noua.*
24 *Realis coniunctio sola, an possit prælationem inducere in iure accrescendi.*
25 *Indefinita refertur ad totum.*
26 *Intell. l. si ita quis. ff. de hær. inst.*
27 *Intell. l. Meuio. ff. de leg. 2.*
28 *Intell. l. item quod Sabinus. §. unde idem. 2. resp. ff. de hær. inst.*
29 *Coniunctio realis, an desideret inter coniunctos æquas partes concursu fieri.*
30 *Posita coniunctione uerbali sequitur coniũctio realis, nisi expressim dirimatur.*
31 *Coniunctio realis, an desideret ad eandem portionem esse uocatos ex expressa uoluntate.*
32 *Realis coniunctio, an esse possit absque eo quòd quisq; ad solidam rem, uel portionem sit expressim uocatus.*
33 *Coniunctione in illa Titius & fratres hæredes sunto, quare fratres in iure accrescendi præferantur.*
34 *Coniunctus quis sæpe uidetur uniuersis, non singulis.*
35 *Ex legatarijs re tantùm coniunctis, an qui prior uenerit totum petere possit.*
36 *Coniuncti uerbis, qui sint?*
37 *Qui uerbis tantùm coniuncti?*
38 *Ius non decrescendi an detur inuito.*
39 *Coniunctio uerbalis, ut inducatur per dictionem cùm?*
40 *Coniunctio inducatur, uel dirimatur per modum declarationis, an per modum alium nil interest.*
41 *Coniunctio uerbalis an inducatur per copulam positam inter duas orationes?*
42 *Vnitas orationis inducit coniunctionem uerbalem non copula.*
43 *Qui sint mixtim coniuncti?*
44 *Coniunctio legalis, an uerbali assimiletur?*
45 *Posita coniunctione uerbali per nomen collectiuum sequitur & realis, nisi expressim dirimatur.*
46 *Coniunctionum effectus.*
47 *Coniuncti ad unam tantùm portionem admittuntur.*
48 *Substitutio facta uidetur secundum ordinem coniunctionis.*
49 *Intell. l. cohæredi. §. qui discretas. ff. de uulga.*
50 *Accrescendi ius effectus coniunctionis est.*
51 *Ante portionem quæsitam in usufructu est ius non decrescendi contra communem.*
52 *Vsusfructus legati si uetetur alienatio, an inducatur proprietatis concessio?*
53 *Exceptio interdum auget regulam.*
54 *Mandatum sæpe ampliatur per exceptionem.*
55 *Bonorum possessor an hæredis appellatione contineatur?*
56 *Legum ignorantia quando præsumatur.*
57 *Coniunctio mixta, an inducat ius accrescendi, uel ius non decrescendi.*
58 *Ius non decrescendi inter mixtim coniunctos est. cum communi.*
59 *Coniunctis re, & uerbis, an accrescat cum onere.*
60 *In hæreditatibus est ius accrescendi inter disiunctos.*
61 *Coniunctus mixtim ut reliquis præferatur?*
62 *Posita coniunctione uerbali sequitur cõiunctio realis, nisi expressim dirimatur.*
63 *Intell. l. si qui ita. ff. de hær. inst.*
64 *Intell. l. si ita quis hæredes. ff. de hær. inst.*
65 *Ius accrescendi an transeat in successorem singularem? cum communi contra Bar. & alios.*
66 *Hæres semel factus, non desinit hæres esse facto hominis, sed ex legis dispositione.*

67 *Intell. tituli. C. & ff. quib. ut indignis.*
68 *Accrescit fisco qui loco indigni succesßit portio uacans.*
69 *Accrescendi ius ut detur, quid exigatur.*
70 *Emptor hereditatis etiam utiliter non fit hæres contra Curtium Iuni.*
71 *Accrescens portio hæredi hæreditatem uendenti, non restituitur emptori contra Ias. Decium Ripam, Crotum & Politum.*
72 *Succesßio in uniuersalem transit ius accrescendi in legatis secundum communem. nos contra.*
73 *Alienans, ius præsens non futurum concesßisse uidetur.*
74 *Legans solùm ius, quod habebat, & si esset morte periturum alienare uidetur.*
75 *Accrescere portionem portioni uariè contingit.*

1 *Coniuncti re qui dicantur.*



IRCA superiora sciendum est, quòd 1 uocantur re coniuncti hi, quibus eadem res legatur. ut tradunt Bar. in. d. l. re coniuncti. ff. de legatis. 3. nu. 7. col. 3. & ibi Besucius col. 9. & Iaso, num. 57. Ioannes Crotus nume. 16. Lancelottus Politus num. 2. cum pluribus sequentibus. Franciscus de Ripa nume. 27. facit. l. si quis testamento. ff. deleg. 1. tradunt doctores in. l. triplici. ff. de uerbo. signific. præsertim nouissimi, & nonnulli alii præsertim Castalius in princ. ff. de usuf. accr. & plerique scribentium in. l. si duobus. ff. deleg. primo. & in. §. si eadem res. inst. de lega. per tex. ibi. facit. l. si separatim & tex. in. l. hæc scriptura. §. fin. ff. de condit. & demonst. & in. l. coniunctim. ff. de lega. 3. facit etiam tex. in. l. unica. §. ubi autem legatarii. C de caduc. toll. tex. in. l. 1. §. interdum & in. l. inde Neratius. ff. de usufructu accresc. facit etiam text. in. l. penult. eod. titulo. quibus uidetur probari quòd uocantur coniuncti re, quibus eadem res legatur, contra hoc facit. §. sin autem. C. de caduc. toll. ubi uocantur disiuncti. pro solutione Bar. in. d. l. re coniuncti. dicebat, quòd in tota illa. l. accipiuntur pro coniunctis re & uerbis coniuncti, uel uerbis tantùm coniuncti. Sed tamen illi, qui non sunt uerbis coniuncti magis uocantur disiuncti. d. l. unica. §. his ita & §. sin autem eod. §. si eadem res. ubi glo. Io. Fab. & Ange. glo. in. l. si mihi & tibi. ubi per. d. Iaso. ff. de lega. 1. ex his quidem uerbis Bar. possunt not. duo. Primum est egregium, quòd 2 re tantum coniuncti non sunt propriè coniuncti, quia in dictis iuribus uocantur sunè disiuncti; ideo, appellatione coniunctorum non uenirent. contra hoc dictum Bar. facit iste tex. d. l. re coniuncti. & d. l. triplici. & glo. ubi tex. in. l. si duobus. ff. de lega. 1. Secundum est, quòd 3 mixtim coniuncti, & uerbis tantùm coniuncti dicuntur certè plus coniuncti quàm re tantùm coniuncti, per quod potest inferri quòd potior uidetur coniunctio uerbalis quàm coniunctio realis: & sic, quòd in iure accrescendi uerbis tantùm coniuncti præferri debeant re tantùm coniunctis. ut dicebat Petr. de Bellaper. de quo infrà dicemus, quod uidetur contra opinionem glo. Io. Azon. Bar. & aliorum. & tandem respectu uocationis non tam cõiuncti sunt re tantùm coniuncti; quàm uerbaliter, uel mixtim coniuncti; sed respectu rei longè magis coniuncti sunt quam uerbaliter coniuncti, & etiam magis coniuncti, quàm mixtim coniuncti: quia inter mixtim coniunctos licèt non sit expressa partium diuisio, est saltem tacita, ut suo loco dicetur, secus inter re tantùm coniunctos.

2 *Cõiunctus re an propriè coniunctus sit.*

3 *Cõiunctio uerbalis an sit potior quàm realis.*

Stat ergo ex superioribus, quòd re coniuncti dicuntur hi, quibus eadem res separatim legatur, quale est tàm dixit testator Titio lego fundum. eundem fundum lego Sempronio. & ista est uera & communis op. quam tenent & alii communiter quos suprà retulimus per. d. §. si eadem res. Sed certè uidetur quòd 4 si dicatur, Titio lego fundum eundem fundum lego Sempronio, quòd non sint re tantùm coniuncti, sed uerbis; quia istæ quidem orationes solutæ resoluuntur in coniunctã d. l. triplici. ff. de uerb. signi. Bart. in. d. l. re coniuncti. pro solutione dicebat quòd Iacob. de Raoe. istud intelligit, quando in diuersis partibus testamenti sunt ista relicta legataq; quod est secundum Bar. restringere istam met materiam, & secundum eum est contra uulgarem tex. in. §. si eadem. uer. coniunctim. inst. de lega. ista opinio Iacobi de Rau. potest bene defendi per. d. l. re coniuncti. in uerbo separatim. l. Meuio in uerbo separatim ff. de leg. 2. quod uerbum exponi debet secundum doct. id est in diuersis partibus testamenti & ita exponit idem Bar. in. l. quod traditum. ff. de condic. & demonstra. nec obstat. d. §. si eadem. quia ibi tex. non prohibet quo minus sint re coniuncti, si in diuersis partibus testamenti legetur, quia hoc uidetur importare dictio separatim, ut diximus. & opinionem. Iac. de Rau. uidetur tenere Petr. de Ancha. in c. requisisti. extra de testa. & nouissimi in. d. l. re coniuncti. præsertim. d. Ias. consi. 21. tamen non recedas a dicto Bar. quia Iac. de Rane. uidetur uelle, quòd ad hoc quòd aliqui sint re tantùm coniuncti requiratur quòd eadem res aliquibus in diuersis partibus testamenti relinquatur. nam hoc esset restringere hãc materiam, quia etiam si non legetur in diuersis partibus testamenti, sed in una parte, dummodo sint separati in orationibus, & sit unitas rei inducitur realis coniunctio. & hoc est, quod uult dicere Bar. Alii secundum Bar. pro solutione dicti contrarij dicebant quòd in. d. l. triplici. soluta ponitur pro coniuncta, quò ad partes principaliter acquirendas, non quò ad ius accrescendi. uolentes dicere quòd si aliquibus legatur solutè quòd licèt quilibet admittatur ad partem suam in hoc uidentur coniuncti, tamen ius accrescendi non habent, ut dicunt quidam moderni secundum Bar. quod ei displicet, primò per. d. l. triplici. quæ dicit eos coniunctos uerbis licèt oratio sit soluta, sed effectus coniunctionis est ius accrescendi. ergo &c.

4 *Qui dicantur re coniuncti.*

Patet ergo ex superioribus quòd 5 si sint diuersæ orationes quantumcumque sint contiguæ, proximæ, & uicinæ, & affines, nunquam est uerbalis coniunctio siue inter dictas orationes sit copula, ueluti Titio lego fundum, & Meuio lego eundem fundum. siue inter eas copula nulla sit, ueluti Titio lego fundum, Meuio lego eundem fundum. Quòd 6 si sit unica oratio, tunc semper est uerbalis coniunctio, siue inter collegatarios, uel cohæredes in eadem oratione uocatos sit copula, uelu ti, Titio & Seio lego fundum, siue non sit copula, ueluti Titio Seio lego fundum.

5 *Coniunctio uerbalis non est ubi sunt diuersæ orationes, siue sint solutæ siue per copulam colligatæ.*

6 *Coniũctio uerbalis est quando duo in eadem oratione iunguntur siue solutim siue per copulam colligatim.*

Contra superiora facit, quia 7 ut iam uidebimus multipliciter differunt inter se re coniuncti, & uerbis coniuncti. & tamen etiam in reali coniunctione fiunt partes à lege, non secus quàm in uerbali fiunt à testatore. l. si pluribus. ff. de lega. 3. Adde quòd cum duobus eadem res simpliciter & sic integraliter legatur, siue re tantùm, siue mixtim coniunctis scinditur inter eos legatum (. i. faciunt partes concursu) quia solidum cuique datum uidetur, ut ibi. & l. coniunctim. de leg. 3. l. utrum in princ. de reb. dub. ff. Nam hæc uerba, Titio & Meuio fundum lego. sic interpretantur, Titio fundum lego. Seio fundum lego. quibus casibus ipse sermo solidum cuique dedit, sed quia dubitatur, utrum totum cuique dare, an partes uoluerit, & si partes utrum æquas, an dispares? lex prouidet, ut solidum cuique datum non uideatur, tum ne hæres bis circa eandem rem grauetur, tum quia in solidum eandem rem cuique dari impossibile est. Vnde superest, ut pars cuique detur; & magis est ut æqua quam iniqua. hæc prouisio fit, cùm dubia est testatoris uoluntas. nam possibile fuit eum uoluisse solidum cuique dari, alteri rem, alteri rei existimationem iuxta. l. si pluribus in fi. de leg. i. ff. in mixta ergo, uel reali omnes honorati habentur pro uno, & quod

7 *Coniunctio realis ut differat à uerbali.*

iuris

iuris foret in eadem persona, idem & in uarijs, secundum in uerbali constat partes fuisse factas. unde duo loco unius haberi non possunt. unde illa interpretatio unitatis, quã facit lex cùm dubia est testatoris uoluntas fieri non potest, quando est certa uoluntas testatoris contrarium exprimentis. & hinc nascuntur omnes illi effectus; qui sunt inter ius accrescendi & ius non decrescendi de quibus per Ias. in.d.l. re coniuncti.2.col.cum ergo testator partes expresśim nõ fecit, tunc lex prouidet ęquè diuidendo, & amplius non se intromittit.sed cum ipse expresśit, sequitur eius uoluntatem. item lex partes facit tempore exequutionis tantùm, ipse uerò tẽpore dispositionis: quo fit, ut si cesset exequutio, cesset diuisio legis, quod non est cum ab initio fit expressio: ergo eorum, quæ lex disponebat ex præsumpta uoluntate testatoris meritò operatur, quia magis certa est uoluntas expressa quàm coniecturata. & lex diuidendo, non uult dirimere unitatem, nisi cùm datur concursus.at in uerbali nunquam fuit unitas per legem per cessationem concursus posset conseruari, itaque lex unitatem per testatorem ab omni parte factam conseruare uult, nisi cùm datur concursus quo casu ex necessitate æquas partes facit.at cum testator unitatem non facit, cessat illa conseruatio.

Denique dum Bar.in.d.l.re coniuncti.arguit à diuersitate scripturarum ad diuersitatem personarum considera, quòd si sunt diuersi testatores, expeditum est ut.l. planè.§. si eadem.de leg.1.nam & scripturarum diuersitas tunc est. quòd 8 si sit idem testator idem'que legatarius, sed uariæ scripturæ, tunc, si est species, semel tantùm debetur.d.§.si ead.melius in.l. si tibi homo.§.1. de lega.1.l.Meuius.§.cum qui de leg.2.ff.Si est 9 quantitas aut in eadem scriptura bis eidem relinquitur, & semel tantùm debetur.d.§. si ead.uers. sed si non corpus. aut diuersis scripturis, & bis debetur.ut.l. quinquaginta. de probatio.ff.

8 Legata bis eadem species ab eodem semel debetur.

9 Legata bis quantitas eidem, & ab eodem, & in eadẽ scriptura, semel debetur, si in diuersis scripturis bis debebitur.

Quòd si sint diuersi legatarij, tunc si loquimur in speciebus. aut relinquitur eadem scriptura, & procedit l.re coniuncti. quòd 10 si essent uarię scripturæ quia in testamento mihi, & in codicillis tibi, non inuenio tex.dicentem; sed puto idem.argum.d.§. eum qui in ratione decidendi. ibi eum enim qui pluribus speciebus iuris uteretur, non sæpius legare sed sæpius loqui; qui ergo semel in testamento, & iterum codicillis legat, sæpius loquitur, non sępius legat.ecce ergo quomodo est idem testator, & eadem res. licèt absit diuersitas tam personarum quam scripturarum, non sufficit ut bis debeatur. pro quo optimè.l.2.§. codicillorum.ff. de iure codicill. & quod ait Zasius.in.l.planè.§. si ead. col. pe.de lega.i.Sed 11 in summis sic dicas. nam aut sunt plures summæ, aut unica. si plures, aut dispares & omnes indistinctè debentur.l.cum cẽtum.ff. de adim. leg. iuncta.l.3.§. cum Titio.eod. Zasius'que ita tenet in l.planè.§.si ead.col.pe.de leg.i.ubi Ias. ait hanc esse cõmunem opinione.11. & ipse Iaso. in.l.si cui serui.§.si à filio col.1.eod.tit.quòd si pares sint, tunc, aut in diuersis scripturis & indistinctè omnes debentur.l. quinquaginta. ff.de probat.ubi tenet gl.Bar.& omnes.gl. Bar.& omnes in.l.planè.§. si eadem uersi. sed si non corpus. de leg.i. ubi Ias.num.16.ait hanc esse communem opin.quod & firmat Zasius ibidem col.pe.licèt ipse teneat contra cõmunem:pro quo ultra eius fundamenta facit. d.l. cum centum in fi.Quòd si summę sint pares, tunc, aut eidem personæ, & una tantùm debetur.d.uers.secundum si nõ corpus. aut diuersis personis legantur, & tunc, aut in diuersis scripturis, & omnes debetur secundum Bar. in.l.re coniuncti.col.tertia in prin.ff. de leg.3.cum quo est communis opin.quod quia nullus satis concludenter probat, tu proba.nam ut cùm plures hæredes separatim ad pares summas præstandas grauantur, inducitur multiplicatio legati, ut omnes summæ debeantur. l.si pluribus.§.fi.de leg.2.ita & cum plures legatarij nominatim uocantur, omnes summæ deberi debeant.quia bonum est argumentum de grauatis ad honoratos & è contra. argum.l. quidam referunt. ff.de iure codicill.& considera quòd aliquando, & primò, fit separatio grauatorum & honoratorum, & tunc singuli insolidum grauati singulique insolidum honorati uidentur argumen.l.si pluribus.§.fi.de leg.2.a fortiori & in specie ꝓbat princ.inst.de duobus reis.uers.nam si prius.iuncta.l. eum qui in.2.resp.ff.de uerb.oblig.Aliquando, & secundò, nec fit separatio grauatorum, nec honoratorum. & tunc, omnes honorati ad unam tantùm uocantur.argu. l.eum qui in pri.resp.ff.de uerb. obl.&.l. si quis testam. ff.de leg.j.iuncto.d.§.sed si non corpus. nam, ut si dixi, Titio decem lego, & alia parte testamenti iterum dixi Titio decem lego, semel tantùm debetur: ita si dixi Titio & Seio decem lego, & postea iterum Titio & Seio decem legaui, semel tantùm debebuntur. Aliquando, & tertiò, fit separatio grauatorum tantùm & bis debebitur.d.l.si pluribus.§.fi.Aliquando, & quarto, fit separatio honoratorum tantùm & bis debebitur secundũ opin. Bar.in. d. l. re coniuncti suprà relatam.ꝙ si pares summæ relinquantur diuersis personis sed in eadem oratione, puta Titio decem, & Seio decem lego. tunc Bar. in.l.si quis Titio in prin.de leg.1.quem sequitur Ripa in l.rè coniuncti num.28.tenet quòd semel tantùm debebitur, ut singuli ad quina, non ad dena uocati uideantur.mouetur per.l.stip.ista.§. eum qui.ff.de uerb.oblig. cuius uerba eum qui ita dixit, mihi decem & Titio decem, eadẽ decem dicere non alia credendum est. modò sic, si tu intelligis, quòd ita dictum fuit, mihi decem promittis, & Titio decem promittis. tunc decidit op. Bar. nam si qui ad suam meram utilitatem stipulans bis eandem quantitatem repetendo sub eadem oratione de iisdem decem intellexisse uidetur: multo magis, & qui similiter legat de iisdem decem, non aliis credendus est intellexisse. cùm legata non tam testatoris quàm legatarij contineant utilitatem: præsertim cùm in hac materia arguatur de contractibus ad ultimas uoluntates.ut.d.l.eum qui.in prin. ff.de uerb. oblig.

10 Legata eadẽ species bis eidem, & ab eodẽ etiam in diuersis scripturis, semel debetur.

11 Legata quantitas sępius, an semel tantùm debeatur.

Quòd si unica summa & semel relicta fuerit, dic, ut d.l.eum qui ita.in prin. &.d.l.si quis testamento .in prin. de legat.1.

In speciebus autem dic, quòd aliquando, & primo, fit separatio grauatorum & honoratorum. puta, à primo hærede Titio fundum lego. à secundo hærede eundem fundum Seio lego.& tunc dic, ut dixi circa intell. l.pen.ff.de usufru.accr.aliquando, & secundo nec fit separatio grauatorum, nec honoratorum, quia solùm dixi, hæredes mei fundum Titio, & Seio danto.aliquando, & tertio fit separatio grauatorum tantùm, puta, à Titio fundum lego.Seio & à Meuio hęrede fundum eundem lego Seio.ut.l.quid ergo.§. si quis duos de leg.i.ff. Aliquãdo & quarto fit separatio honoratorum tantùm puta, hæres fundum Titio dato, & iterum hæres fundum Seio dato. & quid si dixi, hæres fundum Titio dato, deinde hæres fundum Titio dato. hoc ultimo casu procedit.l.si tibi homo.§.i.ff.de leg.i.l. Meuius. §. eum qui.ff.de leg. 2. proximo autem casu procedit.§. si ead. inst.de leg.l.si pluribus.ff.de leg.i.l.re cõiuncti.ff.de leg. 3.cum similibus.

Adde quòd Ripa in.l.re coniuncti num.27.tenet contra Bar.quòd 12 ex diuersitate scripturarũ, non potest argui ad diuersitatem personarum: quia inter diuersas personas constat dari ius accrescendi, quod nõ datur ex diuersis scripturis.l. si sub conditione. ff. quibus modis usus fructus amittatur.inclinat ergo in hoc, ut in terminis.l.quinquaginta.ff.de probatio. quam Bar. ubi suprà col.3. in princ. allegat non posset dari ius accrescendi quod falsum, quia si tibi testamento fundum, & Seio codicillis eundem fundum legaui, erit ius accrescendi inter eos, non secus quàm si eodem testamento bis legatus foret. argum.l.Meuius.§.eum qui.ff.de leg.2.l.si tibi homo

12 Coniunctio realis, non dirimitur ex diuersitate scripturarum. contra Ripam.

bi homo.§.i.ff. de leg.i.facit.l.cum centum in fin. ff.de adimend.lega.melius.l.2.§.1.ff.de iure codicillorum optima doctrina Zasij in.l. planè.§. si eadem col. penult.ff. de leg. i.

13 *Legata pari quantitate etiam in diuersis scripturis, legatum semel tãtùm debetur cũ Zasio contra commune.*

Adde quòd 13 Zasius in.l.planè.§.si eadem de leg. j.col.pe.tenet contra communẽ nihil referre par quantitas eidem eodem testamento legetur, an primo in testamento, deinde in codicillis. Nam ut si eadem scriptura legaretur semel tantùm deberetur.d.§. si eadem. ita inquit & si primo testamento, deinde codicillis relinquatur, semel tantùm debebitur. Primò per.l.secundam §.1.ff.de iure codicillorum. Secundò per.l. cum centum.in fin.ff.de adim. lega. Tertiò per.l.Meuius.§.cũ qui.de leg.2.ff.l.si tibi homo.§.i.ff.de lega.1.iuncto.d.§. si eadem. Quartò per.d.§. eum qui in ratione decidendi. Quintò adduco in quibus casibus quantitas bis eidem relicta semel tantùm debetur.ut.d.§.si eadem id fit eo quòd testator potius præsumitur oblitum fuisse prioris legati quam quòd quantitatem duplicare uoluerit: sed ista obliuio magis debet præsumi ex interuallo quàm in continenti ergo &c. optimè facit.l.stipulatio ista.§.eum qui.ff.de uerb.obliga.ad.l. quinquaginta. in qua fundatur communis.respondet Zasius ubi supra qui hanc partem plene defendit contra Bar.4.col.in d.l. re coniuncti. quem ibi Iaso. & Ripa sequuntur post alios præsertim Cuma.Besucius,Sal.& Crotus,Ias.in.l. planè.1.§.si eadem.ff. de lega.1. Anchar. in. c. requisisti col.4.de testa.gl.in.l.cum.centum.ff.de adim.lega. Cuma.consi.133.

14 *Lego Titio decem, & Seio decem,una tãtùm decem non bis decem debentur, cum Bar.et Ripa contra cõmunem.*

Adde quòd Bar.in.l.si quis testamento in prin. de lega.1.ff.quem sequitur Ripa in.l.re coniuncti de leg.3.nume.28.tenet, quòd 14 si dixi Titio decem & Seio decem lego.non bis decem, sed semel tantùm debentur. per.l.stipulatio ista.§.eum qui.ff.de uerbo.obliga.quod puto uerum; quia id ibi expressum est in contractibus,ergo idem in ultima uolũtate.Secundò est magis in specie, quia etiam in materia nostra cum agitur de coniecturanda uoluntate illius, qui bis profert eandem summam, fit argumentum de contractibus ad ultimas uoluntates.l.eum qui ita.in princ.ff.de uerb.oblig. cùm ergo id in contractibus expeditum sit, ut.d.§. eum qui ergo idem in ultima uoluntate. Tertiò, quia si stipulator, qui ad suam meram utilitatem eandem summam profert, de eadem summa sensisse uidetur, ut ibi, multò magis testator qui bis eandem summam profert,non ad suam utilitatem,sed legatarij. Quartò facit princ. insti.de duobus reis.tenendo hanc partem contra communem omnium doct.in.d.l. si quis testamento.& contra Ias.in.l.eum qui ita in princ.ubi etiam Paulus & cõtra Ias. in.d.§.eum qui responde, ut per Ripã ubi suprà.

15 *Accrescendi ius cessat,& coniunctio esse ẽtualiter, quando dixi, Titio & Seio decem lego.*

Denique sunt quatuor casus, primus, quando 15 unica fuit oratio & quantitas, & tunc sine dubio una tantùm decem utrique debentur, non autem bis decem, & consequenter in illis decem reconiuncti sunt & concursu partes faciunt.ut in.l.si quis testamento.in pr. ff.de leg.j.secundum Bar.in.d.l.re coniuncti.col.3. cum quo est communis opin.ut per Ias.ibi num.57. per Crotum num.16.Politum nume.2 Besuci.col.9. Ripam nume.27.Ias.in.l.planè.§.si eadem num.16.ff.de leg.i.licèt id apud nos expeditum tutumq; non sit ut suprà.§. 10. num.92. diceturque suo loco. Secundus casus, quando bina quantitas fuit, & bina etiam oratio, puta Titio lego decem & Seio lego decem. & tunc uniuersa decem cuique debentur; sicque non sunt reconiuncti nec concursu partes faciunt, quia non concurrũt in eadem summa,sed singuli ad singulariter decem inuitati uidentur secundum Bar.& doct.communiter ubi suprà. argu. l. quinquaginta. ff. de probati. sed id satis dubium est per tex.qui cõtrarium probare uidetur in.l.planè.1.§.si eadem res. ff.de leg.i. iuncta sua glo. communiter app. per Bar. & omnes ibi ut patet per Iaso.ibi nume.16.ubi Zasius.col.pe.ubi habetur quòd etiam si ex interuallo par quantitas eidem.in diuersis partibus eiusdem testamenti relinquatur adhuc tamen semel tantùm debetur ergo idem si duobus relinqueretur. argum.l.stipulatio ista.§.eum qui.ff.de uerb. oblig. ubi diuersitas eorum quibus quantitas geminata relinquitur, non inducit multiplicationem. Tertius casus, quando fuit bina quantitas, & unica oratio,puta Titio decem & Seio decem lego. & is casus licèt dubius sit, tamen magis est, ut una decem,ambobus, non bis decem debeantur.arg. l.stipulatio ista.§.eum qui.ff.de uerb.oblig.iuncta.l. eũ qui in prin.eod.ubi non refert ita stipuler mihi & Titio decem, an ita mihi decem & Titio decem. ergo ut si dicerem Titio & Seio decem lego,una decem tantùm nõ bis decem deberentur. ut. d.l. si quis testamento. ff.de leg.i. in princ. ita & si dixi Titio decem & Seio decem lego una decem tantùm non bis decem debebuntur & consequenter cum in eadem decem concurrant uidebuntur re coniuncti ex mẽte doctorum. Nos autem etiã si in eadem decem concurrant tamen supra.§. 10. nume. 92. cum pluribus sequentibus contra communem opin.defendimus non esse re coniunctos, quasi in summis realis coniunctio esse non possit nec ius accrescendi, licèt ius non decrescendi fortè esse possit. Quartus casus, quando sunt due orationes & una tantùm quãtitas, puta Titio decem lego, & Seio lego eadem decem. quo casu ideo dixi esse unicam quantitatem, quia non est par quantitas ut in casibus superioribus, sed eadem quantitas bis repetita: & hoc casu non dubium est quin in eadem decem concurrant.argum.d.l. stipulatio ista.§.eum qui in uerbo ead.decem.ff.de uerb. oblig. & consequenter uidentur re coniuncti. Quòd autem in ead.decem concurrant, fatemur. Quòd uerò per hoc sint reconiuncti dubitamus ob id quod in summis non esse realem coniunctionem quo ad effectum iuris accrescendi contendimus. Facit.l.idem Neratius.ff.de usu fru.acrescendo.l.unica.§.sin autem ad deficientis.C. de cad. tollend.qua de re per Salice. & Paul. in.d.l. si quis in testamento.Petrum, Cynum, Alberi.Imolam, Cumanum, Paul. Petrum Besutium, Alex.& Iaso. in.d.§. eum qui.Ias.in.d.l.si quis in testamento.qui mirè uariãt sed in modum suprà memoratum possunt ad concordiam reduci, ut plenissimè in.d.nume.92.cum seq. disseruimus.

16 *Intel.l. itẽ quod Sabinus. §. unde idem.ff. de hære.instit.*

Denique iuxta istam partem adde 16 ad.l.itẽ quod Sabinus.§.unde idem.de hær.inst.ff.nam post xi. uncias distributas inter primos duos hæredes, si dixi, tertius & quartus hæredes sunto. hi re coniuncti sunt in illa uncia duodecima, siue ponas id me separatim dixisse, hoc modo, tertius hæres esto. quartus hæres esto. quo casu solida uncia cuique data uidetur.l.separatim in uerbo totus de condi.& dem.ff.l.Meuius.in uerb.totus.ff.de leg.2.l.coniunctim.de leg.3.ff.siue etiam cõiunctim, puta Titius & quartus hæredes sunto. nam ad huc solida cuique uncia data uidetur. d. l. coniunctim. Cum ergo sint reconiuncti eo quòd solidum cuique datum, quare dicimus ibid. non esse coniunctos.s.re, cum nos fateamur quòd si dictum esset tertius in reliqua uncia hæres esto, quartus in eadem uncia hæredes sunto, tunc essent reconiuncti? solutio, si post xi. uncias datas dixi, tertius hæres esto, & adjeci quartus hæres esto horum cuique non sola uncia, sed totus as uidetur datus inspecta ui uerborum.d.l. coniunctim. cum simil. quo fit, ut non magis inter se re coniungantur quam respectu aliorum. nec obst.quòd in reliqua uncia cogantur ambo effectualiter. nam id fit non testatoris dispositione expressa, sed legis interpretatione. At si dixi, Titius in reliqua uncia hæres esto, quartus in eadem uncia hæres esto, tunc etiam ex expressa testatoris dispositione non solùm coniunguntur in eadem uncia, sed etiam ab alijs separantur: nec potest uideri totus as cuique datus, cùm contrarium sit expressum. itaque isto casu indubitanter & expressim sunt & inter se reconiuncti & ab

alijs

alijs re separati. at illo casu licèt similiter inter sese, coniuncti essent etiam inspecta ui uerborum, tamen ab alijs non erant separati, sed similiter re coniuncti. unde eis præferri non poterant. Hinc 17 infero intell. uerissimum ad.l.triplici.ff. de uerb.signifi.dum ait, Titius & Meuius hæredes sunto, tertius ex parte dimidia hæres esto. quòd duo primi sint mixtim coniuncti & in ead. dimidia.nam in dimidia, quæ non spectabat ad tertium sine dubio sunt inter se re coniuncti & non cum tertio, sed in aliud dimidia cum tertio re coniuncti sunt, eo q cum simpliciter instituti forent inspecta facie uerborum totus as eis non solùm uniuersis, sed etiam singulis datus uidebatur. & quòd cum tertio non concurrant in altera dimidia id non obst. quia sit non ea expressa testatoris dispositione, sed ex legis interpretatione itaq; agnosco quòd.d.l.triplici. ait, primos in dimidia re, & uerbis coniunctos inter se esse, sed an in altera dimidia coniuncti uideantur cum tertio ibi nullum uerbum, teneo quòd sic inspecta ui uerborum per.d.§.unde idem licèt non faciant uel adimant ei partem per concursum ex interpretatione legis, quæ uult quòd omnes simpliciter instituti licèt inspecta ui uerborum singuli ad solidam hæreditatem uocati uideantur ut. d. l. coniunctim tamen non attingût partem alicui in specie designatam. ita intelligo.d.l.triplici.

17 Intel.l.triplici.ff. de uerb. sign.

Collige ergo primò, quòd 18 qui sine partibus expressis instituuntur, sunt re coniuncti.d.l.coniunctim.d.uersi.unde idem, ibi, quò ad ius accrescendi. ita etiam intelligo.d.l.triplici. licèt contrarium ubique tenuerit Bar.s.in.d.§.unde idem.est in.§. ubi autem. C. de cad.toll.& in.l.re coniuncti.num.8.in fi. quem omnes sequuntur, ut dixi.

18 Coniunctio realis non requirit partium expressionem. contra communem.

Secundò, quòd qui sine partibus expressis instituuntur post alios ad certas & expressas partes uocatos non magis inter se sunt re coniuncti quàm respectu aliorum quo fit, ut licet in residua tantùm parte cogantur, tamen cæteris in iure accrescendi non præferuntur.d.§. unde idem.in decisione.

Tertiò, quòd 19 si plures simpliciter sed uerbaliter coniuncti instituantur, cùm ante certæ partes essent distributæ uel etiam postea, tunc in parte non distributa inter se sunt mixtim coniuncti, & cum alijs nullo modo sed in parte distributa sunt cum alijs re coniuncti inspecta ui uerborum, licèt per legis interpretationem eis nullam partem adimant. Vnde infero ueram non esse opinioné Ripæ in.d.l.re coniuncti nu.30.dum facit differentiam utrum illæ simplices institutiones fierent ante distributioné expressam aliarum partium uel post.

19 Partium diuisio non refert, quo tempore fiat. côtra Ripam.

Infero 20 ueram non esse differentiam quam faciebat Cuman.in.l.re coniuncti.quem sequitur ibi Ias. num.63.Ripa num.30.cum sequen.ait enim quòd si indefinitæ & simplices fiant mixtim institutiones inde coniunctio oritur etiam realis, secus si separatim: nam tum nec realis, nec uerbalis.mouebantur per.d.l.triplici iuncto.d.§.unde idem quæ iura non id intelligunt. Præterea realis coniunctio magis expedita est, data uerbali separatione; quia multi tenent quòd in hoc exemplo Titius & Seius hæredes sunto. non sit realis coniunctio per.l.planè.§.si coniunctim.de legat.1.& tamen in isto exemplo Titius hæres esto Seius hæres esto nullus dubitaret per.d.l.coniunctim & per.l.re coniuncti suprà al lega.quin esset realis coniunctio.

20 Coniûctio realis non impeditur per partium diuisionem. cô tra Cumã. Ias.& Ripam.

Quartò, quòd si post plures partes expressim quibusdam assignatas alij in parte residua expressim instituantur, siue disiunctim. ut.d.§.unde idem. siue coniunctim ut.d..l.triplici. hi erunt inter se re coniuncti sed cum alijs nullo modo, ideo alijs tanquam omnino disiunctis præferuntur in iure accrescendi, ut.d.§. Vnde idem in decisione, ibi, sine parte & iterum in ratione, ibi, qui sine parte.

Quintò, infero contra Zasium in.d.l.triplici in glos. hæredes sunto, ait enim non referre dicam Lucius & Titius hæredes sunto. Titius ex parte dimidia hæres esto. an dicam, primus & secundus in dimidia, Titius in altera dimidia &c. Sed certè est differentia quia illo casu primi cum tertiò licèt in una dimidia nullo modo sint re coniuncti, tamen in altera inspectis uerbis uidentur. Sed secundo casu in neutra dimidia coniuncti sunt, licèt effectualiter quò ad ius accrescendi nulla sit differentia, ideo ille tex. hos duos casus æquiparat. Vnde patet iterum errare Zasi.dum supplet uerb.dimidia tam in.d.gl.quàm in sequen.nam illa suppletio non est ibi necessaria quantum ad inducendam coniunctionem, de qua inducenda tractat tota illa.l.nec etiam est necessaria quò ad prælationem in ius accrescendi, sed solùm necessaria est quò ad impediendam coniunctionem realem inter illos & alios.

Sed certè intell.ad.d.§.Vnde idem suprà signatus, uidetur, non sine dubio procedere, quia fateor omnes quatuor esse re coniunctos; id tamen intelligendum in 11.uncus nô in residua duodecima uncia, quæ prioribus data minimè fuit. Vnde cum duo ultimi essent re coniuncti in uncia 12. deberent præferri cæteris omnino disiunctis.resp.nouissimè quòd alteruter ex duobus ultimis ad semiunciam tantùm uidetur uocatus & in diuersis orationibus. Vnde, ut si dicerem, tertio semiunciam relinquo & quarto alteram semiunciam. non esset inter eos ius accrescendi, quò ad prælationem: ita &c. Sed opp.quòd tacita disiunctio non est in consideratione secundum Bar.in.l.re coniuncti.5.opp.resp.id uerû si fiat à lege præter uoluntatem testatoris, secus si ab ipso testatore. Vel illud in legatis, secus in hæreditatibus. ratio differentiæ, quia legatum potest duplicari, at hæreditas, hæreditariaue portio non potest.

Denique dic quòd sola realis, aut sola uerbalis coniunctio nunquam inducit prælationem in iure accrescêdi sed solùm considerantur quò ad hoc, ut ab initio taliter coniuncti possint uel non possint in eadem portione cogi, ut dici infrà circa intell.l.Meuio.ff.de lega.2.& is est uerus intell.etiam.d.§.unde idem.

Ad Bar.in.l.re coniuncti num.9. quem sequuntur omnes ut ad eum notaui. adde quòd omnium sensus est, quòd in suo exemplo inducatur coniunctio realis etiam si sit aliqua portio uacans prout erat in suo exéplo, quod nos negamus per.l.triplici.in fi. ibi, sed eo quòd. Vnde sub infero quòd malè loquuntur Besutius col. 10. in princ.Crotus nume.21.Politus num.16.Ludouicus fol. 18.col.1.dum aiunt opinionem Bar.esse indubitabilem. Nã nos dicimus esse falsam, pro nobis quia licèt regulariter relatiuum quis uel qui sit potius specificè quàm genericè intelligendum, tamen sæpe uerba in iure sumuntur in genere.ut dicitur inst.de lege falci.in princ. facit glo.l.3.C. de neg. gestis. & glo. l. dominum. C. de iniuri.In summa dubitant Iaso.num.63.in.d.l. re coniuncti.ubi Ripa num.28.& Besut.num.13.Polit. num.2. Crotus nu.19.post alios, quos ipsi allegant.

Quæritur per Bar.quid 21 si eadem res & corpus legatur pluribus separatim hoc adiecto, ut quilibet habeat rem insolidum, utrum sint re coniuncti, adeò q uno repudiante alter habeat rem & æstimationem? & concludit quòd non.ex cuius dictis noto aliquas conclusiones.Prima est conclusio, tunc aliqui dicuntur re coniuncti, quando eadem sanè res pluribus separatim legatur & sibi quidem faciunt partes per concursum, alias secus. ita dicit Bar. quem Salic. Cumanus Angelus de Periglis.d.Iaso.col.17.sequitur in.d.l re coniuncti & Petr.de Anchar. in.d.c.requisisti.col. 5. extra de testamen.per Petr. de Bellapert.& Salic.in.l.unica.§.sin autem ad deficientis. C.de caduc.tollend. & sic requiritur ad hoc quòd aliqui sint re tantùm coniuncti quòd faciant partes per concursum.idem uidetur tenere Bar. & Alber.de Rosat.in.l.coniunctim.ff.de legat.3.mouetur; Bar.per text.in.l.idem Neratius in princ.ff.de usu

21 Re coniuncti hi demum dicuntur, qui faciunt partes concursu.

fruct. ac Petr. de Besu. (quod & Iaso. & Ripa & nouissimi sentire uidentur) & d. Crot. in. d. l. re coniuncti. tenent contra Bar. mouetur Besu. quia quòd re tantùm coniuncti faciant partes per concursum est effectus coniunctionis realis. d. l. coniunctim. d. l. planè. §. si coniunctim. ff. de lega. 1. l. unica. §. sin autem ad deficientis. C. de caduc. tollend. iden secundum eum errat Bar. dum uult quòd effectus causę sit eius causa contra rationem tex. in. l. licèt. §. ea. ff. de procu. §. minorem inst. de adop. Iaso. saluando Bar. ad hoc dicebat quòd in. d. casu Bar. est perinde ac si duobus diuersæ res essent legatæ. hæc responsio. d. Iaso. non tollit dictam considerationem Besutii tu fortius potes insurgere contra Bar. nam uidemus quòd aliqui possunt esse re coniuncti sine eo quòd faciant partes per concursum. l. pen. ff. de usufr. accresc. secundò, uidemus quod idem concursus est in formali coniunctione. ut probatur in. d. l. huiusmodi. §. quibus ff. de lega. 1. si ponderetur, & sentit Castalius in princ. ff. de usufruct. accresc. quod & tenent alii non pauci, quos ipsi referunt & etiam tenet glo. in. d. l. coniunctim. Tertiò facit. d. l. re coniuncti in princ. quæ ponens regulam eorum, qui sunt re tantùm coniuncti, solùm uult quòd pluribus eadem res legetur separatim & nullam facit mentionem de concursu.

Denique tenenda est op. Bar. quæ uidetur communis per text. in. l. huiusmodi. §. quibus. ff. de legat. 1. ubi probatur hæc consequentia, non est concursus, ergo nõ est ius accrescendi, nec ulla coniunctio, quæ in consideratione esse possit quo ad nostram materiam. nam tex. ait constat eos non concursuros in eundem seruum sicut non concurrunt cum ita legatur. Titio seruum lego, Seio alterum seruum do lego. at in isto exemplo constat quòd non est ulla coniunctio, nec ius accrescendi propter omnimodam rei separationem & huic casui æquiparantur casus illi in quibus concursus non est, ergo dicendum est, quòd quo ad nostram materiam defectus concursus & defectus omnimodus realis coniunctionis & defectus iuris accrescendi æquiparantur. nam & qui habent rem communem ea causa societatis, uel emptionis, uel dotis, uel alia quauis non dubium est quin licèt re coniuncti dici possint, tamen quò ad ius accrescendi non sunt re coniuncti nec faciunt partes concursu: ergo uerum non est quòd concursus sit (ut Besutius dicebat) effectus coniunctionis. Præterea in materia nostra coniunctus nullus rectè dicitur, nisi quo ad effectum iuris accrescendi. l. item quod Sabinus. §. unde idem. ff. de hæred. inst. ibi, nam quo ad ius accrescendi non sunt coniuncti qui sine partibus instituuntur. Sed in nostro casu inter istos collegatarios non potest esse ius accrescendi, uel non decrescendi, quia siue ambo concurrant quilibet integrum suum legatum consequitur, siue alter repudiet & alter agnoscat legatum, tunc agnoscentis legatum non duplicatur, ergo dici non potest quòd sint coniuncti quo ad ius accrescendi uel non decrescendi de quo agimus. Nec mirum aut nouum est homines ab effectibus inuestigare rerum causas. Nam secundum Philosophum omnis humana cognitio sumit originem à posteriori, hoc est ab effectu: nec enim antea natura hominibus rerum causas nosse dedit quam earum effectus uiderent & contemplarentur. Vnde cũ coniunctio sit causa, ius uerò accrescendi sit effectus, ab ipso effectu cognoscimus causam, ut ubi sit ius accrescendi; & sic effectus ibi intelligamus esse & præcessisse causam hoc est coniunctionem: & ubi ius accrescendi desit ibi & coniunctionem defuisse intelligamus.

22 *Cõiunctio realis, an desideret quòd de expressa uoluntate testantis plures ad eãdem rẽ uocentur.*

Circa istamq; partem Besut. Crotus, Ripa, Iason Polit. & alii suprà relati uidentur dubitare & tenere ultimo loco contra etiam Bar. quòd ad hoc quòd 22 aliqui sint re coniuncti requiritur quòd ueniant ad eandẽ rem de uoluntate expressa ipsius testatoris defuncti nõ tacita. l. 3. cum glo. ff. de usufructu accr. & sic notant quod in hac quæstione Bar. requirũtur tria ad esse realis coniunctionis. Primum est, quod eadem res separatim legetur, secundum est, quòd faciant partes per concursum. d. l. idem Neratius & d. l. 1. §. sin autem ad deficientis. Tertium est quòd uocetur de expressa uoluntate defuncti, non tacita. idem tenet & clarius Bar. in. §. ubi autem. C. de caduc. tollend. ubi per alios glo. in. d. §. his ita. eodem titulo. ubi Petrus & Cynus & idem dicit in formali coniunctione Bal. in. l. si Fortidianum. C. de leg. Bal. & Ange. in. d. l. item quod Sabinus. ff. de hære. insti. Cuma in. d. l. re coniuncti dicit quòd contra Bart. facit tex. in. l. triplici. ff. de uerbor. signific. pro solutione respondet duobus modis, primùm, quòd ille tex. debet intelligi portionem ibi fuisse expressam à testatore, hoc sanè aduersatur generalitati illius text. & præterea est diuinare. secundò respondet, quòd licèt duo separatim instituantur sine expressione portionis non dicuntur re coniuncti secundum Bar. in. d. l. re coniuncti. tamen ubi instituuntur coniunctim uerbis sine adiectione portionis expressæ, tunc dicuntur etiam coniuncti re. d. l. triplici. tu fortius contra Bar. pondera. d. l. triplici ibi, uerisimilius uidetur. ubi uult quòd sufficit, uerisimilis uoluntas testatoris idem probatur in. d. l. Vnica. §. ubi autẽ C. de caduc. toll. ibi, sermo testatoris omnibus prima facie. ponderando uerba prima facie, quæ uerba uidentur importare tacitam uoluntatem. argum. tex. in. c. unico extra ut Eccle. benefi. sine dimi. confe. ideo tex. in. d. l. re coniuncti non distinguit de tacita, seu expressa uoluntate. ergo simpliciter intelligi debet. l. prima. §. generaliter. ff. de legat. præs. tamen his non obstantibus, dic ut per docto. in. l. si in testamento. ff. de uulga. & pup. & pro Bar. solent adducere tex. in. d. l. unica. §. bis ita. ibi disiuncti uerò ab ipso testatoris sermone apertissimi sunt discreti. C. de cadu. tollend. patet ergo quòd ibi requiritur non solùm expressa uoluntas defuncti, sed etiam apertissima. & per illum tex. non putant super dicto Bar. hæsitandum: & confunditur præfatum dictum Cuman. & Petr. de Besu. qui in. d. l. re coniuncti insurgunt contra Bar. Stat ergo conclusio quòd 23 non sunt re coniuncti quò ad prælationem in iure accrescendi habendam, qui ad unam hæreditatis portionem uocantur non ex expressa testatoris dispositione, sed ex legis interpretatione. ita Bar. & doct. in. d. l. item quòd Sabinus. §. unde. idem Bar. in. §. ubi autem. C. de cad. toll. Bar. in. d. l. re coniuncti. col. 3. ubi Iaso. nume. 65. dicit hanc esse communem op. eandem ibid. dicit communem op. Ripa num. 36. Crotus num. 19. Polit. num. 2. & . 11.

23 *Cõiunctio realis desiderat expressã testatoris uoluntatẽ declaratio nẽ.*

Limita primò, ut procedat quando hi, qui ad eandẽ portionem ea legis interp. uocantur, non essent uerbaliter coniuncti. nam si uerbaliter coniuncti essent, tunc etiam re coniuncti uiderentur & concursu partes facerent. tex. est. in. d. l. item quod Sabinus. §. nam & si unus & ita necessariò intelligitur. l. triplici. §. uideamus. ff. de uerbo. sign. secundum Ripam. Ias. Crotum. Poli. ubi suprà ubi etiam Cuma. posita enim coniunctione uerbali sequitur etiam coniunctio realis, nisi expressim dirimatur. ut in. dd. ll. & infrà latius ponam.

Limita secundò, secundum Ripam ubi suprà, ut non procedat quando præcedit institutio eorum, qui tacitè ad eandem portionem hæreditatis uocantur deinde sequitur institutio expressa in reliqua parte hæreditatis per. d. §. uideamus. Sed certè hæc differentia satis insulsa est, & præterea est contra tex. expressum in. §. nec interest. inst. de hær. inst. ubi nil interest utrum illi, qui sine parte instituuntur primi, an medii, an nouissimi sine parte instituantur.

Tertiò limita, ut conclusio procedat quando omnino tacitè fuerunt uocati, secus si non omnino tacitè. ut in. l. si domino Stichus. ff. de leg. 1. secundum quod declarant Ias. & Ripa ubi suprà post Cuma.

Sed nouè tentari potest, quòd 24 sola realis coniunctio non sit in consideratione quò ad inducendam prælationem in iure accrescendi inter cohæredes, uel collegata

24 *Realis cõiunctio sola, an possit prælationem inducere in iure accrescendi.*

legatarios, quando illa realis coniunctio ex legis interpretatione dirimitur ad cuius probationem, præmittendum est, quòd 25 qui simpliciter & indefinitè ad hæreditatem, uel legatum uocatur is ad solidam hæreditatem, uel legatum uocatus intelligitur. l. coniunctim ff. de legatis. 3. l. t. §. interdum. in uerbo totius. ff. de usufructu accresc. l. inde Neratius in uer. insolidum eod. l. Meuio in prin. in uer. totus. ff. de lega. 2. l. si separatim in uer. totus. ff. de condit. & demonstr. l. si ita scriptum. in §. quidam in uer. totus as. ff. de hæredibus institu.

25 *Indefinita refertur ad totum.*

Modò sic, quòd sola realis coniunctio, quæ inducitur per simplicem uocationem hæredis, uel legatarii non consideretur quantùm ad prælationem in iure accrescendi inducendam. est tex. in d. l. item quod Sabinus. §. unde idem. ff. de hæredibus institu. ubi duo fuerunt, uocati ad undecim uncias hæreditatis, deinde alii duo fuerunt simpliciter instituti, quo casu ad solidam hæreditatem quisq; uocatus intelligitur; & pars unius ex simpliciter institutis accrescit non solùm alteri, qui simpliciter quoque fuit institutus, sed etiam accrescit reliquis cohæredibus, qui ex undecim unciis fuerant instituti: & tamen negari non potest, quin duo illi, qui simpliciter & indefinitè fuerunt uocati, inter se uiderentur re coniuncti; eo quòd quisque ad uniuersam hæreditatem (dum simpliciter instituuntur) uocatus uidetur sicq; alteri re coniunctus fuit: ergo semuncia, quæ per repudiationem unius ex simpliciter institutis uacare cœpit uidebatur quòd pertinere deberet ad alterum tantùm, qui simpliciter institutus & per hoc ad totam hæreditatem uocatus fuit, utpote qui in illa semuncia re coniunctus fuerat, non autem deberet accrescere institutis specialiter in undecim uncijs, qui ad unciã duodecimam nullam indubitanter habebant coniunctionẽ realem. contrarium tamen ibi disponitur, ut omnibus pariter accrescat. Quòd ea ratione euenire intelligo quia illa realis coniunctio, quæ absque uerbali est, non est in cõsideratione quò ad prælationem in iure accrescendi inducendam. ad idem 26 & secundo est text. apertus in. l. si ita quis hæredes. ff. de hære. inst. ubi primum simpliciter institui, deinde adiecto, secundus & tertius æquis ex partibus hæredes sunto. tunc tertii repudiantis portio tam primo, quam secundo accrescit; & tamen constat quòd erat separatus à tertio tam re quàm uerbis; re, quia testator dixit æquis ex partibus, uerbis, quia licèt fuit unitas orationis tamen ex mente testatoris uirtualiter cessauit coniunctio uerbalis habitaq; fuit perinde ac si re uera non inter fuisset, ut patet ibi non tam coniunxisse, quàm celeriter dixisse uidetur. ergo sic erat separatus re & etiam uerbis, & tamen ille tertius negari non potest quin primo esset re coniunctus, quia primus fuit simpliciter institutus: & per hoc, ut dixi, ad totam hæreditatem inuitatus: ergo & ad partem uacantem sicque in ea erat re coniunctus ergo deberet præferri secundo, qui quo ad tertium erat tam re quàm uerbis separatus. Contrarium ibi deciditur ut ei non præferatur sed ambo pariter admittantur, quinimmo pro indubitato erat primum secundo non præferri & in eo solùm quæstio erat, utrum secundus primo præferretur.

26 *Intell. l. si ita quis. ff. de hær. in sti.*

Tertiò induco 27 l. Meuio in princ. ff. de lega. 2. ubi primo dimidiam fundi partem legauit, secundo alteram dimidiam. tertio eundem fundum simpliciter legauit repudiauit secundus, qui indubitanter re coniunctus erat cum tertio & cum primo, nec erat coniunctus re, quia primus & secundus ad singulas dimidias separatim uocati fuerunt, nec erat coniunctus uerbis, quia in diuersis orationibus fuerunt uocati primus & secundus secundum litteram, quam habent plures codices & patet dum tex. dicit, quia cum separatim & partes fundi & totus legatus fuerit. nam non esset uerum quòd separatim partes fundi legatæ fuissent, si in eadem oratione ambæ partes relictæ forent. & tamen text. ait quòd pars secundi repudiantis non tertio tantum, qui re coniunctus erat, sed etiam primo accrescit, qui tam re quàm uerbis separatus fuerat, sicque sola realis conionctio à uerbali destituta non inducit prælationem in iure accrescendi.

27 *Intell. l. Meuio. ff. de leg. 2.*

Quartò induco 28 d. l. item quod Sabinus. §. unde idem 2. resp. ubi post duodecim uncias inter primos hæredes distributas duos hæredes scripsi, qui ad dupondiũ uocati uidentur, quorum unus repudiauit & eius pars nõ alteri tantùm, qui secum ad dupondium uocatus fuerat, quique sibi in dupondio re coniunctus erat, sed etiã reliquis cohæredibus accrescit, qui repudianti nec uerbis coniuncti erant, quia in alia oratione uocati nec re quia ad uncias. 12. ipsi fuerat uocati repudians aut & eius socius ad alias 12. quæ dupondio deerant; sicq; sola realis coniunctio à uerbali destituta non induxit prælationem in iure accrescendi.

28 *Intell. l. item quod Sabinus. §. unde idem. 2. resp. ff. de hær. inst.*

Quintò, probatur ratione, nam generi per speciẽ derogatur. c. generi. de reg. iur. in. 6. l. uxorem. §. fœlicissimo. ff. de leg. 3. cum ergo qui simpliciter & indefinitè ad hæreditatem, uel legatum inuitatur ad totam hæreditatem inuitatus ad totumq; legatum inspecta uerborum cortice, ut suprà dixi, uideatur, licèt inspecta legis interpretatione si quædam illius hæreditatis, uel legati partes specialiter distributæ sint ad residuum tantùm hæreditatis, uel legati is admittatur. ut l. qui nõ militabat. §. filius. ff. de hær. inst. §. si plures inst. de hær. inst. superest. ut in proposito. l. in terminis. d. l. item quod Sabinus. §. 2. ff. de hær. inst. simpliciter institutus licèt inspecta uerborum cortice ad totam hæreditatem inuitatus fuerit & per hoc re coniunctus uideatur eis, qui ad partem quotam illius hæreditatis inuitati fuerunt, tamen inspecta legis interpretatione, quæ preualet coniunctus non sit, quasi partes illæ expressim designatæ à suo toto abstractæ uideantur atque separatæ per ipsammet testatoris dispositionem à lege sic interpretatam, non autem in exequutione uel concursu pars abstrahatur, quæ tam ab initio dispositionis abstracta separataque fuit. nam ut suo loco dicemus, certum est ex communi doctorum sententia quòd quando uni genus, alteri species relinquitur, tunc non sunt inter se re coniũcti, quia ab initio dispositionis pars à toto & species à genere suo distincta separataq; uidetur, non autem ea separatio per concursum in exequutione, ut inter re coniunctos fieri solet, fit.

Sextò probatur per. l. qui quadringenta. ff. ad trebelli. ubi quadringenta in bonis habebat, trecenta legauit, & uniuersam hæreditatem restitui iussit. & text. ait quòd legatarius trecenta integra habebit, fideicommissarius sola centum; nempe quia is fideicõmissarius licèt ad totum inuitatus fuerit, adhuc tamen re coniunctus legatario non uidetur, sed id legatum à toto adẽptum abstractumque uidetur. quo fit ut non sint re coniuncti nec inter se æquas partes habeant, sed totum quod datum est ei, qui ad partem, uel speciem uocatus fuit id totũ ab eo, qui ad totum fuerat inuitatus adimitur. & tamen ubi est realis coniunctio tunc quod secundo datum est, id à principio non ex toto, sed pro parte tantùm dimidia adẽptum intelligitur. l. coniunctim. ff. de leg. 3. §. ubi autem. §. his ita. C. de cad. toll. §. si ead. inst. de lega. l. 1. §. fin. l. inde Neratius. ff. de usufru. accresc.

Septimò probatur per. l. cum quæstio. C. de legat. ubi postquam unus fuit ad totum inuitatus tunc secundus, qui ad partem tantùm inuitatur ei coniunctus re non intelligitur, sed potius pars à suo toto adẽpta uidetur sicque non concursu partes fiunt.

Octauò probatur, nam legis interpretatio debet præferri sonitui & cortici uerborum. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad trebel. Sed is qui simpliciter & indefinitè ad hæreditatem legatum'ue inuitatur cùm reperitur alius ad quotã hæreditatis legatum'ue inuitatus habetur perinde ac si ad reliquam partem tantùm uocatus esset. l. qui non militabat. §. filius. ff. de hær. inst. §. si plures inst. eod.

ergo ut si quilibet ad suam partem distinctam & separatam re uera inuitatus foret, tunc absque dubio re coniuncti non essent. ut.l.re coniuncti.ff.de lega.3.§.si ead. inst.delega.ita & si quisque ad suam partem distinctam & separatam uocatus non fuerit inspectis uerbis si tamen ita ab ipso primordio dispositionis per legis interpretationem uocari uisus fuit, pro re separatus habendus est. Nonò ut sint re coniuncti oportet, q 29 concursu æquas paresque non dispares partes habeant in legato uel hereditate.l.& Proculo in fi.ff.de lega.2.Sed in specie nostra non habent æquas partes, uel possunt non æquas partes habere, ueluti si unus simpliciter institutus sit, alter uerò in uncijs.8.uel 4.uel duabus ut patet in.l.si ita scriptum.§.1.l.interdum.§.1.&.2.l.qui non militabat.§.filius.l.item quod Sabinus.§. sed si excesserit ff.de hær.inst.§.si plures.§.uideamus inst.eod.ergo.&c. Quod autẽ diximus oportere eos æquas partes habere intellige quando fuit unica dispositio. nam si plures essent dispositiones, tunc bene possunt habere partes dispares & tamen erunt re coniuncti; ueluti si dixi, Titio dimidiam fundi partem lego. Seio quadrantem lego.eidem Seio & Meuio alterum quadrantem do lego. Tunc non dubito quin in ultimo quadrante Seius & Meuius re coniuncti sint faciantq; æquas partes concursu quo ad illam partem in qua sunt re coniuncti.nec refert sit una, an plures orationes, ueluti si dixissem. Titio fundi dimidiam, Seio eiusdem fundi quadrantem, eidem Seio & Meuio alterum quadrantem lego.argumento.l. Iulianus.§.fin.ff.de hær.inst.l.triplici §.fin.ff.de uerbo.sign. itaque semper uerum est quod inter re coniunctos semper debent fieri partes concursu æq; partes in parte in qua concurrunt debent esse pares licèt possint esse dispares respectu totius rei.ut patet in superioribus exemplis in quibus Seius plus habebat quàm Meuius, quia ipse unam partem integram intactamq; habebat, & prætera partem alterius partis: Meuius autem solummodo partem unius partis; sed tamen semper in parte in qua erat concursus æquas partes habebant.

29 Cõiunctio realis, an desideret inter coniunctos æquas partes concursu fieri.

Decimò, pro uobis est tex. io.l.re cõiuncti.ff. de leg. 3.§.si eadem inst·de leg.ubi quisque ad solidam rem uocatus fuit, nec est aliqua legis interpretatio, quæ inducat ea eis quenquam ad partem tantùm uocatum uideri, & tandem ut sit realis coniũctio oportet quòd per concursum cuiusque alterius portio minuatur ex dimidia. ut.d.l. inde Neratius. ibi, concursu diuisus. quod necessariò intelligo ex æquo diuisus &.d.l. & Proculo in fi.§.ubi autẽ.§.his ita.C.de cad.toll. At in specie nostra in qua unus inuitatur simpliciter ad legatam uel hæreditatem alter uerò specificè ad quotam partem illius hereditatis, uel legati tunc pars eius, qui specificè uocatus fuit non minuitur per concursum illius, qui indefinitè uocatus fuerat:ergo non sunt re coniuncti.

Vndecimò pro nobis ratio aperta, nam certum est, quòd nullus sanus dixerit coniunctionem realem esse inter heredem, & legatarium; nempe quia hæres ad totum, legatarius uerò ad partem sub toto contentam inuitatus uidetur; cuius legatarij pars per admissionem uel interuentũ hæredis non minuitur. uel rectius, quia alter ad genus, alter uerò ad speciem sub illo genere cõtentam uocatus intelligitur, quæ legatarii species nulla ex parte minuit per concursum uel interuentum hæredis: ideoque dictum est quòd legatum est delibatio quædam hæreditatis.l.legatum.ff.de leg.2. sic etiam & in specie nostra quando alter ad hereditatem legatum uc simpliciter inuitatur, alter uerò ad partem quotam illius hæreditatis, uel legati & cessat tunc concursus & consequenter realis coniunctio ut suprà dictum est. Stat ergo conclusio quòd si plures inuitentur ad eandem hæreditatem uel legatum alter simpliciter uel indefinitè, alter uerò in certa & designata parte, tunc inter hos nullus est concursus nullaque realis coniunctio quo ad prælationem in iure accrescendi, licèt fortè coniuncti intelligi possint quò ad exclusionem grauaminum quod diximus latius suo loco.

Denique in hac materia considera, quòd 30 posita coniunctione uerbali necessariò sequitur coniunctio realis, nisi expressim dirimatur per adiectionem istam æquè, uel æquis partibus, uel similiter. hoc primò probatur in.l.re coniuncti. ubi ut coniunctio uerbalis tantum esset oportuit expressim adiicere Titio & Seio æquis partibus lego.fac it.l.pe. ff. de usufru. accres. & in l.ita quis hæredes.ff.de hær.inst.idem probatur in.l.Meuio.de leg.2.ff.ubi expressim dirimitur coniunctio realis per diuisionem partium, ut ex uerbali realis quoq; non induceretur. Secundò adduco.d.l.item quod Sabinus.§.nam & si unus.ubi Titium simpliciter.i. absque designatione partium institui inque alia oratione Meuium & Seium uerbis coniunctim institui similiter sine expressa partium designatione, & tex.ait duos semisses non tres trientes faciendos. Vnde infero quòd duo illi uerbaliter coniuncti, realiter etiam coniuncti fuerunt quod ibi, primo patet, ex quo ad unam tantùm portionem uocantur. Coniuncti enim propriè sunt, qui & re & uerbis coniunguntur.l.triplici.ff.de uerb.sig.uers. nec dubium.l. re coniuncti.uerbo.an coniunctus. proprieq; coniuncti ad unam tantùm portionem uocantur.l.planè 2.resp. de legatis. 1.§.hoc ita tam uariè. C.de cad. toll. Cum ergo in.§. nam si unus.uerbis coniuncti ad unam tantùm portionem uocentur, sequitur quòd sint propriè coniuncti primo re & uerbis. fortius inducitur ille tex.ibi, non tres trientes fieri sed duos semisses, nempe significatur quòd illis duobus, quos uerbis coniunctos esse constat, idem semis, & sic eadem portio datur, ut re quoque coniuncti uideantur. Nam si tex.intellexisset quòd uerbis tantùm coniuncti erant, tunc non diceret duos semisses fieri; sed diceret unum semissem duosque quadrantes fieri. Tertiò, adduco. l. si quis Titio.ff.de usufr.accres.ubi ex arctiori uerbali cõiunctione arguitur ad unam portionem, licèt omnes sint uerbis & re coniuncti; qui tamen inter se sunt arctiori coniunctionis uerbalis uinculo coacti, illi in unã tantùm portionem uocentur sintque per hoc re coniũcti, quod Bar.in.l.re coniuncti.quem alii sequuntur numero.30.firmat. Quartò adduco.l.un.§.hoc ita tam uariè de cad. toll. ibi, quia coniuncti quasi in unum corpus redacti sunt, & partem coniunctorum quasi suã præoccupant. quorum uerborum sensus est, quòd si tecum uerbis coniunctus sum, cùm alius esset disiunctus uerbis, tunc tua persona & mea idem corpus reputantur, quod denotat uerbum quasi in unum corpus. tuaque portio, & mea eadem reputatur. quod denotat uerbum & partem coniunctorum. quasi sua extat. ergo quòd posita coniunctione uerbali sequitur necessariò & realis nisi expressim adimatur, quam doctrinam ut nouam menti commenda. & pro ea adde tex.expressum in.l.triplici.uers.1.&.2.ff.de uerb.sig.iuncta.l. item quod Sabinus §. unde idem.ff.de hær.insti.idem quoq; probat.l.Meuio.in uerb.totus in princ.ff.de leg.2.l.coniũctim.ff.de leg.3.l.si separatim in uerb.totus.ff.de cõd. & dem. l.1.§.fin.in uerb.totius.ff. de usufr.accres.l.inde Neratius.in uerb. in solidum.ff. de usufr. accres.in quibus habetur quòd quando duo ad eandem hæreditatem uel legatum sub una oratione uocantur, tunc ad solidã hæreditatem, uel legatum inspecta uerborum proprietate uocati intelligũtur; licèt in exequutione partes cõcursu fiant, si ambo ad legatum concurrant: idque ex legis interpretatione non permittentia, ut idem bis præstetur, quia in hæreditatibus esset impossibile & in legatis per quam duorum. argum.l.Titia.§.qui in uita.ff. de leg.2.l.unum ex famil.§.si rem.eod.l.si pluribus.ff.de leg.1. Neque ad rem pertinet quod quando duo sub eadem oratione uocantur, tunc tacitè fiunt partes æquales inter ipsos.l.legata inutiliter.§.fi.ff.de leg.1.§.si plures.inst.de hær.inst.nam resp. quòd ex proprietate sermonis

30 Posita coniunctione uerbali sequitur coniunctio realis, nisi expressim dirimatur.

monis totum cuique datum uidetur, sed ex legis interpretatione fiunt partes, quia solidum cuique dari non potest. Ea autem partium diuisio, quæ fit non per testatorem, sed per legis interpretationem non dirimit realem coniunctionem. ita in specie tenent Ias. in. l. re coniuncti. ff. de leg. 3. num. 22. ubi Ripa num. 30. & 31. Alciatus in. l. triplici. ff. de uerb. sig. Zasius in lib. sing. intell primo. c. 18. Ias. in. l. si duobus in princ. ff. de leg. i. & iterum in. §. si. e iusdem legis. Bal. in. l. si fortidianum. C. de legatis Bar. in. l. cui fundus. ff. de cond. & dem. Cumanus in. d. l. re coniuncti. in princ. Aretinus in. d. l. si duobus. §. fi. post. Bal. Paul. & Imolam ibi. & nullus, quem uiderim discrepat ab hac communi opinione, & uide etiam Ripam in. d. l. re coniuncti. nume. 57. & nume. 27. in fine.

31 *Cõiunctio realis, an desideret ad eãdem portionem esse uocatos ex expressa uoluntate.*

Denique quod suprà attigimus. s. quòd 31 illi demum re coniuncti dicuntur, qui ad eandem rem ex expressa uoluntate defuncti uocantur, secus si ex tacita uel qui ad eandem portionem ex expressa uoluntate defuncti uocantur, secus si ex tacita, quod est receptum communiter. ut per Bar. in. l. re coniuncti. ff. de leg. 3. num. 8. ubi Ias. num. 66. Ripa num. 28. Besut nu. 13. Crotus num. 19. Politus num. 2. & num. 11. Bar. in. l. item quod Sabinus. per tex. ibi. ff. de her. inst. Bar. in. l. un. §. ubi aut C. de cad. toll. id certè confunditur ex illa firma regula, quam suprà signauimus. s. quòd posita coniunctione uerbali sequitur coniunctio realis; nisi expressim dirimatur, id, quod probauimus legibus, auctoritatibus, & rationibus. Vnde si dixi, Titius in dimidia, Seius & Meuius hæredes sunto. certè Seius & Meuius ut diximus mixtim coniuncti sunt in illa dimidia, quæ superest ad repletionem assis, & tamen illud fit ex interpretatione tacita legis, nam inspecta uerborum proprietate Seius & Meuius absque ulla partium expressa designatione instituti fuerant ad solidam hæreditatem uocati uidebantur. l. Meuio. in uerbo totus. ff. de leg. 2. l. coniunctim. ff. de leg. 3. l. si separatim in uerb. totus. ff. de cond. & demonstr. l. 1. §. fi. in uerb. totius. ff. de usufr. accresc. l. inde Neratius. in uerb. in solidum. ff. eod. §. si eadem. inst. de lega. l. cum quæstio. C. eod. nisi respondeas defendendo communem opin. quòd aliud in mixta, aliud in reali coniunctione. ut illico dicam.

32 *Realis cõiunctio, an esse possit absque eo quòd quisque ad solidam rẽ, uel portionem sit expressim uocatus.*

Adde ad communem opin. de qua suprà, quæ tenet indistinctè quòd 32 realis coniunctio esse non potest absque eo quòd duobus eadem res seu portio sit in solidum & expressim designata. limita, nisi tractemus de reali simul & uerbali, quæ fit ex eo solo quòd eadem portio duobus simpliciter relinquatur: quia posita uerbali, sequitur realis. l. item quod Sabinus. uers. nam & si unus. ff. de hære. insti. l. triplici uers. uel ita. ff. de uerbo. sig. quę. ll. loquuntur in fortioribus terminis, scilicet quando sine aliqua partium designatione instituuntur. nam ut procederet communis oporteret quòd diceret Titium pro dimidia, Seium pro eadem dimidia, instituo. ut. l. Iulianus. ff. de hære. insti. & l. triplici in fine de uerb. signi. & de illa cõmuni opin. uide per Bar. & alios in. l. re coniuncti. nume. 8. de leg. 3. per Bar. in. d. l. item quod Sabinus. §. i. & in. §. his ita. C. de cad. tollen. quam communem similiter limita non procedere in legatis per. l. Meuio. de leg. 2. & ista etiam limitatio est de directo contra communem. nam Bar. in locis citatis semper allegat. l. 1. §. interdum. & l. inde Neratius. ff. de usufr. accres. quę loquuntur in legatis. unde patet quòd ipse & communis loquuntur tam in legatis quàm in hæreditatibus. adde quòd Bar. in. l. re coniuncti num. 30. tenet,

33 *Coniunctione in illa Titius & fratres hæredes sunto. quare fratres in iure accrescendi præferantur.*

quòd 33 si dixi Titius & fratris mei filij hæredes sunto. quòd isti omnes sunt re & uerbis coniuncti & sequitur Ias. sed Bar. ait, quòd si unius ex fratribus portio uacet, quòd alij fratres pręferuntur Titio in iure accrescendi, quod ipsum sit, non quòd fratres inter se sint magis re coniuncti quàm respectu Titii; sed quòd inter se sunt magis uerbis coniuncti, quia per nomen collectiuum, quàm respectu Titii: quod ultimum puto falsum. nam quòd sint magis uerbis coniuncti inter se quàm respectu Titii fateor, quod autem re quoque non sint magis iuncti nego. Nam negari non potest quin ex quo ipsi fratres ad unam dimidiam, Titius uerò ad aliam dimidiam uocatur ipsi inter se, utpote in unam separatam dimidiam coacti coniunctiores sint maximè quia, ut posita coniunctione uerbali sequitur coniunctio realis, ut dixi suprà, ita etiam consequens est, ut posita uerbali arctiori, sequatur & realis arctior. & ita intelligo l. si quis Titio. ff. de usufr. accresc. contra Bar. & sequaces licèt in hoc nullum inueniam, qui Bar. reprehendat. Adde, quòd dum Bar. ait omnes inter se esse re & uerbis coniunctos, est intelligendum quòd Titius est coniunctus re & uerbis fratribus simul coniunctis; nam singulis coniunctus non est re & uerbis. argum. l. si ex toto. §. fin. ff. de leg. i. tradit Ripa. in. l. re coniuncti. num. 102. cũ seque. Ias. ibid. nu. 144. cum seq. Nam 34 ecce Titius & fratris mei filii & sororis meæ filii heredes sunto. si unus ex fratribus ex sorore moriatur aliis fratribus ex sorore accrescit, non fratribus ex fratre, nec ipsi Titio at si omnes fratres ex sorore moriantur, tunc accrescit tam Titio quàm fratribus, ex fratre Titio dimidia, aliis fratribus altera tantùm dimidia. Item si dixi Titius hæres esto, fratris mei filii & sororis meæ filii hæredes sunto. hoc casu uno ex fratribus ex sorore moriente aliis ex sorore fratribus accresceret. At si omnes morerentur tunc fratribus ex fratre utpote re & uerbis coniunctis cum fratribus ex sorore accresceret, non Titio utpote disiuncto. quod etiam nota ad. l. triplici. de uerbo. signi. uers. nec dubium est. istaque colliguntur ex. l. cohæredi. §. qui discretas. ff. de uulg. & ex. l. si mulieri cũ liberis. ff. de usufr. accres. Adde quòd 35 ex collegatariis re tantùm coniunctis quod nullus possit totam rem petere, sed partem tantùm uirilem. id probatur in. l. si pluribus. de leg. i. in tertio resp. in uerb. uirili cũm uerb. quod si separatim & in. l. planè. si cõiunctim in uerb. partem, ibi enim erant uerbis disiuncti, re tantùm coniuncti. quod patet, quia in paterno testamento mihi & in pupillari tibi eadem res legata fuit: probaturque in. l. qui quartam. §. fi. in. l. si duobus in princ. & in. §. fin. tã in prin. quàm in tertio resp. in. l. si domino. de leg. i. & in l. 3. ff. de seru. leg. inducendo hęc iura. ut superius induxi ex quibus patet iuncta. d. l. si pluribus. in primo resp. quòd siue re tãtum fuerint coniuncti siue re & uerbis partem unusquisque tantùm ante alterius repudiationem petere potest. quod est contra communem op. de quâ per Ias. in. l. planè. §. siu coniunctim suprà all. nume. 17. & Aretinus ibid. num. 9. qui ambo dicunt contrariam esse communem. & tenendo meam partem ad contraria iura resp. ut per eos.

34 *Cõiunctus quis sæpe uidetur uniuersis, non singulis.*

35 *Ex legatariis re tantùm coniunctis, an qui prior uenerit totum petere possit.*

Superiora procedunt quo ad realem coniunctionem, quo ad uerbalem dic, quòd 36 uerbis coniuncti sunt, si dicatur Titio & Seio lego fundum æquis portionibus. sequitur Ang. de Perigl. et communiter docto. in. d. l. re coniuncti Petr. de Ancha. in. d. c. requisisti. col. 5. & in. §. his ita. C. de cad. coll. ubi Bar. & alii. in. l. si duobus. §. fin. ff. de leg. i. §. si eadem. insti. de legat. ubi per Ioa. Fab. & Ange. & istud procedit etiam si duę personæ, uel plures ponantur in ead. oratione. ut probatur in. d. l. triplici & per ea, quę infrà ponam de nomine collectiuo. hanc conclusionem planè sequuntur Bar. in. d. l. re coniuncti. per tex. ibi. ff. de leg. 3. num. 11. Ias. num. 74. Ripa nu. 44. Crotus num. 27. Politus nume. 16. probatur etiam in. l. si ita quis heredes. ff. de hær. inst. licèt ibi ex mente testatoris ea uerbalis coniunctio careat effectu prælationis in iure accrescendi ad idem. l. interdum. in princ. ff. de hær. inst. licèt in contrarium fortiter faciat tex. in. l. pe. ff. de usufr. accres. de cuius intellectu, suo loco differuimus. Verùm enimuero quatenus dicitur, quòd 37 sunt uerbis tantùm coniuncti, quando dicitur, Titio & Seio lego fundum æquis portionibus. contra, quia expressio eorum, quę tacitè insunt nihil operatur. l. 3. ff. de leg.

36 *Coniuncti uerbis, qui sunt?*

37 *Qui uerbis tãtùm coniuncti?*

de lega.i.sed si non esset dictum equis portionbus, tamen intelligebatur.l. legata inutiliter.§.si.ff.de leg. primo.&.d.l.re coniuncti.ibi, quoniam semper partes habent. ergo &c.Petr. de Bellapet.fatebatur contrarium secundum Bar.in.d.l.re coniuncti.tamen gl.in.l.prima.§.si.ff.de usufr.accr.& in contraria opinione, quam sequitur Bar.dicendo q contrarium procedit in his, quæ tacitè insunt ex necessitate, secus in his quæ insunt de uoluntate.l.talis scriptura.ff.de leg.i.ratio est, quia in legato insunt partes æquales & inæquales, uel solidę de uoluntate testatoris: ideo dicta expressio hoc operatur Bal.in.l.prima.ff.de usufr.accres. dicebat q uerbum æquis partibus in nostro casu inducit, ne realis coniunctio fit inter uocatos; & nisi exprimerentur partes, essent mixtim coniuncti, quia nominis & rei complexus eos coniungeret. d.l. triplici. &. d. §. his ita. ista solu. Bal.etiam nō uidetur procedere per.l.huiusmodi.§. quibus.ff.de leg.i.secundum opinionem Bal.ibi & aliorum. ubi partes exprimuntur, & sunt omnino disiuncti secundum Bal.ibi, & Cuma.Item in mixtim coniunctia non exprimuntur partes, ut patet in exemplo glo.l.i.§.fin. de usufr. accrescen.inde dicebat Bart.quòd sola unitas orationis inducit uerbalem coniunctionem.d.l.triplici.&.d.§.his ita.Ideo putabam quòd ad dictum contrariū posset dupliciter responderi, primò quòd expressio partium facta per testatorem operatur, ne faciant partes per concursum, quas facerent, si partes non essent expressæ.Bar.& Din.in.l.coniunctim.de leg.3.§.si eadem instit.de lega.inde dicimus, quòd uerbis tantùm coniuncti non faciunt partes per concursum. Secundò, potest responderi ad dictum contrarium, quòd 38 expressio partium etiam operatur, ne ipsis uerbis coniunctis inuitis accrescat, ut infrà ponā, si enim partes non essent expressæ ipsis legatariis inuitis portio deficiens accresceret.l.neminem. ubi glo.hoc declarat.ff.de leg.2.glo. in.l.quidam eulogio.C.de iure delibe.& istæ sunt bonæ solutiones, per quas eneruatur dictum contrarium & ultra prædicta potest hic dici quòd cùm lex in casu uerbalis coniunctionis requirat partium expressionem; non sufficit quod generaliter comprehendantur.l.fin.§. defensionem.C.de admi.tuto.Bar.in.l.prima.ff.de uulg. dum ponit quot modis dicatur expressum. ergo licèt in genere dictæ partes ueniant & comprehendantur, non attenduntur nisi exprimantur ad inducendum dictam uerbalem coniunctionem. Denique inter mixtim coniunctos licèt fiant partes per legis interpretationem, ne hæres bis circa eandem rem grauetur; tamen id humanè à lege inducitur.argumento.l. si tibi homo.§.1.ff.de leg.1.l.si pluribus. eod.l.Meuius.§.cum qui.ff.de leg.2. nam inspecta facie & cortice uerborum negari non potest quin insidum cuique relictum uideatur. ut in.l.Meuio.in princ.in uerb.totum.ff.de leg.2.§.ubi autem.C.de cad. toll.l.si separatim.ff. de condition. & demonstr.l. hæc scriptura.§.1.eod.l.1.§. interdum.l. inde Neratius ff.de usufru.accresc. at inter uerbis tantùm coniunctos expressim fit partium diuisio à testatore. ut.d.l.re coniuncti. &.d.§.si eadem res.inst. de lega.l.si duobus.§.si ff.de leg.1.itaque in uerbali coniunctione semper fiunt partes inspecta tā dispositione quàm executione, in mixta uerò uel reali coniunctione inspecta dispositione non fiunt partes.l.coniunctim.ff.de lega.3.licèt fiant, uel fieri possint inspecta executione: ergo negandum est contrarium quia in reali uel mixta coniunctione non fit quantùm ad dispositionem partium diuisio expressa, nec etiam tacita licèt fiat uel fieri possit quò ad executionem & ut suo loco dicetur. diuisio partium, quæ non in dispositione sed tantum in executione fit non est in consideratione quò ad dirimendam coniunctionem mixtam uel realem, nec quò ad impediendos earum effectus.

38 *Ius non de crescendi an detur inuito.*

Quod diximus de exemplo formalis, coniunctionis, ampliatur quòd uerbalis coniūctio inducitur etiam per relatiuum quis, uel qui secundum Bal.& Angel.in.l.Iulianus quoque.ff.de hær.inst.tamen ibi Io.de Imola uidetur hoc reprobare, quem uidetur sequi.d. Ias.in.d.l.re coniuncti col.18.uerùm pro Bald.uidetur facere.d.l. triplici. in uerbo qua. Denique quòd inducatur uerbalis coniunctio per relatiuum, licèt simus in diuersis orationibus non est uerum per tex. in.d.l. re coniuncti. ad.d.l. Iulianus & ad.l.triplici.§.fin.ff.de uerbor. sign.responde q ibi licèt duo coadunentur in unam portionem non id euenit ex ui & potestate coniunctionis uerbalis (quod Bal.& Ang.falsò opinantur) sed magis fit ex ui coniunctionis realis. nimirum Bal. & Angeli collectio erat ut uerbaliter coniuncti pro uno habeantur & consequēter omnes simul non plus ferunt quàm unus disiunctus.l.planè in princ.ff.de leg.3.Sed in.d.l. Iulianus &.d. l.triplici.in fin. duo sunt ad unam tantùm portionem coacti, nec plus ferunt quàm solus Titius: ergo sunt uerbis coniuncti. Sed non sequitur, nam quòd non plus ferant quàm tertius uerum est; id tamen non procedit ex ui coniunctionis uerbalis, quæ ibi non interfuit propter uarietatem orationum & uocationum: sed euenit ex ui coniunctionis realis, quia lex interpretatur q testator uoluit in unum semissem duos coactos esse.

Ampliatur, quòd per dictionem item, inducitur etiā uerbalis coniunctio, secundum Bal. in.l. si fortidianum C. de lega. cum quo reliqui simpliciter transeunt. nec mirum, quia si dixi, Titio fundū, item Seio eundem fundum æquis ex partibus lego. tunc, dictio item copulat, non secus quàm dictio & cum & similes.

Denique quod diximus de uerbali, seu formali coniunctione Ampliatur quòd idem est, si apponitur 39 dictio cùm.d.l.triplici. Vbi glos. & omnes ratio est, quia non est differentia inter &, uel, cùm, in modo coniungendi uerbaliter. d.l.triplici.l. Titiæ textores.§.1.ff. de leg. 1.l.si quis Titio.ff.de usufruc.accresc.per Philipp.Corn. consi.240.incip.bona nostra in secundo uolumine. Contrarium uidetur tenere Bald.in.l.fin.col.2. C. de suis & legi.ubi dicit quòd dictio cùm inducit maiorem coniunctionem uerbalem quàm copula. & idem Bart.in.l. fin.§.cui dulcia.ff.de uino trit.oleoque legato. Paul. de Castr.consil.377. incip.quantum ad illa.in primo uolumine ait, quòd dictio cùm coniungit accessoriè.l.si cui fundum.ff. de fun. instruc. ubi etiam Bar. per Anton.de Bar.in.c.in literis. de resti.spol.Abb.in.c.querelam, de simo.per Bald. in.l.cum quidam.C.de uerbo.sign.tamen ad hoc dicas, ut per Bar.in.l.si is qui ducenta.§.utrum ff.de reb.dub.& per.d.Ias.in.d.l.Titio textores.§.nihil. & in.l.si ancilla.ff.de legat.1.ubi ponit differentiam inter copulam, & dictionem cùm: & licèt in aliquibus differant non tamen differunt in inducenda uerbali coniunctione.d.l.triplici. Præterea aliud est quærere de creatione uerbalis coniunctionis, aliud de eius iam creatæ effectu & potestate. Nos autem dicimus post Bar. & omnes in.d.l.re coniuncti. quòd per dictionem cùm inducitur coniunctio uerbalis, non secus quàm per copulam &, que, & similes, An autem coniunctio uerbalis sit semper eiusdem potestatis, id in præsenti non discerimus. amplius ut sit uerbalis coniunctio inter uocatos in eadem oratione, etiam si sit oratio soluta; puta Titio, Sempronio lego fundum.d.l.triplici.

39 *Coniunctio uerbalis, ut inducatur per dictionem cùm?*

Quod diximus de uerbali coniunctione etiam ampliatur quòd idem est in dictione nec, & neque, quæ habent uim copulæ ut per Alex.in.l.si quis ita stipulatus fuerit decem.ff.de uerbor.obligat.ut puta, si dicatur, si neq; Titius, neque Seius hæredes erunt. nam tales sunt coniuncti secundum Io.de Imo.in.l.hæredes mei.§.cum ita ff.ad trebel.sequitur. Soci.in.l.prima col.89.ff. de uulg. Bar.in.l.quidam testamento eod.tit. Adde etiam alium casum secundum Cuma.in.l.cum ex filio.ff.de uulga. & in.l.cum plures.eod.tit.quæ omnia intellige, ubi adsit unitas orationis. Sed certè hæc parum possunt accommodari nostræ materiæ iuris accrescendi. nam si dixi,

primus,

primus, & secundus, & tertius hæredes æquè sunto, & adieci, si neque primus neque secondus hæredes erunt, tunc quartus hæres esto. certè hoc casu primus & secundus licèt in conditione coniuncti sint, non per hoc in dispositione coniuncti uidentur. l. 1. cum materia. C. de pact. glo. app. in. l. Lucius. ff. de hær. inst. quo fit ut primo repudiante eius pars non secundo tantùm sibi in cõditione coniuncto, sed etiam tertio accrescat. Item si dixi, si neq; primus hæres erit neq; secũdus hæres erit, tunc quartus hæres esto. licèt illo casu non sint etiam uerbaliter in conditione coniuncti, adhuc tamen secundum communes op. de quibus suo loco differimus, oporter ut quartus admittatur quòd ambo desinant esse hæredes; & sic non rectè coniuncti dicuntur, quandoquidem quo casu uerbalis coniunctio in conditione est, tũc ea operatur nil. limitantur superiora ubi esset in partibus omnimoda separatio realis ut in. l. huiusmodi. §. quibus & ibi Bald. & Cumanus. ff. de leg. j. Ias. col. 20. in. d. l. re coniuncti. limitatur secundo, quando 40 per modũ declarationis sequitur partium enumeratio. secundum Cumanum ibidem col. 2. facit quod tradit Bart. in. l. Lucius. §. qui habebat. ff. ad trebel. id tamen uidetur contra tex. in. l. triplici. in fin. ff. de uerbor. signifi. & tn uera est contra. d. l. Lucius. §. quæ habebat. ubi secundum Bar. & ibi omnes nil refert enumeratio, assignatio, diuisioque partium utrum per modum dispositionis fiat, an uerò per modum declarationis: ergo si dixi, Titio, & Seio fundum lego, ita & Titius quadrantem, Seius dodrantem habeat, illi non erunt mixtim coniuncti, sed uerbaliter tantùm; non secus quàm si dixissem Titio fundum ex dodrante, Seio ex quadrante do, lego. nec his. contrariatur Bart. in. d. §. quæ habebat. si rectè inspiciatur.

40 *Cõiunctio inducatur, uel dirimatur per modum declarationis, an per modũ aliũ nil interest.*

Iuxta superiora rursum etiam quæro, si copula 41 cadat inter diuersas orationes, an inducatur coniunctio uerbalis? uera op. est, quòd non inducatur. quam tenet Bar. in. l. re coniuncti. num. 12. cum quo est communis op. Bar. allegat pro se quinque fundamenta, & sextum fund. collige ex Ias. ibi, numero 86. quod est multum reale. septimum multumq; concludens adde, nam ex necessitate grammaticæ cadit punctus inter duas orationes, qui habetur loco copulæ: ergo non refert, an duæ orationes ponantur solutè an coniungantur per copulam. Sed cum dico, Titio fundum lego, Seio fundum lego hic sunt uerbis disiuncti. l. re coniuncti. l. coniunctim ff. de lega. 3. ergo idem si dicam Titio fundum lego. & Seio fundum lego.

41 *Coniunctio uerbalis an inducatur per copulam positã inter duas orationes?*

Contrariam tamen op. tenuerunt Petrus & Rainer. quos refert Ias. in. l. re coniuncti. numero 80. eosque sequi uidetur & contrariam apertè tenet Ripa ibid. numero 46. cum seq. primò mouetur Ripa per. l. si ita quis promiserit decem. ff. de uerbor. oblig. sed certè ibi una tantùm fuit oratio. Præterea, ibi, non agitur de copulandis personis, ut hic, & demum nil penitus facit, quia loquitur in terminis multùm diuersis ergo &c. ut. l. fin. ff. de calumniat. allegatque doctrinã Bar. in. l. si is qui ducenta. §. utrum col. pen. de reb. dub. sed nil facit, ut uidere poteris. Secundo alleg. l. triplici. de uerbo sing. iuncta. l. interdum. ff. de hær. insti. sed certè illa iura si non fallor probant cõtrarium. Nam. l. triplici ait, nec dubiũ est, quin coniuncti sint, quos & nominum & rei complexus iungit. cuius literæ sensus est, quòd si unicus cõplexus. i. unicum uerbum, & rem scilicet legatam & nomina legatariorum complectatur & comprehendat, tũc illi & re & uerbis coniuncti uidebuntur; istaque expositio probatur statim in exemplo, quod subdit consultus, dicẽs, ueluti Titius & Meuius ex parte dimidia hæredes sunto. Ecce quòd idem complexus. i. unum uerbũ scilicet hæredes sunto complectitur & nomina honoratorum scilicet Titium & Meuium, & rem relictam scilicet dimidiam hæreditatis: sic ergo, ut inducatur realis & uerbalis oportet quòd idem uerbum & honoratos & rem relictam complectatur. ergo proportionabiliter oportebit, quod ut inducatur uerbalis tantùm idem uerbum & unũ ipsos honoratos complectatur, eritq; octauum fundamentum pro communi allega. l. interdum. in primo in uerb. æquè, dicens quòd dictio æquè seu æquis partibus refertur etiam ad orationem præcedentem. In primis aduerte quòd. l. ista ineptè allegatur. nam licèt fateremur quòd dictio æquè ex eo quòd ad præcedentem quoque orationem refertur, induceret uerbalem coniunctionem, adhuc non sequeretur intentum. nam si uerbalem induceret dictio ęquè, ergo eam non induceret copula &, de qua quæstio nostra est.

Pręterea, quòd dictio ęquè inducat uerbalem, est omnino falsum, ut probaui suprà. Præterea. d. l. interdũ. loquitur in eadem, non in diuersis orationibus: unde nil ineptius quam illam allegare. Tertiò alleg. l. si ita quis hęredes. ff. de hær. inst. & similiter ineptè procedit. nam ipse dicit quòd dictio ęquis partibus facit coniunctionem induci in diuersis orationibus: nos autem loquimur in cupula & Præterea ille intell. Ripe non est uerus nec quicquam facit ille tex. ubi suprà latè probaui. Quartò, pro hac parte adducit. l. si ita quis hęredes. ff. de hęr. inst. in uerbo quanuis & sillaba coniunctionem faciat, qui uidetur decidere hanc quæst. Sed sic est quòd & sillaba coniunctionem facit in exemplo illius text. quod tale fuit, Caius & Meuius hęredes sunto sic ergo ibi coniunctio uerbalis non solùm propter dictionem, sed etiam propter unitatem sermonis, quia fuit unicum uerbum complectens ambos honoratos. Vnde 42 generaliter dico quòd copula &, nõ facit cõiunctionem uerbalem, sed unitas orationis plures honoratos complectens. hoc probat. d. l. triplici uersi. nec dubium. Iuncto uersic. uideamus. ut suprà declaraui. Nec obst. d. l. si ita quis hæredes. nam resp. quòd & sillaba coniunctionem non facit sola de per se, sed demum iuncta cum unitate sermonis cum qua si iungatur coniunctionem uerbalem facere solet. ut in exemplo illius. l. & ita in specie tenet Bar. in. l. re coniuncti. numero 12. scilicet quod coniunctio uerbalis non inducitur ex ui copulæ, sed ex ui unitatis sermonis, quod in specie nullus tangit: idque ipse probat aliis duobus fund. licèt contrarium teneat Ripa; Iaso. Raine. & Petrus, ubi suprà. dum noluit quod sola copula sine unitate sermonis immo etiam inter diuersas positas orationes inducat uerbalem coniũcti. Quintò, contra communem adduco. §. coniunctim in. t. resp. inst. de lega. ubi, ut inducatur realis tantùm, oportet quòd testator dicat (Titio fundum lego, Seio fundum lego) innuit ergo text. quòd si diceretur Titio fundum lego & Seio fundum lego, quod tunc propter dict. &, uerbis coniuncti essent. sol. illud est exemplum, ut patet in uerbo ueluti in princ. illius tex. posito quod ad sequens etiam responsum referendum est. argum. eorum, quæ ait Iaso. in. l. 3. §. filius num. 6. de lib. & posthum. exempla autem non arctant regulam. Præterea argum. à contrario non est deducendum ad correctionem legum pro communi allegatorum, tene ergo communem tanquam uerissimam. uel conc. ex mente Ias. num. 86. in. l. re coniuncti. quòd copula &, etiam inter diuersas posita orationes inducit coniunctionem uerbalem orationum, ita procedat op. Petri & sequatium, non aut personarum ad ius accrescendi: ita procedat op. communis. Stat ergo quòd uerbalis coniunctio inducitur inter legatarios, uel cohęredes per unitatem orationis quod uariè intelligitur. Primò, quando illi iunguntur per dictionem, &. Secundò, quãdo per dictionem, q;. Tertiò, quando per dictionem cùm. Quartò, quando per relatiuum quis, uel qui. Quintò, per dictionem item. Sextò, inducitur coniunctio uerbalis per orationem solutam. Septimò inducitur coniũctio uerbalis per dictionem neq;. Octauò inducitur per dictionem distributiuam. ita sentit Bart. in. d. l. re coniuncti col. 5. & est ex mente aliorum ibi. Nonò inducitur per no-

42 *Vnitas orationis inducit coniũctionem uerbalem non copula.*

men collectiuum secundum Bar.ibidem nume.13.& est communis ut per Politum ibi nu.23.Ripam nu.48. Ias. num.87.Crotum num.28.post Besutium & alios ibi in d.l.re coniuncti.

Decimò uerbalis coniunctio inducitur per dictionẽ aduersatiuam, ista est uera & communis op. ut resoluunt Bartol.in.d.l.re coniuncti nume.14.Crotus nume. 39.Ias.nume.87 Ripa nume.49. contra Politum ibi nu. 22. Vndecimò intelligitur ut uerbalis coniunctio inducatur per dictionem alternatiuam argumento.l. cum quidam.C.de uerbo.sign tenent communiter Bar.num. 15.Crotus num.40.Politus num.23.Ripa nume.51.Ias. numé.87.in d.l.re coniuncti. Duodecimò quæritur de dictione amplius dic, quòd inducit formalem coniunctionem ut per Cuma.col.4.in.d.l.re coniuncti in repetitione.facit.l.si tibi purè.ff.de lega.3.&.l. si seruus.§. si ita.ff.de lega.1.quod intellige, si ad sit unitas orationis. ergo si dixi Titio fundi quadrantem, hoc amplius Seio eiusdem fundi trientem hæres Seio dato. certè erunt uerbaliter coniuncti.ut .dd.ll.& quia est unitas orationis, ergo &c. ut.d.l.triplici.ff.de uerb. oblig. &.d.l.un. §.hoc ita tam uariè.C.de cad. tollend. Tertiodecimo quæritur quid de dictione, una, an per eam inducatur formalis coniunctio? credo quòd sic, quia inducit unitatem orationis, prout bene probatur, in.l.fin. ibi, una cum sobole.C.communia de success.facit.l.fin.C de insti.& substi.c.sicut dist.40.per Bar.consi.147. incip. factum est tale. Domin.in.c. fin.quæst.fin. extra de testa. lib.6.ubi dicit, quod est ius accrescendi.& per d.Ias.colum.pen.in.d.l.re coniuncti. & idem in dictione, simul. & in dictione, pariter, & similibus. Sed his casibus non tam ex ui harum dictionum quàm ex ui copulæ inducetur formalis coniunctio. ueluti Titio una cum Seio, uel simul, uel pariter cum Seio fundum æquis ex partibus lego. argumento tex.in.l.pen.C. de impuberum. Quartodecimo, idem in dictione uterque, ex mente Ang.in.l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad trebell.per doct. per tex. ibi in.l. pen.C.de impuberum.

Limita, ubi, copula seu aliæ præfatę dictiones apponerentur inter res, seu personas inter quas caderet ordo affectionis, quia non haberentur pro uno; sed ordine successiuo uenirent, & non induceretur formalis coniunctio. probatur per Bal.in.d.§.his ita. C. de cad. tollen.melius per omnes post Bar.in.l.Gallus.§. i. ff. de libe.& posth. per omnes in.c. Rainutius. extra de testa. ubi per Imol.tradunt omnes per tex.ibi in.l.fi.C.de doctis promissione. Ego autem uehementer dubito, nam considero tres casus, aut enim sumus in mixta coniunctione, aut in reali tantùm coniunctione, aut in sola uerbali. primo & secundo casu posset recipi opinio communis, secundo autem casu non posse, puto. moueor, quia, si dixi, filius meus & ex eo nepos hæredes sunto. tunc mixtim coniuncti licèt uideantur inspecta uerborum cortice, tamen non sunt, sed filius uidetur institutus, nepos uerò substitutus. Idem si dixi, filius hæres esto, nepos hæres esto, uel filio meo & nepoti ex eo fundum lego. licèt & id non satis expeditum sit. Verum si dixi filius meus & ex eo nepos æquis ex partibus hæredes sunto, uel filio & ex eo nepoti fundum æquis ex partibus lego.tunc dico eos uerbaliter coniunctos fundumque uel hæreditatem simul æquisq; ex partibus habituros; quia si rectè inspiciatur, cessat ratio specialitatis de qua in.l.Gallus.§.i.ff.de lib.& posth. & pro nobis l.fi.C.de impub.l.interdum in pr.ff.de hær.inst.l. si quis Titio.ff.de usufr.accres.& euidens ratio facit pro nobis nam si testator uoluisset ut tota hereditate uel toto legato per prius pater frueretur, deinde filius, tunc certè non diceret æquis ex partibus per quod satis innuisse uidetur, ut simul eodemque tempore fruantur. facit tex.cum materia in.l. Titia Seio.§. Seia libertis.ff.de lega.2.

Post realem & uerb.coniunctionem in.d.l.re coniuncti. Quærit Bar.de exemplo eorum, 43 qui sunt mixtim coniuncti, & sequitur exemplum glo.in.l.i.§. si.ff. de usufruc.accres.si dicatur Titio & Meuio lego Stichũ & hoc exemplum ibi sequitur Bal. Albe.de Rosat.& alij Paul.de Cast.consi.262.incip.dico quòd Episc. in secundo uolumine. & Sali.Cuma.Besut.& Ias.in.d.l. re coniuncti.col.20.Io. Fab.& alij in.§. si eadem.insti.de leg. Ange.consi.294.incip.punctus testator. Alex. in consi. 109.incip.prima fronte. in secundo uolumine Ange. de Periglis.Io.Crot.& Politus in.d.l.re coniuncti. & communiter doct. allegat Bar.d.§.si eadem.in seruo coniunctim.&.d.l.triplici.ff.de uerb.signi.contra dictum exemplum insurgit Petrus de Bellaper.secũdum Bar. Nam secundum eum re coniuncti dicuntur, quibus res legata in solidum debetur. tex.in.d.l.re coniuncti.sed in.d. exẽplo glo.uidetur res pro parte assignata.l.prima.C. si plures una senten.l.legata inutiliter.§. fin. ff. de leg.i.ergo non sunt re coniuncti.& ita uidetur tenere Cynus in.§. ubi autẽ.C.de cad.toll.& Christoph.de Castellione secundum Per.de Belut.in.d.l.re coniuncti. Io. de Imola & Alex.sibi contrarius in.d.l.planè.§.si coniunctim. dicebat quòd.d.§.si eadem. &.d.l.triplici.quam Bar.allegat pro. d.exemplo parum uel nihil faciunt, reprobat & Soci.in.l.utrum.in princ. ff. de reb.dub. pro Petro facit tex in.l.pe.ff.de usufruc.accres.l.ubi dicit tex. quòd partes sunt, si dicatur lego à singulis hæredibus singulis legatariis eiusdem rei usumfructum, uel si dicatur, æquis portionibus eiusdem rei usumfructum singulis legatarijs lego. Nam in primo casu, quando partes non exprimuntur, est perinde ac si essent expressæ, ut ibi. ergo &c. in.d.exemplo glo. est perinde ac si partes essent expressæ.d.l.pe. & si partes habentur pro expressis, non sunt re coniuncti, & etiam non sunt mixtim coniuncti. Tertiò contra dictum exemplum glo.facit, quia incontinenti quod in.d.exemplo testator dicit Titio intelligitur uel uerbum lego, uel aliud uerbum.l. prima.ff.de hære.insti.ergo sunt.diuersæ orationes. ut in simili bene dicit in suo exẽplo realis coniunctionis. si ergo sunt diuersæ orationes, non est in.d.exemplo formalis coniunctio. per quod.d. exemplum non uidetur subsistere. Tenendo tamen.d.exemplum, quod communiter receptum est, ut in locis supra citatis & communiter etiam receptum esse ait Ias.in.l.planè.§. si coniunctim col.2. ff.de leg.i.quòd licèt uerbum lego semel expressum iterum sub intelligatur, tamen is tacitus sub intellectus nil mutat in materia nostra. ut docet Bal.in.l.si fortidianum.C.de leg. & latius suo loco disseremus. Nec ad rẽ pertinet, quòd partes tacitè fiant inter collegatarios secundum hoc exemplum.ut.l.legata inutiliter.§.fin.ff. de lega.i.nam resp.quòd illæ partes fiunt ex legis tantùm interpretatione. non autem ex testatoris dispositione, qui ad solidum quemque inuitare uidetur.l. i.§. fin. in uerbo totius.l.inde Neratius in uerb. insolidum. ff. de usufr.accres.l.Meuio in prin.in uerb.totus.ff.de leg.2.l. si separatim in uerb. totus.ff. de cond.& dem.l.coniunctim. ff. de lega.3. ergo ut sit mixta coniunctio nil aliud desideratur quam quod ad solidam hæreditatem, uel legatum à primordio dispositionis quisque inuitatus uideatur, licèt postea in exequutione partes fiant.ut.d.l. coniunctim.&. l.un. §.hoc item uariè.&.§.ubi autẽ.C. de cad.toll.sed ista hic interueniunt. ergo &c.

43 Qui sunt mixtim coniuncti?

In summa quòd in illo exemplo, Titio & Seio fundum lego. fit mixta coniunctio communiter receptum est. & ultra Bar.& alios, quos suprà enumerauimus, ita resoluunt Besutius in.d.l.re coniuncti num.16.Crotus num.11.& iterum num.41. Lancelottus Politus nume.24.Ripa.num.4.& num.54.Ias.num.88. Zasius lib.i. singularium responsorum.c.18.Alciat.in.l.triplici.in pr. de uerb.sig.Corras.in.l. testamento.C de impub.Zasius in.l.si duobus in princ.ff.de leg.i.col.i. Castalius de usufruc.accer.in rubr. Item quærit.Bar.in.d.l. re coniuncti, an 44 coniuncti coniunctione legali sint re, uel uerbis,

44 Coniunctio legalis, an uerbali assimiletur?

uerbis, uel mixtim coniuncti; & dicit quod credit eos uerbis tantùm coniunctos. tamen secundum eum singularis glo. in. l. prima. §. idem in princ. ff. de usufruc. ac etelc. dicit eos mixtim coniunctos. eadem est glo. in. l. si duobus. ff. de leg. 2. in glo. fin. oam secundum Bar. in. d. l. re coniuncti. uocantur in partes separatas, uel in uiriles, uel stirpes. auth. in successione. C. de suis & legit. & authen. post fratres cum similibus eo. tit. Item accrescit cum onere, ergo uidetur q sint uerbis coniuncti uerũ tamen est quod Bal. in. l. hac edictali. §. oẽs in fi. C. de secuo. nop. dicebat q inter coniunctos coniunctione legali est ius non decrescendi. & in eadem lege. §. is illud in. 4. quæstione idem dicit. per quos patet q non sint uerbis coniuncti inter quos non est ius non decrescendi, sed ius decrescendi: tamen plus placet dictum Bar. plerisque per. l. onicam. C. quando non pet. par. ubi etiã patet quòd est ius decrescendi, ergo sunt sanè uerbis coniuncti. pondera etiam ibi quia uult quòd uocati per nomen collectiuum sint uerbis coniuncti; & tamen suprà in exemplo eorum, qui sunt mixtim coniuncti noluit quòd essent mixtim coniuncti. tandem cum Bar. in d. l. re coniuncti. dum ait coniunctos coniunctione legali uideri quodammodo uerbis coniunctos, transeunt simpliciter nil referentes Ias. ibid. Ripa Crotus Besutius, sed id pungit ibi Politus nu. 31. licèt nil alleget. tu dic ineptum esse dicere quòd sint uerbis coniuncti, quandoquidem uerbis coniuncti dicuntur aliqui demum ex uocatione testatoris hic autem testatoris uocatio nulla est ergo &c. l. triplics in princ. ff. de uerb. sig. l. un. C. de cad. toll. §. ubi autem. ibi sermo testatoris. l. sicut in annos. §. i. ff. quibusmodis ususfr. amitt. non quoq; mixtim coniuncti, quia remota ex toto uerbali, necessariò remouetur & mixta: cũ mixta debeat participare de suis extremis, & expressum, est in. l. coniunctim. ff. de leg. 3. superest ergo &c. Denique id quærere uanum est, quia ipsa. l. ait. quòd inter coniunctos coniunctione legali nõ tam coniunctio est quàm communio. l. & Proculo. ff. de leg. 3. itaque non solùm nulla. l. est, quæ hos coniunctos appellet, sed habemus. l. expressim negantem hos coniunctos esse: ridiculum enim esset eos qui sunt in communione, ratione fortè societatis, uel emptionis, uel alterius causæ eos coniunctos appellare quo ad hãc materiam iuris accrescendi. argum. l. item quod Sabinus §. unde idem. ff. de hær. inst. ibi, nam quo ad ius accrescendi non sunt coniuncti &c.

45 *Posita coniunctione uerbali per nomẽ collectiuũ sequitur & realis, nisi expressim dirimatur.*

Adde Bar. in. d. l. re coniuncti. nume. 23. cum quo est communis, de cuius exemplo collige hanc conclusionem. quòd 45 si dixi, Titius in dimidia, & fratres mei in altera dimidia hęredes sunto. omnes sunt uerbis tantùm coniuncti. quod proculdubio falsum est. Nam fratres sunt mixtim coniuncti ex confessione ipsius met Bar. sibi contrarij ibid. nume. 16. ubi Ias. num. 100. Secunda conclusio quod in prædicto exemplo in portione unius fratris repudiata, alij fratres potiores essent Titio in iure accrescendi est uera & indubitabilis. ut. d. l. re coniuncti. uers. prefertur & quia doctrina doct. est intelligenda secũdum. ll. quas allegant. & Bar. ad probandam primam conclusionem allegat. l. interdum. in princ. de hær. insti. ff. ubi dicitur, Titius & fratres mei æquè hæredes sunto. uult quòd tunc esset uerbalis tantùm coniunctio, quod uerissimum est. Item uult q fratres in iure accrescendi præferantur, quod falsum est, & contra ipsum met tex. in. d. l. interdum. quam pro se allegat, nam regulariter, qui ab initio in unam portionem coadunantur ii ea post facto in iure accrescendi prę feruntur. l. cohęredi. §. qui discretas. cum gl. ubi omnes. ff. de uulg. l. si mulieri cum liberis. ff. de usufruc. accres. ubi si mulieri cum liberis usumfructum legaui, quo casu ad integram dimidiam sola mulier, & ad reliquam dimidiam omnes liberi uocantur; tunc uno ex liberis repudiante fratribus tantùm, non etiam mulieri eius pars accrescit, & tunc demum mater iure accrescendi admittitur, cùm liberorum nullus superest. sic ergo & in. d. l. interdum. expressum est, quòd uerbũ æquè ibi adiectum, facit quòd ab initio omnes pariter ad uiriles admittantur, & consequenter ex post facto pares esse debent in iure accrescendi. facit. l. Lucius. 2. §. Lucius Titius testamento. ff. de leg. 2. Hæc quo ad ipsas coniunctionum species, ex quibus 46 quasi descendere uidetur ipse quoque iuris accrescendi effectus. Vnde sunt, qui putent ius accrescendi connumerari inter reliquos effectus, quos parit producitque coniunctio, quę etiam alios quàm plures effectus producit, quos enumerat Bar. in. d. l. re coniuncti. ff. de legatis. 3. Et primus est secundum eum, quia 47 operatur ut coniuncti uocentur in unam portionem. l. planè in secundo responso. ff. de leg. i. l. Titius. & l. interdum. ff. de hær. insti. facit tex. in. l. unica. §. ubi autem. ibi, sermo testatoris prima facie solidum assignare uidetur. C. de cad. toll. sequuntur Sali. Flor. Cuma. Ias. & Crot. simpliciter in d. l. re coniuncti. Besutius insurgit contra Bar. ibi col. 13. per. d. l. pe. ff. de usufruc. accres. ubi probatur quòd licèt aliqui uocentur ad aliquam portionem, nõ per hoc sunt re coniuncti. declarat magistraliter Bar. in. l. re coniuncti. in. 2. quæst. realis coniunctionis. Besut. innititur saluare Bar. considerando, quòd est duplex coniunctio prima est, quæ fit à testatore, & de ista non loquitur Bar. sed de illa, quæ fit à iure; quia ius uocat re tantùm coniunctos ad eandem portionem, sed faciunt partes per concursum. l. coniunctim. ubi gl. Bar. & omnes. ff. de leg. 3. & hoc sequendo uocationem testatoris. argum. l. legis obuenire. ff. de uerb. signi. istam saluationem & cõsiderationem Besut. facit Bar. in. l. cui fundus. ff. de cõd. & dem. in princ. quæ communiter reprobatur per Ioa. de Imola Pau. de Castro & Alex. in. d. l. planè. §. si coniunctim. ff. de leg. i. sequitur in. d. l. re coniuncti. d. Iaso. col. 24. per tex. in. d. l. unica. §. ubi autem uersi. si uerò nõ omnes. ibi, sermo testatoris prima facie assignare uidetur ergo testator est, qui uocat ipsos ad eam rem, & non ius & propterea dicebat Bar. in. d. l. re coniuncti. in secunda quæst. realis coniunctionis quòd in reali coniũctione requiritur quòd coniuncti uocentur ad eandem rem de expressa uoluntate defuncti, idem est in formali coniunctione. ut per Bal. in. d. l. si fortidianum. C. de leg. Bar. in. d. l. unica. §. ubi autem. C. de cad. tollen. Denique defendendo opin. Bar. quæ ut patet ex suprà relatis communis est, ut per Ias. in. d. l. re coniuncti nume. 101. Ripam num. 59. Crotum ibid. nu. 42. resp. quod si dixi, primus hæres esto, secundus & tertius hæredes sunto. tunc certè quantam quisque partem habiturus sit, non satis à testatore declaratum est. lex autem interpretatur, ut ambo coniuncti non plus ferant quàm ille separatus, quasi propter ipsam coniunctionem una tantùm persona reputentur. l. planè. in prin. ff. de lega. i. d. l. interdum. d. l. Titius. ff. de hęre. insti. l. si quis Titio. ff. de usufruc. ergo quis poterit non fateri hunc effectum ab ipsa coniunctione oriri ipsamque coniũctionem priorem esse & ex ea hunc effectum descedere. Quod si poneremus ita testatorem dixisse, primus ex dimidia hæres esto, secundus & tertius ex altera dimidia hæredes sunto. uel primo fundi dimidiam lego, secundo & tertio alteram dimidiam lego. tunc agnoscerem quòd eorum coadunatio coactioque in unam tantùm portionem, nõ esset effectus coniunctionis: cùm per expressam testatoris declarationem & dispositionem id fieret, non per legis interpretationem ex coniunctione descendentem. & in materia etiam substitutionis, etiam ius accrescendi consideratur secundum quosdam. Vnde coniunctio dicitur operari in specie tradita per Iurecõsultum in. l. cohæredi. §. qui discretas. ff. de uulga. Ergo 48 secundus est effectus coniunctionis secundum Bar. ubi suprà quia substitutio reciproca uidetur facta secundum ordinem coniunctionis 49 l. cohæredi. §. qui discretas. ff. de uulga. ita tenet Cuma. in. d. l. re coniuncti. col. 5. Be-

46 *Cõiunctionum effectus.*

47 *Coniuncti ad unam tantũ portionem admittũtur.*

48 *Substitutio facta uidetur secundum ordinem coniunctionis.*

49 *Intell. l. cohæredi. §. qui discretas. ff. de uulga.*

sut. colu.13.Ias. col.26. & Crot.sed contrà, quia quòd aliquid reguletur secundum aliquam rem, non per hoc dicitur quòd sit ex effectu illius rei secuudū quam regolatur. nam uidemus legata per omnia adæquantur fideicommissis: & tamen per hoc non debet dici quòd sit ex effectu fideicommissorum.l.i.ff.de leg.1. sicut etiā uidemus quòd exemplaris substitutio emulatur pupillarem substitutionem.§.qua ratione.insti. de pupilla. l. humanitatis.C.de impube.& hoc non est ex effectu pupillaris substitutionis, sed quia in exemplari substitutione militat eadem ratio, quæ militauit ad introducendū pupillarem substitutionem.d.§.qua ratione. cū Bar. communiter doct.tenent in.l.quamuis. C. de impub. & in.l.in testamento.C.de testam.mil. ubi Rainer. Iacob. But.Din.Bar.Bal.Sali.Ange.& omnes sequuntur.ubi uidentur uelle quòd in dicto casu talis uulgaris substitutio non continet pupillarem tacitam pro dicto Bar. etiā uidetur facere.l.fi.C.de insti.& subst. Denique considera, quòd is effectus Bar.in terminis.d.§.qui discretas non descendit ex coniunctione tantùm, sed ex ipsa etiā expressa testatoris uocatione.nam si dicerem, primus & secundus in unciis.6. hæredes sunto. tertius & quartus hæredes sunto in.4. unciis. quintus & sextus hæredes sunto in duabus unciis eosq; inuicem substituo. tūc primo repudiante eius pars soli secundo, non etiam reliquis ex substitutione debetur, ut ibi:isque est effectus ipsius coniunctionis, ratio, quia primi duo quasi una persona propter coniunctionem reputantur.argumento. l.planè in prin.ff.de leg.i.§.hoc ita tam uariè.C. de cad. toll.quo fit, ut uno repudiante ad huc illa persona quę per duas personas coadunatas repræsentatur, non uidetur ex toto defecisse, nec fit locus substitutioni, nisi demum ambobus exclusis. cęterùm ambobus exclusis, quo casu locus fit substitutioni, tunc ex sex unciis, quæ prioribus datæ fuerunt.4.ad tertium & quartum pertinebunt, reliquæ duæ duntaxat ad quintum & sextum peruenient. argumen. l. i. C. de impuberum. cum simil. neque is erit effectus coniūnctionis, sed uocationis à testatore expressim factæ. ergo in terminis illius text. duo sunt effectus, primus est, quando quisque substitutorum admittatur, isq; descendit ex ipsa coniunctione. alter quanta in parte admittatur, isq; descendit ex ipsamet testatoris dispositione, non autem ex coniunctione, quod nota, quia non inuenio sic declaratum. Denique secundum Bart.in.d.l.re coniuncti. alius 50 & notab.effectus coniunctionis est ius accrescendi. & in hoc omnes nullo excepto sequuntur Bar. in.d.l.re coniuncti.& ubique & ante Bar. hoc uidetur dixisse Innocentius in.c.Rainaldus in glos. in uerbo filius.extra de testam.Barbat.in.c.Rainucius col.70. extra eod. tito.& nouissimè Castalius in.l.quoties. ff. de usufruc.accres.sed super prædictis coniunctionibus posset bene quæri, Qui sint proprii effectus cōiunctionum? & quidam sic aiunt, quòd aut loquimur de reali formali, uel mixta coniunctione. in primo casu est concursus. probatur in.d.§.si eadem ibi scinditur inter eos legatū d.l.planè.§.si coniunctim.ibi,concursu.ff.delega.primo & in hac coniunctione est aliut effectus, quia non accrescit cum onere. aut sumus in secundo casu.5. in formali coniunctione, & dico quod eius effectus est, quod coniuncti habentur pro uno.d.l.planè in princ.ff.deleg. 1.potest alius dari effectus, quia non accrescit inuitis l.unica.§.ubi autem.C.de cadu.tollen. aut loquimur de coniunctione mixta, & eius effectus est, ut præferatur omnibus. ut.d.l.re coniuncti. Sed certè licèt omnes sequantur Bar. ut effectus coniunctionis sit ius accrescendi de quo etiam per Iaso.in.d.l.re coniuncti nume. 101.Ripam num.62.Crotum numero 42. Nos tamen regulariter contrarium suo loco differuimus. Nam licèt uerum sit quòd in usufructu non est ius accrescendi, nisi inter coniunctos.ut in.l.sicut in annos.§.1.ff.quibus modis usufruc.amitt.& in.l.1.in princ.&.l.pen. ff. de usufr.

50 *Accrescendi ius effectus coniunctionis est.*

accresc.l.2.l.inde Neratius eodem.adeò ut in usufru.sola uerbalis coniunctio non sufficiat, nisi adsit coniunctio, uel realis tantùm. ut.d.l.sicut.§.1.uel mixta, ut.d. l.inde Neratius.&.d.l.1.§.fin.tamen extra casum usufructus & reliquos casus speciales regulariter ius accrescendi esse potest licèt nulla coniunctio sit, quod in hæreditatibus omnes admittuntur, in legatis autem in quibus statim post mortem transit in collegatarios dominium nos idem nouè defendimos supra in.26. casu quo cessat ius accrescendi: licèt secus in quibus dominium ab initio & statim post mortem defuncti non transit in collegatarios. Itaque si dixi, Titio dimidium fundum lego, & Seio alteram fundi dimidiam do lego. quo casu hi collegatarii sunt re & uerbis separati, adhuc tamen quia statim à morte testantis in hos legatarios transijt fundi legati dominium, defendimus portionem ab altero repudiatam ad collegatarium potius quàm ad hæredem grauatum pertinere; ut sic ius accrescendi detur etiam omni coniunctione cessante.

Inter re tantùm coniunctos, an sit 51 ius accrescendi, uel tantùm ius non decrescendi quæritur? & in usufruc.Bar.& omnes in.d.l.re cōiuncti.aiunt, quòd si usufructus deficit ante portionem acquisitam habet locū ius non decrescendi.d.l.prima.§.interdum.ff. de usufructu acer. secus si deficiat post portionem acquisitam quia tunc habet locum ius accrescendi.d.§.interdum.& in hoc ultimo casu tenetur ad onus impositum, secus si ante portionem acquisitam deficiat, ratio est, quia usufructus nunquam fuit acquisitus in totum, nam reputatur quotidie nouus cùm quotidie constituatur per patientiam, & perinde est ac si essent multi ususfructus.ut per glo.in.d.§. interdum & omnes sequuntur.tamen ad uerte, quia posset dici quod in usufructu etiā ante portionem acquisitam sit ius accrescendi, non ius non decrescendi, ut probatur in.d.§.interdum in prin.ibi, ususfructus legatus alteri accrescit, & nulla fit mentio ibi de iure non decrescendi. idem probatur in eodem text. ibi, nihilominus ius accrescendi ubi tex. disponendo q̄ post portionem acquisitam habet locum ius accrescendi, dicit quod nihilominus accrescit. ergo præsupponit ibi tex.quòd etiam ante portionem acquisitam est ius accrescendi, ponderando implicatiuam nihilominus, ibi, positam, quæ ex ponitur immo magis.l.si pupillus.ff. de neg.gestis. non obstat tex. ibi, concursu partes habemus, quia concursus non præsupponit ius non decrescendi cùm etiam concursus in uerbis tantùm coniunctis consideretur.l.huiusmodi.§.quibus.ff.de leg.1.glo. in.l.coniunctim.ff.de leg.3.licèt ibi reprobetur per Bar. tenendo op.Bar.quę uera est, resp.ut per Bar.ibid.quòd ll.quàm plures promiscuè utuntur his terminis accrescere & non decrescere, & illud sæpe dicunt accrescere, quod strictè loquendo est non decrescere, & quòd tunc uideatur accrescere cùm portio iam quæsita & postea amissa collegatario accedit, probatur etiam, quia tunc fortuito casu dicitur obuenire.l.scimus.§. imputari. C. de inofficioso testamento. Item probatur, quia portio quæ iam semel collegatario meo acquisita fuit, iā eius propria effecta fuit & in eius patrimonium transfusa.l. sed si plures.§.filio impuberi.ff.de uulga. ergo cum mihi per amissionem illius accesserit non potest non uideri accreuisse, cùm non iam tam ex patrimonio testatoris quàm ex patrimonio collegatarij mei profecta uideatur. facit, quia in simili, qui mutauit statum, non idem homo qui prius erat, sed nouus homo esse uidetur l.si seruus legatus.§.1.ff.de adi. leg.l. inter stipulantem §.sacram.ubi doct.ff.de uerbor.oblig. itaque in usufructu, etiam ante portionem quæsitam cessat ius accrescendi & datur ius tantùm non decrescendi, id, quod olim inter plura quàm 700.paradoxa publicè tuebamur in proprietate etiam ius non decrescendi inter re tantùm coniunctos est secundū Bar.& omnes in.d.l.re coniuncti.ff.de leg. tertiò, limita communem conclusionē,

51 *Ante portionem quæsitā in usuf. est ius non decrescendi contra communem.*

nisi

52 *Vsusfructus legati si uetetur alienatio, an inducatur proprietatis concessio?*

nisi 52 in legato usufructus adijeiatur clausula quòd talis legatarius usufructum non possit uendere, uel alienare; quia per talem prohibitionem uidetur testator proprietatem legasse Bal.in.l.Proculus.ff.de usufructu. sequitur Fulgo.consi.13.incip. circa primum consultationis effectum. sentit Bal. in.l.ubi adhuc colom. 5. C. de iure dot.per Sadoletum in repetitione.l.3.ff.de leg.3. sicque illa prohibitio,quæ prima facie uidebatur adiecta ad moderationem legati inducit augmentum, & sic contrarium eius ad quod uidebatur adiecta,ut in specie notat glo.in.d.l.Proculus.per quod uidetur not.limitari.l.legata inutiliter.ff.de leg.1.l. legata inutiliter. ff.de adim.leg.in quibus habetur quòd dispositio non debet interpretari ut operetur contrarium eius ad quod fiebat,accipe optimum simile. Nam 53 mandatum generale non comprehendit casus, qui desiderant speciale mandatum.c.qui ad agendum de procur.lib.6.& tamen 54 si tibi dedi mandatum generale & adieci, nisi quòd non possit debita exigere,uel transactionem litium mearum facere,quibus casibus mandatum speciale desideratur; tunc per istam exceptionem augetur ipsum mandatum,ut comprehendat omnes etiam casus mandatũ speciale desiderantes præter illos,qui specialiter excepti fuerunt quamuis exceptione illa non facta ex ui mãdati generalis procurator ille non posset facere aliquẽ actum,qui mandatum speciale desideraret.ut.d.c.qui ad agendum.ita tenet Deci.in.l.1.nume.31.ff.de regul.iur. Domi.post Lapum in.c.ad agendum de proc.lib.6.Ale. in.l.fin.ff.quod quisque iuris.Decius in.c.consultationibus in fine per illum tex.de officio.de legati. Alexa con. 36.uiso themate colum.4.uersic.sed tamen iis non obstant. Decius in.c.cum dilecta.5.not. extra de confirmatione utili.Tiraquel.in tracta.de utroque retract.pagina 784.nume.95.& pro hac opinione modernorum, ut illa exceptio,quæ prima facie uidebatur adiecta ad moderationem mandati inducat ipsius mandati ampliationem, est text.iuncta glo.quem ipsi non allegant in d.l.Proculus.idque probatur ratione. Nam uerba illius exceptionis sunt ita interpretanda, ut aliquid operentur.l.si quando in princ.cum glo.C. de inofficioso testamento.l.quibus.§.dominus.ff de cond. & demonstr. sed illa exceptio operaretur nihil, nisi diceretur comprehendere eos casus, qui mandatum speciale desiderarant: ergo ita debet interpretari. Confirmatur,nam generaliter receptum est, ut à proprietate etiam uerborum uel dispositionum recedatur, ne uerba, uel dispositio inutilis fiat. & ideo licèt in stipulationibus interpretatio contra stipulatorem regulariter facienda sit ut.l.stipul.ista.§.stipulationibus.ff.de uerbo.oblig.fallit tamen, quando si contra stipulatorem fieret, stipulatio uiciaretur. tex.cum glo.ubi docto.in.l. quoties in stip. ff.de uerbor.glos.& docto.in.d.§. in stipulationibus. & licèt regulariter instrumenti appositione ueniat tantùm instrumentum domini, non coloni:tamen si nullum fuit instrumentum domini,uenit etiam instrumentum coloni,ne aliàs adiectio illa de instrumento inutilis redderetur.tex.ubi utrunque probatur in.l. fundus qui locatus ff.de fund.instr. Et licèt filius debeat nominatim exhæredari per expressionem nominis, cognominis, & prænominis.ut.l.1.ff.de libe. & posthom. & inst. eod. in princ. tamen si dico, filius meus exhæres esto. licèt eius nomen, prænomen,& cognomen non exprimatur ualet exheredatio; eo quòd uerba illa filius exhæres esto, ad alium referri non possunt,cùm nullus alius sit: & uerba sunt interpretanda ut dispositio sustineatur.ita est tex.in.l.2.ff.de libe.& posthum. in.§.nominatim.insti.eod. & licèt debiti appositione ueniat debitum exigibile.§.naturale,& ciuile.ut.d.l.si is cui.§.Flauius.tamẽ si quod debeo seruo meo legauerim intelligitur de debito naturali tantùm.tex.not.in.l.qui hæredi.§.dominus.ff.de condit.& demonstr.ratio, quia cùm debitorũ ciuilium seruus esset incapax.l.quod attinet.ff. de regu. iur.l.manumissionis.de inst.& iur.licèt capaces sint debitorum naturalium.l.si id quod.ff.de condi.indeb.§.1. inst.de fideiuss. certè nisi nomen debitum, ad debitum naturale tantùm referatur nil operaretur. & licèt id habere quisque dicatur cuius dominium habet.l.possessio in princ.ff.de acquir. poss.l.stipulatio ista in princ. ff.de uerbo.obliga.tamen si seruus sibi habere licere stipuletur non dominium rei in stipulationem deduxisse, sed nudam detentationem uidetur.ff. de uerbo.obligat l.stipu.ista.§.hi qui ratio,quia à proprietate uerborum recèdimus,ut dispositio non euanescat.

53 *Exceptio interdum auget regulam.*

54 *Mãdatum sæpe ampliatur per exceptionem.*

Et licèt possessionis appellatione,ea ueniat,quę & in iure & in facto consistit. ut.l.possessio.in princ.& in.§. 1.ff.de acquir. possess glo.app.in.l.1.C.eod. tamen si seruus possidere sibi licere stipuletur,recedimus à proprietate uerborum, ut de nuda detentatione intellexisse uideatur.d.l.stipul.ista.§.hæc quoque.

Et licèt rescriptum principis concedentis alicui liberam testandi facultatem sit regulariter interpretandum seruata iuris solennitate.l.si quando.in princ.C. de inoffic. testamento.tamen si princeps hoc concesserit ei, qui alias habebat testamenti factionem intelligitur concedere quòd etiam iuris solennitate non seruata testari possit. glo.app.ibid.in.d.l.si quando. quam etiam approbant commendantque docto.in.l.fin.de consti.princip.ff. Et licèt hęredis appellatione propriè non ueniat bonorum possessor, quia prætor nec potest quem hæredem facere.l.2.ff.de bon.poss.nec quem hæredem esse desinere.§.quos autem.insti.eod.tamen si extraneo hærede scripto legatum reliqui sub hac conditione, si patronus hæres non erit, isque per contratab.heres extiterit, conditio euanescit.l. in conditionibus.§.si patronus.ff.de condit.& demonstr.ratio,quia uerba illa si patronus hæres non erit, in patrono, qui scriptus non erat non poterant uerificari, nisi eo bonorum possessore existente. Hinc 55 infero errasse Bar.& docto.in.l. 1.§.bonorum.ff.ad trebell.dum aiunt per.d.§. si patronus. quòd hęredis appellatione uenit propriè bonorũ possessor. nam immo ille tex.per locum ab speciali probat contrarium.

55 *Bonorum possessor an hæredis appellatione contineatur?*

Et licèt tutela intelligatur usque ad annos 14. in maribus, in fœminis uerò usque ad duodecimum. ut instit.quib.mod.tut.fin. in princ. tamen si ei, qui excessit decimumquartum annum tutorem dedi usque ad annos 18. intelligitur de cura; idque etiam in conditionalibus dispositionibus in quibus uerborum proprietas summopere seruanda est.l.qui hęredi. in princ.l.Meuius. de cõdit.& demonstr.ff.l.pater.§.1.ff.de cond. & demon.

Et licèt 56 iuris ignorantia non præsumatur.l.leges sacratissimæ.C.de legib.tamen legum ignorantia potius præsumetur quàm dispositionis frustratio.tex.sing. in.l.Lucius.§.item Lucius.ff.de testamento mil. Ergo pręd ictam modernorum opi. scilicet quòd mandatum generale à quo excipitur unus casus desiderans specialè mandatum comprehendat omnes casus mandatum speciale exigentes, præter illum casum specialiter exceptum habebis probatam per.d.l.Proculus.ff. de usufrù. & per plures rationes quamuis ipsi moderni pro se nil boni allegent.

56 *Legũ ignorantia quãdo præsumatur.*

Stat ergo ex superioribus,quòd 57 inter uerbis tantùm coniunctos est ius accrescendi. inter re tantùm cõiunctos est ius non decrescendi. inter mixtim autem coniunctos, quid iuris statutum reperiatur, uidendum est? & Bar. negat in d.l. re coniuncti. esse inter mixtim coniunctos ius accrescendi cùm 58 faciant sibi partes per concursum.§.si eadem insti. de legat.glo.in.l.1.§.fin.ff.de usufruc.accresc. glos.ubi Bar. Din. & Alber.in.l. coniunctim. ff. de legat.3. ergo inter eos habet locum ius non decrescendi. & Bar. sequuntur communiter doct.Sali.Cuma.Ange.de Periglis Besut. Ias. ibi colun.28. & Crot. & Bal. in.d.§. his ita.ubi Albe.Pau.de Castro Sali.Corneus & reliqui. C. de cad.

57 *Coniunctio mixta, an inducat ius accrescendi, uel ius non decrescendi.*

58 *Ius non decrescendi inter mixtim coniunctos est. cum communi.*

toll. Alex. & Ias. ubi per omnes in.l.unica.C.quando nõ pet. par.Pau. de Cast. consi.261.incip.dico quod episc. in secundo uolumine.Bal.consi.362.in primo uolumine Castalius in rubr.& in.l.quoties.ff.de usufruc.accr.glo. in.l. Titio & Seio cum.l. sequenti.ff.ad legem aquiliam in uerbo accreuisse. quæ exponit id est non diminutum esse.l. & si pauciores.in uerbo decrescere. ff.si pars hær. peta.l.quidam relegatus.§. fin. cum duabus legibus sequentibus.ff.de reb. dubijs. In contrarium facit, quia sunt coniuncti ut per glo.in.l.prima.§.idem.ff.de usufr. accr.glo.in.l.si duobus.In glo.fi.ff.de le g.2.& tamen inter eos est ius accrescendi, non ius non decrescendi.l. unica.C.quando non pet par.l.si pluribus.ff.de suis & legit.l.seruus communes ab extero.ff. de acq.hær.§.si.insti.de donat. Secundò facit.§.his ita.C.de cadu. tollen. ubi sumus in coniunctione hominis, & urrbum coniunctim ibi positum intelligitur de mixtim coniunctis secundum glo.ibi & tamen ibi dicitur, quòd est ius accrescendi. Tertiò, 59 facit, quia accrescit cum onere

59 *Coniunctis re, & uerbis, an accrescat cũ onere.*

§.finauté ad deficientis ubi gl.& reliqui.C.de cad.toll. ad huc tamen tenenda est communis opin.ut inter mixtim coniunctos sit ius non diminuendi, nam coniunctorum appellatione propriè uenit mixtim coniunctus, ut diximus supra sed sic est ꝙ leges de coniunctis loquentes quę de mixtim coniunctis intelliguntur, aiunt solidam rem, solidam'ue hæreditatem horum singulis inspecta testatoris dispositione datã uideri.ut.l.un.§.hoc ita tam uariè.C.de cad.tollen.ibi, quasi suam.l.si separatim.in uerb.totus.ff.de cond.& dem.l. hæc scriptura.§. si.eod.l.Meuio in prin.in uerb.totus.ff.de leg.2.l. coniũctim.ff.de leg.3.l.1.§.fin.in uerb.totus.ff.de usufr.accr. l.inde Neratius in uerb.insolidum.eod.tit.§.si ead. inst. de leg. si enim eorum singulis, qui mixtim coniuncti sunt solida res uel hæreditas inspecta testantis dispositione data uidetur, & in exequutione tantùm fiunt partes per concursum, necessariò dicendum est inter eos esse ius non diminuendi, non propriè ius accrescendi. Adde 60 quod in hæreditatibus licèt 10 diuersis orationibus sumus instituti & partes expressim sint a testatore distinctæ ad huc inter nos est ius accrescendi.Nam licèt inter nos sit omnimoda disiunctio ius accrescendi est, ne testator pro parte testatus proque parte intestatus sit. & tamen in hæreditatibus consideratur interdũ coniunctio realis simol & uerbalis,interdum uerbalis tãtùm, interdum realis tantùm, considerantúrque hæ cõiunctiones ad hunc effectum, ut cum plures sint instituti, illi in iure accrescendi præferantur, qui inter se sunt coniunctiores.de coniunctione reali & uerbali habes tex.& exemplum in.l.triplici. ad prin. de uerb. sing. ex quo tex.infero,Quòd 61 si dixi, Titius ex parte dimidia,Seius & Sempronius ex altera dimidia hæredes sunto. Seius,Semproniusque erunt re & uerbis coniuncti præferunturque Titio, qui uerbis tantùm coniunctus fuit. Item si dixi Titius ex semisse, Seius & Meuius ex altero semisse hæredes sunto. Plotiusque ex parte, qua Seium Meuiumque instituit hæres esto. certè Seio repudiante eius portio ad Meuium tantùm, qui est re & uerbis coniunctus perueniet, non ad Titium, qui uerbis tantùm coniunctus est, nec ad Plotium, qui re tantùm coniunctus est.& quod in hoc exemplo Seius & Meuius essent re coniuncti probatur in.l.triplici.circa principium.ff.de uerb.sig. quòd autem Titius esset uerbis tantùm coniunctus, patet ibidem à contrario sensu. prætrrea eius portio ab aliis expressim distincta est. ergo &c.ut in.l.re coniuncti.de legatis.3.l.pe.ff. de usufru. accresc.& in.l.si ita quis hæredes.de hær.inst.quod autẽ Plotius cum Seio & Meuio esset re tantùm coniunctus probatur in.d.l. triplici.§. fi.&.l.Iulianus quoque ff. de hęr.insti. Hinc esset quòd si Plotius repudiaret eius portio Meuio & Seio accresceret, quia eis re tantùm coniunctus erat, non Titio quia ei nec re,nec uerbis coniunctus erat. Hinc etiam est quòd si Titius re-

60 *In hæreditatibus est ius accrescendi inter disiunctos.*

61 *Cõiunctus mixtim ut reliquis præferatur.*

pudiaret eius portio Seio Meuioque accresceret, quia eis uerbis tantùm coniunctus erat, Plotio uerò non accresceret, quia ei nec re, nec uerbis coniunctus erat. Item 62 adoerte, nam in hæreditatibus nunquam uidentur re cõiuncti, qui sine parte à testatore expressa instituuntur, siquidem uerbis coniuncti non sunt.l.ité quod Sabinus.§.unde idé.ff.de hær.insti.At si uerbis cõiuncti essent, tunc si sine parte instituerentur puto eos cooiunctos non solùm uerbis, sed etiam re uideri. ut d.§. onde idem uersi. nam & si unus. nam si Titium instituo, deinde dixi Meuium Seiumque instituo. tunc semis Titio disiuncto, alter uerò semis Meuio Seioque coniunctis debetur,& sic sunt etiam recõiuncti ut in.d. uers. nam & si unus itaque re etiam coniuncti ab effectu dici possunt, quod uerum nisi uerbis essem coniunctus iis, qui & re & uerbis coniuncti erant, ut superius exemplificaui. At si non sine parte, sed partibus distinctis ex tribus hæredibus institutis duo uerbis coniuncti essent, puta,quia dixi Titius hæres esto, Seius & Meuius æquis portionibus hæredes sunto. tunc hos puto non solùm re disiunctos, sed etiam uerbis. re enim disiuncti sunt, tam ex mente quàm ex uerbis testatoris. uerbis autem licèt coniuncti uideantur ex sermone testatoris, tamen ex eius mente disiuncti etiam ex uerbis sunt, propter adiectionem illam æquis portionibus. Nam adiectio illa non solùm ad Seium Meuiumque, sed & ad Titium referenda est secundum Besutium relatum per Ias.in. l. re coniuncti.de leg.3.ff.num.41.ad fi.per.l.interdum.in pr. ff.de hær. insti.nec obst.rrprehensio Ias.ibid.nume. 43. nam quod ipse dicit quòd clausula posita in una oratione ad superiorẽ orationem tãtùm referri non debet, fateor uerum esse regulariter, fallit tamen quando alias clausula illa nil operetur, nisi ad superiorem orationem referatur: receditur enim à regulis iuris communis, ut uerba aliquid operarentur.l.si quando.in prin. cum glo. C.de inoffic. testam.l. si quando.ff.de leg.1.l.quoties in stipulat. cum gl.ff.de uerb.l.quoties.ff. de rebus dubiis. l.fundus qui locatus.ff.de fund.inst.l. qui hæredi.§. dominus.ubi Socinus de cond.& demonst. At in quæst. nostra nisi clausula illa æquis portionibus ad Titium etiã in alia oratione positum referetur, nihil operetur: ergo ad eum referenda est.si ergo testator propter istam adiectionem æquis portionibus efficit, ut cooiuncti uerbis, non tanquam una persona unumque corpus reputarentur ad unamque per hoc tantùm portionem uocarentur iuxta.l.item quod Sabinus.uers. nam & si unus. l. un.§. his ita.C.de cad.tollen.l.planè in pri.de leg.1. sed quod quasi disiuncti unusquisque ad suam distinctamque portionem non minus quàm qui uerè disiunctus erat(ut.d.l. interdum) uocaretur. ergo 63 similiter credendum est eum noluisse ut in iure accrescendi, non tanquam una persona unum'ue corpus reputarentur,sed tanquam diuersi ac disiuncti & per hoc ei,qui uerè disiunctus erat non præferetur. ut in.d.l.si quis ita hæredes.coniunctio enim uerbalis ut unum operatur contra ipsos coniunctos, scilicet quòd ab initio omnes simul non plus ferant quàm unus solus disiunctus, eo quòd una persona reputantur.d. uers.nam & si unus.d.l. planè.d.§.his ita. ita & aliud operatur in eorum fauorem, ut si uacauerit portio coniuncti in iure accrescendi præferantur disiunctis.d.§.his ita &.l.hæredes sine.ff. de hær. insti.argum. l.secundum naturam de reg.iur.& per arg.de augmento ad diminutionem. ut.in. l. si ex toto in prin. de leg. 1. l. quod interdum.§.si quis post.de leg.1.Vnde 64 ut per illam additionem æquis portionibus coniunctio impedita fuit quatenus coniunctorum detrimentum inducebat eorum'que portiones ab initio minuebat; ita etiam coniunctio debet impedire quatenus eorum commodũ respicit, ut in iure accrescendi disiunctus præferantur. ita intelligo nouissimè.l.ita quis hæredes.ff.de hær.inst.

62 *Posita coniunctione uerbali sequitur coniunctio realis, nisi expressim dirimatur.*

63 *Intell.l. si qui ita.ff. de hær. inst.*

64 *Intell.l. si ita quis hæredes .ff. de hær inst.*

65 *Ius accrescendi an transeat in successorẽ singularẽ? cũ communi cõtra Bar. & alios.*

Illud 65 autem dubiũ est,an in emptorem hæreditatis,uel alios singulares successores transeat ius accrescẽ-

di

aliqua in re sunt, qui teneát partē affirmatiuā, ut ius accrescēdi transeat in emporē hæreditatis. ita tenet Bar. quē scribentiū nō nulli sequuntur in.d.l.re coniuncti.ff. de leg.tertio.per tex.in.l.si totam.ff.de acquir.hæredit. ubi habetur quòd portio accrescit portioni, non personæ. & per tex.in.l.si Titio.ff.de usufruct.ubi ad similitudinem alluuionis portio accrescit portioni.Sed certè ibi loquitur secundum Iaso. in portione rei legatæ, quæ plenè transit in singularem successorem, sed iura actiua & passiua remanent penes uenditorem.l.2.C de hęr. uend.l.2.C.de pact.& cum semel fuerit hęres non potest desinere esse hęres.l.& si sine.§. sed quod Papinianus.ff.de minor.ista & responsio non eneruat.d.fundamentum pro Bar.adductum,quia hoc est uerum circa iura personalia & personam suam,& non circa rem, quam in hoc casu plus attendimus quàm eius personam. glos. fin.in.l.Papinianus.ff.ad trebel.in usufructu bene procederet hęc ratio secundum glo.ibi,quia accrescit personæ & non rei.d.l.sicut in annos.§.1.&.§. pen. quod est secus in hoc casu.d.l.si totam.& si dicta responsio Ias. procederet, nec in hęredem ius accrescēdi posset transmitti contra.l.si pluribus.ff.de suis & legit. & quæ not. Bal.in.l.unica.§. in primo &.§.pro secundo. C. de cadu. tollen. nec insuper obstat ratio Salicet.qui in.d.l. unica dicebat,quia heres habet pretium rei, unde ei debet cōpetere ius accrescendi ratione pretii succedentis loco rei.l.si rem & pretium.ff.de pet.hęr. ad hoc dicas quòd pretium rei est quid distinctum & diuersum ab ipsa re; & cum hæres dicatur habere diuersam rem ab hæreditate, ratione rei diuersę sibi ius accrescendi non debet competere propter rei omnimodam disiunctionem. ut dicebat Bar. per.d.§. quibus.l.huiusm.ff.de lega.1.& cū d.emptor habeat propriam rem hæreditariam sibi magis competit ius accrescendi. Præterea pro opinione Bar. adducitur.l.Papinianus.ff. adtrebel. ubi fideicommissario competit ius accrescendi secundum glos. ibi Bar.& omnes. Ias.conatur respondere ad illum tex. contra Bar.plura emittendo, & in summa, dum dicit quòd ille tex.loquitur in fideicommissario uniuersali dicit cōtra glosam & Bar.ibi & communiter doct.ut ibi probatur in tex.in uerbo ex semisse. & uide ibi omnino per Cum.& omnes.Et sicut periculum rerum emptarum in nostro casu spectat ad emptorem per. Cyn.& alios.in.l. fin. C. de rei uendi. l.incendium. C.si cert. peta. ita & commodum dictarum rerum.per.d.l.&.ff.de iure iurando.l.eum qui.& decima transit ad emptorem fundi nisi uenditor sibi eam reseruet in contractu secundum Iac. de Are.& Benedictum de Plumbino.in.l. si is cui. in fin. ff.de testa.libe. facit.l.fundus qui.ff.de fun. instru. not. in.l.nominatim.ff.de libe.& posthu.

Denique licèt in hoc articulo communis opin. sit negatiua,ut ius accrescendi in emptorem hæreditatis non transeat secundum Ripam in.d.l.re coniuncti. num. 90. Ias.num.125.Crotum num. 44.Polit.num. 45.& secundum reliquos suprà relatos tamen secundum Ripam est ualde dubia & ad utranque partem disputabilis, adeò ꝙ secundum Ias.est quæstio pro amico, tamen superioribus non obstantibus,quę disputationis gratia atque clarioris intelligentię adduximus:apud me communis op. ut non transeat in emptorem hæreditatis non solùm uera, sed etiam perspicua semper uisa est. Primò, quia portio accrescit portioni.l.si totam.ff.de acquir. hære. l.quia patri.ff. eod.l.quidam eulogio. C.de iure delib.l. si Titio.ff.de usufr.l.hęc scriptura.§.fi.ff.de cōd.& dem. portio autem hæreditatis etiam post uenditionem ipsius remanet penes ipsum uenditorem eundemque hæredem scriptum, nec transit in emptorem.tex.est in.l.2. C.de hær.uel act.uend.ubi habetur quòd uendita hęreditate omnia iura actiua & passiua remanent penes uenditorem eundemque hæredem scriptum, nec transeunt ipso iure in emptorem:ergo ipse remanet uerus hæres ut in.l.hęreditas etiam sine ullo corpore.ff.de pet.hær. nam hæreditas dicitur illa ficta persona penes quam residens iura actiua & passiua defuncto competentia.l.nil ff.de uerbor.sig.l.hæreditas.ff.de reg.iur.docent Bar.& alii in rubr.ff.de acq.hær.& consequenter hæres ille dicitur penes cuius personam dicta iura actiua, & passiua remanent, ut penes hæreditatem erant.Nec ad rem pertinet quòd emptor hæreditatis uicem,emolumentumq; hæredis habeat .nam illud uerum quo ad commoditatē & emolumentum, non autem quo ad ueram hæredis existentiam ueramque hæreditatis portionem, quæ in iure consistit.sicut in simili dicemus statim quòd licèt nequeat usumfructum alienare neque separare à sua persona,potest tamē commoditatem utendi & fruendi alienare: ut tamen ius semper apud eum permaneat & perseueret Cùm ergo portio accrescat portioni, portioque hæreditati etiam post uenditionem permaneat penes uenditorem eundem'que hæredem, sequitur quòd non transiuit ea portio in emptorem; & consequenter cùm altera portio iure accrescendi refertur ipsi hæredi penes quem altera portio erat, debet accedere potius quàm emptori penes quem non portio hæreditatis, sed tantùm perceptio quædam & emolumentum. Vnde apparet grauiter errasse Fran.de Ripa ubi suprà nume. 97, dum firmat quòd emptor hæreditatis licèt nō fiat hæres directus fit tamen hæres utiliter, non secus quàm fidei com.uniuersalis. allegat.l.1.§.bonorum.ff.ad treb. id ꝙ uerum non est. Nam qui 66 semel hæres est (quod & secundo loco probat nostram sententiā) is per factū hominis non potest hæres esse desinere.l.mulier.§.ex esse. ff.ad treb.ubi per omnes. qua in re sunt tres inspectiones, nam hæres etiam directo esse desinere bene potest ex dispositione legis.gl. ꝗ cōmuniter ibi app.in.l.in substitutione.ff.de uulga.licèt aliquando.l.non quidem ex defectu potestatis, sed quia consulere uult hæredi scripto,faciat, ut is, qui loco hæredis subrogatur non hæres directus fiat,nec faciat hęredem scriptum hæredem esse desinere: ut est in restitutione quę fit per trebelianum.l.1.§.sublata.&.§.fin.&.l.2.ff.ad trebeli.l.restituta. eod.l.qui heredi.§.cum hæreditas.ff.de cond.& demon. Aliquando & secundo, qui fuit hęres directus desinit esse hæres non directus sed utiliter tantùm & alius fit hęres utiliter non directò (quale est in exemplo permisso trebeliani & cùm per contra tabulas aufertur hæreditas scriptis & datur emancipatis, nam tunc &c. ut §.quos autem.inst.de bon.pos.& l.1.&.2.ff.de bon.poss. Aliquando & tertiò, qui fuit hęres directò desinit hæres esse, non quidem directò, nec etiam utiliter sed solummodo quo ad perceptionem & emolumentum hæreditatis; quale est cum uendidit hæreditatem hæreditatis'ue portionem ut in.l.2.in princ.&.§.pe.ff.de hære. uel act. uend. ibi uicem hæredis. & inter hunc casum & superiorem est magna differentia, quia hæres qui uēdidit hęreditatem ipso iure potest conueniri à creditoribus hæreditariis & hæreditarios debitores conuenire licèt quod soluit recuperet ab emptore, & quod exigit ei restituere teneatur. Vnde si hæreditas non esset soluendo nec hæreditatis emptor idoneus, tunc ipse debita hæreditaria subiret, non secus quàm si eam hæreditatem non uendidisset.l. ei qui soluendo.ff.de hær.inst. d.l.mulier.§. ex esse cum materia.ff.ad Trebeli.d.l.2.C. de hær. uel actione uendi. At qui loco hæredis est per trebelianum is ipso iure pro portione restituta & liber est à creditoribus hæreditariis & hæreditarios debitores exigere non potest.l.1.§.sublata.cum conc.ff. ad trebeli.idemq; in bonorum possessore.l.1.ff.de bon.poss. §.quos autem.inst.eod.l.1.§.bonorum .ubi omnes.ff.ad trebeli.Cùm ergo hæres scriptus semel hæres extiterit licèt postea hæreditatem uendiderit non desinit hæres esse, nec directò nec utiliter, sed ad huc suam hæreditatis portionem habere intelligitur, cui portio uacans debet & potest accrescere, non autem emptori illius portionis, qui illam portionem habere non intelligitur

66 *Hæres semel factus non desinit hæres esse facto hominis, sed ex legis dispositione.*

sed ipsius tantùm emolumentum & perceptionem unde apparet huic opinioni nil obesse.d.l.si totam.ff. de acquir.hær. ubi habetur. Quòd si 67 portio hæreditatis mihi ut indigno auferatur ablataque fisco deferatur tunc altera portio uacans non mihi, sed fisco accrescit. nam illud ideo, quia ego etiam ipso iure per.l.ciuilem desii directò esse hæres, fiscusque etiam directus hæres efficitur. ut docent Bar.& alii in.l. si constante.§.fin. ff. solu.matr.l. si seruus.§.si quis ante. ff. de leg. i. ubi per doct. ita procedit totus titulus. ff. &. C. quib. ut indig.

67 Intell. titu li. C. & ff. quib. ut in dignis.

Cum 68 ergo in.d.l.si totam.portio ipso iure abscesserit ab scripto hærede & transuolauerit in fiscum, necesse est, ut fisco portionem habenti accrescat non hæredi scripto, quia iam portionem habere desiit. Tertiò, pro nobis est text.in.l. ex facto. §. Iulius longimus. ff. de uulga. quem inducas per te. Quartò pro communi est tex.in. §.hæres quoque. inst.de oblig. ex quasi contractu.&. ff. de act.& oblig.l.ex maleficus. §.hæres quoque.ubi hæres adeundo hæreditatem quasi contrahit cum creditoribus & legatariis. ergo ab obligatione, qua tenetur ex illo quasi contractu non potest se se liberare ex solo facto suo uendendo hæreditatem.l.sicut maior.C.de rep.hær.l.sicut abinitio.C. de act.& oblig. Vnde si fortè portio uacans legatis est onerata uel debitis non potest ipse sa ab iis oneribus subducere alienando illam portionem ut per hoc fraus fortè fiat creditoribus & legatariis si fortè emptor esset minus idoneus. Vnde etiam ex uoluntate ipsius hæredis uendentis non transiuit ius accrescendi in emptorem. Quintò, quia portio accrescit inuito cohæredi. §.his ita.C.de cad.toll.l.si duo.ff.de acq. hær.nisi in casu speciali.l.cum hæreditate.ff.de acq.hær.& in alio casu.l. si minor.eod. & in similibus:ergo si hæres posset uendita hæreditatis portione efficere ut portio accresceret emptori iam uerum non esset quòd.ll.clamant quòd inuito cohæredi portio hæreditatis accrescit. Sextò, quia inter succedẽtes diuerso iure cessat ius accrescendi.l.sed cum partono.ff.de bon.poss. sed emptor hæreditatis est successor particularis, ergo portio hæreditatis, quæ iure uniuersali defertur ei non potest accrescere. Septimò in emptorem hæreditatis non transeunt nisi eę tantùm actiones, quę competebant tempore uenditæ hæreditatis.l.hæredem quem & ibi glo. & Bart.ff. mandati.ergo.&c. Tenendo hanc partem nil obstat.d.l.si totam. ut suprà ostendimus.nilque obstat.d.l.2.ff.de hær. uel act.uendit. quia ut suprà ostendimus emptor hereditatis non est hæres directò, nec etiam utiliter; sed tantùm fructuum perceptionem habet ut diximus. nam ut usufructus à nostra persona separari non potest §.finitur. inst. de usufruct.l.si usufructus.ff. de iuredotium. ita & hæreditas a nobis separari non potest, postquam semel fuit quæsita.d.l. sicut maior. C. de repudi. hær.d.§.quos autem de bon. poss. & ut usufructus perceptio & emolumentum potest alienari. d.l. si usufructus, ut tamen ius usufructus semper resideat in persona usufructuarij, ita & hęreditas alienari quo ad perceptionem & emolumentum potest, ut tamen actiones actiuæ & passiuæ & ipsum ius hæreditatis semper maneant apud ipsum hæredem scriptũ. ut per totum.C. & ff.de hær.uel act.uend.præsertim in.d.l.2.C.de hær.uendit.d.l.mulier.§.ex asse.ff.ad trebell.d.l.ei qui soluendo ff.de hær.inst. ita uerum est emptorem hæreditatis uicem hæredis habere quò ad perceptionem, non tamen uerum est uicem hæredis habere quò ad iura substantiamq; hæreditatis propter quæ & non propter perceptionem & usum rerum hæreditariarum datur ius accrescendi ut diximus. Confirmatur, quia aliud est hæreditas, aliud res hæreditariæ sub ipsa hæreditate comprehensæ. ut in princ. inst.de reb. corp. & incorp.itaq; res hęreditariæ post uenditionem transeunt in emptorem & hoc respectu dicitur habere uicem emptoris: ipsum autem ius hæreditatis remanet apud hæredem eundemq; uenditorem, ut in simili ait tex.in.d.princ. insti. de reb. corp.

68 Accrescit fisco qui loco indigni succes sit, portio uacans.

Postremò 69 ius accrescendi non datur regulariter nisi duobus demum concurrentibus. Primùm, quòd is qui ad ius accrescendi inuitatur sit ab ipso testatore uel lege honoratus.l.3.§.primo ff.de leg.præst. secundùm, quòd etiam id emolumentum apud eum sit mansurum, nec statim ab eo inuito ex legis uel testamenti dispositione abscessurum. ut ibid.cum.§.seq.facit.l. non putauit.§.in adoptionem.ff.de contratab. sed in specie nostra emptor hæreditatis non fuit honoratus à testatore, sed ipse scriptus fuit honoratus ergo ius accrescẽdi nõ emptori, qui honoratus non fuit, sed hæredi scripto qui honoratus fuit, debetur. nec ob id excluditur ꝙ emolumentum apud eum non perseuerauit, quia id non euenit ex dispositione testantis, uel legis, sed ex facto suo uoluntario.

69 Accrescen di ius ut detur, quid exigatur.

Non 70 quoque obstat tex.in.l.si quis in potestate §.fin.ff.de lega.præst. per quem Curtius Iunior nouissimè in.l.un.C.quando non pet.par.numero.13.defendit op.Bar.contra communem, ubi tex.ait, quòd si parens cui rupto per contratab. testamento legatum conseruatur, iussus sit decem hæredi dare, ea decem dare debet non hęredi scripto, sed filio contratabulanti, qui hęredi scripto hęreditatem aufert & sibi accommodat.nam resp.ut suprà dixi quòd est longa differentia inter bonorum possessorem, qui per pretorem etiam quo ad actiones actiuas & passiuas & sic quò ad substantiam hęreditatis efficitur hęres saltem utiliter & emptorem hęreditatis, qui nec hęres directò efficitur, nec utiliter. & adde quòd communem sententiam sequitur nouissimè Corrasi.in.l.testamento numero 19.C.de impube. licèt ipse dicat communem esse cum Bar. & communem sententiam contra Bar.sequitur Decius in.l.un. numero 8. lect.1.C.quando non pet. part. licèt ipse dicat communem op.esse cum Bar. Et licet 71 Corrasi. Decius. Poli.Crotus, Ripa, Ias.in locis suprà citatis uelint quod retenta communi opinione quòd uenditori accrescat portio hęreditatis non autem emptori tunc ipse uenditor emptori restituere tenebitur; tu dic illud regulariter uerum esse non posse, quia contra text. & rationem d.l.3.§.1.cum conc.ff.de leg.præstan.quem in proposito nullus unquam allegauit: & quia emptor hęreditatis inuitus non poterit compelli uti agnoscat onera hęreditaria, nisi pro portione, quam emit. argumento.l.si minor &.l.cum hęreditate.ff.de acqu.hęr.sicque uenditori inuito altera pars accedit, idque nisi fortè aliud inter contrahentes ageretur. Item ad.l. Papinianus.ff. ad trebell. ex superioribus patet responsio pro nobis text.not.in.l.scimus.§.repletionem.C.de inoffic. testamento.ibi aduentitio lucro.hęc procedunt in hæreditate uerùm aliud uidetur in re legata, quia in 72 legatis indistinctè transit ius accrescendi tam in successores uniuersales quàm particulares, quia accrescit portioni non personæ.d.l.hæc scriptura.§.fin.ff. de condit. & demonst.l.si Titio.ff.de usufruc.l.interdum.ff.de usufruct.accresc.istud est expeditum tamen.d.l.si Titio & d.l.interdum loquuntur in usufructu. Tu nouissimè cõsidera, quòd licèt Bar.in.d.l.re coniuncti.cum quo tanquam de re aperta simpliciter ibi transeunt Iaso. Crotus, Ripa, Politus, & alii in quęstione præcedenti teneãt quod ius accrescendi transit indistinctè in legato in successorem singularem, qualis est donatarius, uel emptor; tamen id impugnari potest grauibus fundamentis. In primis contra hanc communem op.est text.in.l.3. §. 1. ff.de leg.præstan.ubi in Lucro deferendo inspicitur persona illius, qui à testatore honoratus est, non illius ad quem ex persona alterius emolumentum peruenit. sic in proposito emolumentum iuris accrescendi deferri debet legatario, qui à testatore honoratus est, non ei in quem is partem rei legatæ transtulit. Secundò per tex.in.l.non putauit.§.in adoptionem.ff.de bonor. poss.

70 Emptor hæreditatis etiam utiliter nõ fit hæres cõtra Curtium Iuni.

71 Accrescẽs portio hæredi hæreditatem uẽdenti, non restituitur emptori cõtra Ias. Deciũ Ripã, Crotum & Politum.

72 Successio in uniuersalem transit ius accrescendi in legatis secundum commune. nos contra.

contra

contra tab.eod.modo inducendo. Tertio per.l.& Proculo.ff.de leg.2.ubi si tu & ego seruum communem habemus, cui legatum relictum est, tuq; repudiasti, pars repudiata nulli accrescit.1.mihi non accrescit, nempe quia nullibi reperitur ut ei,qui à testatore ad legatum uel hereditatem inuitatus non est, ius accrescendi detur. Vnde nisi dixeris quòd ipsi legatario accrescat necessum est fateri quòd nulli accrescet ut.d.l.& Proculo.fallit in usufructu post portionem quæsitam ut ibi per glos. per tex.l.1.§.1.ff.de usufr.accres. Quarto, quia 73 qui concessit,donauit,uendit,dotis nomine dedit, partem rei sibi legatæ solùm ius quod in præsenti realiter non potentialiter habebat concessisse uidetur.l.heredem quem. ubi glo.& Bar.ff.mand.tradunt Iaso.Ripe Crotus & alii in quæstione præcedenti, dum quærunt, An ius accrescendi transeat in successorem particularé in hereditate. Quinto quia in concessione quæ fit in testamento semper interpretamur ut nunquam uideatur concedi plus iuris quàm antecedenti competebat de præsenti.l.si domus. in princip.l.5.§.pen. & fin.ff. de lega.1.ergo similiter qui alienat partem rei sibi legatæ non uidetur alienare, uel concedere partem illam,quæ sibi iure accrescendi potest obuenire. stringe, quia illud procedit in concessione,quæ fit in testamento quæ plenius interpretatur quàm si fieret in contractu. gl. & omnes in.l.fin.ff.de const.princ.ergo multò magis si hæc cócessio inter uiuos ut in nostro casu. Secundo stringe. nam 74 illud procedit etiam si ius, quod habebat in re esset morte periturum.l.uxor patrui. C.de lega.l.quæ in rerum.§.1.ff.de lega.1.& utrobique laté per Ias. post alios ergo multò magis si prima concessio non redderetur inutilis per denegationem iuris accrescendi. Sexto per.l.scimus.§.imputari.C.de inoffic. testamento.ibi aduentitio lucro. ubi dicitur illud quod nobis ex causa iuris accrescendi quæritur aduentitium uideri & quasi fortuitum,& consequenter non uidetur descendere ex concedentis dispositione,nec ex eius bonis,ut ibid. exprimitur:ergo in proposito cùm cessionarius dicit se inuitatum ad ius accresc. meritò repellitur, quia ipse à concedente non fuit inuitatus ad portionem, quæ iure accrescendi defertur,nec id potest captare aliud preter quam quòd ab illo concessum erat, id auté concessum non erat. Septimo in omnibus acquisitionibus inspicitur proxima causa.l.sed si plures.§.filio impuberi.ff.de uulga.l.in fideicommisso.§.cum ita.ff.de leg.2.sicq; portio, quam habet is cessionarius non uidetur habita à testatore,sed magis ab ipso legatario,qui eá concessit nisi quando ex dispositione ipsius testantis esset restituendá, quo casu ab ipso testante habitú uideretur.l. unum ex fam.§.1.ff. de legat.2.l.3.§. si quis ex his.ff.de legat. præst. Cùm ergo eam portionem cessionarius habere uideatur,non ab ipso testatore, & sic ex causa ultimæ uoluntatis sed ab ipsa legatarij inter uiuos datione sequitur quòd altera pars,quæ immediaté ab ultima uoluntate descendit & non possit accrescere; quia altera portio ex causa ultimæ uoluntatis, altera uerò ex causa contractus,& sic diuerso iure: unde cessat ius accrescendi ex regula.l.sed cum patrono. in princ.ff.de bon.possess. nam tunc legatarius, qui repudiauit inuitatus fuerat ad suam portionem immediaté ex testamento, is autem cessionarius inuitatus fuerat ad suam portionem,ex causa contractus,& sic diuerso iure:ergo inter eos cessat ius accrescendi,quia inter succedentes diuerso iure.l.inter eos, qui ad suas portiones non eodem,sed diuerso iure inuitabantur:cessat ius accrescendi. Octauo considera tres casus,primus est,quando tam honor seu testatoris nominatio quàm commodum,seu portio concurrunt in persona unius,& tunc sine dubio potest habere ius accrescendi. & ita procedunt omnes.ll.de iure accrescen. loquentes. aliquando & secundo est portio, sed non apud personam honoratam,& tunc aut est apud honorati.1.legatarij hæredem, & sine dubio accrescit.l.hæc scriptura.§.fi.ff.de cond.& demonst.aut est apud successorem illius singularem,& tunc uidetur quòd ei non accrescat.ut in meis fundaméntis,aut est apud nullum, quia legatarius decessit nullo hærede relicto,& tunc portioni non accrescit.d.l.hæc scriptura.§.fi.ibi,si tamen hæreditas eius adita fuerit: ergo licèt reperiatur portio non id sufficit ut sit ius accrescendi, nisi adsit persona, sicq; .d.l.hæc scriptura in.fin.quæ pro communi opinione allegatur magis contrariam op. probat quam communem. itaq; aut portio legati est apud ipsum legatarium tempore,quo altera portio ex iure accrescendi defertur,& tunc est ius accrescendi, aut & secundo est apud eius hæredem, & similiter est ius accrescendi, aut est apud eius successorem singularem, & tunc secundú uos contra communem non est ius accrescendi,aut est apud nullum quia fuit pro derelicta,& similiter non est ius accrescendi, aut est apud aliquem, qui nec est ipse legatarius, nec eius hæres nec eius successor singularis, sed alter,qui cùm ipsa portio pro derelicto esset (quia forté legatarius,qui eam agnouit sicque semel acquisiuit eam postea abiecit habens pro derelicto.iuxta.l.1.& 2.ff.pro derelicto.&.l.si quis ui.§.differentia.ff.de acqu. poss.uel decessit sine hærede)eam occupauit & similiter ius accrescendi esse non potest.argumento.d.l. hæc scriptura.§.fi.ibi si tamé hæreditas eius adita fuerit. Nono adduco.l.un.§.his ita.C.de cadu.toll. ubi portio legati non accrescit inuito, sed demum uolenti, ergo non accrescit tam portioni quam personæ,quia si hæc sola qualitas consideraretur ut esset portio;cui accresceret certé cum adesset portio legati cui accrescere altera portio posset: tunc uoluntas legatarii ius accrescendi respuentis non esset in consideratione, que ratione dici potest in hæreditatibus magis præcisé portionem portioni accrescere quàm in legatis cùm in hæreditatibus etiam inuito accrescat.d.l.un.§.his ita. tenendo hanc partem tunc ad.l.hæc scriptura.§.fi.ff.de cond. & dem. in qua fundantur Bar.& doct.resp.quod loquitur in hæreditate uniuersali, quinimmo magis probat nostram quàm communem sententiam, ut supra diximus ad.l. interdum.ff.de usufruct. accres.l.si Titio.ff.de usufruct. l.& an eandem.§.si cum partem. ff.de except. rei iudi. resp.fateor 75 quòd in legato proprietatis portio regulariter accrescit portioni.ut.dd.ll.quod intellige multipliciter. Primò,quando portio est apud ipsum honoratum. ut.d.l.interdum.d.l.si Titio.d.l.& an eand.l. un.§.ubi autem. C.de caduc.tollend. Secundò quando portio est apud eius hæredem d.l.hæc scriptura.§.fi. ff.de cond.& demonstr. Tertiò,quando est apud fidei commissarium,cui ille portio fuit iussa restitui. argum. l.Papinianus.ff. ad treb.l.3.§.1.ff.de lega.præst. Quartò, quando est apud fiscum.argumento.l.si Titio pecunia.& quod ibi notant Bar.& docto.ff.de lega.2.l.si seruus.§.ante.ff.de leg. primo.l.si totum.ff. de acquirenda hæred. Quintò,quando est apud substitutum. argumento.l.si in testamento.ff.de uulg. ratio horum casuum est quia his casibus portio, quæ fuit apud honoratum ei adimitur,transferturque in alium uel ex testantis dispositione,uel legis. Vnde fit ut perinde primò nominatus habeatur ac si nominatus nunquam fuisset portioq; ei accrescat, qui secundo loco uocatus fuit, ita ut apud eum emolumentum perduraret per quod dignior iudicatur quàm primo loco uocatus apud quem portio duratura non erat. argumento.l.3. §.1.ff.de leg.præst. At si meam legati portionem uendidi,donaui, dotis nomine dedi,uel aliás titulo singulari inter uiuos concessi, tunc portio uacans magis est ut mihi honorato accrescat quàm illi cùm portione mea priuatus non fuerint à testatore, uel lege. ut in nostris fundamentis.

73 Alienans, ius præsens non futurũ concessisse uidetur.

74 Legans solùm ius, quod habebat, & si esset morte periturum alienare uidetur.

75 Accrescere portionem portioni uariè cõtingit.

De tacit. substitutione, uel iure accrescendi §. xxij.

SVMMARIVM.

1 *Prælatio an esse possit inter re tantùm coniunctos.*
2 *Coniunctione uerbali posita sequitur realis, nisi expressè adimatur.*
3 *Coniuncti uerbis tantùm an inter se præferantur.*
4 *Accrescendi in iure dictio æquè impedit prælationem contra nouiss.*
5 *Prælatio esse non potest inter uerbaliter tantùm coniunctos, licèt sint diuersimodè uerbaliter coniuncti. contra communem.*
6 *Coniunctio uerbalis non est, si dixi, Titius & fratres mei æquè hæredes sunto. contra Bar. Ripam & Iason.*
7 *Intell. l. si ita quis hæredes. ff. de hær.*
8 *Titius & fratres mei æquè hæredes sunto. hoc casu fratres loco unius non habentur. contra Accur. nec sunt uerbis coniuncti contra eundem & Iason. & Ripam.*
9 *De eadem re?*
10 *Prælatio nunquam est inter uerbis tantùm coniunctos ex ui solius coniunctionis uerbalis. contra communem.*
11 *Coniunctio uerbalis, quæ inducitur per nomen collectiuum, non est fortior quàm quæ inducitur per copulam. contra communem.*
12 *Intell. l. si ita quis hæredes. ff. de hær. inst.*
13 *Coniuncti omnes non plus ferunt quàm unus separatus.*
14 *Coniuncti pro una persona, uel corpore habentur.*
15 *Coniuncti disiunctis præferuntur in iure accrescendi.*
16 *Coniunctio uerbalis effectualiter non erat, ubi dictio æquè adiecta fuit contra glo. Bar. & alios.*
17 *Intell. l. Meuio. ff. de lega. 2. & l. si quis ita. ff. de hær. instit.*
18 *Coniunctio non prodest ex post facto quando non nocuit ab initio.*
19 *Intell. l. si ita quis hæredes. ff. de hære. instit. in uerb. non tam coniunxisse.*
20 *Accrescendi in iure prælatio nulla est, cùm dixi, Titius & fratres mei æquè hæredes sunto. contra Bar. & sequaces.*
21 *De prælatione inter uerbis tantùm coniunctum & re tantùm coniunctum.*
22 *Intell. 2. l. Meuio. ff. de leg. 2.*
23 *Coniuncti re tantùm inuicem non præferuntur.*
24 *Verbum idem propriè & impropriè sumitur.*
25 *Verbum respiciens plura determinabilia uariè determinat iuxta naturam alterutrius.*
26 *Intell. 5. d. l. Meuio. ff. de leg. 2.*
27 *Intell. 6. d. l. Meuio de leg. 2.*
28 *Verbalis coniunctio, quando non inducat prælationem in iure accrescendi?*
29 *Ius non decrescendi etiam in legatis datur inuitis secundum communem. nos contra.*

1 Prælatio an esse possit inter re tantùm coniunctos?



VAERO 1 inter coniunctos re tantùm an possit esse prælatio in iure accrescendi? quod Bar. in d. l. re coniuncti nu. 27. negat esse, quem sequitur Ias. ibi num. 144. & Ripa nu. 101. qui dicit quòd de hac re non habemus casum legis præter. l. Meuio. ff. de leg. 2. secundum tertiam lecturam glo. communiter app. licèt non inueniam contradicentem, nouissimè firmo contrariū Ponamus enim testatorem dixisse; Primo fundi dimidiam lego. Secundo eandem dimidiam lego. Tertio fundum lego. in hoc exemplo expeditum est omnes tres esse re coniunctos: de duobus primis expeditum est. ut. l. coniunctim. de leg. 3. ff. l. re coniuncti. eod. tit. §. si ead. res cum seq. inst. de leg. de tertio, quòd primis sit re coniunctus, est tex. in d. l. Meuio. in uerb. totus nam si totus fundus est sibi relictus, ergo re coniunctus est illis, quibus partes fundi relictæ sunt. confirmatur per. l. si quis cum totum. ff. de excep. rei iud. ubi qui speciem indefinitè & simpliciter petit, par est ei, qui totam petit. confirmatur, quia indefinita æquipollet uniuersali. Item præsupone quòd in prædicto exemplo tertius habebit bessem fundi, duo autem primi solùm habebunt trientem. gl. est indifferenter app. in l. cum quæstio. C. de leg. ibi si uerò contulit. argu. l. si proprietas. ff. de usufr. accresc. l. si alii. ff. de usufr. leg. facit. l. interdum §. sed si excesserit. l. qui non militabat. §. filiis. l. si ita scriptum. §. quidam de hær. inst. ff. & sic tertius habebit duplo plus quàm duo primi. Sed caue, quia si rectè computaueris in proposito exemplo tertius dodrantem, primus autem & secundus solùm quadrantem habebunt. Nam tertius semissem fundi habet intactum nullius concursu diminutum, inque altero semisse concurrit cum aliis duobus; & tunc dubium est, an inter se omnes tres pariter in illo semisse concurrant, ut sic singuli binas uncias illius semissis ferant; an uerò duo primi etiam quò ad illum semissem loco unius habeantur, ut sic tres ferant uncias, tertiusq; alias tres ultra alium integrū semissem. Quæstio ista intacta est, & tenendo hoc ultimum ad eius comprobationem, præmitte, quòd expeditum est, quòd tertius habet unum semissem intactum inque alio concurit cum aliis duobus. id primò probatur, argum. dd. ll. secondò probatur auctoritate gl. d. l. cum quæstio communiter ut dixi app. & auctoritate Bar. in l. re coniuncti. num. 10. cum aliis cum quo alii tenent, licèt omnes non ponant istud exemplum, nisi inter duas tantùm personas, puta tertio dimidiam fundi lego. Seio fundum lego. ad nostrum exemplum scilicet fundi Titiani dimidiam primo lego, fundi Titiani eādem dimidiam secundo lego, fundum Titianum tertio lego. estque nouum & intactum quod præmisso dico quòd alteram dimidiam intactam tertius habebit, inque altera non fient tres partes æquales, sed duæ tantùm quarum unam tertius, alteram uerò duo primi habebuntur, quia licèt omnes sint in illa dimidia re tantùm coniuncti, tamen duo primi sunt magis coniuncti, & consequenter ab initio & loco unius habebuntur, ut non plus ferant quàm unus solus: & ex post facto altero repudiante, alteri soli non quoq; tertio pars uacua accrescet, ut superius dixi. & primò moueor, quia ut si plures uerbis coniungantur, quorum quidam coniunctiores propter nomen collectiuum reperiantur, puta, Titius & fratris mei filii hæredes sunto. hi fratris filii tanquam coniunctiores unum corpus reputātur separatum à corpore Titii & consequenter ab initio non plus feruntur quàm solus Titius, præferunturque inter se Titio in iure accrescendi, ut dixi suprà in intellectu. l. interdum. de hær. inst. ff. & utrunque istorum membrorum tenet in specie Bar. in l. d. re coniuncti num. 29. quem sequuntur alii. ita & in nostro exemplo negari non potest, quin licèt unus & idem complexus eiusdem rei omnes istos tres comprehendant eos re coniungendo, tamen, primus & secundus inter se coniunctiores uideantur, ex quo specificè sunt in eadem dimidia coacti; tercius autem in ead. dimidia non specificè coactus est, sed genericè eò quòd in toto pars continetur. c. in toto de reg. iur. pro quo. l. Iulianus. ff. de acq. hær. & l. triplici. in fin. de reg. iur. ff. ubi illi duo, qui sunt in eadem dimidia coacti. nullus dixerit quin inter se præferantur in iure accrescendi illi, qui semissem accepit argumentius, quod ait Bar. in d. num. 29. sequitur Ripa nu. 102.

cum

cum seq. sed certè in.dd.ll. ille, qui dimidiam integram accepit, erat omnino disiunctus. unde parum faciunt. Tertiò all. nam Bar. & communis tenet in.l.re coniuncti num.28. & 59. quòd si dixi, Titius & fratris mei filii hæredes sunto. quòd ex filiis repudiâte uno fratribus non Titio accrescit. quod ait Bar. contingere propterea ꝙ filij fratris sunt magis uerbis coniuncti inter se quam respectu Titii, licèt Titius quoque sit uerbis coniunctus. Sed ego teneo quòd id contingit quia, non solùm sunt magis uerbis coniuncti, sed etiam magis re coniuncti. quod patet, quia in eandem dimidiam coacti. ut.l.si quis Titio.ff.de usufructu accres. & in.§.hoc ita tam uariè.C.de cad.toll. ibi, quia coniuncti quasi in unum corpus redacti sunt, & partem coniunctorum quasi suam præoccupant. quorum uerborum sensus est, quòd si tecum fui institutus coniunctim, cùm alius esset disiunctus, tunc tua persona & mea, tuaque portio & mea unum idemque reputantur, non diuersa. de persona patet, in uerbo quasi suam. facit.l. planè.2.resp. de leg.1. ubi coniuncti omnes uicem unius tantùm gerunt, quod est intelligêdum generaliter & quò ad personas & quò ad portiones; posita enim coniunctione personarum sequitur coniunctio portionum, ut.d.l.planè.d.l.si quis Titio.d.l.interdum. confirmatur, nam posita coniunctione personarum, ut non sequatur coniunctio portionum oportet quòd expressim coniunctio realis impediatur adijciendo uerbum æquis partibus, uel uerbum equè. d.l.interdum.l.re coniuncti.l.pe.ff.de usufr.accres. ut supra diximus. extat ergo quòd posita coniunctione uerbali, sequitur coniunctio realis, nisi expressim dirimatur; idque proportionabiliter fieri oportet. Nam posita coniunctione uerbali multùm arcta, sequitur coniunctio realis similiter multùm arcta. ut quò maior illa sit eò maior sit & ista. argu.d.§.hoc ita tam uariè. d.l. planè.d.l.interdum. Vnde in proposito, si Titium fratrisque filios institui, quo casu omnes sunt uerbis coniuncti, sed fratris filii inter se coniunctiores quàm respectu Titii & consequenter ab initio minus habebunt & ex post facto potiores erunt in iure accrescendi: & tunc quidem si unus ex fratribus repudiet negari non potest, quin eius portio non Titio, sed solis fratribus accrescat: idque fiet non solùm uirtute coniunctionis uerbalis, sed etiam realis, quia utraque inter ipsos arctior est quàm respectu Titii. nec uideo unde Bar. deducat, quòd ille effectus iuris accrescendi magis oriatur ex coniunctionis uerbalis uinculo arctiori quam ex realis; nisi dicas, quòd ex ipsa coniunctione uerbali emanat ipsa realis coniunctio, & postea ex utraque emanat ius accrescendi, quasi unitas sermonis sit causa efficens ut testator uideatur in eandem portionem omnes filios fratris coegisse, quasi in unum corpus & consequenter inter eos præcipuè ius accrescendi esse. Sic ergo & in proposito, si dico, Primo fundi Titiani dimidiam lego. Secundo eandem dimidiam lego. Tertio fundum Titianum lego. licèt omnes sint re coniuncti, tamen negari non potest, quin duo primi coniunctiores uideantur, & consequenter ut ab initio minus habeant, quia in eandem partem coacti, ita & ex post facto in iure accrescendi præferantur tertio, ut pote, qui coniunctiores sunt inter se quàm respectu tertii. Confirmatur per.l.si proprietas. primo resp.ff.de usufr.accres. ubi fundus mihi legatus fuit, deinde Titio & Seio ususfructus eiusdem fundi; quo casu in usufructu omnes ut re coniuncti concursu partes facimus, inque illo usufructu non fiunt uiriles, sed dimidia ususfructus ad me solùm, altera dimidia ad ambos legatarios pertinet, ut sic ego proprietatem habeam intactam, & in usufructu tantum solus habeam quantum illi duo. Sic ergo & in proposito dimidiam intactam habebo & in altera dimidia non fiũt uiriles, sed dimidiam dimidiæ ego solus, alteram uerò dimidiæ dimidiam illi ambo hebebunt, ut sic in toto fundo dodrantem ego, illi autem quadrantem habeant, ut quemadmodum alias plures uerbis coniuncti loco unius habentur, ita & in proposito plures re coniuncti loco unius habeantur. & quemadmodum (argum.l.cohæredi.§.qui discretas.ff.de uulg.) propterea quòd loco unius habentur, ab initio eorum portiones minuuntur; ita ex post facto in iure accrescendi aliis minus cõiunctis præferantur. Sed obst. quòd in.d.l. si proprietas non apparet an.d. legatarii coniuncti essent, & dato ꝙ essent, non liquet, an uerbis, an re, an utroque modo. dic, patet quòd erant saltem re coniuncti, & potest intelligi quòd re tantùm coniuncti erant, quia post quã fundum primo pleno iure legaui, adieci, usumfructum fundi Titio lego, & Seio usumfr. eiusdem fundi lego. & secundum hunc intell. patet quòd ambo legatarij non plus ferunt quam solus hæres, quasi loco unius habentur. ex quo licet etiam hæredi re coniuncti erant, tamẽ inter se coniunctiores uideantur ex quo magis particulariter & specificè inter se coniuncti sunt, cùm solus ususfructus sibi relictus esset quàm respectu proprietaris, cui plenus fundus genericè legatus fuit. atque si dicerent quòd duo fructuarii erant uerbis coniuncti ideo habeantur loco unius quòd essent uerbis coniuncti patet, quia textus ait, quòd duobus legatus fuit ususfructus referendo secundum resp. ad primum prout est ex mente litteræ resp. quòd etiam si id fateamur potest intelligi quòd duobus, sed separatim legatus fuit, sicut etiam ita intelligitur in.l.pe.eod. tit. secundum uerum intellectum Ripæ in.l.re cõiuncti. in prima opp. & infrà dicã. Præterea cùm.d.l.si proprietas simpliciter & generaliter loquatur, generaliter est intelligenda, ut procedat, siue re & uerbis coniuncti essent, siue re tantùm. similis & melior tex. est in.l. Sempronius Attalus.§.fi.ff.de usufr.leg. quem contra gl. ibi :nod.modo intelligo quo.d.l.si proprietas. Extat ergo quòd inter coniunctos re tantùm potest esse prælatio quò ad ius accrescendi. quod etiam probatur in.l. Iulianus.ff de acqui. hære. & in.l.triplici.ff.de uerb.sig. & plenius ex his, quæ diximus infrà in casu.56. quo cessat ius accrescendi. est tamen uerum quòd communis doct.op. firmat quòd inter re tantùm coniunctos nullus alteri præfertur, sed simul admittuntur ad ius accrescendi.l. Meuio secundum tertiam lecturam communiter approbatam.ff. de leg.2. facit.d.l.sicut in annos.§.1.ff.quib. mod. usufruc. amit. & est ratio, secundum Bal. in authen. itaque.C. communia de succes. quia in pari causa nullus alteri præfertur, & nulla est uictoria in pari.l.non solùm.§.de uno.ff.de ritu nup. Bald.in.l. non ignorat colun.1.in fin. C.qui accu.nõ pos.c.innotuit. extra de electio.l. ob carmen in fin.ff.de testibus.l.hæres sine partibus.ff.de hær. inst. & glo.in.l.item quod Sabinus.§. 1. in uer. non sunt coniuncti. eod.titulo. & communem opin. uidentur defendere. in.l.re coniuncti suprà all. Ias. ut dixi nu. 144. Ripa. num.101. Politus num. 50.post. Bar. ibi nume.27. Castalius in.l.quoties.§. idem ait. ff.de usufr. acce. & alij, quos ipsi referunt; sed nostram sententiam, quam olim Salmanticę inter plura quàm 700. paradoxa defendimus, ex superioribus patet ueram esse.

2 Coniunctione uerbali posita sequitur realis nisi expressè adimatur.

Quæro an 3 inter coniunctos uerbis tantùm possit esse prælatio quò ad ius accrescendi? & Bar. ait, posse in l.re coniuncti.nume.28. & num.59. & ponit hoc exemplum Titius in dimidia, & fratris mei filii in alia dimidia heredes sunto. allegat ad hoc.l. interdum in pri.ff. de hær.inst. uult ergo quòd in.d. l.interdum. inter omnes esset uerbalis tantùm coniunctio, non realis quodꝙ; inter filios fratris esset prælatio in iure accrescendi respectu Titij. & in hoc ultimo cum Bar. tenet Ias. numero.144. ex quo quò ad hoc eum non reprobat, licèt reprobet exemplum Bar. & Ripa nume. 105. similiter tenet cum Bar. in hoc, licèt eius exemplum reprobet, ubi etiam Crotus num.46. Politus num. 51. Sit ergo conclusio quòd regulariter inter uerbaliter tãtùm coniunctos, non est prælatio in iure accrescendi. fallit secundũ Bar.

3 Coniuncti uerbis tantùm an inter se præferantur.

in prædicto exēplo. sed certè cum fallētia debeat esse de regula constat hanc fallentiam non esse de præmissa regula, quādoquidem in hoc exemplo ut oportunè aduertunt moderni, fratres filii sunt mixtim coniuncti. nam si dixi Titius & fratris mei filii hæredes sunto. negari non potest quin fratres illi inter se sint mixtim coniuncti, Titius autem licèt & re & uerbis coniunctus uideatur fratribus illis, tamen singulis coniunctus minimè uidetur, sed tantùm uniuersis: itaque omnibus illis fratribus repudiantibus is Titius rectè admitteretur iure accrescendi, non sic si alter tantùm repudiaret quo casu eius portio alteri fratri non etiam Titio accresceret. Item Bar. uult, dum allegat. l. si quis Titio. de usufruct. accresc. quòd ibi esset uerbalis tantùm quod suspectum est, quia immo est mixta, quia ad eandem rem omnes simpliciter & sub eadem oratione fuerunt uocati. Iem dum uult, quòd fratres in iure accrescendi preferantur rectissimè loquitur, quia (ex mente Ripæ in .d. l. re coniuncti. numero numero 102. & Politi numero 51.) Titius singulis fratribus nullo modo modo coniunctus erat, licèt uniuersis & re & oerbis coniūctus foret. Item dum Politus. d. numero 51. ait, id ita exemplificari debere. Titius 4 in dimidia & fratres mei in alteram dimidia æquè hæredes sunto. uolens ibi esse uerbalem tantùm rectissimè, sed dum uult fratres esse potiores errat. Nam illa dictio æquè, non solùm dirimit realem, sed etiam dirimit effectum nominis collectiui, & facit perinde esse ac si collectiuè uocati nominatim uocati essent, non secus quàm si dictum esset, primus secundusq; & fratres mei & Titius hæredes æquè sunto. quo casu & ab inicio pares fuerunt portiones, & ex post facto non esset prælatio in iure accrescendi. ita probatur in. d. l. interdum. Iuncta. d. l. si quis Titio. nam effectum, quem inducit nomen collectiuum, scilicet, ut collectiuè uocati non plus ferant quàm alius nō collectiuè uocatus; illud impedit dictio æquè, & ut impedit diminutionem ab initio inter collectiuè uocatos, ita ex post facto impedire debet augmentum, quia in hac materia de diminutione ad augmentum arguit ipse Bar. d. num. 29. cum seq. Itaque in exemplo Politi non aliud iuris foret quàm si dictum esset, Titius in dimidia & Seius & Gaius fratres mei in singulis quadrantibus hæredes sunto. quo casu uerb. fratres non coniunctionis collectiuæ inducendæ, sed demonstrationis inducendæ causa adiectum uideretur, ut separatio realis, quæ fit expressim non referat fiat per uerbum singulos, an per uerb. æquè cùm utrobique expressa sit. facit. l. huiusmodi. §. quibus. ff. de leg. 1. Ex prædictis facio conclusionem quòd inter 5 uerbaliter tantùm coniunctos non potest esse prælatio etiam si sint diuersæ species coniūctionum uerbalium. nam uerbalis tantùm non potest dici nisi altero de duobus modis, uel per adiectionem dictionis æquè, uel æquis partibus, quæ adiectio ut probaui dirimit effectum coniunctionis collectiuæ & facit perinde esse ac si nominatim quisque uocatus proportione esset uel per adiectionem huius dictionis, singuli, singulæ, singula, quæ eundem operatur effectum. l. huiusmodi. d. §. quibus. ff. de leg. 1. & per adiectionem partis expressæ, quæ eundem habet effectū. Cùm ergo omnes modi per quos inducitur sola uerbalis reducantur effectualiter ad coniunctionem uerbalem inductam per copulam superest, ut quemadmodum constat ex confessione Bar. ubi supra & omnium non esse prælationem inter uerbis tantùm coniunctos, si coniungantur eodem modo: ita non erit licèt coniungātur diuersimodè, cùm omnes modi effectualiter redigantur ad unum. i. ad modum uerbalis coniunctionis per copulam inductæ.

4 Accrescendi in iure dictio æquè impedit prælationem contra nouiss.

5 Prælatio esse nō potest inter uerbaliter tātùm coniunctos, licèt sint diuersimodè uerbaliter coniuncti. contra communem.

Item quod Bar. ait, quòd 6 ibi omnes erant uerbis coniuncti quòd Ripa & Ias. approbare uidentur, quia non reprobant. tu dic, quòd immo etiam uerbis coniuncti non erant, nec re. patet, quia, qua ratione superius diximus quòd in. l. si ita quis hæredes. ff. de hære. insti. nulla fuit coniunctio uerbalis, nec realis. realis non, propter adiectionem dictionis æquis partibus, uerbalis non, propterea quòd licèt unitas fuerit orationis & copula coniungens quò ad figuram uerborum duos ultimos; tamen uoluntas testatoris non fuit eos coniungere, ut ait tex. ille, quæ uoluntas colligitur ex uerbis æquis partibus. sic enim in. d. l. interdum. nec fuit realis, nec uerbalis. realis non, propter dictionem æquè. uerbalis non, propter uoluntatem testatoris, quæ colligitur ex uerbo æquè. itaque fuit uerbalis solùm quò ad figuram uerborum, quæ non inspicitur. l. non figura ff. de act. & oblig. non quò ad mentem quę inspicienda est. l. 3. C. de lib. præt. Adde quòd in. d. l. interdum in pr. etiam glo. ibi in utroque errauit, ait 8 enim quòd ibi omnes filij erant coniuncti, quodque per hoc loco unius habentur. ego dico quòd nec habentur loco unius; ut text. ait expressè, nec sunt coniuncti etiam uerbis, ut patet ea prędictis. Redeundo ad quęst. quęro, an inter uerbis tantùm coniunctos reperiatur pręlatio? & Ripa ubi supra relinquit cogitandum pro exemplo. Adde quòd Iaso. num. 146. ponit hoc exemplum. Titius & fratris mei filii ęquè, uel ęquis partibus hęredes sunto. aitq; hoc casu omnes esse uerbis tantùm coniunctos, & consequenter filii fratris in iure accrescendi preferendos tanqoam inter se coniunctiores. uult ergo Iaso. primò, quòd sint uerbis tantùm coniuncti, quod & sequitur Ripa numero. 102. licèt in alio dissentiat; sed cum hoc sit uerè exemplum. l. interdum & ut dixi ibi nulla sit prorsus coniunctio, sequitur contra Iaso. & Ripam &c. Secundò uult, quòd inter se pręferantur in iure accrescendi, quod est similiter falsum propter dictionem ęquè, quę ut declaraui super intell. l. interdum. facit, ut & ab initio pares omnium sint portiones: & ex post facto pares sint in iure accrescendi. quod etiam uoluit Bar. dum alleg. l. si quis Titio. de usufruct. accresc. in. l. re coniuncti nume. 29. Aliud exemplū ibi ponit Iason. numero 146. quod ipse reprobat. est enim exemplum Titius in dimidia & fratris filij in alia dimidia æquis partibus hæredis sunto. ait enim Iason quòd hoc exemplo omnes sunt uerbis coniuncti. i. quòd Titius est omnibus fratribus simul collectis coniunctus uerbaliter, sed non singulis de per se post Besutium, quem allegat in numero 145. tamen dic contra ipsum & Besuci. quod etiam ipse Titius cum omnibus fratribus collectiuè sumptis uerbaliter coniunctus non est, ut patet ex superioribus. Denique hoc etiam casu licèt teneremus quòd portio unius ex fratribus repudiantis alteri tantùm fratri non etiam Titio accresceret tamen id contingisset non ex ui uerbalis coniunctionis, sed ex ui coniunctionis realis. argumento. l. triplici. in fin. ff. de uerbor. significat. l. Iulianus. ff. de acquirend. hæred. quasi ex eo quod omnes fratres sunt in eandem dimidiam coacti, uideantur magis coniuncti & consequenter præferendi. Sed certè id non ualet. Nam procederet si in eadem dimidia coacti essent sine illa addiectione æquè uel æquis partibus tuncque essent reconiuncti ut. dd. ll. at cum in exemplo præmisso apposita fuerit dictio æquè est perinde ac si dicerem, Titius in dimidia, & unus frater meus in quadrante, & alter frater meus in alio quadrante hæredes sunto, qui omnes sine dubio essent re separati, & uerbis tantùm coniuncti; & alterius fratris repudiantis portio tam Titio quàm alteri fratri pro hereditariis portionibus accresceret. Veritas est, quod opin. Bar. & communis esset uera si teneremus cum ipso & communi opinione quòd in terminis l. interdum. in princi. ff. de hæred. instit. licèt fratres ab initio ad æquas portiones hæreditatis cum Titio admittantur, tamen in iure accrescendi ipsi inter se Titio præferuntur. In summa si casus ullus reperiri potest in quo doctrina Bar. uerificetur, est, cùm dixi, Titius in dimidia & fratres filii in altera dimida æq;

6 Coniūctio uerbalis non est, si dixi, Titius et fratres mei æquè hæredes sunto. contra Bar. Ripam & Iason.

7 Intell. l. si ita quis hæredes. ff. de hær. inst.

8 Titius & fratres mei æquè hæredes sunto. hoc casu fratres loco unius non habentur. contra Accur. nec sunt uerbis coniuncti contra eundem et Iason. & Ripam.

9 De eadem re?

uel

uel æquis partibus hæredes sunto. tunc omnes sunt uerbaliter tantùm non etiam realiter coniuncti; & tamen portio unius ex fratribus repudiata aliis fratribus tantùm non etiam Titio accrescit. argumento d.l.si quis Titio &. l.si mulieri cum liberis.ff. de usufruct. accresc. l. cohæredi. §. qui discretas. ff. de uulgs. Quòd autem nullus sit alteri re coniunctus patet, quia Titius in suam dimidiam distinctam ab altera dimidia fuit uocatus. ergo &c. Vt.l. Meuio. in princip.ff. de lega. 2. in uerbo. separatus, Quòd autem fratres inter se non sint re coniuncti patet, ex uerbo æquè. ut.d.l.interdum. in princip. uel ex uerb. æquis partibus ut. d.l.re coniuncti. &.l.si quis ita hæredes.ff.de hæred.inst. ergo prælatio in iure accrescendi quæ ex ui coniunctionis realis, quæ nulla est, procedere non potest: superest, ut procedat ex ui coniunctionis uerbalis, quæ inter ipsos fratres arctior est quàm respectu Titij. & licèt Iason. & Besuci. ab hoc exemplo discesserint eò quòd Titius omnibus fratribus collectiuè sumptis bene est uerbis coniunctus, singulis autem non uideatur uerbis coniunctus. argumento.l. si ex toto. §. pen. & fin.ff.de leg. j. l. a. cum plu. sequ.ff. de lega. s. resp. quòd si id fateamur, cogimur fateri doctrinam Bar. non posse uerificari, uel uerius. d. l. si ex toto. cum sim. procedit magis inspecta legis interpretatione quàm inspecta uerborum proprietate, qua inspecta negari non potest, quin Titius cum fratribus uerbis coniunctus fuerit, cùm sub una oratione fuerint uocati. d.l.Triplici .ff. de uerbor. significat. tamen.l. interpretatur, ut in præmisso exemplo: licèt Titius omnibus & singulis inspecta uerborum cortice coniunctus fuerit, tamen effectualiter non tam singulis quàm uniuersis coniunctus uideatur. similiter in.l.item quod Sabinus. §.t. ff. de hæred. inst. secundum nostrum intell. de quo suo loco. Simile etiam in.l. si quis ita hæredes. eod. secundum nostrum intellectum de quo suo loco. simile in. l. Meuio. in princip.ff.delega. a. secundum nostrum intell. de quo suo loco. Cæterùm quòd omnes admittant, ut in exemplo præmisso fratres inter se in iure accrescendi præferantur Titio ex ui nominis collectiui id omnino nego, & firmo idem futurum si per copulam coniuncti forent. Nam si dixi, Titius in dimidia, Petrus & Sempronius in alia dimidia æquis ex partibus hæredes sunto. tunc Petro repudiante eius pars Sempronio tantùm non etiam Titio accresceret. text. cum gl. ubi omnes in.l.cohæredi. §. qui discretas. ff. de uulg. Vnde non tam ex ui uerbalis coniunctionis quàm ex ui coniunctionis realis is effectus descendit. Nec ad rem pertinet, quòd ut dicimus Petrus & Sempronius re coniuncti non uideantur propter dictionem illam æquis ex partibus. nam resp. quòd eo ipso quòd ambo in una dimidia fuerint coadunati, uidentur quodammodo licèt impropriè re coniuncti respectu Titij, quia ad aliam dimidiam distinctam & separatam uocatus fuit licq; erat longè magis re disiunctus respectu eorum quàm ipsi inter se. Ergo si dici, primus in dimidia, & secundus & tertius in alia dimidia hæredes sunto. uel primo fundi dimidiam, & secundo & tertio alteram dimidiam æquis ex partibus lego. nemo negauit quin omnes tres quò ad coniunctionem uerbalem sint pares, quia omnes coniuncti per copulam sub unica oratione & tamen quia primus respectu reliquorum est quodammodo magis re separatus quàm ipsi inter se, ideo ipsi in iure accrescendi Titio præferentur. argumento.d.§.qui discretas. Non obst.d.l. si quis ita hæredes. ff.de hæred. inst. nam ibi primus non fuit expressim ad dimidiam hæreditatis inuitatus, nec alii duo expressim inuitati ad alteram dimidiam, sed omnes indefinitè instituti, & ideo inspectis uerbis testatoris primus à sequentibus non fuit magis re separatus quàm ipsi ultimi inter se, licèt aliud fortè inspecta legis interpretatione quæ in hac materia nil mutat, ut suo loco differimus. Et ex superioribus etiam deducitur quòd si dicerem, Primus in triente & secundus & tertius in altero triente æquis ex partibus, & quartus in ultimo triente hæredes sunto tunc licèt secundo repudiante eius pars non primo, nec quarto sed soli tertio accresceret. ut.d.§.qui discretas. &.d.l.si mulieri cum liberis. Tamen primo repudiante eius pars non quarto, tantùm, sed etia secundo & tertio accresceret, ita ut eius partis dimidia ad quartum, altera uerò dimidia ad secundum & tertium pertineret. ut.dd.ll.quia 10 licèt omnes quò ad uerbalem coniunctionem sint pares, tamen quò ad coniunctionē realem non ex toto pares uidentur. tene ergo duo contra mentem doctorum omnium, Primum, 11 quòd in premissis exemplis nulla est differentia inter coniunctionem uerbalem, quę inducitur per nomen collectiuum & eam, quæ induceretur per copulam. Secundū, quòd in dictis exemplis prælatio, quæ inducitur in iure accrescendi non tam contingit ex ui coniunctionis uerbalis quàm ex ui coniunctionis realis. Tertium quod inter uerbis tantùm coniunctos nullus alteri præfertur in iure accrescendi ex ui solius coniunctionis uerbalis.

10 *Prælatio nunquam est inter uerbis tantùm coniunctos ex ui solius coniunctionis uerbalis. contra cōmunem.*

11 *Coniūctio uerbalis, quæ inducitur per nomen collectiuum, non est fortior quàm quæ inducitur per copulam. contra cōmunem.*

Quæro, an re tantùm coniunctus, uerbis tantùm coniuncto præferatur, an contra, an uerò pariter admittantur? ad cuius 12 intelligentiam uidendum est. intell.l.Meuio in princ.ff.de leg.a.&.l. si ita quis hæredes. ff.de hær.inst.ad cuius euidentiam præmitte, quòd coniunctionis duo principaliter sunt effectus. Primus, ut 13 ab initio omnes coniuncti non plus ferant quàm unus tantùm disiunctus & in hoc sunt deterioris conditionis quàm disiuncti. tex. est in.l.planè.a.resp.de leg.i. in.l.si quis Titio.ff. de usufr. accres. & in. l. interdum in princ.ff.de hęr.institu.l.item quod Sabinus.§.nam & si unus.ff. de hær. inst. ratio, quia 14 omnes coniuncti unum corpus reputantur.§. hoc ita uariè. C. de cadu. toll. uniusque personæ uice funguntur.l.planè.a.resp.de leg.i. Vnde non plus ferunt quàm una sola persona. Secūdus effectus est, quòd 15 in iure accrescendi præferuntur disiunctis. nam sine portio unius ex disiunctis deficiat tunc cum disiunctis pariter admittuntur ad ius accrescendi.d.§. hoc ita tam uariè. sine portio coniunctorum deficiat, tunc ipsi soli ad eam iure accrescendi admittuntur exclusis disiūctis.l.hæredes fine. ff. de hær. inst. huiusque differentiæ ratio est, tum quia una persona omnes coniuncti unumque corpus reputantur, ut dixi, tum quia secundum naturam est commoda cuiusque rei &c.l.secundum naturam. ff. de reg. iur. Vnde ut incommoda coniunctionis ab initio sentiunt quod omnes coniuncti non plus feruntur quàm unus disiunctus ita & ex post facto commodum illius coniunctionis sentire debent ut in iure accrescendi præferantur. Tertiò, quia qui in uno grauatur in alio debet releuari.l. eum qui. ff. de iure iur. unde &c. Secundò præmitte quòd si in casu.l. nostræ illud uerbū ex ęquis partibus adiectum non esset, tunc procul dubio duo ultimi coniuncti essent, & consequenter in semissem tantùm uocarentur primus quàm in alium semissem. tex. est, cui nescio socium in.l.item quod Sabinus.§.nam & si unus. ff.de hær.inst.his præmissis nostra.l.ait, quòd si alter ex duobus ultimis decedat, tunc licèt illi coniuncti uideantur, primusque disiunctus, ad huc tamen portio decedentis omnibus accrescit. reddit consultus rationem, quia licèt duo ultimi coniuncti uideantur per copulam, &, tamen non sunt coniuncti, idque fit ex uoluntate testatoris copulam non gratia coniunctionis, sed celeris locutionis adiicientis. ut ergo, si copula &, adiecta non esset omnesque sine partium expressione instituti essent, tunc pariter omnes ab initio succederēt. ut §. pst tibus. inst.de hær.inst. pariterque similiter ex post facto admitterentur ad ius accrescendi.§.his ita.C.de cadu.

12 *Intell.l. si ita quis hæredes. ff. de hære. inst.*

13 *Coniuncti omnes non plus ferūt quàm unus separatus.*

14 *Coniuncti pro una persona, uel corpore habentur.*

15 *Coniuncti disiunctis præferuntur in iure accrescendi.*

toll.l.hæredes fine.ff.de hær.inst.ita etiam licèt dicta copula &, adiecta fuerit admitti pariter debent, ex quo ipsa coniunctionem non facit ex uoluntate testatoris, qui eam non ut coniungeret adiecit, sed ut celeriter loqueretur. sed dicet quis, Quis nam reuelauit Pomponio auctori illios.l.quòd ibi testator potius celeris locutionis gratia adiecerit illam copulam &, resp. quòd hoc colligit Pomponius ex dictione illa, æquis ex partibus. ita ait Bal.ibi.nec amplius declarat. sed opp.quod dictio æquis partibus bene suadet duos ultimos pariter ab initio successuros pariterque ex post facto ius accrescendi habituros non tamen suadet primum institutum, cum illis pariter ab initio successurum ius'ue accrescendi habiturum. sol. quod non solùm duos ultimos, sed etiam tertium pariter successuros declaratur. nam duo ultimi inter se pariter admitterentur & ad successionem ab initio & ad ius accrescendi ex post facto, etiam si illa dictio æquis partibus adiecta non esset.ut.§.partibus.inst. de hær.inst.ergo illam adiectionem ad tertium quoque referri oportet, ut aliquid operetur, quæ ad tertium quoque relata duo operabitur & quòd ab initio omnes pariter succedant & ex post facto ad ius accrescendi pariter uocentur. uides ergo, quod & decisio & ratio cósulti ueræ sunt, sic declaratæ. & adde quod ut uerba aliquid operentur receditur á regulis. latissimè dixi per tex.ibi, infrà in.l.si quando in principio.cum gl.ubi omnes.C.de inoffi.testam. Sed opp. quòd etiam si dictio, & adiecta non fuisset, ad huc effici posset ut duo ultimi essent coniuncti, primusque disiunctus. ergo etiam si post quam est adiecta detraheretur uel haberetur pro non apposita, ad huc duo ultimi tanquam coniuncti deberent præferri in iure accrescendi. & quod etiam si dictio & apposita non esset, ad huc effici possit, ut duo ultimi sint coniuncti, patet in hoc exemplo. primus hæres esto, secundus, tertius hæredes sunto. nam duo ultimi sunt coniuncti primusque disiunctus.l.triplici.uers. uideamus. de uerb. sing. sol.quod & hoc casu si adiecta esset dictio æquis partibus similiter idem esset, ut in eadem oratione duo ultimi non tam coniunctionis quàm celeris locutionis gratia coacti uideantur, & consequenter omnes pares erunt & in succedendo ab initio, & in iure accrescendi ex post facto. & secundum hunc intel. patet quod duo ultimi uerbis coniuncti non sunt per suprà dicta, nec etiam re propter dictionem æquis partibus, quæ realem dirimit coniunctionem.l.re coniuncti. ff.de leg.3.l.pe ff.de usufr. accres.l. Meuio de leg.2. Itè primus cùm ultimis non erat coniunctus uerbis, quia in diuersa oratione positus, ergo &c.d.l.triplici.&.l.re cóiuncti.nec etiam re, quia dictio æquis partibus, quæ ad primum quoque ut dixi refertur, impedit coniunctionem realem. Cùm ergo omnes tres coniuncti nullatenus essent, superest, ut in portione uacante nullus eorum cæteris potior sit. & iste meus intell.quod in se sit uerus ultra.l.nostram patet per.l.interdum in principio ff.de hær.inst.ad cuius inductionem præmitto, quod inter uerbis tantùm coniunctos alii sunt secundum quosdam magis coniuncti quàm alii.exemplum Titius & fratris mei filii hæredes sunto. hic enim omnes sunt uerbis coniuncti, quia sub una oratione uocati. sed coniunctiores sunt ipsi fratres inter se propterea quod coniuncti per nomen collectiuum. ita tenet Bar.in.l.re coniuncti.de leg.3.nume.29.cum quo est communis opin.licèt minus uera ut supra dixi & cum sint coniunctiores, præferuntur aliis in iure accrescendi secundum Bar. & communem ibid.idque uerum est, quando dictio æquè adiecta non est, nam si adiecta esset tunc ab initio omnes pariter succederent, & ex post facto in iure accrescendi omnes similiter pares forent ueluti Titius & fratris mei filii æquè hæredes sunto. nam dictio æquè licèt ad fratris filios tantùm referenda uideretur.argumen. tex. cum glo. in.l.si idem.§.is.de iur.om.iu.ff. tamen quia ita referendo nil operatur, refertur ad omnes. tex. est in. d.l.interdum. in princ. & quòd nisi ad omnes referetur dictio æquè nil ibi operetur patet ibi, quia omnes fratres æquè admittendi erant inter se; & si dictio æquè adiecta non esset ut.§. partibus.instit.de hær. inst. ergo ut adiecta aliquid operetur, oportet quod etiam ad tertium referatur ut ibi fit. & hunc meum intell. quod scilicet in.l.nostra nulla penitus fuerit coniunctio realis, nec etiam uerbalis tenuerunt Besutius & Christoph.de Castel.quos refert Ias.in.l.re coniuncti nume.42.ad fi. & uerba illius legis, si ita quis hæredes. ita habent.si ita quis hæredes instituerit, Titius hæres esto. Caius & Meuius ex æquis partibus hæredes sunto. quamuis & sillaba coniunctionem faciat, si quis tamen ex his decedat, non alteri soli pars accrescit, sed omnibus cohæredibus pro hæreditariis portionibus, quia non tam coniungi se quam cæteris dixisse uideatur.

His ergo uerbis si uerum amamus multum arridet & congruit ille intellectus, quem proximè signauimus, Hinc & primò infero quòd 16 in.l.nostra duo ultimi 16
effectualiter non sunt uerbis coniuncti, cuius contrarium & malè tenet lita hunc tex. intelligentes glo. Bar. & Bald.hic idem uult Albericus hic in summario, licèt postea ab hac lect.recedatur. idem tenuit Dinus hic & Cynus quos refert Bald. hic idem & tenet Iaso. dicens hunc intell.esse communem in.l.re coniuncti. num. 42. in fin.pro quo intell.adducit Iaso. quod etiam si fateamur quòd lex nostra ait scilicet quòd dictio &, non facit hic coniunctionem uerbalem, tamen negare non possumus quin etiam si ipsa detrahatur, seu pro non adiecta habeatur, adhuc coniunctio uerbalis mansit inter duos ultimos ex quo in eadem oratione coacti sunt.d.l. triplici. uersic.uideamus. sed resp.quòd ibi non erat dictio (æquè) quæ impedit coniunctionem non modo inter duos ultimos, sed etiam inter eos, & primum efficitque; ut nec copula, nec complexus onius orationis uerbalem coniunctionem faciant id quod facit ostendendo quòd illi, qui fuerunt coacti in una oratione siue per copulam &, siue sine copula, non tam coniunctionis quàm celeris locutionis gratia coacti fuerunt. & idem in dictione (æquis partibus) ut dixi, & probantur hæc in.l.nostra & in.d.l.interdum. Secundo adducit Iaso. quòd ibi si uerbalis coniunctio non esset inter duos ultimos, nec etiam realis esset propter dictionem (æquis partibus)& consequenter præferetur primus, quem constat re tantùm esse illis coniunctum ex quo totus as sibi attributus uidetur cùm simpliciter fuerit institutus.argum.l.un.§.si uerò non omnes.C.de cad.toll. &.l.Meuio, in prin.in uerb.totus de leg.2.ff. solue quòd dictio (æquis partibus)dirimit illam coniunctionem, ne aliàs nil operetur ut dixi. & ex prędictis talis colligitur conclusio contra communem. si post unum simpliciter institutum plures coniunctim instituantur adiecta dictione æquè, uel æquis partibus, tunc inter illos coniunctim.i.in eadem oratione institutos nulla erit uerbalis coniunctio. uideamus, quare dicemus non esse uerbis coniunctos. in primis allego ad hoc tex.nostrum ibi, quamuis & sillaba coniunctionem faciat. cuius sensus est, quòd hic non est coniunctio uerbalis quam solet aliàs facere dictio &, ut.l.triplici.nec dicatur quòd erit coniunctio uerb.propter unitatem orationis. nam suprà responsum est. Præterea frustra diceret consultus coniunctionem inductam non esse per dictionem &, si eam uerbalem coniunctionem aliud induceret scilicet unitas orationis. sensus enim literæ nostræ est, quòd licèt testatoris uerba uideantur inducere coniunctionem uerbalem tam per adiectionem copulæ &, quàm per unitatem orationis.ut.l.triplici. tamen mens testatoris uerbis repugnas talem coniunctionem impedit. argumen. l.3.cum simil.C.de lib. præte.Nec dicatur, quòd testator uoluit realem coniunctionem impedire non uerbalem.nam dico quòd inter duos ultimos realem coniunctionem expressim impediuit per adiectionem, illam æ-
quis

Cõiunctio uerbalis effectualiter non erat ubi dictio æquè adiecta fuit cõtra gl. Bar. et alios.

quis portionibus ut.l.re coniuncti.&.l.pe.de usufr. acc. unde cum incertis uoo sit locus coniecturis.§.cum ita.l. coutinuus.ff.de uerb.oblig.superest ut coniunctio; quã testator impedite uoluisse coniecturamus, sit uerbalis, non tealis; itaque cùm coosultus dicat non tam coniungisse quàm realiter, & sic dicat se coniecturari quòd testator coniunctionem impedire uoluit, non est intelligẽdum de coniunctione reali, quam expressim impediuit sed de uerbali de qua erat dubium.

17 *Intell. l. Meuio. ff. de leg. 2. et.l.si quis ita. ff. de hær. inst.*

Postremò 17 ad.d.l.si ita quis hæredis. adde alium & nouissimum intellectum. nam si dixi, Meuio fundi dimidiam Seio dimidiam lego, eundem fundum Titio lego. duo primi licèt sint uerbis coniuncti & minus ab initio habeant quam Titius, non tamen præferuntur ei in iure accrescendi, quia licèt si propter unitatem sermonis aliqui minus ab initio habeant, oportet ex post facto præferri in iure accresc.l.hæredes siue.ff.de hęr.inst. tamen hic non habuerunt minus propter unitatem sermonis; sed ex eo quòd testator certam partem cuique signauit. Vnde 18 illa uerbalis coniunctio, quæ ab initio nil eis ademit, nil eis prodesse debet in iure accrescendi, estque perinde ac si dicerem, Meuio dimidiam lego. Seio dimidiam lego. eundem fundum Titio lego. uel si dicerem Meuio dimidiam fundi, Seio dimidiam, Titio eundem fundum lego. quo casu omnes ius accrescendi haberent, licèt non uiriliter. ita probatur in.l.Meuio in prin.ff.de leg.2.secundum nostrum intellectum. & idem in terminis.d.l.si ita quis hæredes. Nam si dixi primus hæres esto, secundus & tertius ęquis ex partibus hæredes sunto. est ac si dicerem secundus hæres esto, tertius hæres esto. sed licèt id quidam putent, quia tunc ab initio ęquè admitterentur & ex post facto uiriles haberent in iure accrescendi tamen est contra illam tex. in uerbo pro portionibus. unde secundus & tertius habendi sunt perinde ac si dicerem, secundus in dimidia, tertius in altera dimidia hæredes sunto. Quo casu tantum primo quantum duobus illis dedisse uiderer, nec præferentur primo in iure accrescendi. idque non est propter orationis unionem, sed propter expressam partium designationem. nam ex quo dixi æquis partibus, euidenter mostraui quòd nolui solidum cuique dare, at solidum prima facie primo dare uideor, cùm nullius partis mentionem feci.l.si quis cum totũ.ff.de excep. rei iud. hinc est quòd si dicerem, secundum & tertium instituo. tunc secundum communes opio. partes cócursu faciunt, quia solidum prima facie cuique dedisse uideor.l.coniunctim de leg.3.ff.& tunc quod concursu desinunt habere, concursu cessante recuperant, uel potius conseruant sed cũ dixi, æquis partibus, tunc, ut concursu nil amittunt, sed partium expressione: ita repudiatione nil quærunt, & secundum hoc dictio æquis partibus solam realem cóiunctionem peremit, non uerbalem, quę quidem uerbalis sola de per se ut supra dixi nunquam inducit prælationem in iure accrescendi, licèt faciat omnes uerbaliter coniunctos pro una persona haberi, sicque ad unam portionem tantùm uocari. & ad.d.l.si ita quis hæredes

19 *Intell.l. si ita quis hæredes. ff.de hær. inst.uerb. non tam cõiunxisse.*

19 ibi non tam coniunxisse quàm celeriter dixisse uidetur. gl.& communis opin. ibi uidetur uelle quòd illa uerba stent electiuè, ut sit sensus, non coniunxisse, sed celeriter dixisse uidetur. & hanc tenet Ias. post Besutium quem alleg. in.l.re coniuncti.col.11. Contrarium, immo quod illa uerba stent comparatiuè tenent Albericus post Petrum de Bellapertica quem ipse refert in.d.l. si ita quis hæredes. ut sit sensus quod non solùm celeriter loqui, sed & coniungere uoluit scilicet omnes tres. ꝙ omnes tres uerbaliter coniungere uoluerit falsum est, ut probaui suprà licèt idem teneat Ripa in.l.re cõiuncti. numero.122.& numero.47. Sed uideamus an saltem duos ultimos uerbaliter coniungere uoluerit ut sic illa uerba non tam &c. stent comparatiuè. & ueritas est, quod secũdum meum intell. suprà traditum etiam duos ultimos uerbaliter coniungere uoluit. unde uidetur standum cum communi. Quòd illa uerba non tam &c. stent comparatiuè. uel dic, quod sensus uerborũ est, ꝙ coniunxisse uoluit ut celeriter diceret, non ut ius accrescendi uirtute coniunctionis daretur. Causa ergo finalis illius coniunctionis fuit celeritas loquendi, non datio iuris accrescendi. unde cum causa finalis in testatore inspiciatur spretis uerbis.l. cum pater.§. dulcissimis.de leg.2.sequitur ꝙ magis fecerit causa celeritatis quam coniunctionis illius, quę utilis efficaxque est ad ius accrescendi itaque possumus fateri quod coniungere uoluit orationes, duas orationes sub una concludendo non tamen personas, ut inter eas duas tantùm esset ius accrescendi: & hoc modo uel respectu uerba illa stãc comparatiuè. Adde quod Bar.in.d.nu.29.d.l.re coniuncti dum allegat.l.interdum.in prin.ff.de hær. instituẽdis uult 20 quòd ibi si ex fratris filiis unus repudiaret eius portio cæteris tantùm fratribus, non etiam alteri coniuncto accresceret. idem uoluerunt omnes. & Iaso. dum approbat Bar. decisionem licèt eius exemplum reprobet quatenus nó cógruit.d.l.interdum. Tu dic quòd est falsum. nam ex illa dictione ęquè, apparet quòd testator filios fratris sub nomine collectiuo uocauit, non tam animo coniungendi quàm celeriter dicendi. unde inter eos quò ad ius accrescendi nulla prelatio est. argu. l.si ita quis hæredes.ff.de hær.inst. id quod patet ex.d.l. interdum. Nam coniunctionis effectus est duplex, primus, quòd coniuncti propter coniunctionem minus ab initio habeant, quia omnes una persona unumque corpus reputantur.l.planè in prin.de leg.i.l.un.§.his ita.C. de cad. toll.l.item quod Sabinus. uers. nam & si unus.ff. de hær.inst. secundus effectus est, quòd ex post facto altero repudiante eius portio alteri coniuncto soli accrescat, sicque ex post facto eorum conditio melior sit. ut d.§.his ita.l.hæredes sine.ff.de hær.inst. idque procedit argum.l.secundum naturam.de reg.iur.ff. Item, quia ut coniunctorum propter coniunctionem ab initio incommodum est, ita ex post facto commodum esse debet. argum.l.si ex toto.in princ.& in.l.quod in rerum.§.si quid post.ff.de leg.i. ut qui in uno grauatur, in alio releuetur. ut.dd.ll. modo sic, cùm in.d.l.interdum coniunctionem arctiorem inter fratris filios esse negetur quò ad primum effectum scilicet quòd ab initio quasi coniuncti unum tantum semissem caperent, immo ibi dicatur quòd cum alio extraneo uiriliter ab initio admittuntur, non secus ac si essent disiuncti: ergo similiter dicendum est, ꝙ quantũ ad ius accrescendi haberi debent perinde ac si disiuncti essent. Vides ergo quòd.d.l.interdum. quã pro se. Bar. in.d.num.29.allegat, facit contra ipsum. & tenendo hanc partem contra communem, non obst.l.si quis Titio. quam secundo loco allegat inducendo ut ibi per eum.ff.de usufruc. accresc. Nam ibi licèt hæredes fuerint per nomen collectiuum coniuncti, tamen non fuit adiecta dictio (æquè) in qua fundatur op. mea Nec obst. & tertiò.l.scire debemus, de uerbo.obligat. nam quòd coniunctio per nomen collectiuum maior inducatur quàm per copulam fateor, id, quod probat.l.illa. sed resp. ad uerum, nisi testator adiecerit dictionem æquè, uel æquis portionibus, quia tunc non tam coniuncti esse quam celeriter dixisse uideretur. Et quòd in terminis.d.l.interdum. in princ. cesset prælatio in iure accrescendi patet argumento.l. cohæredi.§.qui discretas. iuncta glo. & quod Bar.ibi & omnes tradunt ff.de uulga.&.l.si mulieri cum liberis.ff.de usufru.accr. quinimmo dictio æquis partibus longè facilius impedit ex post facto prælationem in iure accrescendi quod ab initio faciat ut sub una oratione uocati desinant reputari una eademq; persona. nam in.d.l.si ita quis hæredes. Seius & Meuius sub eadem oratione uocati pro una persona habentur, & consequenter ad unam tantùm portionem uocantur. Titiusque ad alteram portionem ut ipse tantùm ferat quia disiunctus quàm illi ambo coniuncti. patet ibi, in uerbo hereditarius, portionibus.

20 *Accrescendi in iure prælatio nulla est, cum dixi Titius & fratres mei æque hæredes sunto contra Bar. & sequaces.*

bus. Nam si dictio æquis partibus faceret ut ad uiriles omnes tres uocati uiderentur tunc tex. non diceret pro hæreditariis sed pro uirilibus portionibus, & tamen dictio illa æquis partibus effecit ut ex post facto pares essent in iure accrescendi, sicq; facilius eos exæquauit quò ad ius accrescendi ex post facto quàm quo ad primæuam dationem ab initio. Ergo in terminis. d. l. interdum. si dictio æquè potuit efficere ut ab initio quò ad primæuam dationem pares essent longè facilius posset efficere ut ex post facto in iure accrescendi similiter exæquarentur. Itaque dictio æquè, uel æquis partibus quando omnes honorati sub eadem oratione aut uerborum conceptione & unitate fuerunt comprehensi, puta Titius & fratres mei hæredes æquè sunto, duo operatur scilicet ut singuli ex coniunctis collectiuè non minus ferant quàm qui nominatim appellatus fuit: sicque limitetur. l. mulieri & l. si quis Titio ff. de usufruc. accre. & quòd ex post facto si repudiet unus ex collectiuè uocatis eius portio non aliis tantùm collectiuè uocatis, sed etiam ei, qui nuncupatim nominatus fuerat accrescat. ita probat. d. l. interdum. Iuncta d. l. si ita quis heredes. Cæterùm si non esset unitas orationis, puta Titius hæres esto, fratres mei filii æq; hæredes sunto, tunc solus Titius tantum habebit ab initio quantum omnes filii collectiuè uocati. d. l. si ita quis uerb. pro portionibus hæreditariis per quam not. limitatur. d. l. interdum. Sed in iure accrescendi uno ex fratribus collectiuè uocatis repudiante, non reliquis tantùm fratribus, sed etiã Titio accresceret. d. l. si ita quis per quam limitatur not. d. l. mulieri & d. l. si quis Titio. in quibus non fuit adiectum uerbum æquè: ergo uerbum æquè collectiuè uocatis non profuit quò ad hoc ut tantam portionem haberent quantam ille, qui nominatim & separatim uocatus fuerat & nocuit quò ad hoc ut ei in iure accrescendi non preferentur: & tamẽ si adiectum non fuisset, preferentur. uideque omnino infra in 26. casu quo cessat ius accrescendi.

De prælatione inter uerbis tantùm coniũctũ & re tantùm coniunctum.

21 Item at præmittendus est intellectus tex. in. l. Meuio. in princ. ff. de leg. 2. cuius intell. reuoco in dubium In primis communis intell. est quòd ibi in eadem dimidia essent coacti Meuius & Seius idque communiter tenetur secundum Iason. in. l. re coniuncti. num. 46. & Ripam ibi nume. 123. quem etiam tenuit glo. ibid. in. l. Meuio. & ibi Albericus post Dinum, quem ipsi referunt. ex quo intellectu infertur talis conclusio, Si dixi, Meuio fundi dimidiam, Seio dimidiam lego, eundem fundum Titio lego. quod tunc Meuium & Seium in eadem dimidia coactos uolui. & consequenter quod omnes tres sunt re coniuncti; quod etiam firmat glo. d. l. Meuio. communiter app. Iste intell. nec est uerus quò ad illũ tex. ut probat Ripa. in. d. num. 123. nec etiam puto quòd sit uerus in se, ut. l. Iulianus de hær. inst. ff. & in. d. l. triplici. in fin. probatur etiam ratione. Nam post quam te ex semisse hæredem feci, si alium simpliciter instituam uideor ei residuum assis dedisse. §. partibus. inst. de hære. instit. si ergo tunc non partes distributas, sed residuas etiam non expressas, seu nominatas dedisse uideor; quanto magis si eas expressissem? ut in proposito, quòd cùm in hæreditatibus procedat & sit eadem ratio in legatis: ergo idem ius. l. illud ad leg. aquil. Item is communis intell. uel ex eo redditur falsiss. quia cùm sub eadem oratione duo primi sint uocati, si in eadem dimidia essent coadunati iam essent mixtim coniuncti & consequenter præferentur Titio re tantùm cõiuncto, quod est contra illum tex. sed respondent tenentes hunc communem intell. quòd ibi detractum fuit unum uerbum lego, quod uerbum reperijt Corrasi. in quodam uetustissimo codice secundum refert in. l. testamento. C. de impube. num. 6. & sic tenentes communem intell. dupliciter uiolant illum tex. primò dum aiunt duos primos in eadem dimidia coactos, secundò dum supplent unum uerbum lego. & adde Ripam in. d. l. re coniuncti. nume. 12. & nume. 124. cum sequentibus & Alciatum in. l. triplici. ff. de uerborum significatione & Corrasi. in. l. in testamento. C. de impuberum & aliis. Positum in. d. l. re coniuncti. nume. 56. & is intellectus est etiam communis secundum Besucium ibid. colum. 2. Secundum 22 subtilissimum intell. dedit Petrus de Bellapert. in. d. l. Meuio. quem sequitur Cynus & uidetur sequi Bal. ibidem qui eos refert, scilicet, quòd ibi Meuius & Seius re coniuncti non essent, quia diuersas dimidias habuerunt nec etiam uerbis, quia deficit copula &, quæ solet coniungere, & tunc pars Seij accrescit Titio, qui re coniunctus erat cum Meuio. Vnde euenit quòd licèt Meuius iste ex persona sua nõ posset petere partem Seij ex quo sibi coniunctus nullatenus erat, tamen cum re coniunctus esset Titio, cui Sei pars defertur, ei per concursum aufert partem portionis Seij, & sic per indirectum consequatur quod per se non poterat. hunc intell. simpliciter reprobat Iason. in. l. re coniuncti numero 47. post Besuci. quem ipse refert. Sed fundamentum eorum non uideo. primò dico uerum esse quòd ibi diuersę dimidiæ relictæ essent Meuio & Seio, sed quod Meuius & Seius essent uerbis disiuncti minus rectè probatur. Petrus dicit enim id probari propter defectum copulę quod nil est. nam omnino soluta solet poni pro coniuncta. tex. cum glo. in. l. sæpe. ff. de uerb. sing. & expressim est contra text. in. l. triplici. §. uideamus. ff. de uerbo. sing. sed licèt Petrus nesciuerit probare quòd essent uerbis disiuncti, ego probo per tex. ibi in uerbo separatim, bis ibi repetitum, quod denotant disiunctionem uerbalem nam cùm de coniunctis, seu disiunctis loquimur, de uerbali, non reali coniunctione intelligimus. re enim coniunctos disiunctos appellamus. ita probatur per totam l. unic. C. de cad. toll. firmat glo. app. in. §. fin aũt ad deficientis. eod. tit. & uerbum separatim, quod denotet uerbalem coniunctionem non esse inter Meuium & Seium uoluit Iason. in. l. re coniuncti. numero 47. & Ripa num. 123. & omnes, qui tenent communem op. ita sentiunt quia tenent in eandem dimidiam coactas esse Meuium & Seium, & sic re coniunctos: nec in iure accrescendi præferri Titio re tantùm coniuncto, eo quòd uerbalis coniunctio inter Meuium & Seium non erat, quod patet secundum Iaso. & Ripam ubi supra in uerb. separatim. Cùm ergo Meuius & Seius essent omnino disiuncti secundum Petrum & Cynum & Bald. & admittatur cũ Titio, qui secundũ omnes re coniunctus erat, super est, ut necessarius, non modo probabilis sit intellectus Petri. Sed eum intell. falsum esse probabo. Nam quòd Meuius & Seius sint re disiuncti fateor, quodque sint cum Titio re coniuncti fateor, quòd autem sint Meuius & Seius uerbis disiuncti, id falsum esse supra ostendo: tam contra intell. Petri quàm contra communem intel. Præterea etiam si fateremur quòd Meuius & Seius essent uerbis disiuncti, ad huc intell. Petri non esset uerus. Petrus enim ita ratiocinatur, Meuius re coniunctus est cum Titio, ergo pars Seii Titio tanquam re coniuncto delata, debet communicari cum Meuio; quia cùm esset sibi re coniunctus secum concurrit. Quòd sibi esset re coniunctus fateor, sed quòd ideo secum in illa parte cõcurrat, nego. nam sibi re coniunctus erat solummodo quò ad dimidiam sibi Meuio legatam, non quò ad dimidiam Seio relictam, ad quam nil iuris penitus habebat. Si ergo dimidia Seij Titio ut re coniuncto defertur, nõ debet Meuius eam participare, quia quò ad illam nec coniunctus erat Seio nec etiam Titio. Titius enim Meuio re coniunctus erat quò ad dimidiam sibi relictam & etiam Seio quò ad dimidiam sibi relictam, non autem Meuio quò ad utranq; dimidiam, uel Seio quò ad utramque dimidiam. Sed tamen pro primo intell. communi quem suprà reprobaui, modò imprimis adduco ipsum tex. multipliciter ponderando. Primò in uerbo separatim, bis repetitum, de cuius natura est uerbalem disiunctionem ut proximè dixi significare. Secundò quia

22 Intell. l. Meuio. ff. de leg. 2.

tex. ait

tex. ait non solum fundus, sed etiam partes fundi separatim legatas esse. unde non possumus intelligere quòd uerbalis disiunctio esset solum quò ad Titium sed quòd esset etiam inter Meuium & Seium. nec obst. text. ille, qui in themate innuit uerbis coactos esse Meuiū & Seium. nam ibi omittitur unum uerbum lego, ut ait Ripa ubi suprà & quòd fuerit omissus probatur, quia sequentia declarant præcedentia. l. si seruus plurium. ff. de leg. 1. §. fin. Sed uerbum separatim in fin. positum declarat quod in princ. fuit omissum unum uerbum lego. Tertiò, ratio potissimè inspicienda est. l. adigere. §. quàuis. ff. de iure patronatus Sed uerbum separatim est positum in ratione decidendi. ergo &c. & considera quòd tam intellectus Petri quàm communis intēdunt ad hoc, ne in d. l. Meuio esset uerbalis coniunctio.

Tertium intell. ad illum text. est, quòd ibi Meuius & Seius essent uerbis tantùm coniuncti, non re, Titius uerò esset utriq; re tantùm, non uerbis coniunctus & quod portio Seij deficiens accrescat tam Titio quàm Meuio Titio propter coniunctionem realem, Meuio propter uerbalem: ut sic coniunctus re tantùm & coniunctus uerbis tantùm paris sint conditionis. quò ad ius accrescendi hunc intell. tenuit Oldradus in. l. Meuio, quem ibi sequitur & refert Paul. & etiam Bar. & huoc intell. refert Bal. ibi nec reprobat. Vnde uidetur approbare hunc intell. tenet Bar. in. l. re coniuncti. numero 31. & 32. dum legem Meuio. allegat ad hoc quòd coniuncti re tantùm & uerbis tantùm inuicem quò ad ius accrescendi non præferentur. & eundem intell. tenet glos. mag. in. l. re coniuncti. eod. modo ponderando & eund. intell. tenet Ioannes, Azo, & Raine. eodem modo ponderando. nam isti tenent se tantùm & uerbis tantùm cōiuncti inuicem non præferri secundum quod refert Ias. in. l. re coniuncti. nu. 8. Contra hunc intell. immo quòd Meuius & Seius non essent uerbis coniuncti tenent omnes, quos suprà retuli tenere communem opin. pro quibus est ibid. tex. in uerbo separatim bis repertum. Secundò, quia thema in princ. positum declaratur per rationem redditam in fin. in 2. parte tex. Tertiò quia in ipso tex. exprimitur quòd etiam partis fundi habentes (.i. Meuius & Seius) erant separati idque intelligendum est de separatione uerbali, etiam si adesset coniunctio realis, ut proximè latius dixi. contra & tertiò nouissimè pondero illum tex. dum ait, quia cùm separatim & partes fundi & totus legatus, sic necesse est ut pars, quæ cessat utriq; accrescat. Videamus ergo quòd consultus ait hanc rationem esse necessariam ut uerum esse possit; dicere enim necesse est, nil aliud est quàm dicere expeditum & procul dubio uerum esse. Sensus ergo uidetur esse, quòd cùm omnea, ut ait communis opin. essent uerbis disiuncti omnesq; ut etiam ait communis op. essent re coniuncti; pars unius deficiens omnibus pro portionibus accrescit; quia 23 in materia nostra nil magis expeditum quàm quòd omnes re coniuncti pariter admittantur, neque inuicem præferantur, ut tenet Bar. quem sequuntur omnes in. l. re coniuncti. num. 27. & ad istas quatuor ponderationes ex illamet lege collectas non respondent tenentes communem op. Quintum dabat intellectum Besutius quòd in. d. l. Meuio testator legando totum tertio uidetur testator ad dupondium transire. d. l. cum quæstio. C. de lega. & ante eum ibi sentit Ioan. de Imola cui ipse Imol. respondet quem uideas. ex quibus patet ꝙ quò ad. d. l. Meuio nullus est realis intellectus, qui tex. patitur uarios intellectus in tantū quòd Cynus Bald. & Paul. de Castr. referunt subtilem Petrum de Bellapertica dicere quod legerat octo uicibus illam legem antequam posset principium illius legis intelligere.

23 *Coniuncti re tantùm inuicem nō præferuntur.*

Ego autem diuido. d. l. Meuio in tres. nam primò ponitur thema, deinde decisio, tertiò decisionis ratio. Secunda ibi, si Seius decesserit. Tertia ibi, quia cum separatim. ueritas est quod tex. ille in prima parte scilicet in themate iuncta 2. parte scilicet in decisione hoc clarius probat & decidit, scilicet quòd re tantùm coniuncti inuicem quò ad ius accrescendi non præferantur. Nam ibi Meuio & Seio non eadem dimidia, sed diuersæ fuerunt relictæ, sicq; re disiuncti inq; eadem oratione, sicq; uerbis coniuncti, posteaq; totus fundus Titio relictus fuit, sicq; utrique re tantùm coniunctus. Vnde nisi ratio per consultum reddita aliquid immutauerit certè tex. ille decidit hanc quæstionem. Videamus ergo dū tex. ait quòd tam partes fundi quàm totus separatim fuit relictos, an sit intelligendum de separatione uerbali tantùm ut uult communis, an de reali simul & uerbali absolutè inter Meuium & Seium ut uoluit Petrus, an de reali simul & uerbali inter omnes non absolutè, sed secundum quid? & quòd de separatione uerbali tantùm non possit intelligi probatur, tum quia Meuius & Seius non uerbis separati immo potius coniuncti fuerunt, tum quia ipsi met fuerunt re separati. & quod de reali tantùm separatione non possit intelligi, patet, quia ibi etiam uerbis fuerunt separati Meuius & Seius respectu Titij. præterea re separati non fuerunt respectu Titii, sed potius coniuncti hoc secundò, & quòd de separatione reali & etiam uerbali absolutè & inter omnes nō sit intelligendum, probatur, quia tunc inter eos non esset ius accrescendi secundum communem opin. ut. l. 2. 2. resp. de usufruct. accr. ff. l. & Proculo. ff. de leg. 2. Pręterea constat quòd Titius fuit re coniunctus Meuio & Seio quodq; Meuius & Seius inter se uerbis coniuncti fuerunt hoc tertiò, & quod de separatione tam uerbali quàm reali inter duos tantùm primos non sit intelligēdum, patet, quia tex. ait quòd tam fundus quàm partes fundi fuerint separatim legatæ; sicq; separatio erat nō inter duos tantum, sed etiam respectu Titii. Pręterea duo primi non erant inter se re & uerbis separati, sed re tātùm, hoc quartò. Quintò ergo loco super est quòd ut uerba consulti dicentis, quia eum separatim & partes fundi & totus legatus sit, uerificentur. dicamus quòd loquitur de separatione tam reali quàm uerbali, & non solùm inter quosdam, sed etiam inter omnes, non tamen absolutè sed secundum quid. Nam intelligo quòd uerbum separatim denotat separationem realem, quæ est inter duos primos, ut sic uerificetur uerbum, quia cum separatim & partes fundi. Secundū denotat separationem uerbalē quę est inter Titiū & duos primos ut sic uerificetur uerbum, quia cum separatim totus fundus. Dixi etiam quòd uerbalis simul & realis separatio, quā denotat uerbum separatim non est absoluta, sed secundum quid: tum quia si omnino essent disiuncti inter eos ius accrescendi non esset, cumquia inter duos primos est uerbalis tantùm coniunctio, & inter eos & tertium realis tantùm coniunctio, ut proximè dixi. sicq; uerbum separatim, quod in. l. illa bis repetitur, diuersimodè accipitur idque fit ex necessitate. nam nisi ita intelligemus, ille tex. nulla sui parte constaret eiusque uerba minimè uerificarentur. Nec est nouum ut idem uerbum diuersimodè accipitur, hoc amplius 24 etiam unum & idem uerbū si ad duo referatur potest propriè & impropriè sumi secundum Ias. in. l. si. C. de contrarab. num. 33. Preterea 25 uerbum unum & idem positum iuxta plura determinabilia ea determinat pro ut natura uniuscuiusque determinatorū exposcit ita Ias. in. l. contra maiores num. 2. C. de inoffic. testam. nec obst. quòd aliàs uerbum unū respiciens plura determinabilia debeat ea pariformiter determinare. nam ipse respondet & tu ultra respon. quòd illud uerum in dubijs uoluntatibus interpretandis. nam tunc nec recedimus ab uniformitate, nec etiam à proprietate. ut. l. non aliter. ff. de leg. 3. secus si simus in casu certo ut hic, ubi certum erat separationem tantùm realem esse inter duos primos, uerbalemque tantùm inter eos & tertium. nam tunc uerbum illud flexibile adaptamus secundum naturam cuiusque. Facit, quia uerba sunt intelligenda secundum subiectam

24 *Verbum idem propriè & impropriè sumitur.*

25 *Verbum respiciens plura determinabilia uariè determinat iuxta naturam alterutrius.*

ad materiā.l.si uno.ff.locati. Itē sunt intelligenda secundū qualitatē personę ad quam referūtur.l.qui hæredi.§.domino.de condi.&.dem.ff.l.stipul.ista.§.hi qui.§.hæc quoque.de uerb.oblig.ergo &c.& in proposito æquum est quòd intelligatur secundum naturam eei ad quam referuntur, Cum de rebus ad personas sit bonum argum. nam cum hic dicatur, quia cùm separatim & partes fundi & totus legatus sit. uerbum illud separatim est intelligendum secundum naturam separationis, quæ in legando tam fundum quam eius partem facta fuit. Et per ista remanet responsum ad quatuor ponderationes, quas pro communi op.faciebam præter quam ad ultimam, ad quam resp.non obesse uerbum necesse est, quia etiam si ex ponamus expeditum esse, & procul dubio uerum, ad huc resp.quòd lex illa pro expedito habuit re tantùm uerbisque tantùm coniunctos inuicem non præferri. uel dic quòd ibi potissima dubitatio erat, an posito quòd utrique accresceret deberet tantùm uiriliter an pro portionibus accrescere? & tex.ait, pro portionibus accrescere, idque expeditum esse. Habes ergo nouissimum intell.ad.l.Meuio.quam.l. difficillimam appellat Ias.in.l.re coniuncti col.3.in prin.& Ripa ibi nume.123.illam.l.appellat terribilem refertque quod Petrus de Bellxpertiex qui secundum ipsum melius quam alius de mundo.ll.intellexit tamen illam.l. octo uicibus legerat prius quam eam intellexisset, & tandem etiam ultima uice errauit, ut suprà uisum est. nec miror quia 26 tex.ille in omni sui parte contrarietatem continere uidetur, ut patet ex superioribus, & etiam ineptitudinem ut probabo. Nam quid ineptius quàm dicere quia cum separatim & partes fundi & totus legatus, sic necesse est ut pars quæ cessat cuique eorum proportione legati accrescat, ineptum sanè uerbum à separatione arguere ad ius accrescendi inducendum, cùm separatio ipsa sit quę ius accrescendi impedit.l.i.2.responso de usufr.acc.l.& Proculo de leg.2. nisi saluando consultū dicas quòd ibi non redditur ratio quare accrescat, sed quare utrique accrescat, ut sit sensus quòd ex quo uterque separatus est, non est cur alter alteri præferri uoluerit, separatumq; appellat omnem illum, qui mixtim coniunctus non est. Sextò ultra omnes adde 27 aliū intellectum ad.d.l.Meuio.nam si dixi, Meuio fundi dimidiam, Seio dimidiam lego, eundem fundum Titio lego. duo primi licèt sint uerbis coniuncti & minus ab initio habeant quàm tertius, non tamen præferuntur ei in iure accrescendi, quia 28 licèt si propter unitatem sermonis aliqui minus ab initio habeant, oportet ex post facto præferri in iure accrescendi.l. hæredes fine. ff. de hær.inst.tamen hic non habuerunt minus propter unitatem sermonis, sed ex eo quòd testator certam partem cuique signauit. Vnde illa uerbalis coniunctio quæ ab initio nil eis ademit, nil eis prodesse debet in iure accrescendi estque perinde ac si dicerem, Meuio dimidiam lego, Seio dimidiam lego, eundem fundum Titio lego. uel si dicerem, Meuio dimidiam fundi, Seio dimidiam Titio eundem fundum lego. Quo casu omnes ius accrescendi haberent, licèt non utiliter. idem in terminis.l.si ita quis hæredes. nam si dixi, primus hæres esto, secundus & tertius æquis ex partibus hæredes sunto. non est perinde ac si dicerem, primus hæres esto, secundus hęres esto, tertius hæres esto. (licèt id quidam putent) quia tunc ab initio æquè admitterentur, & ex post facto uiriles haberent in iure accrescendi. quod est contra illum tex. in uerb.pro portionibus. sed secundus & tertius habendi sunt perinde ac si dicerem secundus in dimidia, tertius in altera dimidia hæredes sunto. quo casu tantum primo quantum duobus illis dedisse uiderer, nec pręferentur primo in iure accrescendi idque non est propter orationis unionem, sed propter expressam partium designationem. nam ex quo dixi æquis partibus euidenter monstraui quòd uolui solidum cuique dare at solidum prima facie primo dare uideor, cum nullius partis mentionem feci.l.si quis cum totum.ff.de excep. rei iud. Hinc est, quòd si dicerem, secundum & tertium instituo. tunc (secundum op.communes) partes concursu faciunt, quia solidum prima facie cuique dedisse uideor.l.coniunctim de leg.3.ff.& tunc quod concursu desinunt habere, id concursu cessante recuperant, uel potius conseruant. sed cum dixi æquis partibus, tunc ut concursu nil amittunt, sed partium expressione ita repudiatione nil quærunt. Hactenus de intell.d.l.Meuio. &.d.l.si ita quis.

26 *Intell 5. d.l. Meuio .ff. de lega.2.*

27 *Intell.6. d.l. Meuio de leg.2.*

28 *Verbalis coniunctio, quando nō inducat prælationem in iure accrescendi?*

Vltimus intell.ad.d.l.Meuio.sit quòd inter collegatarios ius accrescendi locum habet etiam si & re & uerbis separati sint, (puta Meuio fundi dimidiam lego & Seio alteram dimidiam lego.) ut exactissimè probauimus infrà in 26.casu quo cessat ius accrescendi. & cùm id pro constanti & comperto iure consultus haberet in d.l.Meuio.ideo dixit, quia cum separatim & partes fundi & totus legatus sit, necesse est, ut pars, quæ uacat pro portione legati cuique accrescat. arguere enim à separatione ad ius accrescendi concedendum, ineptissimum esset, si uera foret communis opin.existimantium ius accrescendi non esse inter separatos; sed quia inter eos ius accrescendi esse in comperto erat, & in eo duntaxat quęstio manebat, utri potius ex collegatariis ea portio, quæ uacabat accessura esset; ideo iureconsultus dixit, necesse & ueluti expeditum esse, ut pro portione legati portio uacans cuique accederet. quandoquidem omnes erant separati sicque nil erat cur alter alteri præferretur. Nam quo ad prælationem concedendam in iure accrescendi ii soli coniuncti dicuntur, qui re & uerbis sicque mixtim coniuncti sunt; nec sola realis coniunctio, aut sola uerbalis coniunctio hanc ad rem sufficere uidetur. argum.l.coniunctim.ff.de leg.3.&.d.l.si ita quis hæredes.&.d.l.Meuio &.l.cohæredi.§.qui discretas.ff.de uulgari.l.hæredes fine.ff.de hær.inst.l.item quod Sabinus.§.1.&.§.si unus eod.tit.neque ad rem pertinet quod in.d.l.un.C.de cad.toll.uerbis coniuncti coniuncti appellentur, non etiam re coniuncti. nam illud procedit quò ad læsionem ipsorum quò magis teneantur ad subeundum onus legato impositum. ad quòd re tantùm coniunctus non tenetur, ut ibi nominatim exprimitur in.§.ubi autem cum.§ seq. Sed quo ad utilia quale est, ut portio uacans accrescat utque in ea præferatur onus alteri aliud fortè esset: cùm coniunctus re tantùm quò ad onus etiam recusandum emolumento agnito longè fauorabilior sit quàm uerbis tantùm coniunctus ut ibi.& sic ut nobis uidetur in.l.re coniuncti.ff. de lega.3.uers.præfertur.coniuncti appellatione re tantùm coniunctus continetur. nam dum ait, quòd si re tantùm coniunctus sit, constat non esse potiorem exponendum scilicet re & uerbis coniuncto. dum uerò subiungit, si uerò re coniunctus sit uerbis. quęstionis est, an coniunctus potior sit intelligendum, coniunctus.s.re tantùm & potior.s. coniuncto uerbis tantùm. sicque subiicitur & magis est, ut & ipse præferatur, hoc est ut ipse re tantùm coniunctus pręferatur uerbis tantùm coniuncto.

In hoc ergo articulo, in primis est opinio glos.in.d.l.re coniuncti & Bar.quòd neuter præmissorum præferatur. ita tenet Azo tenent Bar.Raine.Albe.de Rosata Flor.Bald.Ange.& Imola in.l.si ita quis.ff.de hær.insti. & Abbas in cap.& hi qui.quæstione 23.extra de æta. & qualitate.Crotus in.d.l.re coniuncti.Ioan.Fab.in.d.§.si eadem.inst.de lega.& ista est communis opinio secundum.d.Carolum Ruinum in repetitione.l. Gallus.§.& quid si tantum colum.42.ff.de liber.& posthum. sequitur Iason.in consilio 143.incip. spectabilis quondam in 4.uolumine colu.2.dum uult quod illa uerba æquis portionibus faciant quòd disiuncti simul cum coniunctis æqualiter admittantur. pro ista opinione est casus secundum Bar.in.d.l.re coniuncti. & in.d.l.si ita quis & in

l.Meuio

omnes & per omnes in.l. unica. C. quando non pet. l.Meuio.ff.de lega.2.tex.in.d.§.si eadem ubi dicitur, quod si duobus est res legata, siue coniunctim, siue disiunctim scinditur inter eos legatum: ergo neuter alteri præfertur, sed simul admittuntur. & tex.ibi in princip.in uerbo coniunctim intelligitur de uerbis coniunctis secundum glos.ibi & communiter doct.facit.l.unica.§.his ita uersic.sin autem ex his.C.de caduc. tollend. ubi si aliquis disiunctorũ repudiet partem suam ad omnes tam disiunctos quam coniunctos similiter cum suo onere pertinet. & tex.ibi in uerbo disiunctorum intelligitur de re tantùm coniunctis, & tamen ibi tex. uult quòd omnes admittantur, ergo neuter præfertur. & si tex. ibi in uerbo coniunctis, intelligeretur de mixtim coniunctis. non diceret ibi text. quòd simul admittantur, sed mixtim coniunctus omnibus prçferretur. ideo necessariò de uerbis coniunctis intelligetur. idem tenent Cynus & Dinus in.d.l.si ita quis. Ange.& Christophor.Porcus in d.§.si eadem.post gl.ibi in uerbo disiunctim. Præterea non dubium est, quin sint in consideratione quò ad ius accrescendi coniunctiones siue illæ reales tantùm sint; siue etiam uerbales tantùm ut in.l.re coniuncti.ff.de lega.3.& in.l.triplici.ff. de uerborum significatione. ergò ex mente & sententia iuris consultorum fuisse credendum est, ut harum coniunctionum neutra alteri præferatur, quandoquidem prælatio nulla lege expressim inducta reperitur. In summa, non est nouum, ut cum res dubia, anceps, & ambigua est: tunc iure consulti pro neutra partium sententiam tulerint, sed more ueluti rusticorum rem diuidi iusserint.l. si paterf.ff.de hær. inst.§.si.inst.de uulga.idem ergo & in presenti &c. Secunda est opinio Hugonis dicentis quòd uerbis tantùm coniunctus prçferatur. sequitur Petr.de Bellaper.Iacob. de Rau.Cumanus Besu.Iac.de Puteo &.d.Ias.in.d.l.re coniuncti. quæ opinio secundum eum est communis, & ita tenet Alciatus in.l. triplici.ff. de uerb. sig.& nouissimè Castalius in.l.quoties.§. idem ait.ff.de usufr.accres. Primò adducitur pro parte Petri.nam coniunctio uerbalis procedit secundum uoluntatem testatoris, & realis prouenit ex unitate rei: ideo uerbalis coniunctio est potior Bar. respondet quòd realis coniunctio etiam prouenit ex uoluntate testatoris assignantis rem unicuiq; & pro Bar. est tex.in.d.l. unica.§. his ita.C.de cad.tollen.ibi, disiuncti uerò ab ipso testatoris sermone apertissimè sunt discreti. Secundò mouetur Petrus & sequaces, nam uerbis coniuncti reputantur unum corpus.l.unica. §.hoc ita tam uariè C.de cad.tollen.l.planè in princ.ff. de leg.l. faciunt, quæ in simili dicit gl.in.c.quis in tãtũ. extra de prçben. Bal.in.l.si plures in pr.uer. itẽ electio. C. de cond. inser. Abb.& Felinus in.c.cum olim col.5. extra de re iudi.propterea debent reputari magis coniuncti.confirmatur secundum Besu.quia uidemus quòd in.§.si eadẽ inst.de leg.&.l.unic.§.his ita.C.de cad.toll. dicũtur solùm coniuncti mixtim coniuncti & uerbis tantùm coniũcti, & re tãtùm dicũtur disiuncti, ideo uidetur fortior uerbalis coniunctio. Bar.respondet quòd non uidet rationem quare unitas ex parte personæ operetur plus quàm ex parte rei. Item licèt uerbalis coniunctio operetur quòd coniuncti pro uno reputentur, & fictè & ideo dicit tex.in.d.§.hoc ita tam uariè, quòd coniuncti propter unitatem sermonis quasi in unum corpus rédacti sunt, & sic fictè, quia dictio quasi, ibi posita improprietatem significat Bart. & omnes in.l. si ante nuptias. post glo.ibi.ff.solu.mat.in.l.in suis.ff.de lib.& post.idem dicimus de patre & filio Bal. in.l.etiam colun.pe. C.de excep.rei iudi.l.fi.C.de impu.& cum talis unitas personalis sit ficta non debet magis attendi.quàm unitas realis in qua eadem res non fictè, sed uerè dicitur legata.§. sin autem disiunctim.C.de cad.toll.& sic patet, quòd dicta unitas formalis non est potior, sed uidetur potior realis unitas. ideo tollitur fundamentum præfatum. Pet.& adde quòd hanc opin.Petri.de Bellaperti. dicunt communem & sequuntur Iaso.in.d.l. re coniuncti. nume.148.& num.46.Ripa num.114.Crotus num.47. Politus num. 53.Besutius col.1. cum pl.seq.Alciatus.lib.6. paradox.c.7.& in.l.triplici.ff.de uerb.sig. Corrasi.in.l.testamento.C.de impub.num.4.5.& .6.Zasius.lib.1.sing.intell.c.18.col.3.qui omnes mouentur per tex. in. d.l. re coniuncti.ff.de lega.3. in quo re uera sufficiens fundamentum fieri non potest, tum quia tex.ille uarios recipit intellectus inter se aduersis frontibus pugnantes, unde secundum uulgares doctrinas in eo sufficiens fundamentum fieri non potest; tum & fortius quia illa lex errore scriptorum re uera corrumpta est, ne aliter existimantibus iure consultus uideatur legem multùm incõpositam edidisse. Preteres, in summa ne doctrina nostra cœca sine exemplis uideatur, dic si testator dixit primus & secundus in dimidia, & tertius in altera dimidia heredes sunto. & in hac dimidia, quam primo & secundo assignaui, quartus quoque heres esto. repudiante primo eius pars secundo tantùm, non etiam tertio, uel quarto accrescit: quia secundus repudianti erat mixtim coniunctus.ut.d.l.triplici.tertio autem uerbis tantùm coniunctus erat ergo &c.ut.d.l.re coniuncti. Tertio autem repudiante tunc eius pars non primo, uel secundo, qui secum erant uerbaliter tantùm coniuncti, sed quarto tantum accrescit, qui secum erat re coniunctus, quia uerbalis sola coniunctio, cùm realis per testatorem expressim dirimitur nil prodest ad inducendam prælationem in iure accrescendi: licèt ad ius accrescendi inducendum fortè possit prodesse. Quòd autem ad inducendã prælationem in iure accrescendi nil prosit, est tex. apertus in.d.l. si quis ita hæredes.ff. de hær.inst. & in.d.l.Meuio.in priu.ff.de leg.2. & in.l.Item quod Sabinus.§. unde idem.ff.de hær. instit.secundum quòd suprà induxi & dixi latius in materia realis coniunctionis. Ex quibus omnibus collige sequentes conclusiones.

Prima, quòd mixtim coniunctus reliquis prçfertur.

Secunda, quòd uerbis tantùm coniunctus, re tantùm coniuncto non præfertur, contra magis communem op.

Tertia, quòd re tantùm & uerbis tantùm coniuncti pariter non admittuntur contra alteram eo munem opinionem.

Quarta, quòd re tantùm coniunctus præfertur uerbis tantùm coniuncto contra omnes ferè doct.

Quinta, quòd uerbalis coniunctio per adiectionem huius dictionis çquè, uel æquis partibus eneruatur, non secus quàm realis coniunctio: nisi quòd uerbalis eneruatur interpretatiuè, realis uerò expressim, quod intellige, quando nulla pars fuit expressa à testatore sed omnes fuerunt indefinitè uocati.

Sexta quòd realis coniunctio sola non inducit prælationem in iure accrescendi, quando licèt esset realis inspecta proprietate uerborum, tamen inspecta legis interpretatione non erat realis coniunctio: quia uocatio indefinita uidetur restringi ad partem de qua specificè non fuit dispositum ut in terminis.l. item quod Sabinus §.unde idem.ff.de hær.insti.&.l.Meuio in princ. ff.de lega.2. itaque in terminis.d.§.unde idem. intelligo quòd erat coniunctio realis, quæ per.l.interpretationem eneruatur, quia duo ultimi, qui simpliciter fuerunt instituti licèt inspecta uerborũ proprietate ad totum inuitati uiderentur & consequenter cum reliquis essent realiter coniuncti; tamen inspecta.l.interpretatione ad unciam, quæ assi deerat tantùm uocati intelliguntur, & sic desinunt esse uirtualiter re coniuncti. E contra in d.l.Meuio.licèt duo primi essent inspecta uerborum proprietate uerbis coniuncti propter unitatem sermonis, tamen inspecta interpretatione legis desinunt esse uerbis coniuncti effectualiter. simile in.d.l.si quis ita hærdes.

Et cùm suprà dixerimus quòd ius accrescendi in legatis non datur in inuitum sed demum conceditur sponte accipienti, seu acceptanti.argumento textus in.l.unica. §.ubi autem legatariis.C.de cad. tollen. ubi traditur per

29 *Ius non decrescendi etiam in legatis datur inuitis secundum communem nos cōtra.*

part. & per omnes in.d.l.re coniuncti. dic quòd illud procedit in iure accrescendi strictè sumpto: sed quando 29 aliqui ueniunt per ius non decrescendi tunc accrescit inuitis etiam si sit legatum, ratio est secundum. Bar.in.d.l.re coniuncti. quia non possunt scindere legatum.l.neminem cum glo.ff.de leg.2.l.si cui res eo.titulo.l.legatarius.ff.de leg.1.l.quidam.C.de iure delibe. ubi est glo. magistra & ibi Bal.& moder.Aliam ratione dabat. Bal.ubi per moder.in.l.si ex asse.ff.de acq.hær.quòd qui partem indiuidui fecit, totum fecisse uidetur & sic,qui partem legati,uel hæreditatis agnouit, totum legatum,seu hæreditatem dicitur agnouisse. ratio ponitur in.l.unica.§.his ita.C. de cadu.tollen.d. Ias.in.l.1.colum.1.ff.de acq.hær.post Bar.& Bal.dat alias rationes, quem uideas. & hoc secundum Bar. ibi procedit etiam si hæres adeundo diceret partem adeu, & partem repudio: quia talis declaratio uoluntatis non tollit quominus eo inuito habeat locum ius accrescēdi, quia aditio patris habet hanc naturam à iure appropriatam quòd trahitur ad totum.d.l.si ex asse. Ideo dicta protestatio contra naturam actus præambuli uitiatur.l.per seruum.§.1.ff.de usu & hab.l.prima.§.1.ff. si usufruc. peta.l.cum precario.ff.de precario. Nec obstat,si dicatur, quòd dicta uerba dicuntur continere repugnantiam & sic actus debet uitiari.l.ubi repugnantiam.ff.de reg.iur. ut dicebat Iac.de Are. nam secundum Bar.non est repugnantia, quia ius accrescendi competit inuito ut per Bar.in.d.l.re coniuncti. &.d.§.his ita,quia cōperit portioni,non personæ.l.si Tirio.§.1.ff.de usufruc. accr.d.l.si totam.ff.de acq.hær. ideo persona ei renunciare non potest extendēdo seu limitando de quo etiam per Io.de Imo.in.l.1.§.si ex fundo.ff.de hær. instit. per Abb.in.c. Raınucius in fin.extra de testa. ubi extendit quòd hoc habet locum etiam ab intestato. & idem dici debet in pluribus re tantùm coniunctis, qui rem insolidum habere dicuntur, arguendo de una persona ad plures glo. in.l.na ad ea.ff.de cond.& dem.licèt glo.in.d.l.neminem contrarium uidetur uelle. Verùm licèt in hoc articulo ita transeat in.d.l. re coniuncti.Bar.nu. 49. cum quo simpliciter transit Iaso.ibi num.238. & Ripa num. 184. & Crotus num.86.tamen Politus num. 62. contrarium sentit,ut portio repudiata collegatario non inuito, sed tantùm uolenti accedat siue iure accrescendi, siue iure non decrescendi deferatur; quia.l. legatarius.ff. de leg.1.l.neminem cum duabus.ll.seq.ff.de lega.2. loquuntur quando legatum uni tantùm relinquitur, tunc enim legatarius scindere legatum non potest, secus autem si duobus relinquiretur, quo casu partes quodammodo factæ uidentur. Tu autem considera quòd ius non decrescendi in duobus casibus locum habet, primus, cùm collegatarii sunt re tantùm coniuncti.ut.§. ubi autem; cum seq.C.de cadu.tollend.secundus,quando sunt mixtim coniuncti.glo. mag.in fin.ibi,quam ultra doct. ibi, qui eam communiter sequuntur, sequitur etiam Bar.nume.55.in.d.l.re coniuncti.ubi Ias. num.11.Alex.in.l.stipulatio ista.§.in stipulationibus . num.7.ff.de uerb.obl. Soci.in.l.si separatim.ff.de condit.& dem. Dico ergo quòd ius non decrescendi legatario inuito non datur tex.est in.§.hoc ita tam uariè.C.de cad.toll.cum.§.seq. qui incipit ubi autem. nam.d.§.hoc ita tam uariè loquitur in mixtim coniunctis, ut patet ibi, sermo testatoris omnibus prima facie solidū assignare uidetur. & ibi quasi suam facit.l.coniunctim.ff.de lega. 3. sed statim io.§. seq.ait quòd legatariis coniunctis pars repudiata, uel quoquo modo defecta non inuitis, sed uolentibus accrescit:ergo necessariò intelligendum est de coniunctis mixtim.& in hoc casu op. Bar.& communis sine dubio uera non est,ut ius non decrescendi deferatur collegatario inuito, quinimmo defertur uolenti. In secundò autem casu, quando erant re tantùm coniuncti uidetur quòd inuito collegatario ius non decrescendi deferatur.argumento.§.fin uerò nemo.&.§.fin autem ad deficientis.&.§.fin uerò disiōnctim.C.de cadu.toll. ubi accrescit sine onere.1.datur ius non decrescendi sine onere collegatario iniuncto eo quòd solida res agnoscenti relicta uidetur. ergo ut si ab initio coniunctum nullum habuisset,scindere legatum non posset:ita & si habuit,si tamen per.l. interpretationem postquam is repudiauit nullum coniuctum habuisse uidetur.& sic procedat hoc casu op. Bar. & communis contra quam tamen facere uidetur.l.legatarius. in prin.ff.de leg.1.cogita ergo.

De tacit. substitutione, uel iure accrescendi §. xxiij.

SVMMARIVM.

1 *Ius accrescendi cessat,ubi est omnimoda disiunctio realis. cum communi.*
2 *Pars,quæ potest ad oculum demonstrari facit aliam rem uideri.*
3 *Distributiuum impedit ius accrescendi.*
4 *Accrescendi ius datur similiori ac uiciniori.*
5 *Accrescendi ius est prorogatio eiusdem formæ.*
6 *Legatum quid sit.*
7 *De eadem re.*
8 *Intell.l.cum quæstio.C.de lega.*
9 *De eadem re.*
10 *Intell.l.qui non.§.filijs.l.si ita.§.quidam.ff.de hær.instit.§.ex diuerso.instit.eod.titulo.*
11 *Separatio realis quædam uisibilis,quædam pro indiuiso,& tunc,quædam expressa,quædam tacita, quædam, quæ licèt expressa uideatur inspectis uerbis testantis, tamen inspecta legis interpretatione nec expressa est nec tacita etiam.*
12 *Coniuncti re,qui sint.*
13 *Coniunctio realis non impedit tacitè partes fieri à lege.*
14 *Copula inter personas facit partes æquales.*
15 *Coniunctione in mixta partes factæ uidentur, sed an à lege,an à testatore, ardua q. est?*
16 *Separatio realis tacita non impedit ius non decrescendi.*
17 *Re coniuncti, qui dicantur.*
18 *Accrescendi ius quando fit,& quando ius non decrescendi.*
19 *Si duobus mixtim coniunctis res legatur ut transeat dominium?*
20 *Dominium pecuniæ legatæ non transit ipso iure in legatarium.*
21 *Dominium rei legatæ duobus, ita quòd quinq; solidum haberet in neutrum transit ipso iure à morte testantis.*
22 *Dominium rei duobus legatæ ut transeat in eos.*
23 *Ius accrescendi cessat quando pluribus eadem res legatur,hoc acto, ut quilibet solidam rem consequatur cum communi contra nouiss.*
24 *An sit ius accrescendi in re quæ testatori debita erat.*
25 *In usufructu est ius accrescendi inter uerbis tantùm coniunctos ab initio.*
26 *Intell.l.pen.ff.de usufr.accres.*
27 *Ius accrescendi cessat in usufructu inter uerbis tantùm coniunctos. contra communem.*
28 *Inter uerbis tantùm coniunctos in usufructu non esse ius accrescendi.*
29 *Intell.l.1.§.interdum.ff.de usufru.accre.*
30 *Vsufructu inter uiuos constituto non esse ius accrescendi contra communem.*
31 *L.1.§. interdum.ff. de usufr. accr.*

32 *Ius accrescendi non est post portionem quæsitam cum communi.*
33 *Accrescendi ius cessat post portionem quæsitam etiam ex coniunctione legali.*
34 *Ius accrescendi est in usufructu post portionem quæsitam cum communi.*
35 *Ius accrescendi an concurrat cum substitutione contra communem.*
36 *Fortius absorbet debilius.*
37 *Pupillaris hæreditas est ueluti portio paternæ hæreditatis.*
38 *Accrescendi ius est interdum inter diuersas hæreditates.*
39 *Substitutio est conditionalis institutio.*
40 *Puri, & purificati idem iudicium.*
41 *Institutus in pluribus portionibus eiusdem hæreditatis, aditione unius omnes acquirit iure institutionis, non partim iure accrescendi.*
42 *Intell. l. pen. ff. de iniuf. rup.*
43 *Verba ad totum referenda.*
44 *Verba simpliciter non secundum quid accipienda.*
45 *Ius accrescendi non est quando institutus in pluribus portionibus unam agnoscit, & alteram repudiat. contra communem.*
46 *Causam acquisitionis nullus mutare potest.*
47 *Hæreditas, legata, conditionesque an possint diuidi per honoratum.*
48 *Ius accrescendi non est post portionem quæsitam etiam reuocabiliter contra communem.*
49 *Intell. l. cum hæreditate. ff. de acquir. hær. contra communem.*
50 *Piæ causæ fauore an quis possit partim testatus decedere? ardua q.*
51 *Pijs in causis an semper ius canonicum sit inspiciendũ.*
52 *Accrescendi ius an detur inter re, & uerbis separatos. egregia q.*
53 *Species generi suo affinior est quàm alteri speciei.*
54 *Testator quo minus potest uidetur hæredem onerasse.*
55 *Argum. de singularibus ad uniuersalia, uel contra, non ualet.*
56 *Testator de uno fundo plures facere potest, sed de hæreditate plures facere nequit.*
57 *Hæreditas est inuisibilis & incorporea.*
58 *Inter re, & uerbis disiunctos an sit ius accrescendi. ardua quæst.*
59 *Ius accrescendi datur inter legatarios re, & uerbis separatos contra communem.*
60 *Coniunctus etiam re, & uerbis separatus excludit substitutum.*
61 *Intell. l. & Proculo. ff. de leg. 2.*
62 *Accrescendi ius ut sit, oportet portionem ex toto uacare.*
63 *Coniunctio uerbalis sola inducere non potest ius accrescendi sola de per se contra communem op.*
64 *Quòd inter collegatarios re & uerbis disiunctos possit esse ius accrescendi.*
65 *Intell l. & Proculo. ff. de lega. 2.*
66 *L. & Proculo. ff. de leg. 2. aliter intelligitur.*
67 *Accrescendi ius non datur ei, qui à testatore non fuit nominatus.*
68 *Intell. l. planè. §. si coniunctim. ff. de leg. 1.*
69 *Ius accrescendi cessat ubi portio speratur posse deberi.*
70 *Ius accrescendi an detur ei, qui admittitur iure speciali & contra uoluntatem defuncti.*
71 *Dispensatio interdum extenditur.*
72 *Ius accrescendi an cesset, quãdo succeditur contra uoluntatem defuncti permissu legis.*
73 *Vsufructus legatus recipit ius non decrescendi.*
74 *Ius accrescendi an detur coniunctis per statutum.*
75 *Ius accrescendi an detur quando bona sunt in diuersis territorijs.*
76 *Ius accrescendi an detur in pœnis.*
77 *Coniuncti non sunt, quando uni genus, alteri species legetur. cum communi.*
78 *Genus quid dicatur.*
79 *Si uni genus, alteri species legetur, tūc non concurrunt, quia species integra deducitur de genere.*
80 *Ius accrescendi an detur quando uni genus, alteri species legatur.*
81 *Intell. l. qui quadraginta. ff. ad trebell.*
82 *Species integra semper deducitur de genere siue primò genus legetur, deinde species, siue contra.*
83 *Intellectus l. cum quæstio. C. de leg.*
84 *Concursus non est inter usum fructuarium omnium bonorum, & eum, cui fundus legatus fuit. egregia q.*
85 *Ius accrescendi an cesset in alimentis.*
86 *Accrescendi ius cessat inter succedentes diuerso iure.*
87 *Accrescendi ius cessat quando unus uenit per contra tab. alius per secundum tab.*
88 *Accrescendi ius cessat quando unus uenit per ius ciuile, alius per prætorium.*
89 *Accrescendi ius cessat quando unus succedit ex testamento, alius ab intestato.*
90 *Accrescendi ius cessat in casu de quo hic.*
91 *Accrescendi ius cessat in casu de quo hic.*
92 *Accrescendi ius cessat in casu de quo hic.*
93 *Ius accrescendi an detur in annuo reddituu.*
94 *Ius accrescendi an detur in eleemosyna.*
95 *Ius accrescendi an detur in distributionibus.*
96 *.us accrescendi an cesset per commemorationem.*
97 *Intell. ad l. sicut. ff. de adim. lega.*
98 *De eadem re.*
99 *De eadem re.*
100 *Ius accrescendi an cesset per uerba taxatiua.*
101 *Ius accrescendi an cesset in dispositionibus limitatiuis.*
102 *Intell. nouus ad l. Lucius. §. qui habebat. ff. ad treb.*
103 *Ius accrescendi an cesset in substitutione fideicommissaria.*
104 *Ius accrescendi an cesset in fisco.*
105 *Ius accrescendi an cesset prohibente testatore.*
106 *Ius accrescendi an cesset, quando portio ope tantùm exceptionis uacabat.*
107 *L. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de test.*
108 *Ius accrescendi an cesset in legitima liberorum.*
109 *Ius accrescendi an cesset in instituto in re certa.*
110 *Hæredi rerum certarum an accrescat hæreditas.*
111 *Ius accrescendi cessat portione quæsita.*
112 *Ius accrescendi datur, cùm portio quæsita per restitutionem omittitur.*
113 *Ius accrescendi datur post portionem quæsitam in assignatione liberti.*
114 *Ius accrescendi post portionem quæsitam an detur in hærede adire coacto.*
115 *Ius accrescendi an post portionem quæsitam detur in causis pijs.*
116 *Ius accrescendi an detur post portionem quæsitam in lucro à lege delata.*
117 *Ius accrescendi an impediat, qui ad partem non admittitur? noua ratio.*
118 *Intell. l. si ponat. §. si ff. de inoffic. testamen.*
119 *Accrescendi ius an cesset in iure patronatus.*
120 *Accrescendi ius an cesset in feudis.*

POSTREMÒ uidendum est, in quibus casibus cesset ius accrescendi, & decem supra nouem enumerauimus suprà de successionum creatione. §. 10. super rep. l. qui quartam. §. fin. ff. de lega. 1. quam collocauimus in pr. par. d. §. 10. Ergo 1 uigesimo inter legatarios uerbis tantùm coniunctos, non habet lo- 1 *Ius accrescendi cessat, ubi est omnimoda disiunctio realis cum communi.*

cum ius accrescendi, quando in re est omnimoda disiunctio; ut si testator dicat Titio & Meuio lego singulos seruos.l.huiusmodi.§.quibus.ff.de lega.1.tenet Ludou. Roma.consil.185.incip.pro decisione uel secundũ Bart. in.d.l.re coniuncti, in princ. si dicatur

2 *Pars, quæ potest ad oculum demonstrari facit aliã rẽ uideri.*

2 lego Titio & Seio fundum factis portionibus pro diuiso, tunc enim quęlibet pars diuisa, est separatus fundus.l.rectè dicimus §.fin.ff.de uerbor.sign.propterea inter eos non habet locum ius accrescendi. Aliud est exemplum in.l.1.in pr. quib. mod. usu amit.& hoc sequuntur Salicet. Cuma. dd.in.d.l.re coniuncti.& omnes in.d.§.quibus. ubi plus dicebat notanter.Bart. quod si testator instituat filias suas in centum pro qualibet, licèt sint uerbis coniunctæ, non erit inter eas ius accrescendi. sequuntur ibi Alex. Paul. de Castr.Ioan.de Imola.&.d.Iason.Bald. Nicol.de Neapol.Flor. Cuma.& Bald.Angel.& Fulgosi.in.l.si duobus §.fin.de legat.1.Ioan.de Imola & Alex.in.l. qui filiabus §.1.de lega.1.Angel.consi.11.incip. Seruitius notarius. per Alexand.consi.55.incip.uiso.lib.2.tenent alij multi, quos retuli suprà.§.10.nume.91.per Mathæsillanum in singul.155.& ab hac decisione & doctrina Bart. nullus discrepat secundum Iason.in.d.l.re coniuncti.ex qua inferebat Salice.in.d.l.unica.§.sin autem disiunctim.C.de caduc.tollend. Quòd si 3 testator dicat Titiæ, Caiæ, &

3 *Distributionum impedit ius accrescendi.*

Catherinæ relinquo pro dotibus & cuilibet earum mille, tunc propter diuisionem rerum, quæ potest ad oculum demonstrari non erit inter eas ius accrescendi. sequitur Ioan.de Plat.in.l.unica.C.si libe. imper.soc. sin. hær.decess.lib.10.ubi dicit post Salicet.quod secus esset si testator dicat, lego filiabus Titij centum pro se maritandis; quia tunc esset ius accrescendi.l.qui quartam §.si quis unam.de lega.1.ff.nisi adiiciatur dicto legato uerba pro qualibet, uel cuilibet earum. pro ista communi opinione facit ratio.l.in agris.de acquiren.rerum domi.& quæ notat.Iason.in.l.age.C.de usufructu. & glos. notab.in.l.quod in rerum.§.si quid in uerbo, & domus ff.de legat,1.l.si quis duas.§.si quis partes.ff.commun. prædio.l.planè.§.fin.ff.de legat.1.circa quod per Castalium in.l. cum singulis.ff. de usufruct.accrescen. & iuxta dictam opinion. communem aduerte, quia nonnulla possunt in contrarium adduci, quia uerbis tantùm coniuncti semper habent partes. ut in.d.l.planè.§. coniunctim. ibi, constat partes ab initio fieri & statim res legata ex testamento in singulas personas censetur diuisa. ut dicit text.in.l. cui fundus.ff.de conditio, & demonstratio. & in.l.unica.§.is ita.cum sequentibus C.de caduc.tollen.& dicta iura non destingunt si partes sint omnino diuisę aut non; sed nolunt duntaxat quòd fiant partes ut inducatur formalis coniunctio, & sit ius accrescendi: ergo non debet fieri uis ut dicantur omnino diuisæ, uel non diuisæ postquam iura simpliciter loquuntur.l.1.§.generaliter.ff.de lega.pręs. facit quia assignatio rei legatæ insolidum facta non tollit, nisi realem coniunctionem, non formalem, nec ius accrescendi.l. si pluribus.ff. de lega.1. facit.l. sicut in annos.§.1.&.§.2. ff. quib. mod. usu amit.ubi in usufructu ipsi usufructuario post capitis diminutionem repetito est ius accrescendi, & sic ad diuersum usufructum omnino à primo usufructu debito distinctum. Denique communis op. tenenda est, ut hoc casu non sit ius accrescendi; quia cum factis partibus pro diuiso quælibet pars fundum integrum inspecta legis censura & interpretatione constituat. l.quod in rerum.&.§.1. cum glo.ff.de leg.1.l.rectè dicimus.ff. de uerb.sign.consequens est ut pars repudiata quasi res omnino distincta & separata à parte agnita ei accedere non possit: quia 4 species separata maiorem similitudinem habet cum suo genere maioremque

4 *Accrescendi ius datur similiori ac uiciniori.*

uicinitatem & contiguitatẽ quam quòd cum alia specie contenta sub genere. nam homo animal rectè dicitur, & tamen bos non rectè diceretur.l. si quid earum.§. interemptum.ff.de leg.3.quo fit ut in specie nostra ea pars, quæ uacat maiorem similitudinem habeat cum uniuersa hæreditate quàm cum aliis rebus & speciebus hæreditariis, quoniam hæreditas est genus comprehendens subse omnes res hæreditarias. in princ.inst.de rèb.corp & incorp. l.hęreditas etiam sine.ff.de peti.hær.ergo 5. cùm ius accrescendi sit quædam prorogatio eiusdem

5 *Accrescendi ius est prorogatio eiusdẽ formæ.*

formæ & naturæ, cuius est pars, cui accessio contingit ut dixi, & probat.l.si Titio.ff.de usufructu. sequitur quod magis eiusdem formę esse uidebitur si accrescat hæreditati uel ad eam reuertatur, quàm si alteri speciei hæreditariæ distinctæ & separatæ accederet. Itẽ 6 cùm

6 *Legatum quid sit.*

legatum sit delibatio hæreditatis.l.legatum.ff.de lega. 2.resq; de facile reuertatur ad suam naturam, consequẽs est ut species, quæ uacare cœpit reuertatur ad suũ principium.i.ad ipsam uniuersalem hæreditatem unde profecta fuit.faciat quod Boetius ait, Repetant proprios queque recursus. facit. l. filio quem, ff. de liber. & posthum.

7 *De eadem re.*

Ex his ergo 7 infero nouum intellectum ad.l. cum quæstio.C.de leg.s.quòd procedat solùm, quando dixit, primus hæres esto, uel primum hæredem instituo. uel primum hæreditatem totam, uel simpliciter relin-

8 *Intell. l. cum quæstio.C. de lega.*

quo: deinde adiecit dimidiam hæreditatis partem secũdo relinquo. id quod probatur ibi multipliciter, Primò, ibi, agrum Cornelianum insolidum, iuncto uerbo partem eius dimidiam, Secundò, ibi, uel agrum uel hæreditatem primo quidem insolidum. Tertiò, ibi, & si tota re prius relicta tertiam partem secundo reliquerit. Quartò, probatur ibi, pręsens casus exitum apertissimum inueniet. per quod patet quòd.l.illa extra casum proprium extrahenda non est. Idem probatur necessariò in.l.si ita scriptum.§.quidam.ff. de hære. insti.ubi licèt tota hæreditas primo assignata sit, tamen si secundo plus quàm dimidia hæreditatis pars assignatur ad huc quod secundo datum est non totum primo ademptum uidetur, sed ad dupondium transisse uidetur. Ex quibus omnibus patet quòd.d.l.cũ quæstio, quę ait quòd tam in legatis quàm in institutionibus quod posteriori datum fuit in primo adẽptionem inducere uidetur: nõ procedit quando secundo plus quam dimidia hæreditatis seu legati relinquitur. quod nouiter & in spetie tenuit Cumanus ibidem, quem refer.Corn.ibi.col. pen.ad princ.etenim si primo hæreditatem, uel rem simpliciter reliqui, deinde eiusdem hæreditatis uel rei partem dimidiam, uel minorem alteri dedi, qualis fuerit uoluntas mea non satis certum est, quia fortè priori adẽptum uolui, quod posteriori dabam, uel fortè uolui in dimidia illa utrumque concurrere, uel fortè ad dupondium transire uolui. Lex autem ademptionem interpretatur quando per hoc posterior nõ plus fert quàm prior & non aliter. unde si posteriori plus quàm dimidia relicta esset ad dupondium transire testatorem lex interpretaretur, ne posterior cui pars plus quam primus, cui totum datum fuit, ferret. & per ista fundamenta infero quòd 9 d.l. cum quæstio procedit quando testator ait

9 *De ead. re.*

hæreditatem seu fundum Seio relinquo. deinde adiecit dimidiam hæreditatem, uel tertiam fundi dimidiam, uel tertiam Meuio relinquo. tunc quod Meuio datum est Titio ademptum uidetur ut ibi; secus si testator dicere hæreditatis uncias duodecim primo relinquo, deinde adiecit Seio uncias sex: nam tunc ad dupondium transisse non traslationem omnimodam fecisse illarum sex unciarum uidetur. Ita 10 intelligo.l.interdum.§.sed si

10 *Intell. l. qui non.§. filijs.l. si ita.§ quidam ff. de hære.inst. §. ex diuerso inst. eod.tit.*

excesserit.l. si ita scriptum.§. quidam.l. qui non militabat.§.filius.ff.de hær.inst.§.ex diuerso.&.§. sed si plures inst.eod.sed & hic intellectus & limit. probatur ratione nam testator suam hæreditatem in uncias sex supra duodecim procul dubio potest diuidere.§.hæreditas.§.ex diuerso.§.& si plures.inst.de hær.inst.d.§.filiis.d.§.sed si excesserit.d.§.quidam.Item & facere si potest fecisse uidetur. ut probatur per locum ab speciali, uel à contrario sensu in.l.triplici.ff.de uerb.sig.in fi.ibi (sed eo quod Sempronius quoque ex parte dimidia scriptus fuit) ubi

innuit

innuit quòd quia in tres dimidias hæreditatem diuidere (ut pote impossibile) non potest testator, ut declaraui ideo ademptionem partis fecisse uidetur. i. realem coniunctionem: si ergo in tres dimidias diuidere posset, non uideretur coniungisse. in proposito, ergo rùm in decem & octo uncias diuidere possit, dicendum est diuisisse potius quam ademptionem fecisse, non solùm partis sed etiam uniuersarum sex unciarum. Sed certè ad hoc facilis est resp. nam in. d. l. Iulianus & d. l. triplici. in fin. omnes pariter fuerunt instituti. Vnde nec totalis ademptio potuit præsumi quasi pars de genere detraheretur, quia omnes erant æquales, nec etiam potuit præsumi quasi per commemorationem translatio induceretur, quia illa commemoratio fuit facta per uerba demonstratiua, non per uerba priuatiua ut suprà dixi. at in casu nostro potuit dubitari, an datio partis derogaret dationi totius? & idem puto. si dixit, primum ex asse instituo, & adiecit secundum ex semisse. nam ad huc puto quòd semis non deducatur de asse, sed quòd tres semisses facere uoluerit; quia in hac specie concurrunt eius potentia certa, & uoluntas præsumpta. ut probaui suprà. Denique quò ad principalem quæstionem considera quòd 11 aliquando, & primò est omnimoda disiunctio realis & expressa. i. uisibilis: ut puta quia ita dixi, Titio partem fundi superiorem usque talem arborem, Seio partem fundi inferiorem usque ad talem tramitem lego. & hoc casu cessat ius accrescendi, licèt sint uerbis coniuncti. ut. l. huiusmodi. §. quibus. de leg. i. l. 2. in princ. ff. quibus mod. usuf. amit. Aliquando & 2. est disiunctio realis expressa, sed non uisibilis, uelut si dixi, Titio fundi dimidiam, Seio alteram dimidiam lego. & tunc, si quidem sunt uerbis coniuncti ut in proposito exemplo, est inter eos ius accrescendi. ut. l. Meuio. ff. de leg. 2. Aliquando & tertiò, est expressa disiunctio realis licèt non uisibilis, & est etiam disiunctio uerbalis, ueluti si dico, Titio fundi dimidiam lego, Seio fundi alteram dimidiam lego. & tunc cessat ius accrescendi. ita intelligitur communiter. l. i. 2. resp. ff. de usufructu accres. & l. pe. uers. non minus. eod. tit. nos aliter suprà diximus & infrà in. 26. casu. Aliquando & quartò, est disiunctio uerbalis, ueluti Titio & Seio fundum lego. hoc enim casu partes tacitè fiunt ut in. l. planè. §. sint coniunctim de leg. i. & in. l. si duobus. §. fi. 2. respon. eod. tit. iuncto. §. coniunctim insti. eod. quod latius probatur in sequentibus, & tunc est ius non decedendi ut §. ubi autem legatarii. iuncta glo. non sentiat, quæ app. ut ad eam notaui. C. de cadu. toll. Aliquando & quintò, est omnimoda & expressa disiunctio realis quò ad uerba testatoris, sed tamen est omnimoda coniunctio realis quò ad interpretationem legis, ueluti Titio fundum Titianum lego. Seio fundum Titianum lego. & tūc est ius non decrescendi ut. d. §. ubi autē legatarii. & l. si pluribus. de leg. i. licèt enim prima facie solidum fundum singulis testator reliquerit. lex tamen interpretatur ut concursu partes faciant: nam si talem legis interpretationem non haberemus, diceremus quòd alter fundum, alter fundi estimationem habiturus esset. argu. §. si res aliena. insti. de lega. & l. si pluribus. ad fi. & l. planè. §. si eadem de leg. i. ff. sicut si duobus separatim rem uendidi meam, alteri eam, alteri eius æstimationem uel interesse compellar præstare. l. quoties de rei uendi. C. l. si tibi. C. de hæred. uel act. uend. Adde quòd quò ad tertium membrum oppositum sentit Bar. & male in l. re coniuncti. de leg. 3. nume. 23. dum allegans. l. i. in. 2. resp. & l. pe. de usufructu accres. intelligit quòd ibi disiunctio realis erat uisibilis. nam illa est manifesta & diuinatio & restrictio ad illa iura, quem sequitur Ias. ibidem num. 103. post. Salj. Paul. & Rapha. quos ipse refert & adde quòd Ias. in. l. si duobus. §. fi. de leg. i. intelligit quòd in. d. l. i. in. 2. respon. & in. d. l. pe. legatarii erāt uerbis coniuncti, sed quò ad dictam. l. i. 2. resp. & dictā. l. penultima. ff. de usufructu accres. uidebis quod latius suo

11 Separatio realis quædam uisibilis quædā pro indiuiso, & tunc quædā expressa, quædā tacita, quædam quæ licèt expressa uideatur inspectis uerbis testantis, tamen inspectis legis interpretatione nec expressa est, nec tacita etiam.

loco differimus. & quod in quarto casu diximus esse tacitam disiunctionem realem, intellige inspecta legis interpretatione: nam alias inspectis uerbis testatoris eorumque proprietate nulla erat; separatio realis.

Adde quòd si mihi & Titio eadem res legatur & sic coniunctim re, & uerbis, re enim & uerbis cùm duo coniunguntur tūc res coniunctim legata uidetur, quod patet. Nam 12 si dico Titio & Meuio hominem Stichum lego. Titius & Meuius re & uerbis coniuncti dicūtur secundum Bar. in. d. l. re coniuncti. m. 3. q. princ. nume. 16. & Ias. ibidem num. 88. ut. §. coniunctim. insti. de leg. ergo 13 cum. l. dicit coniunctim rem fuisse legatam, de coniunctione reali simul & uerbali intelligendum est, in talique re partes ab initio factę intelliguntur. text. est in. l. si duobus in princip. in uerbo coniunctim. iuncto uerbo. solam partem, & in. §. fin. in. 2. resp. ff. de leg. i. & in. l. planè. §. si coniunctim in uerbo coniunctim. iuncto uerbo constat partes. de legat. i. ad idem est tex. in. l. qui quartam. §. fin. de leg. 2. inducendo sic, si filiabus meis fundum lego, filiæ uidentur re & uerbis coniunctæ. ita ait Bar. in. l. re coniuncti numero 16. in fi. & Iason ibidem numero 99. At in. d. l. qui quartam filiabus meis fundum legaui inter quas erat posthuma, & tex. ait quòd demum si posthuma non nascatur natis solidum debetur. ergo antequam id certū esset, filiabus iam natis partes tantùm debebantur. & pondera uerbū deberi, quod denotat effectum iuris, ut per hoc intelligendum sit interim totum mero iure non deberi, ut. §. omnis instit. de uerbor. obligat. ad idem est text. in. l. si pluribus. in uerbo. coniunctim. iuncto uerbo partem. ff. de lega. 1. & in. l. legata inutiliter. §. fin. generaliter intelligendo de lega. 1. ff. idq; patet ratione, nam in nostro exemplo copula 14 &, posita inter legatarios eis partes facit æquales. l. reos. §. rū in tabulis. de duobus reis ff. tenent. Alex. & Ias. in. l. si mihi & Titio. in princi. ff. de uerbo. ad idem. l. si mihi & Titio & in. l. cum qui ita. in princ. ff. de uerbor. obliga. arguendo de contractibus ad ultimas uoluntates & in. l. fi. C. de inutil. stip. & §. quod siquis sibi. instit. eod. & hanc partem in specie tenet Aretinus in. l. si pluribus. de leg. 1. col. 4. ad fin. cum prin. seq. licèt contrarium & malè teneat in specie Iason. ibid. nume. 9. post Paul. quem ipse refert & idem teneat Bart. num. 16. in. l. re coniuncti. in uersic. & ad rationem Petri dicens quòd licèt si concurrant, partes faciunt per concursum tamen ab initio testator solidum cuique assignasse uidetur; quod uidetur contra omnes. ll. suprà allegatas & in specie contra. l. si duobus. ff. de leg. 1. in. §. fin. 2. resp. ubi secundum intellectum glos. Bart. Paul. & Iason. ibidem ipse testator fecisse partes illas uidetur, licèt eodem modo quo Bart. respondeat & Iason. in. d. l. si pluribus col. 3. in princ. idem etiam ait glos. fin. in. l. 1. §. fin. ff. de usufructu. accrescen. quæ expressim uult quòd si Titio & Meuio fundum legaui, & sic re & uerbis coniunctim, solidum cuique dedisse uideor: quam glos. sequitur Bart. nume. 16. in. l. re coniuncti. & cum ea est commun. opin. secundum Iason. ibidem nume. 88. idem uult glos. quæ app. communiter per. dd. ibi in. §. sint autem ad deficientis. C. de caduc. tollend. dum text. illum loquentem in re tantùm coniunctis dicentemq; quòd talibus solidum cuique testator dedisse uidetur; illud quidem extendit ad coniunctos re & uerbis, sentiens quod eisdē solidum cuique testator dedisse uidetur. Denique 16 hac de re uide Bald. in. l. si Fonidianum. C. de legat. Iason. in. l. re coniuncti de legat. 3. num. 22. Ripam. num. 30. Zasium. lib. 1. singu. resp. c. 18. Alcia. in. d. l. triplici. ff. de uerbor. signific. Iason. in. l. si duobus. in princ. ff. de legat. 1. Iason. in. l. si duobus suprà alleg. §. fin. Bart. in. l. cui fundus. ff. de conditio. & demonstratio. Cumanum. in. d. l. re coniuncti. in princ. Areti. in. d. l. si duobus. §. fin. ubi etiam Imola. & Paul. Ripam. in. d. l. re coniuncti. numero 27. qui omnes uidētur in hoc inclinare ut putent in hoc casu partes fieri non tā ex dispositione testatoris, quàm

12 Coniuncti re qui sint.

13 Coniunctio realis non impedit, tacitè partem fieri à lege.

14 Copula inter personas facit partes æquales.

15 Coniunctione in mixta partes factæ uidentur sed an à lege an à testatore ardua. q. est.

16 Separatio realis tacita non impedit ius non decrescendi.

ex interpretatione legis ; partes autem factæ, seu partiũ diuisio facta ex legis interpretatione non impedit secundum eos nec dirimit realem coniunctionem, & consequenter ad huc inter eos erit ius non decrescendi ea ui mixtæ coniunctionis. Sed certè quòd tacita illa partiũ diuisio sit, fateor, uerumq; est, quodque ea tacita partium diuisio non dirimat mixtam coniunctionem, & per hoc non impediat quin sit inter eos ius non decrescendi similiter uerum est : quòd autem ea tacita partium diuisiò fiat ex sola legis interpretatione, non etiam ex testatoris dispositione, id contra omnes leges suprà allegatas esse uidetur. Sed tenendo communem opinionem responde quòd partium diuisio fit a lege ex præsumpta & uerisimili mente testantis, qui non uidetur uoluisse hæredem bis circa eandem rem grauari. l. planè. 1. §. si eadem res. ff. de legatis. 1. l. utrum uerb. quasi ab initio ff. de rebus dubiis. Nec oberit l. coniunctim. de lega. 3.

17
Re coniuncti qui dicantur.

Nam 17 non solùm re & uerbis coniuncti sumus, si mihi & tibi fundus legetur hoc modo, Titio & Seio fundum lego, sed etiam hoc modo Titio fundũ, Meuio eundem fundum lego. insti. de lega. §. coniunctim. in. 3. resp. exemplificabat Petrus relatus per Bart. in. l. re coniuncti nume. 16. ff. de lega. 3. quod exemplum omnes indifferenter sequuntur secundum Iason. ibidem. nume. 98. quia testatorem sæpius locutum fuisse, non sæpius legasse. l. interpretatur ut. l. Meuius. §. eum qui. ff. de legat. 2. ne hæres bis in eadem specie præstanda grauetur. ut. d. l. si pluribus. & l. planè. §. si eadem res. de legat. 1. melior text. in. l. Titia. §. qui in uita. de lega. 2. declarat Aretinus in. d. l. si pluribus. col. 4. ad fin. cum pri. sequen. Deni-

18
Accrescendi ius quando fit & quando ius non decrescendi.

que si 18 dici, Titio & Seio fundum lego, uel Titium & Seium hæredes instituo. tunc unusquisq; inspecta proprietate uerborum ad solidam hæreditatem uel legatũ uocatus intelligitur. l. Meuio in princip. in uerbo totus ff. de lega. 2. l. coniunctim. ff. de legat. 3. l. si separatim in uerbo. totus. ff. de condit. & demonstra. l. 1. §. fin. in uerbo. totius. l. inde Neratius. in uerbo solidum. ff. de usufr. accresc. §. si ead. insti. de lega. l. cum quæstio. C. eod. & licèt postea æquè partes inter eos fiant ut. §. si plures. instit. de hæred. insti. l. legata. inutiliter. §. fin. ff. de lega. 1. tamen fiunt ex legis interpretatione fiuntq; in executione per concursum non autem ab initio ipsius dispositionis. & ad. ll. dicentes quòd ab initio testator æquas partes fecisse uel facere uoluisse uidetur, & consequenter partes tantùm ab initio cuiq; debentur. resp. id uerum inspecta legis interpretatione, quæ fundatur in uerisimili mente defuncti, licèt uerborũ proprietas aliud suaderet. simile in. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad treb. Est ergo longa differentia utrum ex legis interpretatione, an uerò ex ipsa uerborum proprietate partes ab initio fiant : ut si ex legis tantùm interpretatione fiant, tùc fit inter collegatarios uel cohæredes ius non decrescendi, non autem propriè & strictè ius accrescendi. sin autem ex ipsa testatoris expressa dispositione sermonisq; ui & potestate, tunc fit propriè ius accrescendi. Quòd si

19
Si duobus mixtim cõiunctis res legetur ut transeat dominium.

19 coniunctim re & uerbis res duobus legetur testatoris, in unumquemque pro uirili transit dominium. & ita est tex. clarus in. l. si pluribus. de lega. 1. in princ. in uerbo coniunctim, iuncto uerbo uendicet. & iuncto uerbo. partem. per quem tenet ita etiam Aretinus ibidem. col. 4. in fin. cum princ. sequen. probaturq; ratione, nam si uiriles cuiq; partes testator dedisse uidetur : ergo pro uirilibus dominium transtulit in utrunque. l. cum pater. §. surdo. de lega. 2. l. à Titio. ff. de furtis. confirmatur per tex. in. l. si duobus. in princ. de lega. 1. ff. ubi dicitur quòd si duobus re & uerbis coniunctis legetur dum incertum est an posthumus nasciturus sit, alteri sibi coniũcto pars duntaxat, non totum debetur : ergo in partem tantùm transit dominium quandoquidem pro alia parte deficit titulus. l. nunquam nuda. ff. de acquiren. rerum domin. ad idem est tex. in eadem l. §. fin. in 2. resp. secundum intell. glo. & comm. qui habet quòd ibi erant legatarij re & uerbis coniuncti iuncto. 3. resp. à contrario sensu. ad idem. d. l. qui quartam. §. fin. à contrario sensu. Sed certè 20 ibi loquitur in summis in quibus dominium ipso iure in legatarium transire non potest, ut per Bar. & omnes in. l. 1. ff. de lega. 1. & in. l. huiusmodi. § si Titio. eod. titulo. ad idem. l. si duo. de legat. 1. ubi si legatus mihi est Stichus & possibile est quòd idem Stichus alteri quoq; legatus uideatur, tunc in me eius dominium pro parte tantùm transit. ergo idem & fortius si ab initio certum esset duobus eundem Stichum fuisse legatum. ad idem l. 3. ff. de seruit. leg. ubi duobus re & uerbis coniunctis (tex. enim ille potest intelligi uel quòd legatarii re & uerbis, uel quòd re etiam fuerunt coniuncti) idem fundus legatus fuit, ut text. ait quòd uterque talem fundũ potest uendicare : ergo pro parte tantùm eum insolidũ apud utrunque dominium esse non posset. l. si ut certo, §. si duobus uehiculum. ff. commod. Præterea si alter ex legatariis solidum uendicare posset, tunc si quidem ille cui uia legata erat uendicaret cum altero, legatum uiæ inutile non esset quandoquidem sibi soli & fundum plenum & uiam uendicaret ut. l. pro parte. ff. de seruit.

20
Dominium pecuniæ legatæ non transit ipso iure in legatariũ.

Quid si 21 fuerunt re uerbisque coniuncti sed non simpliciter, sed taliter quod testator expressim declarauit utriq; solidum dari debere, & tunc dominium in neutrum transit nec pro parte, nec in totum secundũ Bart. in. l. si pluribus num. 2. de lega. 2. cum quo esse commun. opinion. pluries ait Iason. ibidem col. pen. post medium contra quam ipse tenet per. l. 3. ff. de serui. lega. quæ nil facit, siue intelligatur loqui in coniunctis re tantùm, siue in coniunctis re & uerbis ; quia ibi testator non expressit quòd solida res cuique daretur, ut nos loquimur teneo ergo comm. maximè per. l. si res mihi. de legat. 3. dupliciter inducendo, Primò secundum Bart. nam si dominium pro parte penes utrunq; legatarium esset, tunc hæres alteri integram rem tradendo, alteri suam medietatem auferre non posset. l. id quod nostrum. ff. de regul. iur. Secundò, quia si dominium penes utrunque legatarium pro parte esset, penes hæredem autem nullo modo certè per traditionem ab hærede alteri factam ille alter amplius dominus non esset quàm erat, cùm hæredes, qui dominium nulla ex parte habebant tradendo, nihil dominii transferre potuerint. l. nemo plus. ff. de regul. iur. l. traditio. ff. de acquirend. rerum domin. Vnde concludo cum Bart. quòd talis rei dominium penes legatarios nullatenus, penes hæredem autem in totũ erat: at cum uterque ex legatariis titulum a uero domino ad integram rem consequendam haberet traditione per dominum. i. hæredem facta integrum dominium is, cui tradita fuerit consequetur. argum. l. quoties. C. de rei uend. l. si tibi de hær. uel actio. uend. C. ita intelligo. d. l. si res mihi. Adde quòd. d. l. si res mihi. confirmat, quod dixi in præcedentibus à contrario sensu. Nam quando testator expressit quòd res solida utrique daretur, tunc dominium est penes hæredem, penes legatarios uerò nullatenus : ergo si id non expressit, contrarium est, ut tunc legatarij iura realia in re illa habeant pro uirili ut iuribus suprà allegatis, hæres uerò nullatenus, idq; intelligo si uerè tantùm coniuncti essent, siue re & uerbis. Nam si utrique rem solidam dari testator expressit procedit. d. l. si res mihi. sin minus secus.

21
Dominium rei legatæ duobus ita quod quisque solidũ haberet in neutrum transit ipso iure à morte testantis.

Adde quòd Aretinus. in. l. si pluribus colu. 4. cum pr. sequen. ff. de leg. 1. quo ad membrum secundum scilicet cum re tantùm fuerũt coniuncti dissentit, dicens, 22 q̃ tunc etiam pro parte in legatarios non transit dominiũ ipso iure, sed demũ sequuta traditione, & tunc non pro parte, sed in totum per. §. fin uerò non omnis. C. de caduc. tollend. idem uult Angel. quem ipse refert contra Bart. quem ipse refert, idem sentit commun. opinio. de qua per Iason. num. 17. & Aretin. nume. 9. in. l. planè. §. si coniunctim. ff. de legat. 1. dum uult quòd si sunt re tantùm coniuncti unusquisque ex legatariis potest totum petere, ergo dominium penes utrunque pro parte non

22
Dominium rei duobus legatæ ut transeat in eos.

erat

erat: nam alias nec legatarius totam rem petere posset, quia per hoc peteret alienum & indebitum, nec hæres soluere, quia per hoc solueret alienum ac indebitū. Sed certè non obstat.d.§.si in uerò non omnes.nam respu.q; tex. ille dum ait quòd solida res legataru accipientis fit, est intelligendos post alterius legatarū repudiationem. nam alias absurdum esset, quòd alter legatarius ab col legatario totum iam accipiente peteret, ut.d.§.in uerbo à priore.nam esset contra.l.non dubium.C. de lega. obi patet legatarios de manu hæredis capere debere.uel ille uersic.alus superuenientibus, est intelligendus ante solutionem per hæredem factam. Præterea si hæres alteri ex legatariis totum solueret, si quidem pars alterius periclitaretur, tunc ipse heres tenetur.argumen.l.quod si quis.cum sua glos. de legat.1. Præterea hæres ita se habere debet ut legatario rem legatā habere liceat l.si à substituto.§.hæres.de legat.1.at si rem totam soluere compelleretur alteri ex eo quòd dominium nullatenus in legatarios translatum esset, iā quidem esset iniquum, nam ipse postea periclitaretur.ergo &c. Vnde extat quòd dominium in legatarios etiam re tantùm cōiūctos pro uirilibus trāsit ipso iure. Est at.casus io quo cessat ius accres.

23 *Ius accr. cessat quā do pluribus ead. res legatur hoc pacto ut quilibet solidam rē cō sequatur cum communi cōtra nouiss.*

Quando 23 plures uocātur ad eandē rem hoc expressim acto quòd quilibet solidam rem consequatur, quu casu alter ad integram, alter ad æstimationem uocatus intelligitur. ad cuius notitiam præmittenda est conclosio Bar.in.d.l.re coniuncti in pr.ut quotiens pluribus enim legatur eadē res separatim hoc inquit adiecto, ut quilibet habeat rem plenam insolidumque, non sunt re coniuncti, qoia legatariorum unus oocatur ad rem, alter ad æstimationem. sequitur Salice. Cuma.&.d.Iason.in.d.l.re coniuncti.melios per Salice. in.d.§.sin autem.Angel.de Periglis ubi supra & Pet.de Anchar.in.d.c.reqoisisti.col.5.pro qua facit.l.qui duos §.fin.ff.de lega.2.ratio est secundum Bar. quia prædicti oon faciunt sibi partes per concursum ergo &c. Item quia per dicta uerba insolidum unus uocatut ad rem & alter ad æstimationem.l.si pluribus.ff.de lega.1.& est ac si ad diuersas res essent uocati, ideo non sunt re coniuncti etiam si dicantur uocati ad idem corpus eandemque rem ex ipsa tacita ooluntate defuncti. Confirmator secundum Cuma.in.d.l.re cooiuncti.qoem sequitur.d. Iason.quia coniuoctio realis operator ut si deficit in persona onios, alios habeat rem totam iure suo non diminoendi.d.§.sin autem disiunctim.C.de cadu. toll. Sed in prædicto casu Bar.hoc non potest esse, cùm totum habeat iure suo siue alius concurrat, siue non, ergo &c. Vnde cum non sint re coniuncti & pro constanti ponamus fuisse uerbis separatos absitque mixta coniunctio, superest, ut inter eos ius accrescendi esse non possit: & consequenter quòd alteru repudiante, alter, qui legatū agnouit solam rem legatam consequatur, non autem & rem & rei æstimationem: licèt si ambo agnoscerent, tunc alter rem, alter rei æstimationem consequeretur.l. si pluribus.ff.de legat.1.& hanc etiam communoem opi. tenet Iason.in.d.l.planè.§.si coniunctim.& confirmatur quia dicta adiectio insolidū, non solùm operatur quòd dicti legatarii ad diuersas res uocantur.d.l.si pluribus. Sed etiam operator ut dicti legatarii disiunctioè uocati dicantur: prout io simili dicit Domin.in.c.fin. colu. pen.de testa.lib.6.& sic dicuntur disiuncti quò ad rem. argum.d.§.quibus.

Deniqoe opi.Bar.& communis tenenda est, quia realis cōiunctionis ioter alios sunt quo ad propositum duo effectus, primus, quòd per interuentum concursumque legatariorum scindatur & minuatur legatum cuiusque §.si eadem.inst.de lega.l.coniunctim.ff.de lega.3.Secundus, quòd per unius exclusionē, alterios portio crescat ex eo quòd oon minuitor.§.ubi autem.C.de cadu. toll. sed in specie nostra per interuentum & concursum amborum legatariorum nullius portio diminuitur.l.si plutibus.ff.de lega.1.ergo non sunt re coniuncti. Item per exclusionem alterios portio consortis non augeretur, ot semel rem deinde rei æstimationem consequeretur. l.planè.§.si ead.res.ff.de leg.1.ubi Bar.& plenè Ias.post alios.ergo non sunt re coniuncti. Postremò, qot dicantur re coniuncti apparet per.l.re coniuncti.ff.de lega.3. l.triplici.ff.de uerbor.signific.Sed definitio illarum legum longè distat a nostro casu ergo &c.

Stat ergo quòd in hoc casu nec est realis conioнctio, nec ius accrescendi, uel non decrescendi.ut in.l. huiusmodi.§.qoibus.ff.de leg.1.

Contra istam communem sententiam nouissimè tenet Ioannes Crotus io.d.l.re coniuncti.motus quia & si testator, qui duobus eandem rem legauit iusserit solidā rem cuique dari, adhuc semel tantùm debebitur nec unis res, alteri uerò rei æstimatio præstabitur. argumentu l.planè.1.§.si eadem res.ff.de leg.de quo plenè diximua supra.§.3.num.10. uersic. 17. Veritas est, secundum quam hæ uarietates possunt & debent conciliari quòd si tale testatoris præceptum non sufficiebat ut id legatum bis deberetur fortè (propter legem falcidiam) tunc procederet op.Croti.Quòd si præceptum testatoris esset seruandom, ita qoòd collegatariis agnoscentibus legatum alter rem, alter rei æstimationem assequuturi essent, tunc eorum altero repudiante, alter agnoscens solam rem non etiam eius æstimationem haberet; sicque rei legatæ æstimatio oon accresceret, aut accederet, & procedit tunc op.communis.

Est.22.casus in quo ex mente doctorū uidetur cessare ius accrescendi ad cuius demonstrationē suppono quòd 24 oon solùm si res testatoris legetur, sed etiam res sibi tantùm debita legetur est ius accrescendi.l.si is qui 24
duos.ff.de lib.leg.ubi Bar.idque cōfirmatur, Nam idem iudicatur de re, quæ testatori debetur, quod iudicaretur si sua esset. nam utroque casu ius, quod habet in re legasse uidetur non plus, oel quod babet ad rem.l.apud Iulianum.§.idem Iulianus.ff.de leg.1. ioncta.l. si domus in fi.eod.tit.l.serui electione.§.i.&.§.fi. eod.

An sit ius accr. in re quæ testatori debita erat.

Quod satis esse uideretur contra intentionem Bar.& sequatium in.d.l.huiusmodi.§. si Titio.ff. de lega 1. ubi Bar.ait quòd in quibus casibus non transfertur ipso iure à morte testatoris dominium rei legatæ (quale est in oostro casu) in ijsdem casibus cessat ius accrescendi ex eo qoòd tunc hæres habet ius retentionis. Sed licèt doct.magis communiter uideantur cum Bar. transire in d.§.si Titio.tamen cum omnes moueantur per.d.§. si Titio.qui secundum nostram interpretationem ex eo procedit quòd augmentum iuris accrescendi contingit ex legis interpretatione, quæ præsumit testatorem uoloisse, ut portio uacans coniuncto accresceret potiosquam ad oneratum reuerteretur. argum.l.si Titio. ff. de usufructu.l.si totam.ff.de acq.hær.l.si Titio & Meuio.§.Iulianus.ff.de leg.2. quæ interpretatio non iustè fieret cū legatur res aliena per.d.l.unum ex fa.§.si rem.ff. de leg. 2.ne heres personaliter grauatus sit in rebus alienis redimendis: quæ ratio cessat cùm res testatori debita legatur. Nam tunc nou tenetur quicquam redimere, cùm nunquam testator plus ioris quàm habeat in re legasse uideatur.l.Titia.§.qui inuita.ff de leg.2.l.si domus.§.fi. l. quod in rerum.§.1. ff. de leg.1.etiam si id ius, quod habebat in re esset morte periturum.d.§.i.ubi Bar.Paul.& Ias. post alios.l. uxor patrui.C. de lega.ubi latè Ias.post. alios. Vnde fit, ot is hæres non uideatur impiè grauatus in aliquo redimendo sed satis fit quòd cedat ius illud, actionemq;, quam habebat ad rem illam consequēdam.

Stat ergo ex superioribus qoòd hoc caso nou uidebitur cessare ius accrescendi, ut si testator rem, quam Titius sibi debebat duobus legauit, tunc alterius repudiātis portio alteri accrescat sicque &c. quod limita, nisi testatori res illa deberetur ex titulo emptionis, & pretium oon dum soluerat testator: nam tunc puto quòd soluto pretio per hæredem apud eū manebit pars illius rei repudiatæ.argum. d.§.si rem sicque hoc casu cessabit

bit ius accrescendi. Et quia in superioribus inciden-

25 *In usufructu an est ius accres. inter uerb. tantū coniun. ab initio.*

ter attigimus de usufructu iuris accrescendi. nunc autem ex professo quæro, An in usufructu inter uerbis cōiunctos sit ius accrescendi? communiter.dd.in.l.re coniuncti. ubi Ias. & Ripa. & reliqui repetentes & Porcius in.d.§.si eadem inst.de legat.ubi per alios tenent quòd sic.ita Castalius.in.l.6.ff.de usuf.accrescēdo. idque etiā uult Bal.in.l. si tibi proprietas.per illum tex. cum.l. sequenti.ff.de usufru.accres. ubi sunt uerbis coniuncti secundū Bal.ibi, & est ius accrescendi ut sentiunt Bar.Bal. & Alber.in.l.si duobus.ff.de usufru.accrescen.idem probatur in.l. interdum eod. tit.intelligendo dimidiam ibi secundum.l.Meuio.ff.de leg.2.&.d.l.triplici. ff. de uerb. signi.pro hoc etiam adducitur.l.i.§.interdum.ff.de usufructu.accres. Crotus in.d.l. re coniuncti. & Pet. de Besut.tenent contrarium; tamen.d.commu.opin.plus placet plerisque per dicta iura. Denique huius rei ueritas pendet a uero intellectu dictæ.l.penul.ff. de usufr. accrescendo.ubi uidetur probari quòd collegatarij usufructus quando sunt uerbis tantùm coniuncti, separati uidentur non aliter atque si re uera nullam omnino coniunctionem haberent: at si nullam omnino coniunctionem haberent tunc cessaret inter eos ius accrescendi secundum commu.opin.ergo &c. Vnde 26 reuoco in

26 *Intell. l. pen. ff. de usufr. acc.*

dubium intellect.l.pen.ff.de usufru. accrescendo de intellectu cuius uide Bar.in.l. re coniuncti in prima oppos. & ibidem Ias.& Ripam.communis intellectus est teste Ripa. quòd 27 ibi ideo ius accrescendi non est

27 *Ius accrescendi, cessat in usufructu. inter uerbis tantùm. cōiunctos contra commu nem.*

inter legatarios, quia a diuersis hæredibus eiusdem testatoris fuit diuersis legatarijs ususfructus relictus, puta à primo hærede fundi usumfructum Titio lego.a secundo hærede eiusdem fundi usufructum Seio lego.ratio est, quia hæredes grauati uidentur solùm pro portionibus hæreditariis.l.pro hæreditariis.C. de hæred. act.l.i. C.si cert.petatur. Vnde primus heres ad dimidiam usufructus Titio præstandam secundus hæres ad alteram dimidiam Seio præstandam grauatus intelligitur, sicque partes censentur diuisæ & consequenter cessat coniunctio realis. ideo in uers. non minus subiicitur probatio a simili, nam ut legatarij re disiuncti uidentur si ususfructus duobus æquis portionibus legetur, ita, Titio & Meuio fundi usumfructum æquè lego: sic & in superiori casu tracta similitudine & argum.de grauatis ad honoratos & è contra. ut in simili in.l.quidam referunt.ff.de iure codicill. Sed opp.ista bene concludunt quòd tam in princ. quàm in uer. nō minus.legatarii separati sint quò ad rem, sed non concludunt quòd sint separati uerbis, & sic quòd cesset ius accrescendi, quod cessare tex.ait hanc opp.firmat Ripa ubi supra & uidetur respon.quòd quando legatur à diuersis hæredibus est perinde ac si legaretur à diuersis testatoribus.argum.l.quid ergo.§.si quis duos.ff. de leg.i. quo casu expeditum est omnino cessare coniunctionem, & consequenter ius accrescendi secundum Ripam in l.re coniuncti nu. 18.Adde quòd ista fuit prima solutio.Bar.ubi suprà ad.d.l.pe.mihi autē non placet, nam non bene probatur quòd paria sint relinquere à diuersis hæredibus unius testatoris, uel à diuersis testatoribus. Nec obstat.d §.si quis duos.nam ibi testator solidam rem ab uno quoque hærede reliquit, quo casu & rem solidam & eius æstimationem præstari legatario uoluit.l.si pluribus.ff.de lega.i. in fi.& deciditur quòd ut & rem & æstimationem eius posset legatarius consequi si à duobus testatoribus sibi eadem res relicta esset; ita & si ab uno solo testatore si tamen is à singulis hæredibus suis illam rem insolidum reliquit. de iure autem accrescendi non tractatur, nec poterat, cùm unus tantùm esset legatarius; solùm enim quæritur de potestate legandi: itaque tex. ille nil ad rem. Dic ergo quòd communis solutio est uera quatenus habet quòd isti legatarij erant re separati tam in themate quàm in simili adducto, eget tamen suppletione tam tex. quàm communis solu. s. quòd ibi necessariò ponendum est quòd tam in prin. quàm in uers.non minus legatari erant uerbis separati, aliàs non posset procedere illatio, quam facit tex. dicens, unde fit ut inter eos non sit ius accrescendi. quia ut sit ius accrescendi sufficit coniunctio uerbalis.§.ubi autem.C. de cadu.toll. &.d.l.pen.diuido in tres. Primò ponitur thema & decisio. Secundò probatio à simili. Tertiò, illatio. secunda ibi, non minus, tertia ibi, unde fit decisio quòd ibi legatarij separati uidentur, supplent. doct. s.re & uerbis, illatio est quòd unde fit, ut inter eos non sit ius accrescendi; Verum tenendum secundum nos est, ius accrescendi cessare in usufructu legato etiam si legatarij essent uerbis coniuncti, si tamen sint quo ad rem separati non aliter atque si utroque modo separati essent & in hoc esse ius singulare in usufructu legato, quod in proprietate legata non esset. Sed & Ripa in.d. l.re coniuncti. nume.68.& Ias.in.l.si duobus.§.si.ad fi.ff.de leg.i.sentiunt in usufructu inter uerbis coniunctos nō esse ius accrescēdi quanuis contrariū ultra suprà citatos uelint gl.& doctores in.l.inde Neratius.ff.de usufr.accr. Quòd si rursus quæsieris. Quare 28 in usufructu etiā in ultima uolūtate dato nō sit ius accrescēdi inter uerbis tantùm cōiunctos dic quòd ante portionem quæsitam ideo cessat, quòd, qui suam partem agnouit, partem uacantem iure suo

28 *Inter uerbis tantùm coniunctos in usufructu nō esse ius accre.*

petere non potest quòd sibi non totum sed pars tantum data fuit: non quoque iure accrescendi quia ususfructus pro parte alteri datus personalis est, ut sic à persona sua ad aliam non possit migrare .§. finitur inst. de usufr.sed & post portionem quęsitam moriente colligatario eius pars socio accrescere non potest, eo quòd cū primùm ab eius persona pars ususfructus separata fuerit statim reuertitur ad suam proprietatem, nec potest in personam alterius migrare.l.si ususfructus.ff. de iure doti.§.finitur. inst.de usufr. & quia ius accrescendi est prorogatio & augmentum eiusdem formæ & naturæ.l. si Titio.ff.de usufr.in simili per Bal.in.l.3.C.de hær.inst. Vnde par est, ut pars uacans accedat sui similiori & proximiori.d.l. si Titio iuncto.§. item per alluuionem inst. de rerum diui. Vnde cùm ususfructus sit pars fundi integralis. l. qui usumfructum. ubi Bar. & Ias.ff.de uerb. obl. pars ususfructus qui uacare cœpit non alteri parti ususfructus sed proprietati accrescere debet, quia cum ea habet maiorem uicinitatem & similitudinem quam cum altera parte ususfructus: cùm proprietas dempto usufructu inutilis maneat non secus quàm corpus anima amissà; sed una pars ususfructus per remotionem alterius partis inutilis non manet, sicque pars ususfructus uacans magis desiderat ad suam proprietatem accedere quàm ad alteram partem usufructus. itaque cum ususfructus duobus uerbis tantùm coniunctis legatur (puta Titio & Meuio fundi usumfructum æquis partibus lego) mortuo testatore non statim huius ususfructus dominium transit in legatarios (est enim dominium ususfructus. l. qui usumfructum. ff. si ususfr. pet. l. qui usumfructum.ubi Bar. & Ias.ff. de uerb. obl.) Quinimo cum hæres adit hæreditatem dominium illius fundi plenè acquirit, sicque tam quò ad usumfructum quàm quò ad proprietatem.l.cum hæredes.in princ.ff.de acq.poss. Iuncto.§.libertatibus in.l.un.C.de cad.toll.l. 3. §. dare. ff.de usufr. Nam licèt regulariter dominium rei legatæ à morte testantis transeat in legatarium.l.a Titio.ff. de furtis. fallit in usufructu, qui nec à morte testantis nec etiam ab adita hæreditate in legatarium transit, sed demum postea cùm hæres, qui hæreditatem adiuit illum usumfructum tradidit ut.dd.ll. Hæres ergo Titio legatū agnoscenti suam tantùm partem tradere tenetur, non etiam partem Meuij: unde si Meuius postea suam partem repudiet eam Titius uendicare nullo iure poterit; non quidem iure suo, quia sibi legata non fuit, non quoque iure accrescendi, quia eo iure non accrescit, nisi pars, quæ uacare cœpit. gl. communiter app. in.l.si duo patroni. in princ. ff. de iure iur. adeò ut omni omnino

iure

iure uacare oporteat ut accrescere possit. Bar. & communiter doct. per tex. ibi, ubi latè per Alex. & Ias. in. l. huiusmodi. §. si Titio. ff. de lega. i. per rationes, quas signauimus supra in prin. huius materiæ. Sed Meuij portio repudiantis nunquam cœpit uacare, quia semper fuit penes hæredem, nec in legatarium repudiantem unquã translata aut quæsita fuit; ergo collegatario ut acerescat impossibile est. Diuersum foret si illis proprietas legata foret, uia cùm statim a morte testantis in eos dominium translatum esset, tunc repudiantis portio ab eo separata uacare inciperet, sicque alteri fundi parti potius accederet quam uniuersæ hæreditati: quia cum altera fundi parte maiorem uicinitatem similitudinemque quàm cum uniuersa hæreditate habet: nã ut membrum unius hominis uicinius & affinius est ipsius hominis corpori quam uniuerso animantium generi, ita & pars fundi quæ uacare per collegatarij repudiationem cœpit, uicinior est alteri ipsius fundi parti quàm uniuersæ hæreditati.

Ergo aut sunt nec re nec uerbis coniuncti, aut uerbis tantùm coniuncti, re autem separati, aut & tertiò sunt re coniuncti sed uerbis separati, aut & re, & uerbis coniuncti. Primo casu, quando sunt utroque modo separati omnes conueniunt cessare ius accrescendi in usufructu legato. l. i. x. resp. ff. de usufr. accrescendo. Secundo casu, quando omnes erant uerbis coniuncti sed re separati; communis op. uult in usufructu esse ius accrescendi. Nos post suprà relatos tenemus ius accrescendi cessare quasi sola uerbalis coniunctio illud in usufructu nequeat inducere per. d. l. pe. de usufr. accrescen. cum similibus, & tamen isto casu in proprietate ius accrescendi foret secundum omnes & secundum nos sed & superiore casu, quando & re & uerbis sunt separati dummodo non fiant partes pro diuiso (sed ita Titio fundi dimidiam lego, Seio alteram dimidiam lego) & si communis opin. uelit in proprietate legata cessare ius accrescendi, nos tamen (infrà in 26. casu, quo cessat ius accrescendi) contendimus dari ius accrescendi. Tertio casu principali, quando erat realis tantùm coniunctio in proprietate secundum omnes est ius accrescendi uel non decrescendi idemque & in usufructu secundum omnes & secundum nos, quia post repudiationem alterius ex collegatarijs, alter, qui agnouit legatum totum iure proprio uendicabit. §. sin uerò non omnes. C. de cad. tol. sicque non remanet ulla pars, quę uacare intelligatur quęque ad suam proprietatem possit redire. Quarto casu, cùm erant mixtim coniuncti similiter in usufructu erit ius accrescendi, uel non decrescendi, quia etiam tunc solidum cuique datum intelligitur glo. communiter app. in. d. §. sin uerò non omnes & suprà plenè edocemur. Vnde est eadem ratio, quæ in superiore casu, & in isto casu & præcedenti & si in proprietate post portionem quæsitam cessaret ius accrescendi tamen in usufructu non cessat. d. l. i. §. interdum. ff. de usufr. accres. ubi hæc redditur ratio, quia ususfructus quotidie uidetur constitui, & finiri, & renasci iterum ac

29 *Intell. l. §. l. i. §. interdum. ff. de usufr. acc.*

iterum. Vnde 29 si collegatarius meus decessit eius pars ususfructus mihi accrescit, si eram re, aut mixtim coniunctus. Quòd si obieceris portionem semel fuisse quæsitam sicque cessare ius accrescendi, uel non decrescendi, negabo fuisse ex toto quæsitam sed tantùm ex parte, hoc est illum quæsiuisse pro tempore tantùm quo uixit non ultra: cùm eius morte suum ius fuerit extinctum. §. finitur. inst. de usufr. Ergo cùm post quam

30 *Usufructu inter uiuos constituto nõ esse ius accres. contra communem.*

ille decessit nullus supersit, qui mecum concurrat in usufructu isque mihi insolidum legatus fuerit eo insolidum quandiu uixero potiturus sum quasi concursus collegatarij mei ius meum minimè ademerit, sed utilitatem tantùm singulis diebus quibus mecum concurrebat interceperit. isque est uerus sensus. d. §. interdum.

Adde 30 quod Bar. in. d. l. re coniuncti in. 6. q. prin. cum quo simpliciter transit Ias. ibidem & Bar. in. l. si mihi & Titio col. i. ff. de uerb. obliga. & ibi Ias. nume. 5. & Alex. ibi num. 5. & gl. in. l. i. §. interdum. in uerbo quotidie. ff. de usufructu. accres. & ibi Bar. per tex. ibi dicit quod in usufructu etiam inter uiuos constituto est ius crescendi, quod puto falsum. Nam ille. §. & tota illa l. in omnibus suis. §. §. loquitur in usufructu in ultima uoluntate constituto, & sic non obstat; & contraria op. probatur. nam si mihi & Titio usumfructum uendidisti uel donasti, post mortem certè meam Titio portio mea accrescere non debet, quia hoc casu cessat ratio propter quam ius accrescendi in ultima uoluntate inducitur, de qua dixi supra & hoc post portionem quæsitam nam ita sunt intelligendi prędicti. dd quandoquidem allegant. d. §. interdum. argumen. eius, quod ait Bar. in. l. non solum. §. liberationis uerba. ff. de lib. de leg. Modò autem consideremus hanc quæstionem ante portionem quæsitam & certè si Titio & tibi stipulantibus usumfructum promisi uel ultro donaui, & uel Titius incapax sit, uel donatum cognoscere uel acceptare noluerit, eius portio ad te pertinere iure accrescendi non debet, sed ad me redire. Nam meus ab initio animus fuit unicuiq; partem dare propter copulam & argum. l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duobus reis. l. si mihi & Titio. de uerb. obli. l. fi. C. de inutil. stipu. §. si quis sibi. instit. eod. unde altera pars me inuito tibi accedere non debet. argum. l. nam hoc natura. de condi. indebi. l. iure naturæ. de reg. iur. l. id quod nostrum eod tit. si autem tibi Titioque usumfructum uendidi, & tunc aut eratis præsentes, & tunc aut tradidi aut non, illo casu iam portio esset quæsita isto autem casu id, quod remisisti uel quoquo modo amisisti ad me potius quam ad alium pertinere debet argum. l. aquam. ff. quemodum seruitus amittatur l. dominus. ff. de usufructu. sin autem absens alter uestrum erat, & dic ut dixi supra. s. cessare ius accrescendi. arg. l. fundus ille. supra all. Et quòd in usufructu inter uiuos constituto ius accrescendi esse non possit, luce clarius patet. nam ut sit ius accrescendi oportet portionem ex toto uacare, nec esse ab hærede occupatam, uel ab alio debitore; seu concedente; sed in actibus inter uiuos ex sola concessione non quæritur ius. l. traditionibus. C. de pact. l. fi. per locum ab speciali. C. de sacr. Eccles. & etiam in usufructu præter concessionem oportet adesse quasi traditionem, quæ inducitur per patientiam domini, qui usufructum uti frui sciens permittat. l. 3. §. dare. ff de usufr. Ergo si tibi & alteri absenti & ignoranti usumfructum concessi quo casu per tuam personam absenti nil quęri potuit per totum. C. per quas perso. nob. acq. obl. per totum inst. eod. §. planè inst. de inut. stip. l. i. §. antep. l. si mihi & Titio. ff. de uerb. tunc pars absentis non ad te pertinet, quia nec etiam ad ipsum absentem licèt fuisset præsens pertineret quousq; ipsi à me per patientiam tradita uideretur. Præsertim, cùm ut dixi dicta quasi traditio necessaria esset: Ergo nec eam habebis iure tuo, quia tibi nec concessa est, nec tradita: nec iure accrescendi ex persona illius absentis, quia ille in te non potuit plus iuris trãsferre quàm sibi competebat. cap. nemo potest. de reg. iur. lib. 6. l. nemo plus. ff. eod. sibi autem nil iuris competebat ut dixi ergo &c. Ité quia quando concedens habet ius retentionis non solùm de iure ciuili & naturali, uel naturali tantùm uel ciuili tantùm sed etiam de facto tantùm, tũc cessat ius accrescendi secundum Bar. & omnes per tex. ibi in. l. huiusmodi. §. si Titio ff. de leg. i. sed hic est ius retentionis penes concedentem non de facto tantùm sed etiam de iure ut probaui, ergo cessat ius accrescendi. Quod indubitanter procedit ante portioné quęsitam, sed cùm in usufructu etiam post portionem quæsitam sit ius accrescendi in ultima uoluntate. l. i. §. fi. ff. de usufr. accres. uidendum, an saltem post portionem quæsitam sit in usufructu inter uiuos constituto ius accrescendi? & hoc casu defendi possit op. Bar. & communis supra ci

tata. sed & magis est ut nec hoc casu sit ius accrescendi. Nam si tibi & Titio usumfructum fundi donaui & post acceptationem utriusque Titius decessit, tunc iniquum esset quòd pars illa, quæ uacare cœpit non reuertatur ad suam proprietatem eamq; consolidet, cùm res de facili reuertatur ad suam naturam. l. si unus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. & per rationes, quas superius signauimus: Et quia in usufructu etiam post portionem quæsitam datur ius accrescendi, ideo regulariter aliud est in proprietate. Quæ in re 31 est considerandum secundum Bart. in. d. l. re coniuncti.

31 *L. 1. §. interdum.*

si portio 32 coniuncti deficiat post portionem acquisitam uel ante, & secundum eum est regula, quòd ius accrescendi non habet locum post portionem acquisitam. l. aquam. §. fin. ff. quemadm. ser. amit. l. 1. & §. fin. de usu fru. accres. & hoc 33 non solùm habet locũ in coniunctione hominis ut ibi per Bart. sed etiam in coniunctione legali. l. si legatarius ubi Paul. de Castr. Alexand. Bald. & d. Iason. ff. de lega. 1. idem est in contractibus & dispositionibus inter uiuos, ut per Bart. in. d. l. re coniuncti. col. penult. Inde dicimus quòd post emolumentum acquisitum non est ius accrescendi Bart. & Alexan. & alii in. l. si mihi & Titio. ff. de uerbor. obliga. & dicebat Azo in summa in titulo. de assign. liber. quem sequitur Bald. in auth. quas actiones in fin. C. de sacrosanct. eccle. quòd ex acquisitorum resolutione nõ habet locum ius accrescendi.

32 *Ius accrescendi non est post portionem quæsitam cum communi.*

33 *Accrescendi ius cessat post portionem quæsitam etiam ex coniunctione legali.*

Stat ergo quòd regulariter post portionem quæsitã cessat ius accrescendi: nec mirum, quia ius accrescendi nititur in præsumpta uoluntate testantis. l. si Titio & Meuio. §. Iulianus. ff. de leg. 2. testator autem nunquam uidetur uelle ut hæredes primi nominati excludantur ab eo relicto, quod primus ille nominatus semel acquisiuit. argumento. l. cum auus. ff. de condit. & demonstr. l. cum acutissimi. C. de fideicomm. l. si ita. §. in fideicommissis. ff. de lega. 2. fallit 34 in usufructu. l. 1. § fin. ff. de usufruct. accres. cum aliis suprà allegatis secundum Bar. & communiter doctores in. d. l. re coniuncti. Per Paul. de Cast. consi. 180. & in consil. 11. incipien. super quarto quæsito in. 4. dubio in uolumine antiquo. ponunt. Cuman. Salicet. Alb. Angel. de Periglis. d. Iason. & d. Crot. col. 31. in dicta. l. re coniuncti. per Bald. Salicet. Paul. de Castr. Alexand. ubi per Moder. in dicta. l. unica. C. quando non pet. par. in. l. planè. §. si coniunctim. ff. de legat. 1. Ioan. Faber. Angel. & alii in. §. si eadem. insti. de leg. per Lucam de Penna. & Ioan. de Platea in. l. unica. C. si libe. imper. soci. sine hær. deces. lib. 10. Bal. in c. 1. §. decedens. col. 2. qui feu. dare poss. fallit in usufruct. ratio est, secũdũ glo. in. d. §. fin. quia usufructus quotidie de nouo constituitur & non plenè acquiritur semper. Stat quòd post portionem quæsitam non datur ius accrescendi nisi in usufructu, quod semper intelligo inter re tantùm uel etiam mixtim coniunctos, non sic inter uerbis tantùm coniunctos ut iam diximus. 23. casus in quo cessat ius accrescendi est, Quando 35 tecum fui institutus tibique uulgariter substitutus. nam tunc ad portionem tuam repudiatam iure tantùm substitutionis, non etiam iure accrescendi uocor. Vnde stat conclusio, quòd ius substitutionis etiam in eadem persona impedit ius accrescendi ne dum in diuersis, quod probatur. Primò, quia per dispositionem hominis cessat dispositio legis. l. fin. C. de pact. conuen. sed substitutio est expressa hominis dispositio, ius autem accrescẽdi est dispositio legis, ergo &c. Nec dicatur quòd ius accrescendi est dispositio hominis saltem tacita. l. si Titio & Meuio. §. Iulianus. ff. de legat. 2. Nam resp. quod immo est dispositio legis, licèt fundetur in tacita testatoris uoluntate, sic & uenientes ab intestato habent tacitam defuncti uoluntatem. l. si quis cum testam. l. ab intestato. l. conficiuntur. ff. de iure. codicil. & tamen eorum successio dicitur legalis non hominis dispositio. per totum. C. & ff. de leg. hære. per totum. C. & ff. unde liber. & unde legitimi. & unde cognati. & insti. de legiti. agnat. success. & de success. cogna. Secundò, quia expressum facit cessare tacitum. l. cum ex filio. §. 1. ff. de uulga. sed ius accrescendi est tacita dispositio. l. si Titio & Meuio. §. Iulianus. ff. de lega. 2. ergo &c. Tertiò, quia dispositio hominis est efficatior quam dispositio legis. l. sicut dies. §. fin. l. Celsus in prin. ff. de arbit. l. magnam. C. de contrahen. & com. stip. §. de illo. in l. traiectitiæ, de act. & oblig. ius. ergo fortius & efficacius debet impedire ius debilius. argumen. l. qui usumfructum. si usufruct. petatur. ff. & in. l. in bello. §. si quis seruum. ff. de capt. authen. cessante. C. de legit. hære. & authen. itaque. C. com. de success. Quartò, quia ius fortius secum non admittit ius debilius. argum. authen. itaque. C. com. de success. & authent. post fratris. C. de legit. hæred. Sed ius substitutionis est fortius ut apparet ex superioribus ergo &c. Quintò, quia 36 ius fortius absorbet ius debilius & ad nihilum reducit. l. qui usumfructum. ff. de uerb. oblig. l. si pupillus. §. qui actum de nouati. ff. sed ius substitutionis est fortius ergo &c. Sextò, quia quandiu locus est successioni directæ. i. per prius non deberet locus esse successioni per posterius: argum. l. 1. §. qui in perpetum. ff. si ager uect. uel emphi. pet. Sed per prius est substitutio quam ius accrescendi ut pater in. l. unica. § his ita &. §. ubi autem. C. de cadu. tollend. ergo &c. Septimò, ius accrescendi est subsidiarium remedium. nam in legatis non datur, nisi quando nullum aliud superest remedium. d. §. ubi autem (. i. est quando deficit uoluntas testatoris expressa). Item in hæreditatibus similiter datur in subsidium propter uitãdum absurdum nequis pro parte intestatus, decedat ut tenent omnes in. d. § his ita. & latè Iason. in. d. l. re coniuncti. de legat. 3. & Areti. & omnes in. l. 1. de acquiren. hæred. Ergo non deberet locum habere quandiu adest substitutio, quæ est remedium expressum & ordinariũ. Octauò, quòd iure substitutionis tantùm pars illa repudiata obueniat, est tex. apertus in. l. si quis hæres institutus. de acquirend. hæred. ff. Nonò, in specie est etiam tex. in. l. si tu ex parte. in princ. ff. de acquiren. hære. ubi si sumus tres instituti, & ego substitutus alteri ex duobus cohæredibus, qui portionem postea suam repudiauit & si ego prius quam portio deferatur ex causa substitutionis ex causa meæ institutionis hæres extitissem ad illam portionem repudiatam solus uocabor, ergo iure substitutionis: Nam si iure accrescendi, certè portio defecta etiam ad cohæredem meum pertineret. d. §. his ita. siue etiam pendente conditione meæ institutionis conditio substitutionis extiterit & ex substitutione adiuerim, impleta postea meæ institutionis conditione ad portionem illam, in qua fuit institutus solus uocabor. Ecce ergo qualiter, quando quis ut coniunctus & ut substitutus uel institutus ad aliquam portionem potest uocari, semper uocatur ut substitutus uel institutus nunquam ut coniunctus. Decimò, quia 37 paria sunt & idem iudicatur de hæreditate pupillari quod iudicatur de portione quadam hæreditatis paternæ. probatur, quia sicut est ius accrescendi inter portiones hæreditatis paternæ, ita etiam est inter hæreditatem paternam & pupillarem. l. qui patri. ff. de acquiren. hære. Item sicut institutus in pluribus portionibus hæreditatis paternæ alteram adire aliis repudiatis non potest, ita & institutus in paterna & in pupillari existente conditione pupillaris hæreditatis omissa pupillari paternam adire non potest. l. quidam cologio. C. de iure delibe. l. 1. & 2. de acquir. hære. ff. & tamen 38 certum est, quòd institutus in paterna habet ius accrescendi (ob pupillarem substitutionem) ad pupillarem hæreditatem, & tamẽ ipsemet institutus idemq; substitutus, qui potest uocari utroq; iure. i. subst. pupillaris tacitæ uel uulgaris sub pupillari expressa comprehensæ, uel iure accrescendi non admittitur, nisi iure substitutionis: & tamen eius heres cùm iure substitutionis admitti nequeat, admittitur iure accrescendi. Ecce ergo cui competit utrumque ius fortiori com-

34 *Ius accrescendi est in usufructu post portionem quæsitam cum communi.*

35 *Ius accrescendi non concurrat cum substitutione contra communem.*

36 *Fortius absorbet debilius.*

37 *Pupillaris hæreditas est ueluti portio paternæ hæreditatis.*

38 *Accrescendi ius est interdum inter diuersas hæreditates.*

ri compellitur uti.i.iure substit.cui uerò alterum tantùm competit scilicet ius accrescendi eo ei uti licet. Vndecimò, probatur per.l.si solus in princ.ff.de acquir. hære.ubi si in pluribus partibus fui institutus aditione alterius partis omnes acquiro omnesque uniformiter.i. eo iure, quo delatæ sunt. facit quia una determinatio respiciens plura determinabilia debet ea pariformiter determinare.l.quamuis.C.de impube.l.iam hoc iure.ff. de uulga. Vnde cum omnes istæ partes mediante aditione quærantur, consequens est, ut quærantur pariformiter. facit quia nullus potest mutare sibi causam acquisitionis.l.eum nemo.C.de acquiren.possessione. Vnde cũ pars repudiata iure substitutionis mihi deferatur, eo iure eam habere debeo. Duodecimò, non refert sim institutus simpliciter in tota hæreditate, an per partes distinctas.l.1.&.2.ff.de acquirend.hæreditate. quod patet quia.d.l.2.ait, sed & siquis. Vnde iuxta notata in.l.sed & si lege.de petit.hæred. idem iuris denotatur, licèt sit in facto diuersitas. Sed si unam ex dictis partibus adiuissem omnes quidem non iure accrescendi, sed iure prioris institutionis; (& sic eo iure, quo delatæ essent) acquirerem secundum ueram opinionem de qua per Iason. ibidem nume.20. Ergo & hic eo iure, quo deferuntur.i.iure substitutionis habere debeo. deferuntur autem iure substitutionis, non iure accrescendi quem admodum & in præmisso casu pars repudiata non iure accrescendi, sed iure institutionis defertur. Nam substitutio post conditionem existentem non differt ab institutione, quia substitutio est conditionalis institutio. ut in glos. Rubr. & per omnes de uulgar.ff. institutio autem conditionalis post conditionem existentem non differt ab institutione pura.l.fin.§.Titius.ff.de uulg. Tertiodecimò, probatur in.l.si ego. in secundo resp.de iniusto rup. ibi, quamuis quasi in causam substitutionis.iuncto pri.resp.illius legis. ubi sentit tex. quòd sicut ad portionem deficientem uenit potius substitutus quàm coniunctus, quando sunt diuersi; ita si idem sit coniunctus & substitutus ad portionem deficientem quasi substitutus uenit, non quasi coniunctus. Quartodecimò, cùm in diuersis personis sit expeditum quòd ius accrescẽdi uincitur & impeditur per ius substitutionis.l.un.§.in prin. &.§.pro secundo.de cad.toll.auth.hoc amplius.C.de fideicom.l.2.§.si duo.ff.de secundum tabul.nec appareat ratio quare secus esse debeat, cùm talia iura in eadem persona concurrunt ergo &c. argumen.l.illud.ff.de leg. aqualia. Confirmatur, nam in diuersis personis etiam ius subst.inutile excludit ius accrescendi.l.si ergo.in princ. ff.de iniust.rup.

Denique nullus unquam dixerit quòd si fratrem meũ in testamento hæredem scripsi, qui etiam abintestato mihi succedere posset, tunc is utroq; iure succedere intelligatur, & ex testamento quasi à testatore uocatus, & ab intestato quasi uocatus à lege. quinimmo tunc licèt etiam à lege uocatus intelligatur.l.lege obuenire.ff.de uerbo.signific. tamen ex testamento tantùm non etiam abintestato succedere intelligitur.l.quandiu.ff.de acq. hæred. sic & in specie nostra, qui cohæredi substitutus est, is eo repudiante non iure accrescendi sicq; ex legis dispositione, sed ex substitutione tantùm succedere intelligitur cessante iure accrescendi: quod quidem ius locum non habet quandiu iuri substitutionis locus esse potest.l.2.§.si duo.ff.de secundum tab. dummodo singulariter ea substitutio fieret. Nam alias fortius esset ius accrescendi ut iam edocti sumus, & tradunt Bar. & omnes antiqui & noui in.l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad treb.ubi plenè & eleganter per Franciscum de Ripa & per nouissimos in.l.1.ff.de uulgari. Nec dicatur quòd quando ius accrescendi & ius substitutionis adinuicem contrariantur, quia competunt diuersis personis, tunc alterum, quod est fortius bene excludit debilius cùm in eodem subiecto stare nequeant.l.Mutius.ff.pro socio. At quando competunt eidem cùm inuicem non contrarientur meritò simul stare possunt, maximè cùm ad idẽ competant. Nam respondeo quòd hæc solutio confutatur per.l.qui usumfructum.ff.de uerbor.oblig.&.l.si pupillus.§.qui actum.ff.de nouat. ubi ius fortius & debilius competebat eidem & ad idem, & nihilominus ius fortius absoluit ius debilius, Præterea etiam si non absolueret, saltim impedire deberet, ut dum ius fortius substitutionis uigeret, ius debilius.i.accrescendi conquiesceret: extinctaque substitutione, tunc ius accrescendi inciperet utile esse locumque habere. & ita procedat.l.qui patri.ff.de acquir.hæred.&.l.si ex pluribus ff.de leg.hær.&.§.fin.inst.ad tertull. 16. Probatur ta li consideratione. Nam si sit institutio in parte nullo dato cohærede, aliæ partes non dicuntur accrescere illi portioni, sed ipsa institutio dicitur ipso iure sub se complecti omnes has partes, ut in omnibus partibus institutio detracta illa taxatione facta uideatur.l.1.§.si ex fundo. &.l.si alterius.ff.de hær.inst.§.sed & si quis institu. quib.mod.testa.infirm.l.si quis priore.ff.ad trebell. modò sic 39 substitutio est conditionalis institutio. glos. & omnes in rubr.ff.de uulga. Item 40 puri & purificati idem est iudicium.l.fin.§.Titius.ff. de uulga. quem admodum ergo 41 si purè in pluribus partibus essem institutus, detracta partium diuisione institutio ut.dd. ll.præcederet, & per hoc aditione unius partis totum ius institutionis quæretur secundum ueram opin.ut per Ias.in.l.1.de acquir.hæred.per text.ibi nume.20. ita & hic existente condit.substitutionis totum deberet acquiri uirtute aditionis in parte factæ totumq; acquiri iure substitutionis non iure accrescẽdi. Collige ergo quando pluribus in partibus fuit institutus, uel in una tantùm parte nullo dato cohærede, aditione unius partis & ex asse hæres fio & iure institutionis. Quòd si ex parte institutus cohæredique substitutus fui, illo post aditionem meam repudiante, illam partem habebo iure tantùm substitutionis: quòd si illi substitutus non essem illam haberem iure tantùm accrescendi.

39 Substitutio est conditionalis institutio.

40 Puri, & purificati idem iudicium.

41 Institutus in pluribus portionibus eiusdem hæreditatis, aditione unius omnes acquirit iure institutionis, non partim iure accrescendi.

Stat ergo quòd ius substitutionis excludit ius accrescendi non solùm in diuersis personis, ut in.l.2.§.si duo ff.de bonor.poss.secund.tabul.sed etiam in eadem persona. ut.d.l.si quis hęres institutus.ff.de acquir.hęr. & l.si tu ex parte.eod.licèt in contrarium se habeat comm. opin. quam tennerunt Bart.Paul. Areti. Alex. Iason. & omnes ubi etiam Corrasius.in.l.testamento.per text.ibi C.de impub.Bart.& omnes tam in.l.si quis hæres institutus.quàm in.d.l.si tu ex parte.ff.de acquir.hære.Bart. in.l.re coniuncti.ff.de lega.3.numero 37.& ibi Iason.nume.170.cum præced.& sequentibus.Bart. principaliter 42 se fundat per casum.d.l.pen.2.resp.ff.de iniusto rup. test.ubi duo erant instituti & inuicem substituti, posthumus à gradu institutionis fuit exhæredatus, à gradu substitutionis præteritus, dicitur ibi quòd uno eorum mortuo, uel repudiante, potest alius adire & ex asse hæres esse: tunc si propter præteritionem posthumi factam à substitutione substitutio erat nulla eo nascente, nec ex substitutione poterat ad portionem deficientis admitti, ergo succedit per ius accrescendi: ergo ibi est text.pro Bart.quòd licèt substitutio reddatur nulla uel alias non habeat effectum, tamen habet locum ius accrescendi ergo substitutio nulla non tollit ius accrescendi. Sed tamen subtilius considera quòd ibi text. non aperit an cohęres ueniat ex iure accrescendi, uel ueniat ex substitutione, sed solùm dicit me posse adire & ex asse hæredem esse. ergo potest intelligi etiam ex substitutione prout etiam uoluit glo.ibi in uerbo puto. Nec potest dicere quòd ibi posthumus præteritus rumpat illum secundum gradum substitutionis, quia substitutus in secundo gradu fuerat etiam institutus in primo, à quo posthumus erat exhæredatus. Nã cũ ibi idẽ essent instituti & substituti, certè etiã nulla facta substitutione cohæres omnino successisset per ius accrescendi ex dispositione legis. Vnde testator eundem substituendo, uoluit po

42 Intell. l. pen. ff. de iniu. rup.

sthunum censeri exheredatum etiam ab illo secundo gradu substitutionis. ergo cum text. ibi dicat, me posse adire & ex asse heredem esse, nec aperiat, an alterá portionem iure institutionis alteramq; iure accrescendi, an iure substitutionis habiturus sim; magis est ut iure meo idest ex persona mea meaq; institutione quàm iure alieno. i. accrescendi. argumen. l. & magis. ff. de solut. Item

43 Verba ad totum referenda.

43 uerba illa me posse adire, puto, sunt intelligenda in totum, non pro parte: quia de toto non de parte est in dubio intelligendum. l. si quis cum totum. de excepti. rei. iud. ff. Item 44 quia uerba simpliciter non secundum quid accipiuntur. l. hoc legatum. de legat. 3. ff.

44 Verba simpliciter nõ secundum quid accipienda.

Item quia indefinita æquipollet uniuersali. l. 2. de liber. & posthum. Item quia uerba per prius non per posterius sunt intelligenda. l. 1. §. qui in perpetuum. si ager uectig. uel emph. pet. ff. Sed attento ordine intellectus prius per institutionem uel substit. deinde per ius accrescendi hæreditas quæritur, ergo illa uerba, me heredem esse ex asse, sunt intelligenda iure institutionis uel substitutionis, & sic per prius. Præterea id uidetur ibi expressum. ibi, quauis quasi in partem substitutionis exhæredatus non sit me adire posse puto & hæredem ex asse esse: ergo iure substitutionis ut referatur ad proximiora. Præterea & si concederemus quòd tex. ille intelligatur iure accrescendi ad huc nil obesset meæ opinioni nec faceret pro Bart. Nam secundum Bart. & alios ibi, ideo institutus partem repudiatam iure accrescendi haberet quòd iure substitutionis eam propter nullitatem substitutionis habere non posset. ergo etiam attenta inductione Bart. ex ipsa sequitur à contrario sensu quòd dum uiget ius substitutionis portionem repudiatam iure accrescendi habere non possum. Secundò mouetur Bart. per tex. in. l. nec is. §. heres & ibi glo. & Bart. ff. de acquirend. hære. ubi legitimus hæres cui à. l. defertur hæreditas hæres institutus potest repudiare ex testamẽto & succedere ab intestato ex prouisione legis. ergo ita in proposito repudiãs ex substitutione potest uenire iure accrescẽdi iure inducto. ad idẽ est similis tex. in. l. si Iud. eo. ti. de acq. hæ. & in. l. recusare. §. Titius. ff. ad treb. Sed secundũ Ias. ubi suprá ista iura parum faciunt, quia in illis legitimus duplici iure uenire poterat; unde repudiando ex uno non uidetur repudiare ex altero. facit. l. i. §. sed uidendum. cum. gl. not. ff. de succes. edi. facit bene in argu. l. si domus de serui. urba. præd. sed in quæstione nostra uno tantùm iure admitti poterat, quia substitutio cessabat uel ꝓpter nullitatẽ uel ꝓpter repudiationẽ. sed certè immo multùm faciũt. Nã & in quæstione nostra duplici iure poterat uenire. s. substitutionis iure, & iure accrescendi. nã tecum fui institutus portionẽ adiui meam, ad tuam repudiatam possum uenire tanquam coniunctus ex dispositione legis, tanquam substitutus ex dispositione testatoris. Resp. ergo quòd non obstat. nam ibi in totum ueniebat ab intestato, hic partim uenire uolebat uno iure, scilicet accrescendi, partim alio, scilicet institutionis. secundum Bar. in. l. si quis heres institutus. de acquir. hæred. Tertiò mouetur Bar. per tex. in. l. si quis hæres institutus. ff. de acquiren. hære. & ibi est gl. 2. not. de hoc ubi cohæres substitutus cohæredi potest portionem coheredis deficientem repudiare ex substitutione & eam habere iure accrescendi. ita uult ibi tex. dum dicit, erit quoque hæres ex substitutione, illa dictio quoque implicat quod & iure accrescendi. caue, quia ille tex. uidetur fortius facere in oppositum, dum dicit, erit quoque hæres ex causa substitutionis quoniam inuito quoque ei accrescit portio si ergo inuitus efficitur hæres ex substitutione, ergo sequitur quòd non potest repudiare ex substitutione, ut habeat tanquam cõiunctus ius accrescendi. & dum tex. ait, quoniam inuito quoque ei accrescit portio. intelligo accrescit iure substitutionis. Nam uerbum accrescere est latum secundum quod potest accedere, uel adijci, uel adiungi. unde uerbum illud cum sit commune tam ad accessionem, quæ fit iure accrescendi quàm ad accessionem, quæ fit iure substitutionis, meritò declaratur per uerbum ex causa institutionis ibi positum. sicut & uerbum adoptio sub se continet etiam arrogationem. unde leges dicentes quòd adoptato debetur quarta intelliguntur de arrogato. l. fin. ff. si à par fuerit quis manumis. Adde quòd non solùm quando certum est me uocatum per substitutionem tunc iure accrescendi portionem non habebo, sed etiam si incertum sit. tex. est in. l. si Titius. de uulg. & ita est commun. opin. secundum Alex. & Ias. ibi & secundum Alex. in. l. cohæredi. in prin. eod. post Bar. & Paul. ibid. & cuius utilitatis sit hęc inuestigatio, docet Paul. in. d. l. si Titius. & aliam utilitatem uide per Vigli. in. §. & si disparibus. per tex. ibi insti. de uulg. & eundem in. §. sed si instituto. eod. tit. Adde aliam huius inuestigationis not. utilitatem de qua in. l. scimus. §. repletionem. C. de inof. testamen. 24. casus in quo ut suprá incidenter attigi cessat ius accrescendi. Nam 45 si institutus in pluribus partibus eiusdem hęreditatis alteram repudiat, & alteram agnoscit; tunc repudiatam non iure accrescendi habebit, sed iure tantùm institutionis prout sibi delata fuit. ita tenent Bar. in. l. si. ff. de acqui. hæredit. & Ias. in. l. 1. nume. 20. ff. eod. quorum opin. defendi potest. Primò, per. l. si solus. in princ. de acquir. hæred. ubi licèt aditio partis trahatur ad totum, repudiatio tamen partis nullius est momenti, nec efficit ut partem repudiatam iure accrescendi habeam. ꝙ constat, nam substitutus me excluderet, quod tex. ibi negat. 5. quia 46 nullus potest mutare causam acquisitionis. l. cum nemo. cum glo. de aqui. poss. C. at si talis repudiatio ualeret iam causa acquisitionis mutaretur. i. titulus. nam dum testator uoluit ut totam hæreditatem titulo institutionis haberem, iam partem eius haberem titulo iuris accrescendi, partem titulo institutionis, quod esset contra eius uoluntatem ergo &c. ut. l. in conditionibus. ff. de condi. & demonstra. & auth. de nupt. §. disponat. Tertiò, quia ut aditio partis trahitur ad totum. d. l. si solus. & d. l. i. & 2. de acquir. hęre. & non modo ad totum id, quod tunc quæri poterat, sed etiam ad totum id, quod post aditionem in una parte factam existente alterius partis conditione cœperit posse acquiri. l. si tu ex parte. ff. de acquiren. hære. ita & repudiatio partis aut ad totum extendi, aut nullatenus ualere deberet. Nam 47 utrumque ead. ratione procedit. 5. quia acquisitio in ultima uoluntate est indiuidua argum. d. l. i. & 2. & d. l. si solus. quod trahitur ad legata. l. neminem. ff. de leg. 2. & ad conditiones. l. cum fundus. de condi. & demost. unde cum sit quid indiuiduum, pro parte fieri non potest. ut. dd. ll. & l. uulg. ff. de furt. facit. l. pro parte. ff. de seruit. l. si unus. & l. per fundum. de seruit. rest. præd. l. 2. §. item si in facto. & §. ex his. & l. 3. & 4. in. §. Cato. & §. is qui duplam. & l. in excusatione. ferè per totam. ff. de uerb. oblig. maximè in. §. in secunda specie. l. i. C. de cond. furt. l. si quis id quod de iurisd. omni. iud. l. item multa. §. sed si plures. ff. ad. l. aquil. ex quibus potest sumere confirmationem posito. pro constanti ꝙ tã aditio quàm repudiatio sunt quid indiuiduũ. unde pro parte fieri non possunt, uel pro parte factæ pro parte quidem ualere non possunt, sed aditio ut fauorabilis, quia pro parte ualere non potest trahitur ad totum: repudiatio ut odiosa licèt pro parte ualere nequeat, non trahitur ad totum. argum. l. cum quidam. de liberis & posthu. ff. c. odiosa. de regu. iur. in. 6. Quod intellige siue quis simpliciter sit institutus, siue distinctis partibus. nam cùm testator institutiones in una persona plures, cui substitutus datus non est, facere non possit. quod dic ut. d. l. si solus. §. fin. ibi. dato. s. cohærede. & l. cum heres. §. si. eod. & l. si ita quis. §. scripserit. ff. de hære. insti. illa quidem partium distinctio tanquam superuacua reijcitur, ut institutio procedat ac si apposita non esset. argum. l. i. §. si ex fundo. ff. de hære. inst. l. si alterius. eod. l. si quis priore. ff. ad trebel. §. sed & si quis. institu. quib. mod.

45 Ius accrescendi non est quando institutus in pluribus portionibus unam agnoscit, & alteram repudiat contra commune.

46 Causam acquisitionis nullus mutare potest.

47 Hæreditas, legata conditionesq́ue an possint diuidi per honoratũ.

mod.testam.infirm.facit.l.pe. C.de insti.& substit.l.i.& l.quæ sub conditione.ff.de condi.inst.l.obtinuit &.l.nó dubitamus.de condition.& demostra.&.l.si impossibilis de hæredibus.insti.§.si impossibilis.insti.eod. Nec dicatur quòd testator faciendo distinctioné partium in una persona, uidetur uelle ut illa tanquam plures habeantur: nam immo dico quod aliud uoluit, sed & si & uoluisset idé adhuc esset neglecta eius uoluntate.l.nemo potest. de leg.1.l.si unus.C.de testa. Quartò, uidetur tex.expressus in.l.2.ff.de acquir.hęre.nam si uerum est quòd tex.ibi ait, quòd institutus in pluribus portionibus eiusdem hæreditatis unam ex eis repudiando, nil agit; tunc sequitur quòd ut si nullius partis repudiatione præcedente unam partem adiret, tunc omnes partes iure institutionis acquireret, non partem iure institutionis, partem iure accrescendi ut.l.si solus.in prin.ff.de acqui.hære.ita etiam hoc casu iure institutionis acquirit portionem repudiatam, non secus quàm portionem aditam, quasi repudiatio alterius portionis pro nihilo sit. Denique pro hac opinione faciunt pleraque eorum, quæ diximus in defensione præcedentis conclusionis & ex ibi dictis & hic repetitis collige, quòd quando sum institutus in pluribus portionibus eiusdem hæreditatis & alteram repudiaui, alteram uerò adiui, quæritur, utrum repudiatam acquiram iure tantùm institutionis pro ut delata fuit, an iure tantùm accrescendi, an utroque iure tam institutionis quàm accrescendi: & magis est, ut iure tantùm institutionis, ut dixi; licèt contrarium teneant Bar.Areti. & alij quos, refert Iaso. nume.20.in.l.i.ff.de acquir.hęre. & aliter destinguit Bar. in.l.si quis hęres institutus. ubi communiter. dd. ff. de acquir.hære.Bar.& alii.in.l.si tu ex parte.ff.eod. Bar. & alii.in.l.quidam eologio.C.de iure delib. & huius inuestigationis utilitatem uide per.l.scimus.§.repletionem. C.de inoffi.testa.& suprà in articul.præced.uidimus remissiuè alias utilitates.

48 *Ius accrescendi non est post portionem quæsitam etiam reuocabiliter contra communé.*

Præterea est quod suprà incidenter attigimus.25.casus 48 in quo cessat ius accrescendi.s.post portionem quęsitam, nam si cohæredes uel collegatarii suas portiones acceperint, tunc altero moriente eius portio alteri non accrescit, sed morientis hæredibus defertur. l.aquam.ff.quemadm.seruitutes amittantur.l.i.§.interdum.ff.de usuf.accre. ratio, quia ius substitutionis est potentius iure accrescendi.l.2.§. si duo.ff. de bonorum poss.secundum tab.sed ius transmissionis est potentius iure substitutionis.l. unica.§. cum autem in superiore. C.de cad.toll.l.unica.C. de his, qui ante aper. Bar. & omnes in.l.i.ff.de uulg.ergo cum ius transmissionis excludat substitutionem multò magis excludet ius accrescendi, quo fit ut cohæres uel collegatarius, qui portionem suam agnouit moriens eam transmittat in hæredes suos cessante iure accrescendi, quod portione iam quæsita locum habere non potest.

49 *Intell. l. cum hære ditate. ff. de acquir. hær. contra communem.*

Fallit primò 49 in terminis legis cum hæreditate. ff.de acquiréda hæreditate.ubi portio hæreditatis erat iure suitatis adquisita filio.& tamen eo abstinente accrescit cohæredi ut ibi. ratio, quia filius abstinens ab hæreditate patris non potest eam ad hęredes suos transmittere.l.unica ibi, si tamen hæreditatem non recusant C.de his qui ante apertas: unde cum non sit aliquis, qui ueniat per ius transmissionis nec etiam per ius substitutionis, superest ut cohæres admittatur per ius accrescendi, quod est tacita substitutio.l. si Titio & Meuio. §. Iulianus.ff.de leg. 2.

Et ex dicta.l.cum hæreditate. inferunt communiter doct.quòd in hęreditatibus suam portionem adeunti cohæredis portio non accrescit inuito, quia si portionem suam uelit omittere, repudiatam portionem capere non cogitur.per.d.l. cum hæreditate. ita tenent Bar. Paul. Aret.Alex.Ias.& Decius num.4.in.l.si testamento.C.de impub. glo.ibi & glo.Bar.Ange.Imola, Paulus, & Aretinus col.fi. in dicta.l.cum hæreditate Bar. in.l.quidam eologio.col.2.in fine.C.de iure delibe. Bar.in.l.fi. col.i. in prin.ff.de acq.hær.Bar. in.l.re coniuncti nume. 51.& ibi Ripa num.185.ff.de leg.3.fallit hæc communis conclusio, quando hęredes erant inuicem substituti. Nam tunc etiam si uelit suam portionem omittere ad huc repudiatam portionem capere cogitur. & ita intelligunt. d.l. si testamento. sed nec regula nec fallentia uera est, ut diximus supra.§.21.num.102.& ibi dictis addere potest etiam quòd.l.cum hęreditate.in qua fundatur communis opin.existimantium quòd in hæreditatibus portio uacans non accrescat inuito præcisè, sed tantùm causatiuè nil faciat, quia procedit per rationem suprà signatam uidentur uelle Ias.in.l.quidam.nume. 14.C.de iure delibe. Corras.in.d.l.si testamento.C.de impub.nu. 13. & ibi Fulgosus.col.3.in fin. Lancelotus Politus. in.l. re coniuncti.ff.de leg.3.num.62.& ibi Croius nume.90.

Tene ergo contra communem quòd in hæreditatibus portio uacans accrescit præcisè regulariter, limita, nisi mero iure fuisset quæsita.d.l.cum hæreditate. Sublimita hác limitationé, nisi post repudiationé unius ex necessarijs altera adiuisset.ut.l.si duo.&.l.pen. & fin.ff. de acquir.hæred. Secunda conclusio quòd.l. cum hæreditate. limitatur per.l.testamento.C.de impub.ut si ex duobus necessariis alter adiuit, & postea alter repudiauit quòd tunc portio abstinentis accrescat adeunti præcisè siquidem erant inuicem substituti. tene contra cómun.opinionem prout tenet Decius nu.4.in.d.l. intestato. Aretin.in.l.cum hæreditate.colum.fin.nec obstat.d. l.si testamento.quia, ibi in hæredibus extraneis non in necessariis, & nostræ princ.opin.dic nil obesse.d.l. cum hæreditate, quia illa non debet trahi ad consequentiá cùm loquatur in iure accrescendi irregulari, quod probatur, quia illa loquitur post portionem quæsitam, quo casu cessat ius accrescendi, secundò, quia ius accrescendi regulare non aliter procedit quàm si portio uacet omni iure; sed ibi non uacabat iure ciuili. Tertiò, quia beneficium prætoris cum iniuria alterius dari non debuit, sed ueritas huius op.pendet ab illa quæstione, an per dationem cohæreditis extranei tollatur suitas, ut colliges ex Ripa.in.l.re coniuncti num.185.ff.de leg. 3.de qua plenè.§.21.num.83.

50 *Piæ causæ fauore an quis possit partim testatus decedere? ardua q.*

Quid autem 50 in piis causis & sanè pendet illinc, utrum fauore piæ causæ possit quis partim testatus & partim intestatus decedere: qua in re partem affirmatiuam, ut possit, tenet Bart.in rep.l.1.quæst.2.& iterum colum. antepen.C. de sacrosanct. eccle. Philippus Decius & Hieronymus Cagnolus numero 9.in.l.ius nostrú ff.de regul.iur.Calderinus consil 23. an testamentum. ad fin.sub rubr.de const.Ancharan.& Ioannes de Imol. in.c.cum esses.de testamen.Abbas Panormit.consil.32. circa duo.lib.2.Alexander consi. 105.uiso ac diligenter col.fin.lib.4.Corneus consilio 53.pro decisione lib. 1. Iason.in.l.hac consultissima.§.ex imperfecto. col.4.C. de testamen. mouentur quia id in milite expeditum est per.l.similem unum.l.ex duobus.ff.de mili. testamen.d. l.ius nostrum à contrario sensu. Deinde, quia & per statutum id fieri posset ut tenent Angelus & Imola & Alexand.in.2.not.in.l.moribus in prin.ff.de uulgari.unde (inquiunt) apparet hanc prohibitionem non esse iuris gentium sed tantùm iuris ciuilis, sed ius gentium inspicitur in testamentis ad pias causas. argumento.d.c. relatum.1.& .c.cum esses.de testament. ergo &c. Contrariam tamen partem ut quòd iuris est in reliquis testamentis idem quoq; iuris sit & in testamento ad pias causas quò ad hanc rem tenuit Bald.in rep.d.l.1.col.pen.& iterum in lect.d.l.1.col.fin.& Andreas Tiraqu.in tracta. de priuil.piæ causæ hanc rem attigit, sed neutram partem elegit. Quid dicendum? & sanè superior pars de iure ciuili uerior est, quia leges generaliter disponétes comprehendunt personas utcunque aliis in rebus sint multùm priuilegiatæ, si ea in re, qua de agitur non repe riantur habere peculiare priuilegium.l. in fraudem ad

stu. ibi, quia generalis erat illa determinatio. & ibi notat Bal. ff. de testam. mil. Decius consi. 5. idem Decius in. l. ex testamento. C. unde liberi. Alciatus lib. 4. paradoxorum. c. 10. Andreas Tiraq. de præscrip. §. 1. glo. 11. Decius in. l. 1. & in. l. nemo potest. ff. de regul. iuris. sed piæ causa de iure ciuili hac in re nullum reperitur habere speciale priuilegium ergo &c. Deinde, quia casus excepcus firmat regulam in contrarium. l. nam qood liquidæ §. fin. ff. de penu legata. Vnde cum iure singulari id militibus cõcessum sit, in reliquis omnibus denegatum uidetur. facit regula. l. cum prætor. ff. de iudi. Postremò facit regula. l. illam. C. de colla. Hactenus de iure ciuili, sed de iure canonico ad hanc partem procliuior sum, ut existimem id licere, quia eo iure si alias tota dispositio ad pias causas facta periret, nisi iure tantùm diuino uel gentium uteremur, eo iure non etiam iure ciuili utimur, si id fieri potest sine cuiusquam iniuria. arg. d. c. relatum. & d. c. cum esses. iniuriam autem accipere debemus quando damnum infertur, non quando lucrum hæredibus legitimis remouetur. argumento. dd. iurium. Iuncta. l. quia autem. in princ. & §. 1. ff. quæ in fraud. cred. & l. quis poterat. ff. ad treb. & ita possunt & debent conciliari superiores uarietates. Qua 51 in re alterutrum ius in suo foro seruandum est secundum Angelum in. l. illa institutio. ff. de hæred. instit. Innocentius in. c. relatum. 1. de testam. Sed tamen in contrarium est receptior op. ut ius canonicum quò ad pias causas in utroque foro seruandum sit secundum Andream Tiraquellum de priuilegiis piæ causæ priuilegio 163. id, quod modò non examino.

51 *Pijs in causis an semper ius canonicum sit inspiciendum.*

Vigesimussextus casus, 52 in quo cessat ius accrescendi est inter legatarios re & uerbis disiunctos secundum Bar. & communiter docto. in. d. l. re coniuncti. ut in l. 1. in princ. ff. de usufruct. accrescen. l. & Proculo. ff. de acquiren. hær. ratio est, quia, quæ differunt tanquã plus & minus non differunt in specie. l. fin. ff. de fun. inst. Brunus in tract. de augmento conclusione. 3. numer. 10. ergo ubi diuersæ species fiunt, quale est, si dixi, Titio fundum usque ad talem arborem lego, & Seio fundi reliquam partem, cessat ius accrescendi & tanquam res diuersa uacans applicatur suæ uniuersitati. i. hæreditati non secus quam hæreditas illius, qui nullos habebat cognatos fisco applicatur, non cæteris priuatis: ratio, quia 53 una species separata maiorem similitudinem habet cum suo genere quàm cum altera specie separata, licèt sit sub eodem genere contenta. Nam asinus rectè animal dicitur, & tamen bos dici non posset. facit. l. si quid earum. §. inter emptum & paratum. de lega. 3. ff. cum ibi notatis per glosam & doctores, bene facit hac in re tex. in. l. cum quæstio. C. de legatis cum ibi traditis per Cornelium & alios. C. de legatis. idq; procedit ex legis interpretatione, quæ nititur in exacta, subintellecta, & præsumpta uoluntate testantis. Facit etiam quia 54 testator præsumitur hæredem quanto minus potest grauare noluisse. l. Titia. §. qui in uita. ff. de lega. 2. & secundum hanc interpretationem minuitur grauamen hæredis. Item 55 de singularibus ad uniuersalia & è contra nõ licet arguere. glos. singularis. in. l. si chorus. de legatis 3. uide Albertum Brunum. in tract. de augm. conclusione. 4. infero nouissimè quare inter cohæredes omnino disiunctos est ius accrescendi secus inter collegatarios omnino disiunctos, quia hæreditas est unum qoid uniuersale, quæ esse non desinit una licèt in mille partes diuidatur. l. proponebatur. ff. de iudic. & res corporea, quę in hęreditate est per nudam patrisfam. destinationem de una efficiuntur plures. l. quod in rerum. ubi Iason. ff. de lega. 1. itaq; testator de sua hęreditate plures facere non potest, sed 56 de suo fundo plures facere potest: & fundus cùm diuiditur per partes, quę possunt ad oculum demonstrari nullus unquam ignorauit quin de uno plures factu intelligantur. l. quod in rerum §. primo cum ibi notatis. ff. de lega. 1. non sic in hęreditate, quę 57 non potest diuidi in partes, quę possint ad oculum demonstrari; cùm nec ipsa tota hęreditas possit ad oculum demonstrari cùm sit incorporea & inuisibilis. in prin. inst. de rebus corpor. quod nota ad. l. & Proculo. ff. de lega. 2. l. 1. §. 1. ff. de usufr. accresc. & circa. d. l. & Proculo. Considera 58 quòd ibi primò ponitur dictũ deinde id dictum duplici ratione probatur. dictum est quòd ibi portio unius domini repudiantis alteri non accrescit, sed hęredi defertur: ratio, quia ibi non erant domini re coniuncti. Nam ut sępe dictum est, re coniuncti dicuntur tunc demum si unusquisque ad solidsm rem legatam uocatus fuerit; at hic non ad solidam rem dominorum quisque uocatus intelligitur sed unusquisque uocatus intelligitur ad portionem partem'ue tantùm dominicam, quam in seruo habebat non enim coniunctim sed partes uideri legatas ait ibi consultus. Pręterea & secundò, qui sunt re coniuncti si omnes agnoscant legatum partes ęquales per concursum ferunt. l. legata inutiliter. §. fin. ff. de leg. 1. & ferè per totum. ff. de usufru. accresc. at in. d. l. & Proculo. si ambo domini agnoscerent legatũ tunc non ęquas partes haberent, sed quantam quisque partem in seruo haberet, tantam similiter haberet in relegata ut ibidem dicitur in ultimo respon. ergo quòd ibi domini non essent quò ad illud legatum re coniuncti patet dupliciter, primò, in uocatinne, deinde in legati agnitione. in uocatione, quia eorum, qui sunt re coniuncti ad solidum quisque uocatus ab initio á testatore intelligitur. at in. d. l. & Proculo ad partem tantùm dominicam quisque ab initio á testatore uocatus intelligitur in agnitione: quia eorum, qui sunt re coniuncti si omnes agnoscant legatum uiriles portiones i. ęquas habebunt. at in. d. l. & Proculo non uiriles & æquas portiones, sed dominicas & sic inæquales habebunt. Sed certè licèt. d. l. & Proculo in. 2. & 3. resp. exactè probet non esse inter illos duos realem coniunctionem tamen adhuc uidetur qoòd possit esse uerbalis coniunctio inter eos quandoquidem fuit unica oratio, & consequenter quòd sit ius accrescendi. Sed resp. quòd ibi consultus ideo non fuit moratus circa ostendendum quòd uerbalis coniunctio inter dominos non erat, quia indubitatum erat non esse. Nam ipsi domini nec sub una oratione, nec sub diuersis fuerunt uocati a testatore, sed tantùm eorum seruus: ergo cum uerbalem coniuncti. ibi non esse expeditissimum esset, & realem similitér abesse, iureconsultus exactè probauerit: superest indubitanter non esse ius accrescendi. Qoinimmo de eo tantùm agendum erat, utrum esset ius non decrescendi, quod inter re coniũctos locum habet & non esse ius non decrescendi eo quòd domini re coniuncti non erãt ad unguem probat. d. l. & Proculo. Quòd autem ibi non esset ius accrescendi, quod inter uerbis tantùm coniunctos propriè locum habet id indubitatum erat, tum quia ioter dominos ut dixi non erat coniunctio uerbalis, tum etiam quia licèt esset coniunctio uerbalis tamẽ portio defecta potius pertinere deberet ad hæredem, quem à testatore dilectum fuisse constat quàm ad alterum serui dominum, qui cum à testatore uocatus non fuerit, nec nominatus, non uidetur ab eo cognitus uel dilectus. argumento. l. cum quis. C. de iure delibe. l. 3. l. qui liberis. §. hæc uerba. ff. de uulga. l. si paterfamil. ff. de hær. inst. Vnde si testator diceret, Stichi dominos tali re æque donatos uolo, uel Stichi dominis talem rem ex ęquis partibus lego. & cõstaret quod eos dominos nec notos habebat, nec amabat, sed Stichum tantùm dilectumq; habebat ideoque constaret id legatum fecisse ut tantùm Sticho gratificaretur, tunc alterius repudiantis portio alteri non accresceret, sed hęredi deferretur. argumento. d. l. & Proculo. & quia ius accrescendi nititur in præsumpta uoluntate testatoris. l. si Titio & Meuio. §. Iulianus. ff. de leg. 2. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad trebell. Quæ omnia intelligenda esse putes in his propriis terminis, quando partes non ita fiebant, ut possent

52 *Accrescendi ius an detur inter re, & uerbis separatos. egregia q.*

53 *Species generi suo affinior est quàm alteri speciei.*

54 *Testator quo minus potest uidetur hæredem onerasse.*

55 *Argum. de singularibus ad uniuersalia, uel contra, non ualet.*

56 *Testator de uno fundo plures facere potest. sed de hæreditate plures facere nequit.*

57 *Hæreditas est indiuisibilis & incorporea.*

58 *Inter re, & uerbis disiunctos an sit ius accrescendi. ardua quæst.*

sent ad oculum demonstrari: quòd si ad oculum demonstrari possent, tunc nulla dubitatio esset, quin ius accrescendi cessaret ut suprà diximus.

Denique considera quòd quando est omnimoda disiunctio realis cessat ius accrescendi etiam si adsit uerbalis coniunctio, quale est cum dixi, Titio fundum usq; ad talem arborem, Seio eundem fundum lego illinc usque ad talem arborem. communis opin. est ut diximus suprà in casu.20. Vnde in eo tantùm quæstio superest quid si ita dixi? Titio fundi dimidiam lego, Seio alterā dimidiam lego. quo casu re & uerbis separati sunt: re, quia ad singulas dimidias, uerbis quia in diuersa oratione, non in eadem oratione uocati fuerunt. l. re coniuncti. ff. de lega.3. l. triplici. ff. de uerbor. sign. & hoc etiam casu non esse inter eos ius accrescendi tenent Bar. Cumanus Besutius Iason. Ripa. Politus. Crotus & reliqui omnes in. d. l. re coniuncti. qui ueluti quodpiam iuris notissimum elementum hoc tradunt Castalius in rubr. ff. de usufruct. accresc. Iason & communiter docto. in. l. qui quartam. §. si quis unam. ff. de lega.1. idem Ias. in. l. si duobus. §. fin. eod. titul. Ias. in. l. huiusmodi. §. quibus. ff. de lega.1. Romanus consil. 185. pro decisione Salicetus in. d. l. re coniuncti. Imola. Paulus & Alexand. in. d. §. quibus & ibi Bald. & Nicolaus de Neapol. Bald. Ange. & Raphael. in. d. l. si duobus. §. fin. Alexand. & Imola. in. l. qui filiabus. §. 1. ff. de lega.1. Angelus consi.81. Sernidius notarius. Alexand. consi. 55. uiso titul. lib.2. Placea in. l. uni. C. si imperialis liberalitatis socius lib.10. Castalius in. l. cum singulis. ff. de usufruct. accrescen. Bald. Salicetus & Corneus in. l. un. §. ubi autem cum. §. sequen. C. de cad. toll. & in. §. his ita ead. l.

Mouentur potissimùm per duo iura, primùm per. l. 1. §. 1. ff. de usufructu accrescēdo. & . l. cū singulis. eod. titulo, quæ nihil faciunt. nam loquuntur in usufructu accrescendo, uel non accrescendo; in quo multa præcepta singularia & irregularia esse uel ex eo patet, quia ad hanc solam rem factus fuit ille titulus; cùm reliqua iura de iure accrescendi loquentia sparsa inueniantur per uniuersas iuris partes & titulos & disseruimus plenè suprà. §. 10. num. 116. cum. 66. seq.

Mouentur deinde per. l. & Proculo. ff. de legat. 2. ibi sed partes uideri legatas. qui nihil obest, quia speciale ibi est propterea quòd dominus, qui ad ius accresc. & lucrum aspirabat, non fuerat honoratus nec nominatus à testatore. Item, quia suberat seruus legatarius, cui pars repudiata iure naturali uel saltem æquitate naturali portio repudiata debebatur sicq; non ex toto uacabat ut per ius accrescendi delata uideri posset, ut infrà dicam & attigimus in. d. §. 10. num. 116. cum pl. seq.

59 *Ius accrescendi datur inter legatarios re, & uerbis separatos contra communē.*

His tamen non obstantibus nouè teneri potest, ut sit ius accres. inter re & uerbis separatos, dummodo non sit omnimoda disiunctio realis. Vnde si dixi, Titio fundi dimidiam lego, Seio alteram dimidiam lego. inter eos erit ius accresc. Quod in primis probat tex. in. l. Meuio in princ. ff. de lega.2. in uerb. separatim, quod ibi bis repetitum est; & tamen ait tex. esse ius accrescendi nec dicatur quod ibi loquitur de separatione uerbali tātùm, non etiam reali. nam cùm ibi defecerit pars Seii, qui à Meuio separatus erat quò ad rem & à Titio quò ad uerba consequens est ut uerbum separatim ad Meuium & Titium relatum de utraque separatione intelligatur. Secundò per. l. hæredes sine. ff. de hęr. inst. ubi coniunctio notam consideratur ad inducendum ius accrescendi quàm ad inducendam prælationem in iure accrescendi. Tertiò facit. l. Item per Sabinus. §. unde idē ff. de hær. inst. ibi. nam quo ad ius accrescendi. non sunt coniuncti qui sine partibus instituuntur. ubi, qui coniuncti nullo modo sunt non desinunt inuitari ad ius accr. licèt non præferantur alioqui in iure accresc. Quartò facit. l. 1. in princ. & . l. pen. per locum ab speciali. ff. de usufruct. accresc. Quintò facit, quia portio accrescit portioni. l. si totam. ff. de acquir. hæred. ergo si cæpit uacare pars fundi legati alteri parti accrescere debet non uniuersæ hæreditati, quia est portio rei legatæ non autem est portio hæreditatis. argumento. l. quoties. C. de hær. inst. & in authent. ut cum de appellatione cog. §. cęterùm. coll. 8. ergo ut uerificetur quòd portio accrescit portioni necesse est, ut ea pars, quę uacat alteri parti accedat non autem uniuersa hæreditas obruatur. Sextò per. l. si Titio. ff. de usufruct. ubi, habetur quòd ius accrescendi inducitur ad similitudinem alluuionis latenter. Sed nulli dubium quin ea portio maiorem similitudinem habeat cum altera rei legatæ portione quàm cum uniuersa hæreditate: ergo ei potius debet accedere quàm uniuersæ hæreditati. Septimò in habentibus simbolum facilior est transitus quam si sit dissimilitudo. tex. iuncta doctrina Bar. ibi in princ. in l. centurio. ff. de uulga. Sed portio rei legatæ uacans maiorem habet similitudinem cum altera portione, quam cum uniuersa hæreditate ergo ei potius debet accedere.

Octauò de singulis ad uniuersa non licèt arguere, ut per Brunum in tracta. de aug. quæstione. 3. & . 4. propter dissimilitudinem. nam asinus animal rectè dicitur, homo autem dici non posset. & indiuiduum quodlibet magis appetit sui conseruationem quam conseruationem speciei ergo pars rei legatæ uacans magis est ut alteri parti accedat per quod indiuidui conseruatio induceretur quàm quòd hæreditas obruatur & per hoc sub genere comprehendatur: facit. l. si quid earum. §. inter emptum ff. de lega.3. Nonò hæreditas est quid iuris. l. hæreditas. ff. de uerb. sign. & . l. hęreditas. ff. de peti. hęr. res aut legata est quid facti, ut constat. Item hęreditas est quid inuisibile & incorporeum, res aut legata est uisibilis & corporea. in princ. inst. de reb. corp. & in corp. ergo pars rei legatæ uacans impossibile est quòd accedat hęreditati sed potius alteri parti rei legatę accrescat: quia ius accrescendi est propagatio eiusdem formę & naturę non diuersę. arg. d. l. si Titio. ff. de usufr. Decimò facit. l. si Titio & Meuio. §. Iulianus. ff. de lega. 2. ubi ius accresc. est quędam tacita substitutio: & collegatarius uidetur tacitè substitutus sed substitutus pręfertur grauato. §. in primo, & . §. pro secūdo. C. de cad. toll. ergo &c. Vndecimo facit, nam 60 certum est quòd substitutus pręfertur coniuncto. l. 2. §. si duo. ff. de bon. poss. secundum tab. coniunctus autem pręfertur grauato. l. un. §. in primo §. pro secundo. C. de cad. tollend. & & tamen si post plures institutos etiam disiunctim, uel separatim ad legatum uocatos simpliciter substitui Titium tunc altero ex primo institutis ad legatum uocatis repudiante statim admittitur coniunctus utrumque separatim re & uerbis uocatus. l. hęredes mei. §. cum ita ubi Bar. Paul. Imol. Soci. Alexand. Cuman. Ripa. ff. ad treb. l. 1. ubi Bart. Bald. Salicet. Paul. Aretin. Alexan. Iasu. Dec. Corrasi. & Curti. Iunior. C. de impuberum. si ergo collegatarius uel cohęres utcunq; re & uerbis disiunctus admittitur excluso substitutio quanto magis admittetur excluso onerato, sicque & in specie nostra indubitanter uidetur collegatarius re & uerbis separatus admittendus excluso hærede onerato. Duodecimò facit, quia legatarius in re legata habetur loco hęredis & longè exactiorem & magis enixam uoluntatem habere uidetur quàm hæres. l. id tempus. ff. de usucap. ergo quo ad illā rem eiusq; partes debet hæredi uniuersali præferri. Tertiodecimò, id perfectū est quòd ex omnibus suis partibus cōstat. l. 1. ff. de Orig. iur. ergo pars rei legatæ uacans alteri parti debet accedere ad sui perfectionem potius quam ad hæreditatem redire, quia hęreditas perfecta & nulla ex parte detruncata intelligitur etiam si plures res corporeæ uel etiam uniuersæ ab ea detrahantur. l. hæreditas. ff. de pet. hær. l. hęreditas de uerbor. sign. in princ. inst. de reb. corp. & incorp. at res legata per abscessum unius partis trunca uideretur.

60 *Coniūctus & re, uerbis separatus excludit substitutū.*

Quartodecimò hæres singulis collegatariis nullo modo coniunctus est, licèt uniuersis fortè uideri possit. ipsi autem

autē collegatarii inter se habent coniunctionem uel sal
tem communionem respectu totius rei, qua ratione in
iure accrescen. sunt præferendi. argumento. l. interdū.
in princ. ff. de hæred. inst. l. si quis Titio. ff. de usufruct. ac
crescen. Quintodecimò communio uitanda est, ne
odiosa maxime inter inuitos. argument. l. cum pater. §.
dulcissimis. ff de lega. 2. qua ratione, etiam ius accresc.
inductum est, ut cum primùm pars uacare cœperit alte-
ri parti accedat sicque cesset communio potius quàm
uadat ad hæredem ut sic esset communio inter legata-
rium & hęredem, sed si ea pars uacua alteri parti acces-
serit cessabit communio, sin autem penes oneratū man
serit communio erit: ergo magis est ut alteri parti acce
dat ut per hoc communio cesset. Sextodecimò facit
quia generi per speciem derogatur. ut in regula iuris.
Decimoseptimò uidetur tex. expressus. in. l. 1. §. idē ait
ff. de usufruct. accres. iuncta. l. & Proculo. ff de legat. 2.
nam si seruo communi aliquid legetur, tunc domini il-
lius serui non uidentur coniuncti ullo modo licet inter
eos uideatur esse communio quò ad illam rem eorum
seruo legatam. Vt in. d. l. & Proculo. & tamen hæc cō-
munio dempta etiam omni coniunctione sufficit ut in-
61 ter eos dominos sit ius accresc. in usufructu ut. d. §. idem

Intell. l. et Proculo. ff. de lega. 2.

ait. Nec 61 me mouet quòd sola communio inter col
legatarios proprietatis non uideatur sufficere ad indu-
cendum ius accres. argumento. d. l. & Proculo. nam re-
spon. illud receptum peculiari quadam ratione, quia
pars uacua non ex toto uacabat cùm posset ipsi seruo
applicari, cui naturali quadam æquitate debebatur. ut
docet Bar. & omnes, in. l. huiusmodi. §. si Titio. ff. de leg.
1. & in. l. planè. 1. §. si coniunctim. per tex. ibi. ff. eod. at re
62 gulariter 62 ubi non esset illa peculiaris ratio per quā

Accrescendi ius ut sit, oportet portionem ex toto uacare.

portio, quæ uacare uidebatur re uera non ex toto uaca
bat & sic esse non poterat ius accrescendi. ut per glo. &
omnes in. l. si duo. in princ. ff. de iure iur. Bar & omnes in
d. l. huiusmodi. §. si Titio. ff. de lega. 1 tunc sola commu-
nio inter collegatarios sufficeret ad ius accres. inducen
dum. Quòd si dixeris quare illa æquitas quòd portio
quæ prima facie uacare uidebatur in terminis. d. §. idē
ait. quæ re uera nō ex toto & omni iure uacabat cùm ip
si seruo naturali quadam ęquitate debebatur non consi-
deratur resp. ea naturalis æquitas in legato usufructus
non consideratur, quia id legatum cedit ab adita hære-
ditate, ut tradunt doct. per tex. ibi in. l. un. §. libertatibus
C. de cad. tollen. unde si tempore quo aditur hæreditas
is seruus id legatum usufructus acquirere non possit
nunquam poterit postea id legatum acquirere: quo fit
ut cum ipse seruus omni spe acquirendi careat ius ac-
crescendi inter dominos illius serui esse debeat propter
communionem, quam in usufructu habent. Decimo-
octauò facit l. 1. §. fi. ff. de usufruct. accres ubi. inter col
legatarios usufructus etiam post portionem quæsitam
datur ius accresc. licèt negari non possit quin ibi usufru
ctus inter eos diuisus esset perceptione. Nam pars usuf-
fructus, quæ uacare cœpit, si ad alteram partem redire
desiderat licèt per hoc non inducatur totius rei plena cō
solidatio. 1. proprietatis cum usufructu, quanto magis
si per tale ius accresc. induceretur plena consolidatio
ius accresc. abnegari non deberet. Decimonono in-
duco. l. si ita quis hæredes. ff. de hæred. insti. ibi non tam
coniungisse quàm celeriter dixisse uidetur. Nā 63 cū
63 nullus unquam negaret quin sit ius accrescendi inter col

Coniunctio uerbalis sola inducere non potest ius accrescēdi sola de per se contra commun. op.

legatarios uerbaliter tantùm coniunctos, & uerbalis cō
iunctio non ad aliquem iuris effectum facta à testatore
uideatur, sed tantùm ad breuiorem loquendi expeditio
nem, ut ibi. sequitur necessariò quòd inter collegata-
rios re & uerbis separatos sit ius accrescendi non secus
quàm inter collegatarios uerbaliter tantùm coniunctos:
quandoquidem ea uerbalis coniunctio non ius accresc.
sed celeritatem tantùm loquendi inducit. optimè facit
l. pen. ff. de usufr. accresc. ubi constat quòd uerbalis tan
tùm coniunctio ad ius accresc. inducendum non opera-
tur quicquam. Vnde posita coniunctione uerbali tan
tum non magis nec minus sequitur ius accrescendi
quam si coniunctio nulla esset, sed tantùm communio
incidens, quæ hac in re in consideratione esse non so-
let. argumento. l. 1. C. qui testam. facere possunt. Item
64 portionis uacantis accessio contingit propter con- 64

Quòd inter collegatarios re & uerbis disiunctos possit esse ius accrescendi.

tiguitatem, uicinitatem, & similitudinem. Ergo si
duobus re & uerbis disiunctis (pro indiuiso tamen) ea-
dem res legetur, portio repudiata collegatario acce-
dit, non hæredi: habet enim pars uacans maiorem simi
litudinem cum altera parte quàm cum hæreditate, quia
altera pars est corporalis, hæreditas incorporea. ut in-
sti. de reb. cor. & incor. Item id perfectum est quod ex
omnibus suis partibus cōstat. l. 1. ff. de orig. iur. ergo cum
pars uacans sui perfectionem appetere intelligatur alte
ri parti accedet ut sic ad perfectionem perueniat potius
quam hæreditati, cum si accederet nil perfectionis ad-
deret. nam secundum Philosophum & si aliquid demas
de infinito nihilominus remanet infinitum sicque hære
ditas ut pote quid uniuersale & iuris censura infinitum
æquè perfecta manebit siue pars illa accedat, siue ab-
scedat. Ergo si inter dictos collegatarios esset aliqua
coniunctio facilius esset ius accrescendi ad exclusionē
hæredis. Quòd si mihi fundus, tibi domus legare-
tur, tunc domus repudiata non mihi etiam si collegata
rio essem uerbis coniunctus, sed hæredi accederet. l.
huiusmodi. §. quibus. ff. de leg. 1. l. p. ff. de usuf. acc. ratio,
quia species maiorem similitudinem, contiguitatem,
uicinitatemque habet cum suo genere quàm cum alte-
ra specie. Nam bos animal rectè dicitur, homo autem
non rectè diceretur. l. si quid earum. § interemptum. ff.
de leg. 3. ut supra attigimus & huc sanè si rectè inspiciā
tur accedere & spectare uidentur plereque earum ra-
tionum, quas supra in præludiis tradidimus: dum age-
bamus, quare ius accrescendi esset inuentum? facit. §.
item per alluuionem. inst. de rerum diui. iuncta. d. l. si Ti
tio. ff. de usufr. 20. est tex. expressus in. l. Meuio. in
princ. ff. de leg. secundo. 21. tex. ibi in ratione sui dū
ait, quia cum separatim & partes fundi & totus legatus
sit, necesse est, ut pars, quæ uacat pro portione lega-
tā cuique accrescat. arrige aures, ecce textus ab ipsa
separatione arguit ad ius accrescendi sicque habuit pro
comperto inter re & uerbis separatos esse ius accre-
scendi. Cùm igitur hac in re sit notissimum iuris ele-
mentum ius accrescendi fundari utique in contigui-
tate, affinitate, uicinitate, & similitudine, quam
portio uacans habet cum portione agnita & acquisita;
nec ullus negauerit quin portio legati uacans maiorem
uicinitatem, affinitatemque habeat cum altera portio-
ne quam cum hæreditate ergo &c. tenendo illam par-
tem tunc 65 ad. l. & Proculo de leg. 2. ibi dicas quòd 65

Intell. l. et Proculo. ff. de lega. 2.

ideo desiuit esse ius accrescendi quòd portio ab altero
ea dominus repudiata ut iam dixi accrescere potest seu
pertinere ipsi seruo sui iuris effecto simile in. l. qui hę-
redi. de condi. & dem. secundum uerum intell. Emanuel
in. l. Gallus §. & quid si tantùm in. 5. parte. ff. de lib. &
post. simil. in. l. planè. §. si coniunctim. ff. de leg. 1. expres-
sus in. l. 3. & . l. qui liberis. §. hæc uerba. ff. de uulg. nam
& ius accrescendi est tacita substitutio. l. si Titio & Me-
uio. §. Iulianus. ff. de leg. 2. simile in. l. si solus. §. fin. ff. de
acq. hęr. sed opp. quòd non hac ratione fundat se. l. illa
sed illa ratione, non enim coniunctim sed partes uideri
legatas. Responde, illa uerba includunt quòd posita cō
iunctione sequitur ius accrescendi fore, sed non inclu-
dunt è contra, ius accrescendi cessare propter cessatio-
nem coniunctionis. d. §. si coniunctim. induco à fortio-
ri. nam ibi licèt erat mixta coniunctio, tamen impedi-
tur ius accrescendi, propterea quòd seruo saltem na-
turaliter debebatur: ergo quanto magis hic ubi nulla
erat coniunctio. & etiam illa uerba non enim coniun-
ctim &c. non pro ratione decisionis, sed pro responsio-
ne cuiusdem debilis obiectionis ea æstimare debent. op-
positum

positum enim erat, uel esse poterat esse ius accrescendi, quia coniuncti erant domini. Sed responderi poterat quòd licèt id fateremur sine præiudicio ueri, non per hoc esset ius accrescendi. ut in dicto.§.si coniunctim.& l. huiusmodi.§. si Titio. de lega.i.sed consultus negauit minorem, dicens, coniunctionem non fuisse, sed communionem. Adde.l.si duo patroni. secundum communẽ intell.de iureiu.ff. Sed dubito, quando concursus fieri uideatur, nam si res solida cuique relicta sit siue per mixtam coniunctionem, siue per realem tantùm, non dubito partes concursu fieri concursumque esse.l.coniunctim.de leg.3.§.si eadem insti.de leg.l.i.§.si.l.s.&.3.& pe.ff.de usufr.accrescendo. Ceterùm si non solita, sed partes cuique datæ sint, puta, & primo & secundo fundum æquis partibus, uel primo fundi dimidiam, secundo alteram dimidiam lego. an in eundem fundum concurrere uideantur? & certè singuli in singulas partes discretas & separatas concurrere potius uidentur quàm in eundem fundum, hic enim fundus magis diuisione & dispositione testatoris diuisus quàm legatariorum cõcursu uidetur. alius & in hac specie Titio dimidiam fundi lego, esset dicendum partem alteram Titio accedere, quia cùm uacua reperiatur maiorem habet similitudinem, cum parte Titio datæ quàm cum uniuersa hæreditate, quæ est penes hæredem, & consequenter Titio potius quàm hæredi applicanda foret, quod falsum ergo &c. Sed considera, quia id non sequitur, nam legatum est delibatio hæreditatis, post quam autem fundus de hæreditate delibatur, si duobus legetur, negari non potest delibationem semel factam fuisse & altero repudiante eius partem uacare sicque sui similiori & proximiori accedere debere: at in superiori specie nulla pars uacabat, quia dimidium tantum fundi fuerat legatum & ab hæreditate delibatum. Cõsidera, pars repudiata est ac si nunquam legata fuisset.l. legatarius in fin.de leg.i.ff.l.si. ad med.ff.si quid in fraud. patro.l. si tibi homo.§.cum seruus.ff.de leg.1.cum ibi not.per glo. Alex.& alios.at si est inter legatarios partium diuisio facta à testatore, ita, Titio fundi dimidiam lego, Seio dimidiam lego. si legatum Seii repudiantis factum non esset tunc remaneret apud hæreditatem. ergo idem si factum sit secuta repudiatione. sed responderi potest, quod legatum repudiatum habetur perinde ac si datum nũquam fuisset quo ad hoc ut fructus inter mortem testatoris & repudiationem decursi pertineant ad heredem, & non remaneant penes legatarium repudiantem, quod procedit quando res uni tantùm legata fuit, non sic. si duobus legata fuisset nam tunc pars repudiata bene haberetur pro nunquam relicta quò ad commodum repudiantis, sed non desinit haberi pro relicta quò ad commodum collegatarii coniuncti, cui pars repudiata etiã cum dictis fructibus accrescit. Ceterùm si eos cõiungit mixtim uel uerbaliter tantùm, quibus casibus uidetur totum cuique reliquisse; tunc etiam si persona repudiantis nec nominata uideatur, sequitur alteri totum deberi. quòd si est coniunctio uerbalis facta hoc modo, primo & secundo fundum æquè lego: uel primo dimidiam lego. repudiantis portio alteri accedit, quia diuisionem partium factam à testatore fuisse ideo intelligo, quia sciebat quòd & à lege fieret eodem modo diuisio.

66 *L. & Proculo.ff. de lega.2. aliter intelligitur.*

ergo 66 sensus.d.l.& Proculo.dum ait non enim coniunctim sed partes uideri legatas is est, quòd si coniunctim re tantùm, uel re & uerbis legatum duobus esset relictum, tunc quia solidum cuique datum uideretur ut sæpe diximus per.l.coniunctim.ff. de leg.3. altero repudiante alter totum iure suo non decrescendi haberet sed in terminis.d.l.& Proculo.domini illius serui nec cõiuncti ex uerbis testatoris uideri possunt, quia eos non nominauit, nec fortè eos nouerat, nec etiam. ex legis interpretatione coniuncti uidentur, quia ipsa.l.contrarium interpretatur ut inter duos non fiant partes concursu, quasi solidum cuique datum esset, sed quasi ab ipsa met dispositione partes factę inter eos uideantur.

Sed quare pars alterius repudiantis, quæ uacare cœpit non accrescit & accedit alteri parti, cum qua maiorem similitudinem habet & proximitatem quàm cum uniuersa hęreditate, ut diximus? resp. quia nunquam ea pars uacare cœpit, quia licèt dominium legati transeat in legatarium regulariter à morte testatoris.l.à Titio.ff.de furtis. tamen fallit quando legatum seruo relinquitur.argum.§.libertatibus.C.de cadu. toll. Item 67 pars repudiata accrescit coniuncto dummodo is à testatore nominatus & honoratus esset, non sic si non esset. ut.ff. de leg.præst.l.3.§. non autem &.§. coniunctim.l.filium.§.si.sed in.d.l.& Proculo.ille dominus, qui partem suam agnouerat non fuerat nominatus neque honoratus a testatore ergo &c. Sicque ius accrescendi conceditur mixta consideratione rei & personæ sicque duplici consideratione ut sic alterum sine altero non sufficiat l.qui hæredi plures.ff.de cond. instit. ergo neque rei proximitas sola per se sufficit neque personę respectus solus per se. Pręterea illi seruo naturaliter portio uacans debebatur potius quàm domino collegatario ergo quò ad dominum non uidetur ex toto uacare ut sic locus esse possit iuri accrescendi.argum.eorum quæ supra diximus & infra. Ergo ius accrescendi quod regulariter est inter re & uerbis separatos cesset in.d.l.& Proculo.per rationes supra all.licèt.& ibi esset ius accrescendi si testator id expressisset uel etiam aliqua coniectura indicasset uelle se ut domini illius serui quasi coniuncti intelligerentur. sicque intellige illa uerba non enim coniunctim &c. 27. Casus in quo cessat ius accrescendi, est, quia 68 si res eadem mihi & seruo testatoris re & uerbis coniunctis legetur, seruus ille licèt ipse habiturus partem non sit, impedit tamen ius crescendi & facit partem.l.planè.§. si coniunctim. de lega. 1.ratio 69 secundum glo. Bar. aliosque communiter ibi, quia portio sua hoie seruo ex æquitate debetur, quæ ratio licèt uera sit secundum ius.C.est tamen falsa secundum ius digestorum.secundum quod loquitur.d.§. si coniunctim. Præterea si ratio illa uera esset, sequeretur quod quoties alicui ex æquitate portio sua deberetur, is partem faceret, quod est contra legem. si is qui duos.ff. de lib.lega. ubi si mihi & incapaci legatur, is incapax partem mihi non facit, nec impedit ius crescendi licet portio sua sibi ex æquitate deberetur, quandoquidem habet uoluntatem testatoris.ut in.l.i.C.de Sacro.Sanct. Eccles. &.§. per traditionem.in.2. responso insti.de rerum.de uis. Vnde, dic secundũ Aretium, quòd in.d.§.si coniunctim.seruus partem facit, quia saltim iure naturæ portio sibi relicta sibi debeatur, & consequenter cũ omni iure non deficeret alteri accrescere non posset. hanc tamen rationem impugnat Iason in.d.§. si coniunctim.num.13.ratione, quadam. ego reprobo, nam si mihi, & incapaci legaretur, portio incapacis sibi iure naturæ similiter debetur, cùm ius ciuile iura naturalia ei auferre non potuerit, ut. §.sed naturalis. inst. de iure natur.&.§.si.inst.de leg.agnat.tut.l.omnes populi. de iusti.& iure.& tamen ipse partem coniuncto facit.d.l. si is qui duos. Vnde considera quòd seruus cui legatum relinquitur aut est testatoris, aut hæredis, aut legatarij, aut alterius extranei, si testatoris, tunc, si ei legatum relictum est siue soli, siue coniunctim cum altero, dies illius legati non a morte testatoris cedit sed ab adita hæreditate, siue ipse seruus alteri legatus sit, siue manumissus sit: si enim nec manumissus esset, nec alteri legatus, tunc legatum sibi relictum nec ab initio ualeret.l. seruis.C. de leg. nec ex post facto conualesceret, ut est commun.opin.secundum Alex.ibi contra glos. ibidem.l. unica.§.libertatibus.C.de cadu.toll.l. hæredis.ad si.&.l. cum legato.ff.quando dies leg.ced.idque ideo receptũ est. secundum.Bar.in.d.§.libertatibus.(quod etiam sentit Salicetus.ibi,) ut si seruus inter factum testamentum & aditam hæreditatem sui iuris factus sit sibi legatum

67 *Accrescendi ius non datur ei, qui a testatore non fuit nominatus*

68 *Intell. l. planè.§.si coniunctim ff. de lega. 1.*

69 *Ius accrescendi cessat ubi portio speratur posse deberi.*

habeat, quòd enim legatum cedat à morte testatoris, ideo secundum eundem Bar. receptum est, quia id legatariis prodest; unde cum in nostro casu ei magis prosit, ut ab adita hęreditate cedat, ideo prius non cedit. licèt ergo seruus, cui sine libertate legatum relictum fuit ut in. d. §. si coniunctim. non admitteretur ad partem, admitti tamen sperabatur, si inter factum testamentum, & aditam hæreditatem sui iuris efficeretur, & consequẽter meritò facit partem, ut tradũt Bar. & omnes. in. l. huiusmodi. §. si Titio. de lega. i. Cùm ergo seruo suo testator quid legauit, aut ei reliquit libertatem, & hoc casu non procedit. §. si coniunctim. quia id expressim negatur ibi, aut illud alteri non legauit, nec ei libertatem reliquit, & non procedit. d. §. quia tunc uideretur frustratoria testatoris dispositio ei sine libertate legatum relinquentis, ut dixi. aut illud alteri legauit, & tunc procedit. d. §. quia legatum. & ab initio ualet, & seruus facit collegatario partem, eo quòd uel ipse si interim liber efficiatur, uel is cui ipse legatus fuit partem legati habiturus est, & sic portio illa non uacat etiam in effectu. Sed certè intellectus iste stare non potest. Nam tunc non esset uerum, quod tex. ibi ait, scilicet, legatũ in persona serui non constitisse. unde necessariò tenendus est. Areti. intellectus. uel distinguendum est, utrum aliquis sit propter delictum suum incapax ut iste partẽ non faciat, siue dicamus ei portionem suam naturaliter deberi, siue non deberi. an uerò incapax sit, citra culpam suam, ut est seruus testatoris de quo in. §. si coniunctim, ut iste partem faciat, licèt ad partem non admittatur eo quòd sibi pars sua saltim iure naturæ debeatur. Vnde cum quæritur, an collegatarius cui portio sua saltem naturaliter deberetur, licèt ad partem effectualiter non admittatur, an faciat partem? distingue, nam aut propter culpam suam ad partem effectualiter admitti desinit, aut citra culpam suam. Primo casu non facit partem, quia interest reipublicę, ne delicta remaneant impunita. Secundo casu facit partem, sed quid prodest sibi partem facere ipso iure cùm effectualiter ad partem non admittatur, & sic emolumentũ partis suæ penes hęredem mansurum sit? resp. reipublicæ interest quod maneat penes hæredem potius quàm penes collegatarium. nam hæres naturali quadam æquitate tenetur uoluntatem defuncti legibus non repugnãtem implere, & obseruare. argumen. l. Titio centum. in princ. de condi. & demonst. cum glos. fin. & l. huiusmodi in princ. de leg. i. l. 3. §. si quis ita. de adimen. legat. quod non reperitur in legatario. paulatim ergo accedo ad cõmunem op. à qua solùm discrepo in modo probandi quãdoquidem ego allego. ll. ff. communis autem opin. allegabat. l. pen. §. illo. C. de neces. seruo. hære. institu. & de hac opin. commun. uide per Alex. in. d. §. si coniunctim. col. i. in fi. cum prin. sequen. & Ias. ibi num. 13. & in. l. huiusmodi. §. si Titio. col. 4. in princ. de leg. i. stat ergo defensata commun. opin. ab impugnatione Areti. & Ias.

Est. 28. casus in quo cessat ius accrescendi scilicet 70 quando quis ad portionem suam iure speciali & contra uoluntatem defuncti admissus fuit. Nam secundum Bart. & communiter. dd. in. d. l. re coniuncti. ei non datur ius accrescendi. ergo hac in re talis conclusio sit, si legatarius admittatur ad portionem suam, de iure speciali, & contra uoluntatem testatoris, non est ius accrescendi. l. mulieri & Titio. ubi Bart. Paul. de Castr. Socinus. & reliqui. ff. de condit. & demonstr. facit ratio tex. ubi Barba. in. c. 2. extra de success. abintesta. & hoc intellige in legatis, secus in hæreditatibus. pro ista communi conclusione assignat Bald. rationem in. l. 1. in pri. C. de indic. uidu. tollend. & Iason. in. d. l. re coniuncti. & reliqui sequuntur, quia dispensationes sunt stricti iuris, & odiosæ. c. 1. & finali. extra de filiis. presbyt. c. quamuis. de rescrip. ideo in dicto casu non est ius accrescendi inde dicit Bald. in auth. si mulier. C. ad Tertulian. & in. l. unica. C. quando non pe. part. quòd in priuilegiis non

70 *Ius accrescendi an detur ei, qui admittitur iure speciali & contra uoluntatem defuncti.*

est ius accrescendi, licèt contrarium uideatur tenere Bald. in. l. penult. col. 7. C. de cond. inser. ista ratio non concludit, quia 71 dispensatio extenditur ad consequutiua principalis dispensationis, glo. communiter approbata in. c. quia in tantum, extra de præben. lib. 6. per Alexand. in. l. 1. §. lex falcidia. ff. ad leg. fal. in. l. si uerò. §. de uiro. ubi Imola. & Roma. post Bart. ff. solu. matrim. sed id, quod obuenit per ius accrescendi dicitur esse consequutiuum. l. si quis hæres institutus, ibi sunt enim appenditiæ præcedentis institutionis. ff. de acquir. hæred. l. si Titio in fin. ff. de usufructu. ibi, portio fundi uelut alluuio accrescit. Denique nobis semper placuit quòd in terminis. d. l. mulieri & Titio, sit ius accrescendi, primùm, quia id est regulare, nec exceptio bene probatur in illa. l. deinde, quia in eadem. l. ipsamet regula bene probatur, nisi cauilletur, ut diximus suprà.

71 *Dispẽsatio interdum extenditur.*

Est 29. casus in quo cessat ius accrescendi, quando 72 ille, à quo petitur legatum succedit contra uoluntatem testantis, qui secundum quosdam in plus grauari non debet, quasi à testatore honoratus non uideatur. Ergo talis est conclusio, quando ille à quo petitur legatum succedit contra uoluntatem defuncti iure permittente, puta per contra tabulas, tunc etiam cessat ius accrescendi. l. 3. §. sed & si coniunctim. l. filium. §. si legata ff. de leg. præs. ita tenent Bart. in. d. l. re coniuncti. & communiter. docto. secus si ille à quo petitur legatum succederet secundum uoluntatem defuncti, quia tunc est ius accrescendi licèt legatarius petat de iure speciali. d. l. filium. §. fin. Cumanus. in. d. l. re coniuncti, ait quòd nõ debemus attendere, an is à quo fuit legatum, ueniat contra uoluntatem testatoris, aliàs ipsi hęredes de facili fraudare possent legatarios, quòd inter eos non esset ius accrescendi, quia uenirent per contra tabulas, & in hoc saltim debet uoluntas testatoris sustineri. argum. eorum, quæ notantur in auth. ex causa. C. de libe. pręt. hęc procedunt in iure accrescẽdi proprio & stricto. Nã ius non decrescendi non denegatur, etiam uenienti contra uoluntatem testatoris. Ergo est conclusio, ius non decrescendi indistinctè habet locum etiam si quis ueniat de iure speciali secundum Bart. in. d. l. re coniuncti, colligiturq; ex glo. in. d. l. 3. §. sed si coniunctim. & l. filiũ. §. fin. ff. de lega. præs. Ias. in. d. l. re coniuncti, impugnat per text. in. d. l. mulieri & Titio. ff. de cond. & demonstr. ubi sunt mixtim coniuncti, quia ibi mulier & Titius fuerunt uocati in eadem oratione, & ad eandem rem. l. triplici. ff. de uerbor. signific. glo. in. l. 1. §. fin. ff. de usufruc. accr. inter quos habet locum ius non decrescendi secũdum Bart. in. d. l. re coniuncti. in. 2. parte in. 3. quæstione primæ quæstionis principalis. & tamen in. d. l. mulieri & Titio, ibi non est ius non decrescendi, cùm ibi mulier ad solam eius partem admittatur, & non ad partem Titii, nec ad totũ usumfructum ibi, Comprobatur quia ille tex. loquitur in usufructu in quo ante portionẽ acquisitam, est ius non decrescendi secundum Bart. in. d. l. re coniuncti. per. d. l. 1. in principio. ff. de usufructu accre. Dicamus ergo quòd 73 dicta iura procedũt in legatis in quibus quando quis contra uoluntatem testatoris admittitur non est ius accrescendi, nec ius non decrescendi, secus in hæreditatibus, quo casu Bart. est intelligendus, ratio ut in. l. si Titio & Meuio. §. Iulianus. de lega. 2. ff. iuncta. l. ius nostrum. ff. de reg. iur. limita quando alius esset cohæres ueniens secundum uoluntatem defuncti, nam tunc ei soli non etiam uenienti contra uoluntatem eius portio etiam hæreditatis accederet.

72 *Ius accrescendi an cesset, quãdo succeditur contra uoluntatẽ defuncti permissu legis.*

73 *Vsufructus legatus recipit ius non decrescendi.*

Est. 30. casus in quo secundum quosdam cessat ius accrescendi, quando 74 quis per statutum iuri communi contrarium ad portionem suam fuit admissus, & etiã ad portionem alteri iure communi debitam. Sed Bar. in d. l. re coniuncti tenet contrarium. Ergo est conclusio Bart. stante statuto quòd filiæ fœminę non succedãt patri, si extant duo filii masculi, & duæ filiæ si unus filiorũ repudiet uel alias excludatur, eius portio non accrescit

74 *Ius accrescendi an detur coniũctis per statutum.*

filiabus

filiabus, sed alteri filio. ita tenet Bart. in. d. l. re coniuncti. idem Ias. & reliqui. Cuman. Paul. de Cast. & Socin. in. d. l. mulieri & Titio, Pau. de Castr. & modern. in. l. unica. 4. quæstione & Bald. ibi col. 11. C. quando non pet. par. per Alexand. consil. 20. in. 1. uol. & per Alexan. in consil. 24. col. 3. post princ. in. 5. uolum Bart. in. l. 1. §. qui habebat. ff. de contra tabul. & in. l. 2. §. fin. ff. ad tertull. Croc. in. d. l. re coniuncti. col. 24. sequitur Bald. in eius tractat. statu. colum. 5. in uerbo accrescere. & Cuma. consi. 114. incipi. Antonius Benedicto, idem dicit Bal. in simili quæstione in. l. 1. colum. fin. uersic. circa prædicta. C. de secundis nup. & Petrus. de Anchar. in. c. requisisti extra de testa. idque argumento eorum, quæ supra diximus. & per. l. si totam. ff. de acquir. hæred. & per rationem. l. si Titio ad fin. ff. de usufructu. iuncto. §. item per alluuionem. instit. de rerum diuisio. denique negari non potest quin in terminis nostris masculi uideantur esse in primo gradu, fœminæ uerò in secundo, ergo ut quandiu superest aliquis de primo gradu datur ius accrescendi cessatque & conquiescit interea secundus gradus. l. si ex pluribus. ff. de suis & legiti. ita & hoc casu quandiu superest alter ex masculis fœminæ impediuntur.

75 *Ius accrescendi an detur quãdo bona sunt in diuersis territorijs.*

Est 31. casus in quo cessat ius accrescendi, quando 75 bona essent in diuersis territorijs & secundum ius unius territorij esset ius accrescendi, & non secundum ius alterius: ut quando esset statutum in ciuitate quòd stantibus filijs masculis filiæ fœminæ non succedant; & testator haberet bona in alijs territorijs in quibus esset diuersum ius: nam bona existentia in alio territorio nõ accrescent solis filijs masculis immo etiam filiabus, quę pro earum rata haberent ab intestato secundum Bart. in. l. cunctos populos in. 6. quæstione & in 7. quæstione ubi Bal. col. 14. uersicul. sed hic quæro de effectu. C. de summ. trin. & fid. catho. mouetur ibi, quia dispositio legis existens in alio territorio contraria impedit ius accrescendi. argum. d. l. mulieri, & Titio. idem tenet Bald. in. l. 2. col. fin. C. quæ sit longa consue. & in consil. 131. in. 2. uolum. Paul. de Castr. con. 224. incipi circa primum quęsitum uolu. antiquo. Alexand. consil. 16. in. 1. uolum. & consi. 128. eod. uolumine. sequitur idem Iason. in. d. l. re coniuncti. colum. 46. Id quod suspectum puto quia ius quo utitur is cuius de successione agitur non quo hæredes utuntur hac in re inspiciendum est & iure regio per. l. 4. titulo. 2. lib. 5. ordi. & iure communi ut diximus suprà.

76 *Ius accrescendi an detur in pœnis.*

Est etiam 32. casus in quo cessat ius accrescendi: Nempe 76 in dispositionibus pœnalibus. Bald. in. l. arbiter infra certum tempus. ff. de arbitris. per illum tex. sed ille tex. nõ probat secundum Iason. in. d. l. re coniuncti. tamen dicas quòd idem tenet Bal. in opere suo statutorum. colum. 5. in uerbo. accrescere. facit. l. 1. ff. de iure fisc. l. 2. C. si ser. eo. ab ext. l. illud. C. de sacrosanct. eccles. ratio est, quia pœnę sunt stricti iuris regula in pœnis de reg. iur. sicut enim in stipulationibus, quę sunt stricti iuris. l. quicquid. adstringendæ. ff. de uerb. obliga. non est ius accrescendi. l. si mihi & Titio, eo. titulo. ita etiam in pœnis facit. l. in testamento. la. 2. ff. de condi. & demonstr. per Iason. col. 5. in. l. 1. ff. de uulgar. ergo cũ quotidie mulctæ pecuniarię imponantur partimq; fisco partim pauperibus applicentur, fisco partem suam repudiante pauperibus non accrescet.

77 *Coniuncti non sunt, quãdo uni genus, alteri species legetur. cũ communi.*

33. Casus in quo cessat ius accrescendi fit, si 77 uni legatur aliquid ut genus, & alteri, ut species dicti generis. Nam non sunt re coniuncti, ratio est, secundum Bart. in. d. l. re coniuncti. quia dicta species non continetur in legato generis, cui per speciem derogatur. l. uxorem. §. fœlicissimo. ff. de legatis. 3. l. seruus in fine eod. titul. Dinus, ubi per Ioan. Andream. & Petrum de Anchara. in regula. generi per speciem. de regul. iuris. Nam 78 genus dicitur, quod prædicatur de pluribus differentibus specie, secundum gl. in. §. hactenus inst. de gradi. & quia est omnimoda rei disiunctio, nec est realis coniunctio. d.

78 *Genus quid dicatur.*

penul. ff. de usufruct. ac. l. huiusmodi. §. quibus. ff. de leg. 1. & legatum generis est incertum, cùm nõ dicatur una species sub genere contenta plus legata quam alia, & in reali coniunctione debet esse legata res certa, patet in text. in. d. l. re coniuncti in uerbo eadem res. & non dicit tex. res in genere. l. 1. §. rei. ubi per omnes. ff. si certũ petatur. ideo non sunt re coniuncti. & per Bart. in. l. si alii. ff. de usufructu legat. dicitur quòd dictum legatum generis uerificatur in qualibet eius specie, quia hoc genus animal competit cuilibet indiuiduo, faciunt quę notat Bal. in. l. quoties in fin. C. fam. her. in. l. uoluntatis. C. de fideicom. & in consi. 207. lib. 3. idem quando etiã species essent legatæ, quia non essent re coniuncti ut est casus in. §. quibus. & quòd hoc casu cesset ius accrescendi uolunt Bald. in. l. quoties in fin. C. famil. herc. Castal. in l. inde Neratius. §. non solùm. ff. de usu accresc. Alex. consil. 56. lib. 3. seorsu Angel. in. §. 1. insti. de usufructu. Iaso. in. l. cum quęstio. col. 2. C. de lega. Pau. Picus. in. l. Titia testamento. §. Titia cum nuberet. ff. de legat. 2. colu. 19. Besutius. Iaso. Crotus. Politus & alii in. d. l. re coniuncti. Alius ergo ille examinandus (de quo agimus). est casus, quando 79 uni genus alteri species legatur. Vnde quæro, si uni genus alteri species legetur. i. uni totum, alteri pars non totius, sed sub toto contenta legetur, (species enim non est pars totius sed pars sub toto contenta secundum Corn. in. l. cum questio. C. de lega. col. ante pe. in medio) an talis 80 pars seu species de toto seu genere omnino uideatur adẽpta & dic quòd sic, ita procedit quòd is, cui hæreditatem meam iure institutionis reliqui, integra omnia legata iure duodecim tabularum tenebatur præstare, quia legata sunt species contentæ sub hæreditate, quod patet, quia hæreditas est genus generalissimum comprehendens uel aptum comprehendere omnes res de mundo (puta omnes æquos, fundos, margaritas) & sic non solùm prædicatur de pluribus speciebus, sed etiam de pluribus generibus, puta animalibus, agris & similia. si ergo fundũ legaui, seu hominem ista particularis, seu specialis datio indistinctè derogat generali dationi, quia feci te hæredem generalem, uel uniuersalem instituendo. quod obtinet etiam si in hęreditate solus ille fundus reperiatur, qui legatus fuerat. Hinc erat quòd iure. 12. tabularum hæres integra legata præstabat licèt absorberent uniuersam hæreditatem. ut in princ. insti. de leg. fal. & in l. uerbis legis. ff. de uerbor. sing. sed & si uires hæreditatis excederent ad huc de mero rigore integra solui deberẽt. ut ait Corn. in. d. l. cum quęstio. col. antep. in principio post Pau. ibi per. l. hæreditas & etiam sine ullo corpore. ff. de pet. hær. licèt ille rigor temperetur per. d. l. si uniuersę. C. de leg. & hinc est quòd etiam ultra uires antequam confectio inuentarii inuenta esset tenebatur hęres. l. fi. §. & si præfectam. C. de iure delib. ex quibus patet quòd si fundum, hominem, uel centum reliqui, siue fundus tantùm, siue homo tantùm, siue centum tantùm, siue nil prosus esset in hæreditate ad huc hæres in solidum teneri deberet id quod legatum est deducere de genere hæreditatis, idque integraliter huiusque ratio est, quòd & si species de genere deducatur, ad huc genus non remanet imperfectum licèt minui uideatur & sic non desinet esse genus. ueluti si de genere animalium uulpes, lupiue perirent, licèt per hoc animalium genus minui uideretur, non tamen diceretur perire, cùm ergo hæreditas sit res incorporalis insti. de reb. corp. & incorp. sitque ius. d. l. hęreditas. superest ut tanquam ius non corporale nõ destruatur per deductionem rerum legatarum, quę corporales sunt: sicut in simili grex cùm sit quid uniuersum non desinit esse grex per deductionem quorumdam capitum. l. grex. cum. l. seq. de leg. 1. etiam si capitum maior pars deduceretur, ut ibidem. sic & in peculio, & familia. nam & tunc per deductionem rerũ quarumdã genus non perit, deminutioq;, & augmentum omnino pertinet ad legatarium. l. pecu-

79 *Si uni genus, alteri species legetur, tunc non concurrunt, quia species integra deducitur de genere.*

80 *Ius accrescendi an detur quãdo uni genus, alteri species legatur.*

lium.de leg.2.ſic & ſi mihi uernæ, tibiq; lecticarii legentur, nam ſi omnes lecticarii.uernæ quoque erant & ultra lecticarios alii uernæ non lecticarii erant, tunc lecticarii non communicantur, ſed tranſlati uidentur.l. ſeruis urbanis.in fin. de leg.3.l.uxorem.§.fœlicisſimos.de leg.3.ff.quod in toto iure generi per ſpeciam derogatur.l.in toto iure.de reg.iur.ff.c.generi.de reg.iur.in.6.&.d.ll.ex quibus patet. quòd pars integra deducitur de genere quantumcunque illa pars magna ſit. & genus intelligo id etiam, qood conſtat pluribus differentibus numero ut eſt tex.& gl.in.l.2.in princ.ff.ſi cert. per.

Vnde infero, quòd ſi in.d.l. grege. poſt uniuerſale gregis legatum primò factum maior pars capitum (puta centum cùm centum quinqoaginta in grege eſſent) alteri legaretur, quòd tunc adeptio, tranſlatioque omnimoda quò ad partem illam fieret, oon realis coniunctio: nec mirum cùm eſſent ees diuerſæ diuerſaque coepora, non idem corpus ut in.d.l.cum quæſtio. nam ut fundus idem corpus eſt, licèt in quotas diuidatur mentaliter, ita & cum hęreditas in quotas non in uncias diuiditur idem unumque corpus reputari deberet.

81 Intell.l. qui quadraginta. ff.ad trebell.

Et ex ſuperioribus 81 infero intell.ad.l.qui quadraginta.ff.ad trebell.obi qui quadringenta habebat, trecé ta legauit, hæreditatemque totam mihi per fideicommiſſum reliquit, dicitur ibi quòd ego centum tantúm, legatarius uerò trecenta habebit. ratio, quia trecenta legata, ſunt ſpecies quædam, quæ contenentur ſub genere hæreditatis, ſicque res non contingua, ſed omnino ſeparata & diuerſa, ex mente Coro.in.d.l.cum quæſtio.col.antepe. in principio poſt Paul.ibi. eaq; ſpecies ſic ſeparata, omnino tranſlata uidetur ab eo, qui totam hæreditatem acceperat in illum, qui ipſam accepit. Cōprobatur, nam fideicommiſſarius ſubrogatur loco hęredis.d.l.qui quadraginta.ibi, ut te ſuo loco conſtituat. &.l.1.§.pe.& fi.eod.tit.ſed in hærede idem diximus idq; uerum regulariter, fallit tamen quando fideicommiſſarius uniuerſalis loco hæredis non habetur; quod eſt quando teſtator expreſſit quòd ipſe hæres etiam reſtituere rogatus legata ſingularia ſolueret; (regulariter enim legata ſingularia preſtantur à fideicommiſſario uniuerſali.l.fi.C. ad trebel.) nam tunc legata licèt integrè detrsherentur de hæreditate hærede non rogato, tamen de fideicommiſſo uniuerſali integrè non detrahūtur, ſed fit computatio ſecundū.l.Marcellus.in principio ad trebell.ratio, quia licèt ille fideicommiſſarius ad huc loco hæredis habeatur quò ad creditores, tamen non eſt loco hæredis quò ad legatarios, ex quo non fungitur officio hæredis in legatis ſibi præſtandis. iuxta.l.non dubium.C.de lega.& quod.in.l.Marcellus expreſſum fuerit, ne fideicom.uniuerſ.legata præſtaret, probatur ibi in uerb. dixit.

82 Species integra ſemper deducitur de genere ſiue primò genus legetur, deinde ſpecies, ſiue contra.

Adde, quòd 82 quando uni genus, alteri ſpecies relinquitur, ſemper ſpecies integra deducitur de genere ſiue primò genus, deinde ſpecies legetur, ut in.l.ſeruis urbanis.in fi.de leg.3.ſiue contra per.l.uxorem.§. fœlicisſimos.eod.& in generalitate ſui. probatur in.l.in toto iure.ff.de reg.iur.in.c. generi eod.in.6.unde patet, quòd iſta materia differt multùm à.d.l.cùm quæſtio. nam illa licèt procedat, quando primò totum deinde pars legatur, ut ibi, ſecus tamen eſt è contra ſi primò pars, deinde totum ut per glo. mag.ibi, indifferenter per Bar.& omnes ibi app.ad idem inſtitu.de hær.inſti.§. hæreditas cum ſeq. licèt hoc ultimum non ſatis certum expeditumque ſit.

83 Intellectus l. cum quæſtio.C. de leg.

Extat 83 ergo quòd.d.l.qui quadraginta. differt à l.cum quæſtio.cum ſimilibus, eo quòd in.l.cum queſtio fuit legata pars quotitatiua de toto & contigua quòd ſi ne illa parte imperfectum quodammodo maneret. argu. l.1.de origine iur. ſed in.l.qui quadraginta, pars legata non erat quota totius, ſed contenta ſub toto, neque erat contigua ſed ſeparata, differtque à.l.ſi alii.ſuprà al legata eo quòd ibi erat pars integralis ſine qua totum conſiſtere nequit. ut in.l.qui uſumfructum.ff.de uerbo. ibi (quia fundus dari non intelligitur ſi uſusfructus detrahitur) inde dictum eſt illud imperfectum eſſe, quod omnes ſuas partes ſcilicet integrales non habet; at in parte contenta ſub genere ſecus eſt, ut dixi. Aliquando, ergo, & primò, relinquitur genus uni & alteri ſpecies & tunc ſpecies illa integrè detrahitur & ſemper adempta uidetur.d.l. qui quadraginta.d. §. fœlicisſimo, aliquando & ſecundò, primo relinquitur totum, ſecundo pars integralis, & tunc nunqnam inducitur omnimoda translatio ſeu ademptio, ſed realis coniunctio.d.l.ſi alij Aliquando & tertiò, Primo relinquitur totum; Secundo pars quotatiua & tunc interdum inducitur realis tantum coniunctio, interdum omnimoda ademptio. d.l.cùm quæſtio. cum ſimilibus. Adde quòd.l. ſi quis teſtamento.de leg.1.§.1. poteſt intelligi, ut intellegitur d.l.Marcellus. ut procedat eo quòd perſonis diuerſis res omnino diuerſæ, differentes tamen tanquam plus & minus legatæ fuerunt; quo caſu ſi hęreditas non ſufficiat nunquam uidetur teſtator animum transferendi habere, ſed neceſſitate poſcente fit proportionaliter diminutio, ne hęres ultra uires teneatur.l.ſi uniuerſæ. C. de lega. nam in.d.l.Marcellus. fideicommiſſarius ille uniuerſalis & legatarius habent ſe ut dixi tanquam duo legatarii. Vnde infero quòd ſi in caſu illius.l. uniuerſa quadraginta legatario eſſent relicta, tunc fideicommiſſarius uniuerſalis & legatarius partes haberent. Sed quid ſi in caſu illius legis, quingenta uel fortè mille legata eſſent, an legatarius tunc plus quàm fideicommiſſarius uniuerſ.haberet? reſponde, minimè. Nam incredibile eſt quòd teſtator plus legatario præſtare uoluerit quàm ſit menſura totius hæreditatis, quæ fideicom. uniuer.relinquitur, maximè cum hæres legatariis ultra uires non teneatur.d.l.ſi uniuerſę. Confirmatur uiua ratione, nam impoſſibile eſſe uidetur quòd teſtator uelle uideatur quòd id, quod plus eſt deducatur de eo, quod minus eſt. ut per glo. magnam communiter per Bar.Alex.Iaſ.& Corne. ibi col.antepenultima in princi. approbatam, in.d.l. cum quæſtio. ſed legata ſingularia deducuntur de hęreditate, quam uniuerſam fideicommiſſario relinquit: ergo impoſſibile eſt ut uideatur uelle ut plus legatorum nomine quàm fideicommiſſi uniuerſalis nomine percipiatur.

Stat ergo quòd ſi uni fundum & ſic totum alteri eiuſdem fundi uſumfructum, & ſic partem integralem legaui in uſufructu uidentur re coniuncti inque eo faciunt partes per concurſum.l.inde Neratius.§. non ſolùm.l.ſi proptereas.ff.de uſufructu.accer.l.ſi alij.ff. de uſufructu. l.ſi tibi decem.ff.de uſufru. earum rerum. Communis opin.declaratur non procedere quando fundus eſſet in ſpecie relictus uni, & alteri eſſet relictus uſufructus non ſpecialis illius fundi, ſed uniuerſalis omnium bonorum pro ut dicit Bal. in.d.l. quotiens, in fin.C.famil. hercis.eueniſſe ſibi de facto in teſtatore, qui 84 reliquit uxorem uſufructuariam omnium bonorum ſuorū, & ſi filius moriatur in pupillari ætate legauerat fundum Titio. certè in uſufructu illius fundi uxor non concurret cum dicto Titio legatario fundi, cùm non ſit relictus uxori uſufructus particularis illius fundi, ſed uniuerſalis. unde illi uniuerſalitati per ſpeciem intelligitur derogatum.l. quæſitum.§.ſi.ff.de fund.inſtru.& ſic uxor non debet habere uſufructum in re alteri ſpecialiter aſſignata. pro hoc allegat Bal.l fideicommiſ.ff.ut in poſ.legat. contra quem tenent.Paul.de Caſtro. conſi. 104. incipi. uiſo puncto obſcuro, in uolu.antiquo.& dicit quòd eſt tenendum contra Bal. per.l. Sempronio. in prin.& quę ibi notat Bar. de uſufruct. lega. idem tenet Alex.conſi. 56.in.3.uol.incipi. perlectis uerbis teſtamenti. per Bar. in.l.ſi quis ſeruum.§.fi.col.fi.ff.de lega.2.Bar.in.l.quęſitum.§.ſi.in fi.ff.de fundo.inſtru.& contra Bal.etiam tenet Iaſ. & Crotus. in.d.l.re coniuncti, ſed Bal.ſequitur Salicę. in.d.l. quotiens. idem etiam tenet Angelus. de

84 Concurſus non eſt inter uſumfructuarium omnium bonorum, et eū cui fundus legatus fuit. egregia q.

Are.in

Are.in.§.i.insti.de usufructu.quia legãdo testator Titio fundum in specie uidetur uelle quòd legatarius habeat plenum soodum & quò ad usumfructum & quò ad proprietatem, & uidetur tenere idem Ias.sibi ipsi contrarius in.l.cùm quæstio.col.2.C.de lega. & Paul.Picus. in repeti. d.l.Titia testamento. §. Titia cum nuberet. col. 19.sequitur nouissimè Castalius.ff.de usufructu accres. in.l.unde Neratius.§.non solùm.allegat. Bal.in d.l. quoties.hæc pars uerior est,quia ut hæredi uidetur tota hęreditas data.l.hæreditas nihil aliud.ff.de uerb.sig.l. coniunctim.de leg.3. ff.& tamen in fundo mihi legato mecum non concurrit.l. legatum est. ff. de lega.2. quia is fundus delibatus uidetur ab illa hęreditate, non secus quàm species à geoere.l.uxorem.§.fœlicissimo.ff.de lega.3.ita & fundus mihi legatus,à legato usufructus omnium bonorum delibatus quò ad usumfructum ipsius uidetur, & tali legato generico derogat, ot sic non sit cõcursus. 35. uidetur cessare ius 85 accrescendi secundum quosdam io alimentis legatis, quasi tale legatum insitam taxationem habeat ergo alius est casus.s.in casu alimentorum in qoibus secundum Bar.in.d.l.re cõiuncti. non est ius accrescendi.l. dominus.§.i.& ibi glos. ff.de usufruct. ubi Bal.Alber.Angel.Flo.& reliqui Bart. in.d.l.re coniuncti.quem Raphael.Ias.& reliqui.sequontur & Abbas.consi. 104.Et Ias.consi. 37.in.3.uolum.dicit hoc inde descendere, quia causa alimentorum non est reiterabilis.l. aliméta.§.Basilicę.ff.de alimen.& cib.lega.Bald.in.d.l.dominus.& in.l.certa ratione.C.quando prouoc. non est necess.ut quòd legatum alimentorũ est naturaliter taxatum & limitatum propterea non est ius accrescendi Bal.in.l.i.col.fi.C.de secund.nup. ponûe Angel.Salicet.Paul.de Cast.& alii io.l.sed & hanc.C.de legat.aiuntque quòd ideo est, quia tale legatum alimentorum non est multiplicabile. Ampliatur in legato uestimentorum.Bald. in.d.l.dominus. & idem Ias.in.l.i.in princ.C. de testa.mili.Abb.in.c.cum omnes.col. pen.in princ.extra de consti.ubi æquiparat dicta duo legata legatum alimentorum & uestimentorum. Alber.de Rosat. in.l.qui bonis.ff.de ces.bono.glo.& ibi bonus text. in.c. omnino.31.dist.ubi docto.l.i. C.de legatio. idem Crotus in.d.l.re coniuncti.col. 24. Abb.& Felin. in.c. cum olim extra de re iudi.Angel.& Alex. in.l. qui hæredi.§. qui patrem.ff. de uulga. Alex.in.l.penul.ad legem falci. Amplia secundò etiam si uocentur aliqui ad alimenta per nomen collectiuum, quia non erit ius accrescendi ut per Ias.post alios in.l.qui quartam.§. si quis unam.ff. de leg.1.per dictas rationes communes supra adductas & uide Alex.in.l.si mihi & Titio.in princip.col.i.ff.de uerbor. obliga.

85 *Ius accrescendi an cesset in alimentis.*

Superioribus casibus in quibus cessat ius accrescendi addendus etiam uidetur alius, ergo 36 est casus 86 inter succedentes diuerso iure.l.sed cum patrono.ff.de bono.poss.tamen Philippus.Corn.consi.31.in.4. uol. dicebat, quod ille tex. non probat communem opin.& Bal. in.l.unica.C.si libe.impe. socius fin.hær.dece.lib.10.dicebat quòd ideo ibi non est ius accrescẽdi,quia ibi portio duplici iure debebatur.Aret.in.l.qui patri.col.5.uer. unde non placet.ff.de acqui.hęre. & Bal.in auth.præterea.C.unde uir.& oxor. dicebat quòd ideo in.d.l.sed cũ patrono.non est ius accrescẽdi,quia succeditur per prætorem, quod est contra.l. filium.§. fin.ff. de leg.præs.& hoc procedit secundum Bar.in.l.pater filium.col.penul. ff.de inoffic.testameo. non solùm in coniunctione legali sed etiam in cooiunctione hominis, & est ratio secundũ Salicetum in.l.unica.q.i.C. quando non pet.par.ne eadé res diuerso iure censeatur per.d.l. eum qui ædes. ff. de usucapio.l.Papinianus, exuli.ff.de minor.l.fin. C. de calumn. & dicuntur quidam uenire diuerso iure, quando 87 quidam ueniunt per contra tabulas, & quidam per secundum tabulas . nam inter eos non est ius accrescendi, quia primò debet preferri ueniens per secundum tabulas.l.mulieri & Titio.ff.de condit. & demostrat.

86 *Accrescendi ius cessat inter succedẽtes diuerso iure.*

87 *Accrescendi ius cessat quando unus uenit per cõtra tab. alius per secundum tab.*

Vel quando 88 quidam ueniunt de iure prætorio,& quidam de iure ciuili, aut quidam ex testamento,& quidam ab intestato per Salicet.in.d.q.1.similiter uenientes ex diuersis capitibus edicti non habeot ius accrescendi. Bal.in.d.auth.præterea colum.2. Hinc descendit uerus intellectus ad.d.l.si ponas.§.fin.ff.de inoffic.testam.nam 89 si duo fratres exhæredati contra tertium fratrem institutum querelam mouerunt alterque à querela & lite destitit eius para alteri fratri, qui querelam peregit accrescit, non etiam fratri instituto. unde cùm ambo exhęredati si obtinuissent singulos trientes hæreditatis fratri instituto auocassent, ita & frater ille, qui peregit querelam & uicit, duos trientes habebit, unum iure suo, alterum iure accrescendi, quia sibi soli non etiam fratri accrescit, ne triens ille ab intestato delatus fratri instituto accrescat, sed huic querelanti, qui ab intestato quoque succedit. Ergo 90 si miles ea parte hæredem scripsit me,& quo ad alteram partem intestatus esse maluit, hæresque legitimus repudiauit illam partem, ita ut legitimorum nullus eam uelit adhuc tamẽ mihi non accrescet,eo quòd illa pars ab intestato defertur, mea autem portio ex testamento. ita intelligo.l.si duobus.&.l.si miles unum.ff.de mil.testam.Proinde 91 si filiusf. qui quasi castrensia & aduentitia bona habebat de quasi Castrensibus bonis testatus fuerit iuxta l. fi.C.de inof.testam.l.fi.C. qui testam. facere possunt.& & eius bona aduentitia paterfam.iure peculii agnoscere noluerit, nec etiam ullus ex filii legitimis hæredibus quia tamen ab intestato deferuntur non accrescent ipsi hęredi scripto in quasi castrensibus, quia cum unus uenit ex testamento ad bona ab intestato delata etiam si sint eiusdem defuncti per ius accrescendi admitti non debet, nec bona ab intestato delata accrescunt portioni ex testamento acquisitę. argumento.d.l.sed cum patrono. Ius enim accrescendi ut sępe diximus est prorogatio eiusdem formæ & naturę.l.si Titio.ff.de usufr.sed bona ab intestato delata longè diuersam habent formã & naturam quàm, quæ deferuntur ex testamento. Proinde 92 nouè dicebam, cùm ex forma statuti filium naturalem aut spurium hæredem instituere in duobus tantùm unciis liceret iuxta mensuram auth.licèt.C.de nat. liberis certè si filium spurium in illis duabus unciis hæredem facerem, & in reliquo intestatus decessi, uel quòd hæres in residuo hereditatis scriptus repudiauit nec ullus legitimorum ea bona acceptare uoluit uel q in residuo neminem hæredem scripserã & similiter nullus ex legitimis residuum bonorum agnoscere uoluit ea bona filio spurio non accrescent, quia bona ab intestato delata accrescere nequeunt portioni ex testamento acquisitæ. Quę sunt addenda & not. ad ea, quæ tradunt Decius & Cagnolus in.l.ius nostrum.ff.de reg.iur.

88 *Accrescendi ius cessat quando unus uenit per ius ciuile, alius per prætorium.*

89 *Accrescendi ius cessat quando unus succedit ex testamento, alius ab intestato.*

90 *Accrescendi ius cessat in casu de quo hic.*

91 *Accrescendi ius cessat in casu de quo hic.*

92 *Accrescendi ius cessat in casu de quo hic.*

Est.37. casus secundum quosdam in quo 93 cessat ius accrescendi in annuo reditu, ueluti si Titio singulis annis tot relinquantur & in annuo reditu Crot.in.d.l.re coniuncti.col.24.post Bar.in.d.l. cum hi.§. si annos.ff. de transactio . sic distinguebat, aut tale legatum est factum pauperi, quia uidetur factum ob causam alimentorum,& non est ius accrescendi . Bar.in.d.§.si in annos. uide per omnes Bald.in.l.cum antiquitas. C.de usufruc. aut tale legatum est factum pluribus non pauperibus,& tunc erit ius accrescendi , de quo dubito, cùm maior ratio militet in legato pauperum quòd sit ius accrescendi: quia eorũ paupertas potius eis debet prodesse, quàm nocere.glo.in.d.c.omnino.dist.31.per Bar.in.l.liberis.§. manumissis.de alim.& cib.lega.l.si quis à liberis.§.sed si filius.ff.de libe.agnos.l.suo uictu.ff.de op.liber.inde dicebat Abb.io.c.Rainutius extra de testamen. quòd statutum potest magis legitimam filii diuitis tollere quàm legitimam filii inopis.

93 *Ius accrescẽdi an detur in annuo reddi tu.*

Denique si centum duobus singulis annis præstanda relinquantur, inter eos ius accrescendi non erit secundum nostram opin.de qua latè suprà.§.10.num.91.cum sequen.

Pp iij

sequen. admonuimus in summis legatis non esse ius accrescendi, qua ratione interminis. l. 3. in pr. & §. 1. & §. fin. ff. de annuis legatis. & ferè per totum illum titulum putarem, non esse ius accrescendi. Idemq; oportunè accipiendum in iis reditibus quos Hispani (iuros) appellamus ut si duobus reditum meum annuum, puta iuriũ; quo ad uiuerent legaui, tunc post mortem alterius ad alterum id pertinere non putauerim quasi ei pars uacans iure accrescendi accedat, sed magis ad hæredis testatoris id redditurum quasi cesset ius accrescendi: quæ nota quia nullibi inuenies. Sed magis est ut ius accrescendi sit, quia dominium cadit etiam in rebus incorporeis. l. qui usumfructum. ff. si ususfruct. pet. l. fin ad medi. C. de long. temp. præs. quæ ait dominium ius esse, at in iuribus est ius accrescendi non secus quàm in rebus corporeis l. si ponas. §. fin. ff. de inoffic. testamento. ergo & in talibus reditibus potest esse ius accrescendi. cogita.

94 *Ius accrescendi an detur in eleemosyna.*

Est 38. casus in quo 94 similiter cessat ius accrescẽdi in eleemosyna seu pitantia fratribus fortè relicta secundum quosdam ut in simili tradit Bar. in. l. pe. ff. de annuis legatis. qua in re cõsidera referre utrum talis eleemosyna Titio & Seio relinquatur, ut tunc inter eos cesset ius accrescendi si quidem in pecunia numerata, uel aliquo generico relicta fuerit per dicta supra. §. 10. nume. 91. Quòd si eleemosynę loco relinqueretur fundus tunc longè secus mihi uideretur, ut tunc esset ius accrescendi; nec enim pietas relicti quo minus sed quo magis legatum augeatur efficere debet. argumento. l. fin. cum ibi traditis. C. de sacrosanct. eccles. Cæterùm quod diximus quòd si in pecunia numerata legatũ relinqueretur, tunc secus esset; id intelligendum est, nisi fortè cuidam corpori intellectuali relinqueretur: nam tunc per mortem uel repudiationem quorundam hominum illius corporis repræsentati quale est collegium, uel capitulum, & similia, non desineret uniuersa pecunia ad reliquos pertinere. argumento. l. qui quattam. §. 6. ff. de legat. 1.

95 *Ius accrescendi an detur in distributionibus.*

39. Alius casus est 95 secundum quosdam in quotidianis præstationibus. Ergo uidendum est, quid in distributionibus quotidianis. & glo. in. d. ele. & hi qui. de æta. & qualitate. tenet quòd sic, idem tenet Oldr. consil. 140. incip. in ecclesia glo. in ele. 2. in uerbo suspensus de uit. & hones. cler. sequitur Præpos. in. c. præter. col. 2. dist. 32. Petr. de Ancha. ubi Dom. & Phil. Fran. in. c. 1. in uerbo uictualia. extra de ele. non res. lib. 6. tamen Zaba. post Ioan. Andr. in d. ele. & hi, qui sic distinguebat, aut certa quantitas assignatur per capita interessentium, & tunc, non est ius accrescendi secundum Laud. & Zenze. ibi, & comprobatur per. l. huiusmodi. §. quibus. ff. de legat. 1. & quod ibi Bar. & omnes not. Aut pro indiuiso assignatur quædam quantitas puta decem, & tunc est ius accrescendi, quia ratione rei sunt coniuncti ideo est ius accrescendi, quod est secus in primo casu. §. eadem insti. de lega. & l. prima in fin. ff. de usufr. accres. Io. de Imo. ibi tenet contrarium, dicens quòd dicta iura loquuntur in ultimis uoluntatibus pro quo facit ratio. c. si Canonici. de offi. ordi. lib. 6. & c. penult. extra de uer. signifi. ubi, superflui reditus potius applicantur ecclesiæ. quàm interessentibus, ideo non est ius accrescendi. argum. c. si quis deinceps. 17. q. 4.

Denique hac in re distinguendum esse uidetur, referre utrum dixerim, canonicis, qui præsentes fuerint horis dicendis die Diui Ioannis lego centum singulis annis. ut tunc portiones eorum, qui die illo abfuerint reliquis accrescant, quia propter nomen collectiuum est ius accrescendi etiam in summis legatis ut in. l. qui quartam. §. si quis unam. ff. de lega. 1. an uerò dixerim canonicorum, qui præsentes fuerint singulis decem lego ut tunc absentiũ portiones præsentibus non accrescant argumento illius communis opinionis, quam retulimus suprà.

96 *Ius accrescendi an cesset per commemorationem.*

Est. 40. casus, quando 96 per commemorationem primi legati, uel legatarii præsumitur legati ademptio. Ergo quæro utrum legando secundo dicatur in totum ademptum à primò, & sic non sint reconiuncti? primò, Dinus secundum quòd refert Bart. in. d. l. re coniuncti, dicebat quòd sic, per. d. l. sicut, & l. nam ad ea. de cond. & demonstr. sequitur. Cynus. Franc. Trigini, Ioan. Fab. Salicet. Fulgo. Paul. de castro, & Corneus in. l. si fortidianum. C. de lega. Ioan. Fab. & Nicolaus de Neapoli. in §. si eadem. insti. de lega. Christophor. Porcus in. §. 1. insti. de ademp. leg. Salice. Petr. de Besu. d. Crot. Lancelotus. Politus & Iacob. de Puteo. in. d. l. re coniuncti. Raine. in. l. Iulianus quoque. ff. de hære. insti. & idem Iason. in. d. l. re coniuncti, uidetur idem tenere & in. l. 1. col. 6. ff. de uulga. secunda fuit opinio, Bart. in. d. l. re coniuncti. tenentis contrariam opin. glo. & Bart. in. d. l. sicut. & glo. in. l. 1. ff. de ijs qui pęn. nom. Bal. Ang. Alexan. & moderni in. d. l. si fortidianum. Ioan. de Imola in. d. l. Iulianus quoque. Paul. de Castr. & Cumanus. in. d. l. nam ad ea. & in. d. l. quòd traditum. ff. de adim. legat. & in. l. si pluribus ubi Areti. ff. de lega. 1. & ista est commun. opin. secundum. d. Ias. in. d. l. re coniuncti. & eundem in. l. si legat. C. de legat. pro qua consuluit Alex. consil. 169. in. 5. uol. incipiente. uiso themate, & scripturis. & dicit Cumanus in. d. l. re coniuncti, quòd res est adeò dubia quòd esset gratificationi locus, & opinionem Bart. etiam tenet Angel. de periglis in. d. l. re coniuncti & Petr. de Anchar. in. d. c. requisisti col. 4. de testa. pro Bart. uidetur bonus tex. in. d. l. planè. §. si coniunctim uersi. sed si in pupillari. ff. de lega. 1. ubi propriè dicitur quòd si secundo legatur in tabulis pupillaribus idem, quod legatur primo in tabulis paternis non uidetur ademptum à primo, sed concursu faciunt partes: ergo sunt re coniuncti, & non est in totum ademptum à primo. idem Bart. in. l. coniunctim. ff. de legat. 3. & ille text. loquitur in legatis non in hæreditatibus prout. d. l. Iulianus quoque pro hoc allegatur. l. si alii. ff. de usufruct. leg. sed quia hæc uehementer controuersa sunt, Quæro, 97 fundum primo legaui, deinde adieci fundum, quem primo legaui, eundem secundo lego. an in totum fundum transtulerim, an tantùm in partem? & Bart. in. l. re coniuncti. colum. 1. in fin. cum prin. sequen. ait in partem tantùm translatum esse ut sic tanquam re coniuncti concursu partes faciant. ita intelligit. l. sicut. ff. de adimen. legat. Vnde infertur idem esse in hæreditatibus. Nã si primum exasse heredem institui, deinde adieci, quam hæreditatem seu partem primo reliqui, eandem secundo relinquo. tunc primus in totum non uidetur priuatus, sed ambo concursu partes facient tanquam re coniuncti. ita intelligit. l. Iulianus de hære. inst. l. triplici in fine. de uerbor. signific. ff. & in utroque cum Bart. est communis op. secundum Iaso. in l. si fortidianum. C. de legat. & in. l. re coniuncti. numero 23. cum pluribus sequen. & etiam secundum Ripam ibi. num. 22. cum plurib. sequent. & Ias. in. l. si pluribus de lega. 1. num. 3. sed quo ad primum membrum, scilicet cõsumus in legatis contrarium indubitanter teneo, & in primis pro hac parte est tex. in. l. sicut. ff. de adimen. leg. quadrupliciter inducendo ut per Iaso. in. l. re coniuncti nume. 25. pro hoc etiam est tex. in. §. transferri. insti. de adimen. lega. in. l. & si transferam. ff. de adim. legat. in. l. planè in princ. ff. de legib. l. non ad ea. de condi. & demon. ff. Nec dicatur quòd dictis. ll. translatio est partis, non totius. nam resp. quòd inimò est totius, patet, quia in dictis. ll. dicitur emolumenti nil remanere penes primum legatarium. & sic tollitur resp. commun. opin. & Bart. ubi supra dicentis quòd translatio non totalis sed particularis est.

97 *Intell. ad. l. sicut. ff. de adim. lega.*

Sed quid 98 si dixi, hæredem primum instituo, uel hæreditatem meam primo relinquo, deinde adieci ex qua parte primum institui, ex eadem secundus hæres esto. & uidetur quòd in secundum tota hæreditas transferatur ut. d. l. sicut. cum conc. Itẽ, quia nisi in totum hæreditas translata uideretur, illa commemoratio nil operaretur.

98 *De eadem re.*

raretur. nam ea etiam non adiecta si secum dies simpliciter institutus esset pariter dimidiam auferret. §. si plures. inst. de hæred. inst. Coutrarium teneo, argumēto d. l. Iulianus. d. l. triplici in fin. quæ licèt loquantur quando illa commemoratio aliquid potuit operari ut notaui supra extendendo, ut procedant etiam in hoc casu, licèt talis commemoratio nil operetur primò, quia natura huius dictionis ex qua parte est repetiua ut. dd. ll. nec reperitur quod commemoratio inducat ademptionem totalem nisi quando adiicitur per hoc uerbum, (quam partē Titio relinqui seu hæreditatē, eā d. &c.) ut. l. sicut. l. translatiu. l. quod si alii. l. & si transferam de adim. leg. §. transferri inst. eod. l. non ad ea. de cond. & demonstr. iuncta. l. Iulianus. & l. triplici. idque multipliciter probatur in. d. l. Iuliann & l. triplici. primò, quatenus ibi non dubitatur an dicta commemoratio. iuncto uerb. ex qua parte, translationem totalem induxerit: sed pro constanti habetur non esse inductam. Secundò, quia & ibi testator transcendebat assem sicut in nostra quæstione & tamen non inducitur totius sed partis tantùm translatio coniunctioque realis. Tertiò, quia in. l. triplici in fine dicitur quòd ea ratione inducitur ibi coniunctio realis, ne ad dupondium testator transcendisse uideretur, idem ergo in proposito. Quarto quia maior ratio præsumendi totalem translationem erat ibi, quàm hic. Nam si ibi induceretur totalis translatio as non excederetur sicut & hic, sed ibi magis expeditum erat quòd ita hæreditas concludebatur duabus dimidiis quàm quòd hic tota hæreditas includeretur ex eo quòd simpliciter & indefinitè primus fuerat institutus, ideo enim latæ sunt. ll. dicentes quòd indefinita æquipollet uniuersali, quia id expeditum non erat. argumen. l. Labeo. ff. de carbo. edicto. tamen nullus unquam dubitauit quin omnis res duabus concludatur dimidiis.

99 De eadem re. Quòd 99 si post distributam totam rem legatam seu totam hæreditatem portio alteri detur. (puta Seium ex dimidia, Titium ex dimidia, ex qua parte Titium ex eadem Meuium instituo. Vel primo fundi dimidiam, secundo dimidiam ex qua parte secundo fundum, ex eadem tertio fundum relinquo) tunc commemoratio denotat demonstrationem, non simplicem, sed cum reali coniunctione partisque translatione. argumento. l. Iulianus. l. triplici in fin. quas. ll. in hæreditatibus loquentes extendo ad legata, ut per hoc limitetur. l. sicut. cum concord. quod dic ut supra. & in hoc quo ad decisionem cōcordo cum communi opin. sed in ratione decidendi disto. Ego enim moueor eo quòd illa cōmemoratio aliud quàm totius ademptionem potest operari scilicet coniunctionem realem partisq; ademptionem. communis autem op. mouetur eo quòd commemoratio etiam per uerbum (quam partem) facta tam in legatis quàm in hæreditatibus partem tantùm transferat. Considera etiam, nam quando adiicitur talis commemoratio, siquidē sumus in hæreditatibus, tunc potest esse triplex dubitatio, dubitari enim potest in terminis. d. l. Iulianus primò an testator secundum tertio coniungere uoluerit. Secundò, an ad dupondium transire, Tertiò an totū secundo adimere inque tertium transferre uoluerit. Sed de hoc tertio non dubitauit consultus in. d. l. Iulianus. & d. l. triplici. in fin. quasi pro constanti haberet quòd testator non potuit uideri uelle totum ademisse. Vnde infero quòd ineptè ait Bar. in. l. re coniuncti. colum. 1. in fin. cum principio. sequen. quòd in. dd. ll. licèt affuerit cōmemoratio tamen potius inducitur realis coniunctio quàm totalis ademptio seu translatio, quasi dubitaretur, coniunctio realis an omnimoda translatio induceretur; sed certè errat Bart. nam quòd omnimodè translatio non induceretur pro cōstanti ibi habetur, sed solùm erat dubitatio realem coniunctionem fecisse, an ad dupondium transcendere uoluisse uideretur. id, quòd similiter est contra Iason. in. l. re coniuncti. col. 6. in fi. qui dubitationem illarum legum similiter ut Bart. intelligit, & malè. Infero etiam contra Aretinum relatum per Iason. in. l. si pluribus. de legat. 1. colum. 2. in princip. dum ipse aiebat quòd ideo talis ademptio non inducitur in dictis legibus. quia commemoratio facta fuit in continenti, nimirum sentit quòd de totali ademptione erat ibi dubium, quod est falsum ut dictis. ll. Sed & in secundum non est quod ait totalem ademptionem fieri nō posse uel uideri, quando incontinenti fit commemoratio. Nam hoc est contra tex. apertum in. l. non ad ea. de cond. & demonstrat. nec dicatur quòd facilius inducitur in una persona omnimoda translatio quàm in pluribus. Nam hoc est falsum per. §. transferre. insti. de lega. licèt aliter & malè teneant Paul. & Cuman. quos refert Iaso. in. l. si pluribus col. 2. Infero quòd malè dixerit Dinus dum tenuit quòd commemoratio nunquā inducat ademptionem seu trāslationem hæreditatis hæreditariæ'ue portionis, quem licèt reprobet Bart. in l. re coniuncti. col. 2. in princ. cum quo est commun. opin. tamen eum sequuntur Ripa. ibidem num. 22. cum plur. sequen. & Iason. in. d. l. si pluribus col. 2. post princ. quem etiam sequitur in puncto iuris Ias. in. l. re coniuncti numero. 26. in fin. Bart. & Salicet. in. l. si fortidianum. C. de leg. teneo ergo contra. Dinum & sequaces quòd etiam in hæreditatibus commemoratio licèt non inducat omnimodam translationem tamen partis ademptionem seu realem coniunctionem inducit. Vnde contra Dinum eiusque sequaces subinfero inter legata & hæreditates nullam esse differentiam, & in hoc teneo cum communi, licèt alio modo communis opin. quàm ego parificet legata hæreditatibus: sed nouissimè pro differentia, quam inter legata & hæreditates constituebant Dinus & sequaces ultra fundamentum Iason. & Ripæ adduco forte fundamentum de. l. Iulianus & l. triplici. ubi solùm dubitatur ad dupondium transire uoluerit testator, an uerò realem coniunctionem facere, non autem dubitatur an omnimodam translationem faceret: quasi pro constanti haberetur factam non fuisse. Ex quo datur intelligi quòd commemoratio licèt in legatis ademptionem faciat. l. sicut. d. l. non ad ea, tamen in hæreditatibus proculdubio ademptio non inducitur & sic quòd sit differentia inter legata & hæreditates. Sed ad hoc forte fundam. respondeo in forma, fateor quòd in dictis. ll. pro constanti habetur quòd omnimoda translatio facta non fuit, sed tamen id non contingit eo quòd illæ. ll. loquantur in hæreditatibus, sed contingit eo quòd talis commemoratio facta fuit non per uerbum priuatiuum, scilicet, quam hæreditatem, siue rem, sed per uerbum demonstratiuum, scilicet, ex qua parte. Vnde idem eadem ratione esset in legatis, ut supra dictum est. & secundò adduco pro Dino, quòd cautè & cum mysterio dicitur in rub. ff. & insti. de adim. leg. non autem dicitur quicquam de adimen. institu. seu hæreditatibus. ex quo datur intelligi quòd ademptiones illæ tacitæ (ademptio enim, quæ contingit per commemorationē, tacita est ut exprimitur in. d. l. sicut) non contingunt in hæreditatibus, sed in legatis. cogita, uel perlege titulū ff. de adimen. leg. inuenies q; ll. etiam de adimendis hæreditatibus loquentes quòd probari uideretur in. l. alumnæ. §. qui filius de adimen. leg. & pro commun. opin. adduco. l. fin. ff. de hære. insti. ubi etiam hæreditas semel data tacitè adimitur.

100 Ius accrescendi an cesset per uerba taxatiua. Quid 100 autem in dispositionibus, quæ uirtualē uel etiam expressam taxationem habent & 41. casus fit, quod per uerba taxatiua impeditur ius accrescendi Bal. in. l. si arrogator quæstione. 2. ff. de adoptio per. l. Lucius. §. qui habebar. ff. ad trebel. idem Bal. in. l. i. col. 19. uersi. super quinta. C. de sac. san eccle. Roma. in. l. i. ff. si quis ius dic. non obtem. & in. d. l. unica. C. quando non pe. par. Abb. in. c. cum Ecclesia Sutrina. colum. 3. uersi. not. tria extra. de cau. poss. & proprietas Bal. in. l. dominus. ff. de usufruct. & in. l. certa ratione. C. quando pro. uo. non est neces. per Sal. & d. Ias. in. l. 2. C. de testa. mil.

per. d.

per.d.Ias.in.l.qui quartam.§.i.ff. de leg.i. Inde dicimus quòd in alimentis non est ius accrescendi, quia habent taxatiuam causam. Contrarium tenent Ange. Imol.in l.qootieos.§.si duo.ff.de her.insti. per Imol. in. repeti. l.primæ.§.si ex fundo.ff.de hær.insti.& Signorol de Homodeis.consiln.184 incip. quidam uocatus Bal.io.d.§.si duo.Ange.in.l.pe.ff.de iniust.rup.& Imol.in.d.c. Rainutius. columi.47.Indę docebat Roma. in consilio.113. quòd taxatiua nunquam excludit connexa. facit, quia in distributionibus quotidianis, quæ habent causam taxatam.c.i.extra.de cler.non resi.lib.6.est ius accrescẽdi. glos.in clem.& hi qui de æta.& quali.comprobatur quia secundum Soci. l.i. colum.86. ff.de uulga. & in.d.l. mulieri & Titio.ff.de cond.& demos. post Imolam in d. §.si duo Ange.in.l.i.C.de test.Salic.in.l. quotiens. C.de hær. insti. & Ludo Roma.in.d.l.unica ad hoc quòd ius accrescendi dicatur prohibitum, requiritur expressa prohibitio, & sic,non satis facerent dicta uerba taxatiua, & tunc censetur prohibitum expressè, quando datur substitutus.§. in primo.&.§. pro secundo.C.de cad. toll. Inde dicebant Bal. & Ange in.d.l. quotiens. §. si duo. se in facto consuluisse quòd si filia fuit instituta in dote tantùm, & iussa quòd plus petere non possit in bonis patris, & filius masculus sit in uniuersum institutus: filio repudiante, uel præmortuo, uiuo testatore filia habebit totum per ius accrescendi exclusis uenientibus ab intestato.facit.l. quotiens ibi iussus est.C. de hær.institu.c. si pater.extra de testa.lib.6.idem tenet Ange.in.d.l.pe.& Imol.in.d.c.Rainutius.colum.47.ideo Io.de Imola & modet.ubi.d.Ias.col.fi.in.l.Gallus.§. instituens.ff.de libe.& posth.nolunt quòd taxatiua non excludat casus similes, nec extensiones, quæ fiunt ex dispositione legis.l.ob æs.cum glo. C.de præd.min.glo.& Bar.in.l.serui nomine.ff.de usucap.Bar.in.l.si constante. in princ.ff.solu.mar.sed ex dispositione legis coniunctio extenditur ad ius accrescẽdi.l.si in testamento.ff. de uulgar & text.in.d.l.re coniuncti. ergo &c.tamen Bar.in d.§.si duo.tenet contrarium.

In summa quidam referre putant, utrum loquamur in institutionibus, ut in eis uerba taxatiua non impediant ius accrescendi: an uerò simus in legatis,ut in eis per talia uerba ius accrescendi impediatur. Primum uerbum uerissimum est, quando duo tantùm fuerunt hęredes scripti & alter repudiauit: nam portio data ei, qui adiuit recipit ius accrescendi,licèt per uerbum taxatiuũ sibi data esset, ne testator decedat pro parte testatus,& pro parte intestatus,contra.l.ius nostrum.ff. de reg. iuris. Cæterùm si ponas plures fuisse hæredes & uni eorum portionem taxatiuè datam, non dubito quin testator possit efficere ut portio uacans uni cohæredum ex toto accrescat, & alteri nullâ ex parte. Et in legatis testatorem posse ius accrescendi impedire omnes admittunt per.§.ubi autem.C. de cadu.tollendis.in re aut dubia per uerba taxatiua nõ puto impeditum uideri ius accrescendi. nam si postquam duobus.8.uncias hæreditatis, uel alterius rei reliqui, adieci reliquum trientem tantùm hereditatis uel legati relinquo; per illud uerbũ tantùm nõ tam uidetur ius accrescendi impeditũ quàm uidetur legis dispositionem declaratam in re dubia dicẽtis hæreditatem 10.12.tantùm uncias regulariter diuidi & pro nobis tex.ferè expressus si scis inducere, quẽ nullus unquam allegauit in.l scimus.§. repletionem. C. de inof.testam.

101 *Ius accrescendi an cesset in dispositionibus limitatiuis.*

Quid autem 101 in dispositionibus limitatiuis? & quidam idem iuris fore putant. ergo hac in re. 42. sit casus in dispositionibus limitatiuis, in quibus non est ius accrescendi. 102 Bal.in.l.i.in fi.C.de secundis nup. per.d.l.Lucius.§.qui habebat.ff.ad trebel.ratio est,quia limitata causa limitatum operatur effectum.l.io agris.ff. de acq.re dom.l.age.C.de transf.& est de mente.d.Ias.in l.qui quartam.§.i.ff.de leg.i.Bar.in.l.pater filium. colu. fi.ff.de inoffi.testam.sed aduerte, quia.d.§.qui habebat nihil facit.nam ibi nec sunt uerba taxatiua, nec limitatiua ut Bal.Ias.& alii dicunt, sed duæ orationes: & sic ibi excluditur ius accrescendi propter diuersitatem orationum & aduersatiuam ibi positam.non obst. uerba taxatiua, uel etiam limitatiua. Sed communem sententiam simpliciter etiam sequitur idem Ias. num. 198.in.d. l.re coniuncti Bal.in.l.si arrogator quæst.2.ff. de adopti. & in.l.i.C.de Sacr.Ecclesi. Quid dicendum?in primis tex.in.d.§.quę habebat.nihil probat.nam ibi pro indubitato habebatur ius accrescendi non esse & de eo tãtùm quæstio erat, an tota hæreditas filio testatoris iussa esset restitui, an uerò non tota, sed decem tantùm uncię quasi reliquæ unciæ duæ quę alteri relictæ fuerunt indubitanter non accrescerent: cuius rei uera ratio est, quia in solis speciebus legatis regulariter est ius accrescendi, non etiam in generalibus.ut late docuimus suprà.§.10.num.92.Vnde, ut si dicerem, filio meo seruos decem, & nepoti duos seruos lego. inter eos non esset ius accrescendi propter omnimodam ipsarum rerum separationem realem.ut.l.huiusmodi.§.quibus.ff.de lega. i.& quę suprà.d.num.92.latissimè diximus: ita quoque hac in re cessat ius accrescendi in tali fideicommisso uniuersali ut duæ illę unciæ,quę abscesserunt à nepote accedant ipsi hæredi uel rectius remaneãt penes ipsum hæredem, neque ei adimantur ut iure accessionis ad alterum fideicom.transferantur: estque nouus & uerus intell.ad illum tex. In se autem, an ipsa limitatio uera sit ut in limitatiuis dispositionibus cesset ius accrescẽdi, dic ut in superiore casu.

102 *Intell. nouus ad.l. Lucius.§. qui habebat. ff. ad treb.*

Hinc 103 etiam apparet cessare ius accresc.in alia specie, ergo.43. casus est, in substitutione fideicommissaria, in qua non est ius accrescendi, si unus ex fideicommissariis repudiaret partem suam, secundum practicum Papiensem in sua practica in forma libelli quo agitur ex substitutione.per.l.primam.§. sed & quotiens l.cogi.§.si quis hęres.&.§.Metianus. &.§. idem Metianus.ff.ad trebel.quia in substitutione directa ideo est ius accrescendi, ne resultet inconueniens.l.ius nostrum.ff. de reg.ior.quæ ratio cessat in fideicommissaria substitutione.& hæres institutus, qui remanet hæres, fideicommissi partem repudiatam in se retinet, ideo alteri non accrescit, quia testator in ea parte habet hæredem.l.i. §.fi.ff ad trebe.§.si quis ex una.insti.de fideicommis.hęre.idẽ uidetur tenere Pau.de Cas.in.l.Lucius.§. qui habebat. ff. ad trebel.per eandem rationem. Contrarium tenet Bar.consi.53.incip Picarellus decedens.& Bald.in l.inter hęredes.ff.de hęr.insti.per tex.in.l.filius familias §.Diuus. el primo in fin.ff.de lega.i. melius probatur in d.l.unica.§.pe.C.de cad.toll ubi dicitur quòd illa, quæ dicta sunt in illa constitutione.s.de iure accrescendi habent locum in omni ultima uoluntate, & in omni relicto etiam in codicillis. & similem inductionem facit Bar.in ultima.q.in.d.l.re coniuncti. ubi.d.Ias. non deciditur. Opinio Pau. de Cas.& Papiensis potest sustineri, quia fideicommissarii non possunt admitti, quin hęres prius adeat.l.quia poterit.ff.ad trebe.si ergo hæres adit hæreditatem, ius accrescendi non uidetur considerandum, quia haberet locum post portionem acquisitam. contra.l.i.§. interdum.ff. de usufruc.accrescendo. & ita considerat idem Ias. in.d.consilio.41. incip. dominus Romanus col.5.lib.i.& pro hac opinione negatiua facit efficax ratio, quam suprà.§.10. nume. 116. cum seq.signauimus, dum disseruimus nunquam iuri accrescendi locum fore, nisi cùm uacabat omni iure ea portio, qua de agitur.tex.iuncta sua gl.communiter ibi appro. in.l. si duo patroni. in princ.ff. de iureiur. Nec dubium est, quin in specie nostra non uacet illa portio. Nam si heredem scriptum iussi dimidiam hæreditatis partem Titio & Seio restituere, ius & dominium istius fideicommissi uniuersalis non transit in fideicommissarios ipso iure à morte testatoris, nec etiam ab adita hęreditate, sed demum postquam hæres eam hæreditatis portionem spõn

103 *Ius accrescendi an cesset in substitutione fideicommissaria.*

te uel

te uel compulsus restituit. l. ille à quo. §. si de testam. ubi per doct. ff. ad treb. l. non iustam. ubi tenet communiter doct. eod. ti. C. ergo eum ipse hæres aditione sua totius hæreditatis dominus factus fuerit. l. cum hæredes in pr. ff. de acq. poss. & partem fideicommissi Titio agnoscenti ut debebat soluerit ac restituerit & Seius partem suam noluerit, eaque nunquam fuerit delibata, aut separata ab ipso hærede sicque nunquam uacauerit, non potest agi de iure accrescendi, de quo nunquam tractatur, nisi quando pars fuit semel separata ab hæreditate sicque postea uacare cœpit: quo casu cùm ad eam lucrandam plures uelut ad brauium currentes concurrant præfertur is, qui ad eam proximior erat & magis coniunctus. l. re coniuncti. ff. de lega. 3. non aliter atque in lucrifacienda insula in mari, uel in flumine nata præfertur ille, qui prædia sua propinquius habebat; & locrum alluuionis conceditur ei, qui propriùs prædia sua habebat. §. insula. &. §. item quod per alluuionem. inst. de rerum diui. l. adeò. ff. de acq. rerum dominio. nam ad istarum acquisitionum similitudinem ius accrescendi inductum est. l. si Titio. ff de usufr. Vnde in specie nostra cùm ad partem fideicommissi repudiatam hæres, qui eius dominium habebat longè proximior sit quam alter confideicommissarius ei est præferendus; quòd si heres compulsus adiuit hæreditatem sicque nil hæreditatis penes eū remansit, tunc portio confideicommissarii repudiantis alteri confideicommissario accrescit, heredi autem minimè. & sic potest & debet op. contraria saluari, & adde, quæ dixi supra. §. 10. num. 117.

104 *Ius accrescendi an cesset in fisco.*

44. Casus in quo cessat ius accrescendi est 104 in fisco secundum Romanum in. l. un. C. quando non pet. partes. sed & in alia specie uidetur cessare ius accrescendi secundum distinctionem quorumdam doctorum ergo 45. est casus, quando 105 testator prohibet ius accrescendi. in hoc casu. d. Ias. ubi suprà distinguit post alios doct. in. l. si quis priore. ff. ad trebel. Aut loquimur in heredibus, aut legatariis. In primo casu, subdistingue, aut institutio trahitur ad uniuersum per iuris fictionem, aut ex necessitate. in primo casu potest. l. quotiens. §. si duo. ubi omnino per Bar. ff. de hær. insti. nam quædam fictio est, trahere ad uniuersum detracta mentione certæ rei. l. apud Iulianum. §. 1. ff. ad trebel. plenissimè per Imol. in. l. 1. §. si ex fundo. ff. de hær. inst. ubi latius distinguunt. idem tenet Ange. in. l. 1. C. de testa. mil. aut trahitur ad uniuersum ex necessitate & non potest, per. d. l. ius nostrum. ff. de reg. iur. cùm actus testandi sit indiuiduus. l. furiosum. C. qui testa. fac. pos. Bal. in. l. unica, quæstione nona. C. quando non pe. par. Ange. in. l. pe. ff. de inoffi. rup. aut sumus in legatis, & potest prohibere. l. dominus. ubi glo. & omnes. ff. de usufruc.

105 *Ius accrescendi an cesset prohibente testatore.*

Denique tutius est, tenere quòd in hæreditatibus testator indistinctè non possit prohibere ius accrescendi per. d. l. ius nostrum. & quæ ibi traduntur per nouissimos ff. de reg. iur. & per tex. meliorem de iure in. l. si solus. in prin. ff. de acq. her. facit. l. 1. &. 2. cum ibi notatis eod. tit. &. l. si totam. eod. ti. &. l. 1. §. si ex fundo. &. l. si alterius. ff. de hæredibus inst. l. uni. §. his ita. C. de cad. toll. Potest tamen facere ut uni potius quàm alteri accrescat. unde si primum, & secundum, & tertium heredes scripsi, iussique ut primo repudiante eius portio tertio, nō etiā secundo accresceret, ualet id præceptum, quasi tunc ille ueluti substitutus intelligatur. l. 2. §. si duo. ff. de bon. poss. secundum tab. l. fin. C. de hær. inst. l. pen. ff. de inoff. rup. itaque ius accrescendi prohibere nō possum, ita ut pro parte testatus decedam & pro parte non. Sed ut ex toto testatus decedam possum, sicque conciliari hæ opiniones & possunt & debent.

106 *Ius accrescendi an cesset, quādo portio ope tātùm exceptionis uacabat.*

Est. 46. species in qua cessat ius accrescendi, nempe 106 si portio non uidetur ex toto uacare ipso iure, sed ope exceptionis, tunc non est ius accrescendi. glo. Bart. Alber. & Ias. in. d. l. si duo patroni. ff. de iure iuran. l. unū ex familia. §. sed si uno. ff. de leg. 2. & ab ista doctrina nullus discrepat secundum dictum Iaso. in. d. l. re coniuncti tamen ipse 107 arguit contra communem per tex. in. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa ubi id quod relinquitur in testamento imperfecto alicui extraneo debetur naturaliter. glo. & omnes in. l. cum quis. C. de iuris & fact. ignor. c. si. ubi. Abb. & reliqui extra de solu. & ibi tex. dicit quòd accrescit filijs, & sic etiam si naturaliter deberetur non excluditur ibi ius accrescendi. Bal. Salic. Corn. & Fulgo. ibi sentientes hoc contrarium respondent quòd ibi propriè filii non habent per ius accrescendi sed efficitur caducum, quod extraneo ibi relinquitur, ideo remanet penes filios. l. unica. §. in primo &. §. pro secundo. C. de cad. tollen.

107 *L. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de test.*

108 *Ius accrescendi an cesset in legitima liberorum.*

Est. 47. casus, in quo cessat ius accrescendi; nempe 108 in legitima liberorum secundum Bar. in. l. pater filium num. 3. & 4. quæstione. ff. de inoffi. testam. de cuius rei ueritate, quia satis controuersum est, uidimus suprà circa materiam authen. nouissima. C. de inofficios. testamen. §. ratio.

109 *Ius accrescendi an cesset in instituto in re certa.*

110 *Hæredi rerum certarum an accrescat hæreditas*

Est. 48. casus, in quo cessat secundum quosdam ius accrescendi, quando 109 quis est institutus in re certa, puta in legitima sed Bar. in. l. ex facto. col. 2. ad. fi. de hær. inst. ff. & in. l. quoniam sororem. C. de iure delib. & in. l. quoties in fi. C. de her. inst. & omnes in. dd. locis maximè Ias. in. d. l. quoties. num. 6. & Ripa in. l. re coniuncti. num. 86. aiunt quòd 110 institutus in re certa dato cohærede uniuersali habet ius accrescendi. i. repudiante hærede uniuersali habebit uniuersam hæreditatem per ius accrescendi, quia paria sunt aliquem non fuisse institutum uel fuisse & repudiasse. l. 1. ff. de inius. rup. ut ergo si is institutus non fuisset ab initio tunc ille in re certa institutus uniuersam hæreditatem haberet per ius accrescendi ita &c. Tu considera, nam aliquando & primò hæres uniuersalis repudiauit uiuente hærede rerum certarum, & tunc procedit conclusio per. d. rationem. Aliquando & secundò repudiauit post mortem hæredis rerum certarum, & tunc, si ille post agnitas illas res in quibus fuit institutus decessit, habet ius accrescendi, si ante agnitas secus secundum Bar. & alios. Hęc differentia non uidetur uera, nam si ille pro legatario habetur, tunc ante quam moreretur habebat rerum illarum portionem quæsitam. l. cum pater. §. surdo. de lega. 2. ff. & consequenter illis rebus ut pote iam quæsitis hæreditas postea repudiata debet accrescere, siue illæ res essent agnitæ, siue non, & hoc si tenemus quòd institutio rerum certarum dato etiam cohærede uniuersali, adhuc ita pro legato habetur, ut ipso iure legatario acquiratur. Quòd si teneremus quòd ipso iure nō acquiratur propterea quòd potest obuenire onus hæreditatis accrescentis, tunc distinctio Bar. uera uidetur, ut post agnitionem illo decedente, tunc eius hæredibus accrescat: secus si ante agnitionem decederet. Vnde infertur idem fore etiam si uiuente herede rerum certarum ille repudiasset, ut tunc accresceret si is iam res suas agnouisset etiam inuito. Sin autem non agnouisset, tunc accresceret ei postea res suas agnoscenti: & puto uerius esse quòd institutus in rebus certis quò ad effectum de quo in. d. l. quoties. habeatur pro legatario, non quo ad effectum hunc ut ei illæ res ipso iure & ante agnitionē quęrantur: pro quo facit. d. l. quoties. l. ex facto. l. si alterius. l. 1. §. si ex fundo. ff. de hær. inst. & l. si quis priore. ad treb. ff. l. quoties. §. duo. ff. de her. inst. l. si alterius. cum seq. eod. §. sed & si quis. inst. quib. mod. test. in fi. Vnde infero primò quòd si isto uiuente hæres uniuers. repudiet, accrescat inuito demum post agnitionem. Secundò quòd ante agnitionem uniuersa hæreditas illis rebus certis accrescere uideatur: unde eo postea agnoscente totum habebit. Tertiò quòd moriente isto ante exclusionem heredis uniuersalis, licèt is postea repudiaret, uniuersa hæreditas non accresceret hæredibus instituti in rebus certis, non solùm si ante agnationem ille moreretur, sed etiam si postea: quæ uidentur pro-

cedere etiam si ille esset filius testantis.

111 Est quadragesimus nonus casus 111 post quæsitam portionem.l.j.§.fi.ff.de usufr.accr.quod limita,quando deficit ex post facto ut est per integrum restitutionem, quia 112 túc accrescit uolenti.l.si minor.ff.de ac.hær. l.ea contractu.ff.de re.iudi.ubi Bar.Ange.Imol.Alex.& idem Ias.ratio est, quia restitutio reponit omnia in pristinum statutũ.l.quod si minor.§.restitutio.ff. de mino. Paul.de Cast.in.l.pe.ff.de acq.hær.Ang.in.l.mater decedens in fi.& in.l.eum qui.§.1.ff.de inoff.test. Inde dicebat Bar.in.d.l.re coniuncti,q minor restitutus restituitur ét ad ius accrescẽdi.l.prima.§.1.ff.de coll. bo.quod extenditur etiam ex post facto,ut per Bar.in.d.l. re coniuncti.& omnes,Bar.in.l.sed cum patrono.ff.de bo.poss. facit.l.sicut in annos.§.1.ff.quib.mod.usufru.amit.licèt contra hoc disputando de facili teneri posset secundum quosdam arg.l.cum hæreditate.ff.de acq.hære.ubi portio repudiata fuit mero iure quæsita ipsi repudianti. nã filius fuit ex parte institutus & sibi fuit datus cohæres & illi filio hæreditas ex patris testamẽto fuit mero iure ea ui & potentia suitatis q̃sita, & nihilominus ea portio cohæredi accreuit etiam inuito secundum quosdã,quod si rectè inspexeris uerum non est,& alius est uerus intellectus illius legis,ut diximus supra. Quidam ideo tenẽt commun.opi.suprà relatam,quæ est, ut post portionem quæsitam ius accrescendi in hæreditatibus non detur in inuitum. ut.d.l.si minor. sed demum in uolentem. qua de re dicendum est, ut supra disseruimus in casu 25.

Ius accrescendi cessat portione quæsita.

112 *Ius accrescendi datur, cum portio quæsita per restitutionem omittitur.*

113 Item 113 quòd post portionem quæsitam esset ius accrescendi.Limitatur secundũ Bar.ubi suprà in assignatione libertorum.gl.& ibi tex.in.l.totum.in pr.ff. de assign.libe.sequitur.d.Crot.& alii in.d.l.re coniuncti.glo. & Io.de Plat.in.l.unica.C.si libe.impe.lib.10.& cõmuniter tenetur.Sed aduerte,quia assignatio libertorũ & assignatio emphiteosis à pari procedunt secundum Io.Fab. & Ang.in.§.j.inst.de assig libe.& sicut in emphiteosi ex post facto,non est ius accrescendi,ut per omnes in.d.l.si mihi & Titio.ita dici debet in assignatione libertorum Non obstat.d.l.utrum,quia ibi portio non erat acquisita,sed repudiata ut ibi pater in uerbo repudiauit. & idẽ probatur in tota illa lege.nec obstat glo.ibi, dum ponderat ordinem seruãdum in illo tex.quia per hoc non probatur q ibi esset portio acquisita, & esset ius accrescendi ex post facto,& talis ordo in his coniunctionibus non attenditur.l.quædam.ff.de pe. lega.

Ius accrescendi datur post portionem quæsitam in assignatione liberti.

Deniq; tenenda est communis opi. nam ea mente & sententia illius tex.est q si duobus filiis libertus assignatus est,tunc si post assignationem illam & post mortem etiam patris, qui illũ libertũ assignauit alter filius sine liberis decedat integra liberti assignatio residet apud superstitem filiũ uel eius liberos quasi portio alterius ei accesserit;& tamen non dubium est quin præmorienti semel iam acquisitum fuerit ius accrescendi illi liberto, & sic decesserit post portionem assignationis quæsitam.

114 Item 114 q post portionem quæsitam esset ius accrescendi,limitatur in hærede compulso adire partem suam ad instantiam fideicommissarij secundum Rom.in l.apud Iulianum.§.utrum.ff.ad treb.per text.in.l. sed cũ ab hęrede eo.tit.tamen Alex.in.d.§.utrum hoc uidetur reprobare,quem.d.Ias.sequitur in.d.l. re coniuncti nu. 237.per.l.si minor.ff.de acq.hęr.quia institutus pro parte non potest cogi inuitus per fideicommissarium adire aliàs beneficiũ concessum fideicommissario redundaret in damnum hæredis,quod esse non debet.d.l. sed cũ ab hærede.mihi placuit dictũ Roma.& uide per modernos l.j.ff.de uulg &.d.ratio Alex.non concludit, eo quia.d. hæres compulsus restituere debet commodum iuris accrescendi perdere,sicut perdit trebellianicã ut per omnes in.d.l.quia poterat & per.d. compulsionem uidetur iuris accrescendi renunciasse & transtulisse in ipsum fideicommissarium prout diximus de trebellianica ibi.

Ius accrescẽdi post portionem quæsitam an detur in hærede adire coacto.

Deniq; Ias.& Alex.ubi suprà tenent q hæres ex parte tantùm institutus postquam alter cohæres sponte adiuit,non possit cõpelli adire,quandoquidem etiam si hæres non adeat iam fideicommissum in tuto est per aditionem factam ab altero cohærede.argum.d.l.sed cum ab hærede.ff.ad treb.sed hæc conclusio uera non est, quin immo etiam hæres ex parte tantùm scriptus potest inuitus compelli ut adeat hæreditatis illius partẽ, in qua ipse fuit scriptus.tex.est clarus de quo non meminerunt Alex.nec Ias.in.l.non iustam.C.ad treb.& ibi Corn.col. 2.post Bar.Fulg.& alios.Sed postquã is compulsus adiuit & uult restituere & fortè non potest,quia fideicommissarius erat incapax, an tunc ea portio semel quæsita accrescat cohæredi?.& indubitanter ei accrescit,non inuito,sed uolenti.ut in.l.si minor.ff.de acq.hær.facit tex. in.l.cum hæreditate eod.titulo.

4. Limi.ut post portionem quæsitam sit ius accres.in terminis.l.un.C.si imper.lib soci.lib. 10.ubi Platea. tenent Bar.Bal.Ang.Alex.& Ias.in.l.si mihi & Titio.ff de uerb.ob.Ias.& Dec.in.l.un.C.quando non pet.par.Corras.in.l.testam.C.de impub.Ias.in.d.l.re coniuncti.

5. Limita quando ius accr.esset unitũ cum iure substitutionis.Nam tunc datur etiam post portionem quęsitam. ita Bar.& communiter doct.in.d l.re coniuncti. Bar.& doct.in.l.qui patri.per illum tea.ff.de uulga.Iaso. consi.143.lib.4.

Præterea q post 115 portionem quæsitã cesset ius accrescendi,limitatur,in piis causis, quia ea, quæ nutu diuino fiunt non subiiciuntur legibus.c.licèt extra de regul.& quæ ibi not.Per.de Anch.Abb.& reliqui.faciunt quæ plenè not.Lud.Rom.in repetitione Auth.similiter C.ad.l.falci.in.c.fin.extra de re iudi.quicquid dicat Io. de Imo.in.l.tam his.§.1.ff.de don.cau.mor.dum respondet ad.d.c.licèt & ista limitatio potest extendi ad.d.casum.l.hac consultissima.§.ea imperfecto. C.de testa. & quæ ibi not.d.Ias. Sed certè hæc limitatio suspecta est, quia leges generaliter loquentes comprehendũt casus etiam priuilegiatos,& personas similiter priuilegiatas. ut est uera & cõmunis op.quam resoluunt Decius consil.5.idem Deci.in.l.ex test.C.unde liberi Alciat.lib.4. paradoxorum.c.10.Tiraquellus de utroq; retract. in gl. 14.nu.91.& nu.93.tradunt Hannibal & Crotus in repet. l.nemo potest.ff.de leg.j.Vnde leges generaliter loquentes comprehendũt personam militis utcunq; priuilegiatam.l.in fraudem.§.fi.ff.de test.mil.& personam principis utcunq; priuilegiatam.l.ea imperfecto.C.de testa.l. ex imperfecto.ff.de leg.3.l.Papinianus.§. Imperator.ff. de inof.test.l.si hæredum.C.eod.tit.§.fi.inst.quib.mod. test.in fin. Sed causa pia in hac specie non reperitur habere priuilegium expressum & peculiare,ergo comprehenditur sub regula uetante ne post portionem quæsitã sit ius accrescendi. 115

Ius accrescendi an post portionẽ quæsitam detur in causis pijs.

In summa 116 q non sit ius accres. post portionem quæsitam,limitatur in casu.l.si qua mulier.C.ad Tertulia.ubi Bal.not.& sequitur.d.Ias.in.d.l.re coniuncti nu. 238.tamen ille tex.non probat, si ponderetur, non insisto. & de illo tex.uide,quæ not.Bal.in.c.1.§.decedentis qui feu.da.possunt. 116

Deniq; considera referre utrum portio de cuius accessione agitur sit re uera quæsita,an uerò sit delata, nõ etiam quæsita,an & tertiò neq; sit quæsita, neq; etiam delata: post portionem re uera quæsitam indubitanter cessat ius accrescendi.d.l.j.§.fi.ff.de usufr. accres.Vnde in terminis.d.l.si qua mulier. si illa mulier,quę secundo nupsit infra tempora luctus decessit eiq; hæredes extirerunt filii prioris matrimonij,& posteaquam eius hæreditatem quæsierunt eorum alter decessit,tunc eius pars non accrescit fratri ex endẽ matrimonio nato,quinimmo pertinet ad hæredes huius filij morientis fratre excluso cessante iure accrescendi. Quòd si hæreditas matris delata tantùm erat,non etiam quęsita,quia mater iã decesserat cuius hæreditas adita nondum erat, & alter ex filiis primi matrimonij decessit, tunc ea portio alteri

Ius accrescendi an detur post portionem quæsitam in lucro ã lege delato.

accre-

accrescit, idq; ius accrescendi regulare est. ut in.l. si ex pluribus.ff.de suis & legit.her. Verùm si is filius uiua matre decessit, & sic antequã hæreditas delata esset iuxta.l.delata.ff.de uerb.sig.tunc morientis portio nondũ quæsita nec etiã delata fratri superstiti accrescit; & posseamus dicere ibi contingere ius accrescendi post ius a lege sub cõditione delatum non purè, & ibi agitur de iure accrescendi contingente non ex testamento neq; etiam abintestatu, sed ibi est lucrũ quoddam à lege descendens simile in.l.utrum.ff.de assig. libert.adde alias limitationes per Corras.in.l.testamento.C.de impuberum.

Ad 50.casum in quo cessat ius accrescendi, præmitte ꝙ qui 117 non admittitur ad partem, non facit partẽ.l. planè.§.si duobus.de leg.primo.idem in querela inof.argum.l.filio in pr.l.qui repudiantis.l.si ponas.§.fi.ff.de inoffi.test.intellige quando is non admittitur, quia exclusus sententia.d.l.filio.idem si repudiatione.d.l. si ponas. idẽ si tempore.d.l.qui repudiãtis.ibi, repudiantis animo qui præsumitur per lapsum temporis, item quia æquiparantur expressa repudiatio & tacita, quæ inducitur per lapsum temporis.l.si quis filium.in fi.C.de inof.test.idẽ ergo si morte.arg.l.si pater.l.si quis filium.C.eo.tit.melius in.l.cum mota.C.de trãs.iuncta.l.si instituta.ff.de inoffi.test.l.Papinianus.§.3.eod. Quintò intellige etiam si quis repudiauit querelam postquam eam agnouerat.d.l.si ponas.§.fi.nã si ante acceptum iudiciũ repudiasset expeditum esset.ut.d.l.filio & d.l.qui repudiatis. Ergo ijs omnibus casibus si ex duobus exhæredatis unus tantùm egit contra extraneũ scriptum totam hæreditatem uendicabit, nõ secus quàm si ambo agentes obtinuissent, ut quemadmodum si ex duobus legatariis coniunctis, qui petunt ab hærede alter repudiaut, tunc eius pars agnoscẽti accrescit; ut sic non minus euincatur hæredi quàm si ambo agnouissent: ita & si ex duobus exhæredatis, qui agunt, uel agere possunt cõtra hæredem alter repudiet, accrescat alteri, ut non minus tota hæreditas ab scripto euincatur, quam si ambo egissent & obtinuissent. Idque probatur, ratione. Nam quasi de mentis totum testamentum infirmari ex toto debet.l.mater decedens uers.præterea.ff.eo.l.2.eo.tit.in pr.inst.eo.tit. Nec me mouet, ꝙ filio testatoris instituto sua portio conseruetur.l.pater filium.ff.de coll.dotis.nam illud duobus demum concurrentibus, primùm ꝙ & uelit institutus.d.l.mater decedens in fi.potest.n. si uult repudiare portionem, in qua fuit institutus ut ibidem.deinde ꝙ usq; ad uirilem tantũ portio sua sibi reseruetur. arg.l.ex duobus §.illud de cõtratab.l.si is qui in potestate.§.ita autẽ.l. filium.§. ad eũ modum.ff.de leg.præst.ex quibus.ll.ut in casu simili loquentibus argumentum ad casum nostrum, in quo leges desunt sumendum est. Quare existimo, si duobus filiis institutis certius exhæredatus obtineat in querela, & illi adhuc uelint suã conseruare portionem ꝙ ambo solum semissem habebunt: alterũ semissem exhæredatus. arg. d.l.uirilis.ff.de leg.præst. quod satis uidetur ex mente d.l.filio de inof.test.ff. E contra si querela instituatur contra unum ex pluribus institutis, tunc rescinditur testamentum ex parte tantùm uirili.non etiam alia.l.circa l.cum duobus.C.&.ff.de inof.test.l.nam & si.§.fi.ff.eo. d.l.mater.l.Papi.§.sed neq; impuberis.eo.ratio, quia absurdissimum esset, ut res inter alios acta aliis noceret. quid.n.si ille gratia & sordibus uictus fuit? quod si negligentia? quid si accepta clam pecunia? quid si iudex per imprudentiam &c.quid si per malignationẽ? quod intellige, quãdo scripti uelint suas conseruare portiones, ꝙ si nolint, tunc si sunt extranei nequeunt succedere abintestato: si filij tunc siue contra eos obtentum sit, possunt suas conseruare portiones dummodo non ultra uiriles iuxta mensuram, dicta.l.pater filium.de coll.dotis. Siue etiam contra alium obtemptum sit, possunt similiter cõseruare suas portiones.d.l.mater. & arg.d.l.filium. d.d. his qui.d.l.ex duobus. ꝙ si malũt ex testamento repudiare, & abintestato uirilem capere possunt.d.l.mater in fi.

117 Ius accrescendi an impediat, qui ad partem non admittitur? nona ratio.

Nec obst.d.l.si is qui.cum cõcurd.ubi uidetur quòd qui agnouit etiam antequam in bon.poss.contratab. obtentum esset, non potest ex pœnitentia ab intestato capere. Nam resp.quòd in cõtratab.bon.pos.uictoria certa est, cùm non agatur uel quæratur de meritis præteriti: at in querela est incerta, cùm quæratur de meritis exhæredati, ergo est quid illo casu agnoscenti imputetur, secus in isto. quod nominatim probat.d.l.mater. Est & tertius casus, quando institutus fortè ex triente uult conseruare suam portionem ex testamento, & rescisso per querelã testamẽto, uult quòd sibi duæ unciæ accrescant ex nſto, quæ abintestato deferuntur, ut reliquæ sex transeant in querelantem: quod obtinere non poterit, primò per.d.l.mater in fi.quæ uult noua aditione opus esse cessante iure accrescendi. Secundò, quia inter successores diuerso iure cessat ius accres.l.sed cũ patrono.de secund.tab.ff.nam portio ab intestato delata scripto accrescere nõ potest, quale est in.d.l.sed cum patrono. & etiam in specie nostra. Tertiò per.d.l.mater.uers.quod euenit.quæ nominatim se refert ad.d.l.sed cum patrono. Quartò argum.d.l.si is qui in potestate.§. ita autem.d.l. filiũ.§. ad eum modum.d.l.ex duobus.§.illud.in quibus pro constãti ponitur ex portione abintestato delata nil acquiri, uel accrescere institutum, qui uoluit suã conseruare portionem. Quintò per.d.§.ita autem in fi.ubi consultus fecit sufficientem partium enumerationem, & tamen omisit hanc partem iuris accrescendi. Sextò argu.l.nec ipsa ff.de colla.dotis.ubi augmentum collatiuum cessat inter succedentes iure diuerso.

118 Quod dixi 118 per.l.si ponas.§.fi.de inof.test.ff.esse ius accrescendi in querela.intelligendum est, nõ quò ad ius querelandi, sed quò ad ius capiendi. & ideo, si is qui destitit, bonam causam habebat, perseuerans autem malam, is non poterit se se iuuare ex iure desistentis. sicque condemnabitur: uerùm si perseuerans habebat bonam causam, tunc siue desistens bonam causam similiter haberet, siue malam, semper portio illius huic accresceret si uicerit, quod sine dubio uerum, cùm agitur contra extraneũ.d.l.si ponas.quod si contra filium, tunc magis dubium &.l.filio in pr.in.ff.de inoffi.testamen.potest uideri eidẽ negat desistentem concursurũ cum uincente. Sed responderi potest quòd potest intelligi non concursurum in semissem ex persona sua uincenti competentem, uel non cõcursurum in bessem, qui competebat sibi partim iure suo, partim iure desistentis sibi accrescentẽ argum.d.l.si ponas. sed magis est ut singulos babeant semisses. Nam & si ex duobus exhæredatis contra fratrẽ institutum agentibus alter obtinuisset, alter uictus esset iniquum esset quòd triens uicti accederet uictori, nisi dixeris imputandum esse ei, qui ex testam.uoluit succedere cùm posset ab intestato succedere, postquam frater exhæredatus per querelam testamentum rescindat: ut sic ipse institutus, qui cùm posset simul cũ fratre querelante abintestato patri succedere si maluit ex testamento succedere contentus esse debeat portione illa in qua fuit institutus, nec possit ei ex testamento succedenti accrescere portio hæreditatis per querelam euacuata, ut pote, quæ abintestato defertur; cum inter succedentes diuerso iure, non fit ius accrescendi.d.l. sed cum patrono.ff.de secundum tab.& sic impossibile esset quòd portioni fratris instituti, quæ ex testamento acquiritur accrescat altera portio, quæ ab intestato deferatur, qualis est ista portio, quę per querelam inofficiosi euincitur & is est uerissimus sensus.d.l.si ponas.§.fi.ut sic in querela sit ius accrescendi.i.non quò ad iustitiam querelandi, sed quò ad portionem, quæ post querelam peractam & obtentam consequitur, quæ soli querelanti non etiã cohæredi accrescit. quod intellige ut cohæredi non accrescat, quãdo is cohæres diuerso iure succedebat.i.ex testamento, querelans autem ab intestato quòd si etiã cohæres succedebat abintestato tunc etiam ei accresceret, quia cùm ambo abintestato succedant, non possunt

Intell. l. si ponas. §. si ff. de inoffic. testamen.

nõ habere uiriles equasq; portiones prout in successionibus ab intestato deferuntur à lege. colligres autem ab intestato succedere poterat, quando erat alter frater institutus, qui rescisso per querelam testamento uoluit se etiam abintestato succedere potius quàm ex testam. ut ll. suprà alleg.

Stat ergo ex superioribus q portio hæreditatis, quæ uacare cœpit per exclusionem unius ex illis, qui querelam mouebant defertur alteri per ius accrescendi secundum superiorem distinctionem, deinde quod quantum ad iustitiam querelandi non est ius accrescendi. Tertiò quòd in ipso iure querelandi est ius accrescendi secundum superiorem declarationem secundum communem opinionem, quam tenent Bar. Bald. Ang. Paul. & alii in. d. l. si ponas. §. fi. ff. de inof. testam. per tex. ibi & Iason. nu. 23. in. l. planè. §. si duobus. ff. de leg. 1. & Corras. in. l. testa. nu. 16. C. de impu. & Areti. in. l. si mihi & Titio col. 2. in pr. ff. de uerb. ob. & Ias. in. l. re coniuncti. ff. de leg. 3. nu. 238. & ibi. Ripa nu. 173. & nu. 234. licèt contrarium nouissimè teneat. Alciatus lib. 4. paradox. c. fi. motus, quia non uidet, ut in ipso iure querelādi possit esse ius accrescendi, sed certè communis op. tenenda est. Nam in ipso iure querelandi ius accrescendi esse potest. ut iam docuimus, etiam post portionem quæsitam secundum doct. communiter ubi suprà.

119 *Accrescendi ius an cesset in iure patronatus.* Est quinquagesimus primus casus, in quo 119 cessat ius accrescendi in iure patronatus. licèt non abnegemus quin sit non decrescendi, ut est communis opi. quam tenent Ripa in. l. re coniuncti. ff. de lega. 3. in fi. Alex. in. l. si mihi & Titio. in fi. ff. de uerb. obl. Bal. & Barb. in. c. quanto de iudicijs Calder. in consi. 8. sub titulo de iure patronatus. Bal. in. l. unica. q. pe. C. quando non petētium partes. Abb. in. c. bona in 3. notabili de elec. & in. c. cum uoa de officio ordinarij. Vnde si duobus concessi, ut capellanum possint præsentare in mea capella, tunc post mortem uel aliam exclusionem alterius alter habet ius præsentandi insolidum per ius non decrescendi. argu. l. prædium. ff. communia prædiorum. Verùm si Titio & Meuio & eorum hæredibus concessi facultatem duos cappellanos presentandi; tunc post mortem uel aliam exclusionem Titij & eius heredum ius presentandi medio non accresceret, sed ad ordinarium reuerteretur. Quod intellige, quando Titius unum & Meuius alterū cappellanum presentabat, quòd si uterq; concurrebat in presentatione cuiusq; capellani, tūc aliud esset, quia ibi non de iure accres. sed de iure non decresc. ageretur.

120 *Accrescendi ius an cesset in feudis.* 52. Casus in quo cessat 120 ius accrescendi, est in feudis secundum Cynum in. l. un. ad fi. C. quand. non pe. par. & ibi Salic. q. 11. Martinus Lauden. in. c. 1. in pr. qui feudum dare poss. in feudis And. de Isernia. Aluarotus & Martinus Laudens in. c. 2. ad finem de duobus fratribus à capit. inuesti. Isernia in. c. 1. de benefi. fratrum. Ias. in. d. l. re coniuncti. per tex. in. c. 1. §. cum uerò Conradus qui feud. dare poss. & in. c. 1. §. fi. de succ. feudi & in. c. 5. §. fi. de feudo marchi. & in. c. 1. de fratre de nouo benefi. inuestito. & in. c. 5. de fratre à capit. inuest.

Contrariam partem ut & in feudis sit ius accrescendi tenent Bal. in. c. 5. de fratre de nouo benefi. inuest. Alex. & reliqui in. l. si mihi & Titio. ff. de uerbo obligat. Alex. con. 30. quoniam omne datum optimū. lib. 1. Angelus in l. uni. C. quando non pet. par. sentit Bar. in. l. re coniuncti. ff. de lega. 3. col. pe. Aretinus consi. pe. magnifici & excelsi. Franc. de Curte consil. 49. memoriæ recolendæ qui etiam uolunt post portionem etiam quæsitam fore tale ius accrescendi in feudo concesso à Papa uel Imperatore, non sic si ab alio inferiore concederetur. quod dic ut per eos.

De subsidiaria substitutione.

§. xxiiij.

SVMMARIVM.

1 *Substitutus an præferatur coniuncto, quando pluribus substituitur uulgariter & indefinitè.*
2 *Conditio negatiua habetur impleta simul ac efficitur impossibile eius contrarium.*
3 *Substitutus potior coniuncto.*
4 *Substitutio tacita præfertur iuri accrescendi.*
5 *Conditio illa, si meus erit, exponitur. s. quatenus meus erit.*
6 *Pluralitas resoluitur in singularitates.*
7 *Intell. ad l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad trebel.*
8 *Intell. l. quamuis. C. de impuberum.*
9 *Intell. 2. l. quamuis. C. de impuberum.*
10 *Substitutio facta impuberibus uulgares tantùm continet.*
11 *Substituens non uidetur uelle inter primò nominatos ius accrescendi adimere.*
12 *Communis opinio defensa, noua ratione.*
13 *Substitutus pluribus indefinitè gradui magis quàm singulis personis substitutus uidetur.*
14 *Distributiuum exæquatur singulari uocationi.*
15 *Successionum legitimarum ad instar substitutiones, quæ ante quæsitum relictum locum habent factæ uidentur.*
16 *Substitutiones, quæ ante aditam hæreditatem locum habent, aliter interpretantur quàm, quæ post acquisitionem locum habent.*
17 *Intell. l. si mater. §. fi. ff. de uulga. l. cohæredi in pr. eo. tit. l. cum in testamento in prin. ff. de hær. inst.*
18 *Intell. ad. §. sed si instituto. inst. de uulga.*
19 *Gradus substitutionum sunt interpretādi ad instar gradus legitimæ successionis.*
20 *Coniunctus uniuersis, non est coniunctus singulis. cum communi.*
21 *Corpus unum liberi reputantur quando mulieri & eius liberis legaui.*
22 *Intell. l. pen. ff. de inius. rup. test.*
23 *Substitutio pluribus facta multipliciter potèst formari.*
24 *Modus primus.*
25 *Substitutus separatim præfertur coniuncto.*
26 *Substitutus particulariter præfertur coniuncto cum communi.*
27 *Substitutus pluribus alternatiuè non admittitur post cuiusque exclusionem sed post uniuersorum exclus. contra communem.*
28 *Substitutiones ut in successionibus legitimis à lege gradui & non personis fieri uidentur, ita & cum fiunt à testatore gradui, non personis singulis factæ intelliguntur.*
29 *Corpus unum faciunt, qui sunt in uno gradu.*
30 *Vnum corpus faciunt, qui collectiuè uocantur.*
31 *Indefinitæ uocationi nominata aliquando exæquatur.*
32 *Disiuncta sæpe sumitur pro coniuncta.*
33 *Substitutus pluribus alternatim post mortem cuiusque admittitur. contra communem.*
34 *Substitutus pluribus indefinitè non admittitur, nisi post omnes exclusos. cum communi, noua ratio.*
35 *Substitutus pluribus copulatim, non admittitur nisi post omnium exclusionem. cum communi.*
36 *Substitutus pluribus copulatiuè non admittitur, nisi post omnes exclusos cum communi.*
37 *Substitutus pluribus collectiuè non admittitur, nisi post omnes exclusos. cum communi.*
38 *Substitutus pluribus uniuersaliter non admittitur nisi*

post

post omnes exclusos. cum communi.

39 *Substitutus pluribus distributiuè non admittitur, nisi post omnes exclusos. cum communi.*

40 *Substitutus pluribus repetitiuè non admittitur, nisi post omnes exclusos.*

41 *Substitutus pluribus implicatiuè non admittitur, nisi post omnes exclusos. cum communi.*


42 *Substitutus pluribus similitudinariè non admittitur, nisi post omnes exclusos, cum communi.*

43 *Idem si sit aduersatiue cum communi.*

44 *Idem si fiat solutè cum communi.*

45 *Substitutus ei, qui nouissimus decesserit, non admittitur, nisi post omnes exclusos. cum communi.*

46 *Idem si substitutio fiat informiter cum communi.*



Ost plures honoratos si quis simpliciter substituatur, is in subsidium testamenti conseruandi gratia potissimùm substitutus uidetur. l. un. in pri. C. de cad. toll. in princ. inst. de uulga. isque excluditur ac uincitur à coniuncto ueniente per ius accrescendi, ut prope uidebimus. Vnde postquam de iure accrescendi disseruimus, consequens est, ut de hac subsidiaria substitutione dispiciamus. Ergo egregia quęstio est, si post 1 plures primo gradu institutos alius simpliciter informiter, uel indefinitè substituatur, an post exclusionem cuiusque statim substitutus admittatur, an demum omnibus exclusis? & uidetur quòd post exclusionem cuiusque statim admittatur, uincatque cohæredes per ius accrescendi uenientes. Primò, 2 quia hæc conditio negatiua, si hæredes non erunt, sub qua uocatus est substitutus, impletur ex ui uerborum, cùm primùm uerum fuerit, institutos hæredes non esse, nec esse posse tex. in. l. 4. §. fi. & ibi Socinus. in princ. de condi. & demostra. & in. l. in illa stip si calendis. iuncta. l. hoc iure. ff. de uerb. oblig. ubi negatiua conditio, quæ sub se continet affirmatiuam, habetur impleta, cùm primùm illa affirmatiua sub se comprehensa efficitur impossibilis. Sed postquam ex institutis alter repudiauit, iam impossibile est repudiantem fore hæredem. l. sicut maior. C. de repudi. hæred. ergo uerum est institutos hæredes nõ esse, nam ista conditio, si hęredes non erunt, est negatiua, quæ indefinitè prolata ęquipollet uniuersali. l. si is qui ducenta. §. utrum. ad fi. de reb. dub. ff. not. in specie Socin. in. l. i. de uulg. num. 5. q. prin. in 2. q. illius. 5. q. col. Vnde, quemadmodum si dicerem, Si omnes hæredes nõ erunt, tunc uno repudiante illa cond. ut patet uerificaretur per. d. §. utrum. ita & si dixi, si hæredes non erunt, uno repudiante conditio substitutionis uerificata est, & consequenter substitutus excluso cohærede debet admitti ex ui & proprietate sermonis; & hęc ratio decidit hanc quæstionem. Secundò, licèt cohęres uideatur præferendus tanquam magis dilectus, ea quo fuit primò, uocatus. argumen. l. Publius. §. i. de condi. & demost. tamen ueritas est, quòd substitutus est magis dilectus, patet, quia fateor institutum magis dilectum fuisse in portione sibi assignata, tamen in portione cohęredis magis dilectus est substitutus, quia ad illam habet uoluntatem expressam testatoris cohęredes autem tantùm tacitam. ut. l. si Titio & Meuio. §. Iulianus. de lega. 2. ff. ergo &c. ut. l. cum ex filio. §. i. de uulga Item per prouisionem hominis cessat prouisio legis. l. fin. C. de pact. conuen. sed ius accrescendi est prouisio legis, ius autem substitutionis prouisio hominis, ergo &c. & prouisio hominis fortior est quàm prouisio legis. l. si cum dies. §. fi. cum duabus sequen. ff. de arbitr. ergo &c. Tertiò, regula est, quòd 3 substitutus præfertur coniuncto. l. i. §. si duo. ff. de secun. tab. &. C. de cadu. toll. §. in principio. & §. pro secundo. & authen. hoc amplius. C. de fideicommis. etiam, si 4 substitutio tacita sit. l. fi. C. de hæred. institu. sed conditio substitutionis est uerificata, ut probaui in primo fundamento ergo &c. Quartò, est tex. in. l. penu. in primo resp. ff. de inustto, rup. qui non eget inductione. & facit. l. si postumus, uers. nam & cum duobus. ff. de liber. & postb. Quintò est tex. per locum à contrario sensu in. l. si is qui ducenta. §. item si pater. ff. de rebus. dub. ibi, hoc enim modo concipi oportet, si mihi nec filius nec filia hæres erit, si illo modo concipi oportebat, ergo alio modo propriè & rectè concipi non posset, ut coniunctus præferatur substituto. & ad idem est tex. in. l Lucius. 2. ff. de hære. institu. ibi, nec liberi nec hæredes. & in. l. quidam testamento. de uulga. ibi, nec Florus nec Sosia. Sextò, per. l. Lucium. §. Caio. ff. ad trebelia. ubi post duos hæredes institutos dixi, rogo uos, ut post mortem uestram restituatis. primo moriente substitutus fideicommissarius non spectata morte alterius in eius partem admittitur. sic & in proposito substitutus sub hac conditione, si illi hæredes non essent, altero repudiante in eius partem alterius repudiatione non spectata debet admitti. Septimò, per. l. Titia Seiu. §. Seia libertis. ff. de leg. 2. ubi post duos primò nominatos eorũ nouissimo substitutus sum per fideicommissum, quo casu ad portionem primi decedentis coniunctus me excluso admittitur. Si ergo nõ nouissimo, sed simpliciter substitutus essem, tunc probat tex. a contrario sensu quòd in primi decedentis portionem admitterer; sed & alia ratio est ibi, quare coniunctus mihi præferatur, quia nouissimus totum restituere iussus fuit, quod facere non posset, nisi quò ad portionem sui coniuncti prælatus mihi uideretur ergo &c. argumen. l. 2. ff. de iurisd. omni. iudi. l. illud. de acquirenda hæredit. Octauò, per. l. fin. ff. de uulga. in pr. ubi seruo communi duorum uulgariter fui substitutus, isque seruus iussu unius adiuit, iussuque alterius repudiauit. & tex. ait, quòd ad partem repudiatam admittor excluso cohęrede, quo fit, ut cum illo casu perinde sit ac si duo essent instituti, ut. l. i. §. communis. ff. de stipula. seruorum. sequatur quòd idem esset si duobus institutis substitutus esset; nam altero repudiante statim eius portionem excluso coniuncto haberem. & ille tex. decidit hanc quæstionem cum quo uidetur concord. l. seruum duorum. cum. l. sequenti de acquiren. hæredi. Nonò, per. l. 6. de lega. 2. ubi 5 dixi, Stichum, qui meus erit cum moriar lego, & tex. ait quòd illa conditio, qui meus erit, uel si meus erit cum moriar, interpretatur quatenus meus erit, ut conditio legati siue in totum, siue pro parte uerificata sit, statim admittat legatariũ; sic & in proposito hæc conditio, si hæredes non erunt, cum primo pro parte uerificatur altero repudiante statim substitutum debet admittere. Nam ut ibi legatarij conditio tempore mortis inspicitur, sic & hic substituti conditio inspici debet tempore adoptionis, seu repudiationis institutorum. argum. l. Titius. ff. de testam. mil. & quod ait Bar. in. l. ex facto. in princ. ff. de uulg. & si illud fit in una tantùm specie legata, ut conditio scindatur, multò facilius fiet in diuersis corporibus, quia in diuersis corporibus rerum uel personarum, separatio personarum facilior esse debet ut & patet & probabitur. Item si illud admittitur, etiam si inde sequatur communio, nam seruus legatus pertinebit ad duos, multò magis fiet, quando inde nulla sequatur communio, ut in proposito. Decimò id probatur in. l. falsa. §. fi. de cond. & demost. l. a. §. fi. de cond. inst. ubi 6 una pluralitas resoluitur in plures singularitates disiunctas, nõ coniunctas. nam ibi posui hanc conditionem in legato, uel in institutione. Si mei erunt cum moriar, & ait tex. perinde esse, ac si dicerem, siue primus, siue secundus meus erit cùm moriar. Nam ut isto casu si alter utet meus sit, cùm moriar, statim dispositio ualebit: ita & illo casu dispositio & ualebit & statim sumet effectum. sic & in proposito, hæc conditio, si heredes non erunt, debet resolui in singularitates disiunctiuas, ut altero re-

1 Substitutus an præferatur coniũcto, quando pluribus substituitur uulgariter & indefinitè.

2 Conditio negatiua habetur impleta simul ac efficitur impossibile eius cõtrarium.

3 Substitutus potior coniuncto.

4 Substitutio tacita præfertur iuri accrescendi.

5 Conditio illa si meus erit exponitur i. quatenus meus erit.

6 Pluralitas resolui tur in singularitates.

pudiante conditio substitutionis extetisse uideatur, & consequenter substitutio & confirmetur & statim sumat effectum, non expectata alterius repudiatione. Vndecimò per.l.hæredes mei.§. cum ita.in ratione decidendi.ff. ad trebel.ubi duos filios institui, & si uterque sine liberis decederet nepiem meam substitui. primus cum liberis decessit, secundus autem sine liberis, & tex.ait quòd licèt conditio attenta ui uerborum defecisse uideatur, ex quo uerum non est uterque sine liberis decessisse, adhuc tamen inspecta mente testatoris neptis illa admittitur ad portionem illius, qui sine liberis decessit: mens autem testatoris colligitur ex eo quòd cùm tota hæreditas ad neptem peruenire uoluit, si uterque ergo, si alter tantùm sine liberis decessit ad eius partem uenire uoluit.argum.l.quæ de tota.ff.de rei uendi. l.an pars.ff.pro derelicto.sic & in proposito ut testator uniuersam hæreditatem ad substitutum uenire uoluit utroque repudiante, ita & eius partem altero tantùm repudiante. Confirmatur per argum.de toto ad partẽ, & stringitur istud fundamentum quia in.d.§.cum ita.id admittitur contra proprietatem uerborum & conditionis adiectæ, quod durissimum est ut.l. non aliter.ff.de lega.3.quantò magis id admittendum est in nostro proposito, ubi conditio attenta ui uerborum uerificata fuit. Nec dicatur quòd in.d.§.cum ita. est speciale fauore neptis substitutæ, nam respon. dupliciter. Primò, quia ibi tex. non se fundat in fauore neptis, sed in præsumpta mente testatoris, quæ colligitur non ex fauore neptis, sed ex ipsa defuncti dispositione, qui cui totum dedit eidem & partem dedisse facilius præsumitur. Secundò respondeo quòd pars illa, quæ datur nepti substitutæ aufertur aliis nepotibus testatoris. Vnde apparet quòd uoluntas non colligitur ex sanguine, sed ex substitutione facta & istud fundamentum decidit hanc quęstionem. Duodecimò per. l. quidam testamento.ff.de uulga.per locum ab speciali, nam ibi dicitur quòd statim substitutus ad partem deficientem exclulo coniuncto admitteretur, nisi uel substitutus esset uocatus sub illis duabus conditionibus copulatiuis,quę colliguntur ibi. Nec Florus nec Susia. ex illis enim uerbis inducitur copulatio conditionum.ut.l. si is qui duæ §. fi.ff.de reb.dubi.&.l.Lucius.2.ff.de uulg. ibi si neque liberi, neque hæredes uel nisi adesset. Secunda ratio specialitatis, quę colligitur ibi, idque appareret cessantibus ergo illis rationibus ille tex.hanc quæstionem pro me dicere uidetur, ut statim substitutus admittatur. Decimotertiò per.l.codicillis.in princ.cum glo. non deberi.ff. de usufru.leg. ubi post plures primo loco uocatos quis substitutus fuit taliter ut demum post mortem eorum, qui primo loco uocati fuerunt admitterentur. deinde eisdem aliud fuit relictum, & idem eis fuit datus substitutus simpliciter & tex.ait iuncta glo. quòd etiam in postremo legato substitutus admittitur demũ post mortem eorum, qui primo loco uocati fuerunt: idque ea ratione fieri, quòd illa conditio scilicet ut demum post mortem omnium primo gradu uocatorum substitutus admitteretur, uidetur etiam repetita in sequenti legato, sentiens quòd aliàs si repetita non uideretur, tunc substitutus statim ad proportionem uacantem excluso coniuncto admitteretur. Decimoquartò per.l.si.§.filium.de lega.2. ubi plures eiusdem rei legatarios rogaui,ut post mortem suam restituerent: quorũ alter decessit altero collegatario superstite.& tex. ait q partem uacantem non collegatarius sed substitutus habebit. Decimoquinto fundam. adde per.l. nam hoc iure.ff.de uulg.ubi etiã substitutio directa tam uulgaris quàm pupillaris tacitè inducitur à lege ex præsumpta mente testatoris: sic ergo & in proposito inducatur uulgaris ex præsumpta mente testatoris. stringe hoc argu. nam si illud sit in.d.l.iam hoc iure. fauore substituti fortè extranei, quantò magis in proposito fauore filiorum instituti. & uide Ripam, in.d.l. hęredes mei. §. cum ita num.21.& ex iis collige respon.ad id, quod ipse ait ibidem num.20.in fi.sicque hæc pars satis pro se habet urgentia fundamenta, & præsertim iuuatur uehementer ex ipsa uerborum ui & potestate, nisi per legis interpretationem ab hoc recedere uelimus, quę non satis certa esse uidetur: & hanc partem olim tenebam.

Multi ergo 7 tenent hanc partem, quos refert Ripa num.59.in.l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad trebel., & Alex.in.l.pen. C.de impub.licèt contrariam dicant commun.opin.Paul.& Socinus in.l.si is qui ducenta.§. itẽ si pater.ff.de rebus dub.eandẽ pluries dicit commun.Soc. in.l.i.ff.de uulg.in.2.q.5.q. princ.hanc tenet Bar.& magis commun. dd.in.l.1. de uulga.ff.& in.d.§.cum ita.& in.l.pen.C.de impub.& commun. opin.tenet Corn.in.l. pen.de impub.col.3.in pr.hanc latissimè dicit commun. Ripa. in.l.hæredes.§.cum ita nume.95. ff. ad trebel.ubi omnino uideas, & commun. tenet Paul.in.l.si is qui ducenta.§.fin.ff. de rebus dub.& dicit commun.Alex.in.l. pe.C.de impub.num.7.mouetur communis, Primò 8 per.l.quamuis.C.de impub. secundum unum commun. intell.qui habet quòd postquam filium & uxorem institui Seium substitui, ait tex. manifestum est in eum casum factam fuisse substitutionem, quo utrique substitui potuit, quorum uerborum sensus ut inquiunt est, quod in eum casum facta uidetur substitutio quo utriq; substitutus succedere potuit quasi unicuique substitutus non uideatur, sed ambobus simul. & hunc intellectum ad illum tex.cum.dicunt Socin.& Paul.in locis suprà & infrà pro me citatis. qui nec quò ad illum tex.uerus est, quia tex. ait in eum casum quo utrique substitui potuit. unde ille tex.in alto casu negat potentiam testatoris, quod non esset uerum secundum hunc intellectum. Nam constat quòd testator potest singulis impuberibus substituere pupillariter.l.uel singulis.de uulga. ff.§.uel singulis.de pupilla.instit. Vnde cum utrique impuberum uel alterutri substituere possit,non posset trahi in discrimen potentia testatoris, prout uerè trahitur in illa.l. Vnde infero hunc intellectum licèt commu.non solùm falsum in se esse per suprà dicta 14.fundam.sed illi legi nullatenus conuenire, & quòd iste intellectus ad.l.quamuis non congruat, patet, una ratione. nam ibi exorditur testator ita, Quamuis placuerit substitutionem impuberi ita factam,si hęres non erit porrigi ad eum casum quo postquam hæres extitit impubes decessit; tamen cùm proponas ex isto exordio,quod denotat causam finalem,ut.l.fin.ff. de hæredi. institu. Patetque ille tex.factus fuit ad decidendum,an sub uulgari facta impuberi contineatur & pupillaris,& deciditur quòd nõ continetur in casu illo,ergo non est uerum quòd fuerit ad decidendum,an uulgaris facta duobus habeat locum post repudiationem alterius,an demum utriusque. Et adde quòd hunc intellectum, quem reprobaui ad.d.l. quamuis. dicunt commun. & sequuntur Paul. in.l.si is qui ducenta.§.fi.de rebus dub. & ibi Socin.colum. pen. in fin. Verus 9 ergo & communis intellectus ad illam.l.est quòd dubitatur,an illa substitutio facta paribus in utriusque persona iure tantùm uulgaris substitu. ualeat,an uerò in persona pupilli iure tã uulgaris quàm pupillaris,in uxoris uerò persona iure tantùm uulgaris & deciditur,quòd 10 iure tantùm uulgaris in utriusq; persona ualet, quia in eo tantùm casu.i. uulgariter utrique.i. tam uxori quàm impuberi substitui potuit.& iste est uerus,planus,& literę amicus intellectus,quem omnes ibi & ubique ad illam.l.sequuntur. & cùm.l.cum uno tãtum intellectu sit facta,& iste proculdubio sit magis planus & literæ amicus ut & omnes fatentur,dicendum est,primum intellectum nullatenus tenendum,cùm non solùm literæ non conueniat, sed & in se per suprà dicta 14.fundamenta falsus sit. Allegatur & secundò pro commun.l. quidam testamento.ff. de uulga. quem pro me induxi suprà in.12.funda.unde patet nil obesse. alleg.pro commun. Et 3.l.pen.C.de impub.sed respon.

7 *Ad.l. hæredes mei. §. cum ita ff. ad trebel.*

8 *Intell. l. quamuis. C.de impuberum.*

9 *Intell. 2.l. quamuis. C de impuberum.*

10 *Substitutio facta imparibus uulgares tantùm continet.*

quòd

quòd ibi dixit, si uterque in pupillari decesserit, quæ cō ditio, non altero tantùm sed demum utroque in pupillari ætate moriente uerificatur, at nos loquimur in illa conditione, si hæredes non erunt, quæ altero tantùm repudiante uerificatur. Præterea ibi loquitur in pupillari & constat quòd pupillaris facta duobus, in dubio uidetur facta ei, qui nouissimus decesserit. ut. l. pater filiam. §. fi. ff. ad. l. falcid. l. qui duos. ff. de uulga. & d. l. pen. At uulgaris facta duobus non est expeditum, an ei, qui nouissimus decesserit facta in dubio uideatur, necne: imo id est de quo disputamus, & probaui non uideri. 4. non obstat ratio Bart. de qua per eum in. d. §. cum ita, quam dicit optimam Socin. in. l. 1. de uulga. 2. q. 5. q. pri. col. 1. scilicet quòd 11 uulgaris concipitur ante aditā hæreditatem, & testator uidetur uelle conseruare ius accrescēdi inter ipsos institutos sed respō. effectualiter id est de quo disputamus, an ius accrescēdi uideatur uelle inter eos conseruare, an substitutum statim admitti? Quintò non obstat ratio Socini in. d. 2. q. 5. q. prin. colu. quam dicit esse nouam quòd oratio negatiua indefinitè prolata æquipollet uniuersali. Nam resp. quòd hæc ratio concludit pro me contra communem opinio. ut dixi supra in primo fundamento meæ op.

11 *Substitutus non uidetur uelle inter primò nominatos ius accrescendi adimere.*

Retenta 12 tamen commun. op. quæ uerissima est, tandem tu considera quòd si dixi, primus & secundus hæredes sunto, tunc siue adiiciam si hæredes non erunt, siue si prædicti hæredes non erunt & similia, tunc tertius hæres esto uel tertium substituo: siue etiam dicam primus & secundus hæredes sunto & tertium substituo, his omnibus casibus mens testatoris ea esse uidetur ut tunc demum substitutus admittatur cum ea toto primus gradus institutorum defecerit, quod etiam suadetur, quia substitutionis gradus ideo fieri uidetur, ne testam. caducum hæ. ut in prin. insti. de uulg. l. & quia hoc ff. de interrog. acti. §. 1. inst. quib. alie. nō licet. Præterea primò nominatus &c. ut. l. Publius. ff. de condi. & dem. faciti. l. fin. C. de inst. & subst. ibi, nam si suæ sustantiæ. Deinde & fortius ut si dixi, Titius & fratres mei hæredes sunto. tunc is Titius fratribus tanquam uniuersis & re & uerbis coniunctus est, sed tanquam singulis nec re ne uerbis coniunctus est, unde uno ex fratribus repudiante eius portio solis fratribus, non Titio accrescit. ita in superioribus casibus ille tertius primo & secundo tanquam uniuersis, non tanquam singulis substitutus uidetur, cùm ipsis una oratione per nomen collectiuum coadunatus fuerit substitutus. argumen. l. si Titio cum. l. seq. l. mulieri. ff. de usufr. accres. l. interdum in pr. ff. de hær. inst. l. coheredi. §. qui discretas. ff. de uulg.

12 *Communis opinio defensa, noua ratione.*

13 *Substitutus pluribus indefinitè gradui magis quàm singulis personis substitutus uidetur.*

Nec obstat quòd secundum hoc nunquam substitutus præferretur coniuncto, quod esset contra omnes. nam respon. quòd preferretur, quando singulis substitutus est. ut. §. uel singulis inst. de pupil. & in hoc exemplo primus hæres esto, secundus hæres esto, si secundus hæres non erit, tunc tertius hæres esto, uel tertium substituo. Non obstat quod in dictis exemplis uel uno repudiante tunc etiam de proprietate sermonis uerificatur conditio substitutionis. nam alter utro repudiante uerum est eos heredes non esse. Nam respon. quòd ex eo quod in substitutione sunt collectiuè omnes instituti, nominati habentur tanquam unum corpus & una persona. §. hoc ita tam uariè. C. de cadu. tollen. l. planè in princ. ff. de lega. 1. l. triplici de uerb. signi. ff. & consequenter uel uno adeunte tunc illud corpus institutorum fictum & repræsentatum hæreditatem obtinuisse uidetur; ut per hoc defecisse intelligatur conditio substitutionis. Sed contrà, Nam secundum hoc etiam uno repudiante illud omne corpus repudiasse pariter uideri posset. resp. facilius est ut per aditionem unius omnes adiuisse uideantur ad exclusionem substituti, qui agit de acquirendo, quàm quòd per repudiationem unius omnes repudiasse uideantur ad exclusionem cohæredis, qui iam fortè adierat & quæsierat, & sic agebat de damno uitando. Præterea factum repudiantis non potest cohæredi nocere siue iam adierat, siue adire nolebat; sed quòd substitutus non admittatur per repudiationem unius id non fit ex facto repudiantis, nam magis exclusus erat antequam ille repudiasset: itaque ex duobus institutis uno adeunte alteroque repudiante eùm haberi debeat perinde ac si totum corpus. i. ambo adiissent uel repudiassent, superest ut pro adeunte id corpus haberi debeat potius quàm pro repudiante. Præterea hoc casu tam aditio quàm repudiatio pro parte etiam ueritate inspecta factæ sunt respectu hæreditatis, licet respectu ipsorum ex toto factę sunt. l. si tu ex parte. ff. de acquiren. hæred. ergo superest, ut aditio particularis ad totum trahatur, repudiatio uerò uitietur. argumen. glo. app. in. l. s. ff. de acqui. hæredi. Ecce ergo quare hæc conditio, si hæredes non erunt deficit, uel uno adeunte, quia uel unius aditione omnes cohæredes collectiuè nominati adiuisse censentur. Præterea, cùm dixi, si instituti uel si prædicti hæredes non erunt, uel si uterque, uel si ambo, uel si primus & secundus, uel si neq; primus, neque secundus hæredes erunt, tunc Sempronius hæres esto, tunc is Sempronius non singulis, sed uniuersis substitutus uidetur, & consequenter quibusdam exclusis non admittitur, sed demum omnibus. Quòd non singulis sed uniuersis substitutus uideatur: patet, quia omnes prædicti sunt simul uocati uel per copulam, uel per nomen collectiuum, & quasi in unum corpus redacti, ut non singulis personis, sed uniuerso gradui substitutus datus uideatur: quo fit, ut non quibusdam de gradu deficientibus sed demum toto primo gradu infirmato substitutus admittatur. At si dicerē 14 Quis quis mihi hæres non erit, uel si quis hæres nō erit, uel si quilibet hæres non erit, tunc &c. dicam quolibet repudiante substitutum admittendum, non expectata cohæredum exclusione. ut. l. si. C. de impu. ratio differentię, quia indefinita æquipollet uniuersali. unde non refert dicam, Si omnes hæredes non erunt substituo. an si hæredes non erunt substituo. at distributiuum habet uim eandem, quam habet expressio nominum singulatim facta. l. si. C. de impub. Bar. in. l. re coniuncti. num. 13. ff. de leg. 3. Vnde non refert, dicam, Quis quis ex institutis, uel si quis ex institutis hæres nō erit substituo. an dicam, si Titius uel Seius hæres non erit, tunc substituo. facit, quia testator, qui pluribus institutis adiecit, si heredes non erunt, si prædicti hæredes non erunt, si instituti hæredes non erunt. planè uoluit, ut in defectum primi gradus locus fieret secundo, ut & lex 15 ad intestatorum successio non uocat quemquā ex remotioribus, nisi demum exclusis omnibus ex priore gradu, idem facilius si diceret, si uterque, si omnes hæredes non erunt. idem facilius, si dixit, si neque primus, neque secundus. Nam substitutio uulg. & reciproca, quæ ante aditionem locum habent gradui ad relicti conseruationem factæ intelliguntur. sicque non tam singulis quàm uniuersis fieri interpretantur at 16 pupill. fideicom. militaris. & exempl. compendiosa quæ post quæsitam hæreditatem habent locum non tam gradui, qui uel per unius aditionem confirmatus est, quam personis factæ uidentur. sicque non tam uniuersis quàm singulis factæ interpretantur: præsertim cùm quod simul uniuersis factæ uideantur sit impossibile. nam morte eiusque qui iam suam portionem quæsiuit ea portio non coniungitur cum portione superstitis nec unquam coniungetur, sed ibit uel ad morientis hæredes, uel ad substitutum. Tu 17 denique pro communi etiam adde. l. cum in testamen. in pr. ff. de her. insti. l. si mater. §. fi. de uulg. & melius. §. sed. si instr. inst. de uulga. l. si. Titius. l. cohæredi. in pr. ff. de uulga. nam primo hæredi cohæres fuit substitutus cohæredique alius extraneus. substituitur, qui licet uerbis inspectis unicus sit substitutus tamen ex mente utrique substitutus uidetur, patet, quia. dd. ll. dicunt ad utranque portionem admitti,

14 *Distributiuum exæquatur singulari uocationi.*

15 *Successionum legitimarum ad instar substitutiones, quæ ante quæsitam relictum locū habent factæ uidentur.*

16 *Substitutiones, quæ ante aditam hæreditatem locum habent, aliter interpretantur quàm, quæ post acquisitionem locū habent.*

17 *Intell. l. si mater. §. fin. ff. de uulga. l. cohæredi in pr. eo. tit. l. cum in testamento in prin. ff. de hær. instit.*

& tamen

& tamē non statim post exclusionem unius, sed demum post exclusioné utriusq; admitteretur. ut patet in. d. l co hæredi. (stringo, nam si illud quando reuera singulariter substitutio facta fuit, quanto magis quando simpliciter facta fuisset) nam si non potest admitti nisi ad utranque portionem ut ibi dicit, ergo non potest admitti, nisi demum post exclusionem utriusque: sed certè magis est ut illa pluralitas (.s. ad utranque portioné) resoluatur in suas singularitates, sitque sensus, ut ad alterutram simul ac uacarint, admittatur. quod uidetur expressum. in l. cohæredi. ibi, nec inter est prior substitutus post institutum. cuius sensus est, quòd ad portionem primi hęredis cōcurrebant primus secundusque substitutus & præfertur secundus. sed certè id falsum, cùm sine dubio primus substitutus sit præferendus. Sed quid si prior substitutus primus decessit & ad eius portionem concurrebant secundus substitutus ius substitutionis allegans & primus cohæres ius accrescendi prætendens? Videbatur præferendus substitutus, quia ius substit. præfertur iuri accrescendi. Contrarium puto, quia ex mente ille post exclusionem demum utriusque uocatus intelligitur, cogitauit enim testator post exclusionem primi totum ad secundum, postque exclusionem secundi totum ad tertium peruenturum. Quod si per prius secundum exclusum cogitasset, tunc potius uocasset primum, cui suæ substantiæ partem per prius reliquit, quam tertium, cui per prius nil dedit. argumento. l. si. C. de inst. & subst. & uidetur expressum. in l. cohæredi. Vers. nec interest. nam si nō interest uter prior decedat. ergo prior. s. substitutus an institutus. ergo ut si prius decederet institutus sine dubio prior substitutus præferetur secundo, ita si prius decedat primus substitutus, sine dubio institutus præferetur secundo substituto, ut fiat ęquiparatio quò ad exclusionem secundi substituti. ergo quod 18 dicunt. dd. ll. secundum substit. ad utranque portionem ad-

18 *Intell. ad. §. sed si instituto. insti. de uulga.*

mitti, hunc habet sensum, ut ad alteram tantùm nullo casu admittatur, & quod dixit. d. § sed si. instituto. s. sine ulla distinctione interpretor nō distinguendū institutus prior decedat, quasi tunc secundus subst. eius tantùm portionem capiat, an primus subst. prior decedat, quasi tunc eius tantùm portionem capiat, an uterque, ut tunc utriusque portionem capiat. nam prioribus duobus casibus nil capit: sicq́ue uerum est semper eum utranque uel neutram habiturum. extat ergo quòd coniunctus præfertur substitutu, non solùm si simpliciter substituatur, sed etiam si singulariter quò ad uerba, simpliciter tamen quò ad mentem. Adde quòd si uera est communis op. tenens, quòd, qui simpliciter post plures institutos substituitur, nō admittitur nisi demū post exclusionem omnium: tunc uerissima erit nostra opin. contra glos. & omnes in. §. sed si instituto. de Vulg. nam in specie nostra constat quòd mentaliter secundus substitutus licèt respectu personę singulariter fuerit substitutus, quia uni tantum, tamen respectu portionum simpliciter substitutus uidetur, quia ad utranque portionem inuitatus uidetur cùm iunctæ esse cœpissent ambæ portiones.

Tenenda est ergo communis opin. ut, qui post plures institutos simpliciter substituitur, is post alterius repudiationem non statim admittatur, sed demum post utriusque exclusionem, quasi hoc casu sit ius accrescendi potentius iure substitutionis, & meritò, quia hoc casu ius substitutionis non erat in esse productum, nec enim hic tam agendum est de effectu & potestate substitutionis quàm de creatione ipsius, licèt enim non inficiemur quin si in hunc casum substitutio facta uideretur, tunc ius accrescendi facilè superaret & repelleret: tamen negamus hoc casu substitutionem creatam fuisse sicq́ue ius accrescendi non uenit ad conflictum cum iure substitutionis.

Et communis opin. non per fundamenta doct. tenenda est, quæ satis leuia uidentur, sed per illa quinque iura, quę præter omnes adduximus. s. l. si Titius cohæredi. ff. de uulg. l. cohæredi. in prin. eod. l. si mater. §. si. eod. l. cum in testamento. in princ. ff. de hær. inst. §. sed si instituto. inst. de uulg. Item & 6. quia semper testator uidetur se conformare cum legis disp. l. 3. ff. de leg. 1. l. si quando. cum gl. C. de inof. testamen. l. in testamen. C. de test. milit. Vnde 19 ut in successionibus ab intestato gradus remotiores substituuntur à lege loco priorum, & tamen ea substitutio non singulis, sed uniuersis facta uidetur. i. non singulis personis de gradu sed uniuerso gradui facta uidetur, ut sic sequens gradus non uideatur substitutus uel inuitatus post exclusam unam uel alteram personam de gradu præcedente, sed demum post omnes personas exclusas de pręcedente gradu, ut patet per omnes titulos de intestatorum successionibus loquentes. ita & cum testator simpliciter substituit non singulis hæredibus institutis sed uniuersis substituisse uniuersoq́ue gradui prospexisse uidetur. Septimò quia 20 quando plures sunt coadunati in una portione tunc reliquis pręferuntur in iure accrescendi quasi reliqui non tam singulis quàm uniuersis coniuncti uideantur & consequenter deficiente uno ex coadunatis alii, qui ad eand. portionem uocati non erant per ius accrescendi non admittuntur, sed tunc demum cum omnes qui in illa portione coadunati erant deficiunt. Vnde si dixi, 21 Titius & fratres mei hæredes sunto. uno ex fratribus repudiante Titius non admittetur, sed alii fratres, licèt si omnes fratres repudiassent tunc ipse bene admitteretur, quasi uniuersis coniunctus uideatur, singulis autem minimè. ut tenent Bar. in. l. re coniuncti. ff. de leg. 3. nume. 28. Ias. ibid. num. 146. Ripa num. 102. Crotus nu. 46. Polius num. 51. qui firmant hanc esse communem sententiam per tex. in. l. interdum. in prin. ff. de hær. inst. iuncta sua gl. ubi etiam per doct. & per tex. in. l. si quis Titio ff. de usufructu accrescen. secundum quod eum inducit Bar. in. d. l. re coniuncti. nume. 28. clarior tex. quem nullus allegat in. l. si mulieri cum liberis. ff. de usufr. accresc. ubi mulieri cum liberis usumfructum legaui & tex. ait, quòd post omnium liberorum exclusionem bene admitteretur mulier per ius accrescendi, at post exclusionem unius uel quorundam ex eis quandiu eorum aliquis superesset, mulier per ius accrescen. non admitteretur, quasi liberi inter se coniuncti & ueluti unum corpus reputentur, ipsa autem mulier uniuersis collectiuè sumptis similiter coniuncta uidextur, singulis autem minimè ad idem. l. cohæredi. §. qui discretas. ff. de uulg. iuncto intellectu gl. ibidem, ubi primus & secundus in triente fuerunt instituti, secundus & tertius in altero triente, quartus & quintus in ultimo triente, eosq́ue omnes inuicē substituit. repudiauit primus, & tex. ait quòd eius portio secundo tantùm non etiam reliquis defertur. Quòd si tam primus quàm secundus repudiassent, tunc amborū portiones reliquis deferrentur, quasi qui in prima institutione fuerunt in eadem portione coadunati ii per prius uideantur inter se substituti, postea uerò alii uideantur uocati: itaque tertius & quartus cum quæritur, an primo & secundo uiderentur substituti. respon. quòd inspectis uerbis sine dubio uidentur tam singulis quàm uniuersis substituti, sed inspecta mente, quæ pręualet, licèt ambobus collectiuè sumptis uideantur substituti, tamen singulis de per se non uidentur substituti. tenendo ergo communes opin. quæ ut dixi ueræ sunt, tunc ad l. pen. ff. de in ius. rup. primo resp. in qua est totū fundam. eorum, qui tenent contra communem ego dubitaui an ibi simpliciter substitutio facta esset, an singulis institutis singuli dati essent substituti, quod uerius esse patet, primò, ibi, à substitutis nostris, quod uerb. innuit quàm non gradui uniuersaliter, sed personis dati fuerunt substituti, coadiuuatur ex uerbo à nobis suprà posito. secundò, & fortius per uerbum substitutus, ibidem positum. nam si simpliciter substitutio facta

esset

19 *Gradus substitutionum sunt interpretādi ad instar gradus legitimæ successionis.*

20 *Coniunctus uniuersis, non est coniunctus singulis. cum communi.*

21 *Corpus unum liberi reputantur quando mulieri & eius liberis legatur.*

22 *Intell. l. pen. ff. de iniust. rup. test.*

esset non unus substitutus loco instituti morientia sub rogaretur, sed omnes substituti. Cum ergo teat. dicat expresim quòd ego & Titius fuimus instituti & substitutos habuimus & Titio mortuo uel repudiante eius locum unus tantùm ex substitucis occupauerit, necessariò intelligendum est, quòd substituti singulis dati fuerunt, non autem simpliciter, nam si simpliciter dati forent tunc locum Titij repudiantis non unus tantùm substitutorum, sed ambo occupassent. Nam si testator post quam me & Titium instituerat adiecisses, & si hæredes non erunt, substituo Caium & Seium, tunc repudiante Titio non posset unus substitutorum Titii locum occupare, sed uel ambo uel nullus. Tertiò probatur, quia in d. l. si posthumus. §. nam & cum duobus. ff. de libe. & posth. ubi ponitur idem casus, quia in. d. l. pen. expressum est quòd singulis hæredibus singuli substituti dati fuerunt sicque & si id in d. l. pen. non satis expressum esset, tamen per d. §. nam & cum duobus. declarandum foret quanto magis cum in d. l. penul. satis dilucidè appareat sicque is tex. non facit contra com. opi. nec quod ibi in d. l. pen. de inoff. rup. singulis hæredibus fuerit facta substitutio est diuinare, sed expresse & necessariò ex eod. tex. colligitur, ut dixi, & ita firmant Ripa. in l. hæredes mei. §. cum ita num. 96. ff. ad trebel. post alios ibi, idem firmant Curt. iunior. Corn. Alexand. Decius. & alii in d. l. pe. C. de impu. estque utrobique communis intellectus.

23 *Substitutio pluribus facta multipliciter potest formari.*

Denique pro pleniore dictorum & dicendorum notitia, considera quòd si pluribus institutis ego substituo. quæri solet, an post exclusionem unius ex institutis statim admittatur substitutus, ut sic præferatur coniuncto, an uerò ut dixi admittatur demum post exclusionem omnium, ut sic coniunctus ueniens per Ius accrescendi præferatur substituto? in quo articulo multipliciter potest formari substitutio ultra suprà dicta.

Primò cùm substitutio fit singulariter separatim, ueluti, si post primum & secundum institutos, adieci secundo tertium substituo.

Secundò quando substitutio fit particulariter, uel distributiuè quale est, cùm post primum & secundum institutos, adieci, si quis uestrum, uel si alter uestrum hæres non erit, substituo.

Tertiò, Quando substitutio fit alternatiuè, quale est, cùm post primum & secundum institutos, adieci, si primus, aut secundus hæres non erit, substituo tertium.

Quartò, cum substitutio alternatiuè facta fuit, uelu ti, si post duos institutos, adieci, si primus hæres non erit, aut secundus heres non erit, substituo.

Quartò, quando substitutio fit simpliciter uel indefinitè, ut si post duos institutos, adieci, substituo, si hæredes non erunt, uel si prædicti hæredes non erunt.

Quintò, quando substitutio fit copulatim, ut si dixi, si primus & secundus heredes non erunt, tunc substituo.

Sextò, quando substitutio fit copulatiuè, ut si post duos institutos dixi si primus hæres non erit, & secundus hæres non erit.

Septimò, quando substitutio fit collectiuè, ut si post duos institutos, adieci, si ambo heredes non erunt.

Octauò, quando substitutio facta fuit collectiuè & uniuersaliter, ut si post plures institutos, adieci, si omnes instituti hæredes non erunt, tunc substituo.

Nonò, quando dixi, si uterque hæres non erit, quo casu substitutio est distributiuè facta, licèt alij dicant collectiuè.

Decimò, quando substitutio fit ita, post duos hæredes scriptos adieci, si primus, item secundus hæredes non erunt, substituo, quo casu fit substitutio repetitiuè.

Vndecimò, quando substitutio fit implicatiuè, ut si post duos hæredes scriptos, adieci, si primus, secundus etiam hæredes non erunt substituo.

Duodecimò, quando substitutio fit similitudinariè, puta post duos heredes scriptos, adieci, si primus secundus similiter hæredes non erunt. substituo.

Decimotertiò, quando substitutio fit aduersatiuè, ut si post duos hæredes scriptos adieci, si primus, secundus uerò hæredes non erunt. quo casu aduersatiua inducit habetque uim copulæ secundum Bar. in l. re coniuncti. ff. de leg. 3.

Decimoquartò, quando substitutio fit solutè, ut si dixi, post duos hæredes scriptos, si primus, secundus hæres non erit. uel ita, si primus, si secùdus hæres non erit.

Decimoquintò, quàdo substitutio fit nouissimo, ut, si dixi & ei qui nouissimus hæres esse desierit substituo.

Decimoseptimò, quando substitutio fit informiter, puta post duos hæredes scriptos adieci, & substituo tertium.

Decimoctauò, quando fit substitutio uulgaris in tota hæreditate, puta post duos hæredes scriptos, adieci, & tertium in uniuersa hæreditate substituo.

His ergo præmissis 24 quo ad primum casum. s. cùm substitutio fit singlariter seu 25 separatim, ueluti si post primum & secundum institutos, adieci, secundo tertium substituo. tunc sine dubio excluso secundo statim admittitur tertius, neque primus cum eo admittetur. l. 2. §. si duo. ff. de secundù tab. l. un. §. in primo. &. §. pro secundo. C. de cad. toll. quod supra latius probaui idem ergo si singulis hæredibus singulos substitutos dedi. ut. §. uel singulis. inst. de pupill. l. uel singulis ff. de uulga. l. pe. ff. de inoff. rupt. l. si posthumus uers. nam & cum duobus. eod. & his casibus uerificatur regula, quæ habet substitutum coniuncto præferri, de qua suprà fusè diximus.

24 *Modus primus.*

25 *Substitutus separatim præfertur coniuncto.*

Secundò autem casu, quando 26 substitutio fit particulariter, uel distributiuè quale est, cùm post primum & secundum institutos, adieci, si quis uestrum, uel si alter uestrum hæres non erit, substituo. & tunc similiter post alterutrius repudiationem statim admittitur substitutus excluso cohærede, ex regula quæ habet quod ius substitutionis est potentius iure accrescendi, & licèt non desint, qui aduersentur propter regulam. l. Publius Meoius. ff. de condit. & dem. ubi habetur quòd primo nominatus censetur magis dilectus, quod & fortius uidetur suaderi per tex. in l. cum in testamento. ff. de hæres. inst. l. si mater. §. fi. ff. de uulg. l. cohæredi. in princ. l. si Titius cohæredi. ff. eod. §. sed si instituto inst. de uulg. tamen cùm ista uerba uideantur certa & indubitata non puto temerè recedendum à uerborum proprietate. l. nõ aliter. ff. de leg. 3. & est ex mente & sentẽtia eorum, quos suprà diximus tenere communem sententiam.

26 *Substitutus particulariter præfertur coniuncto cum communi.*

In tertio casu, quando 27 substitutio fit alternatiuè, quale est, cùm post primum & secundum institutos, adieci si primus, aut secundus hæres non erit substituo tertium. Doct. communiter tenent quòd substitutus statim post primi repudiationem admittatur excluso cohærede, quia in alternatiuis sufficit alteram partem esse ueram. l. si ita quis stipuletur. ff. de uerbo. l. si is qui ducenta. ff. de reb. dub. in. §. utrum. Nos sumus in contraria sententia, quæ probatur multis legibus & rationibus. Primò per. l. si is qui ducenta. §. item si pater. ubi est tex. expressus, nisi cum communi opinione dixeris, ibi esse speciale fauore liberorum, quod mihi non placet, tum quòd casum dicere specialem est refugium miserorum, tum quòd in ratione decidendi tex. ait sed procliuius est, non enim dixit humanius est, tum etiam quia tex. iterum ait sententiam testatoris sic esse interpretandam. ergo lex procedit declarando non supplendo ut suppleuit in l. cum auus. ff de cond. & dem. & in l. si unquam C. de reu. donati. & in l. 3. C. de inoffic. testamen. & in l. fin. C. de inst. & subst. itaque tex. decidit uerba testatoris declarando, non in propriando, uel supplendo. Secundò per. l. generaliter in prin. C. de inst. & subst. Tertiò per. d. l. Lucius. 2. ff. de hær. inst. ut suprà latè declaraui. Quartò per. l. cum quidam. C. de uerb. sig. Quintò per. l. sæpe. ff. de uerb. sig. Sextò & fortius

27 *Substitutus pluribus alternatiuè non admittitur post cuiusque exclusionem sed post uniuersorum exclus. contra commu nem.*

fortius per.l.cohæredi.in pr.ff.de uulg.l. si Titius cohæredi.l.si mater.§.si.eod.l. cũ in test. ff.de hær.inst.§.sed si instituto inst.de uulg.quę quinq; iura mirabiliter probare uidentur q̃ si primum & secundũ institui secũdumq; primo substitui & secundo tertium, tunc si primus hęres extitit, & secundus repudiauit, licèt tertius uideretur admittendus eo quòd re uera impleta est conditio sub qua uocatus fuit, tamen ex mente non admittitur, sed ei præfertur cohęres ueniens per ius accrescendi ratio, quia testator uidetur cogitasse quòd primo moriente tunc secundus hæres foret, secundo autem moriente tunc tertius admitteretur, quem testator nunquam uocaturus foret, si cogitasset primum hæredem futurum itaque mens testatoris non fuit ut tertius concurreret cum aliquo ex primo nominatorum, sed quòd utroq; demum excluso tunc tertius admitteretur & non aliter quasi non tam personæ quam gradui substitutus uideretur. argu.l.uulga.in prin. ..de cad.toll.sic ergo & in proposito, qui post primum, secunque institutos dixit, si primus aut secundus hæres non erit, tunc tertius hæres esto. non tam personis singulis quam gradui prospexisse uidetur. Stringe hoc fund. nam si in dd.ll. id statuitur quando certum indubitatumque erit uni tantùm datum fuisse substitutum, quantò magis ubi id incertum est ut in specie nostra. Septimò, quia in re dubia substitutus non tam personis singulis quam toto gradui datus uidetur quo magis testam. in tuto fit. ut in princ. inst. de uulg. in prin. C.de cad.toll. Octauò, quia primo nominatus censetur magis dilectus.l.Publius Meuius.ff.de cond.& dem. unde non est uerisimile quòd testator cum aliquo ex institutis primò nominatis uelit concurrere substitutum, quem secundò gradu uocauit posuitq; quasi in subsidium testamenti conseruandi causa. ut d.l. uni. in prin.C.de cad.toll.d.pr.inst.de uulg.facit.l.quæ conditio.ff.de cond.& demonst. Nonò, quia 28 ut quandiu superest aliquis de primo gradu, secundo gradui in successionibus ab intestato locus non est. ut in omnibus titulis.ff.C.& inst. de succ. ab intestato. ita & testator, qui legis dispositionem sequi.l.3.ff.de leg.j.quique cum ea se conformare præsumitur, in re dubia credendus est quod quandiu superest aliquis de primo gradu cum eo non misceatur secundo gradu uocatus, sed demum postquam de primo gradu nullus supersit, quod autem testator uideatur in dubio se conformare cum legis dispositione etiam si sit miles, est tex.in.l.in testamen. C.de testamen.mil.ubi omnes.l.3.ff.de leg.j.l. si quãdo. in prin.cum gl.C.de inoff. testamento. Decimò, quia testator semper præsumitur uelle conseruare ius accrescendi inter cohæredes ad exclusionem substituti.l.fin. C.de inst.& subs.ibi, nam cum suę substantiæ partem matri de reliquit &c. docent Bar.& omnes in.l. hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Trebelianum. Vndecimò, quia quando plures sunt coadunati in una portione & alii plures in aliã, ueluti, si dixi 29 primus & secundus in dimidia, tertius & quartus in altera dimidia hæreditatis hęredes sunto. & adieci, nosq; omnes inuicem substituo. tunc primo repudiante eius portio secundo tantùm non etiam reliquis defertur, licèt si etiam secundus repudiaret tunc ad portionem tam primi quàm secundi, tertius & quartus admitterentur, sicq; illa reciproca substitutio, quæ re uera omnes quatuor comprehendebat ex proprietate sermonis restringitur ut non de persona ad personam, sed magis de portione ad portionem facta uideatur substitutio.l.cohęredi.§. qui discretas.ff.de uulg. secundũ intell.gl. & doct. commu. ibi & omnes in.l. re coniuncti.ff.de leg.3. Sic ergo & in specie nostra ista substitutio debet interpretari ut facta uideatur non de persona substituti ad singulas personas institutorum, sed potius de gradu substitutorum ad gradum institutorum. & hoc fundam. uehementer urget, si mentem iurium scitè gustaueris & perspexeris. Duodecimò, optimè 30 facit tex.in.l. si mulieri, cum liberis.& in.l.si quis Titio.ff.de usufr.accres. & in.l. interdũ in pr.cum gl.ff.de hæred. institu. secundũ quod suprà induxi, & induxit Bar.in.l.re coniuncti.n.28.ff.de leg.3.& in d.l.interdum. cuius doctrinam dum loquitur de iure accres. trahenda est ad ius substitutionis, quia ius accrescendi tacita substitutio est.l. si Titio & Meuio.§.Iulianus.ff. de leg.2. Tertiodecimò, facit, nam 31 non refert utrum omnes personę quę sunt in aliquo gradu specificè & nominatim numerentur & uocentur nominibus proprijs, an uerò, omnes uocentur indefinitè sub nomine appellatiuo. unde onus impositum nominatim uno ex institutis licèt non uideatur repetitum à substitutis.l.Celsus.§. quod alicuius.ff. de leg.2. tamen onus impositum hæredibus institutis simpliciter & indefinitè bene uidetur repetitũ à substitutis.l. si Titio & Meuio. §.Iulianus.ff.de leg.j.l. non iustam C.ad Trebel.& idem si id onus nominatim impositum sit omnibus institutis, nam tunc etiam à substitutis repetitũ uidetur, quia enumeratio omnium personarum institutarum nominatim facta & nominatio indefinita ęquiparantur. ita probat. l.ciuitatibus.§. Lucius.ff.de leg.j.declarant Bar. nu.54. in d.l.re coniuncti. quem omnes ibi sequuntur. Bartol.& omnes in d.§.Iulianus. Bartol.& omnes in d.§.quod alicuius. Bartol. & omnes in d.§. Lucius. modo sic si dicerem si instituti hęredes non erunt substituo, tunc sine dubio substitutus non admitteretur nisi post exclusionem omnium institutorum ut illico dicam, & tenent Bar. & omnes in d.§.cum ita. ergo idem si dixi, si primus aut secundus hæredes non erunt, quia hæc enumeratio institutorum nominatim facta, cùm sit de omnibus personis in primo gradu comprehensis habetur perinde ac si omnes collectiuè & indefinitè essent in conditione positi. Et id fundam. urget si hanc materiam scitè perspexeris. Quartodecimò facit, quia si substitutio sit informis, qualis est illa, si post plures institutos adieci, tertium substituo. in hac inquam substitutione omnes admittunt (ut statim dicam) quòd substitutus non admittitur nisi post omnium institutorum exclusionem, & tamen certum est quòd uerbum substituo est amplissimum, aptum comprehendere non solùm eos casus, qui sunt anteqam acquiratur acquiriue possit relictum, sed etiam post relictum quęsitum & postea morte primi nominati amissum ut patet in.l. iam hoc iure. ibi, hoc communi uerbo.ff. de uulg. docet nouissimè in simili Corrasius in.l. ubi.C. de impub. Ergo si adieci si primus aut secundus hęredes non erunt, tunc uirtus uerbi substituo, uolui ut restringeretur, ita ut substitutus non post hęreditatem ab institutis quęsitam admitteretur, sed demum si repudiassent uel alias non acquisissent hęreditatem. Tunc sic, si quando uerbum substituo nõ est restrictum per adiectionem illam, si hęredes non erunt, ad huc substitutus non admittitur nisi post omnium institutorum exclusionem quanto minus debet admitti, quando adiecta est illa cond. per quã ipse substitutus difficilius admittitur quàm admitteretur si conditio illa adiecta nõ fuisset. Quintodecimò, facit, quia (ut dixi circa intellectum.l.Lucius.ff.de hær. inst.) si 32 post aliquod præceptum affirmatiuũ quod ad duos directum fuit (quale est cùm dixi, primus & secundus hæredes sunto) subsequitur oratio negatiua & disiunctiua, perinde est ac si essent duæ negatiuæ. Vnde postquam dixi primus & secundus hæredes sunto. Non refert utrum adiiciam si neque primus, neque secundus hæredes erunt, tunc substituo. an uerò adiiciã, si primus hæres non erit, aut secundus, nam postquam iussi ut uterque hæres esset, subiiciens si primus aut secundus hæredes non erunt, tale est ac si dicerem, si neque primus neque secundus, iste est propriè sensus loquentis. & ita scitè interpretatur consultus in d.§. item si pater. & in d.l. generaliter.C. de institu. & subs. nam non refert in lingua Latina utrum dicam, quem quærebamus nec est domi, nec ruri, an uerò nec

est

28 *Substitutiones ut in successionibus legitimis à lege gradui & nõ personis fieri uidentur, ita & cum fiunt à testatore gradui, non personis singulis facta intelliguntur.*

29 *Corpus unum faciunt, qui sunt in uno gradu.*

30 *Vnum corpus faciunt, qui collectiuè uocantur.*

31 *Indefinita uocatio ui nominata aliquando exæquatur.*

32 *Disiunctiua sæpe sumitur pro coniunctiua.*

est domi aut ruri. Nec est tristis nec hilaris, nec est tristis aut hilaris, nec est in ocio nec in negocio, nec est in ocio aut negocio. Et ita uidetur esse de mente. l. si is qui ducenta. §. utrum. ff. de reb. dub. Sextodecimò, facit. l. cum quidam. cum. l. sequ. C. de uerborum signifi. & facit quia quando plures inuitantur simpliciter ad hæreditatem uel legatum, tunc unusquisque ad solidum uocatus intelligitur. l. Mouio. in princ. in uerb. totus. ff. de leg. 2. l. coniunctim. ff. de leg. 3. l. 1. §. fin. in uerb. totius. ff. de usufr. accresc. & d. l. unde Neratius. uerb. in solidum. ff. eo tit. l. si separatim in uerb. totus. ff. de cond. & dem. l. si ita scriptum in uerb. ex asse. ff. de hær. inst. l. un. §. hoc ita tam uarie & §. sin aut disiunctim & §. sin autem ad deficientis. & §. sin uerò nemo. C. de cad. toll. ergo si postquam iussi duos hæredes esse quo casu quisque ad solidum inuitatus uidetur, adieci, si primus aut secundus hęres non erit, tunc sensus est, ut si primus aut secundus hæres erit, qui ad totum inuitatus uidetur, tunc substitutus non admittatur.

Denique etiam si fateremur quòd hæc interpretatio non descendit ex proprietate uerborum uel dubium esset, an ex proprietate uerborum descenderet, tamen cùm negari non possit, quin is sensus sit magis uicinus, proximus, contiguusque uoluntati testatoris tenendus, sequendusque esset.

Præterea cùm post duos institutos dixit, si ambo hæredes non erunt, uel omnes hæredes non erunt, substituo. tunc omnes admittunt, ut substitutus non admittatur nisi demum post omnium exclusionem, & tamen illa uerba negatiua, si omnes uel ambo hęredes non erunt, habent affirmatiuam implicitam & uirtualiter insitam: est enim perinde ac si dictum esset, si omnes uel ambo hæredes esse desierint, substituo. quo casu sine dubio etiam ex ui uerborum substitutus excluditur per aditionem unius. quia tunc non esset uerum quòd ambo hæredes esse desiissent. ergo &c.

Denique pro hac parte faciunt omnia argumenta, quæ enumerauimus suprà dum de uulgari aut informi substitutione loquebamur, & hanc partem olim inter plura quam 700. paradoxa Salmanticę tuebamur, licèt sit contra communem sententiam doctorum in. l. hęredes mei. §. cum ita. ubi Soci. ibique latè Ripa in 95. post alios. ff. ad Trebell. & in. l. pen. C. de impub. ubi per Alex. Corn. Ias. Deci. Corrasi. Curti. & alios & contra communem sententiam eorum, quos retulimus suprà dum de uulgari loquebamur præsertim Paul. & Soci. in. l. si is qui ducenta. §. item si pater. ubi per nouiss. ff. de reb. dub. Soci. post Bar. & alios in. l. 1. ff. de uulg. in 2. quæst. 5. quæst. prin. Bar. in. l. uel singulis. ff. de uulg. Areti. Alex. & Ias. in. l. potest eod. tit.

33 *Substitutus pluribus alternatim post mortem cuiusque admittitur. contra communem.*

4. Casus, cùm 33 substitutio alternatim facta fuit, ueluti si post duos institutos, adieci, si primus hæres non erit aut secundus hæres non erit, substituo. & tunc magis dubium, an post exclusionem cuiusque statim substitutus admittatur? sed tamen magis est, ut idem adhuc sit quòd in superiore specie. neque enim refert ad iuris effectum utrum alternatiuè fiat, an uerò alternatim si rectè mentem sensumque loquentis inspexeris, licèt sonitus uerborum aliud suadeat: Et ita olim inter plura quàm 700. paradoxa tuebamur. licèt sit contra magis communem sententiam eorum, quos suprà retulimus tam in d. §. cum ita. quàm in. l. pen. C. de impuberum. & alibi sæpe. & hanc partem probant omnia fundamenta, quæ suprà retulimus in quæst. proxima, quãdo substitutus alternatiuè uocatus fuit, & omnia etiã fundamenta, quæ retulimus supra quãdo simpliciter aut indefinitè inuitatus fuit, quę omnia repetere nõ expedit.

34 *Substitutus pluribus indefinitè non admittitur, nisi post omnes exclusos. cum communi, noua ratio.*

5. Casus, quando 34 substitutio fit simpliciter informiter uel indefinitè, ut si post duos institutos adieci, substituo; si hæredes non erunt. uel si prędicti hęredes non erunt. & tunc teneo quòd substitutus non admittitur, nisi demum post exclusionem omnium institutorum per fundamenta adducta in tertio casu, & quę etiã superius adduximus in illa principali quęstione idque communiter receptũ est, & probatur aperta ratione. Nam non solùm ut superius deduximus id ex mente testatoris est, sed etiam non repugnat proprietati uirtualiter uerborum. Nam, qui dixit, si hęredes non erunt, similis est ei, qui dixit, si hæredes esse desierint, quo casu per aditionem unius statim substitutus excluderetur; quia uno repudiante uerum non est quòd hęredes esse desierunt instituti, nec enim omnes non hęredes existunt. Vides ergo ut una eademque atque indiuidua conditio substitutionis potest concipi dupliciter uel uerbis affirmatiuis, uel negatiuis, primo modo uerba excludunt substitutum per aditioné etiam unius tantùm, secundo modo uerba non excludunt substitutum per aditionem unius tantùm. Cùm ergo hęc fallacia sit in uerbis, superest ut mentem testatoris sequamur; qua inspecta substitutus admittendus non est, nisi post uniuersorum exclusionem. & ita est communis op. eorum, quos suprà retulimus contra quam plures pugnantes.

35 *Substitutus pluribus copulatim, non admittitur nisi post omnium exclusionem. cum communi.*

6. Casus quando substitutio fit copulatim, ut si dixit, si primus & secundus hęredes non erunt, tunc substituo, & tunc omnes admittunt, quòd 35 substitutus non aliter admittetur quàm si omnes instituti exclusi sint, quod & nos tenemus per fundamenta superius in quęst. principali & etiam in tertio casu relata. licet si rectè inspexeris in hoc casu inspecta cortice uerborum uideretur substitutus admittendus statim post exclusionem cuiusque institutorum: quia cum dixi, si primus & secundus hęredes non erunt, uno repudiante uerum est eos hęredes non esse. Sed & in hoc casu aduertendum est, quod testator quilibet putabit nil interesse inter hęc uerba, si primus & secundus hęredes non erunt, & hęc uerba, si primus & secundus hęredes esse desierint, tunc substituo. Et tamen primo casu facies uerborum suadet substitutum post cuiusque instituti exclusionem admittendum: secundo autem casu non admittendum, nisi demum post omnium institutorum exclusionem. unde cum in uerbis tam facilè sit fallacia mens testantis sequenda est. Et ita est de mente & sententia eorum, qui communem sententiam tuentur.

36 *Substitutus pluribus copulatiuè non admittitur, nisi post omnes exclusos cum communi.*

7. Casus, quando 36 substitutio fit copulatiuè, ut si post duos institutos dixi, si primus & secundus hęredes non erunt, & tunc communis opin. est quòd substitutus non admittitur, nisi demum post exclusionem amborum: quod & nos admittimus per fundam. relata in principali quęstione, & quę retulimus supra in. 3. casu, licèt & hoc casu inspecta uerborum cortice similiter negari non possit quin substitutus statim post exclusionem alterius ex institutis admittendus uideretur cum altero repudiante; uerum sit quòd primus & secundus hęredes non fuerunt. Sed & hoc casu testator, qui huius intentionis re uera fuit ut substitutus non aliter admitteretur quàm post amborum exclusionem potuit disponere altero de duobus modis, primò, si primus & secũdus hęredes nõ erunt, secundò si primus & secundus hęredes esse desierint. illo casu uidetur cõditio substitutionis uerificata per repudiationé unius, isto auté casu non uerificatur ex ui etiam uerborum, nisi demum utroque repudiante, ergo mens testatoris sequenda est, cùm in uerbis facilè sit fallacia, & est ea mente eorum, qui communem op. tuentur.

37 *Substitutus pluribus collectiuè non admittitur, nisi post omnes exclusos cum communi.*

8. Casus, quando 37 substitutio fit collectiuè, ut si post duos institutos adieci, si ambo hæredes non erunt &c. Et tunc communis opin. est quòd substitutus non admittitur, nisi demum post omnium exclusionem, id, quod & nos sequimur per fundamenta principalis quæstionis, & per ea, quæ diximus in. 3. casu. licet & hoc casu uideretur inspecta cortice uerborum quòd statim post cuiusque exclusionem substitutus admitteretur cum altero repudiante. Verùm sit quòd am

38 *Substitutus pluribus uniuersaliter non admittitur, nisi post omnes exclusos. cum communi.*

bo non extiterunt hæredes est consequenter quòd substitutus ut pote condisione uerificata deberet admitti. Sed & hoc casu similiter aduertendum est, quòd & illa uerba, si ambo hæredes non erunt interpretantur, idest, si ambo hæredes esse desierint. At hæc conditio, si ambo heredes desierint, non aliter uerificatur quàm per omnium exclusionem ergo &c. & est ex mente eorum, qui communem op. tuentur.

9. Casus, quando 38 substitutio facta fuit collectiuè & uniuersaliter, ut si post plures institutos, uheci, si omnes instituti hæredes non erunt, tunc substituo quo casu in omnibus dic ut in caso superiore, secundum communem opin. quod eò facilius procedit, quia hic cadit & illa consideratio, quam suprà fecimus; scilicet quòd sensus, loquētis hoc modo, si omnes hæredes non erunt perinde est, ut si diceret, si omnes hæredes esse desierint. Et est ex mente eorum, qui communem op. tuentur.

39 *Substitutus pluribus distributiuè non admittitur, nisi post omnes exclusos. cū cōmuni.*

10. Casus, quando dixi, 39 si uterque hæres non erit. quo casu substitutio est distributiue facta. Communis opin. est, quòd post repudiationem unius non statim admittitur substitutus, sed demum post repudiationem amborum, quinimmo altero adeunte statim expirat substitutio illa uulgaris & est uera conclusio. ut tradunt communiter. doct. præsertim Alex. in. l. pe. C. de impuberum.

40 *Substitutus pluribus repetitiuè non admittitur, nisi post omnes exclusos.*

11. Casus, quando 40 substitutio fit, ita, post duos hæredes scriptos, adieci, si primus, item secundus hæredes non erunt substituo. quo casu est facta substitutio repetitiuè, & tunc dic ex mente doct. idem quòd quando fit copulatiuè & consequenter quòd substitutus non admittitur, nisi demum post omnium exclusionem.

41 *Substitutus pluribus implicatiuè non admittitur, nisi post omnes exclusos. cum cōmuni.*

12. Casus est, quando 41 substitutio fit implicatiuè, ut si post duos hæredes scriptos, adieci, si primus secundus etiam hæredes non erunt, substituo. & tunc ex mente doct. dic idem quòd quando fit copulatiuè & cōsequenter quòd substitutus non admitatur, nisi demum post omnium exclusionem quasi uniuerso gradui, non etiam singulis personis substitutus intelligatur.

42 *Substitutus pluribus similitudinariè non admittitur, nisi post omnes exclusos, cum communi.*

13. Casus, quandò 42 substitutio fit similitudinariè, puta post duos hæredes scriptos, adieci si primus, secundus, similiter hæredes non erunt, substituo. & tunc idem quòd quando fit copulatiuè, ut substitutus demum post omnium institutorum exclusionem admittatur: quasi non tam singulis personis, quàm uniuerso gradui substitutus intelligatur. & hanc esse communem opin. hoc casu & tribus præced. apparet ex all. per Ripā in. d. §. cum ita.

43 *Idem si fit aduersatiuè cū communi.*

14. Casus, quando 43 substitutio fit aduersatiuè, ut si post duos hæredes scriptos, adieci, si primus, secundus uerò hæredes non erunt, quo casu aduersatiua inducit haberque uim copulæ secundum Bar. in. l. re cō iunctis. ff. de legu. 3. & tunc idem quòd si fieret per copulam.

44 *Idē si fiat solutè cum communi.*

15. Casus, quando 44 substitutio fit solutè, ut si dixi, post duos hæredes scriptos, si primus, secundus, hæres non erit, uel ita, si primus, si secundus hæres non erit. & tunc idem quòd diximus, quando fit copulatiuè, quia oratio soluta habetur pro coniuncta. l. triplici. ff. de uerbo. sig. Bar. & omnes in. d. l. re coniunctis nume. 29.

45 *Substitutus ei, qui nouissimus decesserit non admittitur, nisi post omnes exclusos. cū cōmuni.*

16. Casus, quando 45 substitutio fit nouissimo, ut si dixi, & ei, qui nouissimus hæres esse desierit, substituo. & tunc demum post omnium exclusionem admittetur substitutus. arg. l. cum mecū. in pr. ff. de hær. inst. l. si mater. §. fi. ff. de uulg. l. si Titius cohæredi. l. cohæredi in prin. ff. eod. §. sed si instituto inst. de uulg. & in eo quæstio erit, an inter duos primos uideatur facta reciproca substitutio secundum communem op.

17. Casus, quando 46 substitutio fit informiter, puta post duos hæredes scriptos, adieci, & substituo tertium. & tunc communis opin. est, quam tenent Bar. & omnes in. l. Gallus. §. quidam recte. ff. de lib. & posth. quod uidetur. facta uulgaris substitutio, ut plenius diximus supra & consequenter substitutus demum post omnium exclusionem admittetur, ut plenè supra disseruimus.

46 *Idē si substitutio fiat informiter cum communi.*

18. Casus, quando fit substitutio uulgaris in tota hæreditate, puta post duos hæredes scriptos, adieci, & Titium in uniuersa hæreditate substituo. & puto non admittendum, nisi demum post exclusionem omnium. & sensus illius uerbi in uniuersa hæreditate, est, quòd amborum repudiantium portiones ad hunc pertineant; cogitauit enim testator quòd primi repudiantis portio coniuncto deferatur in cuius portione & portionem repudiatam substitutus inuenturus sit, sicque ad totum inuitatur. uel dic sensum testatoris fuisse, ut omnibus non singulis, uel non uni eorum tantùm substitueret eo gitauit enim testator posse euenire ut omnes primò nominati uoluntate uel in potentia excluderentur, quo subsequuto uoluit sibi prouidere, per talem substitutum & id nobis probare uidetur tex. in. l. si mater. §. fi. & in. l. si Titius & in. l. cohæredi. in prin. ff. de uulgari. & in. l. cū in testamento. in prin. ff. de hære. insti. & in. §. sed si instituto. inst. de uulgari. Quinimmo hæc interpretatio in specie nostra expeditior est quàm erat in terminis illarum legum propter uerbum tota, uel totum. argum. l. Titia Seio. §. Seia libertis. ff. de lega. 2.

De subsidiaria substitutione.

§. XXV.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissaria fit principaliter fauore fideicommissarij, uulgaris autem fauore testamenti.*
2 *Fideicom. facta singulariter post mortem cuiusque habet locum. cum communi.*
3 *Idem si fiat distributiue cum communi.*
4 *Idem si fiat alternatim, cum communi.*
5 *Idem si fiat alternatiue, cum communi.*
6 *Idem si fiat copulatim, cum communi.*
7 *Idem si fiat copulatiue. cum communi.*
8 *Idem si fiat collectiue. cum communi.*
9 *Idem si fiat uniuersaliter. cum communi.*
10 *Idem si fiat distributiue cum communi.*
11 *Verbum distributiuum quid significet.*
12 *Idem si fiat repetitiue. cum communi.*
13 *Idem si fiat implicatiue. cum communi.*
14 *Idem si fiat similitudinarie. cum communi.*
15 *Idem si aduersatiue. cum communi.*
16 *Idem si fiat solute cum communi.*
17 *Fidecom. facta nouissimo morienti non habet locum post mortem primi. cum communi.*
18 *Fideicom. facta nouissimo morienti simpliciter trahitur ad utranque portionem contra communem.*
19 *Verbum totum à uerbo indefinito non differt.*
20 *Fideicom. ita facta, institutis substituo eadem in tota hæreditate, habet locum post mortem cuiusque. contra communem.*
21 *Substitutus per fideicom. ei, qui nouissimus decederet ad totum inuitatus uidetur licet non adijciat uerbum totum, sed indefinite loquatur. contra communem.*
22 *Iussus capere post mortem omnium amborum uel utriusque, an assimiletur ei, qui iussus sit accipere post mortem nouissimi quòd non. contra communem.*
23 *Restituere si iussus sit qui nouissimus decesserit ex pluribus tunc inter illos tacita fideicommissaria facta uidetur. contra communem.*
24 *Intell. §. Seia libertis in. l. Titia Seio. ff. de leg. 2.*

Indefi-

25 *Indefinita æquipollet uniuersali.*
26 *Totum intelligitur rei simpliciter legatæ appellatione.*
27 *Intell. l. eum. ff. ad treb.*
28 *Restituere totum ex primo nominatis, qui nouissimus moreretur iussus si fuit, tacita fideicommissaria inter illos facta uidetur cum communi op. Idem si uerbum totum adiectum non esset. contra communē. Vnde primi morientis portio ad sibi cōiunctū migrauit contra communem. & postea utraque portio ad fideicommissarium pertinebit. contra communem. idemque etiam in legatis.*
29 *Post mortem omnium amborum uel utriusque si iussa sit restitui tota hæreditas, uel legatum, non uideatur facta inter grauatos tacita substitutio, sed post mortem primi statim admittitur substitutus. ardua quæstio.*
30 *Quid si uerbum, totum, non sit adiectum & tunc post mortem cuiusque ex primo nominatis admittitur substitutus.*
31 *Substitutio omnis, quæ post aditam hæreditatem locum habet, si pluribus fit post mortem cuiusque admittit substitutum, secus in substitutionibus, quæ ante aditam tantùm hæred. locum habent, estque egregia quæst.*
32 *Vulgaris substi. & similes ad diuersum finem fiunt quàm fideicommissaria & similes.*
33 *Voluntas, ueri similitudo, uerba, ut inter se præferantur.*
34 *Intell. l. eum qui ff. ad treb.*
35 *Fideicom. facta in portione tantùm ultimi morientis nunquam trahitur ad utranque portionem. contra communem. & idem in pupillari similiter contra communem.*
36 *L. eum qui. ff. ad treb. procedit etiam in pupillari data paritate terminorum. contra communem.*
37 *Lim. d. l. qui duos in. 5. casibus seq. ff. de uulg.*
38 *Successio legitima defertur fratribus simul cum auo uel auia.*
Illatio noua.
39 *Pupillaris facta in parte pupilli ultimo morientis si erant alij fratres, & auus nunquam trahitur ad utriusque impuberis portionem contra mentem communis opinionis. idem si alii fratres non essent, sed tantùm auus uel auia impuberum contra mentem communis opin.*
Illatio noua.
Illatio noua.
Illatio noua.
40 *Pluralitas ex interpretatione resoluitur in singularitates cum communi.*
41 *Statutum ut stantibus masculis filiæ fœminæ non succedant stante uno filio excludit fœminas contra Feli. cum multis.*
42 *Fideicommissaria facta post mortem omnium institutorum uendicat locum post mortem cuiusque cum communi contra Curti. Iuni. Paul. & alios.*
43 *Substitutio illa post mortem omnium institutorum tota hæreditas restituatur, habet locum statim post mortem cuiusque contra communem.*
44 *Fideicommissaria facta duobus ut si uterque decesserit restituat post mortem cuiusque uendicat locum.*
45 *Intell. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad treb. qui non procedit speciali fauore sanguinis sed secundum ius commune contra doct.*
Illatio contra communem.
46 *Fideicommissaria ita facta, si uterque filius sine liberis decesserit restituat, alter cum liberis, alter sine liberis decessit, ad huius succes. admittit substitutum egregia q.*
47 *De pupillari substitutione.*
48 *Pupillaris fit principaliter fauore ipsius pupilli.*
49 *Pupillaris facta alternatim, uel alternatiue an post mortem cuiusque locum habeat noua op.*
50 *Pupillaris substitutus an post mortem cuiusque statim admittatur. noua op.*
51 *Etiam quando impuberes quorum ultimo morienti pupillariter substitui non succedebant inter se ab intestato, non uidetur inter eos facta reciproca eademque directa substitutio.*
52 *Substitutio nunquam inducitur per coniecturas, si est directa.*
53 *Substitutio non facta non recipit extensionem secus si aliquo casu facta sit, nam tunc potest extendi ad alios casus, declaratio noua.*
54 *Prorogari non potest terminus finitus.*
55 *Iurisdictio nulla non recipit prorogationem.*
56 *Iurisdictio delegati non prorogatur partium consensu.*
57 *Accrescere portio portioni nullæ non potest.*
58 *Etiam quando impuberes quorum nouissimo morienti pupillariter substitui inter se ab intestato non succedebant, non uidetur inter eos facta reciproca fideicommiss.*
59 *Fideicom. subst. coniecturis potest induci.*
60 *L. pe. C. de impub. non procedit quando impuberes ab intestato inter se non succedebant, uel non soli, sed cum alijs.*
61 *Pupillaris facta pluribus, qui inter se ex toto non succedebant habet locum statim post mortem cuiusq; contra communem, licet non fiat ei, qui nouissimus decesserit, sed post mortem utriusque uel amborum uel omnium.*
62 *Rei appellatio uerificatur in parte ex præsumpta uoluntate testatoris.*
63 *Pluralitas resoluitur in singularitates.*
64 *Rei simpliciter prolatæ appellatione intelligitur tota res.*
65 *L. pe. C. de impub. non procederet si essent alij fratres præter impuberes.*
66 *Intell. l. Tauri.*
Illatio contra communem.
Illatio contra communem.
Illatio contra communem.
Illatio contra communem.
Illatio contra communem.
67 *Illatio cum Curtio contra Aug. & Aretinum.*
68 *Illatio contra Paul. cum communi.*
Illatio contra Curtium.
69 *Illatio contra Curtium Ias. & alios communiter.*
Illatio contra communem.
70 *Substitutus pupillariter ei, qui nouissimus decesserit non facit uideri factas reciprocas fideicommis. inter impuberes. cum communi contra nouissimos.*
71 *Substitutio, illa eis substituo, non singulis sed uniuersis facta uidetur contra Corn. Bal. Aug. & Curti. Iuniorem.*
72 *Primum, secundum, & tertium instituo, si primus & secundus hæredes non erunt, eis substituo. non singulis sed ambobus facta uidetur substitutio contra Alex. & Curtium.*
73 *Substitutio pupillariter facta in tota hæreditate ei, qui nouissimus decesserit, non inducit inter impuberes tacitam substit. siue fiat uniuersaliter, siue distributiue, siue collectiue siue ei, qui nouissimus decesserit contra communem. plures conclusiones.*
74 *Verb. tota, nil importat.*
75 *Reciproca facta non uidetur inter impuberes, licet eis pupillaris facta sit in tota hæreditate contra communem, unde si prior post pupillarem decederet superstiti portionem suam restituere non teneretur, cum Viglio contra Areti. & Couar.*
76 *L. qui duos. de reb. dub. cum conc. procedit ex interpre-*

tatione non ex proprietate uerborum.

77 *L. qui duos cum conc. non procedit quando impuberes ab intestato inter se non poterant succedere, nec quando poterant, sed non soli, sed simul cum alijs.*

78 *L. qui duos cum conc. limi. in casu superiore, ut substitutus utranque hæred. capere non possit.*

79 *Quando impuberes inter se ab intestato non possunt succedere, tunc substitutus si non apparet uter prior decesserit, neutram hæreditatem habebit.*

80 *Intell. l. eum qui. ff. ad treb.*

81 *L. eum qui. extenditur ad directam pupil. data paritate terminorum.*

1 Fideicom. fit principaliter fauore fideicommissarii, uulgaris autem fauore testamenti.



AEC autem procedunt, quando post plures hæredes scriptos fit substitutio uulgaris; Nunc autem uidendum est, quid in substitutione fideicommissi. & præmitte quòd licet uulgaris in re dubia uideatur facta fauore principaliter ipsius testamenti, ut si fortè primò nominati exclusi quauis ratione fuerint, tunc testamentum à substitutis incipiat, ut in l. un. in princ. C. de cad. toll. & in prin. inst. de uulg. & in l. 3. §. fin. ff. delib. & posth. tamen fideicommissaria non uidetur facta ob testamenti conseruationem, sed magis fauore & propter utilitatum ipsius substituti: patet, quia fideicom. subst. est grauamen hæredi iniunctum. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de uulg. propter quod nunquam conseruatur testamentum, nec potest incipere testam. & uires sumere à substitutione fideicom. l. ille à quo. §. si de testamento. ff. ad Trebell. Quinimmo sæpe testamenta destituebantur repudiatione hæredum propter onus fideicom. subst. ideoq; fuit inuenta compulsio ut in l. quia poterat. ff. ad Treb. & in §. sed quia inst. de fideic. hær. Item licèt si post plures hæredes scriptos quis uulgariter substituatur, hæc substitutio non uideatur facta in fauorem tantùm substituti, sed etiam (& fortè principaliter) in fauorem testamenti ipsius conseruandi gratia (ut dixi) & ideo is substitutus non statim post alterius ex primo institutis repudiationem admittatur, sed demum post exclusionem omnium, quia alterius repudiantis portio iure accrescendi defertur cohæredi, qui ut primò nominatus censetur magis dilectus, ut l. Publius. ff. de cond. & dem. sicq; dicta substitutio uulg. nil noceat hæredibus primò institutis: tamen substitutio fideicom. & testamentorum conseruationi aduersatur (ut dixi) & hæredibus institutis maximè nocet ut d. §. cum filiæ. & præterea nocet in alio, quia altero hærede moriente post aditam hæredit. eius portio uenit ad substitutum, nec trãsit ad hæredes morientis cohæredi autem illius non impedit ius accresc. & sic non nocet, quia ius accrescendi nõ datur post aditam hæreditatem. l. j. §. fin. ff. de usufr. acc. l. aquam. ff. quemadm. serui. amitt. itaque licèt primò nominatus censeatur magis dilectus; tamen adhuc in portione alterius cohæredis morientis præfertur subst. fideicom. cohæredi superstiti, non quòd is cohæres non fuerit magis dilectus quam fideic. sed quod etiam si fideicommissarius non interfuisset adhuc cohæres superstes portionem uacantem per ius accrescendi non haberet, quando id ius accrescendi per aditionem cohæredis morientis iam expirauerat, ut sic non per fideicommissarii interuentum is cohæres superstes excludatur, sed magis per aditionem cohæredis morientis.

Quibus suppositis in hac fideicom. substitutione totidem casus sunt considerandi quot in uulgari considerauimus. primus casus quando 2 fideicom. substitutio fit singulariter seu particulariter, ut si postquam duos ad hæreditatem uel legatum inuitaui, adieci, & post mortem primi uolo ut eius portio restituatur Titio, uel ut primus suam portionem Titio, & secundus suam portionem Seio restituat. quo casu indubitanter post mortem cuiusq; fit restitutio non spectata morte cohæredis. ut docent Bartol. & omnes in l. hæredes mei. §. cũ ita. ff. ad Trebell. & ita potest intelligi tex. in l. si. §. filiũ. ff. de leg. 2. l. Lucius. §. Caio. l. eum qui. ff. ad Treb. facit in fin. l. uel singulis. ff. de uulg. §. de singulis. inst. de pupill. & ita procedit totus titulus. ff. & C. ad Treb. & inst. de fideicom. hær. & sic communiter tenetur.

2 Fideicom. facta singulariter post mortem cuiusq; habet locũ cum communi.

Secundus casus quando 3 substitutio fideicom. fit particulariter seu distributiuè, puta postquam plures primo loco ad hæreditatẽ, uel legatum inuitaui, adieci, si quis uestrum, uel si alter uestrum, uel si quilibet uestrum decesserit, uolo ut Titio restituatur. & tunc idẽ quòd in casu superiore & eadem ratione, estque casus indubitatus, nec in hoc casu & superiore cohæres grauati potest conqueri, cùm postquam is de cuius portione agitur eam portionem quæsierat iam in ea ius accrescendi expirauerat. l. j. § si. ff. de usufr. accresc. & consequenter alter cohæres uel collegatarius non per interuẽtum fideicommissarij excluditur, sed per aditionẽ cohæredis uel collegatarii iam diu exclusus fuerat, maximè quia & si is cohæres uel collegatarius repudiasset adhuc onus illi iniunctum uideretur à cohærede uel collegatario repetitum. l. non iustam. C. ad Treb. §. his ita. C. de cad. toll. l. si Titio & Meuio. §. Iulianus. ff. de leg. 2. l. ciuitatibus. §. Lucius. ff. de leg. j. estq; communis op.

3 Idẽ si fiat distributiuè cum communi.

Tertius casus, quando 4 substitutio fideicom. fit alternatim, ut si post plures ad hæreditatem, uel legatum inuitatos, adieci, si primus aut secundus decesserit uolo, ut Titio restituatur. quo casu etiam indubitanter statim post mortẽ cuiusq; est facienda eius partis restitutio, non spectata morte cohæredis uel collegatarii. ratio, quia ad ueritatem alternatiuæ sufficit alteram partem esse ueram. l. si ita quis stipuletur. ff. de uerb. oblig. facit. l. si is qui ducenta §. item si pater. ff. de reb. dubi. & etiam is casus est indubitatus ut per omnes in d. §. cum ita. & in l. pen. ubi communiter tenetur. C. de impuberum.

4 Idẽ si fiat alternatim cum communi.

Quartus casus, quando 5 fideicom. subst. fit alternatiuè, puta post duos ad hæreditatem legatum'ue inuitatos, adieci, si primus hæres non erit, aut secundus hæres non erit, restituatur. & is casus à superiore non distat, nisi in eo quòd bis uerbum expressum est in conditione, & tunc dic statim post mortem cuiusque faciendam restitutionem ut in casu superiore à quo is casus ferè nil distat secundum communem op.

5 Idẽ si fiat alternatiuè cum communi.

Quintus casus, quando 6 substitutio fit copulatim, puta post duos ad hæreditatem legatum'ue inuitatos dixi, si primus & secundus decesserint restituatur, & tunc post mortem cuiusque fit restitutio. iste est propriè casus. l. si. §. filiũ. ff. de leg. 2. l. Lucius. §. Caio. ff. ad Trebell. ratio dubitandi erat fortis, nam ad ueritatem copulatiuæ requiritur utrunque esse uerum. l. qui hæredi plures. ff. de cond. inst. l. inter illam. ff. de uerb. signi. l. si is qui ducenta. §. itẽ si pater. ff. de reb. dub. præsertim cùm in conditionibus debeat perfectè & ad unguem fieri implementum. l. Meuius. l. qui hæredi, in princ. ff. de cond. & & dem. ergo altero ex grauatis mortuo non est uerum utrunq; decessisse & consequenter uidebatur fideicommissarium non admittendum, nisi demum post mortem utriusque. Contrarium deciditur ex mente testatoris neglectis eius uerbis. argum. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. ratio, quia ordo uoluntatis testatoris is est, ut plus dilexerit primò nominatos quam substitutum fideicom. magisq; fideicommissarium quàm hæredes grauatorũ, Quòd plus dilexerit primò nominatos quàm fideicom. probat. l. Publius. ff. de cond. & dem. quòd plus dilexerit fideicom. quàm hæredes grauatorum, patet; quia eos uocauit expressim ad exclusionem hæredum eorum, qui fuerunt grauati. Vnde mortuo uno ex primo nominatis licet eius cohæres, uel collegatarius magis dilectus fuerit, quàm fideic. tamen postquam adiuerat

6 Idẽ si fiat copulatim cum communi.

rur.

runt hæreditatem uel legatum cœpit cessare ius accrescendi. Vnde mortuo altero, nisi datum esset fideicom. subst. ea portio ad hæredes morientis transiret, non autem accresceret cohæredi, uel collegatario grauati. l. j. §. fin. ff. de usufruc. accres. modo autem per interuentum fideicommissarii hæredes grauati priuantur ea portione, quam fideicommissarius eius adimit & sibi acceptio dat, sicque per eius interuentum nil amittunt cohæredes uel collegatarii morientis grauati, sed eius hæredes & iure meritoque, quandoquidem longè magis fideicom. quàm grauati hæredes à testatore fuit delectus. Nec ad rem pertinuit quod cohæres grauati fuerit omnibus dilectior, quia illud quandiu ius accrescendi locum habere potest, secus post portionẽ quæsitam, quo casu ius accrescendi & sic ius cohæredis uel collegatarii iam expirauerat. Sicq; ex mente testatoris contra eius uerba admittitur fideicom. post mortem cuiusque, ita tenent omnes in. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. & omnes & in. l. pe. C. de impub. & in. l. Titia Seio. §. Seia libertis. ff. de leg. 2. per dd. ll. Ripa in d. §. cum ita num. 95. Paul. & Soc. in. l. si is qui. §. item si pater. ff. de rebus dubi.

7 Idẽ si fiat copulatiue. cum communi.

In sexto casu, quando 7 fideicom. substitutio fit copulatiuè, ut si post duos ad hæreditatem legatum'ue inuitatos, dixi, si primus decesserit, & secundus decesserit restituatur. tunc dic secundum omnis idem quod in casu superiore.

8 Idẽ si fiat collectiue. cum communi.

In septimo casu, quando 8 post duos ad hæreditatẽ legatum'ue inuitatos dixi, si ambo hæredes non erunt restituatur. quo casu substitutio dicitur fieri collectiuè tunc contra uim uerborum ex mente testantis post mortem cuiusque ad eius portionem admittitur fideicommissarius ut in. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebeli. ubi per omnes. & per doct. in d. l. pe. C. de impuberum, ad. l. pe. C. de impuberum. obi uidetur probari contrarium, dic quod procedit quando portio præmorientis poterat peruenire, immo ex necessitatè perueniebat ad cohæredem coniunctum iure legitimo: hic autem peruenire non poterat, sed tantùm ad hæredes præmorientis, qui non tam dilecti erant testatori quam fideicommiss. secundum doct. communiter in. d. l. pe. & in d. §. cum ita.

9 Idẽ si fiat uniuersaliter. cum communi.

In octauo casu, quando 9 substitutio fideicom. fit collectiuè & uniuersaliter, ut si dixi. si omnes hæredes scripti hæredes non erunt, tunc restituatur. & tunc idem eadem ratione, quòd in casu superiore, per tex. in d. §. cum ita. ex mente doct. ibid. communiter.

10 Idẽ si fiat distributiue cum communi.

In nono casu, quando 10 substitutio fideicom. fit distributiuè, ut si post duos hæredes scriptos, adieci, si uterque hæres nõ erit restituatur, & tunc idem quod in casu superiore secundum doct. communiter per tex. ibi in d. §. cum ita. Dictio enim uterque, est dictio distributiua & longè differt à dictione ambo, de qua in septimo casu. Nam 11 uirtus distributiui nominis est attribuere actum rei, cuiq; insolidum, secus in dictione collectiua, qualis est dictio ambo, uel in dictione uniuersali, qualis est dictio, omnes, nam si dixi uterque fert lapidẽ, sensus est, quòd singuli singulos lapides ferunt. argumento tex. in. l. fin. C. de impuberum. cum sua materia. at si dixi ambo ferunt lapidem. sensus est quod unius lapis fertur ab ambobus. idem in dictione omnes, nam si dixi, omnes ferunt trabem. sensus est, quòd unica transfertur ab omnibus, non quòd singuli singulas trabes ferunt, ut scitè docet Ripa in d. §. cum ita in prin. doct. in. l. fin. C. de impub. & in. l. si is qui ducenta. §. utrum. ff. de reb. dub.

11 Verbum distributiuum quid significet.

12 Idẽ si fiat repetitiue. cum communi.

In decimo casu, quando 12 substit. fideicom. fit repetitiuè, ut sit post duos hæredes scriptos, dixi, si primus item secundus decesserint, tunc restituatur. dic idem quòd diximus quando fieret subst. copulatiuè uel copulatim, quia dictio item & similes dictiones repetitiuæ sunt eiusdem potestatis cuius dictio copulatiua secundum moder. in. l. reconiuncti. ff. de leg. 3. ex mente doct. communiter ubi supra.

In undecimò casu, quando 13 fit subst. fideicom. implicatiuè, ut si post duos hæredes scriptos, adieci, si primus secundus etiam decesserit, restituatur. tunc idem quòd in superiore casu: quia dictiones implicatiuæ habent uim copulæ secundum doct. in. d. l. reconiuncti. & in. l. in repetendis. ff. de leg. 3. ex mente doct. communiter ubi suprà. *13 Idẽ si fiat implicatiue. cum communi.*

In duodecimò casu', quamuis 14 subst. fideicom. fit similitudinariè, ut si post duos hæredes scriptos dixi, si primus secundus similiter decesserint, tunc restituatur. tunc dic idem quòd quando fit per copulam, quia dictiones similitudinariæ secundum doct. in d. l. reconiuncti. & in d. l. in repetendis. habent uim copulæ. *14 Idẽ si fiat similitudinarie. cum communi.*

In tertiodecimò casu, quando 15 subst. fideicom. fit aduersatiuè, ut si post duos institutos, dixi, si primus secundus uerò decesserint, tunc restituatur. adhuc idem quòd quando fit per copulam. quia dictiones aduersatiuæ habent uim copulæ secundum Bar. in d. l. reconiuncti. ff. de leg. 3. num. 13. & 14. quem sequuntur doct. communiter ibi. *15 Idem si aduersatiue: cum communi.*

In quartodecimò casu, quando 16 subst. fideicom. fit solutè, ut si post duos hæredes scriptos, dixi, si primus secundus decesserint restituatur. tunc idem quòd quando fit per copulam: quia oratio soluta habet uim copulæ. tex. in. l. triplici. ff. de uerb. signifi. Bar. in d. l. reconiuncti. num. 11. cum quo est communis op. ut per Ias. ibid. num. 74. Ripam num. 44. Crotum num. 27. Politum num. 16. *16 Idẽ si fiat solute cum communi.*

In quintodecimò casu, quando 17 subst. fideicom. fit nouissimo morienti, ut si post duos institutos, dixi, is, qui nouissimus decesserit, restituat hæreditatem uel legatum. tunc post mortem primi non admittitur statim fideicom. sed demum post mortem nouissimi. l. uel singulis. ff. de uulg. §. uel singulis. inst. de pupill. l. Titia Seio. §. Seia libertis. ff. de leg. 2. Sed dubitatur, an in portione nouissimi inueniet etiam portionem primi? & distingue tres casus, aut enim testator expressit quòd nouissimus moriens restitueret totam hæreditatem uel legatum totum, & tunc in portione ultimi inueniet & primi portionem, quasi primus iussus uideatur suam portionem secundo restituere: secundus uerò iussus sit utranque restituere fideicommissario. ita procedit d. §. Seia libertis. secundum doct. cõmuniter ibi & ubique. *17 Fideicom. facta nouissimo morienti non habet locum post mortẽ primi. cum communi.*

Aut uerò 18 testator simpliciter & indefinitè iussit, ut nouissimus moriens hæreditatem legatum'ue restitueret, & tunc nouissimus moriens partem tantùm suam rogatus restituere uidetur, in qua non ibit inclusa portio præmorientis, nec is suam portionem ultimo morienti restituere rogatus uidetur. ita procedit tex. in. l. uel singulis. ff. de uulg. §. uel singulis. inst. de pupill. l. eum qui. ff. ad Treb. secundum doct. communiter in d. l. eum qui & in d. l. uel singulis. & in d. §. Seia libertis. id quod apud nos uerum non est, ut dicemus illico. Aut uerò testator expressim iussit, ut ultimo moriens portionem suã restitueret: & tunc fideicommissarius in ultimi morientis portione non inueniet portionem præmorientis secundum doct. communiter per. l. eum qui. ff. ad Trebeli. quo ad præced. casum doct. quos allegani infrà uers. iuxta prædicta tenent contrarium eius quod tenuimus. *18 Fideicom. facta nouissimo morienti simpliciter trahitur ad utranque portionem contra communem.*

In decimoseptimò casu nõ potest formari hæc subst. fideicom. nam si post duos institutos, dixi, & si decesserint substituo. iam formata est uel compendiosa uel fideicom. ergo si post duos institutos dixi, & tertium substituo. tunc si testator esset miles de eius uoluntate constaret quòd noluit facere fideic. subst. uel directam militarem, uel esset paganus & constaret quòd sub uerbo substituo, intellexit de fideicommissaria, licèt regulariter id uerbum ad directas tantùm subst. trahatur. argumento. c. si pater. de testam. in 6. l. uerbis ciuilibus. ubi glos. & doct. ff. de uulga. Bartol. & omnes in. l. centurio. ff. de uulga. tunc post mortem cuiusque hæredis statim fideicommiss. admitteretur. argumento. l. fin-

nõ habere uiriles equasq; portiones prout in successionibus ab intestato deferuntur á lege. cohęres autem ab intestato succedere poterat, quando erat alter frater institutus, qui rescisso per querelam testamento uoluit ipse etiam abintestato succedere potius quam ex testam. ut.ll. suprá alleg.

Stat ergo ex superioribus q portio hæreditatis, quæ uacare cœpit per exclusionem unius ex illis, qui querelam mouebant defertur alteri per ius accrescendi secundum superiorem distinctionem, deinde quod quantum ad iustitiam querelandi non est ius accrescendi. Tertiò quòd in ipso iure querelandi est ius accrescendi secundum superiorem declarationem secundum communem opinionem, quam tenent Bar. Bald. Ang. Paul. & alii in d. l. si ponas. §. fi. ff. de inof. testam. per tex. ibi & Iason. nu. 23. in l. planè. §. si duobus. ff. de leg. 1. & Corras. in l. testa. nu. 16. C. de impu. & Areti. in l. si mihi & Titio col. 2. in pr. ff. de uerb. ob. & Ias. in l. re coniuncti. ff. de leg. 3. nu. 238. & ibi. Ripa nu. 173. & nu. 234. licèt contrarium nouissimè teneat. Alciatus lib. 4. paradox. c. fi. motus, quia non uidet, ut in ipso iure querelãdi possit esse ius accrescendi, sed certè communis op. tenenda est. Nam in ipso iure querelandi ius accrescendi esse potest. ut iam docuimus, etiam post portionem quæsitam secundum doct. communiter ubi suprà.

119 *Accrescendi ius an cesset in iure patronatus.*

Est quinquagesimus primus casus, in quo 119 cessat ius accrescendi in iure patronatus. licèt non abnegemus quin sit non decrescendi, ut est communis opi. quam tenent Ripa in l. re coniuncti. ff. de lega. 3. in fi. Alex. in l. si mihi & Titio. in fi. ff. de uerb. obl. Bal. & Barb. in c. quanto de iudicijs Calder. in consi. 8. sub titulo de iure patronatus. Bal. in l. unica. q. pe. C. quando non petẽtium partes. Abb. in c. bona in 3. notabili de elec. & in c. cum uos de officio ordinarij. Vnde si duobus concessi, ut capellanum possint præsentare in mea capella, tunc post mortem uel aliam exclusionem alterius alter habet ius præsentandi insolidum per ius non decrescendi. argu. l. prædium. ff. communia prædiorum. Verùm si Titio & Menio & eorum hæredibus concessi facultatem duos cappellanos pręsentandi; tunc post mortem uel aliam exclusionem Titij & eius hęredum ius pręsentandi medio non accresceret, sed ad ordinarium reuerteretur. Quod intellige, quando Titius unum & Meuius alterũ cappellanum pręsentabat, quòd si uterq; concurrebat in pręsentatione cuiusq; capellani, esset aliud esset, quia ibi non de iure accres. sed de iure non decresc. ageretur.

120 *Accrescendi ius an cesset in feudis.*

52. Casus in quo cessat 120 ius accrescendi, est in feudis secundum Cynum in l. un. ad fi. C. quand. non pe. par. & ibi Salic. q. 11. Martinus Lauden. in c. 1. in pr. qui feudum dare poss. in feudis Aod. de Isernia. Aluarotus & Martinus Laudens in c. 2. ad finem de duobus fratribus à capit. inuesti. Isernia in c. 1. de benefi. fratrum. Ias. in. d. l. re coniuncti. per tex. in c. 1. §. cum uerò Conradus qui feud. dare poss. & in c. 1. §. fi. de succ. feudi & in c. 1. §. fi. de feudo marchi. & in c. 1. de fratre de nouo bene. inuestito. & in c. 1. de fratre à capit. inuest.

Contrariam partem ut & in feudis sit ius accrescendi tenent Bal. in c. 1. de fratre de nouo benefi. inuest. Alex. & reliqui in l. si mihi & Titio. ff. de uerbo obligat. Alex. con. 30. quoniam omne datum optimũ. lib. 1. Angelus in l. uni. C. quando non pet. par. sentit Bar. in l. re coniuncti. ff. de lega. 3. col. pe. Aretinus consi. pe. magnifici & excelsi. Franc. de Curte consil. 49. memoriæ recolendę qui etiam uolunt post portionem etiam quæsitam fore tale ius accrescendi in feudo concesso à Papa uel Imperatore, non sic si ab alio inferiore concederetur. quod dic ut per eos.

De subsidiaria substitutione. §. xxiiij.

SVMMARIVM.

1 *Substitutus an præferatur coniuncto, quando pluribus substituitur uulgariter & indefinitè.*
2 *Conditio negatiua habetur impleta simul ac efficitur impossibile eius contrarium.*
3 *Substitutus potior coniuncto.*
4 *Substitutio tacita præfertur iuri accrescendi.*
5 *Conditio illa, si meus erit, exponitur. i. quatenus meus erit.*
6 *Pluralitas resoluitur in singularitates.*
7 *Intell. ad l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad trebel.*
8 *Intell. l. quamuis. C. de impuberum.*
9 *Intell. 2. l. quamuis. C. de impuberum.*
10 *Substitutio facta impuberibus uulgares tantùm continet.*
11 *Substituens non uidetur uelle inter primò nominatos ius accrescendi adimere.*
12 *Communis opinio defensa, noua ratione.*
13 *Substitutus pluribus indefinitè gradui magis quàm singulis personis substitutus uidetur.*
14 *Distributiuum exæquatur singulari uocationi.*
15 *Successionum legitimarum ad instar substitutiones, quæ ante quæsitum relictum locum habent factæ uidentur.*
16 *Substitutiones, quæ ante aditam hæreditatem locum habent, aliter interpretantur quàm, quæ post acquisitionem locum habent.*
17 *Intell. l. si mater. §. fi. ff. de uulga. l. cohæredi in pr. eo. tit. l. cum in testamenta in prin. ff. de hær. inst.*
18 *Intell. ad. §. sed si instituto. inst. de uulga.*
19 *Gradus substitutionum sunt interpretãdi ad instar gradus legitimæ successionis.*
20 *Coniunctus uniuersis, non est coniunctus singulis. cum communi.*
21 *Corpus unum liberi reputantur quando mulieri & eius liberis legaui.*
22 *Intell. l. pen. ff. de iniust. rup. test.*
23 *Substitutio pluribus facta multipliciter potèst formari.*
24 *Modus primus.*
25 *Substitutus separatim præfertur coniuncto.*
26 *Substitutus particulariter præfertur coniuncto cum communi.*
27 *Substitutus pluribus alternatiuè non admittitur post cuiusque exclusionem sed post uniuersorum exclus. contra communem.*
28 *Substitutiones ut in successionibus legitimis à lege gradui & non personis fieri uidentur, ita & cum fiunt à testatore gradui, non personis singulis factæ intelliguntur.*
29 *Corpus unum faciunt, qui sunt in uno gradu.*
30 *Vnum corpus faciunt, qui collectiuè uocantur.*
31 *Indefinitæ uocationi nominata aliquando exæquatur.*
32 *Disiuncta sæpe sumitur pro coniuncta.*
33 *Substitutus pluribus alternatim post mortem cuiusque admittitur. contra communem.*
34 *Substitutus pluribus indefinitè non admittitur, nisi post omnes exclusos. cum communi, noua ratio.*
35 *Substitutus pluribus copulatim, non admittitur nisi post omnium exclusionem. cum communi.*
36 *Substitutus pluribus copulatiuè non admittitur, nisi post omnes exclusos cum communi.*
37 *Substitutus pluribus collectiuè non admittitur, nisi post omnes exclusos. cum communi.*
38 *Substitutus pluribus uniuersaliter non admittitur nisi*

post

post omnes exclusos. cum communi.

39 *Substitutus pluribus distributiuè non admittitur, nisi post omnes exclusos. cum communi.*

40 *Substitutus pluribus repetitiuè non admittitur, nisi post omnes exclusos.*

41 *Substitutus pluribus implicatiuè non admittitur, nisi post omnes exclusos. cum communi*

42 *Substitutus pluribus similitudinariè non admittitur, nisi post omnes exclusos, cum communi.*

43 *Idem si fit aduersatiuè cum communi.*

44 *Idem si fiat solutè cum communi.*

45 *Substitutus ei, qui nouissimus decesserit, non admittitur, nisi post omnes exclusos. cum communi.*

46 *Idem si substitutio fiat informiter cum communi.*



Post plures honoratos si quis simpliciter substituatur, is in subsidium testamenti conseruandi gratia potissimùm substitutus uidetur. l. un. in pri. C. de cad. toll. in princ. inst. de uulga. isque excluditur ac uincitur à coniuncto ueniente per ius accrescendi, ut prope uidebimus. Vnde postquam de iure accrescendi disseruimus, consequens est, ut de hac subsidiaria substitutione dispiciamus. Ergo egregia quæstio est, si post 1 plures primo gradu institutos alius simpliciter informiter, uel indefinitè substituatur, an post exclusionem cuiusque statim substitutus admittatur, an demum omnibus exclusis? & uidetur quòd post exclusionem cuiusque statim admittatur, uincatque cohæredes per ius accrescendi uenientes. Primò, 2 quia hæc conditio negatiua, si hæredes non erunt, sub qua uocatus est substitutus, impletur ex ui uerborum, cùm primùm uerum fuerit, institutos hæredes non esse, nec esse posse tex. in. l. 4. §. fi. & ibi Socinus. in princ. de condi. & demostra. & in. l. in illa stip si calendis. iuncta. l. hoc iure. ff. de uerb. oblig. ubi negatiua conditio, quæ sub se continet affirmatiuam, habetur impleta, cùm primùm illa affirmatiua sub se comprehensa efficitur impossibilis. Sed postquam ex institutis alter repudiauit, iam impossibile est repudiantem fore hæredem. l. si eo t maior. C. de repudi. hæred. ergo uerum est institutos hæredes nõ esse, nam ista conditio, si heredes non erunt, est negatiua, quæ indefinitè prolata equipollet uniuersali. l. si is qui ducenta. §. utrum. ad fi. de reb. dub. ff. not. in specie Socin. in. l. i. de uulg. num. 5. q. prin. in 2. q. illius. 5. q. col. Vnde, quemadmodum si dicerem, Si omnes hæredes nõ erunt, tunc uno repudiante illa cond. ut patet uerificaretur per. d. §. utrum. ita & si dixi, si hæredes non erunt, uno repudiante conditio substitutionis uerificata est, & consequenter substitutus excluso cohærede debet admitti ex ui & proprietate sermonis; & hec ratio decidit hanc quæstionem. Secundò, licèt cohęres uideatur præferendus tanquam magis dilectus, ex quo fuit primò, uocatus. argumen. l. Publius. §. 1. de condi. & demost. tamen ueritas est, quòd substitutus est magis dilectus, patet, quia fateor institutum magis dilectum fuisse in portione sibi assignata, tamen in portione cohęredis magis dilectus est substitutus, quia ad illam habet uoluntatem expressam testatoris cohęredes autem tantùm tacitam. ut. l. si Titio & Meuio. §. Iulianus. de lega. 2. ff. ergo &c. ot. l. cum ex filio. §. i. de uulga Item per prouisionem hominis cessat prouisio legis. l. fin. C. de pact. conuen. sed ius accrescendi est prouisio legis, ius autem substitutionis prouisio hominis, ergo &c. & prouisio hominis fortior est quàm prouisio legis. l. si cum dies. §. fi. cum duabus sequen. ff. de arbitr. ergo &c. Tertiò, regula est, quòd 3. substitutus præfertur coniuncto. l. i. §. si duo. ff. de secun. tab. & C. de cadu. toll. §. in principio. & §. pro secundo. & authen. hoc amplius. C. de fideicommis. etiam, si 4 substitutio tacita sit. l. fi. C. de hæred. institu. sed conditio substitutionis est uerificata, ut probaui in primo fundamento ergo &c. Quartò, est tex. in. l. penu. in primo resp. ff. de inutilo, sup. qui non eget inductione. & facit. l. si posthumus, uers. nam & cum duobus. ff. de liber. & posth. Quintò est tex. per locum à contrario sensu in. l. si is qui ducenta. §. item si pater. ff. de rebus. dub. ibi, hoc enim modo concipi oportet, si mihi nec filius nec filia hæres erit, si illo modo concipi oportebat, ergo alio modo propriè & rectè concipi non posset, ut coniunctus præferatur sobstituto. & ad idem est tex. in. l Lucius. 2. ff. de hære. instit. ibi, nec liberi nec hæredes. & in. l. quidam testamento. de uulga. ibi, nec Florus nec Sosia. Sextò, per. l. Lucium. §. Caio. ff. ad trebelia. ubi post duos hæredes institutos dixi, rogo uos, ut post mortem uestram restituatis. primo moriente substitutus fideicommissarius non spectata morte alterius in eius partem admittitur. sic & in proposito substitutus sub hac conditione, si illi hæredes non essent, altero repudiante in eius partem alterius repudiatione non spectata debet admitti. Septimò, per. l. Titia Seio. §. Seia libertis. ff. de leg. 2. ubi post duos primò nominatos eorũ nouissimo substitutus sum per fideicommissum, quo casu ad portionem primi decedentis coniunctus me excluso admittitur. Si ergo nõ nouissimo, sed simpliciter substitutus essem, tunc probat tex. à contrario sensu quòd in primi decedentis portionem admitterer; sed & alia ratio est ibi, quare coniunctus mihi præferatur, quia nouissimus totum restituere iussus fuit, quod facere non posset, nisi quò ad portionem sui coniuncti prælatus mihi uideretur ergo &c. argumen. l. 2. ff. de iurisd. omni. iudi. l. illud. de acquirenda hæredit. Octauò, per. l. fin. ff. de uulga. in pr. ubi seruo communi duorum uulgariter fui substitutus, isque seruus iussu unius adiuit, iussuque alterius repudiauit. & tex. ait, quòd ad partem repudiatam admittor excluso cohęrede, quo fit, ut cum illo casu perinde sit ac si duo essent instituti, ut. l. i. §. communis. ff. de stipula. seruorum. sequatur quòd idem esset si duobus institutis substitutus esset; nam altero repudiante statim eius portionem excluso coniuncto haberem. & ille tex. decidit hanc quæstionem cum quo uidetur concord. l. seruus duorum. cum. l. sequenti de acquiren. hæredi. Nonò, per. l. 6. de lega. 2. ubi 5 dixi, Stichum, qui meus erit cum moriar lego, & tex. ait quòd illa conditio, qui meus erit, uel si meus erit cum moriar, interpretatur quatenus meus erit, ut conditio legati siue in totum, siue pro parte uerificata sit, statim admittat legatariũ; sic & in proposito hæc conditio, si hæredes non erunt, cum primo pro parte uerificatur altero repudiante statim substitutum debet admittere. Nam ut ibi legatarij conditio tempore mortis inspicitur, sic & hic substituti conditio inspici debet tempore adoptionis, seu repudiationis institutorum. argum. l. Titius. ff. de testam. mil. & quod ait Bar. in. l. ex facto. in princ. ff. de uulg. & si illud fit in una tantùm specie legata, ut conditio scindatur, multò facilius fiet in diuersis corporibus, quia in diuersis corporibus rerum uel personarum, separatio personarum facilior esse debet ut & patet & probabitur. Item si illud admittitur, etiam si inde sequatur communio, nam seruus legatus pertinebit ad duos, multò magis fiet, quando inde nulla sequatur communio. ut in proposito. Decimò id probatur in. l. falsa. §. fi. de cond. & demost. l. 2. §. fi. de cond. inst. ubi 6 una pluralitas resoluitur in plures singularitates disiunctas, nõ coniunctas. nam ibi posui hanc conditionem in legato, uel in institutione. Si mei erunt cum moriar, & ait tex. perinde esse, ac si dicerem. siue primus, siue secundus meus erit cùm moriar. Nam ut isto caso si alter uter meus sit, cùm moriar, statim dispositio ualebit: ita & illo casu dispositio & ualebit & statim sumet effectum. sic & in proposito, hæc conditio, si heredes non erunt, debet resolui in singularitates disiunctiuas, ut altero re-

Marginal notes:

1 *Substitutus an præferatur coniuncto, quando pluribus substituitur uulgariter & indefinitè.*

2 *Conditio negatiua habetur impleta simul ac efficitur impossibile eius cõtrarium.*

3 *Substitutus potior coniuncto.*

4 *Substitutio tacita præfertur iuri accrescendi.*

5 *Conditio illa si meus erit exponitur i. quatenus meus erit.*

6 *Pluralitas resolui tur in singularitates.*

pudiante conditio ſubſtitutionis extetiſſe uideatur, & conſequenter ſubſtitutio & confirmetur & ſtatim ſumat effectum, non expectata alterius repudiatione.
Vndecimò per.l.hæredes mei.§.cum ita.in ratione decidendi.ff.ad trebel.ubi duos filios inſtitui, & ſi uterque ſine liberis decederet neptem meam ſubſtitui. primus eum liberis deceſſit, ſecundus autem ſine liberis, & tex.ait quòd licèt conditio attenta ui uerborum defeciſſe uideatur, ex quo uerum non eſt uterque ſine liberis deceſſiſſe, adhuc tamen inſpecta mente teſtatoris neptis illa admittitur ad portionem illius, qui ſine liberis deceſſit: mens autem teſtatoris colligitur ex eo quòd cùm tota hæreditas ad neptem peruenire uoluit, ſi uterque ergo, ſi alter tantùm ſine liberis deceſſit ad eius partem uenire uoluit.argum.l.quæ de tota.ff.de rei uendi.l.an pars.ff.pro derelicto.ſic & in propoſito ut teſtator uniuerſam hæreditatem ad ſubſtitutum uenire uoluit utroque repudiante, ita & eius partem altero tantùm repudiante. Confirmatur per argum.de toto ad partẽ, & ſtringitur iſtud fundamentum quia in.d.§.cum ita.id admittitur contra proprietatem uerborum & conditionis adiectæ, quod duriſſimum eſt ut.l. non aliter.ff.de lega.3.quantò magis id admittendum eſt in noſtro propoſito, ubi conditio attenta ui uerborum uerificata fuit. Nec dicatur quòd in.d.§.cum ita. eſt ſpeciale fauore neptis ſubſtitutæ. nam reſpon. dupliciter. Primò, quia ibi tex. non ſe fundat in fauore neptis, ſed in præſumpta mente teſtatoris, quæ colligitur non ex fauore neptis, ſed ex ipſa defuncti diſpoſitione, qui cui totum dedit eidem & partem dediſſe facilius præſumitur. Secundò reſpondeo quòd pars illa, quæ datur nepti ſubſtitutæ aufertur aliis nepotibus teſtatoris. Vnde apparet quòd uoluntas non colligitur ex ſanguine, ſed ex ſubſtitutione facta & iſtud fundamentum decidit hanc queſtionem. Duodecimò per.l.quidam teſtamento.ff.de uulga.per locum ab ſpeciali, nam ibi dicitur quòd ſtatim ſubſtitutus ad partem deficientem excluſo coniuncto admitteretur, niſi uel ſubſtitutus eſſet uocatus ſub illis duabus conditionibus copulatiuis, quę colliguntur ibi. Nec Florus nec Solia. ex illis enim uerbis inducitur copulatio conditionum.ut.l.ſi is qui duæ §.fi.ff.de reb.dubi.&.l.Lucius.2.ff.de uulg. ibi ſi neque liberi, neque hæredes uel niſi adeſſet. Secunda ratio ſpecialitatis, quę colligitur ibi, idque appareret ceſſantibus ergo illis rationibus ille tex.hanc quæſtionem pro me dicere uidetur, ut ſtatim ſubſtitutus admittatur. Decimotertiò per.l.codicillis.in princ.cum glo. non deberi.ff. de uſufru.leg. ubi poſt plures primo loco uocatos quis ſubſtitutus fuit taliter ut demum poſt mortem eorum, qui primo loco uocati fuerunt admitterentur. deinde eiſdem aliud fuit relictum, & idem eis fuit datus ſubſtitutus ſimpliciter & tex.ait iuncta glo. quòd etiam in poſtremo legato ſubſtitutus admittitur demũ poſt mortem eorum, qui primo loco uocati fuerunt: idque ea ratione fieri, quòd illa conditio ſcilicet ut demum poſt mortem omnium primo gradu uocatorum ſubſtitutus admitteretur, uidetur etiam repetita in ſequenti legato, ſentiens quòd aliàs ſi repetita non uideretur, tunc ſubſtitutus ſtatim ad proportionem uacantem excluſo coniuncto admitteretur. Decimoquartò per.l.ſi.§.filium.de lega.2. ubi plures eiuſdem rei legatarios rogaui, ut poſt mortem ſuam reſtituerent: quorũ alter deceſſit altero collegatario ſuperſtite.& tex. ait q partem uacantem non collegatarius ſed ſubſtitutus habebit. Decimoquinto fundam. adde per.l. nam hoc iure.ff.de uulg.ubi etiã ſubſtitutio directa tam uulgaris quàm pupillaris tacitè inducitur à lege ex præſumpta mente teſtatoris: ſic ergo & in propoſito inducatur uulgaris ex præſumpta mente teſtatoris. ſtringe hoc argu. nam ſi illud fit in.d.l.iam hoc iure. fauore ſubſtituti fortè extranei, quantò magis in propoſito fauore filiorum inſtituti. & uide Ripam, in.d.l. hęredes mei. §. cum ita num.21.& ex iis collige reſpon.ad id, quod ipſe ait ibidem num.20.in fi.ſicque hæc pars ſatis pro ſe habet urgentia fundamenta, & præſertim iuuatur uehementer ex ipſa uerborum ui & poteſtate, niſi per legis interpretationem ab hoc recedere uelimus, quę non ſatis certa eſſe uidetur: & hanc partem olim tenebam.

Multi ergo 7 teneut hanc partem, quos refert Ripa num.59.in.l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad trebeli, & Alex.in.l.pen. C.de impub.licèt contrariam dicant commun.opin.Paul.& Socinus in.l.ſi is qui ducenta.§. itẽ ſi pater.ff.de rebus dub.eandẽ pluries dicit commun.Soc. in.l.i.ff.de uulg.in.2.q.5.q. princ.hanc tenet Bar.& magis commun. dd.in.l.1. de uulga.ff.& in.d.§.cum ita.& in.l.pen.C.de impub.& commun. opin.tenet Corn.in.l.pen.de impub.col.3.in pr.hanc latiſſimè dicit commu. Ripa. in.l.hæredes.§.cum ita nume.95. ff. ad trebel.ubi omnino uideas, & commun. tenet Paul.in.l.ſi is qui ducenta.§.fin.ff. de rebus dub.& dicit commun.Alex.in.l.pe.C.de impub.num.7.mouetur communis, Primò 8 per.l.quamuis.C.de impub. ſecundum unum commun. intell.qui habet quòd poſtquam filium & uxorem inſtitui Seium ſubſtitui, ait tex. manifeſtum eſt in eum caſum factam fuiſſe ſubſtitutionem, quo utrique ſubſtitui potuit, quorum uerborum ſenſus ut inquiunt eſt, quod in eum caſum facta uidetur ſubſtitutio quo utriq; ſubſtitutus ſuccedere potuit quaſi unicuique ſubſtitutus non uideatur, ſed ambobus ſimul. & hunc intellectum ad illum tex.com.dicunt Socin.& Paul.in locis ſuprà & infrà pro me citatis. qui nec quò ad illum tex.uerus eſt, quia tex. ait in eum caſum quo utrique ſubſtitui potuit. unde ille tex.in alio caſu negat potentiam teſtatoris, quod non eſſet uerum ſecundum hunc intellectum. Nam conſtat quòd teſtator poteſt ſingulis impuberibus ſubſtituere pupillariter.l.uel ſingulis.de uulga. ff.§.uel ſingulis.de pupilla.inſtit. Vnde cum utrique impuberum uel alterutri ſubſtituere poſſit, non poſſet trahi in diſcrimen potentia teſtatoris, prout uere trahitur in illa.l. Vnde infero hunc intellectum licèt commu.non ſolùm falſum in ſe eſſe per ſupra dicta 14.fundam.ſed illi legi nullatenus conuenire, & quòd iſte intellectus ad.l.quamuis non congruat, patet, una ratione. nam ibi exorditur teſtator ita, Quamuis placuerit ſubſtitutionem impuberi ita factam, ſi hęres non erit porrigi ad eum caſum quo poſtquam hæres extitit impubes deceſſit; tamen cùm proponas ex iſto exordio, quod denotat cauſam finalem, ut.l.fin.ff. de hæredi. inſtitu. Patetque ille tex.factus fuit ad decidendum, an ſub uulgari facta impuberi contineatur & pupillaris, & deciditur quòd nõ continetur in caſu illo, ergo non eſt uerum quòd fuerit ad decidendum, an uulgaris facta duobus habeat locum poſt repudiationem alterius, an demum utriuſque. Et adde quòd hunc intellectum, quem reprobaui ad.d.l. quamuis. dicunt commun. & ſequuntur Paul. in.l.ſi is qui ducenta.§.fi.de rebus dub. & ibi Socin.colum. pen. in fin. Verus 9 ergo & communis intellectus ad illam.l.eſt quòd dubitatur, an illa ſubſtitutio facta paribus in utriuſque perſona iure tantùm uulgaris ſubſtitu. ualeat, an uerò in perſona pupilli iure tã uulgaris quàm pupillaris, in uxoris uerò perſona iure tantùm uulgaris & deciditur, quòd 10 iure tantùm uulgaris in utriuſq; perſona ualet, quia in eo tantùm caſu.i. uulgariter utrique.i. tam uxori quàm impuberi ſubſtitui potuit.& iſte eſt uerus, planus, & literę amicus intellectus, quem omnea ibi & ubique ad illam.l.ſequuntur. & cùm.l.cum uno tãtum intellectu ſit facta, & iſte proculdubio ſit magis planus & literæ amicus ut & omnes fatentur, dicendum eſt, primum intellectum nullatenus tenendum, cùm non ſolùm literæ non conueniat, ſed & in ſe per ſuprà dicta 14.fundamenta falſus ſit. Allegatur & ſecundò pro commun.l. quidam teſtamento.ff. de uulga. quem pro me induxi ſuprà in.12.funda.unde patet nil obeſſe. alleg.pro communi.Et 3.l.pen.C.de impub.ſed reſpon.
quòd

7 *Ad.l. heredes mei. §. cum ita ff. ad trebel.*

8 *Intell. l. quamuis. C. de impuberum.*

9 *Intell. ad l. quamuis. C de impuberum.*

10 *Subſtitutio facta imparibus uulgares tantùm continet.*

quòd ibi dixit, si uterque in pupillari decesserit, quæ cõditio, non altero tantùm sed demum utroque in pupillari ætate moriente uerificatur, at nos loquimur in illa conditione, si hæredes non erunt, quæ altero tantùm repudiante uerificatur. Præterea ibi loquitur in pupillari & constat quòd pupillaris facta duobus, in dubio uidetur facta ei, qui nouissimus decesserit. ut.l.pater filiam.§.fi.ff.ad.l.falcid.l.qui duos.ff.de uulga.&.d.l.pen. At uulgaris facta duobus non est expeditum, an ei, qui nouissimus decesserit facta in dubio uideatur, necne: immo id est de quo disputamus, & probaui non uideri. 4. non obstat ratio Bart.de qua per eum in.d.§. cum ita, quam dicit optimam Socin. in.l.1.de uulga.2.q.5.q.pri. col.1.scilicet quòd 11 uulgaris concipitur ante aditã hæreditatem, & testator uidetur uelle conseruare ius accrescẽdi inter ipsos institutos sed respõ. effectualiter id est de quo disputamus, an ius accrescẽdi uideatur uelle inter eos conseruare, an substitutum statim admitti? Quintò non obstat ratio Socini in.d.2.q.5.q.prin.colu. quam dicit esse nouam quòd oratio negatiua indefinitè prolata æquipollet uniuersali. Nam resp. quòd hæc ratio concludit pro me contra communem opinio. ut dixi suprà in primo fundamento meæ op.

11 *Substitutẽs non uidetur uelle inter primò nominatos ius accrescendi adimere.*

Retenta 12 tamen commun.op. quæ uerissima est, tandem tu considera quòd si dixi, primus & secundus hæredes sunto, tunc siue adiiciam si hæredes non erunt, siue si prædicti hæredes non erunt & similia, tunc tertius hæres esto uel tertium substituo: siue etiam dicam primus & secundus hæredes sunto & tertium substituo, his omnibus casibus mens testatoris ea esse uidetur ut tunc demum substitutus admittatur cum ex toto primus gradus institutorum defecerit, quod etiam suadetur, quia substitutionis gradus ideo fieri uidetur, ne testam. caducum hat. ut in prin.insti.de uulg.l.& quia hoc ff.de interrog.acti.§.1.inst.quib.alie.nõ licet. Præterea primò nominatus &c. ut.l.Publius.ff.de condi.& dem. facit.l.fin.C.de inst.& subst.ibi, nam si fiæ sustantiæ. Deinde & fortius ut si dixi, Titius & fratres mei hæredes sunto. tunc is Titius fratribus tanquam uniuersis & re & uerbis coniunctus est, sed tanquam singulis nec re ne uerbis coniunctus est, unde uno ex fratribus repudiante eius portio solis fratribus, non Titio accrescit. ita in superioribus casibus ille tertius primo & secundo tanquam uniuersis, non tanquam singulis substitutus uidetur, cùm ipsis una oratione per nomen collectiuum coadunatus fuerit substitutus. argumen.l.si Titio cum.l.seq.l.mulieri.ff.de usufr. accres.l.interdum in pr. ff.de hær.inst.l.cohæredi.§.qui discretas.ff. de uulg.

12 *Communis opinio defensa, noua ratione.*

13 *Substitutus pluribus indefinitè gradui magis quàm singulis personis substitutus uidetur.*

Nec obstat quòd secundum hoc nunquam substitutus præferretur coniuncto, quod esset contra omnes. nam respon. quòd præferretur, quando singulis substitutus est. ut.§.uel singulis inst.de pupil.& in hoc exemplo primus hæres esto, secundus hæres esto, si secundus hæres non erit, tunc tertius hæres esto, uel tertium substituo. Non obstat quod in dictis exemplis uel uno repudiante tunc etiam de proprietate sermonis uerificatur conditio substitutionis. nam alter utro repudiante uerum est eos heredes non esse. Nam respon. quòd ex eo quod in substitutione sunt collectiuè omnes instituti, nominati habentur tanquam unum corpus & una persona.§.hoc ita tam uariè.C.de cadu.tollen.l. planè in princ.ff.de lega.1.l.triplici de uerb.signi.ff.& consequenter uel uno adeunte tunc illud corpus institutorum fictum & repræsentatum hæreditatem obtinuisse uidetur; ut per hoc defecisse intelligatur conditio substitutionis. Sed contrà, Nam secundum hoc etiam uno repudiante illud omne corpus repudiasse pariter uideri posset. resp. facilius est ut per aditionem unius omnes adiuisse uideantur ad exclusionem substituti, qui agit de acquirendo, quàm quòd per repudiationem unius omnes repudiasse uideantur ad exclusionem cohæredis, qui iam fortè adierat & quæsierat, & sic agebat de damno uitando. Præterea factum repudiantis non potest cohæredi nocere siue iam adierat, siue adire nolebat; sed quòd substitutus non admittatur per repudiationem unius id non fit ex facto repudiantis, nam magis exclusus erat antequam ille repudiasset: itaque ex duobus institutis uno adeunte alteroque repudiante cùm haberi debeat perinde ac si totum corpus.i. ambo adiissent uel repudiassent, superest ut pro adeunte id corpus haberi debeat potius quàm pro repudiante. Præterea hoc casu tam aditio quàm repudiatio pro parte etiam ueritate inspecta factæ sunt respectu hæreditatis, licèt respectu ipsorum ex toto factę sunt.l.si tu ex parte.ff.de acquiren. hæred. ergo superest, ut aditio particularis ad totum trahatur, repudiatio uerò uitietur. argumen. glo.app.in.l.1.ff.de acqui.hæredi. Ecce ergo quare hæc conditio, si hæredes non erunt deficit, uel uno adeunte, quia uel unius aditione omnes cohæredes collectiuè nominati adiuisse censentur. Præterea, cùm dixi, si instituti uel si prædicti hæredes non erunt, uel si uterque, uel si ambo, uel si primus & secundus, uel si neq; primus, neque secundus hæredes erunt, tunc Sempronius hæres esto, tunc is Sempronius non singulis, sed uniuersis substitutus uidetur, & consequenter quibusdam exclusis non admittitur, sed demum omnibus. Quòd non singulis sed uniuersis substitutus uideatur: patet, quia omnes prædicti sunt simul uocati uel per copulam, uel per nomen collectiuum, & quasi in unum corpus redacti, ut non singulis personis, sed uniuerso gradui substitutus datus uideatur: quo fit, ut non quibusdam de gradu deficientibus sed demum toto primo gradu infirmato substitutus admittatur. At si dicerẽ 14 Quisquis mihi hæres non erit, uel si quis hæres nõ erit, uel si quilibet hæres non erit, tunc &c. dicam quolibet repudiante substitutum admittendum, non expectata cohæredum exclusione. ut.l.fi.C.de impu. ratio differentię, quia indefinita æquipollet uniuersali. unde non refert dicam, Si omnes hæredes non erunt substituo. an si hæredes non erunt substituo. at distributiuum habet uim eandem, quam habet expressio nominum singulatim facta.l.fi.C. de impub.Bar. in.l. re coniuncti.num.13.ff.de leg.3. Vnde non refert, dicam, Quisquis ex institutis, uel si quis ex institutis hæres nõ erit substituo. an dicam, si Titius uel Seius hæres non erit, tunc substituo. facit, quia testator, qui pluribus institutis adiecit, si hęredes non erunt, si prædicti hæredes non erunt, si instituti hæredes non erunt. planè uoluit, ut in defectum primi gradus locus fieret secundo, ut & lex 15 ad intestatorum successio non uocat quemquã ex remotioribus, nisi demum exclusis omnibus ex priore gradu, idem facilius si diceret, si uterque, si omnes hæredes non erunt. idem facilius, si dixit, si neque primus, neque secundus. Nam substitutio uulg. & reciproca, quæ ante aditionem locum habent gradui ad se licti conseruationem factæ intelliguntur. sicque non tam singulis quàm uniuersis fieri interpretantur at 16 pupill. fideicom. militaris. & exempl. compendiosa quæ post quæsitam hæreditatem habent locum non iam gradui, qui uel per unius aditionem confirmatus est, quàm personis factæ uidentur. sicque non tam uniuersis quàm singulis factæ interpretantur: præsertim cùm quòd simul uniuersis factæ uideantur sit impossibile. nam morte cuiusque qui iam suam portionem quæsiuit ea portio non coniungitur cum portione superstitis nec unquam coniungetur, sed ibit uel ad morientis hæredes, uel ad substitutum. Tu 17 denique pro communi etiam adde.l.cum in testamen.in pr.ff.de hęr.insti.l.h mater.§.fi. de uulg.& melius.§.sed. si mstr.inst.de uulga.l.fi.Titius. l.cohæredi. in pr.ff.de uulga. nam primo hæredi cohæres fuit substitutus cohæredique alius extraneus. substituitur, qui licet uerbis inspectis unicum sit substitutus tamen ex mente utrique substitutus uidetur, patet, quia.dd.ll.dicunt ad utranque portionem admitti,

14 *Distributiuum exæquatur singulari uocationi.*

15 *Successionum legitimarum ad instar substitutiones, quæ ante quæsitum relictum locũ habent factæ uidentur.*

16 *Substitutiones, quæ ante aditam hæreditatem locum habent, aliter interpretantur quàm, quæ post acquisitionem locũ habent.*

17 *Intell.l. si mater. §. fin. ff. de uulga.l.cohæredi in pr.eo. tit. l.cum in testamento in prin.ff. de hær.instit.*

& tamen

& tamẽ non statim post exclusionem unius, sed demum post exclusionẽ utriusq; admitteretur.ut patet in.d.l cohæredi. (stringo, nam si illud quando reuera singulariter substitutio facta fuit, quanto magis quando simpliciter facta fuisset) nam si non potest admitti nisi ad utranque portionem ut ibi dicit, ergo non potest admitti, nisi demum post exclusionem utriusque: sed certè magis est ut illa pluralitas (.s.ad utranque portionẽ) resoluatur in suas singularitates, sitque sensus, ut ad alterutram simul ac uacarint, admittatur. quod uidetur expressum. in l. cohæredi.ibi, nec inter est prior substitutus post institutum. cuius sensus est, quòd ad portionem primi hęredis cõcurrebant primus secundusque substitutus & præfertur secundus: sed certè id falsum, cùm sine dubio primus substitutus sit præferendus. Sed quid si prior substitutus primus decesśit & ad eius portionem concurrebant secundus substitutus ius substitutionis allegans & primus cohæres ius accrescendi prætendens? Videbatur præferendus substitutus, quia ius substit.præfertur iuri accrescendi. Contrarium puto, quia ex mente ille post exclusionem demum utriusque uocatus intelligitur, cogitauit enim testator post exclusionem primi totum ad secundum, postque exclusionem secundi totum ad tertium peruenturum. Quod si per prius secundum exclusum cogitasset, tunc potius uocasset primum, cui suæ substantiæ partem per prius reliquit, quam tertium, cui per prius nil dedit. argumento.l.fi.C.de inst. & subst. & uidetur expressum. in l.cohæredi. Vers. nec interest. nam si nõ interest uter prior decedat. ergo prior.s. substitutus an institutus. ergo ut si prius decederet institutus sine dubio prior substitutus præferetur secundo, ita si prius decedat primus substitutus, sine dubio institutus præferetur secundo substituto, ut fiat ęquiparatio quò ad exclusionem secundi substituri. ergo quod 18 dicunt.dd.ll.secundum substit.ad utranque portionem ad-

18 *Intell.ad. §.sed si in stituto.insti.de uulg.*

mitti, hunc habet sensum, ut ad alteram tantùm nullo casu admittatur, & quod di ait.d.§ sed si. instituto.s.sine ulla distinctione interpretor nõ distinguendũ institutus prior decedat, quasi tunc secundus subst. eius tantùm portionem capiat, an primus subst. prior decedat, quasi tunc eius tantùm portionem capiat, an uterque, ut tunc utriusque portionem capiat.nam prioribus duobus casibus nil capit: sicque uerum est semper eum utranque uel neutram habiturum. extat ergo quòd coniunctus præfertur subituto, non solùm si simpliciter substituatur, sed etiam si singulariter quò ad uerba, simpliciter tamen quò ad mentem. Adde quòd si uera est communis op.tenens, quòd, qui simpliciter post plures institutos substituitur, nõ admittitur nisi demũ post exclusionem omnium: tunc uerissima erit nostra opin. contra glos. & omnes in. §. sed si instituto. de Vulg. nam in specie nostra constat quòd mentaliter secundus substitutus licèt respectu personę singulariter fuerit substitutus, quia uni tantum, tamen respectu portionum simpliciter substitutus uidetur, quia ad utranque portionem inuitatus uidetur cùm iunctæ esse cœpissent ambæ portiones.

Tenenda est ergo communis opin.ut, qui post plures institutos simpliciter substituitur, is post alterius repudiationem non statim admittatur, sed demum post utriusque exclusionem, quasi hoc casu sit ius accrescendi potentius iure substitutionis, & meritò, quia hoc casu ius substitutionis non erat in esse productum, nec enim hic tam agendum est de effectu & potestate substitutionis quam de creatione ipsius, licèt enim non inficiemur quin si in hunc casum substitutio facta uideretur, tunc ius accrescendi facilè superaret & repelleret: tamen negamus hoc casu substitutionem creatam fuisse sicque ius accrescendi non uenit ad conflictum cum iure substitutionis.

Et communis opin.non per fundamenta doct. tenenda est, quæ satis leuia uidentur, sed per illa quinque iura, quę præter omnes adducimus.s.l. si Titius cohæredi.ff.de uulg.l.cohæredi.in prin.eod.l.si mater.§.fi.eod.l.cum in testamento. in princ.ff.de hær.inst.§. sed si instituto. inst. de uulg. Item & 6. quia semper testatur uidetur se conformare cum legis disp.l.3.ff.de leg.1.l.si quando. cum gl.C.de inof. testamen.l. in testamen.C.de test.milit.Vnde 19 ut in successionibus ab intestato gradus remotiores substituuntur à lege loco priorum, & tamen ea substitutio non singulis, sed uniuersis facta uidetur. i. non singulis personis de gradu sed uniuerso gradui facta uidetur, ut sic sequens gradus non uideatur substitutus uel inuitatus post exclusam unam uel alteram personam de gradu præcedente, sed demum post omnes personas exclusas de pręcedente gradu, ut patet per omnes titulos de intestatorum successionibus loquentes. ita & cum testator simpliciter substituit non singulis hæredibus institutis sed uniuersis substituisse uniuersoque gradui prospexisse uidetur. Septimò quia 20 quando plures sunt coadunati in una portione tunc reliquis pręferuntur in iure accrescendi quasi reliqui non tam singulis quàm uniuersis coniuncti uideantur & consequenter deficiente uno ex coadunatis alii, qui ad eand. portionem uocati non erant per ius accrescendi non admittuntur, sed tunc demum cum omnes qui in illa portione coadunati erant deficiunt. Vnde si dixi, 21 Titius & fratres mei hæredes sunto. uno ex fratribus repudiante Titius non admittetur, sed alii fratres, licèt si omnes fratres repudiassent tunc ipse bene admitteretur, quasi uniuersis coniunctus uideatur, singulis autem minimè. ut tenent Bar.in.l.re coniuncti.ff.de leg.3.nume.28.Ias.ibid.num.146. Ripa num.102.Crotus nu.46. Politus num. 51.qui firmant hanc esse communem sententiam per tex.in.l.interdum.in prin.ff.de hær.inst. iuncta sua gl.ubi etiam per doct.& per tex.in.l.si quis Titio ff.de usufructu accrescen. secundum quod eum indutit Bar.in.d.l.re coniuncti.nume.28. clarior tex.quem nullus allegat in.l. si mulieri cum liberis.ff. de usufr.accres. ubi mulieri cum liberis usumfructum legaui & tex. ait, quòd post omnium liberorum exclusionem bene admitteretur mulier per ius accrescendi, at post exclusionem unius uel quorundam ex eis quandiu eorum aliquis superesset, mulier per ius accrescen. non admitteretur, quasi liberi inter se coniuncti & ueluti unum corpus reputentur, ipsa autem mulier uniuersis collectiuè sumptis similiter coniuncta uideatur, singulis autem minimè ad idem.l.cohæredi.§.qui discretas.ff. de uulg.iuncto intellectu gl.ibidem, ubi primus & secundus in triente fuerunt instituti, secundus & tertius in altero triente, quartus & quintus in ultimo triente, eosque omnes inuicẽ substitui. repudiauit primus, & tex.ait quòd eius portio secundo tantùm non etiam reliquis defertur. Quòd si tam primus quàm secundus repudiassent, tunc amborũ portiones reliquis deferrentur, quasi qui in prima institutione fuerunt in eadem portione coadunati ii per prius uideantur inter se substituti, postea uerò alii uideantur uocati: itaque tertius & quartus cum quæritur, an primo & secundo uiderentur substituti. respon. quòd inspectis uerbis sine dubio uidentur tam singulis quàm uniuersis substituti, sed inspecta mente, quæ pręualet, licèt ambobus collectiuè sumptis uideantur substituti, tamen singulis de per se non uidentur substituti. tenendo ergo communes opin.quæ ut dixi ueræ sunt, tunc ad l.pen.ff.de in ius.rup.primo resp.in qua est totũ fundam.eorum, qui tenent contra communem ego dubitaui an ibi simpliciter substitutio facta esset, an singulis institutis singuli dati essent substituti, quod uerius esse patet, primò, ibi, à substitutis nostris, quod uerb. innuit quàm non gradui uniuersaliter, sed personis dati fuerunt substituti, coadiuuatur ex uerbo à nobis suprà posito. secundò, & fortius per uerbum substitutus, ibidem positum. nam si simpliciter substitutio facta esset

19 *Gradus substitutionum sunt interpretãda ad instar gradus legitimæ successionis.*

20 *Coniũctus uniuersis, non est coniũctus singulis. cum communi.*

21 *Corpus unum liberi reputantur quando mulieri & eius liberis legatur.*

22 *Intell.l. pen ff. de in ius.rup. test.*

esset non unus substitutus loco instituti morientis subrogaretur, sed omnes substituti. Cum ergo text. dicat expressim quòd ego & Titius fuimus instituti & substitutos habuimus & Titio mortuo uel repudiante eius locum ouus tantùm e a substitutis occupauerit, necessariò intelligendum est, quòd substituti singulis dati fuerunt, non autem simpliciter, nam si simpliciter dati forent tunc locum Titij repudiantis non unus tantùm substitutorum, sed ambo occupassent. Nam si testator postquam me & Titium instituerat adiecisset, & si hæredes non erunt, substituo Caium & Seium, tunc repudiante Titio non posset unus substitutorum Titij locum occupare, sed uel ambo uel nullus. Tertiò probatur, quia in.d.l.si posthumus.§.nam & cum duobus ff. de libe. & posth. ubi ponitur idem casus, qui in. d.l. pen. expressum est quòd singulis hæredibus singuli substituti dati fuerunt sicque & si id in d.l.pen. non satis expressum esset, tamen per d.§.nam & cum duobus.declarandum foret quanto magis tum in d.l.penul.satis dilucidè appareat sicque ia tex.non facit contra com. opi. nec ꝙ ibi in d.l.pen.de iniust. rup. singulis hæredibus fuerit facta substitutio est diuinare, sed expressè & necessariò ex eod.tex.colligitur, ut dixi, & ita firmant Ripa.in l.hæredes mei.§.cum ita num.96.ff.ad trebel.post alios ibi, idem firmant Curt. iunior. Com. Alexand. Decius. & alii in d.l.pe. C.de impu. estque utrobique communis intellectus.

Denique pro pleniore dictorum & dicendorum notitia, considera quòd si pluribus institutis ego substituo. quæri solet, an post exclusionem unius ex institutis statim admittatur substitutus, ut sic præferatur coniuncto, an uerò ut dixi admittatur demum post exclusionem omnium, ut sic coniunctus ueniens per Ius accrescendi præferatur substituto? in quo articulo multipliciter potest formari substitutio ultra suprà dicta.

23 *Substitutio pluribus facta multipliciter potest formari.*

Primò cùm substitutio fit singulariter separatim, ueluti, si post primum & secundum institutos, adieci secundo tertium substituo.

Secundò quando substitutio fit particulariter, uel distributiuè quale est, cùm post primum & secundum institutos, adieci, si quis uestrum, uel si alter uestrum hæres non erit, substituo.

Tertiò, Quando substitutio fit alternatiuè, quale est, cùm post primum & secundum institutos, adieci, si primus, aut secundus hæres non erit, sustituo tertium.

Quartò, cum substitutio alternatiuè facta fuit, ueluti, si post duos institutos, adieci, si primus hæres non erit, aut secundus hęres non erit, substituo.

Quartò, quando substitutio fit simpliciter uel indefinitè, ut si post duos institutos, adieci, substituo, si hæredes non erunt, uel si prædicti hæredes non erunt.

Quintò, quando substitutio fit copulatim, ut si dixi, si primus & secundus heredes non erunt, tunc substituo.

Sextò, quando substitutio fit copulatiuè, ut si post duos institutos dixi si primus hæres non erit, & secundus hæres non erit.

Septimò, quando substitutio fit collectiuè, ut si post duos institutos, adieci, si ambo hęredes non erunt.

Octauò, quando substitutio facta fuit collectiuè & uniuersaliter, ut si post plures institutos, adieci, si omnes instituti hæredes non erunt, tunc substituo.

Nonò, quando dixi, si uterque hæres non erit, quo casu substitutio est distributiuè facta, licèt alij dicant collectiuè.

Decimò, quando substitutio fit ita, post duos hæredes scriptos adieci, si primus, item secundus hæredes non erunt, substituo, quo casu fit substitutio repetitiuè.

Vndecimò, quando substitutio fit implicatiuè, ut si post duos hæredes scriptos, adieci, si primus, secundus etiam hæredes non erunt substituo.

Duodecimò, quando substitutio fit similitudinariè, puta post duos hęredes scriptos, adieci, si primus secundus similiter hæredes non erunt. substituo.

Decimotertiò, quando substitutio fit aduersatiuè, ut si post duos hæredes scriptos adieci, si primus, secundus uerò hæredes non erunt. quo casu aduersatiua induit habetque uim copulę secundum Bar.in.l.re coniuncti.ff.de leg.3.

Decimoquartò, quando substitutio fit solutè, ut si dixi, post duos hæredes scriptos, si primus, secundus hęres non erit.uel ita, si primus, si secúdus hæres non erit.

Decimoquintò, quàdo substitutio fit nouissimo, ut, si dixi & ei qui nouissimus hæres esse desierit substituo.

Decimoseptimò, quando substitutio fit informiter, puta post duos hæredes scriptos adieci, & substituo tertium.

Decimoctauò, quando fit substitutio uulgaris in tota hæreditate, puta post duos hæredes scriptos, adieci, & tertium in uniuersa hæreditate substituo.

His ergo præmissis 24 quo ad primum casum.s. cū substitutio fit singlariter seu 25 separatim, ueluti si post primum & secundum institutos, adieci, secundo tertium substituo. tunc sine dubio excluso secundo statim admittitur tertius, neque primus cum eo admittetur.l.2.§.si duo.ff.de secundú tab.l.un.§.in primo.&.§. pro secundo.C. de cad.toll. quod supra latius probaui idem ergo si singulis hæredibus singulos substitutos dedi.ut.§.uel singulis.inst.de pupill.l.uel singulis ff.de uulga.l.pe.ff.de iniust.rupt.l.si posthumus uers.nam & cum duobus. eod. & his casibus uerificatur regula, quæ habet substitutum coniuncto prę ferri, de qua suprà fusè diximus.

24 *Modus primus.*

25 *Substitutus separatim præfertur coniuncto.*

Secundò autem casu, quando 26 substitutio fit particulariter, uel distributiuè quale est, cùm post primum & secundum institutos, adieci, si quis uestrum, uel si alter uestrum hęres non erit, substituo. & tunc similiter post alterutrius repudiationem statim admittitur substitutus excluso cohærede, ex regula quæ habet ꝙ ius substitutionis est potentius iure accrescendi, & licèt non desint, qui aduersentur propter regulam.l.Publius Meuius.ff.de condit.& dem.ubi habetur quòd primo nominatus censetur magis dilectus, quod & fortius uidetur suaderi per tex.in.l.cum in testamento.ff.de hæres.inst.l.si mater.§.fi.ff.de uulg.l.cohæredi.in princ.l.si Titius cohęredi.ff.eod.§.sed si instituto inst.de uulg.tamen cùm ista uerba uideantur certa & indubitata non puto temerè recedendum à uerborum proprietate.l.nō aliter.ff.de leg.3.& est ex mente & sentētia eorum, quos supra diximus tenere communem sententiam.

26 *Substitutus particulariter præfertur coniuncto cum communi.*

In tertio casu, quando 27 substitutio fit alternatiuè, quale est, cùm post primum & secundum institutos, adieci si primus, aut secundus hæres non erit substituo tertium. Doct.communiter tenent quòd substitutus statim post primi repudiationem admittatur excluso cohærede, quia in alternatiuis sufficit alteram partem esse ueram.l.si ita quis stipuletur.ff. de uerbo.l.si is qui ducenta.ff.de reb.dub.in.§.utrum. Nos sumus in contraria sententia, quæ probatur multis legibus & rationibus. Primò per.l.si is qui ducenta.§.item si pater. ubi est tex. expressius, nisi cum communi opinione dixeris, ibi esse speciale fauore liberorum, quod mihi non placet, tum quòd casum dicere specialem est refugium miserorum, tum quòd in ratione decidendi tex. ait sed procliuius est, non enim dixit humanius est, tum etiam quia tex. iterum ait sententiam testatoris sic esse interpretandam. ergo lex procedit declarando non supplendo ut suppleuit in.l.cum auus.ff de cond.& dem.& in.l.si unquam C.de reu.donari.& in.l.3.C. de inoffic.testamen. & in.l.fin. C.de inst. & subst.itaque tex. decidit uerba testatoris declarando, non in proprisndo, uel supplendo. Secundò per.l.generaliter in prin.C.de inst. & subst. Tertiò per.d.l.Lucius.2.ff.de hær.inst.ut suprà latè declaraui. Quartò per.l.cum quidam.C.de uerb.sig. Quintò per.l. sępe.ff.de uerb. sig. Sextò &

27 *Substitutus pluribus alternatiuè non admittitur post cuiusque exclusionem sed post uniuersorum exclus. contra commu nem.*

fortius per.l.cohæredi.in pr.ff.de uulg.l. si Titius cohæredi.l.si mater.§.si.eod.l. cũ in test. ff.de hær.inst.§.sed si instituro inst.de uulg.quę quinq; iura mirabiliter probare uideurur ꝙ si primum & secundũ institui secũdũq; primo substitui & secundo rertium, tunc si primus hęres extitit, & secundus repudiauit, licèt rertius uideretur admittendus eo quòd re uera impleta est conditio sub qua uocatus fuit, ramen ex mente non admittitur, sed ei præfertur cohęres ueniens per ius accrescendi · ratio, quia testator uiderur cogitasse quòd primo moriente tunc secundus hæres foret, secundo autem moriente tunc rertius admitteretur, quem testator nunquam uocaturus foret, si cogitasset primum hæredem futurum itaque mens testatoris non fuit ut tertius concurreret cum aliquo ex primo nominatorum, sed quòd utroq; demum excluso tunc tertius admitteretur & non aliter quasi non tam personæ quam gradui substitutus uideretur.argu.l.uulga.in prin. ‿.de cad.toll. sic ergo & in proposito, qui post primum, secunque institutos dixit, si primus aut secundus hæres non erit, tunc tertius hæres esto.non tam personis singulis quàm gradui prospexisse uidetur. Stringe hoc fund.nam si in.dd.ll.id stàtuitur quando certum indubitatumque erit uni tantùm datum fuisse substitutum, quantò magis ubi id incertum est ut in specie nostra. Septimò, quia in re dubia substitutus non tam personis singulis quam toto gradui datus uiderur quo magis restam.in tuto sit.ut in princ. inst.de uulg.in prin.C.de cad.toll. Octauò, quia primo nominatus censetur magis dilectus.l.Publius Meuius.ff.de cond.& dem.unde non est uerisimile quòd restator cum aliquo ex instirutis primò nominatis uelit concurrere substiturum, quem secundò gradu uocauit posuitq; quasi in subsidium testamenti conseruandi causa.ut d.l. uni. in prin.C.de cad.toll.d.pr.inst.de uulg.facit.l.quæ conditio.ff.de cond.& demonst. Nouò, quia 28 ut quandiu superest aliquis de primo gradu, secundo gradui in successionibus ab intestato locus non est. ut in omnibus titulis.ff.C.& inst. de succ. ab intestaro. ita & testator, qui legis dispositionem sequi.l.3.ff.de leg.j.quique cum ea se conformare præsumitur, in re dubia credendus est quod quandiu superest aliquis de primo gradu cum eo non misceatur secundo gradu uocatus, sed demum postquam de primo gradu nullus supersit, quod autem testator uideatur in dubio se conformare cum legis dispositione etiam si sit miles, est tex.in.l.in testamen. C.de testamen.mil.ubi omnes.l.3.ff.de leg.j.l. si quido. in prin.cum gl.C.de inoff. testamento. Decimò, quia testator semper præsumitur uelle conseruare ius accrescendi inter cohæredes ad exclusionem substituti.l.fin. C.de inst.& subs.ibi, nam cum suę substantiæ partem matri de reliquit &c. docent Bar.& omnes in.l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Trebelianum. Vndecimò, quia quando plures sunt coadunati in una portione & alii plures in aliá, ueluti, si dixi 29 primus & secundus in dimidia, tertius & quartus in altera dimidia hæreditatis hęredes sunto.& adieci, uosq; omnes inuicem substituo.tunc primo repudiante eius portio secundo tantùm non etiam reliquis defertur, licèt si etiam secundus repudiaret tunc ad portionem tam primi quàm secundi, tertius & quartus admitterentur, sicq; illa reciproca substitutio, quæ re uera omnes quatuor comprehendebat ex proprietate sermonis restringitur ut non de persona ad personam, sed magis de portione ad portionem facta uideatur substitutio.l.cohęredi.§. qui discretas.ff.de uulg.secundũ intell.gl. & doct. commu.ibi & omnes in.l. reconiuncti.ff.de leg.3. Sic ergo & in specie nostra ista substitutio debet interpretari ut facta uideatur non de persona substituti ad singulas personas institutorum, sed potius de gradu substitutorum ad gradum institutorum. & hoc fundam. uehementer urget, si mentem iurium scirè gustaueris & perspexeris. Duodecimò, optimè 30 facit tex.in.l. si mulieri cum liberis.& in.l. si quis Titio.ff.de usufr.accres.& in.l. interdũ in pr.cum gl.ff.de hæred.instit.secundũ quod supra in duxi, & in ducit Bar.in.l.reconiuncti.n.28.ff.de leg.3.& in d.l.interdum. cuius doctrinam dum loquitur de iure accres.trahenda est ad ius substitutionis, quia ius accrescendi tacita substitutio est.l. si Titio & Meuio.§.Iulianus.ff. de leg.2. Tertiodecimò, facit, nam 31 non refert utrum omnes personę quę sunt in aliquo gradu specificè & nominatim numerentur & uocentur nominibus proprijs, an uerò, omnes uocentur indefinitè sub nomine appellatiuo. unde onus impositum nominatim uno ex institutis licèt non uideatur repetitum á substitutis.l.Celsus.§. quod alicuius.ff. de leg.2. tamen onus impositum hæredibus institutis simpliciter & indefinitè bene uidetur repetitũ á substitutis.l. si Titio & Meuio. §.Iulianus.ff.de leg.j.l. non iustam C.ad Trebel.& idem si id onus nominatim impositum sit omnibus institutis, nam tunc etiam á substitutis repetitũ uidetur, quia enumeratio omnium personarum institutarum nominatim facta & nominatio indefinita ęquiparantur. ita probat. l.ciuitatibus.§. Lucius.ff.de leg.j.declarant Bar. nu.54. in d.l.reconiuncti. quem omnes ibi sequuntur.Bartol.& omnes in d.§.Iulianus. Bartol.& omnes in d.§.quod alicuius. Bartol. & omnes in d.§. Lucius. modo sic si dicerem si instituti hęredes non erunt substituo, tunc sine dubio substitutus non admitteretur nisi post exclusionem omnium institutorum ut illico dicam, & tenent Bar. & omnes in d.§.cum ita.ergo idem si dixi, si primus aut secundus hæredes non erunt, quia hæc enumeratio institutorum nominatim facta, cùm sit de omnibus personis in primo gradu comprehensis habetur perinde ac si omnes collectiuè & indefinitè essent in conditione positi. Et id fundam. urget si hanc materiam scitè perspexeris. Quartodecimò facit, quia si substitutio sit informis, qualis est illa, si post plures institutos adieci, tertium substituo. in hac inquàm substitutione omnes admittunt (ut statim dicam) quòd substitutus non admittitur nisi post omnium institutorum exclusionem, & tamen certum est quòd uerbum substituo est amplissimum, aptum comprehendere non solùm eos casus, qui sunt antequam acquiratur acquirive possit relictum, sed etiam post relictum quęsitum & postea morte primi nominati amissum ut patet in.l. iam hoc iure. ibi, hoc communi uerbo.ff. de uulg.docet nouissimè in simili Corrasius in.l. ubi.C. de impub. Ergo si adieci si primus aut secundus hęredes non erunt, tunc uirtus uerbi substituo, uolui ut restringeretur, ita ut substitutus non post hęreditatem ab institutis quęsitam admitteretur, sed demum si repudiassent uel alias non acquisissent hęreditatem. Tunc sic, si quando uerbum substituo nõ est restrictum per adiectionem illam, si hęredes non erunt, ad huc substitutus non admittitur nisi post omnium institutorum exclusionem quanto minus debet admitti, quando adiecta est illa cond.per quã ipse substitutus difficilius admittitur quàm admitteretur si conditio illa adiecta nõ fuisset. Quintodecimò, facit, quia (ut dixi circa intellectum.l.Lucius.ff.de hær. inst.) si 32 post aliquod præceptum affirmatiuũ quod ad duos directum fuit (quale est cùm dixi, primus & secundus hæredes sunto) subsequitur oratio negatiua & disiunctiua, perinde est ac si essent duæ negatiuæ. Vnde postquam dixi primus & secundus hæredes sunto. Non refert utrum adiiciam si neque primus, neque secundus hæredes erunt, tunc substituo. an uerò adiiciã, si primus hæres non erit, aut secundus, nam postquam iussi ut uterque hæres esset, subiiciens si primus aut secundus hæredes non erunt, tale est ac si dicerem, si neque primus neque secundus, iste est propriè sensus loquentis. & ita scitè interpretatur consultus in d.§. item si patet. & in d.l. generaliter.C. de institu. & subs. nam non refert in lingua Latina utrum dicam, quem quærebamus nec est domi, nec ruri, an uerò neq

est

28 *Substitutiones ut in successionibus legitimis á lege gradui & nõ personis fieri uidentur, ita & cum fiunt á testatore gradui, non personis singulis facta intelliguntur.*

29 *Corpus unum faciunt, qui sunt in uno gradu.*

30 *Vnum corpus fa-* *ciunt, qui collectiuè uocantur.*

31 *Indefinite uocatis ni nominata aliquando ex æquatur.*

32 *Disiunctiua sæpe sumitur pro copulatiua.*

est domi aut ruri. Nec est tristis nec hilaris, nec est tristis aut hilaris, nec est in ocio nec in negocio, nec est in ocio aut negocio. Et ità uidetur esse de mente. l. si is qui docenta. §. uerum. ff. de reb. dub. Sextodecimò, facit. l. cum quidam. cum. l. sequ. C. de uerborum signif. & facit quia quando plures inuitantur simpliciter ad hæreditatem uel legatum, tunc unusquisque ad solidum uocatus intelligitur. l. Meuio in princ. in uerb. totus. ff. de leg. 2. l. coniunctim. ff. de leg. 3. l. 1. §. fin. in uerb. totius. ff. de usufr. accresc. & d. l. inde Neratius. uerb. in solidum. ff. eo tit. l. si separatim in uerb. totus. ff. de cond. & dem. l. si ita scriptum in uerb. ex asse. ff. de hær. inst. l. an. §. hoc ita tam uarie & §. sin aut disiunctim &. §. sin autem ad deficientis. & §. sin uerò nemo. C. de cad. toll. ergo si postquam iussi duos hæredes esse quo casu quisque ad solidum inuitatus uidetur, adieci, si primus aut secundus hæres non erit, tunc sensus est, ut si primus aut secundus hæres erit, qui ad totum inuitatus uidetur, tunc substitutus non admittatur.

Denique etiam si fateremur quòd hæc interpretatio non descendit ex proprietate uerborum uel dubium esset, an ex proprietate uerborum descenderet, tamen cum negari non possit, quin is sensus sit magis uicinus, proximus, contiguusq; uoluntati testatoris tenendus, sequendusque esset.

Præterea cùm post duos institutos dixi, si ambo hæredes non erunt, uel omnes hæredes non erunt, substituo. tunc omnes admittunt, ut substitutus non admittatur nisi demum post omnium exclusionem, & tamen illa uerba negatiua, si omnes uel ambo hęredes non erunt, habent affirmatiuam implicitam & uirtualiter insitam: est enim perinde ac si dictum esset, si omnes uel ambo hæredes esse desierint, substituo. quo casu sine dubio etiam ex ui uerborum substitutus excluditur per aditionem unius. quia tunc non esset uerum quòd ambo hæredes esse desiissent. ergo &c.

Denique pro hac parte faciunt omnia argumenta, quæ enumerauimus suprà dum de uulgari aut informi substitutione loquebamur, & hanc partem olim inter plura quam 700. paradoxa Salmanticę tuebamur, licèt sit contra communem sententiam doctorum in. l. hęredes mei. §. cum ita. ubi Soci. ibique late Ripa in 95. post alios. ff. ad Trebell. & in. l. pen. C. de impub. ubi per Alex. Corn. Ias. Deci. Corrasi. Curti. & alios & contra communem sententiam eorum, quos retulimus suprà dum de uulgari loquebamur præsertim Paul. & Soci. in. l. si is qui ducenta. §. item si pater. ubi per nouissi. ff. de reb. dub. Soci. post Bar. & alios in. l. 1. ff. de uulg. in 2. quæst. 5. quæs. prin. Bar. in. l. uel singulis. ff. de uulg. Areti. Alex. & Ias. in. l. potest eod. tit.

33 Substitutus pluribus alternatim post mortem cuiusque admittitur. contra communem.

4. Casus, cùm 33 substitutio alternatim facta fuit, ueluti si post duos institutos, adieci, si primus hæres non erit aut secundus hæres non erit, substituo. & tunc magis dubium, an post exclusionem cuiusque statim substitutus admittatur? sed tamen magis est, ut idem adhuc sit quòd in superiore specie. neque enim refert ad iuris effectum utrum alternatiuè fiat, an uerò alternatim si rectè mentem sensumq; loquentis inspexeris, licèt sonitus uerborum aliud suadeat. Et ita olim inter plura quàm 700. paradoxa tuebamur. licèt sit contra magis communem sententiam eorum, quos suprà retulimus tam in d. §. cum ita. quàm in. l. pen. C. de impuberum. & alibi sæpe. & hanc partem probant omnia fundamenta, quæ suprà retulimus in quæst. proxima, quãdo substitutus alternatiuè uocatus fuit, & omnia etiã fundamenta, quæ retulimus supra quãdo simpliciter aut indefinitè inuitatus fuit, quę omnia repetere nõ expedit.

34 Substitutus pluribus indefinitè non admittitur, nisi post omnes exclusos. cum communi, noua ratio.

5. Casus, quando 34 substitutio fit simpliciter informiter uel indefinitè, ut si post duos institutos adieci, substituo, si hæredes non erunt. uel si prędicti hęredes non erunt. & tunc teneo quòd substitutus non admittitur, nisi demum post exclusionem omnium institutorum per fundamenta adducta in tertio casu, & quę etiã superius adduximus in illa principali quęstione idque communiter receptũ est, & probatur aperta ratione. Nam non solùm ut superius deduximus id ex mente testatoris est, sed etiam non repugnat proprietati uirtualiter uerborum. Nam; qui dixit, si hęredes non erunt, similis est ei, qui dixit, si hæredes esse desierint, quo casu per aditionem unius statim substitutus excluderetur; quia uno repudiante uerum non est quòd hęredes esse desierunt instituti, nec enim omnes non hęredes existunt. Vides ergo ut una eademque atque indiuidua conditio substitutionis potest concipi dupliciter uel uerbis affirmatiuis, uel negatiuis, primo modo uerba excludunt substitutum per aditionẽ etiam unius tantùm, secundo modo uerba non excludunt substitutum per aditionem unius tantùm. Cùm ergo hęc fallacia sit in uerbis, superest ut mentem testatoris sequamur; qua inspecta substitutus admittendus non est, nisi post uniuersorum exclusionem. & ita est communis op. eorum, quos suprà retulimus contra quam plures pugnantes.

35 Substitutus pluribus copulatim, non admittitur nisi post omnium exclusionem, cum communi.

6. Casus quando substitutio fit copulatim, ut si dixit, si primus & secundus hęredes non erunt, tunc substituo, & tunc omnes admittunt, quòd 35 substitutus non aliter admittetur quàm si omnes instituti exclusi sint, quod & nos tenemus per fundamenta superius in quęst. principali & etiam in tertio casu relata. licet si rectè inspexeris in hoc casu inspecta cortice uerborum uideretur substitutus admittendus statim post exclusionem cuiusque institutorum; quia cum dixi, si primus & secundus hęredes non erunt, uno repudiante uerum est eos hęredes non esse. Sed & in hoc casu aduertendum est, quod testator quilibet putabit nil interesse inter hęc uerba, si primus & secundus hęredes non erunt, & hęc uerba, si primus & secundus hęredes esse desierint, tunc substituo. Et tamen priori casu facies uerborum suadet substitutum post cuiusque instituti exclusionem admittendum: secundo autem casu non admittendum, nisi demum post omnium institutorum exclusionem. unde cum in uerbis tam facilè sit fallacia mens testantis sequenda est. Et ita est de mente & sententia eorum, qui communem sententiam tuentur.

36 Substitutus pluribus copulatiuè non admittitur, nisi post omnes exclusos cum communi.

7. Casus, quando 36 substitutio fit copulatiuè, ut si post duos institutos dixi, si primus & secundus hęredes non erunt, & tunc communis opin. est quòd substitutus non admittitur, nisi demum post exclusionem amborum: quod & nos admittimus per fundam. relata in principali quęstione, & quę retulimus supra in. 3. casu, licèt & hoc casu inspecta uerborum cortice similiter negari non possit quin substitutus statim post exclusionem alterius ex institutis admittendus uideretur cum altero repudiante; uerum sit quòd primus & secundus hęredes non fuerunt. Sed & hoc casu testator, qui huius intentionis re uera fuit ut substitutus non aliter admitteretur quàm post amborum exclusionem potuit disponere altero de duobus modis, primò, si primus & secũdus hęredes nõ erunt, secundò si primus & secundus hęredes esse desierint. illo casu uidetur cõditio substitutionis uerificata per repudiationẽ unius, isto autẽ casu non uerificatur ex ui etiam uerborum, nisi demum utroque repudiante, ergo mens testatoris sequenda est, cùm in uerbis facilè sit fallacia, & est ex mente eorum, qui communem op. tuentur.

37 Substitutus pluribus collectiuè non admittitur, nisi post omnes exclusos cum communi.

8. Casus, quando 37. substitutio fit collectiuè, ut si post duos institutos adieci, si ambo hæredes non erunt &c. Et tunc communis opin. est quòd substitutus non admittitur, nisi demum post omnium exclusionem, id, quod & nos sequimur per fundamenta principalis quæstionis, & per ea, quæ diximus in. 3. casu. licet & hoc casu uideretur inspecta cortice uerborum quòd statim post cuiusque exclusionem substitutus admitteretur cum altero repudiante. Verùm sit quòd am

38 *Substitutus pluribus uniuersaliter non admittitur, nisi post omnes exclusos. cum communi.*

bo non extiterunt hæredes est consequenter quòd substitutus ut pote conditione uerificata deberet admitti. Sed & hoc casu similiter aduertendum est, quòd & illa uerba, si ambo hæredes non erunt interpretantur, idest, si ambo hæredes esse desierint. At hæc conditio, si ambo heredes desierint, non aliter uerificatur quàm per omnium exclusionem ergo &c. & est ex mente eorum, qui communem op. tuentur.

9. Casus, quando 38 substitutio facta fuit collectiuè & uniuersaliter, ut si post plures institutos, adieci, si omnes instituti hæredes non erunt, tunc substituo

39 *Substitutus pluribus distributiuè non admittitur, nisi post omnes exclusos. cũ cõmuni.*

quo casu in omnibus dic ut in casu superiore, secundum communem opin. quod eò facilius procedit, quia hic cadit & illa consideratio, quam supra fecimus; scilicet quòd sensus, loquẽtis hoc modo, si omnes hæredes non erunt perinde est, ac si diceret, si omnes hæredes esse desierint. Et est ex mente eorum, qui communem op. tuentur.

10. Casus, quando dixi, 39 si uterque hæres non erit. quo casu substitutio est distributiue facta. Communis opin. est, quòd post repudiationem unius non

40 *Substitutus pluribus repetitiuè non admittitur, nisi post omnes exclusos.*

statim admittitur substitutus, sed demum post repudiationem amborum, quinimmo altero adeunte statim expirat substitutio illa uulagris & est uera conclusio, ut tradunt communiter doct. præsertim Alex. in. l. pe. C. de impuberum.

11. Casus, quando 40 substitutio fit, ita, post duos hæredes scriptos, adieci, si primus, item secundus hæredes non erunt substituo. quo casu est facta substitutio repetitiuè, & tunc dic ex mente doct. idem

41 *Substitutus pluribus implicatiuè non admittitur, nisi post omnes exclusos. cum cõmuni.*

quòd quando fit copulatiuè & consequenter quòd substitutus non admittitur, nisi demum post omnium exclusionem.

12. Casus est, quando 41 substitutio fit implicatiuè, ut si post duos hæredes scriptos, adieci, si primus secundus etiam hæredes non erunt, substituo. & tunc ex mente doct. dic idem quòd quando fit copulatiuè & cõsequenter quòd substitutus non admitatur, nisi demum post omnium exclusionem quasi uniuerso gradui, non etiam singulis personis substitutus intelligatur.

13. Casus, quandò 42 substitutio fit similitudi-

42 *Substitutus pluribus similitudinariè non admittitur, nisi post omnes exclusos, cum communi.*

nariè, puta post duos hæredes scriptos, adieci si primus, secundus similiter hæredes non erunt, substituo. & tunc idem quòd quando fit copulatiuè, ut substitutus demum post omnium institutorum exclusionem admittatur: quasi non tam singulis personis, quàm uniuerso gradui substitutus intelligatur. & hanc esse communem opin. hoc casu & tribus præced. apparet ex all. per Ripã in. d. §. cum ita.

14. Casus, quando 43 substitutio fit aduersatiuè, ut si post duos hæredes scriptos, adieci, si primus, secundus uerò hæredes non erunt, quo casu aduersatiua inducit haberéque uim copulæ secundum Bar. in. l. re cõ-

43 *Idem si fit aduersatiuè cũ communi.*

iuncti. ff. de lega. 3. & tunc idem quòd si fieret per copulam.

15. Casus, quando 44 substitutio fit solutè, ut si dixi, post duos hæredes scriptos, si primus, secundus, hæres non erit, uel ita, si primus, si secundus hæres

44 *Idẽ si fiat solutè cum communi.*

non erit. & tunc idem quòd diximus, quando fit copulatiuè, quia oratio soluta habetur pro coniuncta. l. triplici. ff. de uerbo. sig. Bar. & omnes in. d. l. re coniunctiuume. 29.

45 *Substitutus ei, qui nouissimus decesserit non admittitur, nisi post omnes exclusos. cũ cõmuni.*

16. Casus, quando 45 substitutio fit nouissimo, ut si dixi, & ei, qui nouissimus hæres esse desierit, substituo. & tunc demum post omnium exclusionem admittetur substitutus. arg. l. cum in test. in pr. ff. de hær. inst. l. si mater. §. fi. ff. de uulg. l. si Titius cohæredi. l. cohæredi in prin. ff. eod. §. sed si instituto inst. de uulg. & in eo quæstio erit, an inter duos primos uideatur facta reciproca substitutio secundum communem op.

17. Casus, quando 46 substitutio fit informiter, puta post duos hæredes scriptos, adieci, & substituo tertium. & tunc communis opin. est, quam tenent Bar. & omnes in. l. Gallus. §. quidam recte. ff. de lib. & posth. quòd uidetur facta uulgaris substitutio, ut plenius diximus supra & consequenter substitutus demum post omnium exclusionem admittetur, ut plenè supra disseruimus. 46 *Idẽ si substitutio fiat informiter cum communi.*

18. Casus, quando fit substitutio uulgaris in tota hæreditate, puta post duos hæredes scriptos, adieci, & Titium in uniuersa hæreditate substituo. & puto non admittendum, nisi demum post exclusionem omnium: & sensus illius uerbi in uniuersa hæreditate, est, quòd amborum repudiantium portiones ad hunc pertineant; cogitauit enim testator quòd primi repudiantis portio coniuncto deferatur in cuius portione & portionem repudiatam substitutus inuenturus sit, sicque ad totum inuitatur. uel dic sensum testatoris fuisse, ut omnibus non singulis, uel non uni eorum tantùm substitueret: cogitauit enim testator posse euenire ut omnes primò nominati uoluntate uel in potentia excluderentur, quo subsequto uoluit sibi prouidere, per talem substitutum & id nobis probare uidetur tex. in. l. si mater. §. fi. & in. l. si Titius & in. l. cohæredi. in prin. ff. de uulgari. & in. l. cũ in testamento. in prin. ff. de hære. insti. & in. §. sed si instituto. inst. de uulgari. Quinimmo hæc interpretatio in specie nostra expeditior est quàm erat in terminis illarum legum propter uerbum tota, uel totum. argum. l. Titia Seio. §. Seia libertis. ff. de lega. 2.

De subsidiaria substitutione.

§. XXV.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissaria fit principaliter fauore fideicommissarij, uulgaris autem fauore testamenti.*
2 *Fideicom. facta singulariter post mortem cuiusque habet locum. cum communi.*
3 *Idem si fiat distributiue cum communi.*
4 *Idem si fiat alternatim, cum communi.*
5 *Idem si fiat alternatiue, cum communi.*
6 *Idem si fiat copulatim, cum communi.*
7 *Idem si fiat copulatiue. cum communi.*
8 *Idem si fiat collectiue. cum communi.*
9 *Idem si fiat uniuersaliter. cum communi.*
10 *Idem si fiat distributiue cum communi.*
11 *Verbum distributiuum quid significet.*
12 *Idem si fiat repetitiue. cum communi.*
13 *Idem si fiat implicatiue. cum communi.*
14 *Idem si fiat similitudinarie. cum communi.*
15 *Idem si aduersatiue. cum communi.*
16 *Idem si fiat solute cum communi.*
17 *Fideicom. facta nouissimo morienti non habet locum post mortem primi. cum communi.*
18 *Fideicom. facta nouissimo morienti simpliciter trahitur ad utranque portionem contra communem.*
19 *Verbum totum à uerbo indefinito non differt.*
20 *Fideicom. ita facta, institutis substituo talem in tota hæreditate, habet locum post mortem cuiusque. contra communem.*
21 *Substitutus per fideicom. ei, qui nouissimus decederet ad totum inuitatus uidetur licet non adijciat uerbum totum, sed indefinite loquatur. contra communem.*
22 *Iussus capere post mortem omnium amborum uel utriusque, an assimiletur ei, qui iussus sit accipere post mortem nouissimi quòd non. contra communem.*
23 *Restituere si iussus sit qui nouissimus decesserit ex pluribus tunc inter illos tacita fideicommissaria facta uidetur. contra communem.*
24 *Intell. §. Seia libertis in. l. Titia Seio. ff. de leg. 2.*

Indefi-

25 Indefinita æquipollet uniuersali.

26 Totum intelligitur rei simpliciter legatæ appellatione.

27 Intell.l.cum.ff. ad treb.

28 Restituere totum ex primo nominatis, qui nouißimus moreretur iussus si fuit, tacita fideicommissaria inter illos facta uidetur cum communi op. Idem si uerbum totum adiectum non esset. contra communē. Vnde primi morientis portio ad sibi cõiunctū migrauit contra communem. & postea utraque portio ad fideicommissarium pertinebit. contra communem. idemque etiam in legatis.

29 Post mortem omnium amborum uel utriusque si iussa sit restitui tota hæreditas, uel legatum, non uideatur facta inter grauatos tacita substitutio, sed post mortem primi statim admittitur substitutus. ardua quæstio.

30 Quid si uerbum, totum, non sit adiectum & tunc post mortem cuiusque ex primo nominatis admittitur substitutus.

31 Substitutio omnis, quæ post aditam hæreditatem locum habet, si pluribus sit post mortem cuiusque admittit substitutum, secus in substitutionibus, quæ ante aditam tantùm hæred. locum habent, estque egregia quæst.

32 Vulgaris substi. & similes ad diuersum finem sunt quàm fideicommissaria & similes.

33 Voluntas, ueri similitudo, uerba, ut inter se præferantur.

34 Intell.l. cum qui ff.ad treb.

35 Fideicom. facta in portione tantùm ultimi morientis nunquam trahitur ad utranque portionem. contra communem. & idem in pupillari similiter contra communem.

36 L.cum qui.ff.ad treb. procedit etiam in pupillari data paritate terminorum. contra communem.

37 Lim.d.l.qui duos in.5.casibus seq.ff.de uulg.

38 Succeßio legitima defertur fratribus simul cum auo uel auia.

Illatio noua.

39 Pupillaris facta in parte pupilli ultimo morientis si erant alij fratres, & auus nunquam trahitur ad utriusque impuberis portionem contra mentem communis opinionis. idem si alii fratres non essent, sed tantùm auus uel auia impuberum contra mentem communis opin.

Illatio noua.

Illatio noua.

Illatio noua.

40 Pluralitas ex interpretatione resoluitur in singularitates cum communi.

41 Statutum ut stantibus masculis filiæ fœminæ non succedant stante uno filia excludit fœminas contra Feli. cum multis.

42 Fideicommissaria facta post mortem omnium institutorum uendicat locum post mortem cuiusque cum communi contra Curti. Iuni. Paul. & alios.

43 Substitutio illa post mortem omnium institutorum tota hæreditas restituatur, habet locum statim post mortem cuiusque contra communem.

44 Fideicommissaria facta duobus ut si uterque decesserit restituat post mortem cuiusque uendicat locum.

45 Intell.l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad treb.qui non procedit speciali fauore sanguinis sed secundum ius commune contra doct.

Illatio contra communem.

46 Fideicommissaria ita facta, si uterque filius sine liberis decesserit restituat, alter cum liberis, alter sine liberis decessit, ad huius succes. admittit substitutum egregia q.

47 De pupillari substitutione.

48 Pupillaris fit principaliter fauore ipsius pupilli.

49 Pupillaris facta alternatiue, uel alternatiue an post mortem cuiusque locum habeat noua op.

50 Pupillaris substitutus an post mortem cuiusque statim admittatur. noua op.

51 Etiam quando impuberes quorum ultimo morienti pupillariter substitui non succedebant inter se ab intestato, non uidetur inter eos facta reciproca eademque directa substitutio.

52 Substitutio nunquam inducitur per coniecturas, si est directa.

53 Substitutio non facta non recipit extensionem secus si aliquo casu facta sit, nam tunc potest extendi ad alios casus, declaratio noua.

54 Prorogari non potest terminus finitus.

55 Iurisdictio nulla non recipit prorogationem.

56 Iurisdictio delegati non prorogatur partium consensu.

57 Accrescere portio portioni nullæ non potest.

58 Etiam quando impuberes quorum nouißimo morienti pupillariter substitui inter se ab intestato non succedebant, non uidetur inter eos facta reciproca fideicommis.

59 Fideicom. subst. coniecturis potest induci.

60 L.pe.C.de impub. non procedit quando impuberes ab intestato inter se non succedebant, uel non soli, sed cum alijs.

61 Pupillaris facta pluribus, qui inter se ex toto non succedebant habet locum statim post mortem cuiusq; contra communem, licet non fiat ei, qui nouißimus decesserit, sed post mortem utriusque uel amborum uel omnium.

62 Rei appellatio uerificatur in parte ex præsumpta uoluntate testatoris.

63 Pluralitas resoluitur in singularitates.

64 Rei simpliciter prolatæ appellatione intelligitur tota res.

65 L.pe.C.de impub.non procederet si essent alij fratres præter impuberes.

66 Intell.l. Tauri.

Illatio contra communem.

Illatio contra communem.

Illatio contra communem.

Illatio contra communem.

Illatio contra communem.

67 Illatio cum Curtio contra Ang. & Aretinum.

68 Illatio contra Paul. cum communi.

Illatio contra Curtium.

69 Illatio contra Curtium Ias. & alios communiter.

Illatio contra communem.

70 Substitutus pupillariter ei, qui nouißimus decesserit non facit uideri factas reciprocas fideicommis. inter impuberes. cum communi contra nouißimos.

71 Substitutio, illa eis substituo, non singulis sed uniuersis facta uidetur contra Corn. Bal. Ang. & Curti. Iuniorem.

72 Primum, secundum, & tertium instituo, si primus & secundus hæredes non erunt, eis substituo. non singulis sed ambobus facta uidetur substitutio contra Alex. & Curtium.

73 Substitutio pupillariter facta in tota hæreditate ei, qui nouißimus decesserit, non inducit inter impuberes tacitam substit. siue fiat uniuersaliter, siue distributiue, siue collectiue siue ei, qui nouißimus decesserit contra communem. plures conclusiones.

74 Verb. tota, nil importat.

75 Reciproca facta non uidetur inter impuberes, licet eis pupillaris facta sit in tota hæreditate contra communem, unde si prior post pupillarem decederet superstiti portionem suam restituere non teneretur. cum Viglio contra Areti. & Cauar.

76 L.qui duos.de reb.dub.cum conc. procedit ex interpre-

runt hæreditatem uel legatum cæpit cessare ius accrescendi. Vnde mortuo altero, nisi datus esset fideicom. subst. ea portio ad hæredes morientis transiret, non autem accresceret cohæredi, uel collegatario grauati. l. j. §. fin. ff. de usufruc. accresc. modo autem per interuentum fideicommissarij hæredes grauati priuantur ea portione, quam fideicommissarius eius adimit & sibi accomodat, sicque per eius interuentum nil amittunt cohęredes uel collegatarii morientis grauati, sed eius hæredes & iure meritoque, quandoquidem longè magis fideicom. quàm grauati hæredes à testatore fuit delectus. Nec ad rem pertinuit quod cohæres grauati fuerit omnibus dilectior, quia illud quandiu ius accrescendi locum habere potest, secus post portionẽ quæsitam, quo casu ius accrescendi & sic ius cohæredis uel collegatarii iam expirauerat. Sicq; ex mente testatoris contra eius uerba admittitur fideicom. post mortem cuiusque, ita tenent omnes in. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. & omnes & in. l. pe. C. de impub. & in. l. Titia Seio. §. Seia libertis. ff. de leg. 2. per. dd. ll. Ripa in d. §. cum ita num. 95. Paul. & Soc. in. l. si is qui. §. item si pater. ff. de rebus dubi.

7 *Idẽ si fiat copulatiue. cum communi.*

In sexto casu, quando 7 fideicom. substitutio fit copulatiuè, ut si post duos ad hæreditatem legatum'ue inuitatos, dixi, si primus decesserit, & secundus decesserit restituatur. tunc dic secundum omnis idem quod in casu superiore.

8 *Idẽ si fiat collectiue. cum communi.*

In septimo casu, quando 8 post duos ad hæreditatẽ legatum'ue inuitatos dixi, si ambo hæredes non erunt restituatur. quo casu substitutio dicitur fieri collectiuè tunc contra uim uerborum ex mente restantis post mortem cuiusque ad eius portionem admittitur fideicommissarius ut in. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebeli. ubi per omnes. & per doct. in. d. l. pe. C. de impuberum, ad. l. pe. C. de impuberum. ubi uidetur probari contrarium, dic quod procedit quando portio præmorientis poterat peruenire, immo ex necessitatè perueniebat ad cohæredem coniunctum iure legitimo: hic autem peruenire non poterat, sed tantùm ad hæredes præmorientis, qui non tam dilecti erant testatori quam fideicommiss. secundum doct. communiter in. d. l. pe. & in d. §. cum ita.

9 *Idẽ si fiat uniuersaliter. cum communi.*

In octauo casu, quando 9 substitutio fideicom. fit collectiuè & uniuersaliter, ut si dixi. si omnes hæredes scripti hæredes non erunt, tunc restituatur. & tunc idem eadem ratione, quòd in casu superiore, per tex. in d. §. cum ita. ex mente doct. ibid. communiter.

10 *Idẽ si fiat distributiue cum communi.*

In nono casu, quando 10 substitutio fideicom. fit distributiuè, ut si post duos hæredes scriptos, adieci, si uterque hæres nõ erit restituatur, & tunc idem quod in casu superiore secundum doct. communiter per tex. ibi in d. §. cum ita. Dictio enim uterque, est dictio distributiua & longè differt à dictione ambo, de qua in septimo casu. Nam 11 uirtus distributiui nominis est attribuere actum rei, cuiq; insolidum, secus in dictione collectiua, qualis est dictio ambo, uel in dictione uniuersali, qualis est dictio, omnes, nam si dixi uterque fert lapidẽ, sensus est, quòd singuli singulos lapides ferunt. argumento tex. in. l. fin. C. de impuberum. cum sua materia. at si dixi ambo ferunt lapidem. sensus est quod unius lapis fertur ab ambobus. idem in dictione omnes, nam si dixi, omnes ferunt trabem. sensus est, quòd unica transfertur ab omnibus, non quòd singuli singulas trabes ferunt, ut scitè docet Ripa in d. §. cum ita in prin. doct. in. l. fin. C. de impub. & in. l. si is qui ducenta. §. utrum. ff. de reb. dub.

11 *Verbum distributiuum quid significet.*

12 *Idẽ si fiat repetitiue. cum communi.*

In decimo casu, quando 12 substit. fideicom. fit repetitiuè, ut fit post duos hæredes scriptos, dixi, si primus item secundus decesserint, tunc restituatur. dic idem quòd diximus quando fieret subst. copulatiuè uel copulatim, quia dictio item & similes dictiones repetitiuæ sunt eiusdem potestatis cuius dictio copulatiua secundum moder. in. l. reconiuncti. ff. de leg. 3. ex mente doct. communiter ubi supra.

13 *Idẽ si fiat implicatiue. cum communi.*

In undecimò casu, quando 13 fit subst. fideicom. implicatiuè, ut si post duos hæredes scriptos, adieci, si primus secundus etiam decesserit, restituatur. tunc idem quòd in superiore casu: quia dictiones implicatiuæ habent uim copulæ secundum doct. in. d. l. reconiuncti. & in. l. in repetendis. ff. de leg. 3. ex mente doct. communiter ubi suprà.

14 *Idẽ si fiat similitudinarie. cum communi.*

In duodecimò casu', quamuis 14 subst. fideicom. fit similitudinariè, ut si post duos hæredes scriptos dixi, si primus secundus similiter decesserint, tunc restituatur. tunc dic idem quòd quando fit per copulam, quia dictiones similitudinariæ secundum doct. in d. l. reconiuncti. & in d. l. in repetendis. habent uim copulæ.

15 *Idem si aduersatiue. cum communi.*

In tertiodecimò casu, quando 15 subst. fideicom. fit aduersariuè, ut si post duos institutos, dixi, si primus secundus uerò decesserint, tunc restituatur. adhuc idem quòd quando fit per copulam. quia dictiones aduersatiuæ habent uim copulæ secundum Bar. in d. l. reconiuncti. ff. de leg. 3. num. 13. & 14. quem sequuntur doct. communiter ibi.

16 *Idẽ si fiat solute cum communi.*

In quartodecimò casu, quando 16 subst. fideicom. fit soluiè, ut si post duos hæredes scriptos, dixi, si primus secundus decesserint restituatur. tunc idem quòd quando fit per copulam: quia oratio soluta habet uim copulæ. tex. in. l. triplici. ff. de uerb. signifi. Bar. in d. l. reconiuncti. num. 11. cum quo est communis op. ut per Ias. ibid. num. 74. Ripam num. 44. Crotum num. 27. Polsgum num. 16.

17 *Fidecom. facta nouissimo morienti non habet locum post mortẽ primi. cum communi.*

In quintodecimò casu, quando 17 subst. fideicom. fit nouissimo morienti, ut si post duos institutos, dixi, is, qui nouissimus decesserit, restituat hæreditatem uel legatum. tunc post mortem primi non admittitur statim fideicom. sed demum post mortem nouissimi. l. uel singulis. ff. de uulg. §. uel singulis. inst. de popill. l. Titia Seio. §. Seia libertis. ff. de leg. 2. Sed dubitatur, an in portione nouissimi inueniet etiam portionem primi? & distingue tres casus, aut enim testator expressit quòd nouissimus moriens restitueret totam hæreditatem uel legatum totum, & tunc in portione ultimi inueniet & primi portionem, quasi primus iussus uideatur suam portionem secundo restituere: secundus uerò iussus sit utranque restituere fideicommissario. ita precedit d. §. Seia libertis. secundum doct. cõmuniter ibi & ubique, Aut uerò 18 testator simpliciter & indefinitè iussit, ut nouissimus moriens hæreditatem legatum'ue restitueret, & tunc nouissimus moriens partem tantùm suam rogatus restituere uidetur, in qua non ibit inclusa portio præmorientis, nec is suam portionem ultimo morienti restituere rogatus uidetur. ita procedit tex. in. l. uel singulis. ff. de uulg. §. uel singulis. inst. de pupill. l. eum qui. ff. ad Treb. secundum doct. communiter in d. l. eum qui & in d. l. uel singulis. & in d. §. Seia libertis. id quod apud nos uerum non est, ut dicemus illico. Aut uerò testator expressim iussit, ut ultimo moriens portionem suã restitueret: & tunc fideicommissarius in ultimi morientis portione non inuenier portionem præmorientis secundum doct. communiter per. l. eum qui. ff. ad Trebeli. quo ad præced. casum doct. quos allegaui infrà uers. iuxta prædicta tenent contrarium eius quod tenemus.

18 *Fideicom. facta nouissimo morienti simpliciter trahitur ad utranque portionem contra communem.*

In decimoseptimò casu nõ potest formari hæc subst. fideicom. nam si post duos institutos, dixi, & si decesserint substituo. iam formata est uel compendiosa uel fideicom. ergo si post duos institutos dixi, & tertium substituo. tunc si testator esset miles de eius uoluntate constaret quòd uoluit facere fideic. subst. uel directam militarem, uel esset paganus & constaret quòd sub uerbo substituo, intellexit de fideicommissaria, licèt regulariter id uerbum ad directas tantùm subst. trahatur. argumento. c. si pater. de testam. in 6. l. uerbis ciuilibus. ubi glos. & doct. ff. de uulga. Bartol. & omnes in. l. centurio. ff. de uulga. tunc post mortem cuiusque hæredis statim fideicommis. admitteretur. argumento. l.

fin-

fin.§. filium.ff.de leg.2.l. Lucius.§.Caio.ff.ad Trebeli.

19 *Verbum totum à uerbo indefinito non differt.*

In decimo octauo casu, quando 19 subst.fideicom. fit in tota hæreditate, ut si post duos institutos iussi, ut qui nouissimos moreretur, is totam hæreditatem legatum'ue restitueret. tunc non statim post mortem primi admittitur fideic. sed post mortem nouissimi in cuius portione inuenit portionem etiam primi morientis & utranque capit ex ui substitutionis. Quòd si similiter di 21, si 20 decesserint tota hæreditas restituatur. tunc interpretor uerbum tota nil noui inducturum: ut sit sensus quòd tota hæreditas restituatur, non simul, sed ordine, ut primus moriens partem suam restituat simul ac decesserit, deinde secundus moriens alteram partem restituat sicque bina restitutione non unica totius hæreditatis fiat restitutio. moueor per tex.in.l.fin.§.filium. ff.de leg.2.&.l. Lucius.§.Caio.ff.ad Trebeli. hoc modo indocendo. Nam ibi dicitur quod si duo iussi sunt post mortem restituere hæreditatem, tunc non est sensus, ut primus portionem suam secundo, deinde secundus moriens utranque fideicommissario restituat: sed est sensus, ut cum primum moriatur, alteruter statim portionem suam fideicom.restituat deinde secundo moriens alteram quoque portionem restituat. Sed ego habeo nil referre utrum simpliciter fiat coocessio, an per uerbum totum. nam utroque casu ad totum quisque inuitatus uidetur. argumento.l. Meuio. in prin.io uerb. totus.ff. de leg.2.l.coniunctim.ff.de leg.3.l.si separatum io uerb. totus.ff.de cond.& dem.ergo &c. Præterea, & fortius id probat.l.hæredes mei.§.cum ita.ff. ad Trebeli. ubi si uterque sine liberis decederet tota hæreditas iussa fuit restitui, & tamen sensus est, quòd si in persona tantùm alterius condit. subst.fideicom.existat, tunc dimidia hæreditatis restituatur. sicque uerbum tota hæreditas noo impedit quin una pluralitas resoluatur in suas singularitatis. ut.l.falsa.§.fi.ff.de cond.& demon.l.2.ff. de cood. inst.sic & in specie nostra, simul ac primus decesserit eius portio fideicommissario nó autem cohæredi defertur, Stringe, nam uerbum in fauorem fideicom. adiectum fuit, ut magis certa esset uoluntas testatoris totum ei restitui uolentis. ergo in eius damnum conuerti nó debet.l.legata inutiliter.ff.de leg.j.l. legata inutiliter.ff. de adi.leg.sed si simpliciter hereditas post mortem eorú iussa fuisset restitui, tunc statim post mortem cuiusque eius pars huic restitueretur, ergo multò magis si expressim tota hæreditas restitui iussa fuit.agnosco tamé cótrarium tenere communiter doct.ut per Paul.post Bar. & alios in.l. Titia Seio.§.Seia libertis.ff.de leg.2.per Soci. & Ripam & alios post Bar. ibi in.l.heredes mei.§.cú ita.ff.ad Treb.per Alex.post alios io.l.p.C.de impuberú.sed tu uide bis quis iostius induat arma. Idemq; tenent Paulus Castrensis & Barrholomeus Socinus in.l.si is qui ducenta.§. itě si pater.ff. de rebus dubiis Ripa ubi supra n.95. cum plur.seq.Socinus in.l.j.in.2 questione.5.questionis principalis.ff. de uulgari per Curtium Iuniorem in.d.l. pen.per Bar.Bal.Paul.Castr.in.l.Titia Seio.§.Seia libertis.ff.de lega.2.Paul.& Alex.in.l.eum qui.ff. ad Trebeli. Bar.post Dinum quem refer in.l.uel singulis.ff.de uulg. Alex.& plenius Ias.in.l.potest.ff.de uulga.Socinus in.l. qui duos.ff. de rebus dubi. Albericus post Rainerium quem refert in.d.l.eum qui.

20 *Fideicom. ita facta, instituti substitutio talem in tota hæreditate, habet locum post mortem cuiusque. contra communem.*

21 *Substitutus per fideicom. ei, qui nouissime decederet ad totum inuitatus uidetur licet non adijciat uerbũ totum, sed indefinite loquatur. contra communem.*

Iuxta prædicta reuoco in dubium iotell.l. Titia Seio. §.Seia libertis.ff.de leg.2.ex una parte, & .l.uel singulis. de uulg.l.eum qui.ff. ad treb. ex altera parte &.l.qui filiam.§.fi.ad.l.falci.&.l.qui duos.l.ex duobus.ff.de uulg. l.qui duos de rebus dub.l.pen. in pr.de secundum tab.ff. & Alex.in.l.pe.col.i.in fi.cum prin.seq.C.de impub.post alios, quos ibi refert.& idem Alex.in.d.l.eum col. 2. in prin.& ibi Paul.& Paul.in.d.l.Titia.d.§.Seia,& Bar.post Dinum quem refert in.d.§.Seia.& Bal.ibid. & Soci.in.l. qui duos de reb.dub.col.3.in medio & Bar.post Dinum in.l.uel singulis.de uulg. Alex.in.l. potest de uulg. post Bar.& alios, quos refert Ripa in.l. hæredes mei.§.cum ita num.16.cum.8.seq.ad treb.ff. Alex.in.l. pater filiam §.fin.ff.ad leg.fal.laté Ias.in.l. post.de uulg.nu.10.aiunt quòd ibi in.§.Seia. substitutio facta foit expressim in toto fundo. sentientes, quòd si simpliciter facta fuisset, tex. ille non procederet. Sed tone procederet tex. in d.l. eum.in qua substitutio facta fuit simpliciter etiam secundum Paul.ibi & Alex.col.i.cum princ.seq.& Paul. io.d.§.Seia & Rain.quem refert & sequi uidetur Albericus in.d.l.eum.mouentur ea ratione quòd (secundum eos) in fideicommissaria nunquam uenit, nisi pars tantùm quæ relicta est ei, qui rogatus est.argum.l. cohæredi.§.cum filiæ.ff de uulg.iuncta.l.sed & si sic in fi.de.leg. 3.ff. prædicta in fideicommissaria substi. nam io directa substi. pupillari, qui substitutus est ex duobus impuberibus ei, qui nouissimos decesserit similiter in parte tantùm sua uidetur substitutus: sed in ea inueniet etiam partem alterius impuberis, sicque substitotus licèt non immediate, tamen mediante persona alterius impuberis ultimo decedentis habebit etiam impuberis primò decedentis portionem: licèt ei substitutus non fuerit. ita intelligunt Paul. & Alex. col.i.in.d.l. eum. & est ex mente gl.& Bar.ibi, tenet Ram.quem refert & sequi uidetur Alberi.ibi,tenet Bar.in.l.qui duos.ff. de reb. dub. hanc intelligentiam dicit communem Alex.in.d.l. eum col.i. in primis aduerte circa.d. §.Seia.sunt tres intell. Primus, quòd ibi substitutio expresśim facta fuerit in toto fundo, ut proximè dixi. iste intell.licèt communis tameo ad illum tex.non est necessarius, nec conueniens ut ea litera apparet. Præterea eo attento sequeretur quod ille tex.noo procederet, si simpliciter facta fuisset ibi substitutio, quod falsum esse ostendam. Secundus intell.est quòd ibi loquatur in fideicommissaria, secus autem in directa, quem intell. tenet Alex.post alios, quos refert.in.l.pen. C.de impuberum.col. prima in fi.quòd ille tex.loquatur in fideicommissaria, fateor, sed quòd eius decisio in directa quoque pupillari locum non habeat falsum est, sic generaliter intelligendo. nam licèt procedat in terminis.l.uel singulis.de uulg. ff.§. uel singulis inst. de pupill. tamen non procederet quando impuberes inter se ab intestato succedere non possent, ut infrà dicam. Tertium ergo intell. teneo.s.quòd ille tex.procedat in casu dubio.i.cùm substitutio simpliciter facta fuit. ad cuius euidentiam præmitto, quòd si duobus institutis adiiciam, ei, qui eorum nouissimos decesserit, Titium substituo. tunc uideor uelle quòd Titius totum habeat. hoc primo probatur.in.d.§.Seia. si simpliciter & prout iacet intelligatur. facit. l. codicillis, in prin.ff.de usufr.leg. Secundò probatur in.l. heredes mei.§.cum ita.ff.ad treb.ubi substitutus simpliciter uocatus fuit sub hac conditione, si uterque institutorum decederet, nec fuit expressum quòd post mortem ipsorum totum haberet: & tamen tex.ait quòd substitutus in portionem utriusque uidetur uocatus, sed non facit, nam immo ibi in totam hereditatem fuit expressim uocatus. Tertiò est tex.in.l.eum qui.ff.ad trebel.à contrario sensu. nam nisi expressim ad partem tantùm fuisset uocatus, innuitur quòd totum habiturus fuisset. Quartò probatur ratione, nam nulla alia ratione ei, qui nouissimus decederet substituit testator, nisi quòd uoluit, ut post mortem hæredum omnium ad substitutum tota hæreditas perueniret, (post mortem autem ideo dixit, quia primo dilexit institutos, deinde substitutum.argum.l.Publius.ff.de condit. & dem.) nam nisi testator in alteram tantùm partem substitutum admitti uellet, certè tunc diceret post mortem Titii instituti aut fortè Seii instituti substituo Caium.ut, sic eius iudicium esset certũ appareretq; persona certa, cui substitutum dare uoluerit ut.l.si Titius ex parte.ff.de leg.3. & certè credendum est, quòd si uni tantùm per fideicómissum substituere uellet, id nominatim & certo iudicio fecisset, ut ab ipso dispositionis tépore appareret, cui substitutum uoluerit dare, non autem id relinqueret sub

incerto mortalitatis casu: unde credendum est, ei, qui nouissimus decederet substitutum ea mête fuisse quòd ad eum uniuersam hæreditatem post nouissimi obitum pertinere uoluerit. Quintò est tex. in. l. qui duos. ff. de uulga. in. l. ex duobus eod. in prin. in. l. pater filiam. §. fin. ad leg. fal. in. l. qui duos de reb. dub. ubi ex duobus impuberibus substitutum dedi ei, qui nouissimus moreretur nec expressi quòd post mortem nouissimi substitutus totum haberet: & tamen in. dd. ll. deciditur quòd si pariter obierint, tunc substitutus ad totam hæreditatem uocabitur non secus quàm si utriq; expressim esset substitutus. ratio autem (secundum omnes in. l. eum qui. ff. ad treb.) erit ex præsumpta mente testatoris, qui ad substitutum totam hæreditatem peruenire uoluisse creditur. Vnde siue alter prior decedat, tunc in hæreditate nouissimi inueniet, & hæreditatem seu portionem primi, siue pariter moriantur, tunc utrique ex propria persona & immediatè succedet, quasi utrique substitutus, ea demum ratione, quòd testator eum, qui post mortem nouissimi substituit utriusque portionem habere uoluit, licèt id non expresserit, quod uerum est etiã si diuersis temporibus impuberes moriantur, si tamen uter prior decesserit ignoretur. ut. l. penul. de secundum tab. in princ. ff. qui tex. est not. ad hoc secundum Ias. in l. ex duobus. ff. de uulg. in princ. sic ergo & in proposito, si per fideicommissum ultimo moriēti substituitur quis ex mente testatoris est, ut is utriusque institutorum portiones existente conditione habeat; licèt id testator nõ expresserit, quia inter pupillarem & fideicommissariam ratio diuersitatis concludens nulla est, cùm utraq; post portionem quæsitam uendicet locum, ut in alio proposito ait Alex. in. l. pe. C de impub. ergo &c. ut. l. illud. ff. ad leg. aquil. Extat ergo quòd substitutus ei, qui nouissimus obierit ad omnium portiones uidetur inuitatus quodq́ue id procedit tam in pupillari quàm in fideicommissaria. quod ultimum limita, nisi duobus concurrentibus. s. quòd supersit alius filius testatoris quodq́ue is filius testatoris esset pariter ad eandem substitutionem pupillarem per testatorem adiunctus, licèt contrarium teneant expressim Bar. in. l. qui duos num 3. ff. de rebus dub. glo. Bar. Paul. & Alex. col. i. in. d. l. eum qui. ff. de iureiu. & omnes doct. quos suprà citaui dum intelligunt quòd. d. l. Seia libertis. non procederet nisi cùm testator ei, qui nouissimus decederet expressim substituit in uniuerso relicto nominatim adiiciens, quod is, qui nouissimus decederet totam hæreditatem totum'ue legatum restitueret. & nostram opin. contra communem tenet Curti. Iunior in. l. pe. C. de impuberum licèt non ita declaret, nec fundet.

22 *Iussus capere post mortem omnium amborum uel utriusque, an assimiletur ei, qui iussus sit accipere post mortem nouissimi quod non contra communem.*

Adde quod idem eadẽ ratione erit, quando 22 per nomen collectiuum fit substitutio. ut si post duos institutos, dixi, si ambo, uel si uterque, uel si omnes decesserint. (nam iis tribus casibus idem indicatur. ut per Bar. in. l. hæredes mei. §. cum ita in fi. & ibi omnes. ff. ad Treb.) Titium substituo. Nam & tunc Titius ad omniũ portiones uidetur inuitatus quod probatur eadem ratione. nam cùm his casibus ut superius dixi in pupillari substitutione substitutus demum post mortem institutorum omnium inuitatus uideatur regulariter est eadem ratio, quæ in superiore exemplo. pro hoc facit. 4. fundamentum in superiore membro signatum. & facit. l. Lucius. §. Caio. ad trebell. ff. facit. l. pe. C. de impub. & d. §. cum ita. Si ergo uerum est quòd omnium portiones ad substitutum post mortem nouissimi peruenire uoluit ergo constat quòd inter eos tacitas fecit substitutiones fideicommissarias, siue instituti essent inter se extranei ut sic ab intestato inuicem succedere non possent, siue etiam essent coniuncti, si tamẽ pupillarem ætatem egressi essent: & sic testari possent. Nam nisi ultimus primo morienti per fideicommissum substitutus uideretur, tunc parum prodesset uelle quòd ultimus totum restituat, quandoquidem à testatore grauari non potuit, nisi quatenus ab ipso & ex eius iudicio accepit ut. §. primo. inst. de sing. reb. per. fid. rel. l. sed & si sic in fi. de leg. 3. ff. l. ab eo. C. de fideicommi. quo fit ut si primò moriẽs cùm esset coniuncto. i. cohæredi extraneus, intestatus uel alio quam cohærede instituto decederet, tunc, qui ultimus moreretur totum restituere non posset, cùm partem tantùm acceperit. sed & si à cohærede institutus esset ad huc partem tantùm suam non cohæredis restituere teneretur, quia partem cohæredis, quam casu, non iudicio testatoris accepisset restituere non teneretur. ut. d. l. sed & si sic in fi. Sed & si instituti essent coniuncti, puta fratres, tunc siue primò decedens alium instituisset quàm cohæredem, tunc cohæres partem, quã non accepit restituere non teneretur. ut. d. §. i. de sing. reb. per fideicommis. rel. siue cohæredem instituisset, uel eum ab intestato hæredem reliquisset, ad huc partem cohæredis, quam ille grauatus casu, non iudicio testatoris accepit, restituere non teneretur. ut. d. l. sed & si sic. facit quod in alio proposito ait Soci. in. l. qui duos in prin. de reb. dub. col. 2. ad fi. ergo in omnibus his casibus oportet dicere quòd instituti inter se uideantur tacitè per fideicommis. substituti, ut seruari possit uoluntas testatoris uolentis quòd post mortem nouissimi tota hæreditas ad substitutum pertineret. & ita procedit & intelligo. d. §. Seia libertis. Vnde infero quòd ille tex. potest intelligi indistinctè, quando instituti erant extranei. Item quòd indistinctè procedat etiam si instituti essent inter se coniuncti & testatori quoque si tamen egressi essent pupillarem ætatem, ut si essent filij testatoris: quòd si essent & filii testatoris & impuberes, tunc inter se per fideicommis. substituti non uiderentur, sed testator uideretur ius legitimę successionis seruare intactum uoluisse; idq́ue ea ratione receptum est quòd filii instituti magis dilecti censentur, quàm extraneus substitutus. ut. l. pe. in ratione sui. C. de impub. l. si is qui ducenta. §. Item si pater. ff. de reb. dub. & argum. l. cum auus. ff. de cond. & dem. quo fit, ut si alter ex impuberibus institutis decedat ad eius portionẽ frater superstes excluso substituto admittatur ab intestato, in cuius hæreditate si is quoque impubes decesserit, & primò morientis impuberis portionem inueniet substitutus; quo fiet, ut ipse nullatenus fraudatus uideatur, si quãdo conditio substitutionis extiterit utroque impubere moriente: itaque hoc casu ideo tacitè non uidetur facta fideicommis. substitutio inter impuberes, quia licèt ex quo testator ultimo morienti substituit, uideatur uelle, ut totum ad fideicommissarium perueniat, tamen id eueniet etiam si fideicommissaria substitutio inter impuberes facta non uideatur, cum in posterioris hęreditate & prioris portionem substitutus reperturus fiet. ita intelligo. l. qui duos de uulga. l. uel singulis eod. §. uel singulis. de pupill. l. qui filiam. §. fin. ad. l. fal. l. qui duos. ff. de reb. dub. l. pe. de secundum tab. in quibus. ll. non interpretamur substit. fideicom. tacitè factam fuisse inter impuberes, quia cum substitutus utriusque portionem modo prædicto habere possit absque eo quòd tacita illa substitutio facta intelligatur, meritò non intelligitur eo quòd per prædicta necessaria non est respectu substituti ergo &c. ut. l. hęc stipulatio. §. diuus. ff. ut leg. nom. caueatur. at in. d. §. Seia. hęc interpretatio necessaria est, ut dixi, ut uoluntas seruetur testatoris. & meus intell. ad. d. §. confirmatur per. l. iam hoc iure. de uulg. l. quamuis. C. eod. l. in testamento. ij. C. de test. mil. in quibus sub uulgari expressa tacitè continetur & pupillaris, & sub pupillari uulgaris. hæc sunt ex mente doctorum.

In his tamen omnibus cõtrarium uidetur tenere Bar. in. l. qui duos. ff. de reb. dub. nu. 3. glo. Bar. Paul. & Alex. in. l. eum qui. ff. ad treb. & duæ glosæ in. d. §. Seia libertis dum uolunt quòd fideicommissaria tacita, quæ ibi inter grauatos subintelligitur non inducitur propter uerbum nouissimo. i. propterea quòd nouissimus grauatus

 fuerit,

fuerit, sed propterea quòd fuit prohibita alienatio.

Adde Alex in.l.pater filiam.§.fi. ff.ad leg.fal.Alex.in l.potest.ff.de uulg.& ibi Ias.num.8.9.&.10.Ias.in.l.pen. C. de impub.num.8.Ripam in.l.hæredes mei.§.cum ita num.18.ff.ad treb.& omnes, quos suprà citaui.ex quorum dictis colliguntur hę communes conclusiones.

In hæreditate si duo sint instituti,& iussi,ut qui eorũ nouissimus decederet, is per fideicom. hæreditatem restitueret. simpliciter hoc casu non uidetur inter grauatos facta tacita eademque reciproca fideicommissaria ut qui prior decederet is alteri restitueret suam portionem. Vnde infertur quod qui eorum prior decesserit is superstiti nil restituet. Infertur secundò quòd nil quoque restituet fideicommissario substituto. Infertur tertiò quòd qui nouissimus decesserit non totam hæreditatem, sed suam tantùm portionem restituet. hęc omnia firmant doct.per tex. in.d.l.eum.ff. ad treb. Quæ omnia intellige primò, quando fideicom. substitutio fit ita, is qui nouissimus decesserit restituat. intellige secundò, quando substitutio fideicom. fit uniuersaliter, puta si omnes primo nominati decesserint restituãt. Intellige tertiò, quando fieret collectiuè, puta, si ambo nominati decesserint restituant. Intellige quartò quando fieret distributiuè, puta si uterque decesserit restituat (uerbum enim uterque est distributiuum & collectiuum ut per Ripam in.d.§. cum ita col.1. &.2.) ratio horum est, quia hi tres casus posteriores æquiparantur priori casui.s.cum dixi, qui nouissimus decesserit restituat secundum Bar. & omnes in.l. hæredes mei.§.cum ita.ad fi. ff.ad trebeli. Secundò & principaliter prædicta omnia intellige procedere in legatis, nõ secus quàm in hæreditatibus,quod rursus quadrupliciter uerificatur, siue substitutio fiat per uerbum qui nouissimus, siue fiat uniuersaliter, siue collectiuè, siue distributiuè. hæc omnia intellige secũdum easd.communes op.quando substitutio fit simpliciter, secus autem si fieret expressim in tota hæreditate uel toto legato. nam si primo nominati iussi fuerint restituere totam hæreditatem, tunc inter eos tacita fideicommissaria facta uidetur, ratio, quia qui posterior decederet non posset totam hæreditatem restituere, nisi is qui prior obiret suã portionem huic superstiti restituisset,ut sic is utranque restituere posset: itaque præmoriens suam portionem superstiti & ultimus moriens utranque fideicommissario restituet. Intellige primò cum hc substitutio fideicom.per uerbum qui nouissimus. Secundò cum fit uniuersaliter. Tertiò cum fit collectiuè. Quartò, cum fit distributiuè. Postremò quòd procedat in legatis non secus quàm in hæreditatibus. ita procedit tex.in.d.§.Seia libertis.per quem tex.hæc omnia firmãt commmuniter doct. Hæc omnia extenduntur ut procedant etiam in directa pupillari. nam si dixi, ei, qui ex impuberibus nouimus decesserit Titius hæres esto in tota hæreditate mea, tunc qui, prior decesßit uidetur grauatus per fideicom.ut superstiti fratri suam portionem restituat; ut sic ultimus morienti posßit substitutus in tota hæreditate testatoris succedere. ita firmat Bar. in.l. potest cum.l.seq.ff.de uulg.cum quo est communis opin.secundum Ias.ibid.num.10. & sentiunt omnes docto.quos suprà citaui. Intellige ex mente omnium. Primò, quando substitutio pupillaris fit per uerbum ei qui nouissimus, &c.ut dixi. Secundò, etiam si fieret uniuersaliter, puta si omnes impuberes in pupillari ætate decesserint substituo in tota hæreditate. Tertiò, intellige etiam si fieret collectiuè, puta, si ambo impuberes in pupillari ætate decesserint substituò in tota hæreditate. Quartò, etiam si fieret distributiuè, puta si uterque in pupillari decesserit substituo. ita tenent Bar. & communis opin.arg.d.§.Seia libertis.

Nos autem aliter distinguimus. nam aut sumus in substitutione fideicommis. & tunc, aut primo nominati expressim iussi sunt, ut qui eorum nouissimus decederet totum restitueret: & tunc uera sit communis opin. ut inter primo nominatos inuicem facta uideatur tacita substitutio, ut & prior decedens portionem suam superstiti, & ultimus moriens utranque fideicommissario restituat: idq; intelligendum quadrupliciter, primo, quando grauati sunt per uerbum qui nouissimus &c. Secundò, quando uniuersaliter grauati sunt. Tertiò quando collectiuè. Quartò, quando distributiuè. Postremò, ut idem sit in legatis, non secus quàm in hæreditate.

Quòd si 23 primò, nominati non expressim iussi sunt ut qui ultimus decederet is totum restitueret, sed simpliciter, seu indefinitè iussi sunt, ut qui nouissimus decederet is hæreditatem restitueret; tunc teneo contra communem ut inter eos inuicem facta uideatur substitutio. unde infertur contra communem quòd primus moriens portionem suam superstiti restituet. Secundò infertur contra communem quòd secundus moriens non suam tantùm sed utranq; portionem fideicommissario restituet. Id efficaciter 24 probat.d.§.Seia libertis. in uerb. eum fundum. ubi patet quòd primò nominati non fuerint iussi, ut qui nouissimus decederet totum integraliter uel uniuersaliter restitueret, sed simpliciter ut fundum restitueret non adiiciendo totum idque animaduertens Ias.in.d.l.potest in fi.ff.de uulg.ait quod per hoc ipse turbatur in defensione communis opin. licèt doct.ex illo met tex.contrarium falsò opinentur. 23 *Restituere si iussus sit qui nouissimus decesserit ex pluribus tunc inter illos tacita fideicommissaria facta uidetur.contra cõmunem.* 24 *Intell.§. Seia libertis.*

Secundò, patet etiam ex ratione illius met tex.ibi in secunda autem adiecerit uerb. qui ultimus decesserit, non enim tex.se fundat eo quòd nouissimus expressim iussus fuerit integraliter restituere, sed in eo quòd testator iusserit ut qui nouissimus decederet is restitueret. Tertiò per.l. codicillis. in primo resp.ff.de usufr. leg.ubi qui nouissimus decederet iussus fuit simpliciter fundum restituere. & tex. ait quòd totum restituet. & licèt ibi testator expresserit quòd prior decedens is superstiti restitueret portionem suam, tamen intelligo, quòd ibi testator expressit explanauitq; illud quod etiã si non exprimeret à lege sub intelligebatur, ut rectè inuenti apparebit ex illo tex. iuncto.d.§. Seia libertis. Quartò, quia 25 cùm grabatur ultimus moriens semper intelligitur substitutus in re dubia & regulariter inuitatus ad omnium portionem, non ad portionem tantùm ultimi morientis. ut probat tex. in.l. ex duobus in princ.& in.l.qui duos.ff.de uulg. in.l.qui duos.ff.de reb. dub.l.pater filiam.§.fin.ff.ad leg.fal.l.pen.in prin ff.de secundum tab. ut supra latius induxi, ubi etiam adieci, optimam rationem, quæ quinti fundamenti loco erit. Quinto ergo probatur apertè. nam qui simpliciter iussus est restituere is quo ad iuris effectum & potestatem similis est ei, qui totum integraliter expressim nominatimq; iussus est restituere, cùm 26 rei simpliciter prolatæ appellatione res tota subintelligatur. tex.in.l.Meuio. in princ.in uerb.totus.ff. de leg 2.l. coniunctim.ff. de leg.3.l.si separatim.in uerb.totus.ff.de cond. & dem. l.si ita scriptum.in uerb. ex asse.ff.de hær.inst.l.j.§.fi.in uerb.totius.ff de usufr.accresc.l.inde Neratius. in uerb. in solidum.eod.tit.l.cum quæstio C.de leg.§.si ead.inst. eod.l.qui usumfructum.ff. de uerb.oblig.in uer. totum. l.si quis cum totum.ff.de excep.rei.Iud. tradunt communiter doct.in.l.serui electione.§.finali.ff.de leg.j.ubi. latè Ias.post Bar.Imol.Paul.& alios ibi,ergo qui simpliciter hæreditatem iussi sunt restituere, uirtualiter satis uidentur iuberi ut uniuersam restituant hæreditatem, sicq; quo ad iuris effectum nil refert, an qui nouissimus decesserit hæreditatẽ simpliciter iussus sit restituere, an uerò expresßim iubeatur hęreditatem totam integramque restituere. Tenendo 27 hanc partem ad tex.in d.l.eum.ff.ad Trebeli.quæ decepit doct.facillima est responsio. nam loquitur non quando is qui nouissimus decesserit iussus fuit expresßim totum integraliter restituere, non quoque quando iussus fuit simpliciter hæreditatem 25 *Indefinita æquipollet uniuersali.* 26 *Totum intelligitur rei simpliciter legata appellatione.* 27 *Intell.l. eum.ff. ad treb.*

tem restituere, quo casu iussus etiam uideretur totum restituere, (ut diximus) sed loquitur quando particulariter iussus fuit suam tantùm portionem restituere: quo casu cùm pars tantùm ultimi morientis indubitanter ueniat restituenda, non est necesse, ut pars præmorientis ad ultimo morienté ex fideicommisso perueniat. ita loquatur. d. l. eum. Itaque 28 sunt tres, primus casus est, quando expressim totum integraliter nouissimus moriens iussus fuit restituere: & tunc secundum communes & secundum nos primò nominati uidentur inter se tacitè per fideicommiss. substituti. Secundus, quando nouissimè moriens simpliciter iussus fuit restituere, & tunc inter primo nominatos inuicem uidetur facta subst. fideicom. secundum nos contra communem. Vnde primò contra communem infertur, quòd primi morientis portio ad superstitem pertinebit. Secundò, contra communem infertur quòd post mortem ultimi non eius tantùm portio, sed etiam præmorientis portio ad substitutum fideicom. pertinebunt. Tertiò, contra communem infertur idem fore non solùm in hæreditatibus, sed etiam in legatis. Et pro nobis etiam facit tex. in d. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. ubi qui ultimus decederet iussus fuit expressiui ut totum integraliter restitueret, & tamen quia códitio in persona unius ex primo nominatis defecit, pars tantùm restituitur, nó. secus quàm si simpliciter iussus fuisset ultimus moriens hæreditatem restituere: itaque dictio totum nil operatur, quia sensus totum restituere iubentis ast, ut si conditio exstitit in persona utriusque tunc totum restituatur, sin autem in persona unius, tunc pars tantùm restituatur: sicque dictio totum in suas singularitates resoluatur. argumen. l. 2. ff. de cond. inst. l. falsa. §. fi. de cond. & dem. nec maioris potestatis sit quam si simpliciter restituere iussus fuisset. argumento. l. Lucius. §. Caio. ff. ad treb. l. fin. §. filium. ff. de leg. 2. l. hæredes. §. cum ita. ff. ad treb. Octauo, & ultimo probatur nostra opin. per. l. codicillis. in uers. hoc amplius in uerb. post mortem eorum. ff. de usufr. leg. & in d. l. Lucius. §. Caio. & d. l. fin. §. filium. ut per te potes inducere.

28 *Restituere totum ex primo nominatis, qui nouissimè morietur iussus si fuit, tacita fideicommissaria inter illos facta uidetur cum communi op. sac si uerbum totum adiectum non esset. contra communé. Vnde primi morientis portio ad sibi coniunctū migrabit contra communem. & postea utraque portio ad fideicommissarium pertinebit. contra communem. idemque etiam in legatis.*

Hæc quando nouissimus iussus fuit restituere, si 29 dixit post mortem utriusque uel amborum uel omnium primò nominatorum (& sic uniuersaliter uel collectiuè, uel distributiuè) restitueretur hæreditas tota uel legatum totum, tunc in his tribus casibus communis op. tenet ut in locis supra allegatis & per. Curti. Iuniorem Alex. Corn. Deci. & Ias. in. l. pen. C. de impuberum. quòd inter grauatos tacita substitutio facta uidetur, & consequenter quòd inde infertur post mortem primi eius portio superstiti accedat & non substituto; post mortem autem nouissimi utraque, portio ad substitutum pertineat. ego autem intelligo quòd post mortē primi statim eius portio ad substitutum, non autem ad coniunctum superstitem pertineat ut in. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. à contrario sensu. ubi eū qui prior decederet iussi, ut portionem suam superstiti restitueret, ultimus autem totam hæreditatem fideicom. restitueret: & tamen in persona unius uerificatur conditio. Item & secundo innuit ille tex. quòd nisi facta esset expressim reciproca subst. fideicommis. tunc post mortem primi statim admitteretur fideicommis. subst. & rectè, quia sensus dicentis, si omnes decesserint omnem hæreditatem restituant, nullus alius esse uidetur, nisi quod omnibus morientibus, omnes portiones restituantur: uel uno uel quibusdam morientibus, tunc eius uel eorū portiones restituátur. Secundo per. l. Lucius. §. Caio. ff. ad Treb. l. fin. §. filium. ff. de leg. 2. ubi iussi restituere post mortem suam & post cuiusque mortem statim fideicommis. admittitur, & licèt ibi non uniuersaliter sed indefinitè tantùm fuerunt grauati respectu tam personarum quàm portionum, dic quòd indefinita respectu rei æquiualet uniuersali. per. l. Meuio. in princ. ff. de leg. 2. cum multis conc. quas supra all, idem etiam respectu personarum. l. si plures. ff. de leg. 3. l. si pluribus. ff. de leg. 2. Et faciunt pluraque fund. eorum, quæ suprà adduximus. Ad. l. Titia Seio. §. Seia libertis. resp. quòd loquitur quando substitutio fit ei, qui nouissimus. Vnde in certis & indubitatis non est locus coniecturis. sicque cum ei tantùm & expressim, qui ultimus moreretur substitui: post mortem primi non potest substitutus admitti. hic autem potest, quia licet post omnium mortem substituerim, tamen intelligitur quod pluralitas resoluitur in suas singularitates. l. falsa. §. fin. ff. de cond. & dem. Et considera quòd portio primi morientis pertinere debet ad hæredes ipsius, aut ad coniunctum, aut ad fideicommis. Ad hæredes ipsius non potest pertinere, quia eos testator expressim excludere uoluit, adiiciendo subst. fideicommis. ut per totum. C. & ff. ad Treb. non quoque potest pertinere ad coniunctum, quia testator grauando primò nominatos non uoluit eorum ius augere sed minuere. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de uulga. l. quoniam. l. scimus. §. cū autem. C. de inoffi. test. sed si grauamen impositum non esset, tunc portio præmorientis nō augeret portionem superstitis, sed transiret ad hæredes morientis. ergo &c.

29 *Post mortē omnium amborum uel utriusque si iussa sit restitui tota hæreditas, uel legatum, non uidetur facta inter grauatos tacita substitutio, sed post mortē primi statim admittitur substitutus. ardua quæstio.*

Superest ergo, ut ea portio necessariò ad substit. fideicommis. debeat transuolare. Nec ad rem pertinet quod uerba repugnare quodammodo uideantur, tum quia in fideicómis. mens testatoris potius quam uerba spectanda est. ut d. §. cum ita. tum quòd illa pluralitas ex legis interpretatione resoluitur in suas singularitates. d. l. falsa. d. l. 2. ff. de cond. inst. sicque improprietas (si quę erat) euaditur & saluatur.

Quid autem si 30 dixit testator quòd post mortem omnium & sic uniuersaliter uel amborum & sic collectiuè, uel utriusque & sic distributiuè hæreditas legatum'ue restitueretur; nec adiecit expressim totam hæreditatem totum'ue legatum, sed indefinitè tantum. an post primi decessū statim admittatur substitutus fideic. latissimè per Ias. in. l. potest. de uulga. post Alex. & alios ibid. Ias. post Alex. & alios ibi in. l. pe. C. de impuberum. ubi Curti. Iunior Deci. Corn. magis communis opin. est quod admittatur, quod secundū nostram sententiam erit indubitatum licet & in hoc casu quam plures, quos ipse refert tenent contrarium.

30 *Quid si uerbum, totum, non sit adiectū & tunc post mortē cuiusque ex primo nominatis admittitur substitutus.*

Illud autem 31 non est prætermittendum quòd quā do fideicom. uissaria ita facta fuit, quando primi honorati decesserint restituant Titio. Vel quando prædicti decesserint, uel quando primus & secundus decesserint, uel quando post mortem eorum restitui iussi, uel quando, d xi, si primus decesserit & secundus decesserit, uel quando dixi, si primus item secundus decesserint, uel etiam repetitiuè ut in terminis casus decimi, undecimi &. 5. &. 6. supra relatorum. & idem etiam si fiat indefinitè, aut simpliciter, aut solutè ut in terminis casus. 14. suprà relati & casus etiam 17. Sunt, qui uelint fideicommissarium nó statim post mortem cuiusque admittendū sed demum post mortem uniuersorum. ita Bar. in. l. quidam testamento. ff. de uulgari. cuius op. communis est secundū Ripam num. 136. in d. l. hæredes mei. §. cum ita. Sed contrarium ut post mortem cuiusque fideicommissarius admittatur, tenet Alex. in. d. l. quidam testamento. idque firmat esse receptum & ibi etiam Ias. idem Alex. cons. 91. n. 7. lib. 3. & hęc pars longè uerior est per omnia fundamenta, quæ enumeramus suprà in casu. 18. & quę in fortioribus terminis proximè tenuimus, & quæ plenè diximus suprà dum de uulgari simpliciter facta loquebamur. & quidem in hac substitutione fideicommissaria & reliquis substitutionibus, quæ post aditam hæreditatem locum habent (qualis est compendiosa, pupillaris, exemplaris, directaq; militaris) est longè facilius pro substituto, ut statim post mortem cuiusque admittatur respondendum, quàm in uulgari, & reciproca, & informi substitutione, quæ ante aditam tantùm hæreditatē locum habent, ratio differentiæ, quia 32. substitutiones,

31 *Substitutio omnis quæ post aditam hæreditatem locum habet, si pluribus fit post mortem cuiusque admittit substitutum, secus in substitutionibus, quæ ante aditam tantùm hæred. locum habēt, estq; egregia quæst.*

32 *Vulgaris subtit. &*

similes ad diuersum finem sunt quàm fideicommissaria & similes.

nes, quæ ante aditam hæreditatem locum habent sunt quasi subsidiariæ factæ quidem non tam ut primò nominatis fiat præiudicium aut damnum, quàm ut testamento subueniatur, ne si fortè primò nominati noluerint, aut non potuerint relictum acquirere, testamentum caducum irritumque fiat. argumento in prin. inst. de uulgari. & in princ. &. §. j. C de cad. toll. Quæ ratio cessat in fideicommissaria & reliquis substitutionibus, quæ post aditam tantùm hæreditatem, uel quando post aditam tantùm hæreditatem locum habent. nam ex primo nominatis postquam unus adiuit hæreditatem iam totū testam. in tuto est. l. apud Iulianū. §. idē Iulianus. ff. ad Trebell. l. 1. 2. &. 3. l. si ex parte. l. si solus. ff. de acq. hær. ergo testator, qui iussit ut primò nominati, qui iam adierant sicque suum testam. in tuto erat adhuc morientes restituerent mihi hæreditatem, non quidem in subsidium sui testamenti, quod iam firmum erat id fecisse uideri potest, sed solùm ut mihi consuleret etiam in grauamen & læsionem primi nominati, (est enim fideicommissaria & reliquæ substitutitiones, quæ post aditam hæreditatem locum habent grauamen. argumento. l. cohæredi. §. cum filiæ. ubi plene per doct. ff. de uulgari & per doct. communiter in. l. ex tribus (de inoffi. testam.) ergo cùm istæ substitutiones, quæ post aditam hæreditatem locū habent fiant in meram utilitatem substitutorū inque læsionem eorum, qui primò nominati fuerant, consequens est ut post mortem cuiusque substitutus admittatur potius quam hæres ipsius morientis. Nam ordo uoluntatis testatoris is fuit, ut magis dilexerit primò nominatum quam substitutum magisque substitutum quam hæredem primò nominati, sicque postquam primo nominatus per totum tempus uitę suæ emolumento potitus est locum facit substituto. Vnde si ipse substitutus uiuo primo nominato decederet, nihil transmitteret, hoc est illam spem non transmitteret ad hæredes suos. §. fin autem aliquid sub conditione. C. de cadu. toll. iuncta. l. hæres meus. ff. de condi. & dem. sicque hoc casu, si concurrerent hæres primò nominati & hæres fideicommissarii, præferetur hæres primi nominati: ut quemadmodum inter ipsos principales primò nominatus præfertur substituto, ita & inter eorum hæredes data paritate terminorum præferatur hæres primo nominati hæredi substituti. Hæc omnia diuersa sunt in substitutione uulgari pluribus facta, quę uniuerso gradui & sic ueluti in subsidium facta uidetur, ut dixi: & sic etiam si uerba improprientur tamen ex mente testatoris uerisimili pro primo nominatis respondendū est. itaque si post duos hæredes scriptos dixi, si hæredes nō erunt, aut si omnes hæredes non erunt substituo. uel si ambo, uel si uterque &c. altero repudiante uerum est ambos omnes uel utrunq; hæredes non fuisse, sicque uerum est uerificatam esse conditionem sub qua substitutus uocatus fuit, & tamen eum non admittimus (ut suprà dixi in uulgari) quia à proprietate uerborum recedimus ex uerosimili mente testantis, quæ uerosimilitudo colligitur ex supra dicta ratione. Per contrarium in substitutionibus, quæ post aditam etiam hæreditatem locum habent, si dixi, si omnes, uel si ambo, uel si uterque, uel si primo nominati decesserint, restituant. altero decedente non est uerum primo nominatos decessisse & longè minus uerum omnes primò nominatos uel ambos uel utrunque decessisse: & tamen admittimus substitutum statim contra uim uerborum ex uerosimili mente testantis collecta ex ratione præmissa, quia 33 in omni dispositione principem locum tenet uoluntas dilucida, sequentem uerosimilitudo, ultimum proprietas uerborum. l. in conditionibus primum locum. ff. de cond. & dem. l. licèt imperator. ff. de lega. i. d. §. cum ita in. l. hæredes mei. l. pe. C. de impu. uerbo cogitasse. ratio, quia uerba, quæ indicarent, non quæ impedirent uoluntatem nostram reperta sunt secundū Ciceronem in oratione pro Cæcinna. l. Labeo. ff. de sup. leg. ergo cum attri

33 *Voluntas, ueri similitudo, uerba, ut inter se præferantur.*

gerimus materiam hanc iuxta superiora reuoco in dubium 34 intell. l. eum qui. ff. ad treb. cum. l. qui duos. de reb. dub. l. qui duos &. l. ex duobus. de uulg. l. pe. in pr. de secundū tab. l. pater filiam. §. si. ad legem falcid. Nam 35 in. l. eum qui dicitur, quod si ei qui nouissimus decesserit substitutus sum, & ambo simul pereant, nil habebo. at in. l. qui duos cum simi. dicitur contrarium. s. quòd totum habebo. solu. secundum doct. aliud in fideicommissaria, ut. l. eum qui. aliud in directa pupillari. ut. l. qui duos. cum simil. infertur quòd. l. eum qui. quę loquitur in fideicommissaria tantùm non haberet locum in pupillari directa. infertur quòd. l. qui duos. cum simil. quæ loquuntur in directa pupillari, non haberet locum in fideicommissaria. solu. puto falsam & consequenter illationes. Nam. l. eū qui procedit quando in parte tantùm ultimi expressim facta fuit substitutio, ut tenet gl. ibi in prima sol. similis glo. in. l. ex duobus. in prin. ff. de uulg. tenuit Bal. in. d. §. Seia libertis. At. l. qui duos. cum simil. loquuntur, quando simpliciter substitutio facta fuit, quo casu in totum facta uidetur, siue simus in pupillari directa, siue etiam in fideicommissaria. infero quòd. l. eum qui, quæ loquitur tantùm in fideicommissaria haberet etiam locum in directa pupillari data paritate terminorum (s. si in parte tantùm eius impuberis, qui nouissimus moreretur expressim facta esset pupillaris. hoc secundo contra doct. Infero quòd. l. qui duos cum simil. quę loquūtur in directa tantùm pupillari haberent etiā locum in fideicommissaria data paritate terminorum. s. quòd impuberes, quorum nouissimo morienti per fideicom. substitutus essem pariter periissent, quia nulla differentiæ ratio est, ergo &c. ut. l. illud. ad leg. aquili. secunda sol. quam dederūt gl. Bar. Albe. & Dinus in. d. l. eū qui. & gl. Bar. nume. 3. & ibi Dinus in. l. qui duos. de reb. dubi. est quòd ibi in. l. eum qui. mater erat in medio, secus in. l. qui duos. infertur quod. l. eum qui. non procederet si mater in medio nō esset. infertur quod. l. qui duos cum simili. non procederent si in medio esset mater. sol. in se uera non est, retento meo intell. Præterea constat quod magis dilexit testator substitutum quàm uxorem impuberum matrem. primum consequens non est uerum, quia etiam si mater in medio non esset adhuc fideicommissarius nil petere posset, cùm non posset de iure suo euidenter docere. ut notant Bar. Alberi. & alii in. d. l. eum qui. Vnde subinfero quod. l. illa procederet etiam si mater non esset in medio. nam ibi non mater, sed incertitudo excludit substitutum, hoc secundo contra docto. Secundum consequens uerum non est, nam etiam si mater existeret in medio ad huc militant duę rationes substitutum admittentes, prima, quod ipse fuit magis dilectus à testatore quàm mater impuberum, quod patet, quia substitutum uocauit matre præterita. secūda ratio, quia proprietas sermonis magis admittit, quam excludat substitutum. ut ait. d. l. qui duos. cum conc. & in specie has duas rationes notat Pau. in. d. l. eū qui. unde cum pro substituto sint & uerba & mens testatoris quid ultra? certè nil. fateor tamen quod 36 docto. communiter tenent quod. d. l. eum qui non procederet in directa pupillari. nam si ei qui ex impuberibus ultimus decederet pupillariter in sua tantùm portione, uel hereditate substitui, tunc licèt non appareat uter impubes nouissimus decederet substitutus admitteretur ad utranque hæreditatem. i. ad impuberis utriusque hæreditatem. argum. d. l. qui duos. cum conc. ita Bar. in d. l. qui duos num. 3. ff. de reb. dub. glo. Bar. Paul. & Alex. qui hanc sol. dicit communem in. l. eum qui suprà all. Ripa in. l. hæredes mei. §. cum ita col. fi. ff. ad Treb. sentit Paul. & communiter doct. in. d. §. Seia libertis. communiter doct. in. l. pater filiam. § si. ff. ad treb. sed hæc op. ut probaui uera esse non potest, quia tunc substitutio pupillaris cum de iure suo certitudinariè docere non possit, nec ad utranque portionem seu hæreditatem uocatus uideri possit, quia ad alteram tantùm expressim

34 *Intell. l. eū qui. ff. ad treb.*

35 *Fideicom. facta in portione tantùm ultimi morientis non quam trahitur ad utranq. portionem. contra communem. & idem in pupillari similiter contra communem.*

36 *L. eum qui. ff. ad treb. procedit etiam in pupillari data paritate terminorum. contra communem.*

fuit

fuit uocatus, certè utranque ei concedere ridiculum esset: alteram uerò tantùm ei dare non possumus, quia ut dixi. utra fuerit non apparet. Nec obs. d. l. qui duos cum conc. quia loquitur ut dixi, ubi licet ad ultimi tantùm morientis portionem substitutus inspectis uerbis uocatus fuit, tamen inspecta mente ad utranque substitutus uidebatur. Ex superioribus 37 infertur not. limi. ad. d. l. qui duos cum conc. scis enim fratres etiam utrinque coniunctos non excludere auum nec auiam à fratris successione, immo 38 ipsi admittuntur simul cum auo uel auia per capita diuisa hæreditate. gl. in dicta auth. defuncto. C. ad tertuli. & in nouella unde deducitur. quam opinionem sequuntur in dict. auth. defuncto. Bar. Paul. Salic. & Corne. post alios communiter Nicolaus de Vbal de success. ab intest. 2. parte q. 2. & hanc esse communem opinionem firmat Bal. in consi. 268. uolu. 4. ergo si 39 is cuius de successione agitur habebat duos filios impuberes, quibus pupillariter substituit hoc modo, ei qui nouissimus decesserit substituo tunc cum ad primi impuberis morientis successionem ab intestato uocentur non solus impubes superstes, sed etiam auus uel auia testatoris non potuit testator uerisimiliter cogitare quòd præmorientis hæreditas ad superstitem peruentura esset ex toto, ut per hoc in ultimi morientis hæreditate utranque hereditatem inueniret substitutus, sicque locum non habebit. d. l. qui duos. cum conc. quinimmo utranque hereditatem substitutus habere non poterit, sed tantùm ultimi morientis, hoc primo: sed nec ultimi morientis hereditatem habebit, si non appareat uter prior decesserit per. d. l. cum qui. & sic limitatur ut dixi. d. l. qui duos. cum conc. hoc secundo. Secundo etiam infertur ex superioribus not. lim. ad. d. l. qui duos: etenim constat iure regio à successione ab intestato decedentis omnino excludi fratres etiã utrinque coniunctos, si sit superstes aliquis ex parentibus defuncti Tauri. lex. 7. quod & prius receptum erat sicuti probat. l. 1. tit. 6. lib. 3. fori ergo inspecto iure regio si quis habens parentes & duos filios impuberes in potestate eis pupillariter substituat, ita, ei qui nouissimus decesserit substituo. tunc cum ad primi impuberis morientis successionem ab intestato uocentur non solus impubes superstes, sed etiam parentes ipsius testatoris, nõ potuit testator uerisimiliter cogitare quòd premorientis hereditas ad superstitem peruentura esset ex toto, ut per hoc in ultimi morientis hereditate utranque hereditatem inueniret substitutus sicque locum non habebit. d. l. qui duos. cum conc. quinimmo utranque hæreditatem substitutus habere non poterit, sed tantùm ultimi morientis, hoc primo. sed nec ultimi morientis hæreditatem habebit, si non appareat uter prior decesserit per. d. l. cum qui. & sic limitatur ut dixi. d. l. qui duos. cum conc. hoc secundo. tertiò, infertur ex superioribus altera lim. ad. d. l. qui duos. scis quòd intestato qui decessit absque parentibus fratres utrinque coniuncti succedunt æqualiter exclusis fratribus cognatis tantùm, uel agnatis. authent. cessante. C. de suis & legiti. hære. libro regiarũ legum. 5. tit. 13. part. 6. ergo si duos impuberes filios testator habebat in potestate ex diuersis tamen matribus, & alteruter ipsorum habebat alios fratres utrinque coniunctos, tunc cùm ad primi impuberis morientis successionem ab intestato uocentur, non solus impubes superstes, sed potius alii fratres utrinq; coniuncti: non potuit testator uerisimiliter cogitare q̃ præmorientis hereditas ad superstitem peruentura esset ex toto, ut per hoc in ultimi morientis hereditate utriusque hæreditatem inueniret substitutus, sicque locum non habebit. d. l. qui duos. cum conc. quinimmo utranque hæreditatem substitutus habere non poterit, sed tãtùm ultimi moriẽtis hoc primo, sed nec ultimi morientis hæreditatem habebit si non appareat uter prior decesserit per. d. l. cum qui. & sic limitatur ut dixi. d. l. qui duos. cum conc. hoc secundo. Quartò infertur altera limitatio ad. d. l. qui duos. cum conc. tamen scis filios fratris præmortui admittendos esse ad successionẽ patrui intestato defuncti fratribus quibusdam relictis cum superstitibus patruis in eam partem ad quam eorũ pater admitteretur: & sic in stirpem auth. cessante. C. de suis & legit. heredibus. dicta regia. l. 5. quod expressim cautum est in. l. 5. Tauri. ergo si habebat testator duos filios impuberes, & ex altero filio præmortuo habebat nepotes, & ei, qui ex impuberibus ultimus moreretur, dedit substitutum pupillarem; tunc cum ad primi impuberis morientis successionẽ ab intestato uocentur, non solus impubes superstes, sed etiam nepotes ex fratre præmortuo non potuit testator uerisimiliter cogitare quòd præmorientis hereditas ad superstitem peruentura esset ex toto: ut per hoc in ultimi morientis hæreditate utranque hæreditatem inueniret substitutus, sicque locum non habebit. d. l. qui duos cum conc. quinimmo utramque hæreditatem substitutus habere non poterit, sed tantùm ultimi morientis. hoc primo. sed nec ultimi morientis hæreditatem habebit si non appareat uter prior decesserit per. d. l. cum qui. & sic limitatur ut dixi. d. l. qui duos cũ conc. hoc secundo. Quintò, infertur quod. d. l. qui duos. cum conc. non procedunt, quando impuberes alios fratres haberent, ad quos etiam hæreditas præmorientis ab intestato posset pertinere, quia tunc cessaret ratio, in qua dictæ. ll. fundantur.

37 Lim. d. l. qui duos in. 5. casibus seq. ff. de uulg.

38 Successio legitima defertur fratribus simul cum auo uel auia. Illatio noua.

39 Pupillaris facta in parte pupilli ulti mo morientis si erant alij fratres, & auus unquam trahitur ad utriusque impuberis portionem contra mentem communis opinionis. idem si alij fratres non essent, sed tantùm auus uel auia impuberum contra mentem communis opin.

Illatio noua.

Illatio noua.

Illatio noua.

Quod dicitur 40 quòd pluralitas resoluitur in suas singularitates, intellige id procedere, non tam ex proprietate uerborum quàm ex legis interpretatione. ita Curti. Iunior in. l. pe. in pr. C. de impub. post Ias. in. l. Gallus. §. quid si is. ff. de lib. & posthu. & post Felinum in. c. omnis prima distinctione & ita debet intelligi. l. 2. fin. ff. de condi. insti. l. falsa. §. fin. ff. de cond. & dem. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad treb. l. Seichum qui meus erit. ff. de leg. 3. l. Lucius. §. Caio. ff. ad Treb. l. fi. §. filium. ff. de lega. 2. ratio, quia pluralis loquutio duorum numerum ad minus desiderat. l. ubi numerus. ff. de testib. l. inter illam ff. de uerb. sig. ergo cum dicimus quòd pluralitas in suas singularitates resoluta uerificatur in uno, id certè ex proprietate sermonis esse non potest. Vnde infertur notabilis conclusio secundum quosdam, uidelicet, quòd stante 41 statuto, quòd stantibus masculis filiæ fœminę non succedant licet Felinus in. c. omnis. prima distinctione teneat quòd si sit unus filius tantùm non excluduntur fœminæ, ratio, quia inquit uerba statutorum sunt propriè intelligenda, sed quòd illa pluralitas, i. stantibus masculis, resoluatur in singularitates ut uno masculo stante fœminæ excludantur, id ex proprietate uerborum non descendit, sed tantùm ex interpretatione contra proprietatem uerborum, quæ in statutis admittenda non est. tamen contrarium tenet Curtius Iunior in. l. pen. in princ. C. de impub. post Alex. & Ias. in. l. Gallus. §. quid si is. quos ipse refert. ff. de lib. & posthu. quorum opin. contra Felin. uera est. nam & cùm dixi si primò nominatus sine liberis decesserit, restituat. tunc unus filius sufficit ad excludendum substitutum. ut docemur supra. §. 27. num. 1.

40 Pluralitas ex interpretatione resoluatur in singularitates cũ communi.

41 Statutum ut stantibus masculis filiæ fœminæ non succedant stante uno filio excludit fœminas contra Feli. cum multis.

Post plures institutos, adieci, 42 & post omnium mortẽ uolo ut bona mea uel hæreditas mea restituatur Titio. Ias. ait communem esse opin. quòd post mortem cuiusque statim eius partis restitutio facienda sit, non spectata cohæredum morte. ita Ias. in. l. potest. ff. de uulga. & in. l. pe. C. de impuberum. & utrobique ait hanc esse communem opi. contra Paul. & alios, quos ipse refert contra quam communem opin. nouissimè tenet Curti. Iunior in. d. l. pe. num. 13. ubi in num. 16. ait suam op. contra communem ueram esse sicut euangelium per tex in l. Titia Seio. §. Seia libertis. ff. de lega. 2. per quem post Paulum & Alex. in loco infra citando ait, quod in hac specie grauati uidentur inuicem substitui sicque post mortem cuiusque ex grauatis non statim admittitur fideicom.

42 Fideicommissaria facta post mortem omnium institutorum uendicat locum post mortem cuiusque cum communi cõtra Curti. Iuni. Paul. & alios.

deicom.sed alter grauatus ex tacita substitutione: Sed uerior est communis op.ut tacita substitutio inter grauatos non inducatur & consequenter quòd post mortē cuiusque statim admittatur fideicommissarius ut in.l. Lucius.§. Caio.ff.ad Treb.l.fi.§.filium.ff.de leg.2. quæ iura licèt non loquantur uniuersaliter.i.per signum uniuersale,sed tātùm per signū indefinitū,tamen nil mutat, quia indefinita in ultimis uolūtatibus regulariter æquipollet uniuersali.l.si plures.ff.de leg.3.l.si pluribus.ff.de leg.3.doct.in.l.2.per te s.ibi.ff. de lib.& posth. Item, quia una pluralitas resoluitur regulariter in ultima uoluntate in suas singularitates.l.falsa.§.fin. ff.de cond.& dem.l.2.§.fi.ff. de cond.inst.unde illa uerba (post mortē omnium) resoluuntur in suas singularitates,ut post mortem unius ad eius portionem statim ueniat fideicom. & altero moriente statim ad huius quoque portionem admittatur, & sic de singulis deinceps ut per hoc post mortem omnium omnes portiones capiat, non pariter & uno ictu, sed successiue, licèt opin. Curt. Iunior. uideatur tenuisse Barthol. in.l. quidam testamento. ff. de uulga. cuius opin. dixit communem Ripa in.l.hæredes mei.§. cum ita. nume.136.ff.ad Trebel.sed contraria receptior est secundum Alex.& Ias.in d.l.quidam Alex.cons.91.num.7. lib.1. Neque ad rem pertinuit quòd tex.in d.l.pen.C.de impuberum dixerit, eum qui duobus impuberibus substitutus à patre eorum pupillariter fuisset non statim post mortem alterutrius ad eius primo morientis portionem admittendum, sed demum post mortem utriusque. nam respondeo, illud iure singulari receptum,speciali quadam ratione, quam Iustinianus ibi dilucidè expressit in uers. cogitasse. Nec etiā quenquam mouere debet quòd ex proprietate uerborum illa conditio (post omnium mortem) sub qua fideicommissarius noctus fuit non uidetur uerificata per mortem unius tantùm, aut alterius, sed demum per mortem uniuersorum. nam resp.quòd ab ista proprietate uerborum ex mente tacita testatoris receditur in substitutione fideicommis.ut d.§.Caio & d.§.filium. id quod plenius suprà deduxi dum de fideicommissaria substitutione agebam. hactenus quando uerbum totū non fuit adiectum. Quid si iussi, 43 ut post mortem omnium institutorum tota hæreditas restitueretur Titio uel hospitali. an inter grauatos tacita substitutio fideicommiss. facta uideatur? & certè his duobus cōcurrentibus quòd & post mortem omnium dixi & præterea expressi ut tota integraliter restitueretur, tunc omnes communiter admittunt, ut inter grauatos tacita fideicommissaria facta uideatur. Vnde infertur, quòd altero ex grauatis moriente hospitale non statim admittetur ad eius portionem, sed potius alter grauatus sibi coniunctus. ita Curti.Iuni.in.l.pen C.de impub.nu.13.ubi Ias.num.10. & Ias.latè in.l.potest.ff.de uulg. teneo contrarium,quia quòd usus sim uerbo integritatis nil mutat non magis quàm si uerbo indefinito usus essem.l. Stichum qui meus erit.ff.de leg.j.ut suprà diximus,& sensus testatoris fuit ut post mortem omnium res tota ad substitutum pertineret, ita tamen ut id fieret non simul, sed ordine ut post mortem primi eius portio statim substituto deferretur, & post alterius mortem eius quoque portio deferretur; facit, nam appellatione rei simpliciter prolatæ intelligitur tota res.l.si. quis cum totum.ff.de excep.rei iudi.l. qui usumfructum ubi planè per Bar.Ias. & alios.ff.de uerb.oblig.§. si eadem res. inst. de lega.l.si pluribus.ff.de leg.i.l.Meuio in pr.uerb. totum.ff.de lega. 2.l.coniunctim.ff.de lega.3.l. si separatim.ff. de cond.& demōstr.l.j.§.interdum.uerbo totius.ff.de usufr.accres. l.inde Neratius.uer.solidum.eod.tit.l. cum quæstio.C. de legatis.l.un.§.ubi autem &.§.seq.C.de cad.toll. Ergo qua ratione,ut si post plures institutos adieci,ut post omnium mortem bona mea restituerētur post mortem cuiusque illius portio illico restituenda est, ut suprà dixi: eadem ratione idem respondendum est, quando non

43 *Substitutio illa post mortem omnium institutorum tota hæreditas restituatur, habet locum statim post mortem cuiusque contra communem.*

bona mea simpliciter & indefinitè sed tota bona mea & sic integraliter restitui iussi; quia & hoc casu sensus fuit, ut tota quidem bona restituerentur,non tamen simul aut uno ictu, sed ordine. Quinimmo uerbum illud tota,ut plenius fieret restitutio adiectum fuit, ergo non debuit operari contrarium: Contrarium autē operaretur, si portiones prius morientium non illico restituerentur, sed demum spectata morte uniuersorum.ergo &c. Denique gl.in.l.p.C.de impub.in tertia solutione, quam signat ad l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Treb. ait quòd 44 illa cond.si uterque decesserit non resoluitur in suas singularitates, nec uerificatur altero tantùm decedente, quando decesserit primus superstite secundo,quia superest secundus, cuius fauore pluralitas desinit resolui in suas singularitates. Cæterùm si conditio extitit in persona ultimi morientis bene uidetur impleta in persona illius,infertur quòd si duos hæredes scripsi, & adieci, si uterque decesserit sine liberis restituatur hæreditas: tunc primo moriente non est restituenda pars hæreditatis, quam primus ille habebat, sed si postea alter sine liberis decedat, tunc eius portio restituenda est fideicommis. quod euidenter suspectum est. Nam post mortem primi statim admittitur substitutus fideicom.ad portionem primi,non secus quàm post mortem secundi ad ipsius secundi portionem admitteretur, licèt cum gl.teneat Bar.in.l.pen.supra all. quem sequuntur communiter doct.secundū Curt.Iuni.ibi col 3. Et considera 45 quod ex mente doct.est, secundum Curt. ibi,referre utrum grauati essent de liberis testatoris, ut tunc altero ex grauatis iisdemq; liberis testatoris moriēte non statim admittatur substitutus, quia superest alter grauatus, qui ex coniecturata mente testantis cùm sit de liberis testatoris debet excludere fideicommiss.secus si grauati essent extranei, quia tunc post mortem alterius statim admitteretur fideicommis.quia alter grauatus superstes ut pote extraneus ex coniecturata mente testantis non excluderet fideicommis. Quæ distinctio est contra.l.hæredes mei.in d.§.cum ita.ad cuius inductionem præmitte quòd priuilegiatus contra pariter priuilegiatum non gaudet priuilegio.l. sed & milites.§. coæqualitas.ff.de excu.tut.tunc sic,in.d.§. cū ita.fideicommissaria facta fuit sub conditione si uterque sine liberis decesserit,primus decessit cū liberis testatoris nepotibus,alter uerò sine liberis. & tex.ait quòd substitutus, qui similiter erat nepos testatoris admittitur ad exclusionem filiorum præmorientis. qui similiter erant testatoris nepotes, sic pariter priuilegiati:ergo illa conditio sine liberis decesserit ex proprietate uerborum uidebatur defecisse, ut ipse Iureconsultus fatetur, tamen ex legis interpretatione impleta uidetur. argumento de toto ad partem, & quia pluralitas etiam in conditionibus implendis resoluitur in suas singularitates non solùm in terminis illius tex. sed generaliter in omnibus personis & in omnibus dispositionibus. ut in.l.Stichum qui meus erit.ff. de leg.j.l.falsa.§.fin.ff.de cond.& dem. l.2.§.fin.ff.de cond.inst.l. si plures.C. de cond. in.l. cum ita datur.ff.de cond.& dem. Vnde quòd in terminis d.§. cum ita. conditio uerificetur in persona ultimi, id uerū est procedere ex coniecturata mente defuncti magis quàm ex proprietate uerborum. Cæterùm illa coniecturata mens non nititur in sanguinis uel necessitudinis contemplatione, sed in uoluntatis proportione,quæ arguitur de toto ad partem. nam ut utraque portio ad substitutum fideicommis.peruenire uoluit,si uterque sine liberis moreretur, ita altero tantùm moriente illius saltem portio uoluit ad eum peruenire. Quòd autem d.§. cum ita. non fundetur in sanguinis contemplatione, patet,ibid.in ratione decidendi. patet etiam quia, quòd pluralitas in suas singularitates in conditionibus implendis resoluatur,id in omni dispositione generale est. patet &.3.quia,ibi fideicommissarius & filii primò nominati erant pariter testatoris coniuncti, & sic pariter priuilegiati.

44 *Fideicommissaria facta duobus ut si uterque decesserit restituatur post mortem cuiusque uendicat locū.*

45 *Intell.l. hæredes mei.§. cum ita.ff. ad treb. qui non procedit speciali fauore sanguinis sed secundum iur commune contra doct.*

Illatis contra commutem.

uilegiati. Quæro duos filios institui eosque hæreditatem Titio restituere rogaui, sub hac conditione, si uterque decederet sine liberis. primus decessit cum liberis, secundus sine liberis, ad cuius hæreditatem quæritur, an 45 substitutus ex fideicommis. admittatur? uidetur quòd non, primò, quia illa conditio, si sine liberis uterque decesserit nó uerificatur altero tantùm sine liberis decedente. l. ubi numerus. ff. de testib. l. inter illam. ff. de uerb. signifi. c. pluralis de reg. Iur. in. 6. Secundò, quia superfunt filii præmorientis testatori nepotes, qui ex præsumpta mente testantis debent substitutum excludere. argumento. l. p. C. de impub. ita per has rationes tenet Bar. & cõmuniter doct. in. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. Corneus in d. l. pen. col. 2. qui ait quod cum Bar. tenét Angelus. & communiter doct. in d. §. cum ita. Teneo contrariũ ut substitutus admittatur, quia coniecturata mens testatoris inspicitur solummodo quando hæreditas de qua agitur necessariò peruentura erat ab intestato ad alios liberos ipsius testatoris ita procedit tex. in. l. pe. suprà all. & l. ex duobus qui duos. ff. de uulg. l. pater filiam. §. fi. ff. ad leg. fal. l. pen. ff. de secundum tab. l. qui duos. ff de reb. dub. l. uel singulis. ff. de uulg. §. uel singulis. inst. de pupill. Cæterùm si hæreditas hæreditatis ue portio de qua agitur nõ erat necessariò peruentura ad alios liberos testantis, sed tantùm contingenter, certè tunc illud non est considerabile & casui fortunæ adscribitur magis quam hominis prouisioni. l. 6. ff. de leg. 3. Vnde superest ut cessante illa ratione ea conditio si uterque resoluatur in suas singularitates, sicque in cuiusque persona uerificetur ut. l. 2. ff. de cond. inst. & suprà plenè differuimus, & planè probatur in. d. §. cum ita & infrà etiam in pupillaris subs. materia attingemus.

46 *Fideicommissaria ita facta, si uterque filius sine liberis decesserit restituat, alter cum liberis, alter sine liberis decessit, ad huius success. admittit substitutũ egregia q.*

In substitutione reciproca dic quod sub se potest cõtinere uulgares & pupillares, secũdum quod notatur in. l. Lucius. ff. de uulg. per gl. & doct. & tunc dic, ut diximus suprà tam in uulgari quàm in pupillari & infra dicemus.

In substitutione compendiosa dic quòd sub se potest continere uulgares, & pupillares, & fideicommis. & consequenter debet regulari secundum formas, quas in uulgari, & fideicommissaria, & pupillari assignabimus.

In exemplari substitutione, quæ similitudinem habet maximam cum pupillari & qualem qualem cum fideicommissaria argum. sumi debet. ex his, quæ diximus in pupillari & in fideicommis. & continuò in pupillari plenius agemus.

47 *De pupillari substitutione.*

Nunc 47 uidendum est quando post plures hæredes scriptos aliquis pupillariter substituitur, & præmitte quod licèt (ut diximus) uulgaris 48 subst. principaliter facta intelligatur in fauorem & conseruationem testamenti, & subst. fideicommis. in fauorem solius fideicommissarii, tamen pupillaris subst. facta intelligitur in fauorem ipsius pupilli, cui fit. tex. est in. l. si pupillus. ibi impugnat. enim utilitatem. ff. de acq. hær. & argumen. §. si quis ita formidolosus. inst. de pupill. facit. l. ex facto. in prin. ff. de uulg. §. qua ratione. inst. de pupill. l. humanitatis. C. de impuberum. Et licèt in hac substitutione sæpe fiant interpretationes in fauorem ipsius substituti. argumento. l. ex duobus. in pr. ff. de uulg. l. qui duos. eod. l. qui duos. l. quod de pariter. ff. de rebus dub. tamen longè magis attenditur fauor ipsius impuberis ob cuius utilitatem fauemus ipsi substituto. nam propter unumquodque tale & illud magis. secundum Philosophum. nam si, diligo filium propter patrẽ, ergo magis diligo patrem: & id præponderat cuius contemplatione aliquid fit uel inducitur argumento. l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de uulg. l. dotem dedit. ff. de coll. bonorum. l. cum quis. C. de iur. delib. l. 3. §. 3. ff. de leg. præst. unde in hac pupillari substitutione, si utilitas ipsius subst. aduersetur utilitati impuberis seu impuberum, sequenda est utilitas impuberis post habita utilitate substituti. Quòd si utilitas impuberis non aduersetur tunc attentiores esse debemus ad utilitatem substituti quàm ad aliorum utilitatem etiã si sint filii ipsius testatoris uel mater ipsius impuberis, quandoquidem & in hoc consistit utilitas ipsius impuberis, ne alium substitutum habeat quam ipsum substit. pupillarem.

48 *Pupillaris fit principaliter fauore ipsius pupilli.*

His præmissis considera, quòd in pupillari substitutione possunt & debent totidem casus considerari, quot fecimus in substitutione uulgari & fideicommis. licèt in hac materia pupillaris ex toto assimiletur fideicommissariæ secundum Bar. & omnes in. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebeli.

Ergo in primo & secundo casu, dic idem quod diximus in fideic. secundum Bar. & omnes in d. §. cum ita.

In. 3. & 4. casu, Cùm 49 pupillaris fit duobus impuberibus alternatim, puta, si primus aut secundus impubes in pupillari decesserit, uel alternatiuè, puta, si primus impubes in pupillari ætate decesserit, aut si secundus in pupillari ætate decesserit, substituo. & tunc Bar. & omnes in d. §. cum ita. teste Ripa ibid. num. 88. tenent quòd post mortem cuiusque statim substitutus admittatur, quod Ripa ait ibid. num. 93. esse expeditissimum, quod & nos admittimus, quando hæreditas impuberis præmorientis non esset peruentura abintestato ad alterum impuberem, uel si esset non tamen ex toto, sed ex parte quòd fortè erant alii fratres præter impuberes, quo casu utilissimum est impuberi morienti hæredem habere substitutum, potius quàm alios fratres suos maximè puberes qui fortè eius uitæ insidiarentur quosque pater exclusos uoluit per pupillarem subst. Cæterùm si non erat alius frater præter alterum impuberem, qui ut pote non doli capax uitæ præmorientis insidiari nõ posset, magis uidetur, ut is patri succedat excluso substit. cogita.

49 *Pupillaris facta alternatim, uel alternatiue an post mortem cuiusque locum habeat noua op.*

In quinto casu, quando 50 indefinitè fit pupillaris, puta, si in pupillari ætate decesserint substituo. & in. 6. casu, quando fit copulatim, puta, si primus & secundus impubes in pupillari ætate decesserit. Et in septimo casu, quando pupillaris fit copulatiuè, puta si primus impubes in pupillari decesserit, & secundus impubes in pupillari ætate decesserit, substituo. Et in octauo casu, quando fit collectiuè puta si ambo decesserint in pupillari ætate & in. 9. casu quãdo fit collectiuè & uniuersaliter, puta si impuberes omnes in pupillari decesserint. & in 11. casu quando fit distributiuè, puta si uterque impubes in pupillari decesserit, substituo. Et in. 12. casu quando fit repetitiuè, puta, si primus, item secundus impubes in pupillari decesserint. Et in. 13. casu quando fit implicatiuè puta si primus impubes, secundus etiam in pupillari decesserint. & in 14. casu quando pupillaris fit similitudinariè, puta, si primus impubes secundus similiter in pupillari decesserit, substituo. Et in 15. casu, quando fit aduersatiuè. puta si primus, secundus uerò in pupillari decesserint. & in. 16. casu, quando fit solutè, ut si primus secundus impubes in pupillari decesserit substituo. In omnibus his casibus in fideicommissaria idem iuris esse diximus quod foret si copulatiuè uel simpliciter fieret ut fideicommis. substitutus statim post mortem cuiusque admittatur secundum communes opin. & cùm in pupillari idem iuris sit per omnia quod in fideicommissaria quò ad hanc materiam secundum Bar. & omnes in. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebeli. sequitur quod in omnibus his casibus substitutus pupillariter statim post mortem cuiusque impuberis admittatur secundum communes opin. uel ex mente omnium ferè doctorum. nam inquiunt quod inter substitutionem fideicommis. & pupill. nulla ratio differentiæ reddi potest cùm utraque post acquisitam hæreditatem locum habeat.

50 *Pupillaris substitutus an post mortem cuiusque statim admittatur. noua op.*

Sed considera, an hæc ratio suspecta sit, nam certè longa efficaxq; ratio differentiæ est inter pupillarem & fideicommis. quia pupillaris ut dixi, fit principaliter propter impuberis utilitatem, fideicommis. uerò propter utilitatem solius fideicommissarii. ut probaui

supra

suprà. Item & secundò in fideicommissario quòd post exclusionem alterutrius ex primo nominatis statim admittatur substitutus, id minimè nocet coniuncto illius grauati cùm ipse coniunctus quo casu habet locum fideicommissaria. i. post acquisitionem relicti. l. ille à quo. §. si de testam. ff. ad Trebel. eo casu per ius accresc. coniunctus grauati nil consequi posset, cùm ius accrescendi expiret per acquisitionem relicti. l. j. §. fi. ff. de usufr. accresc. at in pupillari quòd post acquisitionem hæreditatis illico uendicet locum substitutio pupillaris, id pupillo coniuncto nocet, qui abintestato fratri suo præmorienti successurus erat. l. qui duos. ff. de reb. dub. l. ex duobus. l. qui duos. ff. de uulg. Præterea quòd substitutus pupill. unò moriente ex impuberibus alterum impuberem, qui fratri præmorienti in testamen. succesurus erat excludat, id est contra tex. expressum in. l. pen. C. de impuberum. ubi duos instituit eisque pupillariter si uterque in pupillari ætate decederet, substitus. & tex. ait quòd post mortem alterutrius nō subst. ex pupillari, sed frater superstes abintestato admittitur. & quòd tex. ille ait, quando pupillaris facta fuit distributiuè per uerbum uterque idem esse probauimus in omnibus casibus superius relatis. Stringe, nam Bar. & cōmuniter doct. io d. §. cum ita. firmant quòd etiam in fideicommis. substitutus non excludit coniunctum in quibus casibus post portionem quæsitam coniunctus potest admitti per ius accrescēdi. Vnde si uxori & Titio legaui bonorum meorum usumfructum, uel eos in eo usufructu institui post portionum acquisitionem altero defuncto, non admittetur fideicommissarius ex substitutione, sed coniunctus superstes ex iure accrescendi, quod in usufructu etiam post acquisitionem locū habet. d. §. interdum l. fi. ff. de usufr. accresc. l. interdum eod. l. si mulieri cum liberis. cod. l. si Titio. ff. de usufr. l. & an eand. §. i. ff. de excep. rei iudi. sic ergo & in specie nostra in omnibus superioribus casibus ex mente communis opin. est, quòd in quibus casibus post mortem alterius ex duobus impuberibus, quibus fit pupillaris alter impubes superstes posset ei ab intestato succedere, in iis casibus substitutus pupill. excludatur per d. rationem, & per. l. pe. C. de impuberum. Intellige Primò, quando pupillaris fieret per dictionem si uterque & sic distributiuè ut loquitur. d. l. pe. Secundò etiam si fieret simpliciter uel indefinitè. Tertiò intellige etiam si fieret copulatim. Quartò etiam si fieret copulatiuè. Quintò etiam si fieret collectiuè. Sextò etiam si fieret uniuersaliter & collectiuè. Septimò etiam si fieret repetitiuè. Octauò etiam si fieret implicatiuè. Nono etiam si fieret similitudinariè. Decimo etiam si fieret aduersatiuè. Vndecimo etiam si fieret solutè. In omnibus his casibus si inter se non possent succedere impuberes ab intestato substitutus admitteretur. Quid autem in casu mixto, quando impuberes inter se ab intestato succedere possent sed non soli, sed cum aliis fratribus, uel hodie cum matre? non memini me legisse, & uidetur substitutum admittendum etiam si per hoc alter impubes simul cum aliis similiter ab intestato uenientibus excludatur, quia testator cautus solicitusque de uita & incolumitate impuberis hunc successorem pium. i. substitutū ei assignauit, quòd si fratres puberes uel mater ei succedere possint, tunc fortè eius uita periclitaretur contra prouisionem patris. §. si quis ita formidolosus inst. de pupill. per quod impugnaretur utilitas ipsius impuberis. argum. l. si popillus. ff. de acquir. hære. ibi, impugnat enim utilitatem impuberis. facit. l. pe. C. de impuberum. ibi, cogitasse enim itaque, ideo inquit tex. post mortem cuiusque impuberis desinit statim substitutus admitti quia pater. cogitauit post mortem cuiusque hæreditatem præmorientis ad superstitem peruenturam, quo moriente utraque hæreditas ad subst. ueniret, ideoque fauore quopiam liberorum ad exclosionem substituti fit interpretatio in. d. l. pe. quod autem ea interpretatio sit contra communes legum interpretationes, patet, quia pluralitas regulariter resoluitur in suas singularitates. l. falsa. §. fi. ff. de cond. & dem. l. a. §. fi. ff. de cond. inst. Vnde illa uerba, si uterque in pupillari ætate decesserit, substituo. sic interpretari deberent, ut si alter decesserit in pupillari ad eius portionem substitutus admittatur: sin uerò uterque decesserit, tunc ad utriusque portionem admitteretur. argum. d. l. falsa. d. l. a. §. fi. id quod nominatim etiam induxit. tex. in. l. hæredes mei. §. cum, ita. ff. ad Trebeli. (qui quinto loco firmat nostram sententiā) nam ibi dixit, si uterque sine liberis decesserit, & tamē altero cum liberis decedente defecit conditio substitutionis inspecta proprietate uerborum, à qua recedimus ex mente testantis, qui hunc habuit sensum, ut utroque sine liberis moriente ad utranque portionem substitutus admitteretur: altero uerò moriente, tunc proportionabiliter ad eius portionem substitutus accederet. Stringe, nam si ea interpretatio fit in fideicommissaria quo magis substitutus admittatur, quanto magis fieri debet in pupillari quę fauorabilis est. d. l. si pupillus. fideicom. uerò odiosa. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de uulg. Quintò facit, quia bonum est argum. de toto ad partem. l. qui de tota. de rei uend. ff. l. an pars. ff. pro derelicto. unde cui testator utranque portionem dari uoluit, utroque impubere moriente, eidem alteram saltem portionem dari uoluit altero tantùm moriente quo etiam argum. utitur d. §. cum ita in substitutione fideicommis. quę non tam fauorabilis est, ut pupillaris. stringe, nam ibid. ea interpretatio fit ad exclusionem filiorum testatoris non secus quàm hic. Sexto & fortius quandiu locus est successionis ex testamento cessat successio ab intestato. l. quamdiu. ff. de acq. hær. sed per illa uerba, si uterque, uel si omnes, uel si ambo impuberes in pupillari decesserint nullus modo sanus negabit quin uideatur substitutus inuitatus ad utriusque successionem impuberis ex testamen. ergo si uidemus quòd fit interpretatio, ut post mortem primi impuberis non substitutus ex testamento, sed alter impubes superstes ab intestato admittatur, negari non potest quin id contra regulas iuris uideatur, & consequenter uidetur restringendum ut solummodo procedat in terminis. d. l. pe. nec extendatur extra eius terminos, & consequenter quod tunc tantùm substitutus excludatur cùm impubes superstes ex toto succedere poterat præmorienti; secus si ex parte tantùm etiam si esset alius filius testatoris maior tamen pupillo inter quem & pupillum hæc differentia est quòd à pupillo non possunt insidiæ parari aduersus fratrem similiter impuberem, sed ab alio fratre maiore posset de insidijs timeri, ut diximus. cogita tamen, quia statua est conjecturalis & sic incertus neque ulla lege decisus.

In 17. casu, quando pupillaris fit ei, qui nouissimus decesserit, tunc res expedita est, ut in. l. uel singulis. l. qui duos. l. ex duobus in prin. ff. de uulg. §. uel singulis in sti. de pupill. l. penul. in pr. ff. de secundum tabulas. l. pater filiam. §. fi. ff. ad leg. falcidiam. l. qui duos. l. quod de pariter. ff. de reb. dub.

In. 18. casu, quando substitutio fit in tota hæreditate, tunc dic, ut in. l. Titia Seio. §. Seia libertis. ff. de lega. 2. nam is casus uix est ut accommodari possit ad terminos pupillaris substitutionis, sed tantùm fideicommissariæ, præsertim, si impuberes inter se ab intestato succedere poterant.

Sed quia suprà resoluimus quòd in quibus casibus impuberes (quorum ultimo morienti fiebat substitutio pupillaris) inter se ab intestato succedere uel nullo modo poterant, uel non soli, sed simul cum alijs, in illis casibus substitutus ad ultimi tantùm morientis hæreditatem, non etiam ad primi morientis hęreditatem inuitatus intelligebatur, inspectis tam uerbis quàm mente testatoris. modò quæro 51 dato quod non admittatur ad hæreditatem præmorientis ex eo capite quòd præmorientis portio seu hæreditas integraliter ab intestato perue-

51 *Etiā quando impuberes quorū ultimo morienti pupillariter substitui non succedebant inter se ab intestato, nō uidetur inter eos facta reciproca eademque directa substitutio.*

peruenerit ad puberem superstitem in cuius ultimi morientis hæreditate & præmorientis hæreditas inuentus sit. an tamen ex alio capite admittendus sit. s. ex eo quod inter ipsos impuberes uidestur pupillaris facta per testatorem tacita substitutio, ut sic primi morientis hæreditas ad superstitem ex substitutione pertineat exclusis premorientis legitimis hæredibus, ut sic substitutos pupillaris in ultimi morientis hæreditate inueniat etiã præmorientis hæreditatem ex substitutione acquisitam directa? Respondeo, quòd illa tacita substitutio aut erit directa pupillaris, aut fideicommis. aut nulla directa esse non potest, quia communis opin. est quòd 52 substitutio directa nunquam inducitur per coniecturas licèt fideicommissaria aliquando inducatur. ita tenent. gl. Bar. Imola & Paul. omnes in. l. Lucius. ff. de her. inst. Emannel de Acosta in. l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de lib. & posthum. pag. 9. Soci. in. l. solemus col. 5. in pr. ff. de condi. & demonstra. idem Soci. in. l. i. col. 76. ff. de uulga. idem Soci. in. l. si is qui ducenta. in. §. item si pater ff. de rebus dubiis. per Ripam in. l. hæredes mei. §. cum ita num. 87. ff. ad treb. Idem Soci. consi. 33. num. 5. uolu. 4. Soci. consi. 73. num. 30. uolum. 4. Soci. consi. 6. nu. 19. uolum. 3. Soci. consi. 14. num. 4. uolum. 3. Soci. consi. 69. num. 8. uolum. 3. Soci. consi. 116. num. 8. uolum. 3. Socin. consi. 72. in primo uolumine. 4. per Emanuelem de Acosta in. l. Gallus. §. & quid si tantum pagi. 9. & 10. ff. de lib. & posthum. Ias. post alios in. l. i. per tex. ibi. C. de pactis Alex. in. l. potest. nume. 5. ff. de uulg. Ripa. in. d. l. hæredes mei. §. cum ita num. 29. ff. ad Trebelli. Corneus in. l. i. C. de cond. insertis Decius consi. 545. uiso testamento col. 3. Socinus consi. 12. num. 19. uolumine. 3. Ias. in. l. in legatis. C. de lega. quorum plerique sequuntur & dicunt communiter receptam esse, glo. fi. in. d. l. Lucius quæ uult. quod positus in conditione non uidetur tacitè substitutus, & sic non uidetur positus in dispositione directa. i. in institutione uel substitutione directa, aliquid per Couarub. in. c. Raynucius. §. 8. de testam. omnes antiqui & noui in l. Gallus. in prin. ff. de lib. & posth.

52 *Substitutio nunquam inducitur per coniecturas, si est directa.*

Nec ad rem pertinet quòd 53 etiam directa substitutio uidestur induci per coniecturas. argumen. l. iam hoc iure. ff. de uulg. l. 2. l. quamuis. C. de impub. l. in testamento. C. de testamento mil. nam resp. notantes quòd substitutio expressim facta sæpe extenditur de uno casu ad alium, ut qui in unum tantùm casum uocatus est, is ex mente etiam in aliis casibus admittatur. argumen. l. si. C. de inst. & subst. ubi not. Bar. & Bar. in. l. i. ff. de uulga. tex. in. l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de lib. & posth. & in. d. l. iam hoc iure. ff. de uulg. Cæterum quòd persona, quæ expressim in aliquo casu substituta non fuit, ea uideatur per coniecturas directò substituta, id nusquã iure cautum reperitur. ita procedit glo. d. l. Lucius. ff. de her. inst. cum communi opinione de qua supra estque nouissima & ueriss. declaratio. tunc sic, si ei, qui ex impuberibus nouissimus decederet substitus pupillariter Titium, tunc ipsi impuberes inter se directò substitui minimè uidebuntur per coniecturas, quia licèt ipse Titius, qui expressim substitutus fuit in aliquo casu possit uideri etiam in aliis casibus substitutus, tamen ipsi impuberes, qui expressim substituti in aliquo casu non fuerunt, non possunt uideri per coniecturas directò substituti, ratio differentiæ, quia quòd nil est, non recipit extensionem, quod autem aliquid est, bene recipit extensionem. unde Titius in aliquo casu substitutus bene potest recipere extensionem, prorogationem & augmentum, ut etiam in aliis casibus ex mente testatoris substitutus uideatur: cæterùm ipsi impuberes, qui substituti nullo casu fuerunt non possunt extensionem recipere ut substitutio eorum scilicet, quæ nulla fuit prorogetur & extendatur ad alios casus, quia secundum Philosophum ex nihilo nil fit: Hinc datur declaratio. ad. l. sed & si manente. ff. de precario. ubi, si precarium rogaui usque ad mensem, licet si infra illum mensem ulterius tempus rogaui, precarium prorogatum uideatur; tamen 54 si mense finito, id feci non primum precarium prorogatum uidetur, sed nouum precarium constitutum ratio, quia precarium finitum nullum uidetur; & consequenter prorogari non potest, nec extendi. si ergo quod aliquando fuit si finitum iam est, non potest extensionem recipere, quanto minus poterit extendi quod nunquam fuit, ut in proposito.

53 *Substitutio non facta non recipit extensionẽ secus si aliquo casu facta sit, nã tunc potest extẽdi ad alios casus, declaratio noua.*

54 *Prorogari non potest terminus finitus.*

Hinc est, quòd licèt consensu partium, qui uni iurisdictioni præest eius iurisdictio prorogari possit. l. i. C. de iur. om. iud. l. si conuenerit. ff. eod. tit. tamen 55 consensu etiam partium iurisdictio nulla prorogari non potest. l. priuatorum. C. de iurisd. om. iud. & l. i. eod. à contrario sensu &. c. significante. de for. compet. ubi priuatus etiam de consensu partium iudicare non potest. sic ergo & in proposito substitutus in aliquo casu expressim uocatus ad alios etiam casus uideri potest per extensionem uocatus, secus autem si expressim & re uera in nullo casu uocatus reperiatur.

55 *Iurisdictio nulla non recipit prorogationem.*

Hinc &. 3. quòd licèt iurisdictio iudicis ordinarii consensu partium prorogari possit, quia est aliqua. d. l. i. de iur. om. iud. C. & l. si cõuenerit. ff. eod. secus 56 tamẽ est in iudice delegato. ut. c. P. & G. extra de offi. delegatio ratio, quia delegatus nullam dicitur habere iurisdictionem. l. i. §. qui mandatam. ff. de offi. eius cui mand. est iur. l. ait prætor de re iud. ergo iurisdictio nulla extendi nõ potest. quod uerum de persona ad personam. ut. d. c. P. & G. potest tamen prorogari de tempore ad tempus. l. 2. §. sed si iudex. de iudici. ff. & c. de causis. de offi. delegati & etiam de re ad rem. ut. l. ut. l. de qua re. §. i. ff. de iudici. & etiam de loco ad locum ut. c. statutum. §. in nullo. de rescrip. lib. 6. inter uenientibus tamen his de quibus ibi. sic ergo & in proposito substitutus in aliquo casu expressim uocatus ad alios etiam casus potest se extendere, secus si in nullo casu expressim uocatus fuerit,

56 *Iurisdictio delegati non prorogatur partium consensu.*

Hinc datur declaratio ad. l. cum stipulatos sim mihi à Proculo. ff. de uerb. oblig. ubi, prorogatio termini impedit pœnam committi, sed commissam non perimit: ratio enim ea est, quia cùm prorogatio fit infra terminum & sic post pœnam commissam uim prorogationis ualere non potest: & consequenter pœnam semel commissam perimere nequit. immo plus dicit tex. ille quòd etiã si propagatio fiat infra terminum, si tamen fit adeò propè terminum, quòd certum erat pœnam committendã, talis prorogatio non impedit pœnam committi. Vt ergo terminus iam finitus quia nil est non recipit prorogationem & extẽsionem, sic & substit. quæ nulla est prorogationem seu extensionem non recipit.

Hinc &. 5. declaro. l. 3. §. fin. de lib. & posth. ff. iuncta. l. nam & si. §. fin. de iniust. rup. ff. ubi, si à primo gradu filius sit præteritus, sed à secundo exhæredatus tunc secundus indistinctè ualet, quia cum abinitio primus gradus esset nullus, secundus gradus ab eo pendere non potuit: at si posthumus à secundo gradu præteritus esset, à primo uerò exhæredatus, tunc eius natiuitate tam primus quam secundus gradus rumperetur: ratio, quia cùm primus gradus ualeret, secundus gradus cæpit ab eo pendere. Vnde cum primus gradus à quo præteritus fuit posthumus eius natiuitate uitietur, secundus etiam gradus uitiatur, quia accessorium naturam sequi congruit principalis. at in primo casu cùm abinitio primus gradus esset nullus, secundus gradus ab eo pendere non potuit, quia ex nihilo nil fieri, nec pendere potest. sicut in propositio nostro.

Sic etiam declaratur. l. si totam. de acq. hære. ff. nam cùm portio accrescat portioni, ut ibi dicitur & in. l. si ex pluribus. de leg. hær. ff. &. §. fin. inst. de senatusconsulto orfic. i. §. his ita. de cad. toll. l. hæc scriptura. de conditionibus & demonst. cumque 57 ibi ille, qui tacitam fidẽ accommodauit portione sua priuetur. l. in tacitis. ff. de leg. i. certè portio altera deficiens huius indigni portioni, quæ nulla est accrescere non potest d. l. si totam. quid

57 *Accrescere portio portioni nulla non potest.*

ut ex nihilo nil fit, & ex nihilo nil pendere potest, ita & illi portioni, quæ nulla est acccedere nil potest: sic & hic, ei, qui nullo casu substitutus fuit, alius casus substitutionis accedere non potest, licèt posset, si expressim aliquo casu substitutus esset. L. t. §. si ex fundo & l. si alterius. de hære. inst. l. si quis priore. ad Trebel. ff. §. sed & si quis priore. inst quib. mo. test. infir. ubi, qui hæredem pro parte tãtùm instituit, & sic pro parte testatus pro parte intestatus decessit, certè causa intestati incrementum non recipit. nam ratio ea esse uidetur ex mente Bal. in. l. 1. C. de indict. uid. toll. quia causa intestati uidetur caduca. §. & cum triplici. de cad. toll. & sic nulli, causa uerò testati aliquid esse uidetur: unde ista incremẽtum recipere potest, illa non potest. sic & in proposito nostro &c.

Facit nã, si post lapsum termini partes prorogant terminum, certe non uidetur facta prioris termini prorogatio, sed noua uidebitur dilatio. tex. in. l. si cum dies. in pr. §. de arbitr. secundum unum intell. ratio, quia terminus finitus cùm nullus sit, prorogari non potest. unde subinsertur ad quæst. Ponamus, Iudex post lapsum prioris termini illum prorogauit, an ualeat prorogatio? & Speculator in titulo de dilati. §. nunc uideamus. uers. & sunt hæc, tenet quòd non ualeat, quia terminus finitus nullus est, & consequenter prorogari non potest. arg. d. l. sed si manente. d. l. cum stipulatus sim. d. l. priuatorum. Contrarium, immo quòd prorogatio ualeat tenetur in. l. 1. C. de temp. appell. quia licèt terminus sit sopitus superest tamẽ litis materia, quæ potest propagari & dilatari. ut. l. properandum. C. de iud. tamen conc. has op. quod prorogatio non ualeat in uim prorogationis. d. l. sed si manente. secundum Specul. ualet tamen in uim dilationis denuo concessæ ex mẽte iudicis, quæ spicienda est. l. 3. C. de lib. præt. sic & hic substit. quæ in persona mex nulla est, uel nullo casu re uera facta fuit ad alios casus extendi non potest. facit, nam si filius dicat repudio hæreditatem patris salua legitima, nõ tenet repudiatio, sed in totum habetur pro adeunte. ita not. ait. Bal. in. l. 3. C. de impub. & ibid. Fulg. & Paul. ratio enim ea esse potest quòd cùm dixerit salua legitima, uidetur hæreditatem saltem quò ad legitimam adire, & consequenter illa particularia aditio cùm sit aliquid trahitur ad totum: particularis uerò repudiatio cùm sit nulla non extenditur: quod dic, ut per Alex. in d. l. 3. & per gl. communiter app. in simili in. l. 2. ubi omnes. ff. de acq. hær. ut ergo repudiationi particulari quia nulla est, altera pars repudiationis (ut scilicet totum repudiatum uideatur) accedere non potest: ita & substitutioni, quæ nullo casu expressim & re uera facta fuit, alius casus accedere non potest. 17. confirmatur per tex. in. l. si quis eum. §. fin. de uulg. ubi, si dixi, si filius meus uiuo me decesserit, nepos ex eo hæres mihi esto. certè per hoc ipse filius institutus directò per coniecturas non uidetur, quia nunquam inducitur per cõiecturas directa institutio, uel substitutio. & ita etiam procedit. l. Gallus. in princ. & per totã. l. ff. de lib. & post. in quibus terminis nõ subauditur filii institutio, ut supra diximus. §. 10. num. 103. cum pl. seq. de succ. crea.

Cùm ergo exactissimè uiderimus quòd directò institutio uel substitutio per coniecturas induci non potest, superest, ut si ei, qui ex impuberibus nouissimus decesserit pupillariter substitui inter ipsos impuberes reciproca substitutio pupillaris uel uulg. directa non potest facta uideri; quia cùm nullus eorum in aliquo casu fuerit substitutus actiuè, tunc substitutioni eorum, quæ subst. actiuè nullo casu facta est, alius casus substitutionis accedere per extensionem non potest. stat ergo quòd in quibus casibus impuberes inter se succedere, uel nullo modo poterant, uel non soli, sed simul cum aliis, in iis casibus inter ipsos non uidetur facta reciproca substitutio pupillaris, uel uulg. & sic teneo q in omnibus casibus, quos suprà enumerauimus, in quibus impuberes inter se ab intestato uel nõ succedunt, uel nõ soli, sed simul cum aliis succedunt, in illis inquam casibus substitutus pupillariter ei, qui eorum ultimus decederet non uidetur uerbaliter nec mentaliter ad utranque portionem inuitatus, nec ex eo capite quòd inter impuberes esset facta directa eademque reciproca subst. nec ex eo simpliciter capite quòd inter ipsos à testatore uideretur reseruatum uel conseruatum ius legitimæ successionis.

58 Cùm ergo uiderimus quòd in quibus hæreditas impuberis præmoriẽtis ab intestato peruentura est alios etiam præter alterum impuberem superstitem, uel etiã ad alios & non ad alterum impuberem superstitem, tũc primi impuberis hæreditas ad substitutum nõ pertinet, nec ea ui substitutionis, qua ipse substitutus pupillaris ad ultimi morientis successionem est inuitatus, nec ea eo quòd uideatur ultimus moriens præmorienti fratri impuberi substitutus directò pupillariter; superest ut uideamus, an saltem per fideicommiss. ultimus moriens fratri impuberi præmorienti uideatur substitutus, ut sic is, qui pupillariter substitutus fuit ei, qui ex impuberibus nouissimus decederet utrãque hæreditatem capere possit, scilicet ultimi morientis hæreditatem per pupillarem expressam, præmorientis autem hæreditatem quia eam inueniet in hæreditate ultimi morientis cum qua ex causa restitutionis fuerit coadunata? & uerius est, quòd impuberes inter se per fideicommiss. grauati non possunt uideri, quia licet 59 fideicommiss. subst. possit per coniecturas induci. l. Titia Seio. §. Seia libertis. ff. de leg. 2. ubi Bar. Paul. & omnes cõmuniter doct. in. l. Lucius. post gl. ibi. ff. de hær. inst. Costa in. l. Gallus. §. & quid si tantùm pag. 9. ff. de lib. & post. tamen illud uerum quando testator incepit à fideicommissaria substitutione, quia una fideicommissaria aliam fideicom. facilè germinare potest; quia in habentibus symbolũ & similitudinem facilis est transitus, & extensio, prorogatioque eiusdem formæ & naturæ ut ibi, & argumen. l. si Titio. ff. de usufr. Secus autem si testator incæpit à substitutione directa, nam tunc non uidetur ex ea ut possit resultare fideicommiss. quæ est longè diuersæ naturæ, ut in simili docet Bar. in. l. centurio. in prin. ubi omnes sequuntur. ff. de uulg. simile in iure accrescendi. nam extensio, uel augmentum contingens per ius accrescendi debet esse eiusdem formæ & naturæ eiusdemque rei. l. si Titio. ff. de usufr. Hinc est quòd in rebus omnino diuersis cessat ius accresceñdi. l. huiusmodi. §. quibus. ff. de leg. 1. ubi Bar. Paul. Alex. & latissimè Ias. Bar. & omnes in. l. re coniuncti. ff. de leg. 3. Hinc etiam est quòd cessat ius accrescendi inter succedentes diuerso iure. l. sed cum patrono. ff. de bon. pos. secundum tab. docent Bar. & omnes in d. l. re coniuncti. ff. de leg. 3. sic & in proposito una substitutio directa qualis est pupillaris non debet germinare aliam substitutionem fideicommiss. quæ est obliqua, & sic formæ longè dissimilis & diuersæ. Stringe hoc fund. nam bonum est argumen. de iure accrescendi ad ius substitutionis, quia ius accrescendi est quædam tacita substitutio. l. si Titio & Meuio. §. Iulianus. ff. de leg. 2. docent communiter moderni post Bar. ibi in d. l. re cõiuncti. & in d. §. Iulianus. Præterea pro nobis est tex. in sui generalitate in. l. ex duobus in pr. & in. l. qui duos. ff. de uulg. in l. qui duos. ff. de reb. dub. in. l. pater filium. §. fin. ff. ad leg. fal. in. l. p. ff. de secundum tab. in quibus iuribus ei, qui ex impuberibus nouissimus decederet substitui pupillariter, & tex. ait inter impuberes tacitam fideicommiss. factam non uideri, sed successio tantùm ab intestato conseruata uidetur. Præterea & fortius inducta ad unum effectum nõ debent operari contrarium effectum; sed pupillaris facta ei, qui nouissimus decederet facta intelligitur ob utilitaté ipsorum impuberum. l. si pupillus. in uerbo utilitatem impuberis. ff. de acq. hær. l. ex tribus. cum gl. ubi docent communiter. doct. C. de inoffi. testam. ergo ea substitutio non debet producere tacitam fideicommiss. inter impuberes per quam ipsi grauati

58 Etiam quãdo impuberes quarũ nouissimo morienti pupillariter substitui inter se ab intestato non succedebãt nõ uidetur inter eos facta reciproca fideicommiss.

59 Fideicom. subst. coniecturis potest induci.

uari uiderentur.l. cohæredi.§. cum filiæ.ff. de uulg. ubi docent communiter doct.l.qooniam.C.de inffic.testam. ubi per doct.cõmuniter. & consequenter prouisio facta impuberibus ut eis consuleretur in eorum læsionem conuerteretur, quod esse non debet.

Cùm ergo inducta ad unum effectum nõ debeant operari contrarium effectum, & testator, qui duos filios impuberes scripsit hæredes eisque si in pupillari ætate decederent pupillariter substituit, huius animi esse præsumatur, ut eis prodesse, non auté obesse uoluerit: cumq; substitutio fideicommiss. grauamen & læsio esse intelligatur; superest ut ex pupillari ad utilitatem inducta non possit facta uideri fideicommiss. inter impuberes, quę eis nociua & onerosa uideretur.

Superiora procedunt in substitutione pupillari, quæ fit ei, qui nouissimus decesserit: nunc autem uidendum quid in substitutione pupillari, quæ fit collectiuè, puta, duos impuberes institui, & adieci, si uterque aut si ambo in pupillari ætate decesserint, substituo. an post mortem cuiusque in pupillari ætate decedentis statim admittatur substitutus, an uerò alter impubes superstes abintestato succedat excluso substituto? quod magis est, ut in l. pen. C. de impuberum. idque tribus rationibus, primo, quia conditio substitutionis pupillaris de proprietate sermonis non uerificatur, nisi post mortem utrius, quia ad ueritatem copulatiuæ requiritur utrunque esse uerum. l. qui hæredi plures. ff. de cond. inst. Secundo, ex coniecturata mente defuncti soboli consulentis, ut in d. l. pen. in uers. cogitasse. & argumen. l. cum auus. ff. de cond. & dem. l. generaliter. §. cum autem. C. de inst. & subst. l. cum accutissimi. C. de fideic. Tertia, quia, primo nominatus censetur magis dilectus. l. Publius. ff. de cond. & dem. Idemq; intellige quãdo substitutio ita fit post mortem omnium &c.

60 Qoid 60 autem si ultimus moriens fratri impuberi præmorienti abintestato soccessurus non erat aliqua ex parte, uel erat ex parte tantùm, non ex toto, an tunc habeat locum d. l. pen. an uerò statim post mortem cuiusque substitutus admittatur? quod magis est, moueor per illum tex. in uerb. cogitasse. qoi in eo duntaxat fundatur, quòd 61 impuberes inter se necessariò abintestato successuri erant sicque in ultimi morientis hæreditate utranque hæreditatem substitutus repertus erat ergo si cesset illa ratio, cessabit legis dispositio, maximè cùm ratio sit expressa in lege. argum. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patr. l. cũ pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2.

L. pe. C. de impub. non procedit quando impuberes abintestato inter se nõ succedebant, uel non soli, sed cum alijs.

61 *Pupillaris facta pluribus, qui inter se ex toto nõ succedebant habet locũ statim post mortem cuiusq; cõtra communẽ, licet non fiat ei, qui nouissimus decesserit, sed post mortem utriusque uel amborũ uel omniũ.*

Secundo per d. l. qui duos. d. l. ex duobus. ff. de uulg. l. qui duos. ff. de rebus dub. l. p. ff. de secundum tab. l. qui pater. §. qui filiam. ff. ad leg. fal. secundũ supra declaraui.

Tertiò per tex. in. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad treb. ubi duos filios institui, & si uterq; sine liberis decederet, nepté meã substitui. primus cũ liberis decessit, secundus autem sine liberis. & tex. ait quòd licèt conditio attenta ui uerborũ & proprietate defecisse uideatur, ex quo uerum non est utrunque sine liberis decessisse, adhuc tamen inspecta mente testatoris, neptis illa admittitur ad portionem illius, qui sine liberis decessit, mens autem testatoris colligitur ex eo q cũ tota hęreditas ad nepté peruenire uoluit, si uterqoe sine liberis decederet, ergo si alter tantùm sine liberis decessit ad eius partem uenire uoluit. argumen. l. quæ de tota. ff. de rei uend. l. an pars. ff. pro derelicto. sic & in proposito, qui dixit, si uterq; in pupillari ætate decesserit huius animi esse uidetur, ut si uterque in pupillari decessit utraque hæreditas ad subst. pertineret: sio autem alter tantùm in pupillari decessisset, tunc illius saltem hæreditas substituto deferretur.

Quarto pro hac parte multùm facere uideatur, qood licèt cohæres uidetur præferendus tanqoam magis dilectus, ex quo fuit primo uocatus. argumen. l. Publius. §. j. ff. de cond. & dem. tamen quòd substitutus sit magis dilectus patet, quia fateor institutum magis dilectum fuisse in portione sibi assignata, tamen in portione cohæredis magis dilectus est substitutus, quia ad illã habet uoluntatem espressam testatoris, cohæres auté tantum tacitã. ut. l. si Titio & Meuio. §. Iulianus. ff. de leg. 2. ergo &c. ut. l. cum ex filio. §. j. ff. de uulg. Item per prouisioné hominis cessat prouisio legis. l. fin. C. de pact. conuen. unde cum substitutus pupillaris habeat expressam uoluntatem testatoris quò ad portionem præmorientis, non est cur non debeat præferri maxime cum ipsi impuberes inter se abintestato, uel non essent, uel non solus sed cum alijs essent successuri. & hoc argumen. utitur Alex. in. l. pen. C. de impub.

Quinto per. l. Lucius. §. Caio. ff. ad Trebel. ubi post duos hæredes institutos, dixi, rogo uos ut post mortem uestram restituatis. tunc primo moriente substitutus fideicommissarius non spectata morte alterius in eius partem admittitur. sic & in proposito, altero ex impuberibus moriente substitutus statim admitti debet, maximè cùm alter impubes superstes non possit abintestato præmorienti solus succedere. Idem probatur eodem modo inducendo in. l. fin. §. filium. de leg. 2. ut inferius dicam.

Sexto per. l. 6. de leg. j. ubi dixi, Stichum, qui meus erit cùm moriar lego. & tex. ait, q 62 illa cond. qui meus erit, uel si meus erit cùm moriar interpretatur quatenus meus erit, ut cõditio legati siue in totum siue pro parte uerificata sit statim admittat legatarium: sic & in proposito illa cond. si uterque in pupillari decesserit interpretatur quatenus in pupillari ætate decesserint, ut primo moriẽte statim substitutus admittatur, rursus altero moriẽte statim ad eius portionem substitutus admittatur, maximè cùm impuberes inter se abintestato integraliter succedere non poterant.

62 *Rei appellatio uerificatur in parte ex præsumpta uoluntate testatoris.*

Septimo id probatur in l. falsa. §. fi. de cond. & dem. ff. l. 2. §. fi. ff. de cond. insti. ubi 63 una pluritas resoluitur in plures singularitates disiunctas, non coniunctas. nam ibi, posui hanc condit. in legato uel institutione, si mei erunt, cùm moriar. & ait tex. perinde esse ac si dicerem, siue primus, siue secundus meus erit, cum moriar. nam ut isto casu si alteruter meus sit cùm moriar statim dispositio ualebit, ita & illo caso dispositio & ualebit, & statim sumet effectum: sic & in proposito, illa cond. si uterque in pupillari ætate decesserit hunc habet sensum, ut siue alter tantùm in pupillari ętate moriatur, aut decesserit, tunc ad alterius siue uter in ea ætate decesserit tunc ad otriusque portionem substitutus admittatur, & ibi militat eadem ratio, quæ militabat in d. l. hæredes mei. §. cum ita. Nec dicatur quòd in d. §. cum ita est speciale fauore neptis substitutæ. nam resp. quòd ibi tex. non se fundat io fauore neptis, sed in præsumpta mente testatoris, quæ colligitur non ex fauore neptis, sed ex ipsa defuncti dispositione, qui cui totum dedit eidem & partẽ facilius dedisse præsumitur secundò resp. quòd pars illa, quæ datur nepti substitutæ aufertur alijs nepotibus testatoris. Vnde apparet quòd uoluntas nõ colligitur ex sanguine sed ex substitutione facta, & istud fundamentum decidit hanc quæst. cum priuilegiatus contra pariter priuilegiatum non gaudeat priuilegio. l. sed & milites. §. coæqualitas. ff. de exc. tut. unde cũ in terminis d. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. substitutus & is qui cum eo certabat essent testatori pariter coniuncti oeutrius coniunctio in consideratione esse debet, quia inter pares nulla uictoria nullaq; prælatio est. l. ille à quo. §. tempestiuum. ff. ad Trebell.

63 *Pluralitas resoluitur in singularitates.*

Octauò per. l. fi. §. filium. de leg. 2. ubi pluris eiusdem rei legatarios rogaui, ut post mortem suam restituerent. quorum alter decessit, altero collegatario superstite. & tex. ait quòd partem uacantem non collegatarius, sed substitutus habebit.

Postremò perpendo. d. l. 6. ff. de leg. j. nam longè maior coadunatio est in una eademque re quàm in rebus diuersis. hinc est quòd si duobus una eadem res legetur

pars repudiantis coniuncto.i. collegatario accrescit et
si uerbaliter sint separati. ut in.l.re coniūcti.ff. de leg.3.
§.si eadem inst.de leg.l.Meuio in prin.ff.de leg.2.l.si se-
paratim.ff.de cond.& dem.& tamen si diuersæ res legen
tur duobus, tunc altero repudiante unam rem ea res
repudiata collegatariis non accrescit.tex.in.l.huiusmo-
di.§.quibus.ff.de leg.1.ubi Bar. Paul.Imola.Alex. Areti.
& Ias.Bar.Ias.Ripa.Crotus Politus Besucius in.l. re con
cti. ff.de leg.3.qui omnes fatentur quòd pars eiusdem
rei repudiata accedit collegatario eiā uerbis disiūcto;
at si sint diuersæ res tūc res repudiata collegatario non
accedit etiam si essent uerbaliter coniuncti. Tunc sic in
d.l.6.dicitur quòd illa conditio Stichum si meus erit, le
go, interpretatur quatenus meus erit etiam si per hoc
eadem res scindatur.ergo multò facilius inducetur se-
paratio in rebus omnino diuersis, quandoquidem indu-
citur partium separatio in eadem re, quia longè facilius
inducitur rerum diuersarum separatio quàm portionū
separatio in eadem re.ad idem.l.in stipulationibus.l.si cē
tum.ff.de uerb.oblig.l.1.§.si quis simpliciter.cum duob.
seq.ff.de uerb.obl.nam si fundum stipulator & partem
fundi promittis non ualet stipulatio, quia eandem rem
diuidere non licuit: at si duos fundos stipulanti unum
promittas, ualet promissio, quod facilè licuit res diuer-
sas separare.dixi latè in illa quęstione an in summis esset
ius accrescendi. Ergo, si pluralitas resoluitur in suas
singularitates in terminis.d.l.6. licèt simus in eadem re
quanto magis ubi sumus inter personas omnino diuer-
sas, ut est in illa conditione, si uterque decesserit in pu
pillari, uel rectius si in terminis. d.l.6. &.d.l. hęredes
mei.§.cum ita admittitur ut identitas & unitas eiusd.
rei in partes scindatur & diuidatur ex mente testatoris
contra uim uerborum quantò facilius admitti debet ea
diuisio inter personas omnino diuersas ut in specie no-
64 stra.stringitur hoc fundam.nam 64 rei simpliciter pro-
latæ appellatione res tota intelligitur. l. si quis cum to-
tum.ff. de excep.rei.iud. ubi tradunt communiter doct.
l.qui usumfructum.ff.de uerb.obli.ubi tradunt omnes.l.
Meuio.in princ.in uerbo totus.ff.de leg.2.l.coniunctim.
ff.de leg.3.l.si separatim.in uerb.totus.ff.de condi.& de-
mon.l.1.§.si.in uerbo totius.ff.de usuf. accrescen.l.inde
Neratius in uerbo insolidum. ff.eod.l. si ita scriptum in
uerbo ex asse.ff. de hær. inst.l.cum quæstio. C.de leg.§.
si eadem inst. de leg. docet Ias. latè post Bar. Alex.&
alios in.l.5.§.pe.& si.ff.de leg.1.si ergo per argum.de to
to ad partem ex præsumpta mente defuncti inducitur,
ut identitas unitasq; eiusdem rei diuidatur resoluaturq;
in suas portiones, quantò facilius induci debet ut plu-
ralitas diuersarum personarum uel rerum resoluatur in
suas singularitates, & consequenter quòd si dixi, si uter-
que in pupillari ætate decesserit, tunc altero in pupilla-
ri ætate moriente ad eius portionem statim admittatur
substitutus, & altero postea similiter moriente rursus
ad illius quoque portionem substitutus admittatur.
Nec ad rem pertineat, quòd supersit aliquis de liberis
testatoris, qui ad impuberis morientis portionem ad-
mitti possit ab intestato.nam id non sufficeret nisi certè
& indubitatè admittendus ueniret, cùm si casu quodam
admissus sit ab intestato id considerabile non sit.l.6.ff.
de leg.3.optimè stringit.l.hęredes mei.§.cum ita.ff. ad
treb.tam in decisione quàm in ratione.l. scimus.§.reple
tionem.C.de inof.testem. ibi aduentitium lucrum.

64 Rei simpliciter prolatæ appellatione intelligitur tota res.

Tenendo ergo hanc partem.s. quod.l.pe. C.de impu.
non procedat quando impuberes inter se ab intestato
succedere non possent, nec etiam procedat quando im-
puberes ab intestato inter se succedere poterant, non
tamen soli sed simul cum aliis, puta, quia testator præ-
ter impuberes alios filios reliquit, tunc ad.d.l.pe. & ea
quæ in contrarium primò adduxi resp. nil obesse quòd
illa conditio si uterque in pupillari ætate decesserit de
proprietate sermonis non impleatur altero tantùm in
pupillari ætate moriente. nam licèt de proprietate ser-
monis impleta non sit satis est quòd impleta, uideatur
ex legis interpretatione fundata in præsumpta mente te
stantis, qui huius animi fuit ut illa pluralitas (si uterq;)
resolueretur in suas singularitates.ut latè modò proba-
ui. Non quoque obstat quòd primò nominatus cen-
seatur magis dilectus.nam uerum est in portione sibi re-
licta, non autem in portione cohæredis uacante secun
dum Alex.in.d.l.pe. ideoq; uerissimum receptissimumq;
est substitutum regulariter præferri coniuncto.l. 2. §.si
duo.ff. de secundum tab.l.pe.ff. de iniust.rup.§.in primo
§.pro secūdo.C.de cad.toll. quod latè suo loco differui-
mus. Non quoque obstat quòd 65 ex coniectura ta 65
mente testantis sit, ut coniunctus idemque filius testato
ris pręferatur substituto. nam licèt illud in uulgari ad-
mitti possit, quia sit ad testamenti conseruationem.un-
de substitutus non tam singulis personis quàm uniuerso
gradui datus uidetur.argum.in prin.C.de cad. toll.& in
princ. inst. de uulg. tamen in pupillari quæ post aditam
hæreditatem locum habet.l.2.§.si prius.ff.de uulg.sicq;
post testamen. confirmatum substitutus non uniuerso
gradui ad testamenti confirmationem, sed singulis per-
sonis mentaliter datus uidetur regulariter, non secus
quàm in fideicommiss.fallit, quando impuberes quibus
fideicom. facta fuit certè & indubitatè & integraliter
inter se successuri erant.ut in.d.l.pe. secus si præter ip-
sos impuberes erant alii fratres: ratio, quia qua ratio-
ne utroque impubere in pupillari ætate moriente substi
tutum prætulit testator aliis filiis suis, eadem ratione
altero tantùm moriente eum præferre uoluit aliis filiis
testatoris; neque ullus sanus id negabit. Secunda ra-
tio, quia prouisio substituti pupillaris principaliter fit
propter tutelam & incolumitatem impuberum. ut. §. si
quis autem ita formidolosus.inst.de pupill.sed ab aliis
filiis testatoris eum de salute fratrum impuberum agi-
tur non minus cauendum est quàm de aliis propinquis
argumen.l.cum oportet in princ.C. de bon. quæ lib. er-
go si impuberis pręmorientis portio ad superstitem al-
terum impuberem ab intestato pertineret quando sunt
alii fratres, tunc etiam ad alios fratres pertineret per
quod ipsius impuberis præmorientis salus, uitaque pe-
riclitaretur, sicque testatoris prouisio eluderetur.

65 L.pe.C.de impub.non procederet si essent alij fratres præter impuberes.

Præterea alii filii testatoris aut erant exhæredati, aut
pręteriti. & tunc cum fuerint per testatorem iniuria
affecti & ei inuisi non est uerisimile quòd eos substitu-
to pręferri uoluerit. argumen.in auth.ut cum de appel-
latione cog.§.aliud uers. sola enim est.(hodie enim per
præteritionem filiorum.non uitiaretur ipso iure testa-
men. quo ad subst. pupillarem auth. ex causa. cum ibi
not.C. de lib.præt.) aut fuerunt hæredes instituti, &
tunc, aut illi quibus non fuit facta pupillaris erant im-
puberes, & non uiderentur tam dilecti, quàm alii, ex quo
eis non curauit prouidere de substitutione pupillari: aut
erant puberes, & tunc ab eis cauendum quò ad incolu-
mitatem impuberum, non secus quam ab aliis propin-
quis. argum.d.l. cum oportet. in princ. Postremò &
fortius, quando testator plures filios quàm quibus pu-
pillariter substituit habebat, impossibile est quòd no-
luerit inter eos ius legitimę successionis conseruare,
cùm ipse disposuerit ut ambobus impuberibus in pupil-
lari ætate morientibus substitutus admitteretur exclusis
aliis filiis, ergo non uoluit inter eos ius legitimæ succes
sionis conseruare. & ideo omnia iura in hac materia lo-
quentia cautè loquuntur, quando erant duo tantùm
filii testatoris impuberes.ita loquuntur si rectè intuean
tur.l.pe.C.de impub.l. ex duobus in princ.l.qui duos. ff.
de uulga.l.qui duos. ff.de reb. dub.l. pen. ff. de secun-
dum tab.l. pater filiam.§. fin. ff. ad leg. fal. Postremò
stringit quod dixi suprà dum de fideicom.agebam uers.
illud autem.

Habes ergo ex superioribus quòd si duobus impube-
ribus sub hac conditione pupillariter substitui (si uter-
que in pupillari ætate decederet) tunc regulariter post

mortem cuiusque statim admittitur substitutus. Intellige primò, quando ipsi impuberes inter se ab intestato succedere non poterant. ita uult communis opin. Vnde infertur quòd si impuberes non erant utrinque sed ex patre tantùm coniuncti & habebant alios fratres utrinque coniunctos, qui eos excludunt in successione ab intestato iuxta auth. itaq;. C. com. de succ. tunc substitutus post mortem cuiusque statim admitteretur. & non procederet. l. pe. C. de impub.

66 *Intell. l. Tauri.* Infertur secundò secundum communem opin. quod stante lege regia sexta Tauri, quæ induxit, ut fratres etiam utrinque coniuncti excludantur à successione fratris intestati, qui aliquem ex parentibus superstitem habebat, tunc post mortem cuiusque impuberis statim admitteretur substitutus & non procedet sed limi. d. l. pe. *Illatio contra communem.* Secundò principaliter intellige d. regulam quando fratres impuberes inter se ab intestato bene poterant succedere non tamen soli, sed simul cum aliis idque contra communem opin. *Illatio contra communem.* Vnde similiter contra communem opin. infertur quòd si impuberes, alios fratres habebant, qui secum ab intestato succedere poterant, tunc post mortem cuiusque substitutus statim admitteretur & lim. hoc casu. d. l. pe. *Illatio contra communem.* Secundò contra communem infertur quòd si impuberes alios fratres nõ habebant, sed nepotes ex fratribus præmortuis, qui secum ab intestato hodie succedunt. auth. post fratres. C. de legiti. hær. tunc post mortem cuiusque substitutus statim admitteretur. *Illatio contra communem.* *Illatio contra communem.* Infertur tertio contra communem quòd si impuberes habebant patrem uel matrem, qui secum ab intestato de iure communi admittuntur auth. defuncto. C. ad tertul. tunc post mortem cuiusque impuberis substitutus statim admitteretur. Infertur quarto contra communem idem fore, si impuberes haberent auum, uel auiam uel deinceps, qui cum eis ab intestato admittuntur ut per gl. communiter ibi approbatam. C. ad tertuli. in d. auth. defuncto. & his. 4. casibus limitatur. d. l. pe. C. de impub.

Hanc regulam limita quando impuberes necessariò & ex toto inter se succedebant ab intestato, quia nullus erat, qui cum eis concurrere posset ita intelligo. d. l. pen. C. de impuberum.

Superiora procedunt quando fit substitutio pupillaris distributiuè, puta sub conditione hac, si uterque in pupillari decederet. idem ergo intellige, si fiat collectiuè, puta, (si ambo &c.) quo casu facienda est regula cum totidem declarationibus & limitationibus pro cõmuni uel contra.

Tertiò idem quando fieret pupillaris, per uerbum uniuersale, puta si omnes decesserint in pupillari.

Quartò idem si fieret copulatim, puta, si primus & secundus in pupillari decesserint.

Quintò idem si fieret copulatiuè, puta, si primus in pupillari decesserit, & secundus in pupillari decesserit.

Sextò idem si solutè, puta, si primus, si secundus in pupillari decesserint.

Septimò idem implicatiuè, puta, si primus etiam secundus in pupillari decesserint.

Octauò idem si similitudinariè, puta, si primus secundus similiter in pupillari decesserint.

Nonò idem si repetitiuè, puta, si primus item secundus in pupillari decesserint.

Decimò idem si aduersatiuè, puta si primus secundus autem in pupillari decesserint.

Vndecimò idem si alternatiuè, puta si primus aut secundus in pupillari decesserit.

Duodecimò idem si alternatiuè, puta si primus in pupillari decesserit, aut secundus in pupillari decesserit.

Nam in omnibus his casibus idem iuris est quod futurum esset si copulatiuè fieret substitutio, ut suprà deduximus dum de uulg. disseruimus: & consequenter est facienda superior regula cum totidem declarationibus & limitari. Agnosco tamen quòd in contrarium se habet communis opin. ut latè per Alex. Corneum. Iaso. Curtium Iuniorem & alios post Bar. Cynum Albert. Bal. Ang. Sali. & alios in. l. pe. C. de impuberum. per omnes in. l. si is qui ducenta. §. Item si pater. ff. de reb. dubi. per Alex. & alios in. l. eum qui. ff. ad treb. & in. l. Titia Sein. §. Seia libertis. ff. de lega. 2. Curti. Iunior in. d. l. pe. Bar. Alex. & plenè Ias. in. l. potest. ff. de uulga. Paul. & Soci. in. l. si is qui ducenta. §. item si pater. ff. ad leg. fal. Bar. in l. uel singulis. ff. de uulg. Viglius in. §. uel singulis. inst. de pupill. Paul. & Alex. in. l. pater filiam. §. si. ff. ad leg. fal. Soci. in. l. i. s. q. 5. quæst. princ. ff. de uulg. sed uos iudicabitis quis iustius induat arma.

Quæro, duas filias hæredes particulares institui & extraneum hęredem uniuersalem, & adieci, quòd si utraque filia in pupillari ætate moreretur, tunc cohæres extraneus eis hæres foret. an post mortem alterius ex filiabus extraneus ille statim admittatur, an demum post mortem utriusque? & Curti Iuni. in. l. pe. C. de impub. tenet quòd demum post mortem utriusque contra Angel. consi. 101. considerandum. & contra Areti. in. l. quidam testamento Proculum. ff. de uulg. teneo opin. Curtii contra reliquos per. d. l. pe. C. de impuberum. quando impuberes inter se & soli succedebant, quod si uel inter se non succederent, uel non solæ succedent contraria opin. uerior est. 67 *Illatio cũ Curtio contra Ang. & Aretinum.*

Dixi 68 si uterque impubes in pupillari ætate decesserit substituo. ipsi autem impuberes inter se ab intestato succedere poterant, an post mortem alterius statim substitutus admittatur? Paulus quod sic in. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad trebel. Contrarium tenent communiter doctores tam ibi quàm in. l. pen. C. de impub. non obst. proprietas uerbi si uterque in qua se fundat Paul. quia semper recedimus in ultima uoluntate à proprietate uerborum ut pluralitas in suas singularitates resoluatur ut iam diximus. 68 *Illatio contra Paul. cum communi.*

Qui tres filios habebat, duos impuberes tertium adolescentem eos hæredes scripsit, & adolescentem reliquis pupillariter substituit sub conditione, si in pupillari ætate decederent. altero in pupillari ætate decedente, an substitutus ex pupillari ad totam portionem morientis admittatur, an uerò ab intestato partem eius hæreditatis capiat duntaxat, alteram uerò partem alter frater impubes? Curtius Iunior contra Soci. quem refert in. d. l. pe. col. pe. C. de impube. tenet quòd ab intestato admittetur ad partem hęreditatis, altera uerò pars ad alterum impuberem pertinebit, ex substitutione autem minimè ad totum admittetur, quia inquit superest persona, quæ ex præsumpta mente testantis substitutum excludat in parte, ergo per argumentum de toto ad partem debet excludi. Teneo contrarium, moueor, quia priuilegiatus contra pariter priuilegiatum non gaudet priuilegio, sed si omnes essent extranei tunc in iis substitutionibus, quæ post aditam hæreditatem (qualis pupillaris est & fideicommis.) locum hàbent post mortem primi statim admitteretur substitutus: ergo idem si omnes sint pariter coniuncti, ut in casu nostro in quo nulla ratio est, cur pluralitas ex regula non resoluatur in suas singularitates ergo &c. ut. l. fi. §. filium. ff. de lega. 2. l. Lucius. §. Caio. ff. ad Trebeli. iuncta. l. sed & milites. §. coæqualitas. ff. de exc. tut. *Illatio contra Curtium.*

Fratres 69 meos institui & iussi ut si uterque sine liberis decederet, hæreditas Titio restitueretur. an primo sine liberis moriente, statim admittatur substitutus mouet quæstionem, quòd ipsi inter se possunt ab intestato succedere quare testator inter eos uidetur quòd seruare uoluisset ius legitimarum successionum per quã rationem Curtius Iuni. in. l. pen. C. de impub. nume. 16. post Imol. in. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad trebel. tenet quòd ad primi sine liberis morientis successionem substitutus non admittatur: id quod uidetur esse dementę Ias. post plures, quos refert in. l. potest. ff. de uulg. num. 10. & in. d. l. pe. num. 8. teneo contrarium quia ius 69 *Illatio contra Curtium Ias. & alios cõmuniter.*

legitimę successionis inter fratres, qui testamentum faciendo poterant se ad inuicem excludere non est in consideratione. l.6. ff. ad leg.3. & suprà plenius dixi & per generalitatē. l.fi.§.filium. ff.de leg.2. l.Lucius §.Caio. ff.ad Treb.

Illatio contra communem.

Duobus impuberibus institutis pupillariter substitui sub hac conditione, si oterque in pupillari ætate decederet, alter pubes factus est, alter uerò in pupillari ætate decessit. an ad huius hæreditatem substitutus ex pupillari admittatur, an uerò frater pubes ab intestato? Corn.in.l.pe.C.de impub.col.2.post Bal.Sali.& Paul. & alios communiter ibi tenet quòd admittatur frater pubes exclusa substitutio. contrarium tenet Fulgo.ibi cuius opin. uerior est per.d.l.pe. in uerb.cogitasse.

Et pro plena intelligētia iuxta prædicta reuoco in dubium.d.§.Seia cum.l.uel singulis de uulg.ff.§.uel singulis.de pupill.l. pater filiam.§. fi. ad leg.fal.l.qui duos de reb.dub.l.pe.de secundum tab.l.qui duos de uulga. nam

70 Substitutus pupillariter ei, qui nouissimus decesserit non facit uideri factas reciprocas fideicõmis. inter impuberes cum communi contra nouissimos.

70 in.§. Seia dicitur quòd 70 si ex duobus honoratis ei, qui nouissimus decederet substitui per fideicom. tunc substitutus ad totum uocatus uidetur, & consequenter primò ex institutis morienti superstes uidetur substitutus. at in.l.uel singulis.cum conc.dicitur contrarium. s. quòd primo morienti superstes substitutus non uidetur per fideicommis. uel alias licèt ei succedere possit iure legitimo. sol.secundum doct.d.§.Seia procedit in subst. fideicommissaria. & aliud est in subst. directa in qua loquitur.l.uel singulis.cum conc.ex hac sol.infertur quòd §.Seia.qui loquitur in fideicommissaria, non procederet in pupillari directa, in qua loquitur.l.uel singulis.cū conc.infertur & secundò quod.l.uel singulis.cum conc. quæ loquuntur in pupillari directa, non procederent in fideicommissaria, sed sol.dubia est, ergo & correlaria Dic ergo quòd data paritate terminorum nulla differentia est inter fideicommissariam & directam pupillarem, nam si ex duobus impuberibus institutis ei, qui nouissimus moreretur substitutus essem siue per fideicommis siue pupillariter, tunc ad utriusque portionem uideor uocatus demum post mortem amborum, quia in portione uacante eorum superstes magis dilectus fuit quàm substitutus, & post eum substitutus ultra omnes alios, quo fiet ut si ipsi impuberes inter se ab intestato succedere non possent, tunc superstes præmorienti saltem per fideicommis. substitutus uideatur quemadmodum fit in fideicommissaria substitutione, quando primò honorati inter se ab intestato necessariò successuri non sunt. & isto casu non procederet.l.uel singulis cum conc.sed procederet.d.§.Seia.tam in fideicommis.quàm in uulgari.quòd si primo honorati erant duo impuberes testatoris, qui existente conditione substitutionis ab intestato inter se necessariò successuri erant, tunc licèt substitutus ad totum post mortem demum utriusq; uocatus intelligatur, tamen ipsi impuberis inter se per fideicommis. uel aliàs substitui non uidentur, sed superstes præmortuo ab intestato succedet in cuius hæreditate substitutus existente conditione substitutionis inueniet & portionem impuberis præmorientis, quod uerum siue substitutus esset eis pupillariter, siue etiam per fideicommis.nam legem uel singulis. cum conc. loquentem in pupillari tantum, extendo ut etiam in fideicommissaria hoc casu locum habeat. & d.§.Seia.limito, ut hoc casu non procedat. ita docet nouè Areti. in.l.uel singulis.ff.de uulg.sequitur Couarub.in.c. Rainutius.§.8.in fi.de testam.sed communis opi.uerior est, quia testator cum incœpit à substitutione pupillari & sic, à fauore nunquam ex ea queritur fideicommis. & sic odium & grauamen ut suprà dixi.

Adde quòd differentia est in terminis horum iurium inter fideicommis.& directam pupillarem, ut tenent cōmuniter doct. quales sunt Paulus post Dinum ibi in.d. §.Seia.glo.in.d.l. pater filiam.§.fi. in uerb. substitutum in fi. Ias.in.l.pe.C.de impub.in fi.Ias.in.l.potest num. 8. ff.de uulg.Alex.in.l.pe.glo.Paul.Bar.& Alex.in.d.l.cum qui.ff.ad Trebel.Bar.in.l.qui duos.de reb.dub.nume.3. Paul.in.d.l.pen. in quæstione ardua de qua ibi per eum & in.l.potest.de uulga.Bar.nume.4. in.l.hæredes mei.§. cum ita.post glo.ibi & Dinum, quem refert.ff.ad Treb.

Adde quòd tam in fideicommis.quam in pupillari propter uerbum nouissimus præsumitur quòd uoluit utranque portionem ad substitutum pertinere, sed licèt in effectu non fuit differentia, quia utroque casu utraque portio ad substitutum pertinet, fit tamen in modo, quia in pupillari cùm necessariò abintestato inter se sint pupilli successuri nulla à lege introducitur tacita, ficta'ue substitutio. ut d.l.uel singulis.cum conc. Sed in fideicommis.quæ fit extraneis, qui inter se abintestato succedere non poterant inducitur à lege quædam ficta substitutio inter primò honoratos, ut per hoc & primi morientis portio ad superstitem, & eo moriente utraque ad substitutum perueniat. ut d.§.Seia. ubi ex prædicta necessitate prima ficta substitutio inducitur, quæ in terminis.l.uel singulis. non inducitur, quia illa necessitas cessat: refert ergo utrum primi honorati inter se omnino abintestato successuri essent, ut tunc procedat.l.uel singulis. cum conc. an non, ut tunc procedat.§. Seia.libertis. Vnde si impuberes, quorum ultimo morienti pupillariter substitui inter se abintestato succedere non poterant (quo casu essemus in terminis.d.§.Seia) tunc inter eos esset reciproca eademque directa substitutio secundum Couar.in d.c. Rainutius.§. 8.num.6. de testamētis.post Imolam & Areti.in.l. uel singulis.ff. de uulg. Alex. & Vincent.de Hercul.in d.l.pater filiam.§. fin.ff. ad leg.fal. quos ipse refert, sed horum opin.defendi non potest.quia ut suprà eleganter probaui nunquam reperitur quòd per coniecturas directa subst.inducatur in diuersa persona, quàm quæ fuerat expressim ad substitutionem assignata, & per alias rationis de quibus suprà: itaque neque directa substitutio inter ipsos impuberes facta esse intelligitur propter rationem proximè signatā, nec etiā fideicommissaria propterea quòd qui incœpit à pupillari substitutione nunquam uidetur onerasse impuberes adinuicem per fideicommissum, ne pupillaris facta ad utilitatem meram ipsorum impuberum interpretetur in eorū læsionem, quòd accideret si fideicommissariam reciprocam inter eos continere diceremus.arg. l.cohæredi.§. cum filiæ.ff. de uulga. & quæ latè suprà diximus.

71 Substitutio, illa eis substituo, non singulis sed uniuersis facta uidetur contra Corn. Bal. Ang. & Curti. Iuniorem.

Ex superioribus 71 infertur uerā minimè esse nec defendi illo modo posse illam communem lim.quam signat Corn.in d.l.pe.C.de impub.col.3.post.Bal ibi & Angel. & Iacob.de Aren.quos sequitur Curtius Iunior ibidem num.12.post Iacob. Butrig. quem refert, ait.n.quòd si postquam plures hæredes institui, adieci, eis substituo. quòd tunc post repudiationem cuiusque statim admittitur substitutus, quasi per hoc singulis substitutus uideatur.sed hæc op.defendi (ut dixi) non potest, quia non tam singulis personis quàm toto gradui substituisse uidetur. quo fit, ut substitutus non aliter admittatur quàm si omnes repudiauerint, id, quod probant omnia fundamenta nostræ opin.quæ referre non expedit queque posuimus suprà dum egimus de uulgari.

72 Primum, secundum, & tertium instituo, si primus & secundus hæredes non erunt, eis substituo. non singulis sed

Adde 72 ꝙ si dixi, primus, secundus, & tertius hæredes sunto. si primus & secundus hæredes non erunt, tertium cohæredem eis substituo. quòd tunc is tertius non primis duobus collectiuè sumptis, sed singulis substitutus uidetur. Vnde altero repudiante statim ex substitutione admittetur excluso cohærede. ita Curtius Iunior num.12.in.l.pen.C.de impub.post Alex. ibi quem ipse refert, sicque limit.not.secundum Curtium communis op. superior pro qua lim.facit, quod ait Bar.in.l. re coniuncti num.54.ff.de leg.3. Sed contra hanc lim.faciunt tex in.l. si mater.§.fi.ff.de uulga.& in.l.cum in testam. in prin.ff.de hær.inst.& apertius.l.si Titius cohæredi.&.l.cohæredi in prin.ff. de uulg.§.sed si instituto.inst.eod.

& quæ

ambobus facta uidetur substitutio contra Alex. & Curtiũ.

& quæ dixi suprà dum de uulgari egi.

73 *Substitutio pupillariter facta in tota hæreditate ei qui nouissimus decesserit, non inducit inter impuberes tacitã substit. siue fiat uniuersaliter, siue distributiue, siue collectiue siue ei, qui nouissimus decesserit cõtra communem. plures conclusiones.*

Quid 73 autem si pupillaris fit ei qui nouissimus decesserit expressim in tota hæreditate magis communiter uidétur doct. tenere in locis suprà citatis quòd tunc impuberes inter se uideantur tacitè substituti. Intellige quadrupliciter, primò quando fit hoc modo, ei qui eorum nouissimus decesserit substituo in tota hæreditate. Secundò quando fit uniuersaliter, ut si dixi, post mortem omnium impuberum, uel si omnes in pupillari ætate decesserint, substituo in tota hæreditate. Tertiò quando fit copulatiuè, ut si dixi post mortem amborum substituo in tota hæreditate. Quartò quando fit distributiuè ut si dixi si uterque in pupillari ætate decesserit substituo in tota hæreditate, ut sic his quatuor casibus limitetur.l.pen.C.de impuberum. propter illam adiectionem in tota hæreditate.

In omnibus his casibus tenenda est contraria opin.ut inter se tacitè substituti non uideantur, primò per generalitatem tex.in.l.ex duobus in prin.in.l. qui duos.ff.de uulga.in.l.uel singulis.eod.tit.in.§. uel singulis. inst. de pupill.in.l.qui duos.ff. de reb.dub.l pater filium.§.fin.ff. ad leg.fal.l.pen.in pr.ff.de bon.pos.secundum tab.in quibus iuribus habetur q̃ si impuberũ ei,qui nouissimus decesserit substituo. tunc inter eos non uideo tacitas substitutiones fecisse, quinimmo ipsi inter se succedent ab intestato. hoc amplius etiam eo casu, quo inter se abintestato succedere non possunt, quale est cùm uter alteri superuixerit, non apparet, tunc adhuc inter se non uidentur tacitè substituti. sed substitutus eo casu ad utriusque portionem immitatus ex persona sua uidetur.tex.est. in d.l.qui duos.d.l.ex duobus.ff.de uulg.d.l.qui pater.§. fin.d.l.qui duos.ff.de reb.dub. quod obtinet non solùm etiam si pariter perierint, sed etiam si diuersis temporibus, si tamen uter prior, obierit non appareat, ita probat tex. mirabiliter in.d.l.pen.de secundum tab. in prin. sicque licèt actor probare debeat suam intentionem.l.j. l.actor.l. pen.C.de prob.l.qui accusare.C.de eden.tamẽ substitutus idemque actor hoc casu non tenetur probare uter alteri superuixerit, quasi ab initio & primordialiter testator cum ei,qui nouissimus decesserit substituit, disposuisse uideatur: ut substitutus singulis succedat, nisi diuersis temporibus decessisse probentur, quo casu nõ singulis sed nouissimo tantùm successisse uidetur: idque duplici fauore & quòd is, qui superuixit erat de liberis testatoris, & quòd erat positus in conditione ut signanter docet Curtius in.l.pe.C. de impub.in num.10. & iterum ibid.nu.17. post.Corn.cons.276.uol.3.quem ipse allegat. ut esse de liberis testatoris non quidem sufficiat ad exclusionem substituti pupillaris, nisi præterea superstes sit etiam positus conditione. Vnde infertur quòd si impuberes alios fratres habebãt & primus decessit post pubertatem, secundus autem in pupillari ætate, tunc eius hæreditas non pertinebit ad fratrem, qui iam pubescerat etiam si esset positus in conditione, & esset de liberis testatoris, & longè minus ad alios fratres, qui licèt erant de liberis, non tamen erant positi in conditione, ratio, quia post ipsos impuberes quibus facta fuit pupillaris substitutio nullus licèt sit de liberis uidetur tam dilectus quàm ipse pupillaris subst. saltem quo ad hæreditates portionesq; eorum impuberum, cui pupillaris facta fuit, ut dixi suprà & quia regula est quòd substitutus post cuiusque impuberum mortem statim admittatur ut suprà dixi: nisi contra eum ab aduersa parte probetur quòd impuberes & diuersis temporibus obierunt, & ita ut appareat uter alteri superstes fuerit; & præterea præmorientis hæreditas ad superstitem impuberem, qui pariter in conditione positus fuerat ex toto abintestato peruentura esset, ut probat nominatim d.l.qui duos.ff. de reb.dub.d.l.qui duo.ff.de uulga.ut sic eorum quolibet deficiẽte substitutus ad singulorum morientium hæreditatem admittatur, quasi suam intentionem habeat fundatam. Vnde subinfero quòd si tres filios impuberes habebam, quorum duobus tantùm feci pupillarem substitutionem ita si omnes tres in pupillari ætate decesserint, tunc ei, qui nouissimus decesserit substituo. quòd hoc casu si alter ex impuberibus, quibus subst. pupillaris facta fuit primus moriatur, tunc eius hæreditas abintestato non pertinebat ad alterum impuberem, cui pupillaris facta non fuit, sed uel ad substitutum pertinebit uel ad tertium impuberem, cui similiter pupillaris facta fuit, ad quem solùm cùm abintestato pertinere non possit, quia etiam alter impubes cui pupillaris facta non fuit erat in pari gradu, ergo debebit ad substitutum pertinere. argumen.d.l. qui duos.ff.de reb.dub. d.l.qui duos.ff.de uulg.sicque quòd superstes impubes sit de liberis quodque sit positus in conditione non sufficit, nisi præterea sit positus in simili dispositione, seu prouisione pupillaris substitutionis. Vnde si essent tres impuberes in potestate, quorum nouissimo morienti substitui pupillariter, tunc primi morientis hæreditas ad ambos superstites pertineret excluso substituto, quia erant de liberis & erant in pari conditione, & erant in pari dispositione, & prouisione à testatore facta ut.dd.ll. Cùm ergo is qui substituit impuberem ultimo morienti quò ad iuris effectum uim & potestatem similis sit ei, qui singulis substitutus est, nisi cùm impuberes inter se abintestato necessariò successuri erant & etiam ex toto & etiã erant positi in pari conditione, & pari prouisione, superest, ut cùm dixi, ei 74 qui nouissimus decesserit in tota hæreditate substituo. perinde fit ac si simpliciter dicerẽ ei, qui nouissimus decessit in hæreditate substituo. quasi sensus fuerit, quòd post mortẽ ultimi morientis tota hæreditas ad substitutum peruentura esset, eo quòd licèt intellexi quòd inter impuberes per prius potuit diuidi possiderique pro diuiso uel pro indiuiso, tamen quo tempore ultimus moreretur iam tota hæreditas mea unum idemq; patrimonium effecta foret per coniunctionem utriusque portionis, uel utriusque hæreditatis.l. sed si plures.§. filio impuberi.ff. de uulg.sicque uerbũ totum nil importet, non magis quàm si simpliciter de hæreditate tantùm non de tota, uel uniuersa hæreditate mẽtio facta fuisset, quia, ut probaui suprà indefinita æquipollet uniuersali uel etiam integrali loquutioni. nec quidq; mutat d.§.Seia in contrarium allegatus licèt in eo omnes se fundent caq; nostra op.ex infra dicendus multipliciter confirmabitur.

74 *Verb. tota nil importat.*

Infero ueram non esse opin. existimãtium q̃ 75 per adiectionem illius uerbi totam, inducatur reciproca substitutio inter impuberes, quando prior decessit in pupillari ætate: licèt in hac opinione fiot Couarub. in c. Rainutius.§.8.num.6.de testam.post Ripam in d.l.hæredes mei.§.cum ita.ff. ad Treb.num.21. Imola & Areti.in.l. uel singulis.ff.de uulg.Ias.in.l.pen.num.7.C. de impuberum. Alex.& Vincent.in.d.l.pater filium.§.fi.ad leg.fal. sed certè uerbum, totum, nil omnino operatur ut suprà probaui & probat Viglius in.§. uel singulis. inst.de pupill.dicens quòd testator illud uerbum adiecisse uidetur non ad quicquam denuo inducendum, sed ad iuris dispositionem, quæ in hoc art. est declaranda, ut statim dicam.

75 *Reciproca facta non uidetur inter impuberes, licet eis pupillaris facta sit in tota hæreditate contra cõmunem, unde si prior post pupillarẽ decederet superstiti portionem suam restituere non teneretur cum Viglio cõtra Areti. & Couar.*

Infero simlliter ueram non esse opin.existimantium quòd per adiectionem illius uerbi, totam, si primus impubes post pubertatem decessit, tunc fideicommissaria inter eos facta uideatur, ut si prior pubes decesserit, is partem suam superstiti impuberi per fideicommis.teneretur restituere, nam illud uerbum, totum, alium sensum longè diuersum recipere debet, ut dixi, licèt in hac opinione fuerit Couarub.in c. Rainutius. de testamẽtis. §.8.in fin.post Areti.in d.l. potest.ff. de uulg. quem ipse refert. sed contrariam op.ut dixi tenet Viglius in.§ uel singulis.inst.de pupill.qui addit quòd testator adijciendo totum, non odiosam substitutionem fideicommis.inducere uidetur.ut.l. cohæredi.§. cũ filiæ.ff.de uulg.sed potius declarare iuris effectũ: cogitauit.n. testator q̃ al

tero

tero impubere præmortuo eius hæreditas ad superstitẽ, quo etiam moriente uterque hæreditas (sicque totum) ad substit.perueniret.arg.d.l.ex duobus.l.qui duos.ff. de uulg.l.qui duos.ff.de reb.dub.l.pen.ff.de bon.pos.secun. tab.l.qui pater.§.qui filiam.ff.ad leg.fal.

76 *L.qui duos de reb. dub. cum conc. procedit ex interpretatione non ex proprietate uerborum.*

Iuata prædicta considera, an 76 quod traditur in.l. pen.in prin.ff.de secundum tab.in.l.qui duos in.l.ex duobus.ff.de uulg.in.l.qui duos.ff.de reb. dub.in.l.pater filiam.§.fin.ff.ad leg.fal. id procedat ex proprietate uerborum, an uerò an ex legis interpretatione? & resp. uidetur quòd ex proprietate uerborũ, ut d.l.ex duobus.ubi dicitur quòd ut in successionibus abintestato proximus is intelligitur, quem nemo præcedit. ita & cum ei, qui ex impuberibus ultimus moreretur substitui, ultimus ille intelligitur postquem nemo decessit. sed certè etiã illud est ex interpretatione legis, ut proximus is uideatur, quem nemo præcedit etiam si in pari gradu alii inuenti fuerint. nam uerbum proximus, & ultimus, cùm sint superlatiua ex proprietate uerborum regulariter desiderant positiuum ut apud grammaticos notius apertiusque est quàm longa probatione egeat. Secundò probatur per d.l.pen.ubi etiã si diuersis temporibus impuberes moriantur, si tamen uter prior decesserit ignoretur substitutus admittitur ad utriusq; hæreditatẽ idq; contra proprietatem uerborum. Nam legitimi hæredes impuberum fundatam habent intentionẽ abintestato cõtra substitutum, nisi substitutus ostenderit se uocatum: se autem uocatũ ostẽdere nõ potest ad alterutrius hæreditatem cùm ipse probare nequiuerit uter prior decesserit, quæ probatio est fundamentum suæ intentionis & si fundamentum intentionis est, tempus illud probandum est.l.matrem.C.de probati. cùm ergo is nõ probet uter prior decesserit debet succumbere. hoc amplius etiam hoc casu non iuuabitur per legis interpretationem dicentis quòd nouissimus mori intelligitur is post quem alter impubes non moritur, licèt pariter moriantur. nam in d.l.p. constabat quòd non pariter decesserant sicq; ambo primi & ambo ultimi defuncti dici non poterant. ita in terminis d.l. qui duos.cum sim.uerius est quòd decisio illius.l.procedat non tam ex proprietate uerborum quàm ex legis interpretatione, at in terminis d.l. pen.id est expeditissimum.

Cùm ergo directa iura procedant ex interpretatione uidendũ qua ratione ea interpretatio fiat, & certè nulla alia, nisi quòd testator cogitauit primi decedentis hæreditatem ad superstitem peruenturam, rursusque post mortem ultimo decendentis utranque hæreditatem ad substitutum migraturam: itaque testator utranque hæreditatem ad substitutũ pertinere uoluit, sed id expressim non disposuit. nam nouissimi tantùm decedentis hæreditas ad substitutum pertinet inspectis uerbis inspectaque dispositione testantis, ut nominatim probat tex.in d.l.qui duos.ff.de reb.dub.& in d.l.qui duos.ff. de uulg. sed inspecta testatoris mente utraque hæreditas substit. debetur secundum quòd lex interpretatur, sed inspecta mente testantis, quæ præualet ad utranq; hæreditatem ea legis interpretatione uocatus intelligitur. ut dd.ll. Idem in simili probat. tex. in.l.pe.C. de impuberum.ibi cogitasse &c. Idem in simili probat tex.in.l.codicillis. ff.de usufr. legat. Idem in simili probat tex.in.l.Titia Seio.§.Seia libertis.ff.de leg.2.

77 *L.qui duos cum conc. non procedit quando impuberes abintestato inter se non poterant succedere, nec*

Cùm ergo 77 in terminis illarum legum nõ tam ex uerborum proprietate quàm ex legis interpretatione substitutus ad utranque portionem uideatur inuitatus, quæ legis interpretatio nulla alia ratione fundatur fundari'ue potest quàm quòd cogitauerit testator q̃ post mortem primi eius hæreditas ad superstitem, postque ultimi mortem ambæ hæreditates ad substitutum deferentur. cumque id testator cogitare uerisimiliter non potuerit, nisi quando impuberes inter se abintestato & necessariò & soli, (id est absque immixtione aliorum cohæredum) successuri essent, sequitur quòd omnes dd.ll.eautè loquuntur cum duos tantùm impuberes filios testator haberet, sicque non procederent quando plures essent liberi testatoris, non quoque quando duo tantùm erant sed inter se abintestato succedere non poterant, quia erant fratres consanguinei tantùm non etiam uterini, at erant alterutri alii fratres utrinque coniuncti. non quoque procederent, quando fratres licèt essent utrinque coniuncti tamen habebant matrem, quæ simul cum eis abintestato succederet. nam his casibus & similibus non potuit uideri testator cogitasse quòd primi morientis hæreditas ad superstitem & ab illo moriente utraque ad substitutum pertineret, cùm primi morientis hæreditas non ad superstitem tantùm sed etiam ad alios peruentura esset.

quando poterant. sed non soli, sed simul cum aliis.

Idem ergo eadẽ ratione, si dicti impuberes licèt alios fratres nõ haberẽt habebãt tamen tertii fratris præmortui filios, qui abintestato cũ eis in stirpes successuri erãt.

78 *L.qui duos cum conc. limi. in casu superiore, ut substitutus utranque hæredi. capere non possit.*

Cùm igitur uiderimus 78 quòd. dd.ll. non procedunt quando testator uerisimiliter non potuit cogitare quòd impuberes inter se ab intestato succedere non poterant ex toto & longè minus quando nulla ex parte inter se ab intestato succedebant uidendum est, an tunc substitutus admittatur ad utriusque impuberis hæreditatem, an ad alteram tantùm hæreditatem, an fortè ad neutram. Qua in re considera, quòd ad utranque hæreditatem nõ potest admitti in quibus casibus ipsi impuberes inter se ab intestato non succedebant, uel non soli succedebant, sed simul cum aliis: quia nec ex proprietate uerborum is substitutus ad utranque hæreditatem inuitatus fuit, ut probaui. nec ex mente testatoris esse potest ut ad utranque inuitatus uideatur, cùm ultimo tantùm morienti fuerit substitutus in cuius ultimi morientis hæreditate non potest inueniri hæreditas præmorientis, qui non ultimo morientem hæredem legitimum ab intestato habiturus erat, sed alios, uel non eum solum sed simul cum aliis, ut etiam probaui: cùm ergo nec ex uerbis, nec ex mente & sententia testatoris ad utranque portionem substitutus inuitatus uideatur, superest, ut utranque habere non possit. Videndum ergo an 79 saltem hæreditatem ultimi morientis habiturus sit? quod indubitanter admittendum est in quibus casibus apparet uter prior ultimus'ue decesserit etiam si impuberes inter se ab intestato successuri non essent ex toto, uel ex parte per.d.l.qui duos.cum conc. quòd si incertum esset uter eorum prior decessisset & ipsi impuberes inter se ab intestato successuri non essent, tunc teneo quòd substitutus nec habiturus esset primi morientis hæreditatem, quia ad eam nec ex uerbis, nec ex mente testatoris inuitatus fuit, nec etiam habiturus sit ultimi morientis hæreditatem, quia nõ apparet uter ultimus moreretur, iste 80 est tex.quem nunc intelligis in.l.eum qui.ff.ad Treb.ratio in promptu est, quia horum impuberes legitimi hæredes ab intestato habẽt suam intentionem fundatam per legem, nisi substitutus probet concludenter non contingenter tantùm se uocatum, ut.l.non hoc.C. unde legiti. sed hoc casu cum ad ultimi tantùm decedentis hæreditatem sit substitutus uocatus, nec possit per.l.interpretationem ad utranq; hæreditatem uocatus uideri, nec appareat uter ultimus decesserit, ipse succumbere debet. ut.d.l.non hoc, &.l. duo sunt Titii.ff. de testam.tut.satius est enim quod substitutus actor careat hæreditate sibi destinata quàm quod legitimi hæredes impuberum primi morientis hæreditate per legem sibi debita priuentur. Sicque limitantur.l. qui duos.ff. de rebus dubi.l. ex duobus.l. qui duos. ff. de uulg.l.pe. de secundum tab.l. pater filiam.§. fi.ff. ad leg.falc.ut procedant duntaxat, quando impuberes inter se ab intestato & necessariò & ex toto successuri erant alias secus. ut.d.l.eum qui. quæ licèt 81 loquatur in fideicommis. tamẽ ad directã pupillarem hoc casu trahenda est, ratio differentiæ, quia, quando necessariò ab intestato inter se successuri erant, tunc substitutus

79 *Quando impuberes inter se ab intestato nõ possint succedere, tunc substitutus si nõ apparet uter prior decesserit, neutram hæreditatem habebit.*

80 *Intell. l. eum qui.ff. ad treb.*

81 *L.eum qui extenditur ad directam pupil. data paritate terminorum.*

stitutus licèt inspecta proprietate uerborum ad ultimi tantùm morientis successionem re uera fuerit inuitatus, tamen inspecta mente testantis ad utranque hæreditatem inuitatus uidetur, ut alteram directò & per prius alteram uerò per indirectum (.i. mediante persona ultimi decedentis) capiat: ideóque licèt non appareat uter prior decesserit nil referat cùm ad utranque mentaliter sit inuitatus, at quando ad alteram tantùm tam inspectis uerbis quàm mente inuitatus fuit, oportet quod probet otra sibi delata fuerit, ne pro ultimi morientis hæreditate exigua forte & inope primi morientis hæreditatem fortè locupletem capiat; quæ ratio cessat, quando utranque habiturus erat.

Reliqua ad hanc restitutionis seu fideicom. subst. materiam spectantia edocemur in. §. seq. & in lib. 4. infra de succes. resolutione. §. i. Vnde, quæ hic desunt petenda sunt.

De fideicommissaria substitutione. §. xxvj.

SVMMARIVM.

1 *Fideicom. an inducant illa uerba, si filius in pupillari ætate moriatur, testamentarij mei bona mea distribuant inter pauperes. ardua. q.*
2 *Fide com. uniuersale an transeat ipso iure in pauperes uel piam causam. ardua. q.*
3 *Conditio illa si sine liberis decesserit, restituat. an uerificetur in filio naturali? ardua. q. & quid in adoptiuis, uel arrogatis?*
4 *Monacho & non monasterio hæreditas patris defertur. estque ardua. q*
5 *Posthumus quis proprie dicatur? ardua. q.*
6 *Restituere oneratus post mortem, si cum liberis decesserit filius, non tenebitur etiam ecclesiæ restituere. ardua. q.*
7 *L. generalis comprehendit priuilegiatos.*
8 *Donatio ecclesiæ facta, liberorum natiuitate an reuocetur? ardua. q.*
9 *Maioratus uel fideicommissi in successione, an filius succedat loco patris? ardua. q.*
10 *Maioratus creandi consilium.*
11 *Maioratus in successione quis proximus agnatus dicatur? ardua. q.*
12 *Hæredum appellatione filij tantùm continentur, quando accepi feudum pro me & hæredibus meis. ardua. q. & quid in emphiteosi ecclesiastica.*
13 *Verba intelligenda iuxta materiam.*
14 *Restituere post mortem pauperibus iussus potest tempus mortis præuenire. ardua. q.*
15 *Intell. l. 2. C. pro emptore.*
16 *Restituere iussus, quo casu liberi solent excludere substitutum; an eum excludant liberi concepti in seruitute in figura matrimonij. egregia. q.*
17 *Trebelianicæ detractio an liberis primi gradus possit prohiberi? ardua. q.*
18 *Liberi parentibus obediant.*
19 *Restituere hæreditatem rogatus, an prælegatum sit restituendum? ard. q.*
20 *Falcidia an singulis de rebus deducatur. ardua. q.*
21 *Trebel. an deducatur de relictis pijs. ardua. q.*
22 *Falc. & trebel. diuersa ratio.*
23 *Similia quando sequenda, aut captanda.*
24 *Falcid. non deducitur de pijs relictis, nisi in casibus subiectis.*
25 *Falcidiam an deducat una ecclesia contra aliam ecclesiam? ard. q.*
26 *Trebel. an testator possit uetare? ardua. q.*
27 *Lex correctoria disponens in uno casu ex olim æquiparatis, an extendatur ad alterum ardua. q.*
28 *Pupillaris & exemplaris diffe.*
29 *Falcid. aut Trebel. an per uerba generalia uetita uideatur? ard. q.*
30 *Pars pro toto, & totum pro parte sæpe sumitur.*
31 *Fabula canis.*
32 *Vsusfructus an patri ademptus uideatur eo quòd mater iussit filio suo bona sua dari integraliter? ardua quæst.*
33 *Quartas duas quando possit filius deducere. ardua. q.*
34 *Intell. l. iubemus. C. ad Treb.*
35 *Quartarum in materia cui iuri standum sit, ardua. q.*
36 *Quartas duas quando parentes deducant. ard. q.*
37 *Trebelianicæ an imputetur acceptum conditionis implendæ causa. ard. q.*
38 *Fideicom. post mortem impuberis relictum, an ab ipso relictum uideatur. ard. q.*
39 *Fideicom. uniuers. an à morte testantis transmittatur? ardua q.*
40 *Mors ciuilis morti naturali quando æquetur. ardua. q.*
41 *Monasterium an dicatur filius ex corpore grauati natus, ardua. q.*
42 *Legitimati an excludant ecclesiam fideicommissariam. ardua. q.*
43 *Naturales liberi grauatorum an excludant ecclesiam fideicommissariam? ardua. q.*
44 *Deletum testamentum an data opera uideatur ardua quæst.*
45 *Sacerdotium & monachismus quando æquentur in fideicom. restit.*



OSTQVAM de institutionibus & substitutionibus plenè edocti sumus, consequens est, ut de restitutionibus seu fideicommissariis substitutionibus dissseramus: morem ordinemq; Iustiniani Imperatoris sequuti, qui in rubro & in nigro id ostendit. C. de insti. & substi. & restitu. etenim restitutio substitutio quidem est, ut per glo. & doct. præsertim Alex. in rub. ff. de uulgari. uerùm ea dicitur esse non in primum sed in secundum casum. l. precibus. C. de impuberum. ibi utrú in primum an in secundum casum. Cùm ergo de substi. quæ in primo casu uersantur egerimus, reliquum est, ut de ista, quæ in secundo caso militat dispiciamus: cum & hæc à iore ciuili in successionum progressu inuenta sit, cùm antea iurigentium incognita foret. ut in prin. inst. de fideicommis. hær. In primis quære multa ad hác materiam spectantia suprà. §. præc. & infra de suce. resol. lib. ij. §. 1. Deinde quò ad uerba fideicommissorum, dic ut in. §. fin. inst. de sing. rebus. Quibus adde quod dubium est, illa uerba, si filius 1 meus impubes moriatur testamentarij mei bona mea inter pauperes distribuant, an inducant fideicommissum? & sunt, qui uelint pupillarem induci, non fideicommissariam. ita Salicetus in. l. precibus num. 25. C. de impuberum. Imola in l. hæreditas ad Statium. ff. de hæredibus inst. estque communis opin. secundum Ripam in. l. centurio. num. 105. ff. de uulgari. Contrariam tamen partem ut fideicommissaria inducatur, tenent ibi non pauci præsertim Bartolus nume. 21. & Imola num. 19. qui hanc partem receptam communiter ait, ad quam & nos procliniores sumus. Nam uerba fideicommissum inducentia sunt illa, quæ denotant emolumentum de manu alterius capiendum esse, ut patet per totum. C. & ff. ad Trebeli. & insti. de fideicommi. hæredi. & in. l. 2. C. com. de lega. expressiua in. §. fi. inst. de singulis rebus. & in pri. insti. de codicillis. Neque ut nobis uidetur dubium est, quin in specie nostra de mano testamentariorum illa bona à pauperibus, sint accipienda, nec enim propria authoritate ea cape-

1 *Fideicom. an inducát illa uerba, si filius in pupillari ætate moriatur testamentarij mei bona mea distribuant inter pauperes. ardua. q.*

te impune poſſent, quin inciderent in.l. ſi quis in tantã C.unde ui. Ergo hic eſt fideicommiſſum, nam & ſimiliter contingit in omnibus ferè exemplis, quæ traduntur per Bar.col.pe. cum ſeq.in d.l.centurio.in quibus ipſe & reliqui tenent fideicommiſſariam, non directam ſubſtitutionem induci. Nec me mouet quòd ueluti ex mente teſtatoris eſſe uideretur, ut etiam ſi directò pauperes ſubſtituere uellet ad huc tamen de manu alterius eos capere iuberet propter eorum incertitudinem. nec enim id relictum ad pauperes totius orbis decurrere expedit, ſed ad quoſdam eorum, quos ut aliquis deligat neceſſe eſt; ergo cum uerba teſtatoris ad fideicommiſſum ſpectantia uiderimus in eo tantùm quęſtio erit, an à proprietate uerborum ex præſumpta mente teſtantis recedendum ſit. id qood mihi patim tutum uimisque nouum uidetur. argum.l.non aliter.ff.de leg.3.§. ſin autem ad deficientis.C.de cad.toll. Illud autem dubium

2
Fideicom. uniuer. an tranſeat ipſo iure in pauperes uel piam cauſam. ardua q.

eſt, an 2 ſi hæres ſcriptus hæreditatem pauperibus uel aliæ piæ cauſe reſtituere iuſſus ſit, actinnes tranſeat ipſo iure in tales pauperes uel piam cauſam.mouet quæſtionem quòd regulariter non tranſeunt, niſi demum facta ab hærede reſtitutione reali, aut uerbali.§.reſtituta.inſt.de fideic.hær.l.reſtituta &.l.facta fideic. &.l.1. in prin.ff.ad Trebeli. Nec dubium eſt, quin leges generaliter loquentes comprehendant perſonas & cauſas utcunque priuilegiatas, ſi in ea re qua de agitur non reperiuntur habere peculiare priuilegium ſecundum Bal. per tex.ibi in.l.in fraudem.in fin.ff.de mil.teſtam. Alciatus lib.4.paradoxorum.c.10.Decius conſ.5. idẽ Decius in.l. ex teſtamento.C. Vnde liberi & in.c. cauſam quæ de reſcriptis. & expreſſius in.l.j.col.2. & in.l. nemo potest.ff.de regu.iuris. Vnde ſi cauſa pia nuncupatim non reperiatur hac in re ſpeciale priuilegium habere, ut regulæ negatiuæ ſubiaceat in comperto eſt, & ita in ſpecie tenent Bal.& Fulgo.in.l.fin.C.de ſacr. eccleſi.Romanus in.l.j.§.ſed & quoties.ff.ad Trebeli. idem in auth.ſimiliter C.ad legẽ falci.in 21.ſpeciali.inter ultimas uol. per Alex.conſ.82.proſpectis lib.2.facit etiã.l. omnibus. ff.ad Trebeli.In contrarium tamen ſe habet receptior opinio, quã tenent Bar.in rep.l.j.in.6.quęſtione.5.quæſ. prin.C.de ſac.eccl. ubi Paulus Caſtr. & Iaſ. qui hanc partem firmat eſſe communem, Andreas Tiraq. de priuilegiis piæ cauſę priuilegio.39. Mathęſillanus not.42. nota quòd ſi hæres. ubi plenè per eius Addi. qui poſt Bar.ubi ſuprà idem extendit ad ciuitatem per.l.ſi.C.de ſac.eccleſi. nam cùm in eccleſiam uel aliã piam cauſam ex ſolo titulo transferatur dominium ex cauſa ſiue contractus, ſiue ultimæ uoluntatis ut ibi, idem & in hac ſpecie dicendum uidetur, ut ſic limitentur.dd.ll. &.l.ille à quo.§.ſi de teſtamento.ff.ad Trebelianum. cogita tamen, quia nimis nouum id eſſe uidetur, nam in rebus, quæ expeditam habent acquiſitionem (qualia ſunt regulariter ſingularia relicta) bene transfertur dominium in honoratos etiam non priuilegiatos.l.à Titio.ff.de fur. l.cum pater.§.ſurdo.ff.de lega.2.l. ſi tibi homo.§. cum ſeruus.ubi per gl.& omnes.ff.de lega.j. diuerſum eſſe ut decur in fideicommiſſo uniuerſali, quod periculoſum & ſuſpectum non raro eſt. argumento.l.quia poterat.ff.ad Treb.adeò ut nec opulentam hæreditatem liceat minoribus citra tutorum interuentum adire.§.ſed neque.inſt. de auth.tutorum. liceat ſoleant eccleſiis exequari.facit generalitas.l.cum hęredes.ff.de aeq.poſſ. & cum ſint ferè innumeri authores, qui defendunt quartam Trebel. deducendam de relictis ad pias cauſas non ſecus quàm de reliquis relictis ut per Andr.Tiraq. ubi ſuprà priuilegio.27. & diſſeruimus plenè in titulo de falci.& Treb. infra.§.j.lib.7.certè tunc quatenus dominium fideicommiſſi uniuerſalis deducendum eſſet in certo eſſet, quia ſi hęres quartam detrahere uellet minus tranſiret in piam cauſam quam ſi eam nollet detrahere.

3
Conditio illa ſi ſine liberis deceſſerit reſtituat an uerificetur in filio naturali ardua q. et quid in adoptiuis, uel arrogatis.

Denique iuſſus reſtituere hęreditatẽ ſub hac conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, relicto filio naturali deceſſerit, an liberorum appellatione filius ille contineretur, dubitabatur? & ſunt, qui uelint ꝙ quando ea conditio ſubintelligitur a lege (quod accidit quando filius teſtatoris oneratus fuit) tunc filius naturalis non contineatur, ſecus uerò quando ab homine talis conditio in onere expreſſim appoſita eſſet. ita gl in.l.generaliter.§. cum autem.uerb.ſobole.in fin.C.de inſt.& ſubſt. eſtque communis op.ſecundum Iaſ.ibi num.6.& ſecundum Decium num.21.Fran.Ripã in.l.ex facto.§.ſi quis rogatus. j.num.27.ff.ad Treb.& ibi Claudius col.j.

Contrariam partem tenent multi relati per Alex.in d.§.cum autem. qui in hanc partem inclinat, quam tenet firmatq; communiter teneri Aretinus ibi poſt Azonem relatum per gl.in.d.uer.ſobole.& hęc eſt communis op.ſecũdum Imolam & Vincentium de Hercul. col. 14.in d.§.ſi quis rogatus. & Ang. ibi col.j. ſed tamen Vincentius & Imola agnoſcunt ſuperiorem opinionem ueriorem eſſe, ut filius iuſtus ſimpliciter reſtituere quo caſu ſubintelligitur à lege illa cõditio ſine liberis deceſſerit.l.cum accutiſſimi.C. de fideicommiſ.l. cum auus. ff. dè cond. & demo.& d.§ cum autem. liberetur ab illo onere, ſi relicto filio legitimo & naturali deceſſerit, non ſic ſi naturali tantùm, & ita procedat d.§ cum autem.uerbo iuata ſobole. quòd expreſſim iuſſus fuerit reſtituere ſub hac conditiòne ab ipſo teſtatore adiecta, ſi ſine liberis deceſſerit, tunc relicto filio etiam naturali tantùm fideicommiſſum euaneſcere conditionemque extitiſſe uideri. & ita procedat d.§.ſi quis rogatus. cum ſimil.illamque harum rerum eſſe differentiam quòd lex tales liberos in numero liberorum non habet, homo autem eorum pater eos non deſinit amare, curare, & in liberorum numero habere. argumento l.fin.C.de nat.lib. Iuncta.l.cum quis &.l.quę nuper. eod.tit.auth. quib. mod. nat. effi.ſui.§.natura. & auth.quib.mod.nat. effi. legiti. §. ſicut. &.§. liceat igitur. Qua de re eleganter per Coſtam in.l. Gallus.§. & quid ſi tantùm. in par.5.num. 58.ff.de lib.& poſth. Hæc tamen conditio, ſi ſine liberis etiam a teſtatore prolata, non uerificatur in liberis adoptiuis, non quoque in arrogatis. ut ex communi op.reſoluit ipſe ibid.num.53.cum ſeq. plenè per Socinũ in repet.d.l.cum auus.ff.de cond & dem. Quid ſi cum filio monacho tamen ille deceſſit? & præmitte 4 quòd monacho & non monaſterio hæreditas patris defertur Bar.in.l.j.num.24.ff.de uulg.ubi Soci.num. 20. hanc dicit communem op.idem conſ.52.lib.4.illam dicit communem & tutiorem Purpuratus num.191. in.l.fin.C. de pactis quia ſiue monachum filio exæquari uelis is poterat hęreditatem ſibi delatam nolle adire.l.is qui heres. §.fin.ff.de aeq.hær.ſiue etiam uelis eum exæquari ſeruo idem futurum erit. argumen.l.cum proponas.C.de hæredi.inſt. diuerſum foret in legatis. argumen.l. filio fam.ff.de condit.& dem.ubi plenè per Socinum.

4
Monacho & non monaſterio hæreditas patris defertur eſt quę ardua q.

Contrariam op. ut deferatur monaſterio dicit communem Soci. in locis ſuprà citatis, tenent communiter doct.in c.in pręſentia de probati. Alex. in.l.j.num.26.ff. de uulg. hanc dicit receptiorem & tutiorem Benedi.in. c.Rainutius. de teſtam.uerb.ſi abſque liberis.2.num.91. Quid dicendum? & ſanè ſuperior pars iuri proximior mihi uiſa eſt inſpecto iure.ff.quo iure filio renitente & reluctante hæreditatem ei delatam pater acquirere non poterat. ut.dd.ll. Sed monacho cum hodie adire nolente monaſterium poſſit adire, non ſecus quàm filio adire nolente poteſt pater adire hæreditatem & eam ſibi acquirere. argumen.l.fin.in prin.C.de bon.quæ liberis. Iuncto.c.in præſentia. de probatio. & authen. ingreſſi.C.de ſacro.eccleſ.reliquum eſt, ut iure quo hodie utimur ſuperior op.tutior uideatur quò ad effectum de quo egimus hoc eſt quo ad.d.acquiſitionem, præſertim cum monachus ipſe non uideatur habere uelle nec nolle ut.d.auth.ingreſſi (ut quibuſdam uiſum eſt) quod nobis non ſat probatur, quia uelle ſuum cuique eſt. ut Poeta cecinit. & licet quis poſſit corpus ſuum ſeruum

facere

facere sibique libertatem adimere, uel per actum meritorium, quale est monachismus. d. auth. ingressi. uel per demeritorium, quale est cum se uenundedit ad precium participandum. §. fin. inst. de iure pers. l. si quis filio exhæredato. §. irritum. ff. de iniust. rup. uel per actum medium, quale est, cùm se dedit in arrogationem inspecto iure ueteri. l. si arrogator. ff. de adop. l. pe. §. testamento. ff. de bon. pos. secundum tab. §. nô tamen. inst. quib. mod. test. infir. tamen uoluntatem suam seruam facere uelleq; suum admittere minimè potest aut potuit. l. siquis in principio testamenti. ff. de leg. 3. diximus suprà plenè de suc. cre. §. j. num. 39. Ergo uerissimum est, ius adeundi hodie residere penes monasterium postquam monachus uoluit adire: Cęterum primordialiter & sibi nô etiam monasterio hæreditatem delatam uideri sicque ius adeundi primordialiter monacho insidere, quo uolente transuolat in monasteriû, effectus est magnus propter tex. in l. j. §. si coniunctim & l. filium. §. fi. de lega. præs. & quod tradit Bar. in l. cum filio col. 3. ff. de lega. j. sicque uarietates suprà relatæ & possunt & debent conciliari. idem ergo respondendum quando fideicommiss. hæred. monacho esset relicta. Quid si posthumo relin-

5 Posthumus quis proprie dicatur ardua. q.

queretur? & præmitte quòd posthumus 5 propriè dicitur, qui nascitur etiam uiuo patre post testamentum, tamen factum. gl. in rubr. C. de posth. hær. inst. gl. in. §. posthumi. inst. de hær. abint. ubi doct. est magis communis secûdum Alci. in l. nomê filiarû pag. 328. ff. de uerb. signifi. & idem in pareg. lib. 8. c. 13. sicque is rumpit testamentum si se preteritum reperiat. l. posthumorum. ff. de iniust. rup. §. posthumorum. inst. de exhęr. liberorum qua ratione etiam monasterium posthumi loco haberi posset, ut per Ias. post gl. ibi in rubr. C. de posth. hęr. inst. per Ias. in rub. ff. de lib. & posth.

Contrariam op. ut propriè posthumus is solus dicatur, qui nascitur post mortem patris. tenet gl. in l. Gallus in princ. uerb. posthumus. ff. de lib. & posth. gl. in. §. posthum. inst. de exhęr. lib. est communis op. secundum Ias. in prin. d. l. Gallus. est communis secundum Steph. Forca. in Necioman. iuris. dialogo. 8. num. 5. per. l. nomen filiarum. de uerb. signifi. Ad iura pro priore parte allegata resp. differre effectum ab essentia nec. n. sequitur habetur pro posthumo quò ad effectum rumpendi testamentum, ergo est posthumus. Vnde cum statutorum uerba sint propriè intelligenda, certè, si statutû esset, ut posthumos possemus inter cæteros exhęredare iuxta. l. maximum uitium. §. fi. C. de lib. præt. tale statutum ad posthumum natum post mortem testatoris respicere uideretur, non etiam ad eum, qui uiuo testatore natus esset. argumen. supradictorum. Iuncta. l. 3. §. hæc uerba. ff. de nego. ges. & l. cum quidam. ff. de lib. & posth. qua ratione & si statutum esset ne posthumis fideic. dari legari ue posset alienis iuxta. §. posthumo. inst. de lega. certè licèt uiderentur exclusi posthumi nati post mortê parentum, non tamen uiderentur exclusi posthumi nati in uita ipsorum. Sed & si fęmina nequeat posthumum suum hęredem scribere, quia quòd habeat posthumum uerum impossibile est. argum. l. placet. ff. de lib. & posth. Iuncta. l. 3. C. de inoffic. testam. tamen existimo quod posthumum fictum poterit hęredem scribere. argum. d. l. 3. sicque eum, qui sibi filius post factum testamentum nasceretur, fortè posset hæredem scribere, quod nota ad ampliationem. d. l. 3. & uide quod diximus supra. §. 20. n. 191. & num. 190. & num. 188. de succ. crea. & secundum superiora respondendum est ad. q. de fideicommiss. hær. posthumo relicta.

6 Restituere oneratus post mortem si cum liberis decesserit

Insumma filius 6 testatoris iussus restituere hæreditatem post mortem si liberos suscepit, excluditur substitutus etiam si sit pia causa uel ecclesia. Bal. Paul. Corn. & Decius. in l. generaliter. §. cum autem. C. de insti. & substi. Bal. cons. 326. lib. 4. Cumanus. & Socin. nu. 42. in l. cum auus. ff. de condi. & demostr. Ias. cons. 212. lib. 2. Decius. cons. 391. & cons. 416. ubi hanc dicit communem, est communis secundum Ias. in l. cum acutissimi. C. de fideic. ubi Richardus Malum. Plumbinus. Bal. col. 2. Paul. col. fi. Corn. col. 2. Barb. cons. 55. præclarè lib. 2. & cons. 38. difficile lib. 3. Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus. 2. fall. 6. ff. ad Treb.

filius non tenebitur etiam ecclesiæ restituere .r dua. q.

Contrariam opin. ut pia causa non excludatur, tenet Anchar. cons. 46. Barba. in d. l. cum acutissimi. col. 26. & col. pen. idem cons. 71. lib. 3. Felinus. c. ecclesia Sanctæ Mariæ. num. 90. de const. & est uera secundum Ias. in auth. si qua mulier. col. 2. C. de sacr. eccl. idem in l. licèt. C. de pact. col. 1. & in. §. cum autem. d. l. generaliter. col. 1. & in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. col. 2. idem in l. si quis id quod in not. fi. ff. de iurisd. omni. Iud. Roma. in auth. similiter. 8. priuilegio. C. ad l. falc. communis secundum Corsetum singul. incipiente, licèt donatio. Itaque possunt conc. ut per Bal. con. 215. lib. 5. Decius. nu. 7. in d. §. cum autem. Ripa in l. si unquam. de reu. donat. num. 116. ubi Tiraq. in uerbo libertis. nu. 72. Per eund. in simili de priuilegi. piæ causæ in priuilegio. 118. & Lazius in priui. 17. & priui. 79. & priui. 47.

Quid dicendum? & quidem pro superiore opinione, quæ mihi uerior uidetur, facit quòd 7 lex generaliter loquens complectitur omnes casus utcunque priuilegiatos omnesq; personas utcunque priuilegiatas, si in ea re qua de agitur non repeliantur habere speciale priuilegium. ita est communis opin. per. l. in fraudem. §. fi. ibi, quia generalis erat illa determinatio. ff. de lega. 1. tradit plenè Decius. cons. 5. idem Decius in l. ex testam. C. unde libe. Tiraq. de pręscrip. §. j. gl. 11. Bal. in d. l. in fraudê. idem Bal. in l. omnes populi in fin. ff. de inst. & iure. idem Decius in l. j. col. 2. ff. de reg. iur. Vnde cum regula. l. generaliter. §. cum autem. C. de inst. & subs. l. cum acutissimi C. de fideicommiss. l. cum auus. ff. de condit. & dem. dictet generaliter ut filius iussus post mortem restituere, non teneatur si cum liberis decesserit, nec causa pia hac in re repetiatur ullum peculiare priuilegium habere, consequens est, ut licèt causæ pię restituere rogatus esset relictis liberis euanescat fideicommissum: presertim cùm quantum ad bona parentum liberi fauorabiliores uideri & esse debeant quàm reliquę pię causę. c. fin. 17. quęstione. 4. Confirmatur à fortiori, nam cui damus actionem multò fortius exceptionem, ut regula iuris. sed in casu superiori simillimo & etiam parem rationem habente filio contra piam causam daremus actionê.

7 L. generalis comprehendit priuilegiatos.

8 Donatio ecclesiæ facta liberorum natiuitate reuocetur ardua q.

Nam 8 si pię causę omnia bona mea, uel partem bonorum donaui, deinde liberos suscepi, per natiuitatem liberorum ea donatio reuocatur, non secus quàm si extraneo, & non priuilegiato facta esset. ita sentit gl. in c. si quis irascitur. 13. q. 2. expressius Bal. in auth. si qua mulier. 3. nota. C. de sacro. san. eccles. per tex. in c. si. 17. q. 4. ubi filius quoad bona parêtum fauorabilior intelligitur quam ecclesia sicq; parum honestum esset, ut ecclesia talia bona retineret. argumen. l. semper in contractibus. cum sua gl. ff. de reg. iur. Vnde si inhonestum est, in ecclesia turpius uideretur. ut per gl. in c. hoc ius porrectû. 12. q. 2. Contrariam partem ut ecclesia non teneatur restituere, nisi usque ad legitimam tantùm, tenuit gl. in d. c. si. 17. q. 4. quam sequitur ut notabilem Bart. in l. Titia Seia. §. Imperator. col. 2. ff. de leg. 2. Bal. Angel. & Salicetus in l. 1. C. de inoffic. dona. Imol. & Panor. in c. fin. de dona. Corsetus. in singu. incipiente licèt donatio. Roman. in auth. similiter. col. 8. C ad l. falci. Barba. in l. cum acutissimi. col. 2. C. de fideicommiss. Felinus. in c. in pręsentia. col. 22. de probatio. Ias. in d. auth. si qua mulier. col. 1. Corn. cons. 2. lib. 3. col. fin. & cons. 300. col. 2. lib. 4. & alii quos refert Tiraq priuilegio. 118. piæ causæ. qui hac in re reliquit cogitandum. Sed certè pars affirmatiua longè uerior est in re dubia, ut filiis totum sit restituendum. primùm per regulam generalem hoc ita iubentem ut in d. l. si unquam C. de reuo. don. præsertim cum regulis sit tenaciter adhærendum. l. i. ubi notant doct. ff. de lega. i. l. præcipimus. C. de appell. l. illam de

colla.C. Deinde, quia talis regula comprehendit omnes res, personas, aut causas utcunque priuilegiatas si in ea re qua de agitur non reperiuntur habere peculiare priuilegium ut suprà diximus. Postremò, quia ecclesia liberos donatoris uelit enudare ut se ipsam impio lucro ditiorem faciat, turpe esset, ac turpius quàm in alio quocunque. argumen.c.fin.17. quæstione.4. & gl. not. per tex.ibi.l. semper in contractibus.ff.de reg. iur. ergo aut ipsemet donator postquam liberos suscepit declarauit se uelle donationem reuocare, & sine dubio reuocabitur; quia ab eius animo hæc res pendet, ut d.l.si unquã iuncta.l.si quis intentione.ff. de iudici. Idem si non declarauit, quia non habuit spatium declarandi fortè quia postquam filius sibi natus fuit, illico decessit. aut donator decessit postquam habuit satis temporis ad donationem reuocandam & id sciens prudensq; omisit & tunc fortè contraria op. defendi posset, quasi iudicio recẽti ratificata ea donatio uideatur. & secundum hanc distinctionem possunt componi uarietates de quibus suprà.

9 *Maioratus uel fideicommissi in successione an filius succedat loco patris. ar dua.q.*

Denique 9 in successione fideicommissi filius succedit loco patris. glo. pen. in.l. cum ita.§. in fideicommisso.ff.de leg.2. est commun.opin.secundum Alex. consi.26.col. penul. lib.3. dixit commun. Ias.consi.158.lib. 2.Guald.de arte testandi tit.5.caut.27.

Contraria opin.communis est, ut filius hoc casu non repræsentet patrem sicque patruus præferatur, Decius consi.1.col.3.idem consi.408.& in.l.2.C.de succe.edi.dixit commun. opin. Curti. num.6. in.d.l.2. Guliel. in.c. Raînutius in uerbo. & uxorem nomine.num.622.de testam.Curtius Iun.consi.58.num.1.hanc opin.contra gl. dixit commun.opin. Bellonus consi.50.conc.est, ut quando tractatur de hæreditate ascendentium admittatur repræsentatio, non sic si de successione transuersorum secundum Curtium Iuni. consi.161. num.2.qui firmat esse commun. Sed & hoc ultimum nempe cùm tractatur de successione transuersorum est sublimitandum, ut & tunc in fideicommissis admittatur repræsentatio usque ad certos gradus secundum quòd admittitur in hæreditate delata iuxta auth.post fratres.C.de legit.hæredibus. ut sic quò ad talem repręsentationem differentia nulla sit inter hæreditatem & fideicommissum familiæ relictum. nam utroque casu magis est, repręsentationem locum habere usque ad eosd.seu pares gradus: testator enim præsumitur se se conformare uoluisse cum legis dispositione.l.3.ubi notat Ias.post Alex. & alios.ff. de lega.1.unde fideicommissum, quod familię & cognationi suæ reliquerat, par est ut eodem ordine eodemque modo reliquisse uideatur: quo ordine quo'ue modo eidem familiæ & cognationi lex deferret suam hæreditatem ab intestato. nam & similiter prætor dum sua auxilia nobis ad hęreditates acquirendas pollicetur eodẽ ordine eodemque modo inuitauit nos, quo ordine quoue modo à lege ciuili uocabamur.l.1. §. uocantur.ff.de bon.poss.contra tab. & cum modus ordoque uocationis qui fit à lege in successionibus ab intestato sit dilucidior & magis notus quàm qui fieret ab homine aut fieri possit, nos 10 consuleremus iis, qui tales maioratus constituunt ut posteritatem & cognationem suam ad eos inuitarent eodem modo eodemque ordine, quo inuitantur à lege in successionibus ab intestato. hoc uno addito, quòd diuisio bonorum non fiat nec maioratus illius bona accedant omnibus iis, qui sunt in eodem gradu, sed eorum natu maiori, quodq; ea uocatio non in decimo gradu cognationis finiatur, ut finiuntur legitimæ successiones, sed quòd extendatur ulterius quantum fundatori uisum fuerit: hoc enim dirimeret multas quæstiones, lites, & inextricabiles errores, quos quotidie uidemus oriri & in iudiciis agi propter uocationes, quas maioratuum fundatores faciunt in quibus litibus ipsorum maioratuum bona consumuntur, ut in simili per tex.in.l.1.§.si hæres percepto.ff.ad treb.ibi dirimit multas quęstiones.

10 *Maioratus creandi consilium.*

11 *Maioratus in successione quis proximus agnatus dicatur ar dua.q.*

In summa 11 maioratum feci iussique ut si quando possessor huius maioratus decessisset sine liberis, maioratus ille seu bona eius uenirent ad proximum agnatum, uel cognatum. possessor maioratus sine liberis decessit, dubitatur proximus cognatus, an dicatur ille quo ad assequendum maioratum, qui proximior erat primo fundatori, an fortè ille, qui proximior erat ultimo illius maioratus domino & possessori, sicque ab illo ad utrum istorum is maioratus transmittatur? & quòd trasmittatur ad illum, qui proximior erat ipsius maioratus fundatori, tenuit Bal.in.l.cum ita.§.in fideicommisso.ff. de leg.2.per tex.ibi tenentque alii multi, quos refert & sequitur Gualdensis da arte testandi hanc firmans esse communem opin.tit.5.cautela.21.

Contrariam partem ut transmittatur ad eum, qui ultimo domino & possessori illius maioratus proximior erat & à cuius persona modò uacare & abscedere cœpit, tenet Socinus consi.249. lib.2. qui firmat hanc esse meram ueritatem & hæc est communis opin.secundum Tiraq. de retract. par.1.§.11.glo.1.num.20.tenentque alii multi, quos retuli suprà de succ. crea.§.27.nume.4.& hæc pars uerior est. nam mens fundatoris fuit non tam suam personam respicere (se enim mortalem sciebat) quam omnem suam posteritatem eiq; & cognationi cõsulere, ut cuique sano uerosimillimum uidebitur; ideoq; prohibuit alienationes, quæ prohibitio ideo ualet & aliter non permitteretur.l.filiusfam.§.diui ubi latissimè per Repet.post Bar.ff.de lega.1. ergo ut in reliquis successionibus ab intestato proximitas inspicitur respectu illius à quo immediate hæreditas bonaque abscesserunt nec retrorsum uertimus occulos ad primum dominum illorum bonorum (sic enim ad tempora usque Adæ reuertendum nobis esset) ut in.l.1.&. 2. ff. de suis & leg. hær.&.§.proxi.inst.de leg.agnat.succ. Ita & in specie nostra ex mente & sententia fundatoris fuisse uidetur ut proximitas ducenda & computanda esset inspecta persona ultimi domini & possessoris illius maioratus, nõ primi fundatoris, qui fortè ab hinc annos mille decessit, sicque si ab eius persona graduum computatio facienda esset, res esset inextricabilis, & probatio esset impossibilis, aut tam difficilis, ut meritò pro impossibili habeatur. iuxta.l.apud Iulianũ. §.cõstat.ff.de lega.1.ubi plura in simili per Ias. Vltimus enim maioratus possessor dominus ipsius factus fuit.l.sed si plures.§.filio impuberi.ff.de uulgari. nec ideo minus dominus fuisse intelligitur quòd alienare non posset. nam & minores bona sua alienare nequeunt per totum.ff. de reb.eorum. per totum. C.de prædiis min. Idem in Ecclesijs, ut de rebus Eccl.non ali.per totum. idem in Regibus.c.intellecto.de iureiu.& tamen non ideo desinunt esse domini & licèt fundator diceret ad suos proximiores cognatos uenire, ad huc eadem interpretatio facienda esset, quia uerosimilis eius mens de qua suprà uincit uerba.l.licèt Imperator.ubi multa per Alex. & Ias.ff.de leg.1.l.pe.C. de impub.l.hæredes mei.§.cum ita.ff. ad treb. Idem & in feudis respondendum.

12 *Hæredũ appellatione filii tantum cõtinentur, quando accepi fundum pro me & hæredibus meis ar dua.q. & quid in emphiteosi ecclesiastica.*

Denique qui 12 accepit fundum pro se & suis hæredibus. de filiis tantum uidetur intelligere alias duraret in perpetuum.glo.in.l.ex facto.§.fi.ff.ad Trebel.cõmu.opin.est secundum.Euerard.in topicis col.139. lib. 2. & col.344. in fi.modò dubium est, an procedat etiam in emphiteosi ecclesiastica, quæ non transit ad hæredes extraneos glo. in.l.etiam.§.1.ff.soluto.matrim.quæ opin.communis est secundum Alex.consi.23.lib.1. num. 10.Dec.consi.171.col.1.communis secundum Curti. Iuni.consi.130.num.1.est commun.opinio.secundum Boerium.decis.277.num.7.&.278.

Contrariam opin. ut transeat ad hæredes etiam extraneos dicit communem Alex.consi.189.nume.12.lib. 2.dicit com.opin.Alex.in.d.l.etiam Imol.in.l.quod dicitur col.3.ff.de uerb.obl.Corn.consi.131.lib.2.col.3. Portius.in.§.adeò inst.de locato.Curti.Iunior cõsi.4.nu.1.

Quid

13 *Verba intelligenda iuxta materiam.*

Quid dicendum? & sanè 13 ex qualitate personarum hęc res metienda est, argum. illius glo. notab. in. l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iuris. l. stipulatio ista §. hi qui. & §. hæc quoque. ff. de uerb. obliga. l. quibus diebus. §. dominus. ff. de cond. & deni. ubi not. in simili Socinus. Nam & cum uendidi tibi domum usque ad talem domum, uel fundum usque ad talem fundum. utrū illud uerbum usque inclusiuè, an exclusiuè accipiatur, ex qualitate personarum & pretii iudicandum est Bar. in. d. l. semper. ubi Cagnolus num. 4.

Proinde & si tibi librum uendidi Florenis decem cū sint Floreni non eiusdem ualoris ex qualitate pretij iudicabitur de quibus sensimus secundum gl. Bar. & Cagnolum in. d. l. semper. Item similiter erit consideranda consuetudo illius regionis ubi res agebatur. argum. l. cum de lanionis. §. asinam. ff. de fund instr. l. si seruus plurium. §. fi. ff. de legs. i. tradunt multa in simili glos. Bar. & Cagnolus ubi suprà nume. 5. cum seq. diximus multa in simili in. l. si quando. in pri. C. de inof. test. quem titulum collocauimus infrà lib. ultimo.

14 *Restituere post mortem pauperibus iussus potest tēpus mortis praeuenire ardua q.*

Adhæc hæres 14 post mortem suam iussus fuit bona testatoris inter pauperes Christi restituere. an is possit tempus mortis pręuenire, & ipsemet uiuus ea bona inter pauperes distribuere? dubium est, idemq́ue quæsitum est, si ad puellas maritandas tale fideicommissum, relictum esset? & sunt qui uelint, non posse tempus præueniri, ne pręiudicium fiat pauperibus sequentibus, qui post mortem hæredis futuri certò sunt. Dicente domino nostro Iesu Christo. Pauperes enim uobiscū semper habebitis. ita tenet Bar. in. l. cum pater. §. à filia. ff. de lega. 2. Alea. in. l. stipulatio ista. §. inter certam. ff. de uerb. oblig. post Bal. Ang. Salicetum Imolam & Romanum, quos ipse refert, idem Alex. in. l. recusare. §. si quis alio. ff. ad Treb. Ias. in. l. post mortem. C. de fideicommiss. & hæc est communis opin. teste Philippo Decio. in. l. cum tempus. ff. de regu. iuris quam etiam communem esse existimant Alex. & Iason ubi suprà & hanc esse ipsam ueritatem ait Bal. consi. 75. lib. 3. & hæc pars seruatur in practica secundum Aquēsem in. l. sed & si alio. §. si quis sub conditione. ff. ad Trebell. per Couarub. in. c. tuæ nobis num. 5. de testam.

Contrariam partem ut hæres possit mortis tempus præuenire & ipsemet uiuus puellas dotare & eleemosynam præstare tenent Bal. in. d. l. post mortem. Cumanus & Paulus Castren. in. l. filiusf. §. diui. i. ff. de lega. 1. Decius & Cagnolus in. d. l. cum in tempus. Fulgosius & Corneus in. d. l. post mortem. Anchar. consi. 202. col. fi. sentit Abb. consi. 11. lib. 2. Barbatius in add. ad Salicetum in d. l. post mortem Ange. de Areti. in tract. de testam. glos. eligendis. & Aquensis ubi suprà, & hanc opin. dicit communem Cagnolus ubi suprà, & in hanc partem uidetur inclinare Couarub. ubi suprà, sicq́ue receptior forte est: mihiq́ue ut æquior ita & uerior uidetur, per ea, quæ latè docemur suprà. §. 7. num. 19. de suc. crea. cum sequentibus. testator enim (ut uerosimile est) non inuidebat pauperibus præsentibus non magis quàm futuris, immo uerosimillimum est longè magis eum prospectum uoluisse præsentibus quàm futuris quandoquidem ex ipsamet pia dispositione colligitur animus ipsius, animæ suæ saluti consulere uolentis, id, quod melius assequebatur præsentibus quàm futuris pauperibus subueniendo id quod non obscure significasse uidetur Dominus & redemptor noster Iesus Christus dum dixit, pauperes enim uobiscum semper habebitis, me autem non semper habebitis. expendendum est uerbum illud me autem &c. cum ergo utilitas ipsius testatoris in pauperibus præsentibus potius quàm in futuris consisteret & nihilominus ipse post mortem hæredis fideicommisit: in comperto est eam dilationem concessisse ob meram hæredis grauati utilitatem & consequenter huic utilitati ipse poterat renuntiare, solutionem pręueniendo & festinando, ut utrunque probatur in. d. l. cum in tempus. iuncto. d. §. inter certam. & d. l. post mortem. & l. quoties ab omnibus C. de fideicommiss. l. Titio centum. in princ. ff. de condi. & dem. l. pen. C. de pactis. l. filiusf. §. diui. ff. de legs. 1. & hæc pars pluries in usu forensi obseruari serimus in specie per nos relata ubi supra. §. 7. num. 19. cum seq. nam ibi dictis ista addere non erit inutile. ad iura contraria responde, ut per doct. in. dd. locis.

Superioribus 15 aduersari uidetur. l. 2. C. de usucap. pro emptore. ubi ob ipsius prohibiti utilitatem seruus à testatore alienari uetitus fuit, & tamen alienatio ualuit. sed illius legis sensus uariè a nostris acceptus est. nam fuit primus intellectus. gl. ibi, quòd in. d. l. interfuit causa prohibitionis, ideo ualuit prohibitio; sed non est uerum, quia illa causa respiciebat solius prohibiti fauorem, ideo habetur pro non causa, secundum Bar. in. l. filiusfamilias. §. diui. num. 1. de lega. i. ff. Secundus intellectus est Bar. ubi suprà & Xuares. in. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. testam. fol. 48. col. 2. quòd prohibitio ualuit propter minorem ætatem prohibiti, nec enim minor inquit iuri suo potest renuntiare, licèt secus in maiore; unde infertur quòd talis prohibitio terminabitur per aduentum maioris ætatis. Tertius intellectus Imolæ Cuma. & Alex. in. §. diui. quòd ibi prohibitio testatoris concurrebat cum prohibitione legis, quòd ergo sola legis dispositio posset id facilius posset iuncta cum prohibitione testatoris. sed respondeo ut per Ias. in. §. diui. num. 22. lectura. 1. & per Ripam ibi num. 35. quia tempore. d. l. 2. non erat facta. d. l. lex quæ tutoris. C. de admin. tutel. quæ prohibet alienationem rerum minorū, quod licèt ipsi non probent uerum tamen est, quia. l. lex quæ tutoris fuit facta per Constantinum primum, qui ut cōstat in libro Cęsarum. per Mexiam facto fuit plus centum annis posterior Alexandro auctore. d. l. 2.

15 *Intell. l. 2. C. pro emptore.*

Quartus intellectus fuit Ripæ in. d. num. 35. qui ait q ibi fuerunt prohibiti tutores, non ipsi minores, qui intellectus non colligitur ea littera & contrarium credendum est. Præterea grauamen est prohibitio alienationis quod non potest imponi tutori non honorato. Præterea prohibitio de tutore non impediret alienationem fieri per minorem, quod testator cautum uoluit.

Quintus intellectus fuit Xuares. in allegatione. 3. pag. 2. quod ibi fuit prohibitio facta cū causa, quæ causa respiciebat alios præter prohibitum, dixit enim quòd seruos illos hęredibus seruari uolebat. at appellatio hæredum perpetua est. l. in animalibus. C. de leg. ergo perinde est ac si dixisset, quòd uolebat in familia relinqui illos seruos. ex quo intellectu infertur prohibitionem esse perpetuam, nec finiri per aduentum minoris ætatis contra intellectum Bart. teneatis ergo uel hunc, uel Bar. intellectum, qui nobis magis placet.

Denique filii 16 naturales concepti in seruitute in figura tamen matrimonii excludunt substitutum, etiam si repugnet dignitas rogantis, commun. est secundum Claud. in. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel.

16 *Restituere iussus quo casu liberi solent excludere substitutū an cum excludant liberi concepti in seruitute in figura matrimonij egregia q.*

Contrarium ut nō excludatur substitutus, est communiter receptum secundum Ripam. ibi num. 12. & hæc pars tutior uidetur. constat enim de iure ciuili matrimonium inter conseruos non consistere, ut per totum. insti. de seru. cogna. Vnde liberi ex tali contubernio suscepti non legitimi, sed naturales ex toto sunt inspecta censura legis ciuilis, cuius censuræ & definitioni standum est in specie nostra, lex enim ciuilis est illa ex cuius pia interpretatione, qui restituere post mortem rogatus est præsumitur sub hac demum conditione oneratus si sine liberis decesserit. l. cum auus. ff. de condi. & demost. l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. l. generaliter. §. cum autem. C. de inst. & subst. eaq́ue conditio tunc demum intelligitur, quando rogatus liberos legitimos relinquit, non sic si naturales tantùm, ut tradunt commun. dd. per tex. ibi. in. d. §. cum autem. ut ibi plenè per Bal. Salicet. Alea. Corn. Ias. & Decium. Vnde cum talea liberi ex eo contubernio suscepti sint merè naturales,

quòd ad ius ciuile non possunt non carere eo beneficio quod.l. ciuilis liberis naturalibus denegauit. Nec ad rem pertinet quòd benefitius, quæ.l.canonica liberis legitimis concesserit potiri possint, nam hoc beneficium non ex lege canonica sed ex lege ciuili descendit: unde de iure canonico contraria opin. tueri & potest & debet. sicque superiores uarietates conciliabuntur. Sed retenta contraria opinione, talibus testator 17 liberis primi gradus non posset falcidiæ detractionem uetare.

17 *Trebelianicæ detractio an liberis primi gradus possit prohiberi ardua.q.*

ita Bal.& Salicetus in.l.iubemus.C.ad treb. est cõmunis opin.secundum Decium consi.81.col.2.& Couarub.in.c.Raimucius.§.11.num.7.de testam.Corsetus de trebeli.§.i.&.§.3.Gualdensis de arte testandi tit.5.cautela 31.num.4.& est uerior opin. secundum add. ad Oldrad in consi.248.num.5.& ita seruatur in praxi secundum Guid.Papç decisione.51.& decisione 140.est communis opin.secundum Curtium consi.120.nume. 12. & consi. 160. num. 10. pro hac parte facit,quia nec etiam trebelianica potest uetari secundum opin. multorum ut diximus suprà.§.8.num.12.ubi de hac re plenius disseruimus.

Contrarium ut etiam liberis primi gradus possit prohiberi,tenetur communiter secũdum Corsetum de Trebeli.quęstione.73.§.i.col.3.plures hanc partem communem dicentes allegat Gualdensis in d. cautela 31. num. 4. & Couarub.in d.§.11.num.7.idem & nos uerius esse existimamus. nam testator qui integram legitimam liberis suis reliquit de reliquis bonis potest ut uelit disponere.l.scimus.§. cum autem.C.de inoffi.testamento.l.cum quæritur.l.parentibus eod. tit.l. Papinianus.§.quoniam autem quarta. &.§. quarta autem.ff.eod.§. igitur.inst. eod.tit.ergo si reliquam omnem substantiam suam testator legatis exausit falcidiæq; detractionem prohibuit iuxta auth. sed cum testator.C.ad legem fal.auth.de hær. abint.ueni.§.si uerò expressim. par est,ut integra legata præstentur, nec testatore inuito detrahantur. cùm talis prohibitio facilior fit in liberis quàm in extraneis, cùm tali extraneis hæredibus facta prohibitione,nihil emolumenti eis remanfit: facta uerò filiis adhuc eis remanet legitima integra & intacta, quæ eis satis superq; esse debet,cùm necessitas legitimæ relinquendæ descendat à mero iure positiuo ut diximus suprà.§.20. nu.296. de suc.cre. Nec dubium est quin facilius admittatur diminutio quàm omnimoda & totalis ademptio, ut docet Corneus num.6.in.l.cum quęstio.C.de lega.per tex.ibi ergo si potest prohiberi extraneis licèt eis nihil emolumenti mansurum sit, multò facilius & filiis prohibebitur quibus integra legitima intacta manet. præsertim 18 cùm liberi proniores esse debeant ad parendum maioribus suis,quàm extraneis argumento.l.si quando.§.illud. C.de inoffi.testamento ibi ad obsequia paterna.l.liberto.ff.de obseq.l.ueluti.ibi,ut parentibus pareamus.ff.de inst.& iure. optimus tex.in prin.inst. de codicil.ibi & filia lentuli legata, quæ iure non debebat soluit. In summa lex generaliter disponens comprehẽdit personas ucunque priuilegiatas si in ea re de qua agitur non reperiuntur habere peculiare priuilegium.l.in fraudem.§.fi. ubi notat Bal.ff.de mili.testam. Decius consi.5. Alciatus lib.4.paradox.c. 10.idem Decius in.l.ea testamento.C. Vnde liberi.plenè per Tiraq.de præscrip.§.i.gl.11. estq; communis opin.sed.d.auth.sed cum testator d.§. si uerò expressim loquuntur generaliter, nec liberi hac in re reperiuntur habere peculiare priuilegium:ergo comprehenduntur sub lege illa, estq; peremptorium fundamentum. Nec mutat quod diximus de Trebelianica, quia uerior & forti receptior op.est quod eam possit testator prohibere liberis etiam primi gradus ut diximus suprà.§.8.num.12.de succ.crea.

18 *Liberi parẽtum obediant.*

Illud autem 19 non est prætermittendum quòd granatus restituere hæreditatem simpliciter tenetur restituere prælegatum, si primò fuerit appositum & postea grauatus, secus si primò fuerit grauatus & postea prælegatum appositum. ista distinctio probatur in.l.Titia.ff. ad leg. fal. & ita distinguitur per gl. in.l.cum uirum.C. de fideicommis.sequitur Alciatus in.l. Marcellus.§.quidã liberis.ff.ad Trebel.est cõmunis secundũ Alex. Soci. & Claudiũ in d.§. quidam liberis. est cõmunis secũdum Coro.& Corras. in.d.l.cum uirum. & est cõmunis secundum Soci. in cons. 31.nu.8.lib.4. & Deci.in cons. 254. col.1.est communis secundum Carol.Rum.in cons.133. nu.14 uol.2. & secundum Ias.in cons.175.uol. 4. & est communis Boerio teste,in decisione.280.col.2.& communis est secundum Deci.in cons.81.col.1. quorũ aiunt pleri que id procedere quando indefinitè fuit onus impositum,nam si uniuersaliter, (puta quicquid ad te peruenerit ex bonis,uel ex hæreditate mea restituas) tunc agnoscunt prælegata etiam post grauamen relicta comprehendi.

19 *Prælegatum grauatus restituere hæreditatem an restituere teneatur ardua.q.*

Contrariam partem immo quòd talis grauatus teneatur ad restitutionem prælegati sine distinctione aliqua dixit communem op.Ripa in.l.hæredes mei.§. cum ita. num.4.ff. ad Trebel. post Fulgosium in.d.l. cum uirum. & Cuman. in d.§. quidam liberis post alios plures, quos ipsi & Boerius ubi suprà referunt. mouentur quia indefinita æquipollet uniuersali.l. si pluribus.ff. de lega.2. l. si plures.ff.de lega.3.l.i. &.2.ubi per omnes doct. ff.de lib. & posthu.& quo ad sensum testatoris parum aut nihil referre uidetur,utrum dixerit,quod ex hæreditate mea ad te peruenerit, an quicquid ex hæreditate mea ad te peruenerit,restituas. utrobique enim par ratio,æqua eademq; mens esse uidetur: & clausula in medio posita solet referri tam ad superiora quàm ad inferiora,præsertim si in utrisque sit par ratio.l.3.§. filius inter medias. ubi plenè per Alex.& Ias.ff.de lib. & posth. etiam si sit materia odiosa, ut ibi. Vnde & in specie proposita quòd illa uerba restituas,quod ex hæreditate mea ad te peruenit tam ad superiora quàm ad posteriora relicta referantur, disponentis uoluntati proximius esse uidetur, ut in materia substitutionum plenius agemus.

Denique 20 in singularibus relictis uidetur obtinuisse quòd falcidia de singulis rebus, non secus quàm legitima deducenda est. ita tenet glo. in. l.2. C.ad leg. fal. & est communis secundum, Oldral.cons.207.num. 7.Bar.in.l.in quartam num.9.ff.ad leg.fal.argu.l.Scimus in prin.&.§.repletionem.C.de inoffi.testam.dum ait repletionem autem fieri ex ipsa substantia patris,& ibi,ex rebus substantiæ patris,facit.l. pro hęreditariis & ferè per totũ.C.de hęredi.act.l.2.§.ex his.ff.de uerb.obliga.

20 *Falcidia an singulis de rebus deducatur ardua.q.*

Contrariam opin. immo quòd hoc casu distingui debeat, dicit communem Sali. in.d.l.2. pro prima tamen parte facit, quia legitima non est deducenda de una re tantùm,sed ex omnibus rebus hęreditariis.ut tenet Bar. in.l.suus quoque. num.10.ff.de hęr.insti.& est communis secũdum Paul.de Montepico d.l.in quartam. col.50. & Ripam num.112. & Areti.cons.156. col.pen.Ias. in.l. filium quem habentem num.17.C.fam.hær.Couar.in.c. Raimucius nu.5. de testam. Sed in utraque specie prior op.regulariter procedit inspecta legis dispositione.ut. dd.ll.& l.lineam Margaritarum.ff.ad legem fal.§. si quis una.inst.de fideicommis.hęredi.fallit primò quo ad executionem, quando iudex in una uel quibusdã tantùm rebus non etiam in omnibus censuit falcidiam, uel legitimam detrahi.§.1.2. & 3. inst. de offi. iudi.l.potest.ff. de lega.1. Fallit secundò, quando testator iussit falcidiã detrahi in una tantùm uel quibusdam,rebus.d.§. si quis una. Iudex enim ad diuidendum aditus eius uoluntatem sequi debet, ut.dd.iuribus: quia per dispositionem hominis cessat dispositio legis.l. pen.& fin.C.de pactis. Fallit tertiò, quando testator uiuus quantum satis pro falcidia uel pro legitima erat in hæredem uel filium cõtulit, ut cum eo esset pro legitima uel falcidia contentus.l.cum quo.§.fin.ff. ad legem fal.quo casu,etiam ipso iure existimo talem hæredem adeuntem hæreditatem dominium reliquarum rerum hæreditariarum non acquirere

quirere: sicque limitandam esse. l. eum hæredes, in prin. ff. de acq. poss. & secundum hæc possunt & debent superiores uarietates conciliari.

21 *Treb. an deducatur de relictis pius ardua q.*

Sed quarta 21 Trebellianica an deducatur de relictis ad pias causas? dubium est, & sunt, qui putant deducendam esse, ita Ioan. Andr. in c. si pater. per illũ tex. de testam. in 6. Innoc. in c. si tibi. ad fi. de testam. Bal. in l. & in epistola. C. de fid. instru. Butri. Rauetius. de Forl. & Albet. in l. si quis ad declinandam. C. de episco. & cleric. idem Iacob. Butric. in auth. similiter. C. ad. l. falcid. ubi Salicet. hanc partem dicit ueriorem, & ibi Ludo. Roma. in. 40. speciali. & Corneus. qui hanc partem dicit esse magis substantialem. Imol. in. l. Marcellus. §. quod autem. ff. ad Treb. post Fran. de Rampo. quem allegat Ias. in l. Marcellus. in pr. ff. ad Trebel. Corneus. cons. 322. ardua plurimum. col. fin. lib. 3. & cons. 307. in hac consultatione. col. fin. lib. 4. Paul. Cast. cons. 29. circa primum. col. 1. lib. 1. & alii quam plures, quos refert Tiraq de priuilegiis piæ causæ. in. 27. priuilegio. qui tamen fatetur contrariam partem esse magis communem. quam tenẽt Iacob. de Belui. Fulgo. & Angel. in auth. de ecclesi. titulis. §. si autẽ hæres. Cynus. Bart. Bal. Angelus. Salicet. qui hanc sententiam dicit in praxi sequendam, & Fulgosius. in. d. auth. similiter. Cynus. Ange. & Imol. in. l. 1. §. ad municipium. ff. ad. l. Falci. Bal. Salic. qui hoc firmãt in practica seruari & Paul. Cast. in. l. si quis ad declinandam. C. de epis. & cleri. Angel. in. l. auia. §. Titio. ff. de condi. & demost. Bal. in. l. executorem. C. de excep. rei iudica. & in cons. 423 Franciscinus. ubi dicit hanc opin. esse com. lib. 4. & cons. 3. factum tale est lib. 5. Angel. in auth. de hæred. & falcidia. §. si uerò expressim. col. 7. & in cons. 41. punctus in fi. ubi dicit hanc esse ueram & aprobatam opin. & cons. 59. quidam pater familias ubi idem firmat Panor. in c. Reinaldus col. 6. de testam. ubi hanc dicit com. op. quod & firmat in cons. 59. uiso testamento. col. 2. lib. 1. & cons. 32. col. fi. li. 2. ubi etiam testatur hanc esse com. opin. quod & firmat Paul. cons. 304. col. 2. lib. 1. Decius cons. 299. in causa col. 2. qui dicit esse receptam sententiam Corneus cons. 93. licèt posset col. 2. lib. 1. qui testatur hanc esse com. op. quod & affirmat in cons. 168. col. 4. lib. 2. & Ias. in Rub. ff. ad Trebel. Bertrandus. cons. 149. lib. 2. & alii quam plures, quos allegat. Tiraq. ubi sopra.

22 *Fal. & Treb. diuersa ratio.*

Quid dicendum? & quidem ipse hunc articulum tã ambiguum existimat ut tibi uisus fuerit alter Gordiani nodus ad quẽ dissoluendũ uix inquit sufficeret ipsius Alexandri gladius. in eo tamẽ 22 hoc unum certò scio ipsum canonicæ legislatorem sancire uoluisse, ut quarta Trebellianica etiam hodie de fideicommisso uniuersali detrahatur. ut probat tex. cum glos. in d. c. si pater. de testam. lib. 6. quem textum posteriorem authenticis fuisse constat. nec dubium est quin iustius posset Trebellianicæ detractionem quàm falcidiæ uetari, quia in fideicommissarium uniuersalem omnia onera trãseunt. l. 1. §. sublata. ff. ad Treb. l. quia poterat. eod. tit. hæresque & si uniuersam hæreditatẽ restitueret mirũ non esset cum molestiæ, solicitudinis, curæ laborisque hæreditatis immunis maneret, diuersum est in ipso hærede respectu legatariorum, qui & si eis omnem hæreditariam substantiamque daret apud se tamen omnia onera laborum & curarum hæreditariarum sustinere deberet, id quod magni momenti uideri debet. l. quia poterat. supra all. ergo iustius concederetur tali hæredi deducere falcidiã quam Trebellianicam. argumen. l. eum qui. ff. de iureiu. l. secundum naturam. ff. de reg. iuris. §. his ita. C. de cad. tollen. per contrarium quo ad testatores fauorabilior esse debet falcidia quam Trebellianica. nam si falcidiam hæredi negauerit, periculum est, ne si hæreditatem repudiet totum testamentum pereat. l. si nemo. ff. de regulis iuris. l. si nemo. de testam. tut. l. eam quam. C de fideicommis. quod periculum cessat in fideicommisso uniuersali cùm hæres possit compelli adire & hæreditatem restituere ad petitionem fideicommissarii uniuersalis non sic ad petitionem legatariorum aut fideicommissariorũ singularium sicque & eorum & ipsius etiam testatoris interest falcidiam detrahi, ne testamentum pereat. Trebellianicam autem detrahi nihil interest cum post inuentã compulsionem perire non possit d. l. quia poterat. Vides ergo ut hinc inde sint diuersæ rationes inter falcidiam & Trebellianicam, ut de altera ad alteram arguere non sit semper satis tutum. Ergo, si teneas quòd de legatis ad pias causas nequeat deduci falcidia, cùm trebellianica deduci possit de uniuersali fideicommisso ad pias causas relicto per d. auth. similiter & d. §. si uerò hæres. iuncto d. c. si pater dicemus quòd olim legata integerrima præstabantur eratq; legandi liberrima facultas. l. uerbis legis. ff. de uerb. signifi. in princ. inst. de lege. fal. diuersum erat in fideicommissis, quæ moderniis temporibus nempe post Augustum in usu esse cæperunt. ut in prin. inst. de fid. hær. & in princ. inst. de codicillis. sicque non tam plenam naturam sortiti sunt. Præterea generi per speciem derrogatur. l. uxorem. §. fælicissimos. ff. de lega. 1. c. generi de reg. iur. lib. 6. sicq; hæreditati derogatur per legata non sic in fideicommisso uniuersali. nam cum unum totum cum altero toto concurrit non tam unum alteri derogare quàm per mutuum concursum scindi receptum est. l. si pluribus. ff. de lega. 1. §. si eadem res. inst. de lega. l. cum quæstio. C. de lega. quæ ratio in specie consideratur in. l. 2. & in. l. 3. in princ. ff. ad Treb. Præterea de toto aliquid concedere facilius est quàm de quadam particula sicque facilius de fideicommis. uniuersali quam de singulis legatis. arg. d. l. cũ quæstio. iuncta d. l. si pluribus & d. §. si eadem. Præterea retenta quarta trebellianica onus eatenus remanet penes heredem eatenusque adimitur tam onus quàm emolumentum fideicommissario. d. §. sublata cum seq. sed si hæres integra legata præstaret sicque quartam falcidiam legatariis remitteret adhuc in eos onera hæreditaria etiam pro illa quarta falcidia non transiret, ergo par est, ut retentio ademptioq;, quę per trebellianicam fit cõcedatur quandoquidem tunc etiã proportionabiliter adimitur onus quàm quòd concedatur ademptio per falcidiam, quia tunc emolumentũ tantùm non etiam onus (ut pote quod nullum erat) adimitur aut minuitur legatariis. ergo cũ uideam multas esse rationes differentię inter falcidiam & trebellianicam, quarum minima etiã sufficeret ad sustinendam canonicæ legis sanctionem, non uideo, cur ab ea recedamus: Sicque alterum ex duobus eligendum esse arbitror, uel quòd utroq; iure tam canonico quàm ciuili per d. c. si pater. interpretemur de fideicommisso uniuer. etiam ad pias causas relicto fas esse deducere trebellianicam, uel quòd saltem id liceat de iure canonico per, tex. ibi. licèt non sic de iure ciuili per d. auth. similiter. iuncta communis opinionis interpretatione: Sicq; superiores uarietates concilientur, quanuis ut nobis uidetur utroque iure eam trebellianicam deduci de tali fideicommis. licere tutius interpretaretur: quia 23 tũc demum de similibus ad similia procedendum & arguendum nobis est, iuxta. l. non possunt. l. neq; leges. ff. de legibus. cùm casus, qui occurrit nulla lege decisus inuenitur, sicque ut ad argumenta recurramus necesse est. 23 *Similia quando sequenda aut captanda.* Vel quando ueresimiliter legislator eum casum, qui occurrit non cogitauit ideoque uero similiter eius definitionem prætermisit, non prætermissurus si de eo meminisset. ut dd. ll. & argumento. l. 3. C. de inoffi. testam. & argumento. l. si unquam. C. de reuo. don. l. cum auus. ff. de cond. & dem. l. generaliter. §. cum autẽ. C. de inst. & subs. l. cum acutissim. C. de fideicommis. sed in specie nostra nulla necessitate cogimur ad argumenta plerumque fallacia & periculosa recurrere, cùm legem ueterẽ habeamus iubentem de omni fideicommis. uniuer. & sic etiam de isto, quo de agimus Trebellianicam detrahi. Item non est uerosimile à legislatore hunc casum quo de agimus oblitum fuisse. nam cum loqueretur de falci

dia

dia non potuit ei non occurri inque mentem uenire trebellianica,ut uero simillimum est:ergo si uoluisset dixisset.§.sin autem ad deficientis.C.de cad.toll.

24 *Falcid. nō deducitur de pijs relictis nisi in casibus hic subiectis.*

Et quarta 24 falcidia non deducitur de relictis ad pias causas.§.si autem hæres.in auth.de ecclesi.titul.authen.similiter.C.ad.l.falcid.tex.elegans.in.l. decem.ff. de fideicommiss.liberta. quod procedit ut neque mediatè neque immediatè detrahatur.unde si Titio legaui, & eum iussi ut Ecclesiæ restitueret, etiam ipsi Titio non detrahitur falcidia, ne ipse eam detrahat ecclesiæ, cui restituturus est.argumen.l.si cum dotem.§.maritus. ubi notat Paul.& in.l.si seruus.cum.l.sequenti.ff.ad.l.falcid. d.l.decem.l.fi.§.fi.C. de bon. quæ liber.l. si patroni.§.1. ff.ad Trebel.l.auia.§.Titio.ubi notat Bal.ff. de cond. & demostra.l.cum tale.§.non est eod.tit.Roma. charta antepenul. & Corn.col.2.in.d. authen. similiter.Roma. & Alex.col.3.in.l.Marcellus in prin.ff.ad Trebel. Ias.in.l. 1.lectura.1.col.pen.C.de Sacro.San.Ecclesi.Areti.consi. 67.diligenter.col.pen.per.l.sed si non seruus.ff ad.l.falcid.Socinus.consi.77.col.5.lib.1.& consi.49.col.fin. lib. 4.ut refert Tiraquel.de priuil.piæ causæ priuilegio. 26. ex cuius relatione apparet hanc esse commun.opus limita ut non procedat quando testator expressim iussit ut de relicto ad pias causas falcidia deduceretur,ut notatur per gloss. communiter ibi approbatam in auth.sed cum testator.C. ad.l. falcid. per.l. in conditionibus primum locum.ff.de condi.& demon.auth.de nuptiis.§.disponat per Socin.consi.48.col.3.lib.1.

Secundo limita,ut licet non deducatur falcidia de relicto ad pias causas quò ad lucrum hæredi concedendū, tamen quò ad damnum ab eo remouendum non desinit coangustari tale relictum,si excedebat uires patrimonij testatoris, unde si centum erant in bonis, & centum quinquaginta legata fuerunt partem piis & partim prophanis causis utraque legata delibantur proportionabiliter rediguntur que ad modum & mensuram patrimonij testatoris; atque ita de legatis prophanis falcidia deducitur, de piis uerò non utique, ita Ioan. Andr.ad Speculatorem de testam.§.1.uers. quid in legatum. Angel.Imol.Paul. & Alex.in.l. si post missionem,per illum tex.ff.ad.l.falci.Angel.& Imol. in.l. in ratione. §. quod uulgo.ff.ad.l.fal. Bar.in.d.auth. similiter.in fi. Imol.in.l. si quis testamento.§. 1.ff. de lega.1. & uidetur commun. op.ex relatione Tiraq.ubi suprà.

Tertiò limita ut procedat, quando legatum piæ causæ relictum fuit simpliciter, uel ad usum non determinatum, aut definitum. nam si ad usum certum relictum esset, puta ad constitutionem alicuius capellæ, tunc si detracta falcidia adhuc superest, quod sufficit ad illam construendam falcidia deduci permittitur per.l. si seruus.cum.l.sequenti.cum sua glo.ff.ad.l.falcid.Alex.in.l. Marcellus.col.4.ff.ad Trebel.& in.l 1.§.ad municipium ff.ad.l.falcid.facit.l.decem.ff.de fideicommi.hæred.ubi notat Angel.ad quod,ut quibusdam uisum est in omni legato ad pias causas generaliter procedit, quando id, quod relictum est etiam detracta falcidia sufficit ad illud opus pium,cui testator operam dabat, perficiendo secundum eosdem & alios, quos refert Tiraq.ubi suprà qui etiam post alios limitat quarto loco ut de tali relicto falcidia possit detrahi ratione adiuncti.

25 *Falcidiam an deducat una ecclesia contra aliam ecclesiam ardua q.*

Hæres ecclesia 25 si instituatur, potest deducere falci. de legato alteri ecclesiæ relicto. ita Abb.in.c. in præsentia. de probat. Salice.in auth. qui rem.C. de Sacros.Eccle.Cuma.in.l.1.§.ad municipium.ff. ad leg. fal. Ias.in.l.Marcellus nume.37.ff.ad Trebel.ubi Alex.nu.3. & Vincentius.Herculanos, qui hanc dicit communem, Deci.in.c.in præsentia de probat.num.54.& si in contrarium faciat, quia ecclesia esse debet cultrix iustitiæ, quę in adimplenda ex integro defuncti uoluntate non leui ex parte sita esse uidetur.c.1.§.1.de alien.fundi Andre.Tiraq.de priuil.piæ causæ in priuilegio.100.

Contrarium,ut de legato alteri ecclesiæ facto ecclesia non deducat falcidiam, tenet Roma in auth.similiter in.4.speciali piæ causæ.C.ad leg.fal.est uerior opin. secundum Alex. in.d.l.Marcellus num.5. ubi Ias.nu.37. & dicit illam ueriorem Alex. in.d.§.ad municipium nume.3. & est communis secundum Barbat.consi. 15. col 7.lib.3.

Denique sunt & alii quàm plures alterutrius partis fautores, quos refert Andr. Tiraq. de priuilegi. piæ causę priuilegio. 26. uersi. sed quod primo, & in hanc posteriorem partem procliuior sum, moueor, quia ecclesia hac in re nullum reperitur habere peculiare priuilegium non magis quam quilibet extraneus, sed iure communi ecclesia potest falcidiam detrahere non aliter atque quisque priuatus, neque in aliis causis aut speciebus quam quisque priuatus, quia hac in re actiuè nō reperitur priuilegiata: ergo utitur iure communi neq; ultra neque citra, quia leges generaliter loquentes cōprehendunt omnes personas ut cunque priuilegiatas si in ea re, qua de agitur non reperiuntur habere peculiare priuilegium.l.in fraudem in fi.ibi quia generalis erat illa determinatio.ff.de mil.testa.& ibi notat Bal. & Decius consi.5. & Andr.Tiraq. de prescrip.§.1.glo.11.Alciatus lib.4. parad.c. 10. Decius in.l.ex testamento.C. unde liberi.estque communis opin. Sed ecclesia quo ad falcidiam reperitur priuilegiata passiuè, quia non patitur detractionem falcidiæ in legatis sibi relictis. auth, de ecclesiast.titulis § si autem hæres. & auth. similiter C. ad legem falcidiam. itaque istarum ecclesiarum altera priuilegiata in materia qua de agebatur non erat, sed utebatur iure communi,quia actiuè quò ad falcidiā nullum priuilegium habebat,altera uerò priuilegiata erat in specie de qua agebatur sicq; iure speciali utebatur non iure communi, ergo si ecclesia hęres petat falcidiam, altera ecclesia exceptionem sui priuilegii opponet, quòd si ecclesia hæres replicauerit, quòd ipsa quoque est priuilegiata iuxta.l sed & milites.§.coæqualitas.ff.de excus.tut.altera ecclesia legataria duplicabit, dicens id uerum esse in aliis rebus,sed non in ea specie qua de agitur,in qua ecclesia hæres priuilegium nullū habet, non magis quàm quisque priuatus: Vnde ut ecclesia legataria contra quemlibet priuatum posset se defendere à detractione trebellianicę, ita & contra ecclesiam hęredem se tueri poterit, quia illa hac in re reperitur priuilegium habere nullum. Neque ad rem pertinet quòd aliis in rebus priuilegium habeat, quandoquidem in specie proposita non habet, ut suprà ostendimus: ergo quod obiiciebatur quòd paria priuilegia pari concursu tolluntur, agnoscitur quidem, si paria essent priuilegia, sed hæc non sunt paria,sicque cessat.d. §.coæqualitas simillimum est,quòd licèt maior contra maiorem præscribentem regulariter non adiuuetur,tamen minor contra alterum minorem præscribentem bene restituitur,non secus quàm contra quemlibet maiorem restitueretur. quia minori patienti & læso datur priuilegium, sed alteri minori acquirenti nullum priuilegium datur. minoribus enim ætas in damnis subuenire consueuit, in lucris uerò non magis adiuuantur quàm reliqui,ita probat.l.fi.ff.ex quib.cau. maior.Simillimum etiam est, quòd ecclesia cōtra alteram ecclesiam non breuiore tempore 40.annorum ad imaginem cuiusque priuatæ personæ præscribit, quia actiuè in præscribendo aliena, non reperitur priuilegiata, licèt passiuè priuilegio potiatur, sicque dum agit de pręscribendo & acquirendo cùm non reperiatur priuilegiata, altera ecclesia, quæ patiebatur contra eam utitur suo priuilegio non aliter atque contra quemque priuatum uteretur per.c.auditis.de prescrip.c.ad aures. & ibi Panor, a.not.eod.tit.estque communis opin.ut patet ex relatione Andr. Tiraq.ubi suprà.

26 Treb. an testator possit uetare ard. q.

Quid si testator expressim uetuit, ut hęc ecclesia falcid. ab alia ecclesia nō detraheret,tunc eius uolūtati parendum secundum doct.Sed testator 26 licèt possit

uetare

uetare falcidiam, tamen non potest prohibere trebellianicam. Bar. in l. nemo potest col. 2. ff. de leg. i. est communis opin. secundum add. ad Bar. ibi, & secundum Roman. in auth. sed cum testator, col. 2. C. ad leg. fal. pro quo est hodie. tex. in l. 6o. tit. 11. part. 6. quasi lex correctoria (qualis est auth. de hære. & falcidia. §. si uerò non fecerit) loquens in falcidia denuoque inducens ut per testatorem possit prohiberi, non extendat se se ad Trebel. quod & tenuerunt alij plures, quos allegaui suprà. §. 8. num. 5. de succ. crea.

Contrariã partẽ, ut testator possit ut falcidiã uetare, ueluti Trebellianicam quoq; prohibere. tenet Bar. in l. Marcellus. ff. ad Treb. num. 7. ubi Ias. hanc dicit communem nume. 45. estque communis opin. secundum Ripam in. d. l. nemo potest. num. 44. Alciatus lib. i. paradox. c. 19. Couarub. in c. Rainucius. de testam. c. 3. num. 6. Barb. cõsi. 10. uol. 4. in prin. Ripa in. l. 1. num. 15. in pr. & in. §. denique num. 3. ff. ad treb. & ita seruatur in praxi secundum Guid. Pap. decisione. 140. & decisione. 53. idem & nos plenè defendimus in. d. §. 8. num. 5. cum seq. ubi alios huius sententiæ auxiliares retulimus. Quod potissimùm suadetur, quia per legem antiquam falcidia & trebellianica æquiparatæ erant. l. Marcellus. in prin. &. §. quod autem. ff. ad Treb. l. i. in princ. eod. tit. Nec dubium est, quin 27 lex noua loquens in uno casu ex duobus iure uetere æquiparatos extendatur etiam ad alium casum sibi exæquatum etiam si esset correctoria, ista est communis opin. quam tenent plures relati per Iaso. in auth. quas actiones. num. 19. C. de Sacro. Eclesi. qui hanc esse communem opin. testatur estque communis opin. secundum Curtium Iuniorem in. l. transigere num. 42. C. de transactioni. idem Curtius Iunior in auth. non licèt C. de lib. præteri. nume. 25. & in consi. 150. ou. 4 id quòd ferè significare uidetur. l. 8. & l. 19. tit. 14. par. 7. Quanuis contrariam partem ut talis lex noua si sit correctoria disponens in altero ex duobus casibus olim exæquatis ad alterum non extendatur, tenuerint multi, quos refert Ias. in addi. ad Portium in. §. si. num. 17. inst. quibus ex causis manumittere non licet. ubi hanc opinionem affirmat esse receptam.

27
Lex correctoria disponens in uno casu ex olim æquiparatis an extendatur ad alterum ard. q.

Sed in hoc ultimo neutra istarum partium simpliciter uera est, & si utraque aliqua ex parte defendi possit. Nam si in ambobus casibus est eadem ratio, tunc lex noua in altero disponens ad alterum quoque porrigitur. argumen. l. illud cum simil. ff. ad legem aqui. l. neque leges l. non possunt. ff. de legibus. Vnde cùm lex noua inducens, ne si testator nominatim falcidiæ detractionem prohiberet eius præceptum seruaretur. d. §. si uerò expresim. in auth. de hær. & fal. auth. sed cum testator. C. ad legem falcidiam. militet quo ad sui rationem etiam in trebellianica, ut plenè ostendimus in. d. §. 8. nu. 5. cum seq. necesse est, ut ad Trebellianicam extendatur, quæ falcidiæ iure ueteri exæquata erat ut supra diximus.

At ubi non esset eadem ratio, tunc lex noua præsertim correctoria loquens in uno casu ex æquiparatis nõ extenderetur ad alterum, argum. l. si. ff. de separat. & glo. in. l. creditori. ff. de operis noui nunti. cum ibi notatis per Ias. Vnde 28 si lege noua prohibitum esset ne pupillaris exhæredato fieri posset, (constat enim etiam hodie fieri posse exhæredato. l. cum quidam. C. de lega. ut alibi plenius) tunc ea lex non extenderetur ad exemplarem, licèt per. §. qua ratione. inst. de pupill. l. humanitatis. C. de impub. l. ex facto. ff. de uulg. regolariter æquiparentur. ratio, quia in exemplari non esset eadem ratio, quæ est in pupillari. impubes enim iustam causam exhæredationis præbere non potuit. l. si quis in suo. §. legis. C. de inof. test. Furiosus uerò ante furorem potuit iustam exhæredandi causam committere, quæ per furorem superuenientem non eneruatur ut ex communi opi. tradidimus supra de succ. crea. §. 21. num. 256. Ergo priuilegium patri competens faciendi tam popillarem quam exemplarem, quæ ei non immeritò adimitur, quã

28
Pupillaris & exẽplaris differunt.

do impuberem impiè exhæredauit, non iure ei adimeretur, quando furiosum ex ante gesto iustè exhæredasset sicque cum utrubique non esset par ratio, ea lex noua disponens in pupillari non porrigeretur ad exemplarem, quæ nota, quia nullibi ita inuenio.

Si testator 29 totam uel integram hæreditatem restitui mandauerit, uel pleno iure, uel omnia bona aut quidquid ex bonis peruenerit. per talia uerba uidetur prohibuisse quartæ detractionem cessatque quartæ detractio. Bar. in. l. centurio num. 27. ff. de uulga. ubi Ripa num. 130. Alciat. num. 90. qui hanc dicit communem tenet Alex. consi. 5. lib. 3. Bertrandus consi. 24. lib. 4. Boeri. decisione. 44. num. 32. Corsetus de trebeli. §. 2. Deci. consi. 81. Guido Papa decisione. 537. uel 37. est communis secundum Gual. de arte testandi titu. 5. caut. 31. nume. 3. qui refert plures idem firmantes, Tiraq. post leges connubiales glo. 5. nume. 99. & in. l. si unquam in uerbo totum nu. 1. C. de reuo. donat. Boeri. decisione 193. col. 2. ubi etiam hanc partem existimat esse receptiorem allegatque alios huius sententiæ auxiliares per tex. in. l. fi. C. ad leg. fal. l. Meuio. §. à me hærede. ff. de lega. 2. l. 2. C. quib. ut indig. l. i. C. de bon. uacan. lib. 10. c. grauis de test. spoli. c. fi. de consi. utili uel inutili. l. diuortio. ff. solu. matrimonio.

29
Falci. aut Treb. an per uerba generalia uetita, uideatur? ar dua q.

Contrariam partem ut per talia uerba hæres non desinat quartam detrahere, tenet Roma. consi. 75. & in aliis consiliis relatis per Gualden. d. caute. 31. nu. 3. post medium Roma. in auth. sed cum testator. idem in auth. similiter. col. pe. C. ad leg. fal. ubi firmat ab omnibus ita teneri, Ange. in. d. auth. sed cum testator Boeri. decisione 44. est communis secundum Roma. consi. 239. est uerior secundum Molin. in addi. ad Alex. consi. 5. lib. 3. & consi. 133. lib. 5. & consi. 201. lib. 6. Ias. consi. 84. lib. i. col. 8. est communis secundum Capram consil. 36. & secundum Bertran. consi. 148. lib. 3. & Crotum in. l. nemo post col. 13. ff. de lega. i.

Quid dicendum? & sanè in hanc sententiam omnes conueniunt, ut si per talia aut similia uerba certò constiterit testatorem falcidiam uoluisse prohibere, eius uoluntati pareamus, etiam si non adiecerit clausulam prohibitiuam in illa forma, de qua in authen. de hær. & fal. §. si uerò expresim. per. l. in conditionibus primum locum. ff. de condi. & dem. auth. de nupti. §. disponat. sed tamen aliis in rebus licèt coniecturata mens testatoris sufficere soleat. l. licèt imperator. ff. de leg. i. elegans tex. in. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad treb. l. cum auus. ff. de condi. & dem. l. cum acutissimi. C. de fideicommis. l. generaliter. §. cum autem. C. de inst. & subst. tamen plerunque similes interpretationes fiunt fauore grauati, præsertim si possideat ex regula. l. Arrianus. ff. de act. & obl. & ex altera regula de qua in. c. cum partiũ de reg. iuris lib. 6. c. in pari eod. tit. nam in pari causa potior est conditio possidentis, & in dubia causa potior est conditio rei quàm actoris, elegans tex. ultra dictas regulas in. l. cum qui. ff. ad trebel. quod procedit etiam si de iure possessoris non constet & multò magis ac facilius si constaret de iure suo, quale est in specie nostra iuncto. §. commodum inst. de interdictis. ergo in specie nostra, si testator iussit integrum fundum Titianum mihi præstari, per talia uerba non credam uetitam esse falcidiam tam dilucidè & indubitanter quàm oporteret ad ius falcidiæ hæredi per legem datum ei adimendum: fundus enim & domus nuda patrisf. destinatione constituuntur. l. quod in rerum. § si quid post. ff. de lega. i. sicque illa uerba integrum fundum, hunc sensum habere potuerũt, ut quis non putasset de uno fundo duos fundos testatorem facere destinasse. Idemque eadem ratione foret, si testator domum similiter legaret. idemque eadem ratione si diceret legatario aut fideicommissario singulari restituas omne, quod ad te uel quicquid ad te ea hæreditate mea peruenit, etiam si adijceret hoc uerbum pleno iure. Sensus enim esse potuit, ut quò ad proprietatẽ & usum

fructum restitueret, non solam proprietatem aut solum usumfructum. uel si plures res ei reliquisset ut omnes nulla retenta restitueret salua tamen falcidia. quòd si seruum aut equum ei legasset iuberetque integrum seruum aut equum restituere, tunc nou tam facilè idem respondendum foret. idemque in reliquis similibus rebus indiuiduis. quòd si iussetit restituas sine ulla diminutione, tūc apertè falcidiā uetasse uideretur: eaq; consideratio & in fideicommisso uniuersali restituēdo adhiberi posset. Iustificantur superiora eo quòd, quando testator quod primò dedit, alteri restitui iussit, dubitari potest, an totum ei adimere uoluerit, an uerò uoluerit, ut ueluti concursu partes faciant eamque rem seu ius hæreditatem partiantur inter se: argumento. l. cum quæstio. C. de lega. cum ibi latè traditis. l. si pluribus. ff. de lega. 1. l. re coniuncti. ff. de lega. §. si eadem res inst. de lega. l. triplici. 2. & ultimo resp. ff. de uerb. signifi. l. Iulianus. ff. de hær. inst. &. §. si plures. §. uideamus cum. §. seq. inst. de here. insti. l. item quod Sabinus ferè per totam. ff. eod. tit. Nam 30 & pars pro toto, & totum pro parte non rarò solent testatores adiicere & assumere uel intelligere. l. 2. ubi elegans tex. C. de hær. inst. facit. l. fin. eod. tit. nam & regulariter appellatione cuiusque rei simpliciter prolatæ de integra re intelligere solemus. l. si quis eum totum. ff. de excep. rei iudi. l. Meuio in prin. uerbo totus. ff. de lega. 2. l. 1. §. interdum. uerbo totius. & l. inde Neratius uerbo solidum. ff. de usufruct. accrescendo. l. si separatim. ff. de conditionibus & demonstr. l. coniunctim. ff. de lega. 3. uerb. solidum. l. si pluribus. ff. de lega. 1. §. si eadem res. inst. de lega. l. un. §. ubi. autem cum. §. seq. C. de cad. toll. & tamen regulariter & si res integra legata uideatur non ideo minus de ea falcidia etiam hodie deducitur, & licèt integra res restitui iussa uideatur nō ideo minus de ea deducitur falcidia, si fuit fideicom. singulare uel trebellianica si fuit fideicōmissum uniuersale: ergo temeraria (mihi crede) res erit facilè iudicare uetitam uideri falcidiam, uel trebellianicam, sicque certam legis definitioné falcidiam & trebellianicam hæredi concedentis pro incerta & periculosa coniectura permutare, & ueluti rem ipsam relinquere, & umbram captare ad imaginem 31 canis, qui dum flumen tranataret carnes, quas ore dentibusque ferebat ut umbram, quæ amplior uidebatur captaret, dimisit. quibus gurgitis uelocitate deorsum fluentibus caruit, ut apud Esopi fabellas legitur. qui enim à certa legis definitione abscedit, ut in certas & plerunque suspectas coniecturas insectetur similis (ut nobis uidetur) est insano amatori, qui ut Horatius cecinit,

30 *Pars pro toto & totum pro parte sæpe sumitur.*

31 *Fabula canis.*

Transuolat in medio posita & fugientia captat.

Superioribus 32 proxima est illa cōtrouersia, an mater, quæ uetare potest, ne suorum bonorum usus fructus quæ reliquebat filio suo, patri acquiratur, id prohibere uideatur eo ipso quòd integra sua bona filio suo dari iussit, uel iussit ut ei daretur quidquid in bonis suis mortis suæ tempore inuentum esset, uel iussit ut omnia, quæ in bonis suis mortis tempore reperta fuissent sine ulla diminutione filio suo præstarentur & in speciebus his & similibus sunt, qui sentiāt uetitum esse talem usumfructum patri acquiri ut per Paul. Cast. in. l. cum filio familias. ff. de lega. 1. ubi. Cuma. Areti. & Socin. in hanc partem in simili specie inclināt, quasi satis sit hac in re coniectura testatoris uoluntas. argumento. l. in conditionibus primum locum. ff. de cond. & demost. & auth de nuptiis. §. disponat. quod in simili sentiunt glo. Bar. & Alber. in. l. si usufructus. §. si ita. per tex. ibi. ff. quando dies. leg. cedat. Bald. in. l. cum oportet. §. non autem. C. de bonis quæ liber. l. cum filii. C. qui bon. ced. possunt. Bart. & Alex. in simili in. l. si finita. §. si de uectigalibus. ff. de damno infe. per Bauar. in d. l. cum filio familias. col. 42. ut refert & sequitur. Nicol. Boer. decis. 193. nunc restat col. 2. Sed quòd expressa requiratur usufructus ademptio & prohibitio ut desinat patri acquiri, & sic quòd in his speciebus & similibus non uideatur prohibitum ut patri acquiratur, sentiunt Alex. & Lancelotus Decius col. 11. in. d. l. cum filio. sed sanè ut neutra harum opinionum simpliciter tuta est, ita & utraque aliqua ex parte tueri potest. Nam ut in superiore quæstione diximus, uoluntas testatricis hanc ad rem efficax est, nec refert tacitè, an expresè de ea constet, dummodo satis certa sit eius uoluntas. Cæterùm in speciebus propositis eius uoluntas satis certa non est, nam illa uerba integra bona mea filio præstentur, uel quidquid inuentum fuerit in bonis meis filio tradatur, uel restituatur, etiam si adiectum sit sine ulla diminutione, non inducunt necessariò ademptionem usufructus, cùm alium sensum satis sanum & non inutilem recipiant, scilicet ne prætextu debitorum, uel animæ, uel funeris, uel alicuius piæ causæ uel legatorum, uel fideicommissorum, uel aliarum quarum cumque rerum aliquid ex bonis testatricis filio detrahatur.

32 *Vsufructus an patri ademptus uideatur eo quod mater iussit filio suo bona sua dari integraliter ard q.*

Filius a patre rogatus hæreditatem in diem uel sub conditione, restituere, potest detrahere duas quartas, legitimam & trebel. gl. in. l. Papin. §. meminisse. uerbo falci. ff. de inoffi. testamento & in. l. quamquam in gl. fin. ff. ad leg. fal. & in. c. Rainutius parte legitima de testam. est communis secundum Alex. in. l. in ratione. §. quod uulgo. ff. eod. tit. est communis secūdum Soci. in. l. 1. col. pe. C. de pact. Ias. in auth. nouissi. num. 39. C. de inoffi. testamento Alex. in. l. cohæredi. §. cum filiæ col. 3. & ibi Ias. num. 10. ff. de uulga. est communis secundum Ias. in. l. filium quem habentem. C. fam. hęr. nu. 6. Bertran. cons. 70. num. 6. lib. 2. Ias. in auth. res quæ num. 3. C. com. de lega. Soci. cons. 68. in princ. lib. 1. & cons. 80. num. 3. eod. lib. Ruin. cons. 133. num. 14. lib. 1. Bernar. Diaz regula. 296. communis est secundum Boeri decisione. 44. nu. 18. & hanc partem non obscurè uidetur probare tex. in d. c. Rainutius de testam. dum ait, quod ut quilibet extraneus restituere rogatus posset deducere trebellianicam, ita & filius eam deducet ultra suam legitimā, quam ueluti æs alienum præcipuam retinet, & ut si creditor testatoris ab eo institutus restituere rogatus ultra summam sibi debitam trebellianicam deduceret, ita & filius &c.

33 *Quartas duas quando possit filius deducere ard. q.*

Contrariam partem ut filius sub conditione uel in diē rogatus restituere unicam quartam detrahere possit firmat communem Curti. Iuni. consi. 148. & 48. nu. 10. & consi. 180. nu. 1. Concorda, ut potest cölligi ex Curtio. d. num. 10. facit. l. fin. tit. 12. par. 4. nam & iure canonico filius detrahit duas quartas ut d. c. Rainu. qua in re iuri canonico standum est, ut tenet Bar. in. d. l. Papi. §. meminisse. est communis secundum Dec. in. l. cum proponas. 1. C. de pact.

Quid dicendum? & quidem quartæ falcidiæ detractio quin etiam hodie deducatur contra uoluntatem defuncti præsumptam dubium non est per. c. Rainaldus. de testam. ut ostendimus suprà. §. 8. de suc. crea. num. 18. & licèt uoluntas testatoris in ultimis uoluntatibus & dominari & pro lege seruari debeat. §. disponat. in auth. de hæredi. & falcidiā. l. in conditionibus primum locum. ff. de condi. & dem. tamen quia frequenter eueniebat, ut testatores uniuersam hæreditaté legatis exhaurirent eamque exhaustam hæres scriptus repudiaret, sicque tota testantis dispositio eluderetur ipsiusmet fauore & intuitu receptum fuit etiam contra eius præsumptam uoluntatem, ut quarta falcidia ab hæredibus scriptis de legatis subduceretur, ut hæres illo lucro inuitatus hæreditatem adiret. ita tex. in prin. inst. de lege falcidia eademq; ratione, ut hæres uniuersam hæreditatem restituere rogatus trebellianicam deduceret contra præsumptam similiter uoluntaté testatoris admissum fuit, ut eo emolumento inuitatus hæreditatem adiret. l. 1. in prin. &. §. sublata. ff. ad treb. & licèt regulariter id cuique utilius esse intelligatur, quod ipse mauult. §. præterea cum sua glos. inst. de act. l. quia poterat. ff. ad trebel. tamen id in iis, qui integræ mentis sunt & nullo accidenti uel occasione turbati sunt, non sic, si ratione ætatis uel sanitatis non

fint

fint uel non esse præsumantur satis integræ mentis.l.Titio centum. in princ.ff. de cond. & dem.per totum.C.de prædi.min.per totum.ff.de rebus eorum.uel si aliquo accidenti turbati præsumuntur, prout testatores præsumuntur.iuxta.l.hac consultissima.§.at cum humana.C. qui testam.fam.poss. his enim & similibus etiam contra suam præsumptam uoluntatem lex solet consilium præbere & multa etiam ipsis repugnantibus inducere, quæ adhuc ipsis utiba esse creduntur, qualis est falcidiæ aut trebellianicæ detractio. ut dd.ll.quarum quidem inducendarum ratio tunc demũ militat, quando hæres scriptos aliis nihil emolumenti habiturus erat. Cæterùm si hæres erat de liberis uel parentibus, quibus debetur legitima eaque ipsis relicta fuit, tunc ipsius legitimæ lucro inuitati hæreditatem (ut uerosimillimum est) adibunt sicque cessat ratio, quare falcidię uel trebellianicæ detractio in extraneis hæredibus aliunde nihil emolumenti habituris introducta fuerat. sicque ea falcidia uel trebellianica in hoc casu cesset par est, quandoquidem contra uoluntatem defuncti ob ipsius utilitatem soles deduci, quæ utilitas cessat hic, sicque debet cessare trebellianica & falcidia: & in specie id uidetur probari ut cessent treb. & falcidia postquam hæres habuit ex bonis testatoris legitimam.l. scimus.§. cum autem. C. de inoffi.testamento fact.l. in quartam.ff. ad leg. fal. cum ibi traditis per Bar.l.quoniã nouella.C.de inoffi.testam. facit.l.cum quæritur.l.parentibus.C.de inoffi. testamento.l.scimus in prin.eod.tit.l.Papinianus.§.quoniam autem quarta &.§. quarta autem.ff. eod. tit.§. igitur inst. eod.tit.in quibus iuribus constat à parentibus inuitis nihil exigi præter legitimam. & denique in quartam falcidiam uel in trebellianicam imputatur quicquid capitur iure hæreditario, siue tit.legati, siue tit. donationis causa mortis, siue tit. fideicommissi singularis, uel uniuersalis, siue tit. institutionis, siue aliis quibuscunque titulis. iuxta d.l.in quartam. & ibi plenè per Bar.& Ro pet.l.scimus in princ.&.§ imputari.C de inoffi.testam. diximus plenè supra de succ. crea.§. 20. in repet.d.§. imputari, quam ibi collocauimus. ergo mortis suæ tempore si filius restituere rogatus uelit detrahere quartam in eam imputare debebit quicquid ceperit, ceperat autem legitimam portionem ex bonis patrisf. eamque ceperat eo titulo, quo sufficiebat & suadebat, id sine dubio in trebellianicam uel falcidiam imputari. eaque legitima non minor erat sed potius maior quàm d.trebellianica uel falcidia iuxta auth.nouissima. & in corpore unde sumitur.C.de inoffi.testam. ergo consequens est, ut amplius petere possit nihil, ut legitimã cum.d. trebellianica uel falcidia conpenset idque in terminis iuris ciuilis indubitatum est, fuissetque semper (ut nos arbitramur) nisi 34 facta fuisset.l.Iubemus.C.ad treb.quę in in pr. ait filium uel filiam à patre uel matre hæredes scriptos & restituere rogatos (ex esse uel ex parte non moror) posse tempore mortis suæ quo tempore restitutio fieri iussa fuit deducere trebellianicam, si hæreditatem uel portionem hæreditariam iussi fuerunt restituere uel deducere falcidiam, si totam suam portionem hęreditariã uel totam hęreditatem iussi fuerunt post mortem non uniuersaliter, sed singulariter per enumerationem rerũ uariis fortè legatariis uel fideicommissariis restituere. nec dubium erat in terminis illius tex.quin is filius suam legitimam recepisset, quæ continuò post mortem patris capitur sine ulla dilatione.l. quoniam in prioribus. &.l. scimus.in prin.&.§.cum autem. &.§.repletionem.C. de inoffi.testamento.ergo pręter illam legitimam tempore mortis patris acceptam modò mortis suę tempore addatur illis trebellianica uel falcidia, sicq; duas quartas assequuntur.sed certè non dubito quin iuris canonici conditores ita intellexerint illum tex.sicque palàm induxerint ad imitationem (ut uerosimillimum est) d.l. iubemus, eo casu duas quartas filio deberi. ut in.d.c.Raintius.de testam.tamẽ reuera sensus d.l. iubemus.alius fuit

34 Intell.l. iubemus.C. ad treb.

sciebat enim ibi Imperator q̃ filius post mortem suam, restituere rogatus siue singulariter, siue uniuersaliter potuit esse ut a parente legitimam ex ęquo recepisset, uel etiam plus uel fortè minus, & inducere noluit, ut de eo quod sic titulo hereditario institutionis receperat & restituere rogatus fuerat, quartam uel falcidiam, uel trebellianicam ad similitudinem cuiusque extranei deduceret (cum à singulis hęredibus iam falcidia quàm trebellianica deducatur, ut infrà dicam) nec dubitabat ibi Imperator quin in eam quartam quicquid nomine legitimę antea receperat imputandum esset idq; unum priuilegij loco liberis concessit, ut fructus interea percepti in trebellianicam illam uel falcidiam non imputarentur. ad cuius dilucidationem pręmitte duo, primum tempore d.l.iubemus. solam quartam esse legitimam si horum ut iuribus suprà allegatis, alterum quòd iure.ff. si filius post mortem restituere iussus fuerat fructus percepti computabat in quartam. nam & eo iure in solo usu fructu uel fructibus poterat ei legitima relinqui, quę omnia ex parte fuerunt innouata per d.l.iubemus. & ex alia parte per auth.de triente & semisse.§. prohibemus. post quę iura nec in fructibus tantùm potest liberis legitima relinqui, nec si post mortem restituere rogentur fructibus interea percepti computabunt in quartam, non solum quidem fructus legitimę suę (de quibus dubium nõ erat iuxta.l.quoniam in prioribus.C de inoffi. testamento) sed nec etiam fructus illius partis, quę eis ultra legitimam relicta fuit computabunt in quartam sed illos ferunt pręcipuos, & pręterea quarta parte bonorum (tunc enim legitima non excedat quartam) retenta residuum hęreditatis restituent & hoc significauit apertè d.l.iubemus. uerbo dodrans. ubi expressim iubet dodrantẽ & sic nouẽ uncias hęreditatis restitui tribus duntaxat unciis retẽtis. ergo cũ tota hereditas in unciis duodecim concludatur.§.hęreditas.inst.de hęr.inst. & is filius nouem uncias tribus duntaxat reliquis retentis restituere iubeatur, non est uerum quòd retinebit duas quartas, tũc enim sex uncias restitueret & totidem restitueret contra illum tex. iubentem nouem restitui, & tres duntaxat retineri. Vnde si fortè tota hęreditas erat.40.sicq; decẽ debebantur pro legitima, si in in decẽ tantùm filius fuit institutus & iussus post mortẽ restituere euanescit fideic.d.l.quoniã in prioribus d.l.scimus.§. cũ autẽ. Idẽ & fortius si in minore portione quàm legitima esset institutus ut.dd.ll. q̃ si in maiore portione q̃ legitima fuisset institutus (puta in 20.) uel fortè ex asse scriptus fuisset & post mortem restituere iussus fuisset, tũc fructus percepti ex ea parte hæreditatis, quę legitimã excedebant & si olim in quartam ei imputarentur (& sic si tanti erant quanti erat ualor ipsius legitimę totam hereditatem nihilo omnino retento restituere teneretur) tamen hodie in quartam ei non imputantur, sed ipsius lucro cedunt: & sic retenta quarta nouem tantùm uncias restituit ut ostendimus, idque denuo induxit. d.l.iubemus. non autem duas quartas retineri, id enim tam lõge abesset ab illius legis sensu quòd potius induxit contrarium. & sic uarietates suprà relatæ sunt sic ad concordiam reducendæ, ut de iure ciuili non deducantur duæ quartæ, sed deducantur de iure canonico.

Illud 35 autem quòd Bar.(in.l.Papinianus.§.meminisse.ff.de inof.testamento cuius opin.communis est secundum Decium in.l.cum proponas.i.C.de pactis.) ait hac in re standum esse iuri canonico, nullo colore defendi potest. Nam quòd una quarta deducatur & non duę uel contra, nullus modo sanus negabit quin sit de rebus temporalibus, non de spiritualibus, sicque alterutrũ ius in foro suo seruandum est, ut in terris imperii, & aliorum principium una tantùm quarta, in terris uerò Ecclesiæ, duæ quartæ detrahantur; præsertim cum hæc materia successionũ sit merè iuris positiui, ut plenè docemur suprà.§.1.&.§.20. n.292.cum pl. seq.& superiora iustiora redduntur ex dictis d.§.20.n.290.de succ.creat.

35 Quartarũ in materia cui iuri stãdum sit, ac dua. q.

36 *Quartas duas quando parentes deducãt. ard. q.*

Quid autem in parentibus restituere post mortem rogatis? & sunt, qui uelint, eos posse duas quartas detrahere. ita tenent Bal. in. l. si à milite. §. i. ff. de milit. testamen. Ioannes Corrasius in. l. filium quem habentem num. 44. qui hanc firmat esse communem opin. C. fam. her. Contrariam tamen partem, ut unam duntaxat quartam possint deducere tenent multi, quos refert & sequitur Aymon. Crauetta consi. 10. quo teste hæc pars receptior est. quam controuersiam sic sedari posse & debere existimo, ut de iure ciuili unam duntaxat quartam deducant, non secus quam liberi, de iure uerò canonico duas quartas detrahere possint ad imaginem liberorum, quibus simillimis in rebus assimilantur. l. nam & si parentibus. ff. de inoff. testam. cum similibus iuncto. d. c. Rainutius. de testam. qua etiam in re in terris ecclesiæ subiectis iuri canonico, in reliquis uerò iuri ciuili parendum ac morigerandum erit per iura & rationes de quibus in superiore articulo.

37 *Trebellianicæ an imputetur acceptum conditionis implẽdæ causa. ard. q.*

Illud 37 autem dubium est, an in hanc quartam Trebellianicam de qua egimus imputetur, quod conditionis implendæ causa datum fuerit huic, qui post mortem suam restituere rogatus fuit, uel etiam si purè restituere rogatus esset, siue id a legatario, siue etiam à fideicommissario acceptum esset, uel fortè ab hærede, seu coherede scripto? & non esse imputandum in Trebellianicam est communis opin. secundum Salicetum in. l. filium quem habentem. C. fam. hær. communem tamen esse opin. in contrarium ut imputetur tenent non pauci, quos refert & sequitur Paulus de Monte Pico in d. l. in quartam nu. 37. ff. ad legem falcidiam. cuius opin. ueriorem esse existimo, per ea, quæ diximus supra. §. 30. de succ. crea. num. 246. Præterea limita, ubi idem fore etiam in legitima liberorum & patronorum ostendimus, quæ quartæ longè fauorabiliores sunt quam Trebellianica & consequenter facilius in Trebellianicam ea imputatio fiet, ut ibi docemus.

38 *Fideicom. post mortem impuberis relictum, an ab ipso relictum uideatur. ard. q.*

Illud 38 autem dubium est, si fideicommissum post mortem filii impuberis, cui datus fuit substitutus pupillaris relictum fuit, an ab ipso impubere, an uerò ab ipsius substituto relictum uideatur? & Bar. in. l. coheredi. §. quòd si mulier. num. 3. ff. de uulgari. tenet ab ipso impubere non à substituto relictum uideri, quæ opin. communis est secundum Ripam. in. l. centurio. nu. 128. eod. tit. Contrariam tamen partem ut à substituto nõ ab impubere relictum uideatur, tenent non pauci, quos refert & sequitur Alex. in. d. §. cum filio. l. cohæredi. ff. de uulgari col. 2. ubi Ias. num. 26. idem Ias. in. l. ex tribus. col. 2. C. de inoffi. testamen. & in. l. si arrogator. ff. de adoptio num. 31. & hæc pars uerior uidetur. argum. l. 5. & l. 6. ff. de lega. 3. facit. l. fin. C. de here. instit. & l. unum ex familia. §. si de falcidia. ff. de lega. 2. & l. si pater. §. 2. ff. de hæredibus insti.

39 *Fideicom. uniuers. an à morte testatis trãsmittatur? ardua q.*

Huiusmodi 39 autem fideicommissum uniuersale à morte testatoris transmittitur regulariter, ut est receptior opin. doct. in. l. ille à quo. §. si de testam. ff. ad Treb. per Ias. in. l. emancipata. C. qui admitti, & dixi supra in materia transmissionis. Quod intellige, quando erat purum uel in diem certum, non sic si conditionale, ut ibi etiam docemus. Verùm, si tale fideicommissum uniuersale ex ui clausulæ codicillaris deberetur, sunt, qui uelint, ut non transmittatur ante aditam hæreditatem. ita Bar. in. l. i. ff. de iure codi. q. 1. per. l. quærebatur. ff. de mili. testam. Bar. consi. 12. est communis opin. secundum Ias. in. l. cum filio num. 32. ff. de lega. 1. ubi tamen pleriq; tenent contrarium, ut etiam tunc fideicommissum uniuersale à morte testatoris transmittatur & hæc pars tenetur communiter secundum Ias. ibi num. 120. & secundum Ripam ibi num. 74. & hæc pars tutior & iustior, seu æquior est; quamuis enim fideicommissarius ille inter mortem testatoris & aditionem uel repudiationem hæredis decesserit, & sic eo tempore, quo incertum est utrum fideicommissum in testamento, an in codicillis radicetur & nitatur, tamen non ideo minus ualere debebit & ad hæredes transmitti; neque ullam harum rerum uideo satis præstantem rationem differentiæ, ut docemur ubi suprà.

40 *Mors ciuilis morti naturali quando æquetur. ardua. q.*

Denique 40 cùm talia fideicommissa post mortem relinquuntur, an mors ciuilis sufficiat, ut conditio extitisse uideatur, an uerò naturalis mortis interuentus necessarius sit? non leuiter controuersum est. Nam sunt, qui uelint mortem ciuilem morti naturali non exæquari regulariter, sed tunc demum cùm id à iure expressum inuenitur, & non aliter. ita tenet glo. in. c. suscepto. de rescript. lib. 6. glo. in. l. ex ea. §. insulam. & ibi communiter. dd. ff. de uerbo. obliga. tradit eleganter Eman. de à Cost. l. Gallus. §. & quid si tantùm in. 2. part. ff. de liber. & posth. Card. Alexan. in. c. i. in pr. quibus modis feud. amitt. Lucas de Pen. in. l. i. C. publ. læti. lib. 12. Alex. consi. 15. col. 2. lib. i. & est commun. opi. secundum Nicol. Boerium decis. 323. & hæc materia frequenter num. 6. per. l. qui duos. ff. de man. missi. testam. Vnde inferunt, quòd licèt mortiferè uulneratus mortuo æquiparetur. l. proinde. in prin. ff. ad. l. aquil. tamen mortiferè alterum uulnerans, per magistratum non est decapitandus antequam uulneratus mortuus fuerit, ut tenent multi, quos refert & sequitur Boetius ubi suprà.

Contrariam tamen partem ut mors ciuilis regulariter exæquetur morti naturali, quando operatur eundẽ effectum, tenet Bar. in. d. l. ex parte. §. insulam. ff. de uerbo. oblig. ubi Areti. hanc dicit commun. sententiam Pala. Rub. in Rub. de dona. inter uir. & uxorem. §. 71. nu. 2. Ripa in. l. ex facto. §. ex facto num. 11. ff. ad Trebel. Ioannes Crotus in. d. §. & quid si tantùm col. 4. per tex. ibi & utraque quidem opin. uera est, prior regulariter, posterior uerò in casu quo. l. de morte ciuili disponens ultra procederet declarando eum casum mortis ciuilis de quo ageretur morti naturali parem esse. & ita procedit d. §. & quid si tantùm, aliter uerò minimè. Nam & si illa conditio, si filius meus uiuo, me decesserit, tunc nepos ex eo, hæres mihi esto. uerificetur filio deportato uel in metallum damnato, uel aliter ciuiliter mortuo, ut in. d. §. & quid si tantùm. tamen diuersum est in reliquis iuris speciebus. Vnde licèt morte testatoris naturali testamentum confirmetur. l. si alienum. §. in extraneis ff. de hære. insti. §. in extraneis. inst. de hære. qualit. tamen testatore deportato uel in metallum damnato eius testamentum euanesceret, tantum ab est ut confirmari uideatur. l. si quis filio exhæredato. §. irritum. ff. de iniusto rupto. quarum rerum differentia non obscura est, quia hoc regulariter locum habet illud uerò cum. l. ultra processit, declarandu mortem ciuilem morti naturali parem esse admittendum est, uel quando non potest non operari eundem effectum.

41 *Monasterium an dicatur filius ex corpore nati natus, ardua. q.*

Rogatus 41 restituere hæreditatem sub conditione, si sine liberis ex suo corpore natis decesserit, monachus factus fuit, an per monachismi interuentum fideicommissum euanuisse uideatur, quasi monasterium non solùm loco filii, sed etiam loco filii ex nostro corpore nati habeatur? controuersum est, & sunt, qui uelint monasterium adhuc loco filii haberi fideicommissumq́ue intercidere. ita Bar. in. l. si ita quis. §. fi. ff. de lega. 2. & est communis opi. secundum Corneum in auth. nisi rogati. C. ad Trebell. col. 2. ubi ait rem adeò dubiam esse ut Iudex utri harum partium maluerit possit adhærere, hanc dicit esse communem opin. Felinus in. c. in præsentia num. 36. de probatio. ubi idem firmat Decius nume. 64. Alex. consi. 35. nume. 8. lib. 3. & est communis opin. secundum eundem Alex. consi. 121. numer. 3. lib. 2. Francisc. de Ripa in. l. ex facto. §. si quis rogatus num. 37. ff. ad Trebel. quam & tenent aliiquàm plures relati per Boerium decisione. 354. num. 4.

Contrariam partem ut monasterium non excludat talem substitutum tenent Iacobus de Belui. & Ang. in authen. de Sanct. Epis. §. & hoc præsenti. Bal. in. d. authen.

nisi rogati col. 1. ubi bis ait hanc partem æquiorem, idẽ Bal. consi. 73. in quæsti. lib. 5. col. 3. ubi firmat hanc partem esse usu approbatam Butrigarius & Salicetus in d. auth. nisi rogati. est communis opi. secundum Boerium ubi suprà Gualdensis de arte testandi tit. 5. cautela. 18. Ripa in l. si unquam q. 34. C. de reuocan. dona. Bald. & Imola in d. l. si ita quis. §. fi. & alii multi relati per Boeriũ & Gualdensem ubi suprà.

Et quidẽ hęc posterior pars, & uerior, ita & æquior est, nisi uelis contendere iam hodie sublatam esse naturalem illam libertatem, quæ testatoribus data fuit à lege. 1. C. de Sacro. Eccles. cum simil. euanuisseque suo potestatemque quę olim testatoribus erat rebus de suis disponendi. auth. de nupti. §. disponat. l. in conditionibus primum locum. ff. de condi. & dem. Nam uoluntatem testatoris hac in re omnes liberos interpretatiuos (inter quos & monasterium per d. c. in pręsentia) excludere uolentis plusquam manifestam esse, qui non uideret mihi inepture aut uerum non amare uideretur. nec ullius magis interest quam ipsius ecclesiæ contrarium exemplum non admittere, cùm ipsa cultrix iustitiæ esse debeat. c. 1. §. 1. de aliena. feudi. & actus turpis auaritiæ in ecclesiasticis quàm in reliquis turpior est. auth. de monachis. §. cogitandum. & ecclesiam ditari cum iactura aliena impium est quàm ulla demonstratione egeat ut ibi. Quibus rationibus 42 suspecta semper nobis uisa est sententia existimantium illam conditionem, si sine liberis decederet, restituat ecclesiæ: nõ expirare relictis ab onerato liberis naturalibus etiam ab imperatore legitimatis, quam opin. tenuerunt Bal. in c. in præsentia col. pe. supra all. Decius ibi col. 15. ubi Felinus col. 9. Contrarium tamen tenet Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus. 2. ff. ad Treb. col. 5. & Andr. Tiraq. attingit de priuilegiis piæ cau. priuilegio. 94. qui non satis sententiam suam aperuit, & hæc posterior pars ut æquior, ita & uerior uidetur: quia quòd liberi naturales regulariter excludant substitutum expeditum est. d. §. si quis rogatus, ubi Bar. Angelus Imola Alex. & alii communiter. l. cum pater. §. dulcissimis. l. Lucius. §. h. ff. de lega. 2. nec dubium est quin talis & quæque similis lex generaliter disponẽs comprehendat omnes personas, omnes res, omniaque quę non reperiuntur habere in ea re qua de agitur peculiare priuilegium etiam si alias scateant priuilegiis. l. in fraudem. §. fi. ubi notat Bal. ff. de mili. testamento Decius in l. ex testamento. C unde liberi. idem Decius consi. 5. Alciatus lib. 4. paradoxorũ. c. 10. Andreas Tiraquellus de præscrip. §. 1. glos. 11. ex cuius relatione apparet hanc esse communem opin. ergo dd. leges, ut pote generaliter loquentes comprehendunt ecclesiam, quandoquidem nullus unquam satis dilucidè monstrauit hac in re eam habere peculiare priuilegium. Præterea omnes utriusque partis fautores in hanc cateruatim cõueniunt sententiam, ut per interuentum filiorum legitimorum ecclesia excluderetur: sed ego habeo legitimatos uerè esse legitimos eisque per principis legitimationem non tam nouam legitimitatem dari quàm pristinã & naturalem, quæ in eis insita erat detegi, & ueluti à iuris ciuilis uinculo & impedimento quodam liberari, ut sic à uerè legitimis nihil differant, & talis legitimitas retrotrahatur ad tempus usque suæ natiuitatis, authen. quib. mod. nat. effici. sui. §. natura. authent. quibus mod. nat. effici. legiti. §. liceat igitur & sicut. nomẽ enim legitimi uel illegitimi fuit merum legis positiuæ inuentum, sicque per principem omnino uere & non interpretatiuè per concessionem legitimitatis tollitur ut dd. ubi supra ibus, & per totum. ff. de nat. rest. ut plenius docemus alibi, & plenè Tiraq. de morte par. 1.

42 *Legitimati an excludant ecclesiam fideicommissarium ardua q.*

Quibus iuribus 43 & rationibus idem respõderem etiam si ille legitimatus non esset, licèt expeditior res sit cum legitimatus fuit. Vnde 44 & si quando legatum pię causę relictum, deletum, uel inductum reperiatur, nec appareat an consultò à testatore id factum fuerit, an ab alio, fauore pię causę non pręsumatur à testatore ex industria factum, ut ex communi op. resoluunt Socinus in tract. regularum & falentiarum reg. 340. Romanus in auth. similiter. §. speciali. Tiraq. ubi suprà priuilegio. 16. tamen si eadem res filio testatoris relicta esset data opera deletum fuisse, iustius interpretaremur, siue ille legitimus esset, siue legitimatus, siue naturalis tantùm & non legitimatus. argumento. c. fin. 17. quęstione. 4. & d. §. si quis rogatus. cum similibus idemque & si ab filio pręstandum Ecclesię esset tale legatum, nam interpretarer consultò deletum fuisse, cùm filii priuilegium, quàm Ecclesię priuilegium inferius non sit, sed fortè superius: data paritate consultò deletum fuisse relictũ pręsumatur, ut ex communi opin. resoluit Tiraq. ubi suprà post Bal. Cumanum & Paul. Castre. in l. 3. per tex. ibi. ff. quę in testam. delentur.

43 *Naturales liberi grauatorũ an excludant ecclesiam fideicommissarium? ardua q.*

44 *Deletum testamentũ an data opera uideatur, ardua quæst.*

Redeundo 45 ad fideicommis. relictum sub conditione si sine liberis ex suo corpore natis decesserit, dic q̃ non expirat per sacerdotii superuentum, idemque etiam si sine liberis duntaxat dictum esset: ut ex communi op. resoluit Boerius decisione. 354. num. 3. idque procedit, nisi intraret ecclesiam secularem animo non exeundi et que omnia bona sua addiceret, tunc enim uita clericalis nõ minorem pęrogatiuam haberet quam monachalis. ut etiam est communis opi. ut docemur ex ibi adductis.

45 *Sacerdotium & monachismus quando æquentur in fideic. restit.*

De legatis §. xxvij.

SVMMARIVM.

1 *Legati definitio.*
2 *Definitio an satis sit quòd aptetur ad communiter accidentia.*
3 *Legatorum quot genera.*
4 *Legata in 25. casibus conseruantur, & si hæreditas non fuerit adita.*
5 *Legatariis, quæ actiones accomodentur, & an ante aditionem habeant personalem actionem? ard. q.*
6 *Legatum relictum canonicis alicuius Ecclesiæ, an ipsis, an uerò Ecclesiæ quæratur, ardua q.*
7 *Legatum rei Ecclesiæ an ualeat quò ad æstimationem, ard. q.*
8 *Legauit testator centum pro filia maritanda, quam postea minore dote maritauit, an residuum petere possit? ard. q.*
9 *Legatum reuocatur per super uenientes inimicitias capitales inter testantem & legatarium, licèt legatarius inculpatus esset. ard. q.*
10 *Legatum reuocatur rei legatæ alienatione. quòd si legatum sit sub modo, uel sub conditione negatiua quid iuris.*
11 *Legatum post mortem alterius an sit conditionale, ardua q.*
12 *Studii causa legatum in minus solenni testamento relictum per triennium solutum an ualidetur? ard. q.*
13 *Studii causa donatio à patre filiof. facta, an ualeat ardua q.*
14 *Legatum pro æquiualente quantitate obligatum an hæres luere teneatur? ardua q.*
15 *Legatum relictum monachis sub conditione, ut certam partem diuidant inter pauperes, an conditionale sit? ard. q.*
16 *Rebus non uerbis dignoscitur actus.*
17 *Legatum uel fideicommis. captatorium an fauore libertatis uel piæ causæ sustineatur, ard. q.*
18 *Libertas est pia causa.*
19 *Præuili spe, quem inuitare ut nos hæredes faciat, an liceat. ard. q.*
20 *Capt. datio aut ademptio non ualet, ardua q.*
21 *Legati alternatiui, an utrumque debeatur? ard. q.*

22 *Fructus legati ante aditam hær. percepti, non debentur legatario. ardua. q.*
23 *Ecclesiæ legatum abbas an repudiare possit ard. q.*
24 *Legata ad pias cau. hæreditate non adita, an debeantur? ardus. q.*
25 *Pias ad causas legata an debeantur ex testamento minus solenni, & quid si factum fuerat inter liberos sicque ualebat, ard. q.*
26 *Legatorum interpretatio an lata esse debeat ardus. q.*
27 *Conditio mixta deficiens per casum non nocet in legato libertatis, uel alimentorum, uel piæ causæ, & quid si conditio sit potestatiua.*
28 *Conditio retrotrahitur in legato ad pias causas, in quo leuissima conditio inspicitur, & in eo trina solutio pro decies gemina est.*
29 *Legatum uxori relictum sub conditione si castè uixerit, an perdatur per secundas nuptias. ardua. q.*
30 *Relicta à secundo gradu an primo repetita uideantur? ard. q.*
31 *Legitimam perdit, qui non soluit pia legata infra tempus lege definitum. ard. q.*
32 *Donatio causa mortis an pacto nudo fieri possit, ardua q.*
33 *Don. cau. mor. an hodie egeat traditione? ardua. q.*
34 *Pactum quid?*
35 *Domus aut fundi legatum æquatur, ardua. q.*
36 *Legatum rei propriæ quando ualeat.*
37 *Legatum rei propriæ ualet multis in casibus.*
38 *Qui legat rem in qua habebat ius tantùm morte sua periturum, an præsumatur quòd sciebat illud ius morte periturum.*
39 *Intell. l. Sticho. ff. de usufr. leg.*
40 *Qui legat rem alienam, an præsumatur scisse alienam.*
41 *Legatum rei alienæ, quam testator suam putabat an ualeat fauore piæ causæ? ardua. q.*
42 *Legatum pauperibus uel Ecclesiæ relictum ualet etiam sine alia demonstratione.*
43 *Legatum Ecclesiæ relictum potius parrochiæ quàm matrici debetur. ardua. q.*


OSTQVAM de institutionibus & substitutionibus, & sic de uniuersalibus huc usque plenè disseruimus, consequens est, ut ad particulares dispositiones descendamus: & primùm omnium de legatis edoceamur, quæ inter particulares dispositiones sedem habuerunt & antiquiorem & pleniorem. l. uerbis legis. ff. de uerborũ signifi. l. j. ff. ad legem fal. & inst. eod. tit. in prin. quæq; in progressu successionum reperta fuerunt, ut dictis iuribus apparet, & multa ad legatorum materiam spectantia disseruimus uariis in locis suprà de succ. crea. præsertim in. §. 17. & in. §. 23. n. 33. cum plur. seq. nunc in primis de legati definitione agendum est.

1 *Legati definitio.*
Et sanè legatum 1 est delibatio hæreditatis. l. legatum. ff. de leg. 2. Hæc dfinitio & iure ueteri non procedebat, quo iure uniuersę facultates legare licebat, ut in uers. uti quisq; legauerit, in. l. uerbis legis. ff. de uerb. signi. & in prin. inst. de lege fal. l. j. in. j. & 2. resp. ff. eod. & etiam hodie uidetur non procedere, cùm hodie possit testator falcidiam uetare. auth. sed cũ testator, & in corpore unde sumitur. C. ad leg. fal. sicque his casibus non tam hæreditatis delibatio, quàm consumptio esset. aliter definitur in. §. legatum. inst. de lega. dum ait, legatum est donatio quædam à defuncto relicta ab hærede præstanda. Sed quid si onus legati iniunctum æquabat, aut excedebat fortè ipsam rem legatam, quod aliquando accidit. argumẽto not. in. §. j. inst. de sing. reb. per fidecom. reli. l. ab eo cum ibi notatis. C. de fideicom. l. 5. & l. 6. ff. de lega. 3. l. filiusfa. §. secundum uulgarem. ff. de leg. j. l. proinde. ff. si cer. pet. §. in primo & §. pro secundo. cũ ibi not. C. de cad. toll. tunc sanè non tam donatio quàm quædã permutatio esset. Quid item si non ab hærede, sed a legatario uel fideic. legetur. §. h. inst. de codic. l. 5. & 6. ff. de lega. 3. in omnibus his speciebus & similibus uidetur quòd dictæ definitiones non conuertantur cum suo definito & sic non sint bonæ. Sed defendendo eas responde, satis 2 esse definitionem aptari ad regulam & communiter accidentia, ita tenẽt gl. & Albericus in. l. omnis definitio. ff. de reg. iuris. Abbas. Areti. & Philippus Decius in rubr. de iudi. Salicetus in. l. precibus col. 2. C. de impub. Alex. in rub. col. 5. ff. sol. matrimonio. Areti. in. l. j. col. fin. ff. de testam. Bal. nouellus de dote col. 2. Ias. Decius Ioanes Oroscius in. l. Imperium. ff. de iur. om. iudi. ubi per Castalium post Aleiatũ & Duarenũ, quos ipse refert, Curtius iunior in. l. un. col. 2. C. de sent. quæ pro eo quod interest. & in rub. C. de impub. prout refert hanc esse communem op. firmans Cagnolus in. l. omnis definitio num. 37. de reg. iur. quàm & firmat esse communem opin. in. l. si emancipati num. 20. C. de collati.

2 *Definitio an satis sit quod aptetur ad communiter accidentia*

Contrariam tamen partem, ut non sufficiat definitionem aptari ad regulam & communiter accidentia tenent gl. in. l. j. ff. de usufr. Cardi. & Imola in rub. de iudi. quos refert Decius ibi col. 3. Alciatus lib. 6. parad. c. 9. Parisius in rub. de præscrip. & alii quàm plures, adeò ut hanc partem nõ minus receptam esse quàm contrariam firmet idem Cagnolus in d. l. omnis definitio num. 49. Sed ne omnes omnino difinitiones Iureconsultorũ exulare cogantur, necesse est priorem partem amplecti & tueri. nam casus excepti firmant regulas in contrarium. l. nam quod liquidę. ff. de penu. lega. & non tam ipsam regulam uiciare quàm ipsimet de generare uidentur & ueluti in aliam speciem transformari. argumento in rub. & in nigro. C. de usucap. trans. & regula ueluti quid infinitum reputatur de quo si aliquid ademeris nihilominus remanet infinitum & ueluti incorruptum secundum Philosophum, sicque ipsa regula ueluti integra manet, licèt casus illi excepti quasi exulasse & ueluti occidisse uideantur uel in aliam regionem migrasse, aut in aliam speciem transformatos fuisse, (cum corruptio unius sit secundum Philo. generatio alterius) intelligantur.

3 *Legatorũ quæ genera.*

Denique 3 olim erant uaria legatorum genera, quę hodie non sunt in usu de quibus habetur in. §. j. & §. 2. inst. de lega. & in. l. j. & 2. C. com. de legà. & plenius disseruimus suprà de succ. crea. lib. 2. & §. 17. num. 1. cum plur. seq. & licèt regulariter tres actiones competant pro legatis assequendis nempe rei uendicatio, actio personalis, & hypothecaria. ut dd. ll. tamen 4 cùm sint plures quàm 25. casus in quibus etiam hæreditate non adita, legata & fideicommissa conseruantur, quos enumerat Corneus in. l. eam quam. C. de fideicommis. ubi latè etiam per Ias. & per Decium & Cagnolum ad finem in. l. si nemo. ff. de reg. iuris. Decius cons. 476. ad fin. Barbatia in. c. Rainaldus. de testam. fol. 60. Alexander in auth. ex causa col. fin. de lib. præteri. ubi etiam Corneus col. 27. in his quidem casibus dubium est, quæ 5 actiones pro talibus legatis consequendis competere uideantur, & quidem ante aditam hæreditatem hypothecariam aut personalem actionem non competere tenet Speculator de testam. §. in primis uersi. pone nullus. & iterum in titulo de actioni. seu peti. §. sequitur uersi. sed quando, Bal. in. l. j. C. si quis omi. causa testam. Andreas Tiraquellus de priuilegiis piæ causę priuilegio. 34. cuius rei illa ratio est, quia personalis non oritur, nisi ea consensu, quem quis præstitit adeundo hæreditatem. l. apud Iulianum. §. fin. ff. ex quibus cau. in poss. eatur. l. ex maleficiis. §. hæres. ff. de actio. & oblig. §. hæres quoque. inst. de obliga. quæ quasi ex contractu nascu. ergo ubi non est aditio, ibi cessat consensus, & consequenter ea obligatio & actio personalis, cessat etiã & hypothecaria, quia

4 *Legata in 25. casibus conseruantur & si hæreditas non fuerit adita.*

5 *Legatariis quæ actiones accommodentur, & an ante aditionem habeant personalem act. ard. q.*

&ea

& ea ex quodam consensu uel tacito uel expresso ut accessoria oritur gl. in. l. si tibi. §. de pignore. ff. de pact.

Fallit fauore piæ causæ quo caso & fauote etiá ante aditam hæreditatem competere incipiunt tam personalis quàm hypothecaria ita Ludouicus Romanus in rep. auth. similiter in 9. speci. circa ultimas uol. C. ad legem fal. per. l. j. C. ad legem fal. dum ait & pręcipue cum talia sunt legata, uel fideicommissa, quæ piis actibus sunt deputata. Contrarium tamen ut etiam hoc casu cesset personalis & hypoth. ante aditam hęreditatem tenent Bal. in. l. j. col. fin. C. de sacr. Ecclesi. in lect. & Imola in. l. qui filio. §. j. de hære. inst. Alex. in. l. j. col. to. ff. de lega. j. & hæc pars uerior uidetur. Nam actio præsuponit obligationem unde ipsa nascatur. l. licèt. §. ea obliga. ff. de procur. not. in prin. inst. de act. per omnes doctores. obligatio autem sine persona obligata esse non potest. l. quidam referunt. ff. de iure codicillorum. ibi, esse enim debet &c. plenè per Bar. & Ias. in. l. cum filio. ff. de lega. j. sed ante hæreditatis aditionem nulla persona est, quæ hęreditariis obligationibus subiaceat ergo &c. facit. l. j. l. pro hæreditariis & ferè per totum. C. de hæt. act. l. j. § si hæres. ff. ad treb. & hæ leges generales comprehendunt personas & casus utcunque priuilegiatos si ea in re non reperiantur habere peculiare priuilegium utcunque aliis in rebus sint multùm priuilegiati. l. in fraudem. §. si. ubi not. Bal. ff. de mil. testam. Decius cons. 5. idem in. l. ex testamento. C. unde liberi Andr. Tiraquellus de pręscrip. §. j. gl. et. Alciatus lib. 4. parad. c. 10. Sed pia causa hac in re non reperitur habere peculiare priuilegium ergo &c.

6 *Legatum relictum canonicis alicuius Ecclesiæ, an ipsis, an uerò Ecclesiæ quæratur, ardua. q.*

Legatum 6 relictũ canonicis alicuius Ecclesiæ non ipsis sed Ecclesiæ acquiritur. ita Bar. in. l. 2. per tex. ibi. ff de rebus dubiis. sequitur & ait esse communem opin. Barba. consi. j. lib. 4. col. 16. estque communis op. secundum Gualdensem de arte testandi tit. 6. caut. 7. n. 3. Contrariam tamen partem ut ipsis canonicis tale legatum acquiratur, tenent non pauci nostrorum, quos refert & sequitur Socinus in. d. l. 2. num. 12. qui hanc partem receptiorem existimat sequitur. d. episcopus Couarub. in c. requisisti de testam. col. fin. & Ludouicus Lusitanus in d. l. 2. qui hanc esse receptam sententiam adfirmat, quæ etiam ot nobis uidetur tutior est. nam & si quod legatur seruo ipsius domino, non etiam ipsi seruo acquiratur. l. si paterf. ff. de hær. inst. & ferè per totum inst. per quas pers. nob. acq. & ferè per totũ. C. per quas pers. nob. acq. oblig. adeò ut facultas legatum uel agnoscendi uel repudiandi non tam penes ipsum seruum legatarium quàm penes dominum residere uideatur. l. filiofam. ubi notat Soci. post alios. ff. de cond. & dem. l. legatum ubi per Ias. post. alios. ff. de lega. j. licèt aliud esset in hæreditate ut. l. cum proponas. C. de hæt. inst. tamen nullibi reperitur hac in re canonicos legatarios quò ad ecclesiam similes uideri seruis respectu dominorum nec facilè à proprietate uerborũ in certas coniecturas ueluti umbras captátes recedendũ est contra. l. non aliter. ff. de leg. 3. §. sin autem ad deficientis. C. de cad. toll. & illi demum in omni relicto honor habitus datusq; inspecta legis censura uidetur, cui relictum fuit, quiquam nominatus fuit, nõ etiam ei in quem relicti emolumentum transuolat tex. egregius in. l. j. §. si coniunctim. cum. §. præced. & seq. l. legatum. §. si. ff. de leg. præstan. l. Iulianus. ff. si quis omi. cau. testam. quæ ergo ratio est, quæ'ue necessitas, quæ nos cogat, impellat, præcipitet ut ab honorati persona recedemus? præsertim cùm designatio Ecclesiæ demonstrationis gratia adiecta uideri debeat. argumento. l. demonstratio. in prin. &. §. quod autem. ff. de cond. & dem. ubi not. per. Bar. & Socin. in simili dum exemplum Calphurnię referunt. facit. l. j. §. fin. ff. de dote prælegata. l. certum. ff. si certum petatur. cum simil. facit quod habetur per doct. per tex. ibi in. l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de uulgari facit. l. nemo dubitat. ff. de hęr. inst. facit gl. sing. & communiter app. in. l. iubemus. C. de testam. gl. sing. in. l. hac consultissima. C. qui testam. fam. pos. in exemplo quod refert de Gallo presso, facit gl. communiter ibi app. in. l. j. ff. de lib. & posth.

7 *Legatum rei Ecclesiæ an ualeat quò ad æstimationem. ard. q.*

Illud autem dubiũ est, an 7 si ipsius ecclesię res aliqua ipsis canonicis uel aliis legata esset, legatum ualeres quò ad ęstimationem & etiam quò ad ęstimationẽ non ualere tenuit glo. in. c. si episcopus. 12. quæstione. 3. Paulus in. l. cum ré alienam. C. de legatis. ubi Philippus Corneus hanc partem & sequitur & receptam appellat. Contrariam tamé partem ut quò ad ęstimationem tale legatum ualeat tenent Ioa. Ana. Panormit. & Barbatia in. c. filius noster. de testam. sequitur & dicit esse cõmunem op. Ias. in d. l. cum alienam rem Corneus consi. 22. li. 1. col. 2. d. episcopus Couarub. de testam. in d. c. filius noster num. 5. Ias. in. l. apud Iulianum. §. constat nu. 44. ff. de lega. j. utriusque tamen partis fautores in hanc uidentur conuenire sententiam, ut res ipsa non debeatur. argumento d. c. filius noster. & d. §. constat. & alterutrá istarum partium sequuntur alii non pauci relati per Andream Tiraquellum de priuilegiis piæ causæ priuilegio primo. Quid dicendum? & quidem cum notissima sic iuris ciuilis regula, quæ res alienas non aliter atque proprias permittit legari d. l. cũ alienã rem. C. de lega. §. si res aliena. inst. eod. tit. l. non dubium. ff. de lega. 3. l. unũ ex familia. §. si rem. ff. de lega. 2. in eo tantùm quæstio manebit, an exceptio sufficienter probata uideatur. nam si res fisci legetur, legatum non ualere induxit d. §. constat. dum ait furiosi esse talia legata adscribere. Vnde per rationem ibi expressam constituit (ut doctores communiter ibi interpretantur) non ualere legatum etiam quò ad æstimationem. Sed legatum rei minoris cuiusdam factum nullus unquam aut negauit ualere, aut negare iure potuit, cuius rerum tam difficilis est alienatio quàm ipsius ecclesiæ rerum, ut per totum. C. de prædi. minorũ & per totum. ff. de reb. eorum. iuncto tit. de rebus Ecclesiæ non alien. & d. regula generalis res alienas legare, admittens etiam res Ecclesiæ & minorũ comprehendit ex regula generali. l. in fraudem. §. fin. ff. de mili. testam. ubi notat. Bal. & Decius cons. 5. & in. l. ex testamento. C. unde liberi. Tiraq. de præsc. §. j. gl. 12. Alciatus lib. 4. paradoxorum. c. 10. nec concederem d. §. constat trahendum esse ad legatum rei Ecclesiasticæ, quia ut patet & res fisci rarius alienantur quàm res Ecclesiæ & inhonestũ esset quærere à principe, an rem suam uendere uellet uideretutque contra debitam reuerentiam sicque quodammodo contra bonos mores. argumento. l. alia. §. eleganter. ff. sol. matrimonio. quæ ratio cessat in re Ecclesię legata, sicq; decisio. d. §. constat. ut pote odiosa eo quòd restringit facultatem legandi cõtra. ll. supra alleg. non uidetur trahenda ad res ecclesiæ ubi minor ratio est & diuersa. l. fin. ff. de separ. gl. si creditori. ff. de oper. no. nun. nec de similibus ad similia dicerẽ procedendum facilè esse, nisi quando casus de quo agitur non reperirut lege aliqua cõprehensus, ut significatur in. l. neque leges. & in. l. non possunt. ff. de legib. sed casus noster comprehensus fuit sub regula. d. l. non dubium. cum sim. ergo &c. ad d. c. filius. resp. ut suprà. §. 21. num. 4. cum seq. in lib. 3. de succe. crea.

8 *Legauit testator centum pro filia maritãda, quam postea minore dote maritauit, an residuũ petere possit? ard. q.*

Si testator 8 legat centum pro filia maritanda, & postea eam matrimonio collocauit cum minore dote, filia an possit petere residuum? dubium est, & sunt, qui uelint eam residuum petere nõ posse, ita Bar. in. l. Lucius. ff. de lega. 2. cuius opin. communiter recepta est secundum Bal. nouel. de dote. par. 5. nume. 12. Contrariam tamen partem ut ea filia residuum petere possit tenuerunt multi, quos refert & sequitur Alex. consi. 7. lib. 5. num. 2. & est communis opin. secundum Ias. in. l. filia legatorum. C. commu. de lega. ubi per Iacobinum. eamque dicit communem sententiam Corneus cons. 23. lib. 4. per. d. episcopum Couarub. de testam. in. c. officii, nume. 10. Socinus consi. 101. col. 2. libro. 10. qua in re statũ esse coniecturalem sicque incertæ electionis nullus non

uideris

niderit & in similibus speciebus incertis soleune esse so- let iuris consultis legumque latoribus benigniorem partem eligere. l. benignius. ff. de legibus. & legata pleniorẽ recipiunt interpretationem iuxta glo. communiter appel. in. l. h. ff. de const. princi. præsertim, quando ab extraneo hærede sunt liberis testatoris præstanda. iuxta. l. fi. C. fam. her. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. ubi liberis respectu extraneorum magnopere fauetur. ergo in hac re dubia si ab hærede extraneo tale legatum relictum esset, non minus pium erit quam tutum pro filia respondere, ut residuum sibi præstetur: quòd si a fratribus sibi relictum esset, tunc si adhuc illud residuũ filię legitimam non excederet, idem respondendum esset. argum. l. quoniam in prioribus. l. scimus in prin. & §. repletionem. l. omnimodo C. de inoffic. testam. auth. de triente & semisse. §. prohibemus. auth. ut cum de appel. cogno. §. cæterum. quòd si illo residuo accepto ad huc ultra uirilem filia nihil haberet, licèt plus legitima portione haberet, tunc similiter pro filia responderem, quo magis reliquis fratribus uel exæquaretur, uel saltem proximè accederet: inter fratres enim summopere laudatur & commendatur ęqualitas. argum. l. fin. C. de lib. præteri. §. pe. & fi. inst. de hær. ab intestato. l. eum oportet in princ. C. de bon. quæ lib. l. illud. & l. illam. C. de collati. l. Saluius. ff. de lega. pręst. tex. egregius iuncta sua glo. in. l. 3. C. de inoffi. testamen. quòd si totum illud residuum excederet portionem uirilem tunc contra filiam facerem interpretationem, ut dote contenta ab residuo abstineret, ne plus quàm reliqui fratres ex bonis testantis caperet. argum. dd. legum.

9 *Legatum reuocatur per superuenientes inimicitias capitales inter testantem et legatariũ, licèt legatarius inculpatus esset. ard. q.*

Licèt legatum 9 reuocetur per superuenientiam inimicitiarum, tamen illud intelligitur, nisi culpa testatoris tantùm inimicitiæ superuenerint Bar. in. l. cum secundis tabulis. §. i. ff. quib. ut indig. per Ias. in. l. si filiam num. 3. C. de inoffic. testamento. idem in. l. hęreditas. C. quib. ut indig. Gerardus singul. 5. Ripa in. c. i. de iudi. nume. 14. idem in. l. fi. q. 45. C. de reu. donati. num. 151. Bernardus Diaz de luca reg. 258. qui omnes reprobãt, Bar. ubi suprà, qui omnes præter Bar. in ea sententia esse uidentur, ut per talem inimicitiarum aduentum legatum reuocetur etiam si nulla culpa legatarii sed tantùm testatoris inter fuisse uideretur.

Sed enim Bar. tenet Alex. in add. ad eund. Bar. Franciscus in. c. cum speciali col. 7. de appell. Paul. in. l. cum fideicõmissum. C. de fideicommis. Aretinus in. l. a. §. item si in facto col. 2. notabili. 3. ff. de uerb. oblig. Romanus consi. 196. Ange. in. §. item propter inimicitias. de excus. tutorum. inst. Hippolytus in. l. §. i. cum quis n. 5. ff. de quæsti. Barbatia de pręst. Cardi. q. 3. in. 2. par. Catellianus Cotta in memorabilibus iuris. uerb. inimicitię capitales col. 4. licèt pro prima opinione fa cit. l. 3. §. fi. & l. 4. ff. de adim. lega. ubi ipse Bar. per Butrium in simili in. c. ueniẽs 2. de testibus. l. 3. ff. de testib. Alex. consi. 99. lib. 5. Quid dicendum? & quidem pro priore parte, quæ uerior est, ut etiam si nulla culpa legatarij interfuerit sed tantùm testatoris adhuc legatum reuocatum uideatur, facit generalitas. l. 3. §. fi. & l. ex parte. ff. de adim. lega. a quibus legibus facilè recedere temerarium esset. nullam enim rationem uideo, quę cogat nos credere quòd in terminis illarum legum inimicitia nata fuisset aut profecta à culpa testatoris solius. Præterea pro hac parte est tex. elegans, quem non memini hanc ad rem allegatum uidisse. in. l. cancellauerat & in. l. proximè. ff. de his quæ in testamen. delentur ubi testator culpa unius cancellauit institutionem alterius, ualuitque cancellatio. ergo nihil profuit hęredi scripto se inculpatum fuisse, quandoquidem uoluntas testatoris mutata fuit. Sic ergo & in specie nostra cum per tales superuenientes inimicitias uoluntas testatoris mutata (ut. dd. ll.) intelligatur, legatario nihil prodest se extra noxam & culpam esse: quinimmo longè minus proderit legatario, quàm hæredi, cùm non solùm generaliter, sed etiam in hac specie longè facilius legata quam hęredum institutiones infirmentur. d. l. 3. §. fin. d. l. ex parte. & quæ latè disseruimus suprà. §. 7. num. 18. cum pl. seq. de succe. crea. astringitur d. l. cancellauerat. quia ibi nullum odium conceperat testator aduersus alios legatarios, sed solùm aduersus unũ, & nihilominus omnibus obfuit, hic autem odium concepit testator aduersus istum ergo &c.

10 *Legatum reuocatur rei legatæ alienatione. quòd si legatum sit sub modo, uel sub conditione negatiua quid iuris.*

Denique 10 ut per inimicitiarum interuentum (ut modò attigimus) infirmatur legatum, ita quoq; & per uoluntariam rei legatæ alienationem a testatore factam l. rem legatam. ff. de adim. lega. l. fideicommissa. §. si rem ff. de lega. 3. §. si rem. instit. de lega. nec si postea testator eandem rem redemerit, legatum conualescit. l. eum seruus. ff. de adim. lega. nisi legatarius testatori sit coniunctus, aut affinis. l. filiæ. §. Titia. ff. de cond. & dem. uel nisi tale legatum piæ causæ relictum fuisset. argum. l. uerum est. ff. de man. testam. qui id in libertate disponit iuncta. l. 1. §. fi. ibi ad hanc pietatis causam. C. de communi seruo manu. ita tenent Bal. Angelus Paulus Castren. & Ias. in. l. qui post testamentum. C. de lega. Andr. Tiraquellus de priuilegiis piæ cau. priui. 40. Romanus in auth. similiter speciali. 23. C. ad legem falci. facit. l. quoties. §. seruos cum libertate. ff. de hær. instit. & per Romanum ubi suprà. 30. speciali. Quinimmo & si testator ecclesiam aut capellam construi aut etiam hospitale fieri iusserit in tali domo, quam postea uoluntariè alienauit adhuc uoluntas eius mutata non intelligitur, & si ibi ædifitium fieri nequeat alibi extruendum est. ita Bar. consi. 26. testator in testamento. Andreas Tiraq. ubi suprà priui. 41. Catellianus Cotta in memorabili incipiente Ecclesia uers. 5. Ias. in. d. l. qui post testamentum. col. 3. Quid autem si testator alienauit rem ex qua legatum solui uoluit? edocemur per ipsum Tiraq. ubi suprà priui. 42. Ripa lib. 3. responsorum. c. 11. Romanus singulari. 435. quęritur an testator. quem Tiraq. ubi supra allegat in sing. 432. glo. in. l. Caius. ff. de annuis lega. gl. in. l. Lucius ff. de alimen. lega. quod & in alimentis legatis procedit per. dd. Glos. & tradit Nicolaus Pignol. in add. ad Roma. ubi suprà & Bar. consi. 211. Denique & si templum, altare, capella, aut hospitale, quod testator fieri iussit in certo loco ibi fieri nequeat; generale est, ut alibi fieri fas sit, per. l. legatum. ff. de usufr. lega. tenent glo. Innocentius, Imola & alij in. c. nos quidem de testamen. ubi per nouiss. & per Andr. Tiraq. ubi suprà priui. 43. Denique & si in legato sub conditione negatiua relicto cautio mutiana necessaria sit. l. Mutianæ. l. hæres meus. §. qui post mutianam. ff. de cond. & dem. tamen id non ita generale est in pia causa, uel in libertate. ut per Tiraquel. ubi suprà priui. 48. glo. in. l. Titio fundus. ff. de condi. & dem. Romanus ubi suprà priui. 24. per. l. libertas. §. 1. ff. de manu. testa. quòd si piæ causę relictum sit sub modo legatum, si quidem modus ex interuallo adiectus fuit, nec præstatur cautio de modo implendo, nec modo uiolato legatum amittitur. ita Angelus in. l. Imperatores. ff. de manu. testam. Socinus regula 310. in. 57. priui. cõtrarium innuit Tiraq. ubi suprà priui. 49. & Romanus ubi suprà. 37. speciali. quorum sententia uerior est, ne aliter fiat contra uoluntatem testatoris, quę in ultimis uoluntatibus omnia potest & pro lege & regina est. auth. de nupti. §. disponat. l. in conditionibus primum locum. ff. de cond. & dem. l. filium quem habentem. uerbo sanciat testator. ubi not. Ias. C. fam. hær. Nec dubium est quin leges illę generales comprehendant causas utcunque priuilegiatas (qualis est causa pia) si in specie de qua agitur non reperiantur habere peculiare priuilegium. l. in fraudem in fin. ubi not. Bal. ff. de mil. testamen. Decius in. l. ex testamento. C. unde liberi & in consilio. 5. Alci. lib. 4. parad. c. 10. Decius in. c. 1. col. 3. & in. c. sedes apostolica. de rescrip. col. 5. Andre. Tiraq. de prescrip. §. 1. glo. 11. Neque ad rem pertinet. l. libertas. §. a. ff. de manu. test. quia loquitur in libertate data sub modo, quæ cum semel competere cœperit infirmari non potest.

potest. ut per totũ ti: C. si aduersus liber. pendente enim modi implemento relictum non desinit acquiri. l. quibus diebus. §. Termilius. ubi Bar. & omnes. ff. de cond. & dem. l. 1. ubi not. gl. & doct. C. de iis quę sub mod. quæ ratio cessat in relicto ad pias causas, quod & si semel deberi cœperit, potest desinere deberi. ut & in reliquis causis.

11 Legatum post mortem alterius an sit conditionale, ard. q.

Legato 11 alicui relicto post mortem alterius statim oritur actio, licèt interea non sit efficax ad agendũ ita glo. in. §. post mortem in uerb. ualeat instit. de inuti. stip. Imola Paulus & Soci. in. l. 1. ff. de cond. & dem. Ang. in. l. 1. C. ut acti. ab hær. est communis secundum Alciatũ in. l. cedere diem. ff. de uerb. sig. quam partem aliquantulum iuuat l. prima. §. si. ff. quando dies ususfructus legati cedat. dum in non absimili specie ait petentem ante tempus malè petere, quasi sentiat actionem quidem habere, sed ei obesse exceptionem.

Contrariam opin. tenet glo. in. l. in omnibus. ff. de reg. iur. quam sequitur Bar. in. l. ita stipulatus. magna. nu. 41. ff. de uerb. obl. & in. l. hæres meus. in prin. ff. de condi. & dem. ubi Paulus, & Imola hanc dicit communem Costa lib. i. cond. c. 18. pro qua facit, quia tale legatum uidetur conditionale. d. l. hæres meus. ff. de cond. & dem. l. si cui. §. 1. ff. de lega. i. l. 1. & l. ex his. C. quando dies legati cedat. l. Seius Saturninus. ff. ad Trebel. l. si mater in princ. ff. de uulgari. ergo tali pendente conditione actio nasci non potest, quia si legatarius ante illum cuius post mortem capere iussus fuit decederet, legatum quidem extingueretur: quia nihil ad hæredes ille legatarius transmitteret. §. sin autem aliquid sub conditione. C. de cad. toll. l. i. ff. de cond. & demon. & l. hęres meus suprà, all. ergo omnino uanũ esset interea actionem dari, quæ nullius momenti omni casu futura esset, siue enim legatarius prior decederet nihil transmitteret, siue superuixisset, tamen ante mortem illius petere posset nihil diuersum est in contractibus in quibus tali casu statim actio & oritur & oriri utile est, quia licèt interea is cui sub tali conditione debetur petere nequeat, tamen cum illa conditio non possit non existere (ille enim erat omnino moriturus.) interea stipulator decedens ad hæredes suos transmittit. §. ex conditionali. inst. de uerb. obl. licèt quando conditio potest deficere interea non oritur actio, ut not. in. l. item quia. §. i. ff. de pact. per glo. ibi communiter app. ergo quòd ex contractu debetur sub conditione si quidem sit incerta, an & quando interea nulla oritur actio, quòd si certa an, sed incerta quando tunc oritur interea actio, & ad hæredes stipulantis transmittitur sicque utilis est: non sic in ultimis uoluntatibus in quibus eam oriri inutile esset, cùm pendente tali conditione legatarius decedens ad hæredes nihil transmitteret.

12 Studii causa legatum in minus solenni testamento relictum per triennium solutum an ualidetur? ard. q.

Solutio 12 legati triennalis causa studii in ultima uoluntate etiam minus solenni obligat in futurum Bar. in. l. 1. ubi Alex. num. 41. ff. sol. matrimonio. ubi Ias. hanc dicit communem, quia secundum eum causa studii est fauorabilis & pia, ut tenent omnes secundum Andr. Tiraq. de priuilegiis causæ piæ in præfatione uers. item relictum causa studii. ubi nonnulla his similia adduxit.

Contrarium, ut talis solutio triennalis non obliget in futurum tenet Ang. ubi eam dicit communem opin. in auth. res quæ. C. com. de leg. & ibi Ias. col. pe. Curti. in l. si certis annis. C. de pact. nume. 17. ubi per Alciatum col. 2. & pro hac posteriore parte facit, quia causa alterius studii quàm theologiæ uel alterius similis disciplinæ non dicitur esse pia secundum Bald. in rep. l. i. col. 12. ff. de lega. 2. quod & sentire uidetur Cumanus consi. 28. quod & uult Ias. in. l. i. lect. i. col. pe. C. de Sacr. eccle si. refert & sequitur Andr. Tiraq. ubi supra unde ipse Cumanus, Ias. & Tiraquellus inferunt donationem studii causa factam egere insinuatione, non secus quàm reliquæ donationes. Facit etiam pro hac parte regula generalis. l. si ueritas. C. de fideicommi. cum simil. l. si unus C. de testamen. l. eam quam. C. de fideicommis. l. si nemo. ff. de reg. iur. l. si nemo. ff. de testamen. tutela. l. proximè. ff. quæ in testamen. delentur. l. 1. ff. de iure codicillorum. Facit etiam illa communis opin. quæ habet legem generaliter loquentem omnes personas & causas utcunque priuilegiatas si in ea re qua de agitur non reperiuntur habere peculiare priuilegium. l. in fraudem. §. fin. ff. de mil. testam. ubi Bal. Alciatus paradoxorum lib. 4. c. 10. Decius consi. 5. Tiraq. de præscrip. §. 1. glo. 11. Decius in. l. ex testamento. C. unde liberi. unde cum causa studii non reperiatur nominatim priuilegiata hac in re oportet, ut iure communi utatur utcunque aliis in rebus priuilegiis potiatur & gaudeat. Præterea tunc demum censeo de similibus ad similia procedendum esse, cùm species qua de agitur nulla lege generali comprehensa reperitur, non sic si comprehensa erat, ita cantat. l. neque leges & l. non possunt. ff. de legibus. sed is casus sub regula generali fuit, ergo nulla ratio nullaue necessitas est, quæ nos ad similia recurrere & confugere impellat. Unde 13 licèt Bal. Ange. Cuma. & Ias. in. l. i. ff. sol. matrimonio. & Tiraq. ubi supra teneant ualere donationem, quam filio in potestate pater facit causà studii, id tamen non satis tutum nobis uidetur; ut ex superioribus apparet, ut per Alex. in. l. i. §. ad municipiũ ff. ad leg. fal. & per alios quos allegat Tiraq. ubi supra.

13 Studii causa donatio a patre filiof. facta, an ualeat ardua. q.

14 Legatum pro æquiualẽte quãtitate obligatum an hæres luere teneatur? ardua. q.

Legatum 14 factum de re obligata etiam pro æquiualente quantitate ualet, & hæres illam luere tenetur, etiam si testator ignorasset rem esse obligatam. gl. in. §. sed si rem. inst. de lega. alia in. l. prædia. C. de fideicommis. est communis secundum Ias. in. d. l. si res obligata num. 13. ff. de lega. i. ubi non pauci scribentium, quos ipse & Alexander ibi referunt in eandem partem inclinare uidentur.

Contrarium tenet idem Ias. Paulus & Fulgosius in. d. l. prędia Alex. in. d. l. si res obligata. estque communis secundum Soci. in. l. i. §. per seruum corporaliter num. 11. ff. de acq. pos. Anto. de Fano de Pigno par. 3. prin. i. membro nume. 30. possunt concord. hæ op. ut per Corn. in. l. 3. C. de lega. sed pro priore opinione est hodie tex. in. l. 1. 8. tit. 9. par. 6. quamuis pro hac posteriore parte faciat illa regula, quæ habet, quòd si testator alienam rem, quã legauit suam esse putabat, legatum non ualet. l. cum alienam rem. C. de legatis. l. prædia. C. de fideicom. l. unum ex familia. §. si rem. ff. de lega. 2. & d. l. si res obligata. Unde si aliquid iuris in re, quam legauit habebat, id tantum ius non etiam rem totam legasse uideretur. l. uxor patrui. C. de lega. etiam si id ius periturum esset morte testatoris, ut ibi & l. quod in rerum. §. 1. ff. de lega. i. & utrobique est communis opin. quibus concinit ut si res erat obligata pro æquiualente quantitate idque ignorabat testator, legatum non ualeat, ne hæres bis eandem rem præstare cogatur, primùm dum tradit ipsam rem, deinde, dum ad eam redimendam tantum erogat quantum ipsa ualebat. Quòd enim rei alienæ legatum non ualeat, ideo inductum fuit, ne hæres compelleretur pecuniam expendere, quasi facilior sit testator in præcipiendo res suas tradi quàm in iubendo hęredem alienas res redimere non legaturus fortè si alienas nosceret ut d. §. si rem. Unde similiter si rem pro æquiualente summa obligata, quam legauit, quamque liberam existimabat, obligatam esse nosset, fortè eam non legasset, ne hæres pecuniam suam erogare compelleretur inque hoc molestaretur: sicq; par ratio est in re obligata pro æquiualente quantitate, quæ est in re aliena legata. Quinimmo maior, quia tunc hæres bis oneraretur, & dum rem ipsam præstat, & dum eius ualorem in ea luenda rursus expendit: at circa eandem rem hæres bis onerari non debet. tex. egregius in. l. planè. §. si eadem. ff. de lega. i. de quo plenius diximus supra. §. 3. nume. 16. cum seq. de succ. crea. lib. i.

15 Legatum relictum monachis sub conditione, ut certã partem diuidant inter pauperes, an conditionale? ard. q.

Legatum 15 relictum monachis sub hac conditione, ut certam partem diuidant inter pauperes, quos ipsi ele-

si elegerint licèt non diuidant neque eligant non perditur. Cardin. in clem. exiuit. §. uerum. de uerb. sig. ubi Ancha. Dominicus & Francus in. c. 2. col. 1. de testamen. Bar. in. l. 1. §. si plures. ff. de exer. actione. est communis secundum Barb. num. 10. in. c. tua de testam. illa enim uerba sub hac conditione ut illud diuidant inter pauperes imaginem tantùm, non etiam ueram substantiam conditionis inducere uidentur, ut in simili tradunt Bar. Soci. & alii in. l. i. ff. de cond. & demonst. & in. l. quibus diebus. §. Termilius eod. tit. gl. & doct. in rub. C. de his quæ sub modo.

Cõtrariam op. tenet Bar. tract. minoricarum, idem in l. cum pater. §. hæreditatem. i. de lega. 2. est communis secundum Gualden. de arte testandi tit. 7. caute. 7. Ripa in. l. ex facto. §. si quis rogatus. 2. num. 5. ad Treb. sed certè in priorem partem procliuior sum. nam illa uerba sub hac conditione ut certam partem diuidant inter pauperes figuram tantùm (ut iam diximus) non etiam substantiam conditionis habent. natura enim conditionis est ante eius existentiam acquisitionem suspendere. l. cedere diem. ff. de uerb. signi. l. i. & per totum ff. de condit. & demonst. l. i. & per totum. ff. de condi. insti. per totum. C. de insti. & substi. sed in specie nostra testator uoluit primum monachis acquiri, deinde ut partẽ relicti semel acquisiti pauperibus erogarent: ergo non tam sub conditione, quæ relicti acquisitionem suspendit, quàm sub modo, qui non suspendit acquisitionem sed rei semel acquisitæ quandam erogationem uel restitutionem inducit uel modificationem relictum uidebitur. iuxta. l. quibus diebus. §. Termilius ubi plenè per Bar. Soci. & alios ff. de condi. & demonst. l. i. cum gl. & communiter doct. præsertim Corneus ibi. C de his quæ sub modo. Hæc iustificantur ex eo quòd 16 cuiusque rei uera natura & substantia non tam ex uerbis disponentis quàm ex natura & substantia ac effectu ipsius dispositionis intelligenda est. & hoc est quod dici solet, non uerbis sed rebus legem imponi. l. 2. C. com. de lega. rebus enim & nõ uerbis dignoscitur actus secundum Bald. in. l. qui se patris. col. 7. C. unde liberi. Vnde ait si princeps pro sua concessione recepit pretium, uenditio est etiam si utatur uerbo indulgemus uel alio simili. sicque concessio esset irreuocabilis, argumen. l. fi. de præd. curialium. lib. 12. glo. & Bar. in. l. i. §. i. ad h. ff. de superficiebus. Bal. in. l. ex conuentione. C. de pact. Ias. consi. i. col. 7. lib. i. & consi. 56. circa primum col. pe. eod. lib. Loazes in consi. pro marchi. de uellem dubitatione. 1. num. 26. Sic ergo & in specie nostra, cùm natura conditionis sit impedire dũ pendet relicti acquisitionem, & hic impedita non fuerit acquisitio, nec testator eam impediri uoluerit, sed post acquisitionem monachis concessam id ad pauperes ex parte transferri uoluerit, quod ad naturam modi magis accedit, dicendum est, conditionale non uideri legatum per talia uerba, quæ licèt imaginem conditionis præ se ferant non immutant substantiam rei.

16 *Rebus non uerbis dignoscitur actus.*

Legatum libertatis potest conferri in nudam & liberrimam uoluntatem hæredis per. l. fideicommissaria libertas. 3. ff. de fideicommis. liber idque fauore libertatis ut tenet ibid. gl. est communis opin. secundum Decium in l. captatorias. C. de testam. mili. nu. 15. qua ratione idem fortè tentari posset in omni legato ad pias causas, quod legato libertatis regulariter solet exæquari. l. fi. C. de cõmuni ser. man. ibi ad hanc pietatis causam.

Contrarium, ut fauor libertatis non sufficiat, tenet Bar. in. l. j. num. 64. C. de sacr. Eccl. est communis secundum Soci. in. l. utrum. §. cum quidam num. 4. ff. de reb. dub. Abb. in rubr. & in c. cum tibi num. 12. de testam. Decius in d. l. captatorias ubi Ias. in secundo intell. cogita an in d. l. fideicommissaria in prin. uerus sensus sit, quòd principium loquitur in libertate fideicommissaria, quæ fauorabilior est quàm directa. l. libertates. ff. de fideic. lib. at d. §. quod si ita, loquatur in libertate directa ita Cumanus in d. l. captatorias. Costa lib. 1. selectarum interpret. c. 22. idque iuri proximius esse uidetur, sicq; nõ inscitè conciliabuntur illius legis inter se aduersantia responsa, hæque nostrorum uarietates. Nam fideicommissorum summus est fauor ut in prin. inst. de codicillis. & in princ. inst. de fideicommis. hæredi. sic & in. l. fin. C. de fideicommis. & in. §. fi. inst. de fideicommis. hæredita. fauore fideicommissorum inductum est, ut ultima uoluntas, quæ regulariter non ualet, nisi cum septem testibus. l. si unus. C. de testam. l. hac consultissima. C. eod. cũ uulgatis ualeat tamen ibi etiam sine ullo teste, nisi negaueris illud descendere ex fauore fideicõmissorum, quæ etiam septem testium interuentum desiderant, nõ secus quàm legata. l. si ueritas. C. de fideicommis. sed id procederet eo potissimùm quòd testator cõfisus fuit de hærede scripto & ipsemet hæres rem palàm professus fuit. sed certè sola confessio hæredis in legatis an sufficeret controuersum est, ut diximus suprà § j. num. 24. de suc. crea. & tamen in fideicommissis sine dubio sufficeret ut in d. l. fin. sunt etiam hodie aliæ non paucæ differentiæ inter legata & fideicommissa de quibus per Bar. Ias. & Ripam in. l. j. ff. de lega. j. per nos suprà. §. 7. de suc. crea. num. 122. ex quibus confirmatur iustiorq; redditur hæc nostra distinctio.

Quid autem in causis piis, an in eis ualeat captatoria uoluntas, ut ualet fauore libertatis? & sunt qui 17 uelint captatoriã uolontatẽ, quæ in reliquis causis non ualet. l. captatorias. l. ille autẽ. l. si quis Semproniũ. l. illa institutio. ff. de hæred. insti. l. captatoriæ. ff. de leg. 1. l. captatorias. C. de testa. milit. ualere tamen in pia causã eius fauore. c. cùm tibi & ibi glo. & dd. de testam. l. fideicommissa libertas. ff. de fideicommis. libert. ita uoluit Cynus. in. l. senium. C. qui test. fac. poss. Bart. in rep. l. 1. 3. q. 5. q. principalis. & Areti. col. pen. C. de Sacrosanct. Eccles. Bal. Imol. Areti. & Ias. in. d. l. captatoriæ. Bal. in. l. 1. ff. de leg. 2. Bal. Angel. & Imola. in d. l. illa institutio. Bal. in. c. auditis. in fin. de procurat. & cons. 235. Bart. lib. 1. & cons. 301. constitutio. col. 3. lib. 2. Anchar. cons. 144. præfatis. col. 1. Fulgosius. Alex. Corneus. & Ias. in. l. captatorias suprà allegata. C. de testam. mil. Cuma. cons. 130. magister. post prin Panor. cons. 32. circa duo. col. 2. lib. 2. qui affirmat hanc esse com. opi. Areti. in. l. 2. in princ. 2. notab. de uulgari Bertrandus. cons. 101. licèt. num. 3. lib. 1. Socinus cons 53. in præcedenti. lib. 1. col. fi. & cons. 49. iusso instrumento. col. 3. lib. 4.

17 *Legatum uel fideic. captatoriũ an fauore libertatis uel piæ causa sustineatur, ar d. q.*

Contrariam partem, ut captatoria uoluntas etiam fauore piæ causæ nõ tueatur tenent Dinus. & Salice. in d. l. captatorias. C. de testam milit. Cynus sibi contrarius & Bal. sibi quoq; contrarius ibi, ubi etiam idem tenent Angel. Salicet. Roma. Alex. Arctin. Corn. & Ias. col. fin. in d. l. captatorias. Ias. in. l. & in epistola. C. de fideicom. Anchara. in. d. c. cũ tibi. Bal. in. l. 1. in lectura col. penul. C. de Sacrosanct Eccles. & rursus in repeti illius. l. col. 5. & alii non pauci, quos refert Andre. Tiraq. harũ partium neutram optans, sed rem summè, obscuram esse affirmans in tractatu de priuileg. piæ causæ priuilegio. 64. Quid dicendum? & quidem 18 legatum uel fideicommissum libertatis pium esse recepta sententia est, quam tenuit Bart. in. l. proxima. ff. de his. quæ in test. delent. Imol. in. l. captatoriæ. ff. de lega. 1. Bar. in. l. si unus. C. de testam. Tiraq. qui hanc esse commu sententiam affirmat ubi suprà priuilegio. 9. ad. fin. & in præfatione. uers. limita. quod dictũ est, Ias. in. l. 1. col. 1. lectura. 1. C. de sacro sanct. Eccles. & rursus ibi. 2. lectura. col. ante pen. idem Ias. in. l. captatorias. col. fin. C. de testa. milit. & in. l. si unus. col. fin. C. de testam. per tex. in. l. 1. §. fin. C. de com. seruo manumisso. in quibus locis per illum tex. contra Bart. in d. l. 1. firmat legatum uel fideicommissum libertatis esse pium etiam si non fiat pro salute animæ testantis, sed pro solo ipsius serui beneficio, quod & sequitur Andre. Tiraq. in duobus locis suprà citatis, Cùm ergo tale legatum libertatis uel etiam fideicommissum pium sit, & etiam in libera alterius tertii uoluntate fidei

18 *Libertas est pia causa.*

commissum

commissum libertatis ualeat, legatū uerò non utique ut suprà docemur, sicque captatorium libertatis fideicommissum duntaxat non etiam legatum sustineatur: reliquum est, ut similiter fauore alterius cuiusque piæ causæ fideicommissum in alterius tertii liberam uoluntatē collatum, & sic captatorium substineatur iuxta d.c. cū tibi. tale uerò legatum non ualeat, ut iuribus suprà allegatis saltem de iure ciuili.

19 *Præmii spe, quem inuitare ut nos hæredes faciat, an liceat. ard.q.*

Deniq; inuitare 19 aliquem ut nos hæredes faciat spe præmii permissum est secundum Aleiat. in.l.cum donationis.C.de transa. quo teste hæc est recepta sententia, quamuis contrarium tenuerit Socinus.regula.315.& Butigella.in.l. stipulatio hoc modo concepta.num.4.ff. de uerb.oblig. & Iacob. de S.Georgio in d.l.cum donationis num.4.& Benedictus.de Vado.in regula.57.fallen. fin.post regulam.Socini. In summa, 20 captatoriam ultimam uoluntatem ualere etiam si conferatur in uoluntatem onerati contra communem sententiam concēdit Ias.in.l.captatorias col.3.C.de testa.milit. & quæ dicatur captatoria uoluntas docemur à Corneo cons. 159.num.1.lib.4.& non solùm datio sed etiam ademptio captatoria uetita est secundum.Benedictum in.c. Raynutius de testam.part.1.fol.159.num.4.

20 *Capt. datio aut ademptio non ualet, ardua.q.*

21 *Legati alternatiui, an utrunq; debeatur? ard.q.*

Si alternatiuè 21 plures res legentur, sunt duo iura ex diametro pugnantia. nam.l. si quis seruum.§.si ita legetur.ff.de leg.3.ait, alterum tantùm non etiam utrunque deberi.at.l.si quis ita legauerit.ff.de auro & argen. leg.ait utrunque deberi.Bar.in d.l.si quis ita legauerit. tenet quod ibi loquatur fauore legati. idem Cynus & Bal.in.l.pen.C.de uerbo.signifi.Felinus in c.inter cætera de rescrip.ubi num.7.ait hanc esse communem opin. ubi Ripa num.45.hanc dicit op.communem.

Aliter Bar. in d.l.si ita quis.Bar. in.l.si is qui ducenta. §.utrum.ff de reb.dub.est communis sensus secundum Soci.in d.§.utrum.col.penul.idem in contractibus.Alci. in.l.sæpe.ff.de uerb.signifi.Decius in.l.petens col. 4.C. de pact. Vel possemus fortè attentare regulariter quidem alterum tantum deberi. ut d.d.ll. &.l.plerunque.ff. de iure dotium.c.in alternatiuis de regulis iuris.lib. 6.l. in eo quod plus est.§.ubi uerba.ff.eod. tit. quæ procedunt, quando dispositioni adiecta fuerunt uerba alternatiua, diuersum quidem est, si talia uerba post legatum semel factum adiecta fuerunt: & dubitabatur utrū ademptionis an uerò solius demōstrationis gratia adiecta fuissent tunc etenim demonstrationis non autem ademptionis gratia adiecta cēsentur, ut d.l.si quis ita legauerit. Nam si dixi, lego Titio uinum meum, certum est, omne uinum ubi sit deberi, quòd si adieci, quod Romæ siue Mediolani habeo, non iniustè dubitabitur, an illa uerba, quod Romæ siue Mediolani habeo demonstrandi tantùm gratia, an etiam restringendi causa, adiecta fuerint? & utriusque rei gratia adiecta fuisse intelligo, ut tamen restringatur legatum ad uinum, quod erat & Romæ & Mediolani, ut extra eas urbes, quod esset non comprehenderetur, sed tamen quod utrobique non quod altera tantùm in urbe erat deberetur. facit.l.cum quidam C.de uerb. signifi.l. si is qui ducenta.§. utrum.§.de rebus dubi.

Hactenus quando alternatiua prolata fuit affirmatiuè, nā si negatiuè prolata esset diuersum regulariter foret, quia pro coniuncta acciperetur. nam nihil interest utrum dixerim, non est tristis, aut hilaris, non inuenio hominem domi, aut foras, non est in lectione, aut in cōuiuio, ac si dicerem neque est tristis, neque hilaris, neque inuenio domi, neque foras, neque in lectione, aut in conuiuio. idque apud Grammaticos professores notius est quā ulla demonstratione egeat, & est communis op. ut tenent Ioānes Andr.& Philippus Francus in d.c.in alternatiuis. Cagnolus in d.§.ubi uerba in fin.facit.l.item si pater.§.fi.ff.de rebus dub.in simili per Andr. Traq.in. l.boues.§.hoc sermone.ff.de uerb. significa. limi.29.

22 *Fructus legati ante aditā hæreditatē percepti, non debentur legatario. ardua.q.*

Fructus 22 legati ante aditam percepti non debentur legatario.gl.in.l.æquis & in.l. Herēnius.ff.de usuris. communis est secundum Alex.in.l.si tibi homo.§.cum seruus.ff.de leg.2.& in.l. in fideicom.ff. ad trebel. Guald. de arte testan.tit.6.caut.11.& hāc aliam partem tenent alii multi, quos retulimus de succ. crea. supra.§.21.nu. 125.per Socinum iuniorem cons.182.num.22.lib.2.glo. in.l.fin.C.de usufr.lega.& hanc dicit communem opin. ibi Benedi.Plumbi.& Corneus.

Contrariam opin.tenet gl.in.l.quod seruus.ff.de leg. 2.est communis secundū Ias.in.l. seruo legato.ff. de leg. 1.sed pro priore opin.est hodie.l.37.tit.9.par.6.& hanc etiam posteriorem partem tenent alii non pauci, quos retulimus in d.num.125.sed cum ratio fructuum à ratione dominii pendeat ut in.l.bonæ fidei.ff.de acq. rerū dominio. & quæ plenè habentur in.§.si quis à nō domino inst. de rerū diui.& in.l.j.per tex.ibi.C. de peti. hæredi. superest, ut fructus dominium rei sequuti eius sint cuius rei legatę dominium fuerit, & ab eo tempore eius fuisse intelligantur à quo primum tempore dominium ad legatarium pertinere cœpit. Nam & si legatum ad legatarium pertinere dicatur à tempore mortis testatoris.l.à Titio.ff. de furtis.l.cum pater.§.surdo.ff. de lega. 2.tamen id intelligitur, si legatum postea agnitum fuerit, ut retro à morte testantis ab testatore in legatarium transisse uideatur, cæterùm si legatarius repulerit à se legatum, tunc nunquam ad eum pertinuisse uidetur, ut d. §.cum seruus.l.legatarius.§.fin. ff. de lega.3.l.j. ad medium.ff.si quid in fraudē patroni. qui enim repudiat omni emolumento indignus est.§.his ita.C. de cad.toll.l. proinde.ff.si cer.pet.sicque carebit non solùm fructibus post repudiationem decursis, sed etiam illis, qui antea deciderant: cùm enim lex incerta esset utrum legatarius agniturus esset legatum nec ne, consultissimè prospexit ex futuro euentu rem iudicari ut si agnouerit semper suum fuisse rei legatæ dominium & consequenter fructus uiderentur, sin autem nollet uel nō posset legatum consequi, nunquam suum fuisse dominium uideretur & consequenter nullius temporis fructus ad eum pertinuisse uiderentur, secūdum quę, si hæres repudiauit fructus rei legatæ pro nullo tempore ad legatarium pertinuisse uidebuntur, nō magis quàm dominium ipsius rei argumento.l.si nemo.ff.de reg.iuris.l.si nemo.ff. de test. tut. Idem si morte uel alia quauis ratione impotentiæ hæres esse desiit. ut dd.ll.&.l.j.ff.de minst.rup.in princ. inst.de hær.abint.l.3.C.de hær.inst. Idem si hæres adiuit, sed legatarius repulit à se legatum d.l.legatarius.§. fin.d.§.cū seruus & d.l.i.ad medium. Quòd si & hæres adiuit & legatarius legatum agnouit, tūc rei legatæ fructus etiam ab ipsa morte testantis ad legatarium pertinebunt. & ita possunt & debent superiores uarietates conciliari.

23 *Ecclesiæ legatum abbas an repudiare possit. ardua.q.*

Abbas 23 aut prælatus potest repudiare legatum ecclesiæ relictū sine consensu capituli. Federicus de Senis cons.9.Lapus allegatione 26.Abb.in c.tua nuper de his quæ fiūt à prælato.Abb.in c.i.de dolo.Anto.in c.in præsentia col.28.de proba.ubi Abb. & Felinus hanc dicunt communem opin.Bar. & Bal.in.l.ex repudiatione.C. de fideicommis.Bar.in.l.tutor.ff.de bon.poss.Paulus, Corn. & Ias.in d.l.ex repudiatione.hæc opin.seruatur in practica secūdum Areti.in.l.is qui hæres.§.fin.ff.de acq. hær. est communis secundum Ias.in.l.legatum num.16.ff. de lega.i.ubi Ripa num.fi.pro qua sententia facit.§.sed neque inst.de auth. tutorum.l. quia poterat.ff. ad trebel. &.l.quia autem.in prin.& in.§.i.ff.de his quæ in fraudem creditorum.

Contrarium tenet Bal.in.l. contra iuris ciuilis.§. fin. ff.de pact.idē in auth.si qua mulier.C. de Sacr. Eccl. est communis op.secundum Paul. Areti. & Alex.in d.l.legatum. sequitur Lauren.de Rodul.in c.fine exceptione 12.quæstione 4. sequuntur Paul.Roma. & Areti. in d.l. is qui hæres.§.fin. Ias.in d.l.legatum num.6.per Ias.nu. 16.in d.l.legatum & ibi Soci. & pro hac parte in quam

procliuior sum facit c.2.de his quæ fiunt à prelato sine conseosu capituli.& c.i.de rebus Ecclesiæ non alien.lib. 6.cum similibus.in quibus iuribus habetur prælatum sine capituli consensu aut interuentu non posse alienare nec dubium est, quin dominium rei legatæ ipso iure transierit in Ecclesiam à morte testatoris.l.à Titio.ff.de furtis.l. cum pater.§. sutdo.ff.de lega.2.l.si tibi homo. §.cum seruus ubi per gl.Bar.Alex.& alios.ff.de lega.i.l. legatarius.§.si.eod.tit.l.i.ad medium.ff.si quid in fraud. patroni.ergo tale legatū repudiando alienare quodammodo Abbas uideretur,quod sine consensu capituli facere non potest.simillimum est, quòd tutores prędium minori legatum repudiare sine decreto prohibentur.l. magis puto.§. fundum.ff. de rebus eorum in simili per Bal.in.l.pen.C de repudi.hæredi.Panormitanus in c.tua nos . in fin.de his quæ fiunt à præl.cuius rei ratio, (quā & Iureconsultus reddit) ea est, quòd dominium fuerat iam impuberi quæsitum in cuius alienatione rei immobilis decreti interuentus exigebatur ergo &c. eaque ratio ex integro nostræ definitioni concinere uidetur , ut & in abbate respectu ecclesiæ idem futurum sit. ad d.l. quia autem . in prin.&.§.j.resp.quo ad creditores satis esse ut debitor in fraudem bona nō diminuat etiam si in fraudem desinat augere : diuersum est in abbate , qui & ad augendum si commodè potest tenetur , non secus quàm tutor respectu pupilli.ut dictis iuribus .

24 *Legata ad pias cau. hæreditate non adita, an debeātur? ardua.q.*

Hæreditate 24 non adita,legata relicta ad pias causas debentur.ista est communis op.secūdum Alex. cons. 220. col. antep.lib.2. & est communis opin.secundum Ias. in.l.j. C. de Sacr. Eccles. lect.j.idem in.l.eam quam num.39.de fideicommis.Ripa num. 66.in.l.j.ff. de leg.j, qua de re per Decium in.l.si nemo.ff.de regulis iur. Bertrandus consi.94.num.4.lib.2. Barbati.in rubr.de testa. col. 58. Florianus in.l.cum quidam.§.si dies.ff.de usuris Tiraq.de prioileg.piæ causæ priuilegio 33.

Contrariam partem ut hæreditate non adita talia legata non debeantur , est communis opin.secundum Ripam in.l.3. num. 28.ff.de lega.j.Auerardus in topicis legalibus col.88. uers. 10. & col. 209. Boerius decisione. 93.num.9.Crotus num. 93. in.l.j.ff.de lega.j.ubi hanc dicit communem idemque Areti. post Bal. ibi & hæc pars in puncto iuris uidetur uerior & fortè receptior ex regula d.l.si nemo.ff.de reg. iur.l.si nemo.ff.de testam.tut. l.proxime.ff.quæ in testam. delen.l. eam quam.C.de fideicommis.Nec dubium est quin eæ leges ut generaliter loquentes comprehendant omnes personas omneaque causas utcunque alijs in rebus priuilegiatas si in ea re qua de agitur non reperiuntur habere peculiare priuilegium , ut est communis & uera opin.quam tenent Bal. per tex. ibi in.l. in fraudem.§. fin.ff. de mil. testam. Andr.Tiraq.de præscrip.§.1.gl.e1.Decius in.l. ex testamento.C. unde liberi . Alciatus lib.4. parad.c.10.idem Decius cons.5.& in.l.j. & in.l.nemo. potest.ff.de reg.iuris idem Decius in c.j.col.3. & in c. sedes apostolica de rescrip.sicque tales leges ut pote generaliter loquentes piam etiam causam comprehendent,non aliter atq; reliquas res aut pias causas, cùm hac in re qua de agimus non reperiantur habere peculiare priuilegium : aliter enim necesse esset singulis personis,aut rebus,aut causis singulas leges accomodare : nec quot sunt arborum folia aut maris fluminumque harenę tot leges sufficerent. Cùm enim casus, qui se offert nulla generali lege comprehensus reperitur , tunc demum & non aliter ad aliarum legum imaginem & similitudinem recurrere & arguere permissum est.l. neque leges &.l. non possunt.ff. de legibus . non sic cùm lege aliqua comprehensus definitusque in legis generalitate reperitur tunc enim à lege certa abscedere , quæ eum casum in sui generalitate definiebat ut ad aliarum rerū similia confugeremus, simillimum esset insaniæ eorum, qui uidendi domibus suis relictis ad alienas se conferrent , aut certa uia relicta per saxa sese ueluti præcipitantes coniicerent . hactenus,quando ex testamento ualido & solenni hæreditas adita non fuit. Cæterùm 25 si testamentum erat minus solenne in quo pia legata relicta fuerant similiter dubium est,an ea pia legata debeantur? & magis est non deberi,ut tenuit Antonius in c.j.de foro compe. Salicetus in auth.cassa & irrita.quæstione.11.C. de Sacr.Eccles.Alex. cons.177.uiso themate lib.5.Boerius decisione 93. & præsupono quod de iure num.6.ex cuius relatione apparet hanc esse communem op. quæ satis comprobatur ex iis,quæ suprà retulimus,facit.§.si.inst.quib. mod.testa.infir.

25 *Pias ad causas legata an debeātur ex testamento minus solenni, & quid si factum fuerat inter liberos sicque ualebat, ard.q.*

Illud autem dubium est, si in testamento facto inter liberos cum solennitate, quæ iure communi non sufficiebat sed tamen inter liberos sat erat , pia legata reperiantur, an ualeant & sustineantur fauore piæ causæ? constat enim quòd non sustinerentur si prophanis facta fuissent.l.fin.in fin.C. fam.her.l.hac consultissima.§.ex imperfecto.C. de testam.adhuc tamen tale legatum sustineri uoluit Bal. in auth.hoc amplius col.2.C.de fidei commis.Angelus & Imola in.l.si filius qui patri.ff.de uulgari Barba.in rub.de testam. col. 56. uers. uenio nunc ad ultimam quæst.Alex.consi.209.lib.2.Boerius in d.decisione 93.num.9.qui alios allegat ex cuiusque relatione hæc uidetur communis op. contra quam fortiter facit d.l.in fraudem in fin. cum iis , quæ suprà adduximus ex quibus uidetur generalem regulam esse apertā in cōtrarium,quæ regula tam comprehendit piam causam quàm reliquas si non doceatur de peculiari priuilegio hac in re loquente , de quo non satis dilucidè apparet : sed tutior est communis sententia, argumento.l.in testamento.ff. de fideicommis. liber. per quem tex.satis uidetur probata exceptio iuncta.l. si.C. de communi seruo.ibi ad hanc pietatis causam .

Sed quid si filij testatoris repudiassent , nec eam hæreditatem ullus legitimorum agnosceret , uel quia nollent, uel non essent, an fiscus succedens legata præstare teneretur? id quod tenet gl.uerb.præcipimus in.§.si.C. de cad.tol.sequitur & communē esse firmat Salice.ibi in d.l.un.de cad.toll.§. cum autem in superiore.Contrariū tamen tenet Bar. in rubr.ff. de acq.hær.num.4. Ias.in.l. eam quam.C.de fideicommis. Mathæs. sing.163.est communis opin.secundum Alex.& Claudi.in.l.recusare.§. si fisco.ff. ad treb.tradunt plerique nostrorum in.l. si seruus plurium per tex.ibi in.§. si quis ante.ff. de lega.j. conc. colligitur ex d.l. un.§. fin. iuncto d.§.si quis ante.& d.§.si fisco.

26 *Legatorū interpretatio an lata esse debeat ardua.q.*

In legatis lata debet fieri interpretatio sicut in institutionibus,glo.in.l.in testamentis.ff.de reg.iu.glo.in.l.si quis rem.§.idem Iulia.ff.de lib.lega.& aliæ plures,quas refert Ias.in.l.qui se patris num.58.C.unde lib. Ludoui. Villal.in.d.l.re coniuncti.col.16.ff.de leg.3.est communis op.secundum Com.in auth.ex causa col.7.C.de lib. præt.tradit gl.communiter ibi app.in.l.si.ff.de cōst.principum,per Decium & Cagnolum in.d.l.in legatis.argumen.§.si eadem res inst.de lega.iuncta.l.si mihi & Titio ff. de uerb. obliga. &.l. fundus ille. ff. de contrahenda emptione & uenditi.

Contrarium ut in legatis stricta fiat interpretatio, est communis secundum Cagnolum in.l.in testamentis num.3.ff.de reg.iur.per.l.nummis. ff. de leg.3. ubi nummis legatis exiguiores debentur,& per.l.si ita sit scriptū. ff.de lega.i.ubi ita tradunt gl.Areti.Alex.& Ias.& ita residet Decius in.d.l.in legatis . Quid dicendum ? & sanè dubium non est , quin lata latiorque fiat interpretatio in legatis quàm in contractibus . etenim si fundum Titio & Meuio donassem,& alter non caperet, uel quia nollet , uel quia non posset : sine dubio pars exclusi alteri non accresceret , sed penes me maneret, ut tenent Bar. & communiter doct. in.l. re coniuncti.ff.de lega.3. & communiter doct.per tex.ibi in.l.fundus ille.ff.de cō trah. emp. Aretinus Alex. Ias.& alii in.l. si mihi & tibi suprà all. per tex. ibj . & tamen in legatis pars illa, quæ

uacare

uacare cœperat collegatario accedet eiusque lucro cõcederetur. §. ubi auté. cum. §. seq. C. de cad. toll. d. §. si eadem res. l. Meuio in prin. ff. de lega. 2. & ferè per totum ff. de usufr. accresc. Denique sunt aliæ innumeræ differentiæ inter contractus & legata, quæ enumerantur per Ias. in. l. quæ de legato. ff. de lega. 1. in quarum plerisque fit in legatis latior interpretatio quam in contractibus. sunt & aliæ quàm plures differentiæ inter legata & hæredum institutiones & 24. differentias earum retulimus supra. §. 7. num. 18. de succ. crea. ex quibus apparet fauorabiliores esse heredum institutiones quàm legata. l. 3. §. fi. l. ex parte. ff. de adi. leg. l. i. ff. de his quæ in testamento delentur. sed tamen ad huc uerius est, ut circa rem etiam legatam magis faueatur legatario quàm hæredi ut ex locis ad quæ te remisi uidebis. id quod procedit regulariter, fallit, quando legatum erat incertum, tunc enim heredi fauetur non tanquam hæredi, sed tanquam reo. ex regula in omni materia iubente, reo plus faueri quàm actori. c. cum partium. de reg. iur. lib. 6. l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. l. Arrianus. ff. de act. & oblig. secundum quæ, superiores uarietates & possunt & debent conciliari.

27
Conditio mixta deficiens per casum non nocet in legato libertatis, uel alimentorum, uel piæ causæ, & quid si conditio sit potestatiua.

Denique 27 si sit legatum ad pias causas in eo, omnes conueniunt ut latè fiat interpretatio: unde & si conditio incerta deficiens per casum legatum euanescere faciat. l. legatum. C. de condit. insert. l. in testamento. 2. ff. de cond. & demostr. tamen legatum libertatis sub tali conditione relictum ea conditione per casum deficiente non euanescit. l. libertate iuncta glo. ff. de manumiss. testam. l. 2. C. de condi. insertis. l. si peculium. §. is cui seruus. l. Stichũ Actio. §. si Stichus Actio. ff. de statu. liber. l. cum ita datur. l. illis libertis ff. de cond. & demostr. l. i. C. de legatis. quæ iura extenduntur ad omnem piam causam per Nicola. Euerardum in locis legalibus loco ad libertatem ad piam causam. Paul. Castr. consi. 31. circa primum col. 2. lib. 2. Lodoui. Roma. in auth. similiter. C. ad. l. falcid. in. 27. speciali & Socinus, in regula. 310. in priuilegio. 55. Areti. con. 93. consideratis col. 2. Andr. Tiraq. de priuilegiis piæ causę priuilegio. 57. qui allegat Romanum. idem tenentem singul. 282. debuit eum allegare in singul. 284. incipiente, tu habes quòd quãdo cõditio mixta, quod & tenet ibi in addi. Nicolaus Pignolatus. id quod etiam procedit in legato alimentorum relicto sub conditione mixta, quæ defecit per casum per. l. i. C. de legat. ut uoluit Paul. ubi supra. quòd si legatum sub potestatiua conditione relictum fuerit & ea defecerit, an fauore piæ causæ id legatum sustineatur? tradũt Areti. & Tiraq. in priuilegio. 58. ubi supra glo. in. l. i. ubi Angel. in lectura Paduana. C. de inst. & substi. Proinde 28 conditio fauore libertatis uel alterius cuiusq; piæ causæ retro trahitur in legatis ita Roma. in. d. auth. similiter in 28. speciali. circa ultimas uoluntates & tradunt ubi supra Socinus in 47. speciali. & Tiraq. in priuilegio. 59. quamuis regulariter talis conditio non retrotrahatur. l. i. §. seruu. ff. ad Sylania. notatur in. l. potior. ff. qui potio. in pign. habeantur & in. l. is cui. §. hæres. ff. quemadmodum seruit. amitt. Denique legatum ad pias causas in minus solenni testamento relictum per trinam annuam præstationem debetur in futurum. ita Angel. col. 1. & Ias. col. post Bar. ibi in. l. 2. C. de fideicommiss. Iaso. in. l. 2. col. 2. eod. tit. Bar. Bal. Angel. Salic. Paul. Castr. Alex. Ias. Riminaldus. Decius & Alciatus. in. l. si certis annis. C. de pactis. Bar. in. l. cum de in rem uerso. ubi Fulgosius & Florianus. ff. de usur. Imol. in. l. si uerò. §. de uiro. col. 12. ff. solu. matr. Anto. in. c. peruenit col. 5. de emptio. & uend. secundum quos idem est in legato dotis, idemque & facilius in legato alimentorum secundum Cynum Bar. Ang. Paul. Alex. Corn. & Ias. per tex. ibi in l. 1. C. de fideicommiss. quamuis regulariter non ter tantùm, sed decies gemina eademque annua præstatio ad talem obligationem in futurum inducendam exigatur secundum eosdem, & non nouissima, sed leuissima conditio in talibus legatis inspicitur, quamuis regulariter contra. ita ubi supra Socinus in. 48. speci. & Tiraquellus priuilegio. 61. Roma. in. d. auth. speci. 29.

28
Conditio retrotrahitur in legato ad pias causas, in quo leuissima conditio inspicitur, & in eo trina solutio pro decies gemina est.

Vxor 29 cui maritus mille legauit si uiueret castè, si post mortem mariti nupserit, legato priuabitur. ista est communis secundum Guald. de arte testan. tit. 5. cautē. 39. num. 4. est communis secundum Bermon. de publicis concubi. col. 193. aiunt enim ut ipsi referunt, animã mariti apud manes contristari cognitis iteratis uxoris nuptiis ut de Herodis uxore refertur.

29
Legatum uxori relictum sub conditione si castè uixerit, an perdatur per secundas nuptias. ardua q.

Contrarium ut licet secundò nupserit non amittat legatum, tenet Bar. in. l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebel. sequitur Euerardus in topicis col. 543. est communis secundum Claudium in. d. §. cum proponeretur concorda tamen has opiniones ut per Alex. & Ange. in d. §. cum proponeretur. per Ias. in. l. fi. col. fi. C. de indic. uiduitate. & hæc pars benignior est. Nam communis op. est, sublatas esse hodie pœnas. l. i. & totius tituli de secund. nuptiis. C. idq; utroque iure tam canonico quam etiam ciuili. Vnde quod lege permittente fit, pœna carere debet. l. Grachus. C. ad leg. Iul. de adul. nam illa uerba, si castè uixerit, concedentis hunc habent sensum, ut ei adimatur si minus castè, aut inhonestè uixerit uel turpiter, & quicquid inhonestum est id iure non posse fieri palàm est. l. nepos Proculo. ff. de uerb. sig. l. filius. ff. de cond. inst. si ergo secundę nuptiæ hodie fieri possunt idque impune, ergo hodie inhonestæ non sunt sicque carebunt pœna ademptionis, quam testator posuit inhonestè uiuenti. pro nobis fauor nuptiarum de quo in l. cum tale. §. rescriptum. ff. de cond. & dem. ibi, ne quod omnino nuptiis impedimentum fieret. & istis adde, quæ diximus de succ. crea. supra. §. 10. nume. 610. cum pl. seq. pro nobis. l. nec non. §. quod eis. ff. ex quib. ca. mai. l. super statuas. C. de religiosis.

Et nostra sententia retenta, ut siue uxori fundum, siue fortè omnia bona uel omnium bonorum usumfructũ testator legauerit, si castè uixerit, id legatum non intercidat per secundarum nuptiarum interuentum, an in tali generali legato bonorum uenalia comprehendantur, an uerò excepta uideantur? ingens quæstio est quam plures nostrorum partem affirmatiuam totidemque ferè negatiuam partem tuentur, ut plenè per strenuum Pinellum in rubr. de bon. mater. C. par. 5. numero. 38.

Quæ omnia ex eo iustificantur quòd relictum amico summa amicitia coniuncto dicitur esse pium, ut per Andre. Tiraq. de priuil. piæ causæ in præfatione uer. quod adeò. Nec dubium est, quin inter uirum & uxorem summa amicitia esse intelligatur. in prin. insti. de nup. l. i. ff. de ritu. nupti. pię autem causæ conditio adiecta benignè interpretatur ut per Roma. sing. 284. & in auth. similiter. C. ad. l. falcid. speciali. 27. Areti. consi. 93. consideratis col. 2. Socinus in regula. 310. in priuilegio. 55. Nam 30 piæ causæ etiam legatum à secundo gradu relictum sub conditione, si primus gradus defecerit, debetur etiam si primus gradus non defecerit, ut uidetur tenere Roma. in. d. auth. similiter in. 30. speci. Socin. ubi supra in priuilegio. 49. Decius consi. 182. in casu occurrenti. col. 2. & consi. 273. in casu proposito. col. 1. per tex. in. l. 2. ff. de manumiss. testa. Vnde datur egregia ampliatio ad regulam dicentem relicta ab instituto à substituto uideri repetita. l. non iustam. C. ad trebel. l. licèt Imperator. ff. de lega. 1. ut procedat etiam ex diuerso fauore piæ causæ ut relicta à substituto repetita quoque à primo instituto uideantur, quod & uoluit Andr. Tiraq. de priuil. piæ causę. priuilegio. 62. id, quod pari ratione ad causam dotis, aut alimentorum, aut pupillarum, & uiduarum, & libertatis, & hospitalium, & monasteriorum, & ecclesiarum trahendum esset ex traditis per Tiraq. ubi supra in præfatione per Cagnol. in. l. libertas omnibus. ff. de reg. iur. Felinus. in. c. si de re iudi. Ias. in. l. inter pares. ff. eod. tit. & in. l. i. col. i. ff. solu. matr.

30
Relicta à secundo gradu an primo repetita uideantur? ard. q.

quæ omnia ſuſpecta ſunt, quia cùm primò nominatus cenſeatur magis dilectus.l. Publius.ff. de cond. & dem. mirum non eſt, ſi relicta ab inſtituto primùm nominatò & ſic magis dilecto uideantur repetita à ſubſtituto: ſed per contrarium quòd relicta ab ſubſtituto minus dilecto uideantur reperita ab inſtituto magis dilectu id extra mentem teſtatoris & omnem iuris rationem eſſe uidetur.facit.l.pen.ff.de uſufructu. accreſ.& tandem prędicta opin. nullo iure probatur, Nec ad rem pertinet tex.in.l.2.ff.de manumiſ.teſtamen. in quo repoſitum eſt unicum illius opinionis fundamentum. nam ibi non fuit nominatim ab ſubſtituto legata libertas ſed ſimpliciter & indeffinitè relicta, unde a quolibet gradu relicta cenſetur.l.quod genus.ff.de condi. & demoſtr.l. 3. §. filius ff.de liber.& poſth.l. talis ſcriptura.in prin.ff.de leg.i.& utrobique plenè per Iaſ.& an exequutor teſtamétarius fauore piæ cauſæ poſſit alium ſubſtituere, tradit Cuma. in.l.quidam relegatus . ubi Bar.& Sucinus.col.pen.ff.de rebus dub.Andr.Tiraq.ubi ſuprà.65. priuilegio.

31 *Legitimam perdit, qui non ſoluit pia legata infra tempus lege definitum. ard.q.*

Filius non implens legata pia intra tempus à lege conſtitutum perdit hæreditatem & legitimam, tex. in.c. licet.de uoto. & in auth. licèt.C. de epiſcopis & clericis. Archidia. & Dominicus in.c.Syluester. 11.q.1.Io.Andr. Anchara.& Imula, qui hanc dicit communem in.c.ſi hæredes de teſtam. per auth. huc amplius.C.de fideicom. quoq; cum generaliter loquatur comprehendit filium utcunque priuilegiatum, quando hac in re non reperitur habere peculiare priuilegium. l. in fraudem in fin.ubi in ſimili per Bal.ff.de mil.teſtam.per Decium in conſ.5. & in.l. i. & in.l. nemo poteſt.ff.de reg.iur. Alci.lib.4.parad.c.10. Tiraq. de præſc. §.i.glo.11.Decius in.l.ex teſtamentu.C.unde lib.

Contrarium probatur in auth.hoc amplius. ubi Bald. num.7.C.de fideicom. Cardi.Abb.& Barba.in.d.c.ſi hæredes.Segura.in.l.3.§.ſi.num.105.ff. de lib. & poſth. eſt communis ſecundum Io. Leceriel. de primo genitura tit.3.q.6.Carolus Moli. in conſuetu. Pariſi.tit.i.§.8.glo. 3.q.3. Couarub. num.9.in.d.c. ſi hęredes. & hęc uidetur benignior & tutior opin. per auth. de hær. & fal.§. primum itaque.&.§.ſi quis autem non implens . ubi Iuſtinianus ait, ſe ibi nihil noui inducere quò ad quartam iure naturę debitam uel quaſi debitam (qualis eſt illa, quæ liberis debetur) ſed dumtaxat ſe diſpoſuiſſe quo ad quartam falcidiam & trebellianicam . ſicque conſtitutio illa pœnalis & odioſa ad caſum huuc ut pute fauorabiliorem extendi non debet contra.l.cum quidam.ff. de lib.& poſth.l.pe.ff.de pœnis.c.odia.de reg.iuris li.6. Neque ad rem pertinet, quòd lex generaliter diſponens &c. ut ſuprà dicebamus per.d.l. in fraudem . nam agnoſcimus quod etiam filius quò ad legitimam comprehenderetur, niſi nominatim reperiretur exceptus, ut proximè oſtendimus.ad.d.l.c.licèt reſp. quòd loquitur in caſu ualde diuerſo, ſicque ex diuerſis non fit illatio.l.ſi. ff.de calumni.gl.in.l.creditori.ff.de ope.noui nunci. ubi plenè per Iaſonem . & uide per Andream Tiraq.de priuileg. piæ cauſę priuil.84. & quia legatis donatio cau. mor.proxima eſt, & dubitatur, an 32 ea pacto nudo fieri poſſit, dic quòd donatio cauſà mortis pacto nudo fieri poteſt.gl.in.l.2.C.de iure dot.gl.in.l. cum pater.§. Meuiu in uerbo donabat. ff. de leg. 2. cōmunis eſt ſecundum Alex.in.l.ſciendum.ff.de leg.1.num.7.& Iaſ.ibi nume.20.& Vincentium col.6.& Couar.in rubri.de teſtamen.3. parte num.14.& communis eſt ſecundum Soci. in conſi.125.num.1.uol.3.& Cagnolum in.l.ſemper qui non prohibet num.4.ff.de reg. iur.& præſentia donatarii cum taciturnitate inducit conſenſum & ipſius donationis ualiditatem, & iſta eſt communis opin.etiam ſecundum Cagno. ubi ſuprà num.5.& ſecundum Purpu.in l.rogaſti.§.ſi tibi num.64.ff.ſi cert.pet.& quòd pacto nudo poſſit fieri iſta donatio ultra ſoprà alleg.dicitur communis opin. per Tiraq.in.ll. connobizlibus in glo.3.nume.58. & nume.75. & idem eſt, ſi promittat quis pacto

32 *Donatio cauſa mortis an pacto nudo fieri poſſit, ard.q.*

nudo facere donationem. nam & tali caſu remanet efficaciter obligatus, ut tenet Ripa in lib.3.reſpon.c.12.dicitque quòd iſta op.eſt communis, & ſic tex.in.l.ſi quis argen.§.ſi autem C.de donat.qui dicit quòd donatio poteſt fieri pactu nudu habet locum etiam ſi aliquis pacto ſe donaturum promittat, & iſta eſt commonis ſecūdum Ripam ubi ſuprà.pro hac opinione facit altera cōmunis op. quæ habet quòd ſi dixi, uendis mihi librum pro decem ? & reſpondeas, uendo.uidetur fieri ſtip.quia adeſt interrogatio & reſponſio, ut tenet & ait cōmuniter teneri Ripa in rubr.n.10.ff.de uerb.obliga. Cynus Albericus & Iacob. de Arena in.l. hac conſultiſſima.§. per nuncu patronem.C. de teſtam. Contrariam partem immo ꝙ tex. ille in §. ſi autem, non habeat locum ſi quis pacto nudo donare promiſerit, tenet Imol.in.l. in ædibus.ff. de donat.& eſt communis ſecundum Alciat.in.l.ſi pactu quo pęnam.C.de pact. & in hanc partē procliuior ſum. nam ut res differunt à uerbis.l.2.C.com.de lega. ita pactum de donando differt ab ipſa donatione. Et lex illa correctoria non eſt extendenda ad caſum tam diuerſum contrariamq; rationem habentem contra.l.ſancimus.C. de teſtam.l.ſi quando in prin.C.de inoffi. teſtamento. & quòd illa uerba uendis librum, & ſi reſpondatur, uendo non inducāt ſtipulationem uerius eſt & fortè receptius ut diximus ſuprà.§.5.num.12. de ſuc.cre.ſicque ſimilia uerba de donatione poſtea facienda minimè inducent donationem, & conſequenter d.l. ſi quis argentum.§.ſi autem ad hunc caſum trahenda non eſt, nec ex tali nuda conuentione hodie agi poſſe exiſtimauerim de iure ciuili.l.iuris gentium.§.igitur nuda. cum ſimilibus.ff.de pact.licèt de iure canonico bene ageretur c.j.de pact.ſecundum receptiorem opin.quáuis contra eam communem teneat ibi Fortunius. iure autem regio ſimiliter ex tali conuentione hodie agi poſſet.l.3.tit.de las exceptiones lib.3.ordi. Quod autem incidenter ſuprà diximus 33 proximè, ſcilicet hodie traditionem non eſſe neceſſariam ad firmitatem donationis cauſà mortis quinimmo etiam ſi ex parte donatarii nulla uerba interfuiſſent, adhuc donationem utiliter fieri poſſe, (quale eſt cum mihi præſenti & tacenti ſe donare teſtator dixit) quaſi taciturnitas donatarii præſentis inducat acceptationem & conſequenter conſenſum, ſicque ex utriuſque mutuo conſenſu donationem firmari & conſumari quamuis in donatore expreſſus fuerit, in donatario tacitus tantùm id inquam communiter receptum eſt, ut firmat Cagnolus in d.l.ſemper qui non prohibet . & traditur plenè per Ang.& Soci.quos ipſe refert & per Carolum Ruinum in.l.2. fol. pen.ff. de lega.j.per Lancelutum Galiaulam in rubr.ff. de uerb.obli.col.11.Curtium Iunior. in rubr. C.de pactis.

33 *Don.cau. mor.an hodie egeat traditione? ardua.q.*

Contrarium tamen tenuit Decius in d.l. ſemper qui non prohibet.idem Decius in rubr.C.de pact.idem in.l. ſenium col.pen.C.qui teſtam.fac. poſſ. & in conſ.245. poſt Aretinum, quem ipſe refert quaſi in pacto expreſſo tantùm non etiam in tacito.l.noua corrigens (qualis eſt d.l.ſancimus & d.l.ſiquis argentum.§.ſi autem.C. de dona.) intelligenda ſit argumento.l.ſi quando in prin.C.de inoffi.teſtam.ſed errat, nam ſecundum hoc uerba operarentur ac inducerent contrarium eius ad quod inuenta fuerunt, contra omne ius omnemque rationem.l.ſi legata inutiliter.ff.de lega.j.l.legata inutiliter.ff.de adim.lega. Verba enim (ſecundum Ciceronem in oratione pro Lucio Cæcinna) reperta ſunt non quæ impedirent, ſed quę indicarent uoluntatem non enim pariunt uoluntatem aut conſenſum ſed uoluntatem animumq; detegunt ac indicant.l. Labeo.ff. de ſupelect.lega. & conuentionum obligationumq; ſubſtantia non in uerbis, ſed in mente ; & ſenſu, ac conſenſu nititur, ſicque licèt uerba interfuerint obligatoria, ſi animus obligandi defuiſſe probetur, obligatio nulla eſt.l. obligationum ſubſtantia.§.fin.ff.de act. & oblig.idemq; in literis obligatoriis ſi animus obligandi non interfuit.l. non figura eod. tit. poteſt enim

quis

quis & dicere & scribere quod mente nunquam cogitauit, uel contrarium eius quod mente conceperat.l.non solùm.ff.de act. & oblig.l.an inutilis.ff.de acceptil. Vnde in rerum natura nullũ genus probationis est, aut esse potest, quod certos reddat nos eius rei, qua de agitur. nam ut unus ita & mille testes, & ut unum ita & mille instrumenta possunt mentiri falsumque affirmare.ut est communis op.doct.per tex.ibi in c.afferte de præsumpt. tradũt Bar.col.2. & ibi communiter doct.in.l. admonendi.ff.de iureiur. Cùm ergo certò scire nihil unquam præter animum & factum nostrum eaque,quæ ipsi uidimus, audiuimus, tetigimus, possimus, reliquum est,ut ad uerosimilia necessitate cogente recurramus sicque iudex confessioni fidem adhibet, quæ contra confitentem omnium probationum uerosimillima est.l.fin.C.de fideicommis.§. fin.inst. de fideicommis. hær.l. un. C.de confes.per totum.ff. eod. tit. deinde testibus idoneis & instrumentis publicis fidem adhibemus quasi alienis in rebus ueritatem uerosimiliter prodeant.l.in exercendis.C.de fide instr. Posteaque legum præsumptionibus fidem adhibemus.l. si adulterium cum incestu.§. idem Polionis.ff.ad leg.Iul. de adul.l. licèt Imperator.ff.de lega.j.l. si quis locuples.ff.de manu. test. Inter has legum præsumptiones (quæ liquidissimarum probationũ uim obtinent d.l.licèt Imperator,& d.l.si quis locuples) ea est ut unusquisque præsens & tacens consentire uideatur in iis, quæ ad eius utilitatem spectant d.l.semper qui non prohibet.ff.de reg.iur.l.qui patitur.ff.mand.ergo si fundum causa mortis uel inter uiuos te mihi præsenti & tacenti donare dixisti satis probatum est me consentire eo ipso quòd non contradixi, & ut consensus tuus per uerba id significantia probatus intelligitur,ita & consensus meus per solam meam præsentiam & taciturnitatem probatus intelligitur simul cum eo quòd de utilitate mea agebatur,& ut apud iudicem non potest esse certum & indubitatum, an ego consenserim licèt uerosimile ex suprà adductis sit. ita & an tu, qui dicebas te mihi donare in eo consenseris, an aliud fortè mente gereres quàm quòd uerbis profitebaris non satis certum iudici notumque est aut esse potest (cum solus Deus sit scrutator cordium) sed uerosimile est id uoluisse,quod dicebat.d.l. Labeo.§. sio autem ad deficientis.C.de cad. toll.ergo data paritate terminorum neutrius consensus certus apud nos & apud iudicem est,uerosimiliter autem de utriusque consensu apparet & rei satis demonstratæ frustra adduceretur alia demonstratio. l.j.§.fin.de dote prælegata.l.2.ff.de lib.& posth.§. nominatim inst.de exhær.liberorum. ergo si ex legis præsumptione,quæ pro liquidissima probatione est.apparet donatarium tacentem præsentemque consensisse non secus quàm donatorem loquentem pactum est. quia 34 pactum nihil aliud est quàm duorum plurium'ue in idẽ placitum & consensus.nec refert utrum hoc an illo modo in unum consensum fuerit.ff.de pact.l.j.optimus tex. in.l.tale pactum in prin.ff.de pact.ubi illud pactum profiteor te non teneri firmum fuit,& si ibi de acceptatione non appareret alterius.

34 *Pactum quid?*

In summa quatenus suprà tenuimus aliud esse donationem aliud pactum de donando, adde quòd similiter aliud est uendere,aliud facere pactum de uendendo. Vnde illo casu debetur gabella,isto uerò casu non debetur. Itẽ aliud est agere,aliud agere uelle,aliud petere, aliud petere uelle, aliud accusare, aliud uelle accusare,aliud est beneficiũ conferre. aliud uelle conferre ut per Corsetum & ibi Pignolatum in add. ad sing. incipiens statutum loquens in uendente.

Si testator 35 legat domum in genere,distinguendũ erit,an habeat in bonis suis domum aliquam, an non,ut priori casu legatum ualeat,posteriori uerò, quando nullam domum habet, legatum non ualeat. ut per Ias.in.l. si domus in prin.ff.de leg.1. nunc dubium est, an eadem distinctio & dispositio procedat illius legis in legato fundi, uel alterius prædii rustici,siue etiam in stipulatione, in quo distinctio non est facienda, immo tale legatum seu promissio non ualet. Bart.in.l. ita stipulatus. oppositione 8.oume. 7.de uerb.oblig.est communis opin. secundum Ias.in.l.legato generaliter.ff de leg.1.

35 *Domus aut fundi legatum a quan tur, ard.q.*

Contrarium immo quòd distinctio legis si domus, habeat locum in promissione, uel legato prædii rustici dicit communem. Ias.in d.l.si domus & Ripa d.l.ita stipulatus num.31.

Et hoc uidetur uerius, quia utrobique par ratio est, sicq; idem ius esse debet.l. illud.ff. ad legẽ aquiliam. quod sit par ratio patet.in.l. quod in rerũ.§. si quis post.ff.de leg.s.j.ubi domus & fundus sicque prædia urbana & rustica exequantur quoad hoc ut utraque possint nuda destinatione patrisf. constitui,non enim natura sed nuda patrisf. uoluntate & destinatione de pluribus unum uel de uno plura facere potest. ut ibi. Item facit, quia in casu dubio qualis est iste, interpretatio ita facienda est, ut actus ualeat potius quàm pereat,licèt per hoc recedatur à proprietate uerborum.l. stipulatio ista.§.hi qui &.§.hæc quoque &.§.in stipulationibus &.l.quoties in stipulationibus.ff.de uerb.obligatio.cum infinitis similibus à me congestis in.l. si quando in princ.C.de inoffi.testamento.quam infra lib. ult. collocauimus.at isto casu dispositio ualebit alitèrq; non ualebit ergo &c. ad.l.legata generaliter.ff.de lega.j.&.§.generaliter inst. de legatis. resp. quòd procedunt quando legabatur incertum de incertis, nos quando legatur certum de incertis.

Res 36 mea mihi legari non potest.l.proprias.C de leg.l.cum quis decedens in princ. de leg. 3.ff.§. sed & si rem inst.de legatis.

36 *Legatum rei propriæ quando ualeat.*

Ratio dubitandi ut.l.non dubium.de leg.3.l.cum alienam.C. de lega.§. non solùm inst.eod.nam, quid impedit æstimationem rei meæ præstari,ergo si res mea mihi legatur,uidebatur quòd eius æstimatio mihi deberetur.

Ratio decidendi redditur in.d.§.sed & si rem ad idem l.sequitur.§.lana.ff. de usucap.

Et conclusio intelligitur multipliciter, primò quando res erat legatarii tempore tam testamenti quàm mortis ut in d.§.sed & si rem.C.cum conc. expressius in.l.i. de regu.cat.ff.2.quando tempore tantùm testamenti.ut d.§. sed & si rem secundo respon. iuncta glo. & gl.l. proprias de leg.& glo.d.l.i.tertio, quando tempore tantùm mortis erat legatarii si eam rem hauit titu.lucratiuo.§. si res aliena inst.de lega.l.Meuius. §. duobus de leg.2. Quarto, etiam si testator haberet usumfructum tantùm in re legata argumen.l. Titio cum morietur.ff. de usufr. l.uxor.C.de leg.l.quod in rerum.§.de leg.i.ff. Quinto intellige etiam, si in re mea alter quàm testator haberet ius pignoris uel usufructus uel possessionis & sic uirtualiter sub ista sunt tres ampl.ita probatur in.l.Meuius.§. fundo in fi.tenendo in littera propter, non præter. Octauo intellige etiam si coniunctæ personæ fieret id legatum secundum Corn.in.l.proprias post Bald. ibi. C. de leg. istorum omnium ratio est, quia non est possibile ut rei mei legatum ualeat, quia quod meum est amplius meum fieri non potest.§. sic itaque insti.de actionibus.hec tamen impossibilitas uel alia quando testator possibile esse putabat piæ causæ non nocet ita Iaso.col.2.in.l.seruo.ff.de condi. indebi.Roma.& Areti.in l.impossibilis.ff.de uerb.oblig.unde & si impossibile uideatur de bonis testatoris legata ultra uires ipsorum bonorum præstari.l.si uniuersæ.C.de lega. tamẽ legata pia non diminuuntur pro rata,sed prophana tantùm legata minuuntur, quando uires patrimonij transgrediebantur:& sic limitatur.l.si quis testamento. §. apud Iulianũ ff.de leg.i. qua de re quam non firmo differunt Dinus. Angel.Paul.in lectu.bono.& Alex.in.l.quærebatur.ff.ad l.falcid.Bar.in auth.similiter.C.cod.tit.Andr.Tiraq. de priuil. piæ causæ priuil. 72. Cumanus in.l.filios familias §.apud Marcellum.ff.de leg.i.Paul.in.d.§.apud Iulianũ.

Quod

Quod proximè diximus circa legatum rei propriæ limita, ut in.l.senatus.§.fi.de leg. i. lim. ut.l. si tibi homo.in prin.de leg.i.limi. 3. &.4. per glos.l. proprias.C. de leg.

37 *Legatum rei propriæ ualet multis in casibus.*

Lim.4.5.&.6.ut non procedat, quando alius quàm testator habebat in re mea mihi legata ius usufructus, pignorum, uel possessionis.l.Meuius.§. fundo in fin. de leg.2.secundum literam, quæ habet legatum præter, non propter, quæ litera uera est, ne alias contradicat d.l.si tibi homo in prin.licèt nullus aduertat.

Septimò, lim.nisi testator haberet partem rei quotitatiuam argumen.l.5.§.1. & fin.iuncta.l.si domus.§.fin. de lega. i.

Octauò lim.nisi haberem dominium reuocabile arg. l.non quocunque in prin.de leg.i.l.in bello.§. si quis seruum de capt.ff.

Nonò, limita, ut non procedat quando habebam rem restitutioni tamen subiectam, cuius dominium interea habere non desino.l.fi.§. sed quia.&.§. fin autem sub conditione.C.commu.de legatis. tunc enim ualeret legatum quia ea res & si mea erat non tamen perfectè sicque amplius mea esse poterat. argumen.l. in bello.§. si quis seruum.ff. de capti.iuncta.l. sequitur.§.lana.ff.de usucap.

Quid autem si testator rem in qua ius tantùm morte sua periturum (puta usumfructum) habebat, an totam rem legasse uideatur, an solùm illum usumfructum etiá si per hoc legatum reddatur inutile reliquisse intelligatur, qua in re sunt tres casus, nam aut testator fuit sciens, aut ignorans, aut dubitatur. Quando fuit sciés quia proprietatem rei legatæ alienam esse sciebat, solùm usumfructum legasse uidetur.l.uxor patrui.C. de lega.l.quod in rerum.§.i.ff.de lega.i. Quod secundum nos procedit, quando errore iuris putabat talis legati usumfructum morte sua non periturum, secus si periturum sciebat: nam tunc etiam proprietatem legasse uideretur secundum nos contra communem, argumen. l.si quando in prin.ubi plenissimè multa congessimus.C. de inoffi.test.licèt in contrarium sit communis opin. ut dixi suprà de succ.crea. num.49.§.23. Quod si totam rem ad se pertinere putabat, dic ut per Ias.tam in.d.l. uxor quam in.d.§.1.quod si simus in dubio, legatum inutile est.ut.dd.ll. Id, quod sanè secundum meam opinionem licèt eo errante in iure uel in facto uerum esset. Aut legauit rem simpliciter, & tunc similiter secundú omnes.dd.suprà allegatos, legatum non ualet, quia ius tantum, quod habebat legasse uidetur, licèt sit morte periturum, idque testator sciuisset, quod est falsum, licèt uerum esset eo errante in iure uel in facto.& sic sunt duæ quæstiones pro ut sunt duo membra.quod dic ut in d.num. 49.

38 *Qui legat rem in qua habebat ius tátùm morte sua periturú, an præsumatur quòd sciebat illud ius morte periturú.*

Iuxta prædicta 38 quæro retenta mea opinione quod l.uxor.C.de lega.&.d.l.quod in rerum procedunt data ignorantia in testatore, quia putabat legatum post mortem suam non fore inutile, secus si fore ius suum post mortem suam periturum sciret. In dubio quæro, an præsumatur scientia uel error in testatore, & si quidé legatum factum fuit extraneo puto in dubio præsumi errorem, ut sic legatum in dubio non ualeat, hoc probatur in.§.non solùm.uersi.uerius inst.de lega.ubi ignorantiam erroremue testatoris in dubio præsumi tex. ait nisi contrarium probetur per legatarium. Nec dicatur quòd legatarius probans quòd testator ex suo contractu nactus fuit rem illam præsumptiuè probat scientiam testatoris. nam statim respon.

39 *Intell. l. Sticho. ff. de usufr. leg.*

Secundò, 39 adduco.l.Sticho.ff.de usufructu lega. ubi potius præsumitur errasse testatorem in facto uel iure, quam hæredem grauasse ad redimendum. & si dixeris illud uerum fauore coniunctorum aliàs secus, resp. quòd ibi necessarius fuit fauor coniunctorum ut error præsumeretur ex eo quòd contra ipsos coniunctos legatarios erat magna præsumptio erroris propter eius mortem cui proprietas à primo testatore legata fuerat alias si illa erroris præsumptio cessaret, tunc etiam si legatarius non esset coniunctus, error præsumeretur itaque dico quòd contra legatarios, tantùm faciebat illa peculiaris præsumptio erroris de qua ibi in uerbo si post mortem, quantùm faciebat pro eis sua coniunctio unde etiam si remoueremus tam illam peculiarem erroris præsumptioné. quàm etiam legatariorú coniunctionem superesset, ut illius.l.dispositio procederet. Tertiò adduco.d.l.quod in rerum.§.i l. uxor.C.de lega.ubi tex. ait tale legatum non ualere, quod est intelligendum in casu dubio iuxta.l.quod Labeo.ff.de carboniano edicto.& à communiter accidentibus.ut.l.nam ad ea.ff. de legib.unde cum.dd.ll.in dubio non possint procedere, nisi in dubio præsumatur error potius quàm quod heres adredimendum grauatus sit, consequens est errorem præsumi in dubio. Quartò memoria testatoris mortis cogitatione turbatur.l. hac consultissima.§. at cum humana.qui test.fa.poss.C.at affectio erga hæredé non grauandum non minuitur, nimirum ergo si eo tempore error etiam in facto proprio potius præsumatur quàm quòd heredem grauare uoluerit: & demum in hac resideo sententia, maximè per primum & tertium fundamentum, quam tenuit Corne. in.l.uxor suprà allegata col.2.in medio.post Bal.quem ipse refert.idem uoluit gl.in.l.quod in rerum.§.1.dum ait, quia errabat.Cótrarium tamen in specie tenet Areti.in.l.quod in rerum §.1. post Imol. quem ipse refert & contrarium tenet gl. in.l.quod in rerum.§.1.quam allegaui pro contraria parte in uerbo errabat.sed cum recedat ab illa opinione uidetur contrarium sentire. mouetur quia omnes præsumuntur scire leges.l.leges sacratissimæ.C.de.ll.unde potius præsumam quòd testator heredem grauare uoluit quam quòd ius ignorauerit, uel etiam factum: cum error sit quid facti, facta autem non præsumantur, nisi probentur.l. in bello.§. factæ. de capt.l. si emancipati.C.de colla. maximè in facto proprio. ubi ignorantia est improbabilis.l.fi. ff. pro suo.l.plurimum.ff.de iuris & fact. ignor.l.quamquam.ff. ad uelleia.sed Corn. ubi suprà respon.quòd ista præsumptio quòd hæredem grauare noluerit præualet illi præsumptioni quòd leges scire quisque præsumatur atque factum suum, ut patet per fundamenta pro me adducta, nec obstat glo. communiter approbata in.l.si res obligata.quá allegat Areti. ubi supra.ff.de lega.i.faciens in ea totum fundamentum. nam respon.ut ibid.

Quæro ergo 40 cùm lego rem alienam, quo casu legatum ualet sub distinctione.l.cum alienã. C.de lega. an regulariter & in dubio præsumatur scientia testatoris? nam tunc legatum regulariter & in dubio ualeret, an ignorantia? nam tunc in dubio non ualeret. & puto in dubio errorem præsumi per omnia sex fundamenta adducta suprà proximè, quia a pari procedunt legatum illius rei, quæ post mortem testatoris aliena ex toto futura erat & legatum rei iam tempore testamenti alienæ ut suprà probaui. & hanc partem tenuit. gl. in uer.aliene in fine in c.filius de testam. & glo.in.l.prædia.C. de fideicommis. & gl.in d.§. uerius. & cùm ignorantia regulariter præsumatur cumq; actor fundamentum intentionis suæ probare teneatur, quòd in specie nostra docet §.non solùm in fin. insti.de legatis superest, ut in dubio legatum rei alienæ extraneo factum potius non ualere quam ualere dicendum sit, quando ualere effectualiter non potest nisi legatario demum fundamentum suæ intentionis.i. scientiam testatoris probante, quàm testatoris scientiam præsumptiuè probare sufficit, ueluti, si probet testatorem rem occupasse absque aliquo iusto titulo, quo casu alienam sciuisse præsumitur.l.fi. C.unde ui.uel rem illam à non domino scienter uel a pupillo emisse, quo casu præsumo sciuisse alienam, ne alias iuris ignorantia præsumatur contra.l.leges sacratissimæ C.de legib.& quòd sufficiat præsumptiue scientiam probare

40 *Qui legat rem alienam, an præsumatur scisse alienam.*

bare tenet Iaſ. in.l. cum alienam nume.8. uel.7. poſt alios, quos ipſe refert.C.de lega.& glo.2.communiter ibi approbata in.l.ſi res obligata.ff.de lega.1.quam communiter app.dicit Areti.in.l.quod in rerum.§.1.de lega.1.idque probo una ratione. Nam de ſcientia uel ignorantia teſtatoris demum poſt mortem eius quæritur quo tempore uera probatio haberi non poteſt, cùm ea, quæ ex animo noſtro pendent niſi per noſtram declarationẽ uerè probari non poſſint ut & paret ad ſenſum, & probat glo.communiter app.in.l. inter ſtipul. §.1.ff.de uerbo.obli.tex.cum glo.in.l.item Pomponius ſcribit ſi frumentum.§.fi.ff.de rei uendi.cùm ergo uera probatio haberi non poſſit, ſupereſt, ut præſumptiua probatione neceſſariò contenti ſimus. Nec dicatur quòd immo uerè probari poterat ſcientia teſtatoris per dicentes ſe a teſtatore audiuiſſe quòd rem alienam eſſe ſciebat, uel per ſcripturam manu ipſius teſtatoris factam in qua id teſtaretur. nam fateor, ſed reſpondeo, quòd raró talis probatio habetur, ſed & ſi frequenter haberi poſſit, nõ eſt cur excludamus hanc coniecturam ſeu præſumptionum probationem, cùm iuris præſumptiones ſint liquidiſſimæ probationes.l. filium eum diffinimus. ff. quæ ſunt ſui uel alieni iuris. notat in ſpecie Iaſ.in.l.Imperator nume.5. cum.7.ſequen.ff.de lega.1. quòd ſi legatum rei alienæ ſiat coniunctò, tunc cùm indiſtinctè.i. non facta differentia inter ſcientiam & ignorantiam teſtatoris ualeat legatum quæſtio noſtra tunc expedita eſt. Hinc infero, quòd ſi lego ſimpliciter rem in qua habeo uſumfructum tantùm quo caſu legatum regulariter non ualet.l.uxor patrui.C.de lega. ualet tamen ſcientia teſtatoris probata ut ſupra concluſimus, quòd tunc licèt legatarius ſcientiam probare teneatur, ſufficiat tamen illã per coniecturas probare; puta probando quòd teſtator ſciebat ſolùm uſumfructum ad ſe pertinere. nam tunc potius præſumam ſcientiam teſtatoris quàm quòd uel ius ignorauerit uel fruſtratoriam uoluerit facere diſpoſitionem.

41 *Legatum rei alienæ, quam teſtator ſuam putabat an ualeat fauore piæ cauſæ ard.q.*

Iuxta 41 ſuperiora quæritur, quid ſi teſtator alienam rem, quam ſuam eſſe putabat, legauit ad pias cauſas, an ualeat legatum? & communis opin.eſt, ualere. argumen.l.cum alienam rem. C. de lega. quatenus ibi dicitur tale legatum coniunctæ perſonæ relictum ualere. ergo multò magis ſi animæ teſtatoris relinquatur. arg. l.ſunt perſonæ.ff.de religi.& argumen.l.Sancimus.C.de Sacr.Eccleſi.deinde per eundem tex.d.l. cum alienam, ibi, niſi proximæ perſonæ uel uxori, uel alij tali datum ſit, cui legaturus eſſet etiam ſi ſciſſet alienam. nec dubium cuique uideri debet quin ueroſimiliter teſtator proclinior eſſet ad fauorem piæ cauſæ quàm ad fauorem earum perſonarum de quibus ibi meminerat ea lex, poſtremò quia fauore libertatis tale legatum ualeret.l. quidam ita.§.ſi quis filium.ff.ad treb.l. Paulus in prin.ff. de fideicommiſ.liber.libertas autem pia cauſa eſt, ſicq́ paſſim uideas leges in libertate loquentes ad reliquas cauſas pias per doctores extendi.l.1.§.fi.C.de communi ſeruo manu. ibi ad hanc pietatis cauſam plenè per Romanum in auth.ſimiliter.C.ad leg.falc.& in ſing.284. tu habes quod quando. & ita in ſpecie quòd tale legatum fauore piæ cauſæ ualeat tenent Bal.in repe.l.1.col.13.C. de Sacro.San.Eccleſ.Fulgoſius.Paul.Caſt.& Alex.in.d. l.cum alienam.Cuman. Aretinus. Alex. & Iaſ.in.l.ſi domus.§.ſi de euictione.ff. de leg.1.Imol.in.c.filius.de teſtam. Rom. conſi.235.quo ad primum col.2.& rurſus in d.auth.ſimiliter in.10.ſpeci.facit.c. qui abſtulerit.12.q. &.c.ſi quis iraſcitur.13.q.2.

Contrariam partem, ut tale legatum etiam fauore piæ cauſæ non ualeat.tenent gl.Hoſt. Tancredus Imol. Anto.Cardi.Panor.& reliqui in.c.filius noſter. de teſtamen.Panor.in.c.cum eſſes col.8.eod. tit. Iaſ.in.d.l.cum alienam col.penul.C.de lega.per.d.c.filius. qui nihil obeſt nec enim ibi negatur quin ualeat legatum rei alienæ in quibus caſibus ualeret de iure ciuili, uerum quatenus de iure ciuili hæres rem alienam à teſtatore legatam & poſſeſſam tradere tenebatur legatario in læſionẽ domini illius rei id quidem ibi improbatum eſt, ut plenius diſſeruimus de ſucceſſi.creatione.lib.3.§. 21. nu.4. cum pluribus ſequentibus. Quinimmo adeò uerum eſt fauore piç cauſæ tale legatum ualere, quòd etiam idem eſſet in amico ſumma amicitia coniuncto. ut tenent Guilielmus Cuneus Fulgoſius.Paul. Caſtr.Alex.& Iaſ. in.d.l. cum alienam Andr. Tiraq.de priuilegiis piæ cauſç.priuil.66.

42 *Legatum pauperibus uel Eccleſiæ relictum ualet etiam ſine alia demonſtratione.*

Et licèt 42 legatum incertum regulariter non ualeat.§.incertis inſti.de lega.l.quidam referunt.ff.de iure codicil.l.ſi ita fuerit.ff. de rebus dubiis, ualet tamen, ſi pauperibus uel Eccleſiæ relinquatur etiam ſine alia demonſtratione.l.id quod pauperibus & ibi glo. & Bal. in prin. &.l.ſi quis ad declinandam &.l.nulli.C. de epiſ. & cleri.&.l.à Titio in prin.ff.de uerb.obliga.& uoluit glo. in.l.quidam & ibi Bart.in duobus locis.ff.de rebus dub. Ioan.Andr.in additi. Specul.tit.de inſtr.edi.§.nunc uerò aliqua.in addi.quæ incipit hic cõuenit quæſtio.Bart. & omnes in.l.1.C.de Sacroſan.Eccleſ. Bart.in.l. pater filium.§.Tuſculanus.ff. de leg.3. & conſ. 29. uiſo teſtamento Gentilis in t.dubio, per tex. in.§. ſi quis in nomine in auth.de Eccleſ. tit. & iterum conſ. ſeq.teſtator in teſtamento.Bal. conſ. 86. circa prædicta.lib.5.& conſ. 458. quæro utrum ualeat eo lib.5.Angel. conſ. 117. in canonica poſt pr. & conſ. 129.bona dicti teſtatoris poſt princ.& conſ.135.Bancius Maſinoli.in prin.Panor.in.c. nos quidem col.ulti. & in c. indicante col.1. ubi bona glo.de teſtam.idem Roma. & Corn.in.l. captatorias.C. de teſta.milit.Fran.Areti.in.l.1.col.ulti.in nono priuilegio.C.de Sacroſan. Eccleſ.Fran.Aret.in.l.1. col.pen.in ſecundo priuilegio piæ cauſæ. C.de Sacroſan. Eccleſ. & Benedict.Capra.conſ.25.cum de pluribus quæratur. col.2. & per tex.in.l.ſi fuerit in 4.nota.ff. de rebus dubiis.

43 *Legatum Eccleſiæ relictum potius parochiæ quam matrici debetur. ardua q.*

Et quo caſu 43 Eccleſiæ ſine alia demonſtratione relinquitur, ſunt qui uelint Eccleſiæ matrici ſeu maiori relictum uideri. ita Ioan.Faber.& Angelus in.§ ſed ius quidem inſt.de iure natu. Contrarium tamen ut parochiali Eccleſiæ ipſius teſtatoris tenent Bart.& alii in. l.quæ conditio.§. cum ita.ff.de cond.& demoſtr.Cynus. & Salic.col.3.in.l.fin.C.de Sacroſan.Eccleſ.& tradunt dd.in.l.1.eod.tit. Imol.& Anchar.in c.relatum 2.de teſtam.Angel.in.§.ſi uerò in auth.de non alien.rebus Eccleſ. Francus in c. cum quis uerſ. cum ab eo col. fin.de ſepul. lib.6. ſequitur & dicit communem opin.Iaſ.in.l. qui inſulam.ff. de uerb. obliga. Abb. in c. indicante de teſtam. ut refert Tiraq.ubi ſupra priuilegio.56.qui neutram partem eligit, ſed communis opin.uera eſt pro qua ultra dd.facit, quia id quod uacare cœpit quale ferè eſt in ſpecie noſtra proximiori & uiciniori accedere debet, §.præterea per alluuionem.inſt. de rerum. diuiſ.l adeò. §.præterea.ff. de acquir. rerum domin.l. ſi Titio.ff. de uſufruct. Nec dubium eſt, quin teſtatori uicinior eſſet parrochialis Eccleſia quàm ulla alia, facit, quia portio uacans coniuncto in ſpecie potius accedit quàm ad hæredem & ſic ad ſuum genus uel uniuerſitatem reuertatur; quaſi maiorem ſimilitudinem & uicinitatem cum reliqua parte habeat quàm cũ genere ſuo §. in primo &.§. pro ſecundo.C.de cadu.tolli.dixi plenè ſuprà libr. præcedenti in materia iuris accreſcendi in 26.caſu, quo ceſſat ius accreſcendi. ſic & hic Eccleſia matrix pro genere, parrochialis uerò pro ſpecie & ſic pro uiciniori habenda eſt. Simillimum eſt, quòd inteſtatorum hæreditates prius agnatis & cognatis, & ultimo loco fiſco uel rei publicæ & ſic generi uel uniuerſitati defertur. §. pen. & fin.C. de cadu. tolli. facit quia charitas bene ordinata incipere debet à proximiori.l. præſeſ.C. de ſeruit.facit quia & in legato pauperibus relicto præferri debent proprii domicilii pauperes. Specul de inſtrum. edi.§. nunc uerò aliqua uerſ. quid ſi teſtator. Anchar. conſ.214.Fran.col.pen. & Tiraq.ubi ſuprà.

De fideicommissaria §.xxviij.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum est legitima probatio. ardua.q.*
2 *Fideicommisso res subiecta, an iure.ff posset alienari.*
3 *Vtilitas.§. sed quia.l.fin.C.com.de lega.*
4 *Nostra alienare in tempus prohibitum an possimus.*
5 *Dominus sæpe uetatur alienare.*
6 *§. Sed quia extenditur decies.*
7 *Alienari potest res restitutioni subiecta ex contractu.*
8 *Dotis causa quando res subiecta restitutioni possit alienari.*
9 *Alienari an possit res subiecta restitutioni in diem incertum uel conditionem.*
10 *Alienari an possit res per testatorem expressè alienari uetita.*
11 *Intell.l.peto.§.fratre.ff.de leg.2.*
12 *Alienatio facta côtra expressam prohibitionem testantis purificat fideicom.*



OSTQVAM legatorum materiam peregimus, consequens est ut ad singularia fideicommissa accedamus: quæ etiam in progressu successionũ inuenta fuerunt ut in princ. inst.de fideicommis.hær. Iustinianus Imperator auctor est, qua in re princeps textus reputari solet.l.fi.C.de fideicommis.&.§.fin.inst. de fideicommis.cuius materiam plenè edocti fuimus suprà de successionum creati.§.23.fallentia.18. & ille textus inducitur ad quæstionem illam, an Iuramentum sit uera probatio, an uerò non tam probatio quàm probationis releuatio.

1 Et quòd Iuramentum 1 est legitima probatio, communis opin. est secundum Barba. cons. 40.col.5.in fin. lib.3. Alex. & Ias.in.l.3.uterque in primo not.ff. de iurein. Boetius deci.247.num.4.Roma. cons.102. Contrariam partem ut non sit probatio, sed releuatio ab onere probandi, dicit communem. Decius. in rubr.de probati.num.11.per Ias. in.l.2.§.iura re.ff.de iureiuran. nu. 7.qui plura allegat pro utraque parte. idem Ias.in.l. eum qui eod. tit. Sed prior opin. uerior uidetur per tex.in.l.fin.C.de fideicommis.uerbo iudex & testis, ubi, qui fatetur is côtra se testis extitisse dicitur. nec dubiũ est quin in testibus stet probatio.l.in exercendis.C.de fide Instr. Alidem d.l.fin.dum ait qualis locus testibus relinquatur propria & indubitata fide relicta, fides enim eorum, quæ gesta sunt nihil aliud est quàm probatio eorum, quæ gesta sunt ut.C.de edendo.l.is apud quem, dũ ait ad eruendam ueritatis fidem. ad idem est tex.in.§.fi. inst.de fideicommis.hæredi.qui concor.cum d.l. ex quibus apparet confessionem iuratam non solum probationem esse, sed etiam esse indubitatam probationem sed in iuramento litis decisorio siue illud præstitum sit, siue recusatum, non uidetur esse legitima probationis species. argumento.l.quæ sub conditione.ff. de condi. inst. Itaque si à me petebas & tibi obtuli iuramentum & iurasti, magis ex quadam concessione mea quàm ex probatione tua contra me obtinebis. Quod si iurare noluisti, sed mihi maluisti iuramentum referre & iuraui, non tam ex probatione mea quàm ex remissione uel cõcessione tua uidebor obtinuisse. Item si oblata mihi optione iuxta formam.l.manifestæ.ff.de Iureiu.nolui iurare nec iuramentum referre, id, an confessionis probationi, an uerò hominis trepidationi ascribendum sit ex qualitate rerum & personarum iudex pensabit.argumento d.l.manifestæ. iuncta d.l.quæ sub conditione.itaque si iuram. præstitum fuit aut in fauorem iurantis & non tam probatio quam probationis releuatio erit, aut in fauorem aduersarii iuraui, & tunc probatio erit etiã dilucida, aut nec præstitum fuit iuram. nec relatum & tunc ex qualitate rerum & personarum pensandum sit, ne probatio, an releuatio probationis, uel trepidatio hominis sit.

Iuramentum est legitima probatio ardua.q.

Denique in hac egregia materia de fideicommissis & de rebus maioratus alienari uetitis habes tex. principem in.l.fi.§.sed quia.C.commu. de leg. cuius uerba libuit inserere, quia eum sæpe sum allegaturus & ex expositione ipsius, hæc materia maioratus rerumque alienari uetitarum multùm aperitur & uerba ita habent.

Sed quia nostra maiestas per multos casus legatariis & fideicommissariis prospexit, actionesque tam personales quàm in rem & hypothecarias dedimus & in remissionis tenebrosissimus error abolitus est; & adhanc legẽ peruenimus; nemo itaq; hæres eaque per legatũ uel purè, uel sub certo die relicta sunt uel quæ restitui aliis disposita sunt, uel supposita secundum ueterem dispositionem putet esse in posterũ alienanda uel pignoris, uel hypothecæ tit. assignanda, uel mancipia manumittenda: sed sciat, hoc quod alienum est, non ei licere, ut parte sui patrimonii existens alieno iuri applicare, quia satis absurdum est & irrationabile, rem, quam in suis bonis purè non possidet, eam ad alios posse transferre uel hypothecæ pignoris'ue nomine obligare uel manumittere & alienam spem decipere.

Allegatur iste.§.sed quia in d.l.fi.C.commun. de lega. quòd 2 res subiectæ restitutioni non possunt alienari &c. Quæro ergo pro euidentia & declaratione materiæ, an de iure antiquo ante istum.§.res subiectæ restitutioni possent alienari? & sic quæro, an dispositio istius.§. sit noua, an uerò hoc etiam esset de iure antiquo q non possent alienari? & uidetur quòd dispositio huius.§.sit noua, & per consequens quòd de iure antiquo res subiecta restitutioni poterat alienari. Primùm per istũ tex.ibi secũdum ueterem dispositionem &c.quasi dicat, nemo putet bona subiecta restitutioni in posterum esse alienanda secundum ueterem dispositionem. quasi dicat, licèt uetus dispositio hoc permitteret, secus tamen per istam.l. & sic uidetur hic tex. expressus pro hoc. Secundò pro hoc facit.l.Marcellus.§. res quæ.ff.ad Trebel.cuius uerba sunt. res quæ ab hærede alienatæ sunt in quartam imputantur hæredi.primò considero quòd ibi erant bona subiecta restitutioni, patet, quia, ibi ille.§.est situs. in tit.ad Trebel.ubi agitur de restitutione fideicommissi, & sic de bonis restitutioni subiectis, & apertius quia ibi dicitur quòd bona alienata imputantur hæredi in quartã, cùm ergo ibi agatur de detractione quartæ, certum est quòd erat grauatus hæreditatem restituere, quia aliàs ineptè quæreretur de detractione uel imputatione in quartam, & quia hoc est indubitatũ, scilicet quod in illo.§. essent bona restitutioni subiecta in hoc non est insistendum. Immo sic dicitur ibi quòd hæres grauatus alienauit, & subdit quòd illa bona alienata imputantur in quartam, ergo præsupponit quòd alienatio tenuit, quia si non ualuisset fideicommissarius posset ea petere ab eo in quem alienata sunt, & per consequens non imputarentur hæredi in quartam, quia non esset iustum quòd fideicommissarius reuocaret alienationem & haberet rem alienatam & quòd non solueret quartam hæredi ut declarat Paul.in d.§.res quæ. Tertiò pro hoc facit.l.si hæres institutus.§.si hæres eod.tit. ad Trebel.ubi tex. dicit ad litteram, quòd si hæres institutus antequam hæreditatem restitueret aliquid alienauit ex hæreditate, aut seruum hæreditarium manumisit quòd non datur fideicommissario aliqua actio in hæredem, & sic præsupponit alienationem tenuisse; & sic de iure antiquo ualebat alienatio rei subiectæ restitutioni: Quartò pro ista parte facit.l. seruo.legato.§.1. de lega.1.ubi tex.dicit quòd hæres alienauit seruum legatum

2 Fideicommisso res subiecta an iure.ff possit alienari.

gatum

gatum & subdit quòd si postea conditio legati extiterit poterit illum legatarius uendicare, ergo alienatio tenuit quia si conditio postea non stetisset, non reuocaretur alienatio ut est notum. Quintò istam partem iudicio meo tenet Bart. in d.§. res quæ. dum dicit alii dicunt ꝙ de iure antiquo indistinctè ualebat alienatio, subdit, & in hoc dicunt bene, ergo apertè uult quòd de iure antiquo ante istum.§. res subiecta restitutioni poterat alienari. & tenendo istam partem erit magis notandus iste.§. quia corrigit iura antiqua & inducit de nouo ꝙ bona subiecta restitutioni non possunt alienari, & alienatio est nulla. Sextò pro hac parte est glos. in isto.§. sed quia glo.2. quæ allegat.l. Titius.C. ad Treb. & exponit illum tex. ut suprà ego exposui.

Quartò oppositioné scilicet ꝙ etiã de iure antiquo ante istum.§. sed quia alienatio non ualebat, reperio tenere Bart. hic ibi per illum tex. in uerbo secundum ueterem dispositionem, quem exponendo dicit sic, quasi dicat, quia etiam ueteres dispositiones alienationem prohibebant &c. idem tenet Angelus quia etiam exponédo istum tex. dicit sic formaliter, expone ergo hunc tex. secundum ueterem dispositionem, quæ alienari prohibebat, idem reperio tenere hic Paul.2.col. dum dicit hic loquitur quando rogatus est restituere simpliciter quo casu tam olim quàm hodie alienare non potest. & sic intelligitur tex. dum dicit secundum ueterem dispositioné uerba sunt Paul. ad litteram, idem reperio tenuisse eundem. Paul. in d.§. res quæ. licèt nihil penitus allegat. idé tenet Angel. ibidem. Idem tenet Alex.3. col. ibi licèt non ponderet nec alleget Angel. & Paul. in nostro.§. prout suprà allegaui. & ibi dicit quòd ista est communis opin. & exponit istum.§. in uerbo secundum ueterem &c. prout suprà expositum est, & dicit quòd ita de necessitate debet exponi. Pro ista parte uidetur facere tex. in.l. fin.§. fin. de lega.2. à contrario sensu, quem allegat. Ioan. de Imola. in d.§. res quæ. & ibi Alex.3.col. quem ego sic induco, dicitur ibi, quòd res subiecta restitutioni potest alienari ab hærede ignorante fideicommissum, ergo à contrario sensu si hæres sciflet. grauamé non ualeret alienatio: ergo bona subiecta restitutioni non poterant alienari etiam de iure antiquo prout est ille.§. nisi in casu speciali, quando hæres esset ignorans, ut ibi.

Et tenendo istam partem respondeamus ad contraria & primò ad tex. nostrum secundum ueterem dispositionem &c. scilicet quæ etiam prohibebat alienari prout.dd. exponunt & sic erit tex. pro ista parte non contra eam, licèt mihi aliud uideatur dicendum, & quia aliter deberet exponi, scilicet secundum ueterem dispositioné suppleo, quæ permittebat, sed doctores aliter exponunt ut dixi quibus standum est.

Secundò non obstat.l. Marcellus.§. res quæ. quia debet intelligi in quartam. imputantur hæredi scilicet fideicommissario uolente aliàs secus & sic à uoluntate eius pendet, quod alienatio maneat firma uel sit nulla, & ita intelligit glo. hic in uerbo immo uidetur. & glo. in d.§. res quæ glo. mag. & secundum, hoc erit etiam ibi tex. pro ista parte, sed quia ista solutio uidetur diuinare respondetur secundò, scilicet quòd ualebat alienatio, fateor, scilicet usque ad quartam & ita loquitur ille tex. in eo autem quod suprà quartam est, alienatio est nulla, ut ibi. & hic. & dicit hic Bart. & Paul. quòd hæc solutio est uera ad illum tex. & idem hic Angel. & per omnes in.§. res quæ. & ratio potest esset quòd falcidia & Trebellianica ipso iure resecat legata & fideicommissa.l. in quantitate.l. Plautius & l. lineam margaritarum.ff. ad.l. falcidiã. & ff. quorũ legatorum.l.1.§. si quis ex mortis. notatur in.l.1.C. ad.l. falcid. si ergo ipso iure resecat fideicom. ergo est propria hæredis alienantis & nó alterius, ergo ualebit alienatio respectu illius quartæ pro indiuiso quia in re propria quilibet est moderator & arbiter.l. in re manda.C. mandati. etiã in abutendo.l. sed si lege.§. consuluit. de posth. hæred. cum similibus. sed si pro diuiso esset facta alienatio, non teneret respectu illius partis, quæ ueniebat in restitutione. argumen.l.1.2.C. commu. diuidundo. cum similibus istam rationem reperio hic per Angel. licèt non alleget, quod ego dixi. & tene menti.

Tertiò non obstat.l. si hæres institutus.§. si hæres. ad Trebellia. quia licèt ibi tex. dicat quòd hæres alienauit quid ex hæreditate, tamen non dicit quòd alienatio ualuit, nec hoc sequitur hæres alienat subiecta restitutioni ergo alienatio tenet. Immo potius debemus inferre contrarium ut in isto.§. cum similibus, & quòd ibi alienatio non tenuerit, & sic fuerit alienatio de facto hic tenet Bart. uno uerbo. Idem uult hic Paul.2.col. dum dicit illa.l. si hæres institutus.§. si hæres parum facit ad propositum si bene inspiciatur, quia ibi nó dicitur quòd ualeat alienatio, & sic ibi alienatio fuit facta de facto non de iure & sic non contradicit. eandem solutionem & propositionem ponit Imola in d.l. Marcellus.§. res quę. & ibi etiam Alex.3.col. in medio. Ego etiam aliter probo alienationem ibi fuisse nullã, & dico quòd ibi non dicitur non dari fideicommissario actioné in hæredem, ut ex hoc arguatur alienationem tenuisse: sed solùm ibi dicitur quòd non datur in hæredem ulla ciuilis actio, quod intelligit glo. scilicet aquiliæ uel aliæ similis, & ratio est, quia aquilia datur domino tantùm, unde cum hæres alienauit uel rupit ante restitutum hæreditatem, & sic antequam fideicommissarius esset effectus dominus.l. facta in princ. & l. restituta. ad Trebel. nec mirum quòd non detur actio.l. acquiliæ fideicommissario, quæ ut dixi, datur domino tantùm: tamen ibi non negatur quin fideicommissarius possit agere contra hæredem, & sic impugnare & contradicere alienationé, & hoc fortè est quod ibi subiicitur in tex. sed ex fideicom. causa erit hoc quod deperierit persequendũ quod potest exponi persequendum scilicet contra hæredem ad pretium uel interesse. Sed mihi melius cogitanti hęc solutio non satisfacit, quia etiam si alienatio tenuisset de iure ut est uidere quando hæres grauatus alienauit ignoranter.l. fin.§. si. de lega.2. & in aliis de quibus subiiciam, semper datur actio ad pretium contra hæredem ipsi fideicommissario d.l. fin.§. fin. de lega.2. & l. quidem.§. si quis filium. ad Trebellia. etiam si alienet in casu fauorabili & ignoranter ut in libertate d.§. si quis filio.2. responso. dicere ergo quod in casu d.l. si hæres institutus.§.1 intelligatur tex. ille dum dicit persequendum scilicet contra hæredem ad pretium, esset penitus de indubitabili per supra dicta. ergo solutio non est bona. Intelligo ergo illum tex. dum dicit, sed ex fideicommissi causa erit hoc, quod deperierit persequendum. persequendum dico, scilicet ab eo in quem alienatum est, quasi dicat, quòd si hæres alienauit subiecta restitutioni cum alienatio non tenuerit de iure ut in nostro.§. cũ similibus poterit fideicommissarius recta uia petere alienata, & uendicare à possessoribus, cum hæres, quæ alienauit, iam non possit ea restituere, & hoc fortè est quod senserat glo. in nostro.§. & in.l. Marcellus.§. res quæ. quæ dicunt quòd in rebus alienatis non est necessaria restitutio, quia illa desierunt esse hæredis, & quia in eis non potest fieri restitutio & intellige quòd non est necessaria restitutio etiam uerbalis ut per Alex. eleganter in d.l. Marcellus.§. res quę.3.col. ad fin. qui addit aliã glo. insti. de fideicommis. hæ.§. sed quia. sed contra hoc quod modo dixi, scilicet quod alienata possunt uendicari per fideicommissarium, quia in eis non potest fieri restitutio prout dicunt glo. in nostro.§. & in d.§. res quæ. uidetur tex. in d.l. si hæres institutus.§. si hæres. in quãtum dicit, sed ex fideicommissi causa erit hoc, quod deperierit persequendum, pondero uerbum deperierit, ergo non potest uendicari & si potest uendicari ergo non deperierit, & sic iste tex. sibi ipsi uidetur contradicere & est quędam repugnãtia in uerbis. Item pro

hoc glo.ibi in uerbo deperierit, quæ dicit, deperierit, perit ergo res alienata. si ergo alienata res deperierit, ergo nullo modo potest uendicari. malè ergo dicunt glo. suprà dictæ & dd. quod res subiecta restitutioni si alienetur potest uendicari per fideicommissarium. & allegant.l. si hæres institutus.§.1.qui.§. ut dixi uidetur sibi ipsi contradicere & continere impossibile, illud contrarium ego solus attingo. Sed (saluo saniori iudicio) ego sic respondeo eo quod illud uerbum deperierit intelligitur respectu hæredis alienantis, quasi dicat, cum hæres alienauit bona subiecta restitutioni istud quod est alienatum etiam deperit scilicet respectu hæredis, quia ille ipsæ non potest restituere & ibi est persequendum ut subiicitur in tex. intelligo scilicet à possessoribus & istud est propriè quod uoluit glo. & dd. quòd fideicommissarius pro rebus alienatis habet rei uendicationem contra possessorem, quia actio realis sequitur rem & possessorem. & habere rei uendicationem dico eum hęres alienans desit esse dominus, & sic non potest restituere. ut dicit glo.in.§. nostro. in uerbo celebrata in fin. & eadem est respon.ad glo.in d.§. si hæres. dum dicit periit, ergo res alienata. scilicet respectu hæredis quia quemadmodũ ab eo non posset peti si esset perempta eodem modo si est alienata, quia neutro casu habet facultatem restituendi. uerbum ergo deperierit positũ in d.l.si hæres institutus.§.1.diuersi mode consideratum & relatum nullam inducit contrarietatem, quia si referas ad hæredem alienantem nulla est contradictio si autem referas ad conuentum rei uendicatione, tunc esset secus. Sed contra prædicta ad huc uidetur tex. in d.l. si hæres institutus.§.1. in uerbo persequendum. nam actio est ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur. insti. de actionibus.§.1. & sic uerbum persequendi. intelligitur de actione personali quia dicit quòd sibi debetur, id autem quod uendicatur, non debetur nobis, sed est nostrum, & notatur in d.§.1.de action.cum similibus. malè ergo dicitur in tex. in d.l.si hæres institutus. §.1.persequendum, cum intelligitur de rei uendicatione, quæ datur pro re alienata aduersus possessorem ut suprà latè dictum est. adhoc respondeo & dico quòd istud uerbũ actio intelligitur de actione personali.d.§.1. insti. de actionibus. tamen in d.l.si hæres institututus. est uerbum persequendum. persequtio autem comprehendit actionem personalem & etiam realem.l.actio in personam.ff.de action.& obliga. quia est uerbum generale. rectè ergo possumus dicere actio personalis est ius persequendi.d.§.1.de actio.& petitio, quæ est actio realis, est ius persequendi &c. quia ut dixi, persecutio est magis generalis in dicta ergo.l.si hæres institutus. uerbum persequendum, intelligitur de rei uendicatione, quæ datur aduersus possessorẽ pro re alienata & sic nihil obstat.

Tertiò contra prædicta uidetur tex.in.d.l. si hęres institutus.§.i.ibi.sed ex fideicommissi causa &c.quæ uerba debent exponi in actione ex testamento ut patet ex summariis Bar. & Paul. ibi dum dicit quòd pro damno dato ab hærede ante restitutionem hæreditatis non datur contra eum actio.l. aquiliæ.sed ex testamento. pro damno ante dato post restitutionem datur actio.l.aquiliæ.ex quibus uerbis clarè colliguntur duo, primum; quòd ibi non loquitur de rei uendicatione, sed de actione ex testamento, & de actione.l.aquiliæ in diuersis casibus ut dixi, secundum quod ibi non loquitur de actione, quę datur contra possessorem rei alienatę, sed de actionibus competentibus contra hæredem alienantẽ; uel damnificantem rem subiectam restitutioni ergo malè allegatur ille tex.quòd pro rebus alienatis subiectis restitutioni detur fideicommissario rei uẽdicatio, quia ut dixi, ibi non loquitur de rei uendicatione, sed de actione ex testamento. Item non loquitur de actione, quæ datur contra possidentem rem alienatam, sed de actione competente contra hæredem alienantem: posset forsã dici & est bene aduertendum, quòd glo. suprà dictæ scilicet in.§.nostro & in.l.Marcellus.§.res quę.cautè dicunt quòd in rebus subiectis restitutioni alienatis per heredem non est necessaria restitutio, quando desijt esse hæredis: unde non prodesset restitutio ut dicit glo.magna.in.d.§.res quæ.& ad hoc bene facit.d.l.si hæres institutus.§.i.& ad hoc solummodo allegat illum tex. glo. in.§. nostro in uerbo posse trãsferre in fine. & ideo Imola in.d.§.res quæ & Alex.ibi.3.col.dicunt quòd illa glo. est singularis quòd in rebus subiectis restitutioni alienatis non requiritur restitutio etiam ualida & addunt gl. nostram pro concordanti & aliam insti. de fideicommiss. hære.§.sed quia.quòd autem pro rebus subiectis restitutioni alienatis detur rei uendicatio, hoc non probatur in.d.l.si hæres institutus.§.i. ut supra dixi præcedenti col. nec ad hoc glos. allegant illum text. sed allegant tex.in.§.nostro ut patet ex glo.in.d.§. res quæ. glo. magna ibi sic ergo per illam.l.alienata uendicatur &c.& loquitur de.§.nostro in uerbo sin autem in fine.

Item patet ex glo.in.§.sed quia insti. de fideicommiss. hære.quę apertè dicit quòd per.l.fi.§.sed quia.communia de legat. est speciale ut in rebus alienatis detur fideicommissario utilis rei uendicatio ante restitutionem & hoc etiam patet ex glo.in.§. nostro in uerbo celebrata ad fin. Concludendo ergo dico, quòd in rebus alienatis non est necessaria restitutio etiam uerbalis ut per glo.in.§.nostro.& in.d.§ res quæ. & ad hoc bene facit. l.si hæres institutus.§.si hæres ut supra dixi.sed quòd in dictis rebus alienatis detur rei uendicatio, hoc non probatur in.d.§. si hæres.nec glosæ ad hoc illum allegant, nec etiam doctores. sed probatur in.§. nostro allegato ad hoc per dictas glosas & in hoc resideo secundum quod non erunt in contrarium.

Quartò, non obstat.l. seruo legato. §. i. ff. de lega.i. quia ibi loquitur in legato facto sub conditione qua pendente bene ualebat alienatio de iure antiquo & etiam ualet de iure nouo per.l. nostram.§.sin autem auaritiæ & infrà dicam, quo modo autem suprà dicta procedit in legatis.& fideicommissis puris uel in diem certum in quibus quęrimus, an quemadmodum de iure nouo per istum.§. non ualet alienatio, eodem modo non ualeret de iure antiquo, in quo dicito ut suprà dictum est.

Quintò non obstat decisio Bar. in.l. Marcellus.§. res quæ ubi uidetur tenere contrarium. respondeo quòd illa decisio non est uera, quia communiter dd. tenent cõtrarium ut suprà dixi, & etiam idem Bar.in.§. nostro. Secundò respondeo, quòd si uerba Bar. bene ponderentur non contradicit. nam Bar. ibi dicit alii dicunt quòd de iure antiquo indistinctè ualebat ut hic, deinde subdit, sed hodie est immutatum per iura.C. quia si subiacet purè non ualet alienatio si sub conditione sic, communia de legatis.l.fi.§.sed quia.deinde subiicit, & in hoc dicunt bene. si enim hæc uerba referas ad præcedentia ibi indistinctè ualebat &c. facit contra prædicta, si autem ad proxima, pro ut debet referri in dubio, tunc non obstabit nec erit contrarius ei, quod dixit in.§. nostro.

Sextò non obstat in.§.nostro glo.2.quæ allegat.l. Titius.ad trebellia. quia ista gl. non dicit uerum ut hic per Angelum.& Paulum & idem sentit Bar. nec obstat.l. Titius allegata per glo. quia loquitur in casu nimis diuerso, ut patebit ex infrà dicendis.

Septimò & ultimò 3 non obstat alia glo.in.§.nostro *3 Vtilitas §.sed quia l.fi.C.com. de lega.*
in uerbo posse transferre & glo.in.d.§.res quæ. dum dicit quòd iste.§. corrigit illa iura antiqua, & sic uolunt quòd de iure antiquo esset permissa alienatio; quia illæ glosæ in ista solutione non tenentur per dd. ut patet ex suprà dictis & per Alex.in.d.§. res quæ.3. col. quæ dicit quòd communiter doctores tenent contrarium. Et per hæc concludo, quòd ne dum de iure nouo per istũ §.sed etiam de iure antiquo erat prohibita alienatio rei subiectæ restitutioni purè uel in diem certum, & si alienabatur alienatio erat nulla.

Supposito

Supposito ergo pro uero quòd res subiecta restitutioni purè uel in diem certam non poterat alienari etiam ante illam.l. per supra dicta, quæritur, quid addat iste §.ad iura uetera, cùm idem esset statutum per iura antiqua? Respondeo ut hic per Paul. t.2.oppositione, qui magistraliter loquitur ad quem te remitto, & addo unũ uerbum per Alex.in.l.Marcellus.§.res quæ.3.col. ibi ad de bene unum &c. quibus ego addo quòd per istum.§. res subiecta restitutioni alienata per hæredem potest uẽdicari per fideicommissarium & ante restitutionem, ut est casus singularis hic in.§.fin autem in fi. in uerbo uendicare.& de his aliqua supra dixi. & quòd hoc nouiter inducatur per istum.§.allego glo.expressam in.d.l.Marcellus.§.res quæ glo.magna ibi, sic ergo per illam.l.alienata uendicantur &c. ad idem est glo.hic in uerbo celebrata. ibi, nam hodie habet etiam prius si est purè rogatus &c. Pondero hodie, & sic per istum.§. Præterea iste.§.clarius & apertius probat omnes modos alienationis ibi alienanda uel pignoris uel hypothecæ titulo assignanda uel mancipia manumittenda &c. quod nõ ita specificatur per.ll.antiquas. fateor tamen quòd prohibita alienatione per testatorem omnia ista comprehéduntur.l.fi.cum similibus.C. de rebus alie. non alienan. sed illud in prohibitione expressa, iste autem.§.loquitur in tacita, scilicet, quando est subiecta restitutioni comprehenduntur tamen omnia supra dicta, quia cum prohibitione tacita testatoris concurrit hic expressa prohibitio legis. Præterea iste.§.ponit rationes huius prohibitionis legalis ibi sed sciat &c. quæ rationes non ita ponuntur per alias leges.

Modò contra istum.§. in prima parte oppono dupliciter. Primò quòd iste.§.fit de indubitabili, quod probo sic, quando legatum est purum, dominium acquiritur legatario à morte testatoris.l.a Titio.ff.de furtis.& ff.de lega.2.l.cum pater.§.surdo & uerè ab adita hæreditate.l.si tibi homo.§.cum seruus de lega.1.cum similibus, si ergo legatarius est dominus, quia duo domini eiusdem rei esse non possunt insolidum eodẽ tempore.l. sicut certo.§.si duobus.uehiculum.ff.commod.cum ergo hæres non sit dominus rei legatæ, cui dubium quòd non possit alienare nec dominium transferre, quia traditio non plus transfert &c. l. traditio de acquir. rerũ domin.& .ff.de regu.iuris.l.nemo plus iuris. & quia nemo dat quod non habet.c.Daibertum.2. q.7.c. cura de iure patron. cũ similibus & notatur plenè in.c. Odoardus de solu. Præterea iste hęres non habet aliquid ius in re purè legata, ut dictum est, ergo non potest eam alteri obligare. C. si res alii pigno.dat.sit, per totum.ergo iste tex.qui dicit quòd non potest pignoris uel hypothecę tit.assignare, non continet aliquod dubium. Præterea ille, qui non est dominus non potest manumittere.C.de his qui à non domino manumittuntur. per totum. cum ergo hæres non sit dominus serui purè legati quia statim acquiritur legatario, ut dictum est, ergo indubitanter est uerum, quod dicitur in.§. nostro ibi uel mancipia manumittenda &c.uidetur ergo quòd iste §. non seruat de aliquo dubio contra.l. quod Labeo.ff. de Carbonia.edicto.cum similibus.& confirmatur, quia licèt traditionibus dominia rerum nobis acquiruntur.l. traditionibus cum similibus.C. de pact.tamen intelligitur traditionibus scilicet factis à domino ut ibi notatur sed in nostro.§. non fuit facta ergo &c. Præterea 4 etiam ille, qui est dominus de pręsenti non potest disponere de re propria, quando dispositionem confert in tépus prohibitum.l.quod sponsæ.C.de dona.ante nupt.l. in tempus de hęredi.insti. hinc dubitatur, an Papa possit sibi eligere successorem,& uidetur quòd non, quia cõfert dispositionem in tempus prohibitum, scilicet post mortem suam quando non est futurus Iudex nec dominus, ut notatur in.c.Apostolica.§.his quæ fiunt.c.omnibus.8. q.1. per Abbatem & alios in Rubr. de testamen. Hinc uidetur, quòd de rigore iuris nemo possit testari

4 Nostra alienare in tẽpus prohibitum ac possimus.

de bonis suis, quia confert dispositionem in tempus quo non est futurus dominus, scilicet post mortem suam, quo tempore confirmatur testamentum.c.cum Marthæ de celebra.missarum.l.1.de Sacro sanct.Eccle. si ergo dominus de præsenti non potest disponere de re propria conferendo in tempus prohibitum uel quando non est futurus dominus, ergo à fortiori ille, qui non est dominus.semper dicitur tempus prohibitum a principio & ex post facto, quia mittit falcem in messem alienam cõtra id quod pręcipit dominus per Moysem.c. Ecclesias 13.q.2.c.scriptum.6.q.3.cum similibus. ergo hæres qui non est dominus rei purè legatæ indubitanter non potest de ea disponere, & sic iste.§.disponit de re indubitabili.pro solutione huius contrarii est aduertendum q̃ ille, qui uendit aliquam rem tenetur ad interesse ratione euictionis.l. non dubitatur. cum similibus.C.de euictio.modò dico sic, quòd in casu huius.§. quando hæres alienat rem subiectam restitutioni puræ alienatio non ualet in præiudicium fideicommissarii, quia cùm hæres non sit dominus non potuit dominium transferri. & sic fateor contrarium, quò ad translationem dominij. & quò ad hoc iste.§.non habet dubium. & isto casu procedant quæ in contrario allegaui: tamen uidebatur quòd iste hæres alienans teneretur ad tradendam possessionem, & si non traderet tenetur ad interesse.

Item de euictione si res esset euicta, ut modò dixi per l.1.de action. empti.& l. non dubitatur.de euictio.tamen dico quòd in casu nostri.§. non solùm non ualet alienatio quò ad translationem dominii, de quo non est dubium, Immo cùm sit per istam.l. prohibita etiam non ualet in præiudicium alienantis ut teneatur ad tradendam rem uel ad interesse, sed solùm tenetur ad restitutionem pretii.§.cum emptor infra ista.l.Si autem alienatio non esset prohibita per.l.bene ualeret in præiudiciũ uendentis ut teneatur ad tradendum item ad interesse si non tradatur uel si euincatur, ita colligo ex uerbis Paul. hic.1. oppositione licèt nihil allegat de his, quæ suprà allegaui. Item isto casu secundum eum, etiam cùm alienatio sit per.l.prohibita, non ualet uenditio ipso iure nec ex ea tribuitur titulus emptori. unde etiam si sit bonæ fidei non potest usu capere uel præscribere ut in fin.huius.§. quia in præscriptione requiritur titulus.l. nullo.C. de rei uendi, sed iste.§. annullat titulum ergo &c. Et per ista, quæ sunt notata percipies quam dubitationem afferat iste.§.in rebus purè subiectis restitutioni. extra casum uero huius.§.quando non esset prohibita alienatio per.l. saltem ualeret ad tribuendum titulum & conditionem usu capiendi uel præscribendi si emptor esset bonæ fidei.ut in titulo de usucapionibus. Dixi suprà quòd iste.§. non habebat dubium in re subiecta restitutioni purè, & solus ut suprà uidisti, immo uidetur quòd in re subiecta restitutioni in diem certum ante euentum diei non transfertur dominium in legatarium.l.Sempronius Attalus.de usufruc. legato, ratio est, quia translatio dominii est exequutio legati secundum Dynum. in.l.si seruum.§. sequitur de uerborũ obliga. & Bal. hic in prin. quæ 5 exequutio non potest fieri dilatione pendente & sic ante euentum diei si ergo dominium non est interim legatarii & per consequens est hæredis uidetur quod alienando ipsum posset transferre saltem usque ad euentum diei.l. traditionibus. C. de pactis. cum simili. Solutio est, quod contrarium procederet si alienatio non esset per.l.prohibita. tamen quia in casu nostro est prohibita per.l.ideo etiã si sit dominus alienans, non potest dominium transferre.l. quemadmodum. C.de agri.& censi.ita etiam Bald. hic in principio, & Paul. 2. oppositione, quod confirmo, quia minor etiam si sit dominus non potest transferre dominium rei suæ, ratio est, quia.l.prohibet, toto tit.C.de prędiis minorum.ff.de rebus eorum. 2. quia maritus etiam si sit dominus fundi dotalis constante matrimonio, tamen si alienet nõ transfert dominium quia

5 Dominus sæpe uetatur alienare.

l.Iulia.fundi dotalis prohibet alienationem. ff. de fundo dotali. per totum insti.quibus alienare licet in prin. 3. quia licèt prodigus sit dominus suorum bonorum. tamen non alienat, quia.l.prohibet.l.i.in princ.ff.de curato. furio. notatur insti.de rerum diuis.§.per traditionem. 4. per.l.2.C. de usucap. pro emp. 5. per.l.si creditor.§.fi.de distrac.pignorum.quem allegat Bal.hic in princ. quia quarundam rerum dominium habemus sed alienandi potestatem non habemus secundum eum. 6. & ultimo facit, quia testator quamquam rei suæ sit dominus pleno iure, tamen non potest dispensare contra legum auctoritatem.ff.ad.l.falcidiam.l. seruus & Augerius.ff.de leg.2.l.codicillis.§.fi.ff.de oper.libert.l.certonem.quod enim ad meram legum authoritatem attinet seruari necesse est.l.prospexit.ff. qui & à quibus.uerba sunt Bal. C. si quis.ali. testa.super Rub.6.col.ubi etiá allegat alia iura, quæ conferunt in proposito, licèt ergo hæres sit dominus rei subiectę restitutioni in diem certam, non tamen sequitur quòd potest interim alienare, quia hæc.l.prohibet alienationem, & sic cessat cótrarium: & eadem ratione idem erit dicendum in fideicommisso uniuersali relicto in diem certam, quia licèt hæres interim sit dominus, non potest alienare ut in nostro.§. qui etiam loquitur in fideicommisso uniuersali immo etiam si esset fideicommissum uniuersale purum, nihilominus dominium est penes hæredem ante restitutionem.l.facta in prin.ad trebellia.ut hic.

6 *§. sed quia extenditur decies.* Habes ex prædictis 6 regulam quòd res subiecta restitutioni purè uel in diem certam non potest alienari. rationes ponuntur in tex. ibi quod alienum est &c. & ibi quia satis absurdum. extende ne dum quando est subiecta per uiam legati, sed etiam per uiam fideicommissi, ibi uel quæ restitui &c.2.ne dum quando legatú uel fideicommissum est particulare, sed etiam uniuersale: ita intelligitur ibi uel quę restitui. 3. procedit siue grauamen sit per obliquum, siue per directum. ut ibi, uel substitutione, quæ intelligitur in substitutione fideicommissaria & sic obliqua, & etiam in uulgari ut infrà dicam. 4. procedit hæc regula ne dum de iure.C. sed etiam hoc procedebat de iure antiquo digestorum ut suprà latè dixi. 5. in tantum procedit ꝙ alienatio non ualet in pręiudicium fideicommissarii sed nec etiam in præiudicium allienantis, quia non tenebitur ad interesse nec ad tradendam rem nec ad interesse ratione euictionis, sed solùm ad restitutionem pretii per.§.emptor infrà ista.l.& hoc quia est alienatio prohibita per.l.ita tenet hic Paul.1. oppos. ut suprà dixi. 6. quòd adeò est nulla ista alienatio quòd ex ea non tribuitur titulus emptori, unde etiam si sit bonæ fidei non potest usu capere uel præscribere, ut in fi.huius.§.ibi, quod similiter &c.& Paul.hic eadem.1.oppos.ut suprà dixi. 7. hoc extendo ut procedat etiam quando grauatus est dominus rei, quam alienat ut est uidere in legato in diem certum; quia die pendente hæres est dominus illius rei.l. Sempronius de usufruct. lega.& in fideicommisso uniuersali etiam purè relicto cuius dominus est hęres ante restitutionem.l. finali. &.l. restituta. ad trebellia. nam etiam iis casibus alienatio est nullius momẽti, quia.l.prohibet.ita colligo ex uerbis Bald.hic in prin. & per Paul.2. oppositione, ubi dixi. Si autem esset legatum purum non esset tanta dubitatio, cùm in continenti à morte defuncti fictè & ab adita hereditate uerè transferatur dominium in legatarium.l. a Titio. de furtis.&.l.si tibi homo.§.cum seruus.de leg.1. cum similibus. & sic uidebatur indubitatum quòd hæres non posset alienare, cùm non esset dominus: tamen ad huc ista.l.est maximi effectus etiam in isto casu cùm alienatio non ualeret etiam in præiuditium alienantis ut modò dixi: nec ex ea tribuatur conditio usu capiendi.

8. Extendo ne dum quando hæres est grauatus restituere purè uel in diem certam breuem, sed etiam si post plures annos dummodo sit dies certa. nam etiam isto casu interim non potest alienare. unde etiam si post quinquaginta annos esset grauatus restituere, quia dies est certa non posset interim alienare.ita dicit hic Bal.1. oppositione, nihil allegans, tamen puto indubitatum, quia omnes rationes, quæ militant quando dies est breuis ut ibi, quod alienum est &c. & ibi quia satis abunde &c. & quia est facta contra prohibitionem.l. omnes militant etiam isto casu ut est notum ergo &c.

9. Extendo ut in tantum hęc alienatio infringatur & sit nullius momenti scilicet ut petitio hæreditatis detur contra talem taliter possidentem ut in auth. contra rogatus & ibi Bal.ad fi.C.ad trebel.& per Alex. in additio.ad Bart. in princ.huius.§. regulariter autem petitio hæreditatis non datur contra titulo possidentem.l.regulariter.ff.de peti.hæred.sed in casu huius.§. bene dabitur contra possidentem taliter, quia istè titulus habetur pro non titulo ut in.§.nostro ad fi. ubi dicitur quòd non potest præscribi taliter & quod datur uendicatio fideicommissario contra possidentem.&c. & nota prædictas extensiones, quia ego solus recolligo. 10. extensionem colligo hic per Ias.i.notabili quem uide. 11. colligo ex text. hic in uerbo uel mancipia manumittenda &c

Limitatur autem prædicta regula multipliciter per Alex.in.l.Marcellus.§.res quæ, ubi colliges.7.uel.8.limitationes.1.2.3.col. & uide hic Paul.2. col. per totam ex cuius uerbis colligo quinque limitationes, uel sex.item limito ut hæc regula non procedat in bonis subiectis restitutioni per substitutionem pupillarem. Nam illa substitutione non obstante poterunt alienari secundum Ange.& Imol.in.l. Marcellus.§.res ꝗ & ibi notabiliter Alex.ultima. col.qui ponit rationem. Plures alias limitationes uide per Ias in auth.res quæ.C.com.de lega.1.2.3.col.inter cæteras nota illam scilicet quòd hæc regula procedit quando res est subiecta restitutioni ex ultima uoluntate. ut hic cum similibus, secus 7 si ex contractu uel actu inter uiuos: nam tunc bene poterat alienari. ita probatur in.l. & si dotis.C.de iure doti.& per illam.l. hoc tenet Bart.& Bal.in fin.idem probatur in.l.1. & fin.C.de seruo pig.da.mano.& in.l. dotalem.ff. soluto matrimo.& in.l.seruum dotalem.ff.de manumissio. idem simpliciter tenet Ias. in.§. nostro. allegans Bart.& Bal. in d.l.& si dotis. circa quod puto aduertendum, nam uidetur quòd in d.l.& si dotis cum aliis, quæ suprà allegaui sit speciale, quia concurrunt multa primò quia maritus ibi est dominus illius rei dotalis.1.serui.item ibi est fauor libertatis.item quia ibi maritus est soluendo & sic non præiudicatur uxori ut notatur, in d.l.& si dotis. & est tex. in d.l.seruum dotalem, de manumissio. & in.l.1.de seruo pig.da.manu. Item pro hoc pondero quædam uerba Bart.in.l.quidam ita.§. si quis filium.ad Trebellia.qui dicit quòd in casibus in quibus tenet alienatio rei subiectę restitutioni, multò magis manumissio; & sic uult quòd minor dubitatio est in manumissione serui quàm in aliis rebus non ergo sequitur ualet manumissio ut d.l.& si dotis.cú similibus, ergo & alienatio aliarum rerum licèt è conuerso ualeret argu. secundum Bart.in d.§.si quis filium.uidetur ergo quod per argum.à speciali d.l. & si dotis cum similibus esset contrarium dicendum scilicet ꝙ regulariter res subiecta restitutioni ex contractu non posset alienari.sed pro corroboratione.d. limitationis allego Paul. in auth.res quę. in prin. infrà eo.qui ad literam hoc dicit scilicet quòd hęc iura intelligantur in re subiecta restitutioni ex ultima uoluntate, secus si ex contractu, nihil tamen penitus allegat. idem tenet Bal. in.l. dotalem.ff. solut. matrimo.per illum tex.pro hoc facit.l.si socius.ff.si cert. petatur.& ibi Paul. & expressius.per Angel.& idem notabiliter ibi Ias.in fin.& addo quòd idem tenet Ias.in.l. cum quid 2.lectura.2.col.ff.si cert.petatur.facit optimè.l. quotiens.C.de rei uendi. ubi quis uendidit rem & sic tenetur eam tradere & per consequens subiacet traditio

ni

7 Alienari potest res restitutioni subiecta ex contractu.

ni uel restitutioni, & tamen si uendidit eam alteri & tradidit transfert dominium in secundum & sic ualet alienatio, ergo res subiecta restitutioni ex cõtractu, potest alienari: facit l. quæ tibi. C. de hær. uel acti. uendi. cum similibus. addo Ias. qui idem tenet in auth. res quæ. 5. col. in fin. infra eodem. item pro hoc ego facio illam rationem, Nam 8 habeo quòd etiam quando expresse est prohibita alienatio per contractum, etiam tunc potest res alienari & transfertur dominium non obstante prohibitione expressa de non alienando. si ergo res prohibita alienari per contractum & expresse potest nihilominus alienari, ergo a fortiori quando tacitè est prohibita alienari puta quia subiacet restitutioni & ista ratio optimè concludit. concludo ergo quòd res subiecta restitutioni ex contractu bene potest alienari. Sed contra hoc ego noniter oppono de glo. in l. in illa. C. de iure dotium ubi est glo. singularis, quòd prohibitio alienationis inter uiuos operatur ut etiam ex causa dotis nõ possit alienari etiam simpliciter, & tamen res subiecta restitutioni ex ultima uoluntate, quæ alias alienari nõ potest, potest tamen alienari ex causa dotis. auth. res quæ. infra cod. secus tamen si est subiecta restitutioni ex cõtractu, quia etiam in causam dotis non potest alienari per d. glo. in l. nulla. ergo sequitur ꝙ prohibitio alienationis inter uiuos plus operatur quam si fiat in ultima uoluntate & per consequens res subiecta restitutioni ex contractu non deberet posse alienari, & multò minus quam si ex ultima uoluntate. & sic cõtra prædictam limitationem. Pro solutione ego dico quòd id, quod dixi, quòd res subiecta restitutioni ex contractu, quæ non deberet posse alienari per contractũ, potest nihilominus alienari iuxta notata in d. l. ex lege. cum similibus. procedit quando prohibitio alienationis, inter uiuos tacita uel expressa non impedit, translationem dominii, pro ut est regulariter. ut notatur in d. l. ex lege. scilicet ut tunc possit alienari non obstante prohibitione, secus quando prohibitio inter uiuos est talis, quæ impedit translationem dominii, ut est incertis casibus notatis in d. l. ex lege. & in l. si creditor. §. fin. ff. de dist. pigno. nam tunc etiam ex causa dotis non poterit alienari, & ita debet intelligi glo. in d. l. nulla. & quod sic debeat intelligi pondero ibi Bal. ad fin. qui clare hoc dicit & etiam ibi Alex. in additionibus. ad idem allego Ias. in auth. res quæ. pen. chart. 1. col. & ulti. charta 2. col. & idem Ias. in l. cũ quid. si certum petatur 2. lectura 2. col. in prin. ratio diuersitatis potest esse, quia isto casu concurrit consensus prohibentis & etiam recipientis secus in prohibitione ultimæ uoluntatis ubi non concurrit consensus utriusque sed testatoris tantùm. argum. notatorum in l. cum te. C. de dona. ante nupti. & in l. si uxor. C. de condi. inser. & pro hoc facit ratio inconuenientibus, quia scilicet si illa glo. in d. l. nulla intelligeretur in casu quo dominium possit transferri, quod est regulariter, ut dixi, rediculum esset quærere, an possit alienari ex causa dotis cùm etiam ex aliis causis non priuilegiatis possit alienari; & sic in causa dotis non esset dubium, debet ergo intelligi illa glo. quando est talis prohibitio, quæ impedit alienationem. & ita teneo & puto uerissimum. & istud contrarium non reperio tactum, & sic concludo d. limitationem esse ueram. Nec obest quod dixi, quòd hoc non bene probetur in d. l. & si dotis. C. de iure dotium. cum similibus. immo quòd uideatur dicendũ contrariũ arg. à specialis illius legis, quia respondeo quòd Bart. & Bal. ibi hoc tenent expresse & hoc est quod ego allego, an autem hoc bene probetur per illam. l. non insisto, quia satis bene hoc probatur per alias leges, scilicet per l. quotiens. C. de rei uendica. & per alia, quæ supra allegaui, & sic non est necessariò insistendum, an hoc probetur per d. l. & si dotis. licèt consueuerit dici quòd doctrina doctorum est intelligenda secundum iura, quæ allegant secundum Bart. in l. non solùm. §. si liberationis; de libera. lega. cum similibus, quia illud quando dubitatur de ueritate decisionis uel doctrinæ, quod non est in nostro casu. uel aliter & 2. dico quòd decisio Bart. & doctor. probatur in d. l. & si dotis. argum. à fortiori pro cuius intelligentia præmitto, quòd in rebus subiectis restitutioni facilius permittitur alienatio quam manumissio, patet, quia seruus sub conditione legatus potest conditione pendente alienari. l. seruo legato. §. 1. de lega. 1. l. si fundum. ff. de condi. & demostra. & generaliter res subiecta restitutioni sub conditione potest alienari conditione pendente de iure antiquo. l. generaliter. §. quoties. de fideicommis. liberta. & l. si is cui. §. fin. quemad. seruitu. admit. notatur plenè in l. plerunque de regu. iur. & etiam de iure nouo per §. fin autem. infra ista. l. & ibi glo. & ita communiter tenetur, & tamen habeo quòd si seruus sub conditione legatur nõ potest manumitti conditione pendente. l. seruum. ff. de manu. l. generaliter. §. 3. ff. qui & à quibus. ratio est, quia cũ libertas difficilius reuocetur quàm alia res, ita difficilius præstatur. ita dicit gl. in d. l. plerunque de regol. iuris. & in auth. de restitutione & ea quæ pa. §. j. per glo. facit. l. ne causas. C. de appella. patet ergo quod in rebus subiectis restitutioni difficilius permittitur manumissio quam alienatio aliarum rerum. Sed dicitur in l. & si dotis. C. de iure. dotio, quòd seruus subiectus restitutioni ex contractu potest manumitti, ergo à fortiori alia res subiecta restitutioni ex contractu poterit alienari, quia facilius permittitur alienatio quam manumissio ut dixi, & probaui: & sic determinatio Bart. probatur à fortiori in d. l. & si dotis, cùm ergo permittatur manumissio, ergo à fortiori & indubitanter alienatio aliarum rerum subiectarum restitutioni; & est noua consideratio. & si instes & dicas quòd immo in rebus subiectis restitutioni ex contractu difficilius permittitur alienatio quam manumissio, patet, quia res dotales sunt subiectæ restitutioni ex contractu & in eis est prohibita alienatio. ut per totum. ff. de fundo dotali. tamen potest seruus dotalis manumitti d. l. & si dotis. & sic facilius permittitur manumissio & per consequens nõ sequitur, potest seruus manumitti subiectus restitutioni ex cõtractu ut in d. l. & si dotis. ergo poterunt & aliæ res alienari. & sic decisio Bart. nõ probatur per d. l. & si dotis. quia respondeo quòd in rebus dotalibus est ideo, quia non solùm res dotales sunt subiectæ restitutioni ex contractu immo etiam ultra hoc sunt prohibitæ expresse per l. alienari. à qua prohibitione expressa excipitur casus libertatis, Sin autẽ res esset subiecta restitutioni tantùm & l. ultra non procederet prohibendo alienationem, dico quòd tunc facilius permittitur alienatio quam manumissio iam dicta ratione, scilicet quòd difficilius reuocatur libertas quam alia res, & sic cum per d. l. & si dotis. permittatur manumissio rei subiectæ restitutioni ex cõtractu in qua erat maior dubitatio à fortiori permittetur alienatio aliarum rerum, ut sæpe dictum est.

Prædicta 9 omnia procedunt in re subiecta restitutioni purè uel in diem certã, licèt incidenter aliqua sint dicta de subiecta restitutioni in diem incertum uel sub conditione: modo ergo principaliter quæritur, an res subiecta restitutioni sub conditione uel in diem incertum possit alienari? in quo breuiter dico sic, quòd de iure antiquo bene poterat alienari conditione uel die pendente. tex. est in l. generaliter. §. quoties de fideicommis. liberta. & in l. si is cui. §. fin. quemadmodum seruit. amit. in l. seruo legato. §. 1. de leg. 1. probatur in l. Marcellus. §. res quæ. ad trebellia. est tex. in l. si fundum. ff. de condi. & demonst. est glo. magna in l. plerunque. de regul. iur. ad fin. tituli. Quid autẽ de iure. C. dic quòd respondit tex. in l. nostra. §. sin autem. qui tex. consulit grauato ut non alienet ratione de qua in tex. si ergo contrarium faciat, non facit contra prohibitionem. l. sed contra consilium, & sic alienatio non est nulla, secus quando est subiecta purè uel in diem certam, quia tunc. l. prohibet expresse alienationem, unde faciens cõtrarium facit

8 Dotis causa quando res subiecta restitutioni possit alienari.

9 Alienari an possit res subiecta restitutioni in diem incertum, uel conditionem.

eit contra præceptũ.l.& prohibitionem: & ideo alienatio statim est nulla, ut in princ.huius.§. ut declarat hic Paul.2.col.in fin. Quid autem sit de iure authen. per auth.res quæ.dicunt quidam quòd per istam auth.alienatio est nulla, ne dum quando est subiecta restitutioni purè uel in diem certam de quo non est dubium ut hoc.§.in prin.sed etiam quando sub conditione uel die incerta. hoc tenet glo. in.§.nostro. & in.l.Marcellus.§. res quæ.ad trebellian.& in.l.seruo legato.§.1. de leg.1. & in d.l.plerunque de regul. iuris. & in.l. si fundum de cond.& demostr.

Contrarium tenet glo.in auth.de restitu. & ea quæ pari §.i.& in.l.cum pater.§.libertis de lega.2.& istæ ultimæ communiter tenentur secundum Bar.in.d.l. seruo legato.§.i. & ibi per.dd. & per Bar. hic & per Paul.& alios. in.l.Marcellus.§.res quæ.& ibi Alex.3.col.ad fi.Ex quo infertur ad quæstionem de qua per Bar.hic & ad alia de qua per eum in.d.l.seruo legato.§. 1.sed tunc quæritur cùm de iure digestorum &.c.alienatio ualeat pendente die uel conditione, quid est ergo quod addit iste. §. sin autem ad iura antiqua? respondeo ut hic notabiliter per Paul.3. col. ad quem te remitto & per eum in.d.l.Marcellus.§. res quę & ibi aliquid per Alex. 3.col.post medium, sed contra uidetur quòd immo etiam de iure ueteri statim alienatio fit nulla, etiam conditione pendente l.cum pater.§. libertis de lega. 2. respondeo, quia ibi fuit alienatio expressè prohibita per testatorem, unde licèt conditione pendente esset prohibitio legis, succedit prohibitio testatoris, quæ habetur pro lege.§.disponat, & sic reddit alienationem nullam, secus quando prohibitio testatoris est tacita, ut quia est subiecta restitutioni, ut in nostro casu. & de hoc est glo. notabilis in.d.§. libertis. & ibi per. dd. & declarat hic Paul.3. col.Concludendo ergo dico quòd quando res est subiecta restitutioni sub cõditione.uel in diem incertam alienatio ualet conditione pendente, siue loquimur de iure digestorum siue de iure. C. siue de iure Authenticorũ per iura quæ suprà, allegaui. sed adueniente conditione, retractatur. fallit in.l.cum pater.§.libertis, & ibi notatur. nam ibi alienatio ab initio est nulla, ut modò dixi. Item fallit in seruo subiecto restitutioni sub conditione nam etiam conditione pendente non potest manumitti. l.generaliter.§.fin.ff.qui & à quibus. cum similibus, ratione de qua ibi. 3. fallit eadem ratione in fundo legato sub conditione, quem conditione pendente hæres non potest facere religiosum, quia postea conditione existente non posset redire ad humanum usum. ita dicit Paul.in.l.si fundum.ff.de condi.& demostra. & est tex. in.l.si locus.ff.de religio.& glo.in.l.generaliter.§.i. ff.qui & à quibus.

Prædicta omnia procedunt quãdo res est alienari prohibita tacitè, ut quia est subiecta restitutioni, quo casu aut subiacet purè uel in diem certam & alienatio est nulla à principio, aut sub conditione uel in diem incertam, & tunc ualet à principio, sed resoluitur conditione existente ut in.§. nostro & suprà latè dictum est.

10 Quid 10 autem si testator rem subiectam restitutioni prohibuit expressè alienari, an tunc alienatio sit nulla, uel quid iuris? Et ista est alia materia de per se, in quo casu ego sic procedo, & dico quòd quando res expressè est probibita alienari. aut est subiecta restitutioni purè uel in diem certam, & isto casu teneo indobitáter quòd alienatio ab initio est nulla ipso iure, hoc patet apertè, nam, quando est subiecta restitutioni purè uel in diem certam alienatio est nulla à principio etiam si non sit expressè prohibita alienari. ut in.§.nostro in pr. ergo à fortiori si est subiecta restitutioni purè & est expressè alienari prohibita, & in hoc non cadit responsum. 2. & apertius, quando res est subiecta restitutioni sub conditione si sit expressè alienari prohibita, alienatio est nulla à prin. propter expressam prohibitionem, ut statim dicam ergo a fortiori quando subiacet restitutioni purè & est expressè probibita alienari: & isto casu dico, quòd alienatio est nulla, etiam à princi. propter expressam prohibitionem tex.est, qui allegatur quotidie cum glo.singulari, ibi in.l. cum pater.§. libertis de lega.2. & ibi Paul. & probatur in.l. peto.§. fratre eo.tit.& ibi Paul. &.dd.& Paul.hic.3.col. in medio per illum tex.& Paul.in.l.seruo legato.§.i.de lega.i.& ibi dicit quòd glo.quę est in.d.§.libertis. non est alibi.idem Paulus.in.l.filium familias.§. diui. de lega.3.col.i.& ibi etiam allegat.d.glo.& est uera conclusio.

Alienari an possit res per testatorem expressè alienari uetita.

Sed contra 11 hoc uouiter ego oppono de text. in d.l.peto.§.fratre de lega.2.& præmitto pro euidentia q̃ ibi res fuit probibita alienari expressè, ibi, petit ne domus alienaretur &c. Item ibi fuit grauatus ut relinqueret in familia post mortem suam & sic post diem incertum, qui æquiparatur conditioni.l.dies incertus de condi. & demostra. & in.l.nostra.§. sin autem. & sic loquitur in re expressa probibita alienari & restituenda sub conditione uel in diem certam, ut est in.casu de quo agimus. Item præmitto quòd alienatio dicitur omnis actus per quem dominium transfertur.l.i. C.de fundo dota. modò arguo sic, dicitur in.d.§.fratre quòd hæres prohibitus alienare alienauit domum, ergo transtulit dominium.d.l. i. de fundo dota. si transtulit dominium ergo alienatio non est nolla, malè ergo dicitur, in l.cum pater.§.libertis.cum glo.& supra dixi quòd quãdo res est prohibita expresse alienari alienatio est nulla ab ipso principio, & ad istud contrarium ego respondeo quòd tex.in.d.§. fratre qui dicit quòd hæres domum alienauit, debet intelligi de alienatione de facto, non de iure, & sic nihil transtulit & per consequens contrarium non obstat & sic etiam.dd. exponunt. tex. in.l.si hæres institutus.§.i. in uerbo alienauit ad trebellia.qui loquitur in ista materia ut per Alex. in.l. Marcellus. §. res quę.3.col.eo. tit. & alibi sępe. quòd autem in.d.§. fratre alienatio sit de facto, & sic nulla, patet apertè, quia quando alienatio fit contra prohibitionem.l. est nulla a principio ut in.§.nostro ergo idem quando contra prohibitionem testatoris, ut fuit in.d.§. fratre.ut in auth.de nupt.§.disponat.& ita arguit Paul.de Castro.in. §.nostro.3.col.licèt non tangat istud contrarium. Præterea quòd ibi alienatio sit nulla, patet, per uerba, quæ ibi sequuntur, omnes fideicommissum petent. & ibi.dd. petent, exponunt scilicet statim, ut ibi per Paul.& alios si ergo non obstante alienatione petunt fideicommissum statim, ergo alienatio fuit de facto & sic nulla. nam si ualuisset non posset fideicommissum peti, quia quod legitimè factum est &c. & quia id quod nostrum &c.

11 Intell. l. peto. §. fratre. ff. de lega. 2.

Vel saltim non posset petere uiuo alienante, sed eo mortuo demum.argum.l.peto.§ prædium.de lega. 2.uel 2.principaliter soluo quòd illud, quod dicitur alienatio est omnis actus per quem dominium transfertur, intelligitur propriè sumpto uocabulo. & ita intelligitur ibi per Bal.& glo.&.dd.in.l.fi.C. de rebus alie. non alie. & in.§.fratre.loquitur de alienatione non propriè sumpta per ea, quæ modò dixi. Vel.3. in.d.l.i. de fundo dota. debet conuerti littera secundum glo. ibi isto modo, omnis actus per quem dominium transfertur dicitur alienatio, tamen è contrario non sequitur quod ex omni alienatione transferatur dominium, ut patet ex d.l.fi.de rebus.alien.non alien.ubi hypotheca & alia cõtinentur appellatione alienationis, & tamen ex eis non transfertur dominium. sic ergo in.d.§.fratre, licèt dicatur quòd hæres prohibitus alienauit, non tamen sequitur ergo dominium transtulit, & per consequens cessat contrarium, immo in casu illius.§. potius sequitur quòd nihil transtulit cùm alienauerit contra prohibitionem testatoris, & quia fideicommissarii petunt statim & per alia, quæ suprà dixi. Vel.4.ille tex.in.d.§. fratre. dum dicit quòd hæres alienauit debet intelligi, alienauit, scilicet quanto in eo fuit, non autem quantum ad rem, ut res dicatur alienata. nam si inter uiuos

venderet & traderet, diceretur alienasse: & tameonõ transfertur domininm secundum Paul.ibi, quia contra uoluntatem defuncti. & sic uult in effectu quòd alienatio fuit de facto ut ego suprà diai.& per suprà dicta patet contrarium non obstare, & remanet ergo conclusio quòd quando res est prohibita exprefsè alienari etiã si subiaceat restitutioni sub conditione alienatio est nulla à principio propter expressam prohibitionem testatoris non secus quam si esset prohibitio legalis.

Modò quæro, quæ sit ratio huius conclusionis? reperio quòd Paul.de Castro in.l. filiumfamilias.§. diui. de lega.2.3.col.refutando unum contrarium de.l.seruo legato.§. i.cum glo. de lega.1.dicit sic, quòd quando res subiectæ restitutioni sub conditione prohibentur exprefsè alienari, tunc concurrit duplex prohibitio, scilicet legalis & testatoris, & ideo statim à princ.alienatio est nulla & ibi ad quos bona prohibita alienari debebant uenire sub conditione statim admittuntur ad reuocandum & eorum fideicommissa efficiuntur pura,ubi primò erant conditionalia.allegat.l. cum pater.§.libertis.com glo. Sed quando non prohibentur exprefsè alienari per testatorem subest prohibitio legalis tantùm, & ideo tunc ualet interim alienatio & resoluitur conditione extante, ut notatur in.d.l. seruo legato.§.i. & tea.est in.§.sin autem.& in.l.nostra. Intentio ergo Paul. est quòd primo casu adest duplex prohibitio, scilicet legalis & testatoris, & ideo plus operatur quam ubi adest una prohibitio tantùm.argum.C.communia de successio auth. itaque.cum similibus & quia funiculus duplex difficilius rumpitur.c.1. de tregua. & Pace cum similibus.sed circa rationem in utroque membro opponitur, & uidetur quòd Paul.non bene loquitur. Primò in quantum dicit quòd quando res est exprefsè alienari prohibita tunc concurrit duplex prohibitio, scilicet legalis & testatoris, hoc non uidetur uerum quòd isto casu adsit prohibitio legalis, sed testatoris tantùm.& quod hoc sit uerum allego eundem Paul.in.§.nostro 3.col.cuius uerba formalia sunt,scilicet,extra glo.oppono quòd immo etiam de iure ueteri statim alienatio sit nulla etiã pendente conditione & possit res alienata uendicari per fideicommissarium. l. cum pater.§. libertis. de lega.2. sol.& tene menti, uerum est, si testator exprefsè prohibuit alienari, tunc enim licèt cesset prohibitio legalis conditione pendente adest probibitio testatoris quæ pro.l. habetur. ut in auth.de nupti.§.disponat.quæ reddit nullam alienationem &c. Ecce ergo quòd Paul. dicit quòd quando testator exprefsè prohibuit cessat prohibitio legalis & adest prohibitio testatoris,malè ergo dicit idem Paul. in.d.§. diui. quòd quando testator exprefsè prohibuit concurrit duplex prohibitio, scilicet legalis & testatoris. ad istam contrarietatem nemo aduertit, quem ego uiderim, pro solutione puto dicendum,quòd quando testator exprefsè prohibet alienationem concurrit duplex prohibitio scilicet testatoria & etiam legalis, subaudi legalis, scilicet tacita. & ita intelligitur per Paul.in.d.§.diui.quod autem dicit Paul. in.§. nostro. quòd quando testator exprefsè prohibet alienationem cessat prohibitio legalis, intelligo. legalis scilicet expressa. & ita concordabitur Paul.in his locis,& quod hoc sit uerum pondero eundem Paul.in.d.l. cum pater.§.libertis in medio, ubi dicit quòd quando testator exprefsè prohibet alienationem, alienatio est nulla à principio. ratio est secundum eum & hoc pondero, quia cum expressa prohibitione testatoris concurrit etiam tacita legalis,si ergo dicas cum expressa testatoris concurrit expressa legalis, est falsum & ita intelligitur Paul.in.§.nostro. Si autem dicas cum expressa testatoris concurrat legalis, scilicet tacitè, tunc dices uerum. & ita intelligatur Paul.in.d.§.diui. & nihil erit contrarium & hoc probatur apertè quia semper cum expressa uoluntate testatoris immo etiam cum tacita dum tamen sit legitima concurrit tacita dispositio & uoluntas legalis.l.cum quæro in fi. C. de lega.l.i.1 conditionibus,de condi.& demostra.auth.de nupt.§.disponat cum similibus.circa rationem in.2.membro, dum Paul. dicit in.d.§.diui.quod quando testator non prohibet alienari exprefsè rem subiectam restitutioni sub conditione quod tunc subest prohibitio legalis: in hoc etiam non uidetur bene dicere, quia conditione pendente non subest legalis sed consilium legis tantùm non alienandi, ita dicit ad litteram idem Paul.in.§.nostro.2.col. in fi.ubi dicit quod quando res est subiecta restitutioni sub conditione & non est exprefsè alienari prohibita,alienatio ualet,sequitur & facit quia.l. consuluit grauato quòd non alienet,si ergo contra facit non facit contra prohibitionem legis, sed contra consilium & sic alienatio non est nulla. & quòd sit contra consilium & non contra prohibitionem, patet in.§.nostro uers.sin autem, ibi, melius quidem facit &c.& sic loquitur dando consilium nũ prohibendo,ergo Paul.est sibi contrarius, nisi salues eo modo quo suprà diximus, scilicet quod quando testator non prohibet exprefsè tunc subest prohibitio legalis scilicet tacita, non autem expressa, & sic subest consiliũ legis expressum de non alienãdo ut.d.§. sin autem quod non impedit alienationem. Item subest prohibitio legis scilicet tacita, quia eo ipso quod.l. consulit ut non alienet,tacitè uult ut non alienet & sic prohibet tacitè ista tamen prohibitio tacita legis non impedit alienationem, ut.d.§.sin autem. secus in expressa prohibitione legis ut in princ.nostri.§.& pro ista solutione allego Paul.in.§.libertis.ibi,quando non prohibuit exprefsè licèt prohibeatur tacitè à lege ut in re subiecta restitutioni &c. Pondero ibi tacitè à lege & sic est solutum utrũque contrarium,& remanet uera ratio tradita per Paul. in.d.§.diui.col.3.quam etiam sentit clarè in.l. cum pater.§.libertis.in medio. Habes ergo ea supra dictis quod quando res est exprefsè prohibita alienari siue subiaceat restitutioni purè siue sub conditione statim alienatio est nulla propter prohibitionem testatoris & legis, quæ simul cõcurrunt. Extende quòd 12 ne dum alienatio est nulla a princip. immo etiã statim retractatur non expectato quod eueniat conditio fideicommissi uel mors illius, qui fuit grauatus restituere post mortem & retractatur per illos,quos testator uocauit si non alienaretur uel etiam per illos ad quos uoluit deuenire si alienetur. d.l.cum pater.§. libertis. & ibi per Paul. & alios, & ibi est glo.singularis & tenent omnes in.l.peto §.fratre.& ibi Paul.in. medio.& in.d. §. diui. 3. col. hoc tamen non uidetur habere multum dubii,quia si non posset retractari ante euentum conditionis non esset differentia inter prohibitionem expressam & tacitam, quia etiam tacita prohibitio operatur, ut adueniente conditione retractetur ut in.§. nostro uers. sin autem. sed dic quòd immo multùm operatur, scilicet quod fideicommissum conditionale efficitur purũ & potest statim reuocari ac si esset purum, & hoc propter expressam prohibitionem. quod est notandum. Et ex hoc infero, quod etiam si conditio sub qua erat restituendum postea defecerit, non tamen teneretur restituere fideicommissarius,quia cum sit effectum purum propter alienationem factam contra prohibitionem expressam, iam non est curandum de conditionis implemento uel defectu. & uide unum uerbũ Paul. in.d.§.diui.3.col. ante medium. facit.l.si quis hæredem cũ similibus. C.de insti. & subst. sub con.fact.Item extendo per tex. in.l.pater filium.§.filiam de lega.3. Item extendo quòd ne dum inter uiuos, sed etiam in ultima uoluntate est prohibita alienatio.d.l.peto.§.fratre de lega.2.

12 *Alienatio facta contra expressam prohibitionem testantis purificat fideicom.*

Communia de legatis & fideicom.
§. XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Tempus certæ ætatis positum ad exclusionem iuris quæsiti facit diem.*
2 *Legatum relinquitur aut purè, aut in diem, aut sub conditione.*
3 *Tempus aut ponitur ad creationem, aut ad resolutionẽ, aut ad exequutionem relicti.*
4 *Tempus certæ ætatis an fauore piæ causæ faciat diem.*
5 *Ecclesia & rusticus utuntur iure communi, nisi in casibus à iure expressis. idem in muliere & in fisco.*
6 *Libertas & Ecclesia æquantur.*
7 *Casus excepti extenduntur, si est eadem ratio.*
8 *Ecclesiam construi iussi in loco mihi tecum communi partem tuam uendere cogeris.*
9 *L. Seius Saturninus ff. ad treb. extenditur.*
10 *L. iii. C qui ante aper. extenditur.*
11 *Adiuncti ratione receditur à regulis.*
12 *Testator non uidetur habere respectum ad tempus certæ ætatis, sed tantùm ad tempus.*
13 *Ecclesiæ fauor extenditur ad pauperes.*
14 *Deum honorari cuiusque interest.*
15 *Testator potest facere ut dies incertus non faciat conditionem, & ut conditio, quæ non est conditio conditionem faciat.*
16 *Conditionalia ut transmittantur facere potest testator.*
17 *Ascensus quàm descensus difficilior.*
18 *Sol difficilius ascendit quàm descendit.*
19 *Conditionalia an transmittantur fauore liberorum? not. q.*
20 *Legatum conditionale non potest cedi.*
21 *Futura quando ueniant in dispositione.*
22 *Dotis legatum an sit conditionale? not. q.*
23 *Legaui duplum filiæ si maritaretur quàm si monacharetur, an si fiat monacha simplum habitura sit? ardua q.*



VAE actiones competunt pro legatis & fideicõmissis in progressu quoque successionum fuit inuentum, ut l. j. & l. 2. C. communi. de lega. l. j. ff. de lega. j. §. j. inst. eod. & plenè per doct. in dictis locis & per nos suprà de succ. crea. §. 17. per totum, ubi alia non pauca edocemur, quæ tam ad legata quàm ad fideicommissa communia sunt: & quia tempus certæ ætatis apponi solet tam in legatis quàm in fideicommissis, ideo ibi dictis adde materiam illam, quando relictis tempus certæ ætatis apponitur, qua in re est tex. egregius in l. ambiguitatem. C. de usufr. ex qua collige talem conclusionem.

1 *Tempus certæ ætatis positũ ad exclusionem iuris quæsiti facit diem.*

Quando 1 tempus certæ ætatis ponitur ad exclusionem iuris usus fructus iam quæsiti, in dubio facit diem & non conditionem d. l. ambiguitatem. C. de usufr. ex quibus uerbis infertur quòd licèt ille in cuius persona tempus est appositum pendente tempore decedat, nihilominus legatum remanet, cùm sit in diem, secus si esset conditionale. nam tunc extingeretur defecta conditione. pro cuius euidentia & intelligentia, Præmitte quod 2 legatum quandoque relinquitur purè & illud statim debetur & transmittitur, quandoque in diem certam, & statim etiam debetur, licèt non possit peti transmittitur tamen, quandoque sub conditione relinquitur, & tunc, nec debetur, nec etiam potest peti, nec transmittitur ante euentum conditionis ut probantur & declarãtur hæc omnia in l. legata sub cõditione. ff. de cond. & demostr. & in l. cedere diem. de uerb. significatione. & inst. de uerb. obligatio. §. in diem & §. ex cõditionali, & in l. 1. §. cum autem. & §. sin autem aliquid. C. de cad. toll. & est tex. melior de iure in l. si post diem. per totam. l. ff. quando dies legati ced. caue tamen quia ista non possunt applicari cum loquamur de usufructu, de cuius natura est ut non transmittatur, siue purè, siue in diem, siue sub conditione relinquatur. inst. de usufructu. §. finitur. C. de usufructu. l. corruptionem. & l. usufructu. cum concord. ff. soluto matrimonio. potest tamen hic peti etiam eo defuncto in cuius persona tempus ponitur, non tamen per hoc negu quòd si hic non loqueremur in usufructu, sed in alio legato quòd esset transmissibile haberent locum, quæ præmisi si tempus non esset appositũ ad extinctionem legati sed ad substantiam, uel præstationem. l. si ita scriptum. ff. de manum. testamento. & in l. ex his uerbis. C. quando die. lega. ced. immo & si esset appositum ad extinctionẽ legati nihilominus posset transmitti, pro residuo tempore, quemadmodum si alio modo esset relictum.

2 *Legatum relinquitur aut purè, aut in diem, aut sub condi.*

3 *Tempus aut ponitur ad creationem, aut ad resolutionem, aut ad exequtionem relicti.*

Secundò præmitto 3 quod tempus in legato quatenus tangit propositum nostrum potest apponi uno de tribus modis, quandoque enim ponitur tempus ad expirationem, seu extinctionem legati, de quo propriè loquitur d. l. ambiguitatem. in quo quid iuris sit, infrà dicetur. Secundò, ponitur tempus ad substantiam seu dispositionem legati, ut si dicam, lego decem cùm Titius peruenerit ad 20. annos &c. & de hoc propriè loquitur tex. in l. si ita scriptum. ff. de manumiss. testamento. & in l. si seruus liberis. ff. de sta. lib. & in l. fideicommissaria. ff. de fideicommissa. lib. & in l. Seius Saturninus. ff. ad trebel. & in l. si cui legetur. §. hoc autem. legatum. ff. de leg. 1. cum similibus. Quandoq; & tertiò ponitur tempus non ad extinctionem, nec ad substantiam, uel dispositionem sed ad præstationem, uel exequutionem legati. puta, lego decem. & sic intelligitur purè, postea subiicio, quæ accipere debebit cùm Titius peruenerit ad certam ætatem &c. nam tempus uidetur appositum ad exequutionem seu præstationem legati. de hoc propriè loquitur tex. in l. ex his uerbis. C. quãdo dies lega. ced. & in l. quibus diebus. §. quidam Titio de cond. & demonstr. His præmissis uenio &c. Allegatur d. l. ambiguitatem. quòd tempus certæ ætatis adiectum ad extinctionem legati, uel iuris iam quæsiti facit diem non conditionem. quod perpetuò nota & tex. ille non est alibi secundum Bal. ibi & est singularis secũdum Paul. in l. si cui legetur. §. hoc autem legatum. de leg. 1. & idem ibi dit. Alex. Contra quod sic oppono, nam l. cauetur quòd tempus certę ætatis honorati facit conditionem & non diem: unde uidetur obstare. l. si cui legetur. §. hoc autem de leg. 1. ubi dicitur quòd si relinquo legatum cùm perueneris ad certam ætatem, intra illam ætatem dicitur conditionale: unde si interim decedas, non transmittis. Secundò cõtra facit. l. si ita scriptum. l a. 3. ff. de manumiss. test. ubi tempus certæ ætatis appositum nedum in persona legatarii, sed etiam si in persona tertii facit conditionem immo plus probat ille tex. quòd etiam si legatum sit simul sic relictum cum libertate, quod scilicet legatum libertatis sic relictum facit diem non conditionem ut ibi dicitur, & infrà dicam: tamen nihilominus aliud legatum dicitur conditionale & non in diem, quod est ualde notandum. uideretur contra scilicet quod ratione adiuncti & sic ratione libertatis aliud legatum gauderet priuilegio. i. quòd diceretur in diem & transmitteretur, non autem conditionale & sic non transmissibile. argu. l. si quis ex argentariis. §. 1. ff. de eden. & l. si communem. ff. quemadmodum seruit. amit. & quod not. in l. 1. C. si in communi eademque causa cum similibus. Tertiò & fortius

fortius arguo de.l. cùm testator. C. de testa. manu. ubi tempus appositum facit condictionem, & in legato libertatis quod est fortius cùm in legato libertatis soleat facere diem non conditionem. l. fideicommissaria. C. de fideicommiss. liber. & infra dicam. hic dicitur contrariũ etiam in alio legato quod sit libertatis ergo &c. Confirmatur hæc oppositio per. l. sancimus. la. 1. C. de nupt. ubi tempus nuptiarum semper intelligitur facere conditionem, & requirit impletionem de facto, ad hoc ut suum consequatur effectum. Quartò contra facit. l. si seruus liber. ff. de statu libe. ubi si legatum libertatis simul cum alio relinquatur, quò ad libertatem dicitur in diem & ualet, quò ad aliud autem dicitur conditionale & sic dicit quasi idẽ quod. l. si ita scriptum. de manumiss. test. ergo &c. Quintò, contra facit tex. singularis in. l. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de cond. & demonst. ubi dicitur in fortioribus terminis quòd appositio temporis non solùm in substantia uel dispositione, sed etiam in præfatione legati facit legatum conditionale & non in diem. cuius contrarium dicitur in d. l. ambiguitatem. etiam si in una dispositione tempus apponatur. His nõ obstantibus contrarium dicitur ibi quòd tempus appositum facit diem non conditionem. Respondeo ergo ad contrarium per ordinem, scilicet, & quæ à principio præmisi multò conferunt ad intellectum eius, quod sequitur:

Primò ergo non obst. l. si cui legetur. §. hoc autem. de leg. 1. & l. si Titio in princ. ff. quando dies lega. ced. ubi dicitur quòd facit conditionem quia dico quòd illa iura loquuntur, quando tempus est appositum ad dispositionem seu substantiam legati. puta, lego cùm perueneris &c. & sic in eadem dispositione & oratione: unde uidetur relictum sub ista cõditione si perueneris &c. Cùm, dictio, cùm secundariò faciat conditionem, licèt principaliter tempus d. l. si Titio in princ. quando dies lega. ced. & istam rationem redditur ibi, d. l. ambiguitatem. loquitur, quando tempus certæ ætatis est appositum ad extinctionem legati & expirationem. unde præsuponitur legatum purum de se & finiendum per lapsum temporis: unde illud tempus non facit conditionem. Item quia si subtiliter consideras licèt quò ad uerba uideatur una oratio & dispositio, tamen quò ad intellectum intelliguntur duæ dispositiones, puta, lego usumfructum, ista est prima dispositio, quasi dicat, uolo quòd habeat usque ad illud tempus tantùm & sic ista secunda oratio, quæ uidetur quodammodo apposita ad exequutionem licèt tunc impropriè dicatur exequutio, immo dicitur extinctio & sic cum uideantur diuersæ dispositiones, est idem quòd quando tempus appositum est ad præstationem uel exequutionem, quo casu est certum quòd facit diem non conditionem, ut statim dicam. & ista est notab. consideratio. & sic istud primum contrarium non obstat. & ista eadem responsio debet dari ad secundum contrarium de. l. si ita scriptum. ff. de manumiss. test. scilicet quòd ibi tempus certæ ætatis cuiusdam tertii fuit appositum ad substantiam legati & sic facit conditionale legatum non in diem per prædicta. Tertiò, non obstat. l. cum testator. C. de testam. manumiss. ubi dicitur quòd facit conditionem etiã in legato libertatis. quia respondeo quòd ibi est alia ratio, scilicet, quia tempus est incertum puta nuptiarum, quod est omni consideratione incertum, scilicet, an nubat, & quando nubat: unde nimirum si faciat conditionem. & istam solutionem uoluit ibi glo. & in. l. si ita scriptum. ff. de manumiss. test. & in. l. sancimus. C. de nup. Confirmo per casum singularem in. d. l. quibus diebus. §. quidam Titio. ubi tempus appositum etiam ad præstationem facit conditionem, quando est incertum & illum tex. allegat gl. singularis in. l. Seius Saturninus. ff. ad trebel. confirmatur & prædicta solutio per aliam regulam, scilicet, quia dies incertus conditionem in testamento facit. l. dies incertus. ff. de condi. & demonst. confirmo & in simili per. l. hæres meus in prin. eod. titulo. secundo responso. facit. l. fideicommissa. §. sic fideicommissum. de leg. 3. & tex. in. l. talis. post medium de lega. 1. ubi ponitur eadem regula. Quartò, non obst. l. si seruus liber. de statu. libe. quia soluitur ut in. l. si ita scriptum. de manumiss. testamento. Quintò non obst. l. quibus diebus. §. quidã Titio. quia soluitur duobus modis, primò ut modò dixi, scilicet quòd ibi apponitur dies incertus, nos autem loquimur de die certo. Secundò solue quòd ibi tempus apponitur præstationi non extinctioni, & sic sunt diuersi casus. sed hæc solutio non ualet, quia quando apponitur præstationi regulariter facit diem per. l. ex his uerbis. C. quando dies lega. ced quare solue ut primò quòd ibi fuit dies incertus & sic est limitatio ad. l. ex his uerbis. ut statim dicam. & per ista remanent soluta prædicta contraria. Recolligendo ergo materiam ut omnia cõplectaris melius & ordinatius quàm per doctores, facias talem distinctionem. Nam aut tempus certæ ætatis apponitur ad resolutionem uel interitum legati, & tunc semper facit diem, non conditionem. casus est singularis in. l. ambiguitatem supra all. ratio est, quia cum apponitur ad resolutionem apparet legatum fuisse primo purum ergo dies sequens non debet facere conditionale, quod de se erat purum, & alia ratione, quàm supra dixi in solutione ad primum contrarium. & ex hoc infertur quòd licèt ille in cuius persona tempus est appositũ moriatur pendente tempore, nihilominus usufructus debetur ut hic. Ex hoc etiam infero quòd si legatum in casu huius d. l. ambiguitatem. de sui natura esset trãsmissibile quòd posset transmitti cùm sit in diem & non conditionale, exemplum, relinquo decem annua quousque filius peruenerit ad 20. annum. ecce quòd est appositũ tempus ad extinctionem legati. ponamus ergo quòd legatarius decedit pendente illo tempore, nõ ne transmittit pro residuo tempore? certè sic, cùm sit in diem, nec potest ratio reddi in contrarium. & hec quantum ad hanc. l. & istud membrũ non ponit. Bar. in. l. si cui legetur. §. hoc autem de legatis. 1. ubi hanc materiam exagerat, nec alibi quòd legerim nisi in summario. l. huius. Quandoq; & secundò apponitur tempus ad substantiam legati & facit regulam quòd legatum erit conditionale d. l. si cui. §. hoc autem de leg. 1. & l. si Titio. in princ. quando dies lega. ced. ubi ponitur ratio, fallit primò in casu singulari in. l. Seius Saturninus. ff. ad trebel. cum concordantibus multis de quibus ibi per Bar. & melius per Alex. & per Bar. & Paul. in d. l. si cui. §. hoc autẽ. Secundò fallit secundum alium intellectum ibidem quòd sit ibi speciale quia filius, sed hoc non ualet, quia immo requiritur quòd multa concurrant ut ibi plenè per Alex. dictam tamen. l. Seius extende uno modo singulariter ut ibi per Alex. ultima columna uerb. ultra prædicta adde pro ampliatione &c. Item limita eãdem. l. duobus modis ut colliges per eundẽ ibi. 1. col. uers. subdit tamen Angelus. Tertiò limita istam regulam in libertate, cuius fauore tempus appositum dispositioni facit diem & non conditionem. l. si ita scriptum. ff. de manumiss. test. & in. l. fideicommissaria. C. de fideicommiss. liber. & si apponatur per conditionem secundum quod est mirabile, casus est in. l. si seruus liber. ff. de statu liber. quod nota & pondera hoc uerum quòd & si libertas detur simul cum alio legato, & sic ratione alterius legati inutilis, uel conditionalis, non uitiatur libertas quo minus dicatur in diẽ, & sic utile per inutile &c. Casus est in d. l. si ita scriptũ & d. l. si seruus liber. istud tamen de libertate limitatur uno modo, scilicet quando esset appositum tempus incertum, quia tunc licèt sit legatum libertatis nihilominus erit conditionale facit tex. cum glo. in. l. sancimus la. prima. C. de nup. & quod statim subiiciat in alio membro. Quartò fallit ista regula quandocunque tempus certæ ætatis esset positum in persona grauati, quia tunc licèt esset appositum dispositioni; nihilominus facit diem. iste est casus singularis in. l. libertas. §. ab hæredi-

bus.ff.de alimen.& cibar. lega.& hoc tenet ibi Bar. & in d.l.si cui.§.1.de lega.1. ubi respondet ad multa iura, quæ faciunt in contrarium. Idem ibi Bal. idem ibi Paul. & Paul.in.l.ex his uerbis.C.quando dies lega.ced. rationem diuersitatis ponit Bar. solus in d.l. si cui.§.1. per.l.Publius.§.1.de cond.& demonstr. tamen quia iste passus est ualde dubius, uide Alex.in d.l.si cui. ubi refert plures tenentes contrarium & ipse idem sequitur, tamen tenendo opinionē Bar.intellige, quādo tempus esset appositū per dictionē cùm, ut loquitur dictus.§.ab hæredibus. secus si per dictionē, si, nam, tunc semper faceret conditionem, nisi in libertate ut.d. l. si seruos liber. de statu liber.& Paul.in.d.§.hoc autem, & ibidem Bar.hoc tenet in fi. uerbis. per.d.l. si seruus liber.& licèt Paul.in d.§ hoc autem, alleget.l. si ita scriptum.caue, tamen, quia illa lex nihil facit, quia loquitur per dictionem cùm, sed debuit allegare. d.l.si seruus liber. de statu liber.& ista quantum ad secundum membrum. Quandoque & .3. tempus apponitur non ad extinctionem nec ad substantiam legati, sed ad præstationem, seu executionem legati, & tunc regula est, quòd facit legatum in diem, non conditionale. Vnde licèt legatarius interim decedat, transmittit tamen: iste est casus singularis & forte non est alibi in.l.ex his uerbis.C.quando dies lega.ced.quem perpetuò nota. hoc tamen fallit in casu singulari, quem ponit tex. in.l.quibus diebus.§.quidam Titio.ff.de cond.& demonstr.quando præstationi esset appositus dies non incertus. incertus dico scilicet quando cadat ut dies mortis, nam tunc & si apponatur præstationi reddit legatum conditionale & non in diem, & ita illum tex.intelligit glo.in.l.Seius Saturninus.ff ad treb.quam ibi sequitur Bar. & Paul. & Paul. in.l.si cui.§.i.de lega.i.& ibi Bar. & illa glos. est singularis & non alibi secundum Paul. in.d.l. ex his uerbis. & non est alibi secundum Bal.ibidem, qui idem tenet. Bar. in.d.l.si cui.§.i. opponendo de illo tex. dat eandem solutionem & hanc solutionem firmat glo.in.d.l.Seius. & in l.cum testator.C. de test. manumiss. easdem ibi allegat Alexand.& in.d.l.Seius ultima col.ad trebel.non faciens mentionem de Bal.nec de Paul.de Cast. & sic Bar.& Alexan.uolunt quòd sit duæ glo.pro illa opinione.ego addo glo.in.l. si ita scriptum.ff.de manumiss.test.& in.l. Sancimus la.i.C.de nupt.quæ dicunt idem, quod gl.in.l.cum testator.& sic sunt quatuor glo. uide tamen Alex.in.d.l. Seius.in fi.ad trebel.qui uidetur hanc solutionem impugnare licèt dicat in practica difficile posse obtineri. Aduertendum tamen est, quia mihi consideranti uidetur quòd glo.in.d.l.Seius Saturninus.sit singularis & unica prout dicunt Bal.& Paul.& quòd glo.in.l.cum testator, quam allegat Bar. & Alex.non bene allegetur pro concordanti, ergo eodem modo non concordabunt aliæ duæ, quas ego addidi. ad quas omnes respondeo, quia loquuntur in casu minus dubitabili, ergo non potest allegari pro concordantibus, quòd autem loquantur in casu minus dubitabili, patet, quia.l. quibus diebus loquitur in tempore apposito præstationi.l. autem cùm testator & in.l.si ita scriptum.&.l.sancimus. ubi sunt aliæ gl. loquuntur de tempore apposito dispositioni. Vnde nec mirum si faciant conditionem cùm sit regula quòd tempus appositum dispositioni etiam si sit certum faciat cōditionem.d.l.si cui.§.i.de leg.i.&.l.si Titio in princ. quādo dies lega.ced.quātò ergo magis si sit incertum.quod regulariter est in contrarium in tempore apposito præstationi scilicet quòd faciat diem.d.l.ex his uerbis & sic malè arguitur de uno ad aliud. Item quòd loquantur in casu minus dubitabili probatur, quia lex quibus diebus. loquitur de tempore mortis. aliæ autem leges de tempore nuptiarum, & ego dico quòd tempus nuptiarum est incertius tempore mortis, patet, quia licèt mors sit incerta quando dies eius futura sit, est tamen certa, quia indubitabilis, tempus autem nuptiarum est incertum an & quando, quia nescimus, an nubet, nec quando nubet. Et sic cùm sit tempus incertius, nō ous dubium est quòd ibi faciat conditionem per.l.dies incertus cum alijs. de cond. & demonstr. Aduerte tamen & est subtile, quia dico quòd alio respectu dictæ gl.possunt allegari pro cōcordantibus, probo, nam regula est quòd tempus appositum dispositioni facit dispositum conditionale ut sæpe dictum est. fallit in libertate per.l.si ita scriptum.de man.testamento.& si sit relicta per dictionem si, per.l.si seruus lib.de testa.liber. & sic in libertate sunt duo specialia, Primum quia tempus appositum dispositioni non facit eam conditionalē, secundum, quia est uerum & si relinquatur per dictionem si, Si ergo appositio temporis incerti de quo in.l. cum testator tollit illa duo specialia & facit quòd libertas sub incerto tempore relicta sit conditionalis, ergo à fortiori in.l. quibus diebus erit conditionale ubi non sunt illa duo specialia, ut patet. Item quia si tempus incertum in libertate tollit limitationem inductam per d.l.si ita scriptum & notabiliter extensam per.d.l.si seruus liber.ergo nimirum si tempus incertum uiueat unā limitationem, ut est in.d.l.quibus diebus.ergo dictæ gl. possunt allegari pro concordanti. & considera bene. quia nemo de hoc perpendit. posses tamen dicere sustinendo Bal.& Paul.quod ideo in.l. cum testator relictū libertatis est conditionale, scilicet, quia tempus est incertum. Item quia res de facili reuertitur ad suam naturam, quæ natura est ut tempus appositum dispositioni faciat relictum conditionale quòd secus est in.d.l.quibus diebus. nam ibi non reuertitur res ad suam naturā, cùm sit contra regulam dictæ.l.ex his uerbis, nisi dicas quòd immo est sua natura cùm natura temporis incerti est, quod faciat conditionem dicta.l. dies incertus, circa hoc amplius non insisto. & per ista remanet plenè expedita quo ad intellectum materię huius.l.ambiguitatem. ultimò uideas distinctionem Bal.in.d.l.ambiguitatem. Modò quæro dictum est supra quod 4 quando tempus certæ ętatis est appositum ad substantiam legati si sit legatum libertatis dicitur in diem, non conditionale. per.d.l. si ita scriptum. & est speciale in libertate ut dicitur, quæro, ergo, an idem dicamus in ecclesia uel alio pio loco, cui esset illo modo relictum. quòd legatum sit in diem non conditionale? istam quæstionem non reperio tactam per aliquem, dicam quòd mihi uidetur. & uidetur primò quòd sit conditionale. nam regula est quòd legatum ita relictum est conditionale.d.l. si cui.§.i. de lega. i.cum similibus & iste casus non reperitur exceptus ergo &c. quod enim non immutatur quare stare prohibetur ut est uulgatum. Secundò Regulæ iuris tenaciter sunt seruandæ ut inquit Bal. in.l. si tutor in fi. C. de seruo pignori dato manu. unde allegans fallentiam debet illam probare.l.suus quoque §.i.de hæredibus inst.c.ad decimas.in fi.de resti.spolia. lib.6. cum similibus. Tertiò, casus excepti firmant regulam in contrarium.l.nam quod liquidę.§.fi.ff.de penu lega.sed iste casus est exceptus in libertate per.d.l. si ita scriptum. ergo. Quartò, iste casus de libertate est exorbitans à regula iuris per.d.l.si ita scriptum. ergo non debet extendi ad alium.l.quod uerò.ff.de legi.cum similibus & est uulgatum. Quintò, de illo casu tantùm regula posita est, ergo &c.L. prospexit. ff. qui & à quibus.l. si furiosi. & ibi Bal. C.de nupt.l.quod constitutum.ff.de testamento milit.cum similibus. Sextò.l. i.C.de iuris & facti igno. ponit unum casum exceptum & exorbitantem licèt fauorabilem in milite, & tamen non extendit ad militem cœlestis militiæ, ut ibi per doctores.licèt de uno ad aliud ualeat argumentum.ut plenè notatur in.l. miles in prin.ff.de re iudi. Septimò, & istud melius facit, Ecclesia 5 non reperitur priuilegiata nisi in casibus expressis in iure.c.i.de aliena.feud. in usi.feud. notatur in.c.peruenit de censibus. cum similibus. sed isto casu non reperitur priuilegiata, ergo stamus iure communi. & ista ratione attenta ego idem dicerem

4 *Tempus certæ ætatis an fauore piæ ca. faciat diē.*

5 *Ecclesia & rustici utuntur iure cōmuni, nisi in casibus à iure expressis.idē in muliere & in fisco.*

dicerem in rustico, cum rusticus non sit priuilegiatus nisi in casibus expressis ut notat gl.in.c. turbatur.t.q.4. glo.mag. notant doctores in.l.fin.C.de iur.& facti igno. idem in muliere ut est casus in.d.l.fi. idem & dicerem in fisco eadem ratione. nam fiscus non dicitur priuilegiatus, nisi in casibus expressis.l.item ueniunt.§.in priuatorum cum glo.ff. de pet hære. tex.cum glo.in.l.i.C.de petitione hæredi. addo tex. in.l.non est...uncta.l.iunctã C de edendo.& tex.in.l.exemplo.C. de proba. & in.l.a. C de transa.& in.l. si hæredum.C.de inoffi.testamentu Idem dicerem si esset relictum Imperatori eadem ratione per.l.Papinianus.§.si Imperatur.ff.de inoffi.testamẽto.&.l.si quis Imperatorem &.l.cum hæredes.C.qui testamenta facere possunt facit.l.ex imperfecto, cum similibus.C.de test. Idem dicerem eadem ratione si militi relinqueretur. argum.l.quamquam. C. de testamento mili. cum similibus quod nota. Octauò, pro ista parte facit quòd dicunt doctores reprobata glo.ibi in l.i.C.de iur.& facti igno.ubi dicunt quòd illa.l.loquens in milite non habet locum in rustico, & si non potuit consulere peritiores: & sic licèt sit eadem ratio quæ in milite ergo sic in casu nostro. Nonò, & notabilius istud probo in propria materia minor & ecclesia ęquiparantur.c.i.&.c.auditis de in integrum restitutione.gl. singularis in.§.item mixta de actio.& oblig.cum multis cõcord.sed habeo quòd si relinquatur minori cum erit certæ ætatis dicitur legatum conditionale, & si interim decedat non transmittit. ut est casus in.l.si cui legetur. §.i.de leg.i.&.l.si Titio in prin.ff.quando dies lega. ced. & si esset filius testatoris.ut.d.l.si cui.§.nisi in casu dictæ l.Seius Saturninus. ubi multa de necessitate debent concurrere. ergo idem in ecclesia, si relinquitur sibi cum Titius ad certam ætatem peruenerit, quod sit conditionale: & si ille Titius pendente tempore decedat expiret legatum. Contra istud tamen fundamentum faciunt duo primò, quia minor & ecclesia &c. sed intelligitur in fauorabilius ut patet per iura suprà allegata & per omnia illa in quibus ęquiparantur.sed in casu, quem pono non est fauor minoris ut patet ergo &c. Respond. quòd nõ est uerum immo etiam in his, quæ non sunt fauorabilia ęquiparantur, unũ exempli gracia subiicio, quod ponit Ias.in.l.Sancimus. C.de iud.3.& 4. eatẽsione & plenius alibi probatur. Secundò, contra hoc fundamentum facit, quia hoc argumentum fit à casibus diuersis, patet, quia dum loquor in minore pono quòd tempus fuit appositum in sua persona uel etiam alterius: dum autem loquor in ecclesia pono quòd tempus fuit appositum in personam tertii tantùm. Nec in personam ecclesiæ posset poni, quia non potest effici maior ut patet naturaliter. & faciunt notata per glo. singularem in.c.i.de integrum resti.lib.6. Resp. quòd non est differentia, quia in ista materia nõ refert apponatur tempus ætatis in persona honorati, uel alterius tertii, ut patet in.d.l.si cui §.i.de leg.i.iuncta.l.si ita scriptum.de manumis.test.nam in.l.si cui fuit appositum in persona honorati.in.l. si ita in persona tertii, tamen idem iuris est utrobique ut ibi dicitur & per ista notabiliter uidetur probari quòd lex si ita scriptum ponens casum specialem & exceptum in libertate, non habeat locum in legato facto ecclesiæ.

In contrarium tamen.i.quòd habeat locum in legato facto ecclesiæ faciunt sequentia primò quia libertas & ecclesia æquiparantur in multis locis, ut latè per omnes in.l.i.C.de Sacro Sanct. Eccle. nam quemadmodum libertas non debetur hæreditate non addita, ita nec relictum factum ecclesię ut ibi per doctores, & multis aliis exemplis probatur ergo &c. Secundò sic, relictum 6 libertatis dicitur pium.l.i.§.pe.C.de communi seruo man. & ibi Bal.&.l.contra uoluntatem.C. de testamento manumiss. melior tex. quem pondero in.l.i.C.de lege fusia cani.toll. cum similibus. ita & relictum Ecclesiæ.c. cum esses.c.relictum cum aliis de testamentis. Tertiò quia iste casus est dubius, ut patet per prædicta. sed in

6 Libertas & ecclesia æquantur.

dubiis faciendum est ecclesiæ.c.si. de re iud. & summa est ratio, quæ pro religione facit.l. sunt personæ.ff.de religi.& sump.facit.l. locum in prin.ff de usufru. Quartò, & melius, ratio, 7 quæ est in libertate eadem uiget in ecclesia ut patet, sed ego habeo quòd casus excepti extenduntur ex identitate rationis.c. cum dilecta de cõfir.uti.uel inuti.c.post traslationem in medio.de renun. glo.notabilis ubi plene dixi in.l.i.C.de condi. indeb. ergo lex si ita scriptum ponens casum specialem in libertate extenditur ad ecclesiam eadem ratione. & per istud fundamentum tolluntur multa de his, quæ adduxi pro prima parte. Quintò, nouiter allego & istud iudicio meo in terminis decidit quęstionem, habemus, quòd 8 nemo compellitur rem suam uendere.l.nec emere. cum similibus.C.de iure deliber. tamen si duo habent seruum communem & unus uelit ei libertatem imponere, compellitur alter partem suam uendere fauore libertatis.l.i.C.de communi seruo manumis.& sic est ibi unus casus specialis & exceptus in quo quis compellitur uendere fauore.s. libertatis.dicit tamen Bal.in.d.l. i.in fine quòd idem erit in ecclesia, scilicet quòd si habens locum communem mandet in eo ecclesiam construi, quòd socius compellitur partem suam uendere. sic in proposito.l.si ita scriptum.ponit casum specialem in libertate ergo extenditur ad ecclesiam, ut dixi. Sextò & istud 9 magis in terminis decidit quæstionem in propria materia.l. Seius Saturninus ad Trebel. ponit casum specialem ad istam regulam, quemadmodum.l.si ita scriptũ.& suprà ego dixi. Sed habeo quod.d.l.Seius.loquens quãdo filio relinquitur hęreditas per fideicommissum & ponens casum exorbitantem extenditur ad alium casum s.quando post tempus relinquitur sibi hæreditas titulo institutionis cùm sit eadem ratio ut singulariter tenuit Bar. in.l.si mater.§.i. de uulga. & pupil. substitutione & Alex.in.d.l. Seius ultima col. ergo idem in casu nostro, quòd.l. si ita scriptum. loquens in casu excepto scilicet libertatis, extenditur ad ecclesiam ubi est eadem ratio & hoc caret responsione. Septimò, & ultimo pro ista parte 10 facit glo. singularis in.l. i. C. de his qui ante apert.tabulas.in uerbo liberus quæ dicit quod.d.l.i.ponens casum exceptum & exorbitantem, quæ loquitur ex testamento extenditur ut etiam habeat locum ab intestato cum sit eadem ratio, ergo &c. & illam allegauit Alex.in.d.l.Seius. licèt non ad hoc propositum. sed ego applico, & illam gl. ego nouiter pondero quòd casus exceptus extenditur ex identitate rationis quem addas ad ea, quæ suprà dixi. Octauò, facit, quia libertas & ecclesia æquiparantur ut dixi, ergo.l. si ita scriptum. inducens unum nouum in libertate extenditur ad ecclesiam, iuxta notata in.l. si quis seruo. C. de furtis. cum similibus, immo hoc argumentum facit à fortiori cùm illa regula habeat locum in correctoriis, quæstio autem ista loquitur solùm in exorbitantibus, & hoc est magnum fundamentum.

7 Casus excepti extẽduntur si est eadem ratio.

8 Ecclesiam construi iussi in loco mihi tecum communi partẽ tuã uendere cogeris.

9 L. Seius Saturninus ff. ad treb. extẽditur.

10 L. un. C. qui ante aper. extẽditur.

Restat respondendum ad allegata in oppositum, quod est durum. Primò, ergo non obst. quòd iste casus non reperitur exceptus ergo &c. quia immo dico quòd reperitur exceptus per prædicta, & sic non obst. aliud scilicet quòd non mutatur &c. Secundò, non obst. quòd regulæ iuris tenaciter sunt seruandæ, quia fateor, nisi probetur limitatio, ut ego iam probaui. Tertiò, non obst. quòd casus exceptus firmat regulam &c. quia fateor, tamen & iste est exceptus, ut probaui. & sic firmauit regulam in contrarium. uel clarius casus exceptus &c. debet suppleri per similes exceptos, ut in.c.cũ dilecta & ibi in specie Abb.de confirma.utili uel inutili. sed iste de quo suprà similis ut probatum est, ergo &c. Quartò, non obst. quòd ille casus de libertate est exorbitans, ergo non debet extendi, quia, immo dico ꝙ potest extendi ex identitate rationis ut dixi. Quintò, nõ obst quòd.l.de libertate tantùm posita est, ergo &c. quia immo etiam de isto uidetur posita, ex quo probatur per

alia iura ut probaui. Sextò, non obstat quòd.l.i.de iuris & facti ignorantia. loquens in milite terrestri non extenditur ad cœlestem contra doctrinam gl.in.l.miles in prin.ff.de re iudica.quia respondeo notabiliter, quia ibi ratio est, quia non est eadem ratio, patet quòd miles non tenetur scire iura.l.si.in principio cum similibus C.de iure deliber.& ista ratione subuenitur ei in casu dictæ.l.i.sed ista ratio non habet locum in clerico, qui scit & tenetur scire iura.l.repetita cum glo.C.de epis. & cle.at in nostro casu dicimus extendi, quia est eadē ratio ut dixi. Septimò non obst.quòd ecclesia non reperitur priuilegiata, nisi in casibus expressis, quia respondeo, quòd immo in isto casu reperitur priuilegiata, ex quo reperitur priuilegiata libertas, cui ipsa æquiparatur, & quia est eadem ratio in utroque. ergo &c.l.i.§.interdum.ff.de fonte. cum concordantibus. Octauò, non obst.quòd.l.i.C.de iur. & facti igno.loquens in milite non extenditur ad rusticum, licet sit eadem ratio, quia respondeo uno modo ut ibi per doctores, uel aliter quia ut dixi, non reperitur rusticus priuilegiatus nisi in casibus expressis inter quos non est ille, secus in nostro casu ubi reperitur ecclesia priuilegiata ut probaui. Nonò, & ultimo non obst quòd regula.l. si ita scriptum & similes non habent locum in minore ut.d.l. si cui.§.i.de leg.i.ergo etiam in ecclesia cum æquiparentur, quia respondeo quòd hoc argumentum non concludit de necessitate cùm in infinitis casibus reperiantur differentiæ inter minor & ecclesia, uerbi gratia in casu, quem ponit gl.singularis in.c.primo de in integrum restitutione.lib.6.& in aliis locis. Item quia ad tollendam consequentiam sufficit dare instantiam ut notur.in.l.creditori.ff.de oper noui nunc. & in.c. sicut urgeri.i.q.i.& in.c.i.de iud.lib.6. in uerbo criminalis.cogitabis diligentius super prædictis, quia nemo tangit.

Modò renoco in dubium id, quod suprà incidenter tetigi, ponamus quòd tempus certæ ætatis est appositū dispositioni legati & libertatis simul, certum est quòd si libertas isto modo relinquatur quod est in diem non conditionalis, ut dixi, an legatum simul cum ea relictū dicatur in diē, uel remanet semper conditionale? & uidetur quòd dicatur relictum in diem.argum.l.si quis ex argentariis.§.i. ff. de edendo, ubi 11 ratione adiuncti quis efficitur melioris conditionis, ad idem est tex.singularis in.l.si communionem.ff.quemadm.serui.amitta. ubi res maioris non præscribitur propterea quòd est cōiuncta rei minoris. ad idem quod notat glo.in.l.i C.si in communi eademque causa in integrum rest. ubi maior potest restitui in integrum ratione minoris cum quo habeat rem communem: sic in proposito nostro. ad idem & quartò quod notat Ias.in.l.3. in fin. C. de inofficioso testamento. Quintò facit glos. singularis in cap. i. de iure patronatus. lib. 6. glos. fin. quæ fundatur in d. l. si communem. Sextò faciunt omnia iura, quæ dicunt quòd consequitur quis per alium quod per se consequi non potest. de quibus in.l. Arillo.ff. de dona. & in.l.cum hæreditate. ff. de acquirenda heredi. Septimò illud generale, magis dignum trahit ad se minus dignum. de quo in.l.imperiū.ff.de iurisd.omniū iud. ubi latè per Ias.primo notabili. & in c.quod in dubiis. de consecratione Ecclesiæ. Octauò quia quæ religiosis adhærēt religiosa sunt.l.quæ religiosis.ff.de rei uend. & not. in d.§.quod in dubiis.facit tex.in c.quanto.cū ibi plenè notis de iudi. Nonò facit.l.i.c.de diuer.rescrip. Vltimò faciunt omnia, quæ allegaui in d.l.si quis ex argentariis.ubi uide. His non obstantibus ueritas est in contrarium, quia ést casus in terminis in d.l.si ita scriptum. immo quòd est fortius, & si simul relinquatur per dictionem si, per.l.si secus liber.ff. de statulib. & ratio diuersitatis potest esse, quod ibi ideo est, quia si diceremus cōtrarium sequeretur absurdum, scilicet quòd ibi essent duo specialia, primum in libertate, secundum quòd ipsa libertas, extenderet suum fauorem ad alium casum quod ius nō permittit.l.i.C.de dotis promis. nec potes dicere, quòd illa duo specialia descendant ex diuersis fontibus, & sic possunt currere iuxta notata per Bar.in.l.si is qui pro emptore.ff.de usucapio. pen. & ultima col.quia immo dico quòd descendunt ex uno fonte.i. ex una & eadem dispositione & circa eandem personam, ut ibi patet. contra prædictam tamen solutionē posses instare de.d.l. si communem supra allegata. ubi minor in quo est fauor & est speciale in eo extendit suū fauorem ad consocium, & sic concurrunt duo specialia ibi, & etiam ex eodem fonte ut patet: quare non ergo erit idem in d.l.si ita scriptum? respondeo, quòd in d.l.si communem. concurrunt duo specialia circa diuersas personas, & sic non obstat. uel aliter quòd ibi, non est illud, scilicet ratione indiuiduitatis: unde nimirum si ratione inseparabilitatis socius eodem gaudet priuilegio, secus in d.l. si ita scriptum, ubi est diuiduum scilicet libertas & legatum. aliud quando sunt diuersæ res, unde de uno non infertur ad aliud, licèt uidebatur contra per prædicta. & ideo illa.l.est mihi singularis. Non obst.contraria, quia uel loquuntur ubi non sequitur absurdum nec duo specialia, uel sunt indiuidua; & sic nō obst. Item alia ratione uidebatur contra, quia licèt à separatis non sit bona illatio.l.fin.ff.de calumnia. cum similibus, tamen ea quo erant coadunata in eadem dispositione & circa eandem personam uidebatur inferendū de uno ad aliud ratione minoris.argum.l. qui patri.ff. de acquir.hær. sed responde, quòd in.l.si ita. ideo de uno ad aliud non infertur nec statutum in libertate extenditur ad aliud legatum, quia unum quodque potest stare de per se nam seruus potest consequi libertatem & à legato repelli & nihil est quòd repugnet, ideo permittitur ut ibi secus in d.l.qui patri. unum sine alio stare non potest.unde uidetur eadē ratio quæ in.l.si communionē suprà allegata, cogitabis super prædictis quia sunt noua & dubia in materia.

11 Adiuncti ratione re ceditur à regulis.

Vnum 12 modo nota in materia pro intellectu & ampliatione quòd testator in dubio non præsumitur habere animum seu respectum ad tempus certæ ætatis, sed ad tempus simpliciter. unde si legauit Titio x annua usque ad 25. annum à tempore testamenti, Titius erat xv annorum non intelligitur esse relatum usque ad xxv annum ætatis suæ, nam sic accipiendo non haberet legatū, nisi per decem annos sed intelligitur per xxv annos post mortem testatoris. casus est in.l. codicillis in princ.ff. de annuis lega. & ibi apertè uult Bar. in summario.idem uult Paulus in.l. si cui legetur.§.i. in medio.ff. de leg.i. & ibidem Alex.in fi.qui dicit quòd ille tex.in.l.codicillis. est singularis & non alibi ad hoc, quod perpetuò notabis, quia est singularis punctus in ista materia.

12 Testator non uidetur habere respectum ad tempus certæ ætatis sed tantum ad tempus.

Nunc 13 se offert aliud dubium, dixi suprà quòd.l. si ita scriptum.habet locum in Ecclesia ut suprà disputaui. modò quæro, an etiam habebit locum in pauperibus? & uidetur quòd non per prima iura in illa quæstione allegata. sed dico idem quod dixi in Ecclesia, primò, quia utraque est pia causa. Secundò, quia eadem est ratio in utraque ut suprà. Tertiò, quia appellatione pauperū continetur Ecclesia. ut per Paul.in d.l.id quod pauperibus. & est tex. & ibi nobiliter Paul.inducit in.l. omnes.§.hoc nihilominus.C.de Episco.& cler. Quartò in simili facit.l. priuilegia.C. de Episcop. & cleric. Quintò adduco glo.& ibi nota.in.l.miles in princ.ff.de re iud.ubi ille casus exceptus loquens in milite extenditur ad Ecclesiam, quia est eadem ratio. Sextò facit ratio, ibi posita per gl.scilicet cum per eos summi numinis &c. quæ ratio habet locum, quando relictum est pauperibus immo potius habet locum in relicto pauperibus quàm si relinquatur Ecclesiis, maximè his temporibus &c. facit gl. notabilis in.l.illud glo. magna.de Sacrosan.Eccles.quæ illam.l.loquentem in casu fauorabili & per dictionem taxatiuam extendit ad casus similes. Octauò in spe̜cie facit glo.nobilis in glo. fin.in uerb.ca

13 Ecclesiæ fauor extenditur ad pauperes.

ptiuorum

ptiuorum de Sacrosanct. Eccles. quæ illam legem exorbitantem loquentem in Ecclesia extendit ad pauperes. Adde Tiraq. de priui. piæ ca. in præfa. Nonò facit, quod dicunt doctores ibi & alibi quod omnia priuilegia concessa Ecclesiis extenduntur ad pauperes &c. & uide quæ allegat Alex. in d. l. miles. Decimò, posses adducere gl. cum ibi plenè notis in. l. ob æs. C. de præd. minorum. & per alia poteris fundare. Vndecimò probo, quando tractatur de fauore publico fit extensio in exorbitantibus, & ad hoc allegatur glo. in d. l. illud. sed relictum pauperibus dicitur relictum in honorem Dei, Deum 14 autem honorari uel uenerari cuiuslibet interest & sic publicè ut. l. Manichæos. C. de hære. not. in. §. sequens inst. de actio. ergo relictum pauperibus extenditur quemadmodum relictum factum Ecclesiæ. Duodecimò, quia quemadmodum Ecclesiæ non currit perscriptio, nisi quadraginta annorum, & hoc est exorbitans ut patet, eodem modo in pauperibus ut in c. 2. & ibi Abb. de præscrip. & per Ias. in auth. quas actiones in princ. de Sacrosanct. Eccles.

14 *Deum honorari cuiusque interest.*

Præterea quòd ualeat relictum factum pauperibus & si sit incertum, est exorbitans & speciale d. l. id quod pauperibus. tamen extenditur ad Ecclesiam & è contra ut per dd. ibi & Alex. in. l. ita stipulatus. 1. col. ff. de uerb. obliga. Tertiodecimò tex. in. §. item mixta. ponit unum speciale & exorbitans in Ecclesia ut ibi patet, tamen extendit ad relictum factum Deo, ut ibi per gl. sed relictũ pauperibus dicitur relictum Deo ut dicit Paul. in d. l. id quod pauperibus. & illa est ratio secundum eum ibi, quare ualet, licèt incertum: ergo habeo intentum quod d. l. si ita scriptum extensa ad Ecclesiam habet etiam locum in pauperibus. Quattodecimò, ad idem potest allegari glo. quam Bar. ibi dicit esse menti tenendam in l. sancimus la. 1. C. de Sacrosanct. Eccles. & hæc sufficiant quò ad primum & principale notabile, quod colligitur ex d. l. ambiguitatem. Ex hoc ergo infero singularẽ limitationem ad. l. talis scriptura. ff. de leg. 1. & l. dies incertus. ff. de cond. & demonstr. ubi dicitur quòd dies incertus conditionem in testamẽto facit, quia dico quòd est uerum, quando dies incertus apponitur de per se, secus si apponatur simul cum die certa, quia tunc facit diẽ & non cõditionem. casus est singularis in d. l. ambiguitatem. C. de usufr. & sic dies incertus ratione adiuncti perdit uires suas, & dies certus, qui dicitur dignior attrahit ad se diem incertum & facit illum esse de natura diei certæ. & ex hoc infero & pondero ad aliud quòd si alicui relinquitur libertas & aliud legatum & sic permiscẽtur in eadem oratione, quòd tunc aliud legatum sortitur naturam libertatis. ex quo infertur in specie quòd si relinquo libertatem & aliud legatum simul alicui cum Titius peruenerit ad decem annos quòd utrunque legatũ erit in diem ratione libertatis, cui adiungitur, quam sic relictã constat esse in diẽ, & non conditionalem. Contrarium tamen est uerum non obstante hac inductione, quia est casus in terminis ut supra dixi in. l. si ita scriptũ, de manumis. testamento. tamen ibi non allegaui hunc tex. qui non obstat, quia hic loquitur, quando tempus est appositum ad extinctionem legati, ibi autem ad substantiam, interque est maxima differentia ut suprà dixi pondera tamen prædictam inductionem. Ex hoc etiã tex. sic inducto infero aliud nouum quòd ubi in aliqua dispositione interueniunt duo, quorum alterum prodest, alterum nocet, inspicitur illud, quod prodest, nõ illud quod nocet. patet, nam ibi interueniunt duo scilicet dies certa & incerta; & dies certa prodest, quia facit legatum transmissibile, incerta autem nocet, quia impedit transmissionem: & tamen si simul ponantur faciũt diem & non conditionem. & sic hoc est contra regulã. l. Pedius in princ. ff. de arbi. & l. 3. §. fin. & ibi Bar. ff. ad Syllan. ubi habetur quòd quando in aliqua causa interuenit causa, quæ prodest, & causa quæ nocet, inspicitur illa, quæ nocet, hic dicitur contrarium ut suprà induxi. & si dicas illa regula est uera in indiuiduis & inseparabilibus, fateor, & sic debet intelligi: tamen dico quòd & hoc in casu est quid indiuiduum: nam est solum unum relictum & in una eademque dispositione, nec potest unum ab altero separari, quia sic destrueretur totum legatum posses dicere quòd illa regula est uera, nisi concurrat fauor testamenti, nam tunc ut testamentum conseruetur, inspicitur causa, quæ prodest & non quæ nocet, ut dicit nobiliter Ias. post glo. in. l. 3. C. de inofficioso testamento. ultima col. sic in proposito scilicet ut conseruetur legatum &c. Sed ista solutio non satisfacit mihi, quia quòd conseruetur legatum uel non, nihil facit ad ualiditatem testamenti, cum testamentum non pendeat a legatis, cùm & sine his possit esse testamentum, sed ab hæredis institutione confirmatur, per ea, quæ notabiliter dicit Ias. in. l. uenia. C. de in ius uoc. 2. col. cũ similibus. quare dicas quòd regula prædicta est uera, quando interuenit una causa, quæ prodest & alia, quæ in totum nocet, uel destruit, tunc inspicitur ea quæ nocet, nisi uertatur fauor testamenti: sed in casu nostro non est sic, quia non interuenit causa quæ nocet uel destruat in totum, licèt uerum quòd una istarum causarum magis prosit quam alia, tamen nulla istarum destruit legata in totum, nam siue apponatur dies certa, bene ualet legatum, siue etiam incerta tunc etiam ualet, licèt primo casu sit transmissibile secundo non, ut patet. & isto casu si simul ponatur inspicimus causam, quæ magis prodest, & iste est casus d. l. ambiguitatem. quem nouiter ad hoc pondero & noto. uel posses aliter soluere quòd quando una causa est potentior altera, semper illa inspicitur. ut uoluit Bar. in d. l. 3. §. fi. ff. ad Sylla. sic in proposito dies certa est potentior quò ad legatum quam incerta: unde nimirum si illa inspicitur & non dies incerta. & potest esse bona solutio. præcedens tamen puto quòd sit uerior. & hoc bene nota, quia non tacta per alios.

Tertiò, & ultimo nota quòd 15 dies incertus non facit conditionem, si testator non uult quòd faciat cõditionem ut d. l. ambiguitatem de usufr. ex quo ego infero aliam limitationem ad d. l. dies incertus. cum suis concord. de cond & demonstr. & ex hoc ego etiam nouiter infero uerum intellectum ad. l. in conditionibus. in primo eo titulo. ubi tex. dicit quòd conditio quæ non est conditio facit conditionem, si testator uult. & non est alibi secundum Bal. in. l. 1. & fin. in princ. C. de cad. tollen. in casu contrario scilicet quòd eodem modo dies incertus, qui de sui natura facit conditionem. d. l. dies incertus. non facit conditionem, quando testator non uult quòd eam facit, & alibi dicit Bal. non faciens mentionem de illo tex. nec de isto quòd licèt 16 legatarius decedens pendente conditione legatum non transmittat. l. 1. §. sin autem cum similibus. C. de cad. toll. est uerum, nisi testator uelit quòd transmittatur, quod est notandum. ista dicit Bal. in. l. 1. C. ut actio ab hæredi. 1. 2. oppositione, & uide ibi per eum eadem. l. circa fi. Aduerte tamen. quia non uideo bene inducere pro simili quòd non loquitur in casu ita dubitabili, sicut d. l. in cõditionibus. patet. quia 17 magis est aliquid in esse producere quam productum destruere ut notabiliter uidemus. ergo magis est facere quòd sit conditio illa, quæ non est ut d. l. in conditionibus. quam destruere illam, quæ est. sic dicimus in simili, *Facilis est descensus Auerni, sed reuocare gradum, &c.* Vt notatur in. l. 2. ultima glos. C. de libe. & eorum libe. facit glos. in. l. 2. de uerbor. signific. ff. quæ dicit quòd 18 sol difficilius ascendit in mane quàm descendit in sero. & sic difficilius est aliquod creare quam creatum destruere. facit tex. & quod ibi notatur in. l. 1. §. 1. C. de rei uxor. actio. uerbo multo magis. Sed pro me facit, quando dicimus, *Non minor est labor quàm quærere parta tueri.* Vt notatur in. l. si pater. §. in arrogationibus. ff. de adoptio. & in. l. 3. in fin. ubi tex. C. de naturalib. & notatur in authent. ut

15 *Testator potest facere ut dies incertus non faciat conditionẽ & ut conditio quæ nõ est conditio conditionẽ faciat.*

16 *Conditionalia ut transmittantur facere potest testator.*

17 *Ascensus quàm descensus difficilior.*

18 *Sol difficilius ascendit quàm descendit*

hi qui

hi qui obli.se habere perhi.res mino.§.pe.col.6.ad idem quia solennitas requisita in actu construendo requiritur in eodem destruendo ut.l.hæredes palam.§.si quid post. ff.de testamentis.ergo uoluntas,quæ sufficit circa conditionem construendam uel inducendam ubi non est.d.l. in conditionibus. sufficeret ad eam destruendam, ubi est,ut in.l.nostra.facit in simili.l.si ut proponas.la.2. C. de nup.&.l.seruitutes.§.si sublatū.ff.de serui.urba.præd. cum multis,quas ibi allegaui. Modò pro complemento materiæ quæro, quis sit effectus huius inuestigationis,scilicet, an legatum sit in diem, uel conditionale? Respondeo primus effectus est, scilicet quòd si sit in diē transmittitur ad heredes, quādo legatum est tale,quod de sui natura potest transmitti. nam in.l.ista bene transmitteretur,si non esset legatum de usufructu, quod non est transmissibile ad idem.l.si cui legetur.§. hoc autem de leg.1.&.l.ex his.C. quando dies lega.ced.cum simi. sin autem esset conditionale secus, ut dictis iuribus. Sed an hoc sit uerum etiam si legatarius 19 sit de liberis, scilicet quòd legatum conditionale non transmittatur.

19 Conditionalia an transmittātur fauore liberorum pot.q.

glo. singularis tenuit quòd etiā si sit conditionale transmittit in.l. his cus. de actio. & oblig.addo similem in.l. in personam.C. de fideicommis. & aliam,quam nemo al legat in.l.qui patris.de acq.hære.ff. glo.mag. ibi uel hic suus substitutus. Contrarium tamen est uerū & istud tenet gl.in.l.1.C. de his qui ante aper. tab.& ibi Bar.& doctores & in.l. hæredes mei.§.cum ita.ad trebellia. & ibi Bar.& addo similem in.l.cum pater.§.hæreditatem. de leg.2.& tex. rectè intuenti in.§.sin autem de cad.toll. & ibi ponderat Bal.sed ante eum originaliter ponderauit Bar.in.l.1.de leg.1.3.col.& ego addo aliū tex. quem reputo singularem in d.l.si cui.§.hoc autem.ff.de leg.1. uerbo quòd si testamenti &c. & probatur etiam in.l.in personam.C.de fideicommis.& est uera sententia. Sed concesso quòd legatum conditionale non sit transmissibile, an saltim 20 sit cessibile? istam quæstionem non legi tactam per aliquem sed uidetur dicendum quòd quemadmodū non potest transmitti, eodem modo nec cedi primò,per tex.singularem in.l.ex pluribus.de admi. tuto.ubi est tex. quòd ea,quæ non possunt transmitti ad hæredes non possunt cedi: sed in nostro casu legatum conditionale non potest transmitti,ergo nec cedi. Secundò probatur a fortiori, uniuersale enim fideic. est transmissibile.l.apud Iulianum.§.utrum. cum sequenti. &.l.cogi.§. idem Metianus.ff.ad trebel.l.3. C. de fideicommis. & ibi uide Ias. & tamen non potest cedi, casus singularis in.l.similiter.§.ex asse de iure dot. si ergo ius fideicommissi quod est transmissibile, non potest cedi.d.§. ex asse ergo à fortiori, quod non est transmissibile, ut est legatum conditionale non poterit cedi. Tertiò probatur in.l. si stipulatus fuerim in princip. de uerb.oblig.ff.ubi est tex. quòd ius eligendi non potest cedi, & tamen potest transmitti, ut ibi: ergo facilius fit transmissio quàm cessio, si ergo legatum conditionale non transmittitur,quod scilicet transmittere fit facilius in d.l.ergo à fortiori non poterit cedi. Quartò probo per id quod dicit Bar.in.l.si minoris.2.col.ff.de admi. tuto. ubi dicit quòd ideo beneficium restitutionis potest cedi, quia est transmissibile ad hæredes.l.non solùm.ff. de in integrum restitutione.titulo generali.ergo cessio & transmissio iudicantur à pari secundū Bar. si sic, ergo quemadmodum legatum conditionale non potest transmitti, eodem modo nec cedi. Incontrarium tamen facit, primò tex.in.l.1.&.l.cum proponas.C.de pact.&.C. de transa.l. de fideic.ubi ius fideicommissi conditionalis & sic non transmissibile potest tamen pacto remitti uel cedi & sic contra prædicta. Secundò facit gl. notabilis & quòd ibi per doctores in.l.fi. C.de hære. uel actione uendita. ubi glo. tenet quòd actio mihi competitura potest à me uendi uel cedi, & tamen certum est quòd actio competitura non transmittitur, quia non est in bonis nostris. ergo &c.l.pretia rerum. ad.l.falcidi.

20 Legatum conditionale non potest cedi.

Tertiò, facit, quia rem alienam non possum transmittere, ut est notum. quia non est in bonis meis. & facit regula.l.nemo plus iuris &c.& tamen rem alienam possum cedere uel uendere.l. rem alienam.ff. de contrahenda empt. Quartò facit.l.emptione.§.fi.cū.l. sequenti.ff. de actio. empti.&.l.nec emptio.ff. de contrahenda empti.ubi iactum de futuro possum cedere uel uendere, & tamen certum est quòd illum non transmitto ad hæredes: ergo falsum est dicere non est transmissibile, ergo nec cessibile. per suprà dicta. Quintò facit quia spē futuræ actionis bene possum donare, & cedere, & uendere.l.spem.C. de dona.l.nomina &.l.multum.ff.de hære.uel actione uend.cum similibus. & tamen spem futuræ actionis non possum transmittere, nisi sit spes ratione contractus.§.ex conditionali inst.de uerb.oblig.ergo non ualet consequentia,non est transmissibile,ergo nec cessibile.& ista pars posset multis modis fundari. & istā partem puto ueram. Restat contrariis satis facere, & pro euidentia considero, quod aliquid non est transmissibile, potest contingere uno de duobus modis.Primò,quod non est transmissibile.s.sui natura, ut quia cohæret personæ.uel. secundò quod non est transmissibile, scilicet, ex accidenti. Primo casu, quod non est transmissibile, non quoque cessibile est. & ita intelliguntur quasi omnia contraria, secundo casu intelliguntur allegata. Secundo loco declaro, pupillus habet priuilegium contra suum tutorem, ut præferatur aliis creditoribus in personali actione & hoc priuilegium datur personæ suæ, non causæ, hoc ergo cùm cohæreat personæ, non potest transmitti, ergo à fortiori nec cedi. & iste est casus singularis in.l.ex pluribus de admi. tuto. Si autem non posset transmitti ex accidenti,tūc secus,uerbi gratia, legatum mihi relictum de sui natura est transmissibile immo quod est plus acquiritur ignoranti & transmittitur ab ignorante.l.à Titio.de fur.l.cum pater.§. surdo de leg.2. cum simil. tamen si apponatur contradictio à testatore impeditur transmissio.§. sin autem de cad.coll.ergo quod non transmittatur, non procedit à sua natura, sed ex illo accidenti, scilicet ex appositione conditionis. isto ergo casu licèt aliquid non sit transmissibile nihilominus est cessibile. ut patet in d.l.i. &.l.cum proponas. de pact &.l. de fideicommisso. C.de transa.ad secundum scilicet ad.l. similiter.§.ex asse de iur. do. Respon. quod illo casu est diuersa ratio in transmissione & cessione,& ideo nimirum quod prohibeatur cessio,quamuis permittatur transmissio. Quod autem sit diuersa ratio, patet ex uerbis Pau.ad quem te remitto, quia bene declarat in.l.Sancimus.C.ad trebe. Ad tertium.s. ad.l. si stipulatus fuerim.dic eo modo.s.q est diuersa ratio, ut patet ex uerbis Alex.in.d.l.si stipulatus fuerim. in princ. ad quartum responde per te,uel dic quod non procedit argumentum Bar.in.d.l.si minoris.quia loquitur affirmatiuè, scilicet est transmissibile ergo cessibile, quia est contra.d. §. ex asse & ita ibi dicit Alex.in apostil.ad Bar.& in.d.l. si stipulatus fuerim. Cùm ergo dictum Bar.ubi suprà non sit uerum, non potest ex eo argumentum sumi.& sic remanet satis factum argumentis.& prædicta nota, quia non inuenies tacta & sic me expedio, de primo effectu resultat an legatum sit in diem, uel conditionale, alios potes per te colligere. uerbi gratia, legatum in diem statim debetur & potest peti, secus in conditionali ut dixi in principio.

Tertiò, quia in legato 21 bonorum ueniunt bona præsentia & in diem, non autem futura & sic conditionalia.l.si ita legatum.ff. de aur.& arg.lega. Quartò,q qui donat bona sua non uidetur donare conditionalia, & idem in uenditore. ut notatur in fi.l. C. quæ respig. obliga. possunt. Quintò quia in publicatione bonorū non ueniunt futura, & sic conditionalia.l.si mandato.§. his cuius.ff.mandati. facit.l. intercedit. de conditionibus & demonstra. notatur in.l.non ad ea eodem titulo. Sextò, colligitur ex.l.si stipulatus fuerim.§.i. &

21 Futura quando ueniant in dispositione.

l.si à

l. si à colono de uerborum obligationibus. ex quibus patebit quid sit respondendum in legato dotis, nam 22 legatum dotis uel dotis causa alicui mulieri factum censetur conditionale, nec debetur nisi matrimonium sequatur. ut in. l. Publius Meuius in princ. ff. de condi. & dem. tenet Gualden. de arte testandi titu. 6. caute. 51. Barbà. per tex. ibi in. l. Titio centum. §. Titio genero col. 2. ff. de condi. & dem. est communis opin. secundum Paul. ibi col. 3. est communis secundum Corne. consi. 229. lib. 4. Bal. Nouellus de dote in. 6. parte priuilegio. 50. Couar. in. c. 3. num. 11. de testamen. disputat Ias. in. l. si Titio. nume. 12. ff. de leg. i. Nam & similiter tempus certæ ætatis appositum in persona honorati inducit conditionem facitque relictum conditionale. l. si cui legetur. §. i. ff. de lega. i. l. si mater. ff. de uulga. quia incertum est, an aduentabit uel non, sic & in hac specie, quia id incertum est, an illa nuptura sit nec ne, non potest id legatum non uideri conditionale. Contrarium ut sit purum tenet Imol. in. d. §. Titio genero nume. 7. & nume. 10. ubi dicit quod ista est communis opin. quam & tenent alij non pauci per eum & eos de quibus supra relati, quasi illa uerba centum Titiæ nomine dotis, uel ut inde se dotet lego. non inducant necessitatem præcisam nubendi & ueluti consilium quodpiam, quod non astringit necessitate legatariam significare uideantur. argum. l. cum pater. §. mando. ff. de lega. 2. l. filiusf. §. diui. ff. de leg. i. l. Titio centum in prin. ff. de conditi. & demonst. l. 2. C. de usucap. pro emp. sicque non tam præceptum quàm consiliû duntaxat nubendi illa uerba inducere uidentur, quod prætermitti potest ut. d. d. ll. nec enim dubium est quin huiusmodi præcepta, quæ non tam præcipientis quam ipsius cui fit præceptum respicere uidentur, possint prætermitti, cùm unusquisque possit fauori suo renunciare. l. pe. & l. fin. C. de pact. l. stipulatio ista. §. inter certam. ff. de uerbo. oblig. l. filius matrem. cum sua glo. C. de inoffic. testamen. id quod procedit in maioribus, non sic in minoribus, qui quod eorum fauore à testatore iussum est prætermittere nequeunt. d. l. Titio cêtum. in pri. ubi utrunque probatur. d. l. 2. C. de usucapt. pro empt. Sicque & forti non inscite superiores uarietates possent conciliari. Quòd si tale legatum dotis expressam haberet conditionem, puta 23 filiæ meæ centum lego, si nupserit, quòd si monachetur quinquaginta tantùm ei lego. sunt, qui uelint eam centum habituram, etiam si monasterium ingrediatur. ita Bar. in. l. fio. ff. de his quæ pœnæ nomine. estque communis opin. secundum Felinum in. c. in præsentia num. 36. de proba. & est receptior opin. secundum Decium consi. 674. & in consilio 684. Ioannes Crotus in. l. nemo potest. ff. de lega. i. nume. 101. Sed contrariam partem ut quinquaginta tantùm non etiam centum habere debeat tenent Socinus in. d. l. fi. & Decius consilio. 419. num. 7. & sentit idê Decius in. d. c. in præsentia num. 48. & Ioannes Niuezanus in sua sylua nupti. fol. mihi 45. col. 2. & col. 3. & hæc pars ut uerior ita & æquior nobis uidetur. Nam prudês consilium testatoris animaduertitur non iniuria arbitrátis ampliore dote egere filiam nupturam quam filiam monachaturam & utrunque casum circumspexit, prospexitque, ac moderauit relictum iuxta necessitatem ac indigentiam, quam filia in alterutro casu habitura erat idque (ut nobis uidetur) nulli hominum indecens aut religioni pugnans, aut aduersum uideri iustè poterit; quinimmo ipsa religio esse debet cultrix iustitiæ. c. 1. §. i. de feudi alienatione. neque a iustitia & ab ipsa religio ne quicquam magis alienum inuenies quam uoluntati testatorum aduersari, cui moré gerere postquam aliud uelle non potest pijssimum est. l. i. C. de Sacr. Eccles. esseque debet regina, & dominatrix, ac legislatrix testatoris uoluntatas. auth. de nupti. §. disponat. l. in conditionibus primum locum. ff. de condi. & demonstr. testatoris autem uoluntatas filiæ monachanti quinquaginta tantùm non etiam centum dari uolentis in specie nostra dilucidior est, quàm ulla demonstratione egeat, & uirtute, pietate, ac iustitia religionem religiosaque loca non opibus & diuitiis præsertim impie quæsitis excellere decet. Neque ad rem pertinet. d. l. fin. ff. de his quæ pœnæ nomi. quia ut alibi docemur in specie nostra nihil pœnæ nomine ademptum uideri potest, nisi ademptum ridendus dixeris quod datum nunquam fuit: priuatio enim præsupponit habitum. l. decem. cum uulgaris. ff. de uerb. obliga. & pro nostra sententia facit. l. cum modestinè. ff. de lib. & posthum. si sciis inducere, dum ait, quia nec sub conditione mutatus intelligitur, qui in hunc casum natus est., qui non fuit testamento comprehensus.

22 *Dotis legatum an sit conditionale not. q.*

23 *Legatum duplum filiæ si maritaretur, quã si monacharetur, an si fiat monacha simplũ habitura sit. ard. q.*

De codicillis. §. xxx.

SVMMARIVM.

1 *Codicilli interdum reperiuntur in numero singulari.*
2 *Liberi etiam in numero singulari reperiuntur.*
3 *Codicilli quo tempore admissi.*
4 *Codicilli quid.*
5 *Probatio distat à rei essentia.*
6 *Codicilli nunquam pro forma exigunt scripturam, contra quamplures, etiam si id testator uelit noua declar. & quid in testamento.*
7 *Formam homo in testamento aut codicillis inducere nequit, noua decla.*
8 *Formæ legali nec addere, nec detrahere licet.*
9 *Codicilli nec iure regio exigunt scripturam pro forma contro nouiss.*
10 *Codicilli non requirunt ne testator diuertat ad actus extraneos contra Cern.*
11 *Codicillorum non sunt duæ species. contra Corne. & Greg.*
12 *Codicilli non exigunt quod testatoris in conspectu sint testes.*
13 *Codicillis testis fœmina admittitur.*
14 *Codicilli non exigunt testium rogatus.*
15 *Codicilli testes peregrinos admittunt.*
16 *Codicillus admittit testem compulsum. idem in tabellione.*
17 *Codicilli non exigunt testium subscript. aut signacula, nec quòd sint toti testamento præsentes.*
18 *Codicilli an admittant testes impuberes.*
19 *Codicilli testem surdum admittunt, uel etiam cæcum.*
20 *Codicillari an liceat de rebus tantùm alienis.*
21 *Institutio an in rebus alienis fieri possit.*
22 *Codicilli non admittunt captionem.*
23 *Codicilli non uitiantur liberorum præteritione.*
24 *Codicilli ipso iure uitiantur cancellatione.*
25 *Codicillorum ualiditatem impedit clausula derogatoria.*
26 *Codicilli an exigant consumatam uoluntatem.*
27 *Codicilli duobus testibus contenti sunt in quampluribus casibus supra enumeratis.*
28 *Codicillis sufficit solemnitas testamenti utcunque per statutum exigua requiratur.*
29 *Codicilli admittunt interpretationes, quas lex facit, in testamentis.*
30 *Conscientiæ in foro an ex minus solenni uoluntate teneatur quis legata præstare? ardua. q.*
31 *Ratione legis cessante in particulari, an cesset ipsius legis dispositio? ardua. q.*
32 *Codicillari an possit is, qui per statutum testari uetitus fuit? ardua q.*
33 *Pupillaris subst. an codicillis possit reuocari.*
34 *Codicillorum tantùm uim ut habeat testamentum an testator iubere possit?*
35 *Testamentum nuncupatiuum an ut ualeat tanquam con*

ditum in scriptis, uel contra, testator possit iubere.
36 Testam. quod à filio erga parentes fiebat, an ualeat ut codicillus not. q.
37 Codicillaris clausula an prosit quo ad uitium præteritionis. ard. q.
38 Codicillaris clausula quare à lege regulariter non inducatur.
39 Testamentum inter liberos ratione uoluntatis an ut codicillus ualeat, ardua. q.
40 Testamentum imperfectum ratione uoluntatis an pias ad causas ualeat? ard. q.
41 Libertas, pia causa, amicitia, an inducant clausulam codicillarem? arduæ quæstiones.
42 Codicillis relicta an desiderent hæreditatem ab intestato adiri ard. q.
43 Codicillaris clausula an testamento inter liberos semper inesse uideatur ard. q.
44 Testam. etiam nuncupatiuum minus solenne an ualeat inter liberos ardua. q.
45 Testamentum inter liberos an uideatur habere claus. derogatoriam & claus. si non ualet quod ago, ut ago &c.
46 Testa. minus solenne inter liberos an exigat quod sint æqualiter honorati ard. q.
47 Intell. auth. ut cum de app. cogn per totam & auth. non licet. & auth. ex causa. C. de lib. præt.
48 Codicillaris clau. in testamẽto inter liberos apposita an tueatur si testamentum ex præteritione uel exhæredatione irritetur.
49 Intell. l. sicut certi. l. si cum uel in utero. C. de mil. test. l. Titius. ff. de mil. test.
50 Intell. ad tit. ff. de lega. præst.
51 Pupillaris an conseruetur irritato per præteritionem testa. & quid in legatis relictis in principali testamento, uel in pupillari, & quando conseruentur legata & si hæreditas adita non fuerit.
52 Codicilli priores an posteriobus ipso iure infirmentur.
53 Codicilli an decennio senescant.
54 Codicilli an posthumi agnatione rumpantur.
55 Codicilli infirmantur arrogatione.
56 Codicilli cancellatione pereunt ipso iure.
57 Codicilli pænitentia occidunt ipso iure.
58 Codicilli per filii præteritionem non uitiantur.
59 Codicilli hæredis repudiatione an occidant.
60 Codicilli pereunt, si hæres uiuo testatore decedat.
61 Codicilli an pereant si modus uel conditio ab hærede non fuit expleta uel decessit ea pendente.
62 Codicilli an pereant hæreditate non adita.
63 Legitimi remotiores an uideantur habere uoluntatem defuncti. ardua. q.
64 Codicilli an suitate confirmentur not. q.
65 Codicilli aditione confirmati an restitutione infirmentur.
66 Codicilli an infirmentur repudiatione eius, qui semel adierat.
67 Codicillos an perimant capitales inimicitiæ.
68 Codicilli an condemnatione capitali uel captiuitate pereant.
69 Condicilli pereunt si codicillans uendidit se se, uel fuit deportatus, uel proscriptus uel ad bestias, uel ad metallum damnatus, uel aqua & igni interdictus, uel si fuit obses, uel damnatus ob carmen famosum, uel reus maiestatis, uel si hæc contigerunt in eo, qui codicillis fuit honoratus.
70 Codicilli an pereant si ibi honorati faciunt pactum de futura successione.
71 Codicilli pereunt in multis casibus hic relatis.
72 Codicilli an pereant monachismo, uel agnatione posthumi ueri. uel interpretatiui.
73 Codicilli an conualescentia testantis infirmentur & an condemnatione rupti secuta restitutione uires resumant.
74 Codicilli ex parte infirmantur per bon. poss. contra tab. liberti & per bon. poss. contra tab. filii emancipati.
75 Codicilli an oppugnentur querela uel legitimæ supplemento.
76 Codicillis pater se iusta indignatione filium præteriisse expressit an ei proficiat.
77 Codicilli pereunt si testes in eis adhibiti eis aduersentur.
78 Codicilli an muto fiant.
79 Codicilli errore & incertitudine pereunt.
80 Codicilli euanescunt in casibus hic subiectis.
81 Codicilli pereunt si tempore mortis codicillantis non super uiuunt testes ibi adhibiti.
82 Codicilli an pereant si in eis honoratus testatorem necauit ardua. q.
83 Codicilli etiam iurati possunt reuocari, & etiam si fiãt impuberi, uel dementi possunt reuocari.
84 Ratio in his, quæ sunt uoluntatis liberæ exquirenda non est.
85 Papa an possit beneficia adimere sine causa & quid in principibus sæcularibus.
86 Leges quando ligent iure poli, uel fori.
87 Iure gentiũ & naturæ omnes utimur à quo nisi ex causa recedere non licet.
88 Legis positiuæ transgressor interdum peccat, qui ea lege non lata non peccaret.
89 L. quæ sub conditione. ff. de cond. inst.



ERACTA testamentorum materia, superest, ut de codicillis agamus, qui in progressu successionum sunt reperti, ut illicu dicam. Codicilli 1 plerunque reperiuntur in numeru plurali ut per totum. ff. de iure codi. in rub. & in nigro & in rub. & per 1 *Codicilli*
totum. inst. & C. de codicill. Sed aliquando etiam in *interdum*
numero singulari reperiuntur. l. non codicillum. ubi no- *reperiun-*
tant communiter doct. C. de testam. Nam & similiter *tur in num.*
illa uox 2 liberi, quæ non reperitur regulariter; nisi in *singulari.*
numeru plurali, interdum tamen etiam in singulari nu- 2
mero eam proferimus. l. non est sine liberis ubi Alciatus *Liberi et.*
not. ff. de uerb. signific. Codicilli 3 eorumque usus *in num. sin*
iure ciuili introductus fuit temporibus Augusti, ut in *gulari re-*
princ. inst. de condicillis. Est autem 4 codicillus ul- *periuntur.*
tima uoluntas iners informis. quòd ultima uoluntas sit 3
docemur per totum. ff. de iure codi. per totum. inst. & C. *Codicilli*
eod. tit. Taurina. l. 3. l. fin. tit. 12. par. 6. l. fin. C. de codi. l. *quo tempo*
hæreditas. C. de his quibus ut indig. l. Scæuola. l. ff. ad tre *re admissi.*
bel. cum multis simi. quas allegauimus supra. §. 25. num. 4
1. Quod sit informis, patet in. §. fin. inst. de codicillis. *Codicilli*
ibi & nullam solennitatem ordinationis desiderant. Ne *quid.*
que ad rem pertinet quòd quinq; testium interuentum
exigant ut in. l. fin. C. de codi. l. fin. cum simi. C. de don.
ca. mor. Nam id non ad formam sed ad probationem 5
spectat. Et aliud 5 est probatio, aliud rei qua de agi- *Probatio*
tur forma, & essentia, ac substantia. l. duo sunt Titii. ff. *distat à rei*
de test. tut. ibi non ius deficit sed probatio. Nec enim *essentia.*
egu esse uir desinerem etiam si fæmineis uestibus indutus incederem, nec illa fæmina nomine Ioanna, quæ (ut Platina de Pontificum uitis & Petrus Mesia de uitis Cæsarum referunt) summum Pontificatum & adepta fuit & gessit, desiit esse fæmina etiam si mentitas uirorum uestes cùm gestaret uir reputata fuerit. Non quoque Barbarius Philippus, qui præturam Romæ gessit iuxta. l. Barbarius. ff. de offi. præto desiit esse seruus etiam si liber communi conuitium errore reputatus fuerit. idemque in teste illo, de quo in. l. j. C. de testam. falsum

enim

enim quod est nihil est, ut plenè disseruimus suprà.§.17. num.65.de succ.crea. Itaque de probatione ad verũ essentiam arguere ineptum est. Unde apparet non parum apertum fuisse errorem gl. Alberici, Alexandri, Iasonis & Cornei col.3.in l.fin.C.de codi. & Gregorii Lupi in l.fin.tit.12.par.6. existimantium, quòd si 6 codicillus fiat in scriptis tunc pro forma ipsius desideraretur (inquiunt) testium subscriptio, inde deficientibus eorum subscriptionibus codicilli eneruarentur, neque id uitium purgaretur aut suppleretur per eorum testium attestationes. Sed longè uerius est eos codicillos in sui essentia ualidos fuisse probarique per ipsorum met testium depositiones eorum substantiã & tenorem posse, cùm testium interuentus eorumque subscriptiones cùm in scriptis codicilli fiunt ad probationem tantùm, non etiam ad essentiam ipsorum desiderentur. ut plenius edocemur suprà.§.35.num.23. Nisi quando constitisset testatorem uoluisse, ut codicilli non aliter ualerent quam si solennium testium interuentus & subscriptiones adessent, ut ibi diximus: quo casu si abfuissent, codicilli irriti essent ex uitio formę omissæ ut ibi scripsimus. Sed modò non inelegantèr defendi potest ut etiam isto casu uerum sit codicillos non ualere quidem, Verum tamen non tam ex defectu formæ ualere desinere quàm ex defecto uoluntatis ipsius codicillantis. Unde si ipsemet testator, qui protestatus fuerat se nolle eos codicillos ualere, nisi & quinque testes & eorum subscriptiones haberent, postea peniruit illius protestationis & cum uideret se codicillos fecisse non seruato protestationis tenore neque adhibitis testium subscriptionibus declararet se uelle ut adhuc tales codicilli & si testium subscriptionibus carerent, ualerent, tunc hi codicilli ualere inciperent, quia sola testatoris uoluntas, quæ defuerat redit; sicque nihil deest, ut in simili docemur suprà.§.55.nu.104.uersiculo ergo et tandem. Nec tunc omnia ex integro agenda essent prout agi necesse esset, si testium subscriptiones in codicillis pro forma ex iussu testantis desiderarentur sicque est corrigendum quod ubi suprà scripsimus. Unde si aliorum errata notauerimus nõ mireris, quando & nostra & ingenuè fatemur & libenter ad uiam ueritatis reducimus. Confirmatur opinio nostra, nam sola lex potest dispositionibus formam præcisam inducere, quam citra ultraue nequeat consistere rectum. ut plenissimè egimus suprà. §.4.per totum per.l.nemo potest.cum simi.ff.de lega.j. iuncta.l.ad testium.§.si quis ex testibus.ff. de testam.l. hæredes palàm. in princ.&.§.j. eod. tit. quia forma est, quæ dat esse rei.l.sed & si quis rem.§.Iulianus.ff.ad exhib.l.si quis in fundi uocabulo.ubi per omnes.ff.de lega. j. Homo autem 7 formam inducere nulla in re potest, nisi legis authoritate. Unde etiam si milies protestatus sim me nolle ut meum testamentum ualeat, nisi habeat uiginti testes & totidem fortè tabelliones, tamen si postea testatus sui cum solenni tantùm numero dicens me iam pænituisse prioris propositi & uoluntatis ualebit testamentum.l.si quis in principio testamenti.ff. de lega.3. ubi plenè per Bar.& alios.l. si mibi & tibi.§.in legatis. ubi plenè per Alex. & Ias.in utraque lect.ff. de lega.j. & hoc est quod dici solemus, formæ 8 cuiusque rei per hominem nihil addi posse, neque etiam adimi. quia si quid addideris non quidem pro forma incommutabili erit, sed tantùm pro uoluntate: Unde uoluntate mutata & illud pro non adiecto habetur, & tamen si pro forma foret ex hominis uoluntate mutari non posset. ut ex communi opin. resoluimus suprà.§.14. num. 109. Et huc spectat gl. communiter ibi app. in.§.j.inst. de uerb. oblig. quæ uult quòd si inter me & te conuenit ut dicendo A. intelligeretur interrogatio & resp.B. intelligeretur responsio promittentis, non per hoc induceretur stipulatio; quia forma stipulationibus à lege data non subiacet priuatorũ arbitrio. Ad princ. inst. de emp.& uend. responde quòd ibi nominatim fuit data illa forma à lege, quæ in reliquis dispositionibus inter uiuos locum non habet.

6 *Codicilli nunquam pro forma exigunt scripturã contra quã plures etiam si id testator uelit noua de clar. & quid in testam.*

7 *Formam homo in testam. aut codicillis inducere nequit, noua decl.*

8 *Formæ legali nec addere nec detrahere licet.*

Quid 9 autem iure regio, an testium subscriptiones pro forma in codicillis, qui in scriptis fiunt desiderentur? & suprà.§.25.in fine tenui cum Micha.cifonte contra Gregoriũ Lupum ad probationem tantùm non etiã ad formam desiderari.

9 *Codicilli nec iure regio exigunt scripturam pro forma contra nouiß.*

Sed 10 an ut in testamentis desideratur ne testator diuertat ad actus extraneos naturæ non necessarios.l.cũ antiquitas.C.de testam.l. furiosum.C. qui testam. facere poss. ita quoq; idem in codicillis desideretur? & Corneus in.l.fi.col.3.per tex.ibi uers. in omni.C.de testam. respondit desiderari. sed in contrariam partem proclitior sum, quia codicilli nullam solennitatem ordinationis desiderant d.§.fin.inst. de codi. ergo neque istam, & ita non parum utiliter extendo omnia iura & titulos de codicillis loquentia &.l.Taurinam.3.l.fin. tit.12.par.6. Nam & similiter actus inter uiuos non uitiaretur licèt cõtrahentes diuerterent ad actus extraneos ut infra docemur prope, ergo &c. quia bonum est argum.de contractibus ad ultimas uoluntates.l.seruum filii.§.eum qui chyrographum.ff. de lega.j.l.si diuortio. ubi plenè per Ias.ff.de uerb.obliga. Ex superioribus apparet suspectum esse, quod 11 Corneus & Gregorius Lupus ubi suprà tradiderunt codicillorum esse duas species, nempe in scriptis. & per nuncupationem, non secus quàm in testamentis. sed certè magis est, duas species codicillorum non esse, non magis quàm in contractibus, uel mandati uel commodati, uel depositi, precarii, pignoris, aut mutui, aut locationis, aut societatis, & cæteris id genus. qui licèt possint celebrari uel cũ scripturæ interuentu, uel sine ea, non propterea constituuntur duæ species, cùm quando ut scriptura fieret, conuenit, ea ad probationem tantùm non etiam ad formam regulariter pertinere uideatur.l. Publia.ff. depositi. nisi in contractu emphiteotico & similibus casibus specialibus scripturam exigentibus. Sed an 12 codicillus desideret testes esse in præsentia codicillantis, non aliter as que testamentum id desiderat, iuxta.l.si unus uerb.coram testatore.l.si non speciali.uerb.in conspectu testatoris. de testam.C. & utrobique per doct. & magis est, ut id codicilli non desiderent per d.§.fin. inst.de codicill. ibi, & nullam solennitatem ordinationis desiderant. Unde si testes probè intelligebant quod agebatur, licèt aliquid esset inter medium, ita quòd condicillantem nõ uidebant, condicilli adhuc ualerent. nam & contractus similiter ualeret. gl. & cõmuniter app. in.l.2.§.idẽ Labeo. ff.de aqua pluui.ar. Alex.& & Ias.in d.l.si non speciali.

10 *Codicilli non requirunt ut testator diuertat ad actus extraneos cõtra Corn.*

11 *Codicillorũ non sunt duæ species contra Corne. & Greg.*

12 *Codicilli non exigũt quòd testatoris in conspectu sint testes.*

Proinde 13 ut in actibus inter uiuos fæmina potest esse testis.l.qui testamento.§.mulier.ff.de testa.(licèt in testamentis aliud sit, ut in prin.inst.de testam.l.hac consultissima.C.eod.tit.) ita & in codicillis testis legitima erit, quia nullam solẽnitatem ordinationis desiderant d.§.fin. quod in specie tenent gl.& communiter doct.in d.§.mulier uerb.posse. Quod diximus non oportere testes esse in conspectu codicillantis id in specie tenent Ias. num.8. in d.l.si non speciali & ibi Alex.nu.7.& Machæsillanus not.123.

13 *Codicillis testis fæmina admittitur.*

Ergo 14 & si rogitus testium in testamentis desideretur d.l. hac consultissima & d.princ. inst.de testam. id quidem in codicillis, qui nullam solennitatem ordinationis desiderant d.§.fi. necessarium non erit, ut nos interpretamur, non magis quàm in actibus inter uiuos, qui talem testium rogitum non exigunt. ut tradunt communiter doct. in.l.Domitius.ff.de testamen. Illud 15 autem subdurius uideretur aliquantulum, eum, qui non haberet testamenti factionem passiuam in testem codicillis admittere (qualis esset testis peregrinus iuxta.l.j. C.de hære.inst.) cum testamento testis esse is non posset.§.testes autem.inst.de testam.l.9.&.l.10. tit.j.par.6. uerùm adhuc proclitior sum, ut codicillis sit legitimus testis, quia nullam solennitatem ordinationis deside-

14 *Codicilli non exigũt testium rogitus.*

15 *Codicilli testes peregrinos admittunt.*

rant d.§.fin. Neque ad rem pertinet quòd huius testis depositioni fortè tanta fides non adhiberetur, quanta si foret ciuis Romanus adhibenda esset, nā id nō pertinet ad formam, sed ad probationem, quæ aliúde suppleri potest. ut communiter tradunt doct. præsertim Alex. col. 2. & Ias. in. l. j. ff. de lib. & posth. Vnde si sex testes codicillis adhibui, quorum duo peregrini erant ualebunt codicilli, quia si quod uitium erat in testibus peregrinis sine dubio per ipsorum maiorem numerum supplebitur secundum eosd. & in simili per doct. in. l. solam. C. de testibus. quæ suppletio in testamentis non fieret, quia ibi ad formam desideratur testes esse ciues Romanos. ut nō parum utiliter docemus supra. §. 11. num. 17. cogita tamen.

16 Denique 16 & si testis. codicillo adhibitus esset compulsus, codicillus non uitiaretur quia nullam solennitatem ordinationis desiderat. ut. d. §. fi. licèt per testis compulsionem testamētum uitiaretur. l. qui testamento in fin. uerbis. ff. de testamentis. per quem tex. soleo tenere ipso iure esse nullum testamentum, quod testator ui compulsus faceret, & si doctores communiter uelint cōtrarium ut supra. §. 17. nume. 5. Vnde si testator testamentum in scriptis acturus tabellionem accersiri iussit isque tabellio coactus fuit, non rogatus, & si communis opin. sit testamentum esse ipso iure nullum ut disseruimus supra. §. is num. uers. his consequens, tamen in codicillis aliud foret, quia nullam solennitatem &c. ut. d. §. fin. Sta ergo in codicillis non desiderari testes esse masculos. Secundò non expedire quòd sint ciues Romani. Tertiò non oportere esse rogatos. Quartò, non oportere quod uideant codicillantem. Quintò, non esse necesse quòd testator continenter codicilletur.

Codicillus admittit testem compulsum. idē in tabellione.

17 Sextò, testium 17 subscriptiones non desiderari & si codicillus fieret in scriptis. Septimò non quoque testium sigilla necessaria erunt, non magis quàm in actibus inter uiuos, quia nullam solennitatem &c. ut. d. §. fi. quod uidentur uelle per tex. ibi gl. & communiter doct. in. d. l. fin. C. de codicill. Octauò non est necesse, quòd toti codicillo fuerint præsentes si modo loco absentium alii sufficiantur; unde si quinque testes uiderūt partem eorum, quæ à codicillante fiebant & alii quinque reliquam partem, ualerent codicilli. nam & in actibus inter uiuos idem foret. argum. l. Gallus. §. ille casus. ibi, quasi duobus legis capitibus connexis. ubi tradunt communiter doct. ff. de lib. & posthu. c. licèt ex quadam. de testibus Ias. in. l. cum antiquitas. nume. 15. C. de testamen. Bal. in. l. testium col. 5. C. de testibus. & tamen tale testamentum non ualeret, quia non potest membratim probari. l. cum antiquitas. & l. casus. C. de testamen. & utrobique per Doct. præsertim Ias. Parisi. consi. 33. lib. 2. num. 28. Corneus consi. 238. lib. 4. nume. 3. Sed cùm codicilli nullam solennitatem ordinationis desiderent, d. §. fi. non quoque hanc solennitatem desiderabunt nō magis quàm quisque actus inter uiuos, qui eam ut diximus non desiderat.

Codicilli nō exigunt testium subscrip. aut signacula nec quod sint toti testamento præsentes.

18 Nono 18 & si testam. non aliter ualeat quàm si testes sint ingenui. d. l. hac consultissima. d. prin. insti. de testam. sintque puberes ut. dd. iuribus tamen illa qualitas pubertatis in codicillis necessaria nō erit, non magis, quàm in actibus inter uiuos. Vnde nouissimè nonque parum utiliter aduerterem, quòd si codicillis sex testes interfuissent, quorum duo impuberes erant doli tamen capaces & honesti, codicilli ualerent. nam cum testium uitium aut idoneitas eorum numero suppleatur, si quod uitium in impuberibus erat, tamen cum iam essent pubertati proximi & honesti suppleretur per numerum, ut sic duo testes proximi pubertati & honesti (ut cuique bono uiro iustum uidebitur) non minorem probationem aut minus tutam facere uideantur quàm unus, qui nuperrime pubertatis annos attigisset. Sicque cum ad solam probationem non etiam ad formam pubertatis qualitas in testibus desideretur quò ad codicillos per. d. §. fin. dum ait nullam solennitatem &c. & in hac specie, non deminuta, sed satis plena probatio sit aut forte plenior quàm si quinque tantùm testibus etiam idoneis tales codicilli essent muniti, superest ut ualere intelligantur hi codicilli & plenè probati uideantur. Vnde eum de iis, qui quisque in puerili ætate intellexit, pubes factus possit deponere, præsertim si tempore quo illud uideras proximus pubertati & doli capax erat. ut plenè per Decium & Cagnolum in. l. furiosi. ff. de reg. iur. si tempore quo tales codicilli proferuntur iam impuberes illi, puberes facti erant, facilius possent codicillum probare, & eorum testimonium ad codicillos tuendos admittendum esset: quia codicilli nullam solennitatem ordinationis desiderant, sed solam legitimam probationem, quæ in hac specie satis plena esset. Nam & si non ignorem leges dicentes quinque testes in codicillis desiderari debere: intelligi de testibus habilibus. argumen. l. Titius. ff. de mili. testamento. quia qualitas adiuncta uerbo &c. ut per Bar. in. l. ex facto in princi. ff. de uulga. tamen similiter non est abnegandum quin per maiorem numerum testium eorundem defectus suppleatur ut sæpe dictum est, & in probationibus communis & uera opin. est non referre quid ea æquipollentibus fiat. ut per Ias. & Alex. col. 2. post alios ibi in. l. i. ff. de lib. & posth. per. l. i. §. si. ff. de dote prælег. eum simil. nam & in dispositionibus inter uiuos in quibus duo testes regulariter exiguntur. l. ubi numerus. ff. de testibus. c. relatum. i. c. cum esses. de testam. & utrobique per doct. tamen & in actibus inter uiuos minor eorum testium idoneitas per numerum superfluum suppletur, ut in. dd. locis habetur, ergo &c. Contrarium esset in testamento in quo, quia testes ad formā requiruntur, talis suppletio cessat ut iam diximus. quæ omnia nota, quia sunt non minus utilia quam noua.

Codicilli an admittant testes impuberes.

Decimò, & si te- 19
stamentum desideret ne testes sint surdi. §. testes inst. de testam. tamen in codicillis non aliter atque in actibus inter uiuos crediderim surdum admitti posse in testem, quia id in actibus inter uiuos uetitum non reperitur; Vnde censetur permissum. l. nec non. §. quod eis. ff. ex quib. cau. mai. l. i. ff. de testibus. l. super statuas. C. de religio. iuncto. d. §. fin. insti. de codici. dum ait nullam solennitatem &c. Qua ratione & 11. responderem cæcum (qui testamento testis esse non potest ut est communis opin. quam tenent Cynus Butrigari. Bar. Alberi. Bal. Angelus, Salicetus, Fulgosius, Alex. Corneus & Ias. in. l. si non speciali. per tex. ibi & in. l. si unus. C. de testam. Decius consi. 354. Corneus consi. 18. lib. 2.) posse tamen in testem in codicillis admitti, cùm & in actibus inter uiuos in testem admittatur, si notam habebat uocem contrahentium ut tenent Alex. nume. 6. Ias. nume. 7. & Corneus & alii in. l. si non speciali. C. de testam. & plerique eorum, quos supra retulimus.

Codicilli testem surdum admittunt uel cæcum.

Denique has undecim non parum utiles (ut nobis uidetur) declarationes intellige, primùm, quando testator ex professo codicillos tantùm non etiam testamentum facere instituit. ut per totum. ff. de iure codi. & per totum. C. & inst. eod. tit. Deinde intellige, etiam si testator testamentum facere instituisset, sed cùm animaduertisset quàm scrupulosa sit testandi forma adiecisset, ut, si sua dispositio iure testamenti ualere non posset, sustineretur saltem in uim codicillorum. iuxta. l. i. ff. de iure codic. quæ clausula hodie in plerisque testamentorum apponitur. nam si tale testam. aliqua ex causa ualere non posset, ualeretque ex testatoris præcepto in uim codicillorum, tunc testes minus idonei de quibus supra mentionem habuimus idonei essent hoc casu, non secus quàm si primordialiter & ex professo is cuius de successione agitur codicillos facere constituisset. Nam in tali specie duo sunt præcepta uel duæ dispositiones, altera testamenti eaque inutilis, altera codicillorum eaque utilis, nec utilis per inutilem uitiatur. l. 1. §. si quis ita. ubi notant Bar. & doct. in simili. ff. de uerb. obliga. Tertiò intellige, ut procedant dictæ undecim declarationes

tiones etiam in testamento minus solemni quod clausulã codicillarem non habuit, si tamen fuit inter positum iuramentum, uel testatoris secundum unum intellectũ, uel hæredis secundum alterum intellectum ad.l. cum pater.§.filius matrem.ff.de leg.2.ut per Paul.Castr.Cuman.& alios ibi. quasi uoluntas testantis ob eiusmodi illam uoluntatem colligatur. Quartò, intellige easdẽ undecim declarationes etiam si nec testamentum clausulam codicillarem haberet, nec iuramentum, si tamen testator expressit se nolle obseruationem iurisconsultorum custodire & obseruare, sed suam tantùm uoluntatẽ declarare & sequi.l.codicillis.§.fi. ff.de lega.2. Quintò intellige etiam in patre testante inter liberos quando eius dispositio in uim testamenti ualere non posset, sed tantùm in uim codicillorum argum.l.fi. C.fam. her. ibi, siue codicillus, siue epistola esse memoretur. Sextò has etiam undecim interpretationes intellige, etiam in codicillis, quos non sibi sed alteri facerét, puta, quia pater fa. pupillarem substitutionem faceret in codicillis filio impuberi, quo casu ea pupillaris ualeret quidem in uim tantùm fideicommissi uniuersalis, non etiam in uim directæ substitutionis pupillaris, quæ codicillis fieri nõ potest.l.Scæuola.ff.ad Treb.l.si fundum per fideicommissum. aliás incipit.l.si Titio pecunia.§. fin. cum lege seq.ff.de lega.1.nam talis codicillus ualeret substitutioq; illa in uim fideicommissi sustineretur etiam si nihil solennium de quibus suprà meminimus in illis codicillis adhibitum fuisset per.d.§.fi.inst.de codici.

20 Codicillari an liceat de rebus tantum alienis.

21 Institutio an in rebus alienis fieri possit.

Quid 20 autem si alienis in rebus tantùm non de rebus suis testator codicillaretue, puta, codicillos fecie mihique fundum alienum per fideicommissum reliquit, & disposuit præterea nihil, an talis codicillus ualeret? mouet quæstionem quòd 21 testamentum factum ita ut in rebus alienis duntaxat hæres scriptus fuerit nullius momenti est, ut tenet Paulus Parisius consi.26.ex tenore num.17.lib.2.tradunt doctores in.l.1.ff. de testamen.Bar.in simili in.l.codicillis.§.institutio.ff.de lega.2. Bal.in.l.1.C.quæ res pignori obligari possunt.Alex.consi.168.requisitis col.2.lib.2.Corneus cons.160.num.20. lib.2.argum.l.serui electione.§.cum fundus.&.l. Stichũ qui meus erit.ff.de lega.1.neque ad rem pertinet.l.1.§.si ex fundo&.l.qui alterius.ff.de hær.inst.ubi hæredi in re certa instituto reliquum hæreditatis accrescit. nam illud quando res erat testatoris, secus si aliena, ratio differentiæ quia portio hæreditatis accrescit portioni.l. si totam.ff.de acq.hær.dum modo sit eiusdem hæreditatis portio. nam inter res uel portiones diuersarum hæreditatum non est ius accrescendi, ut tradunt Bar. & cõmuniter doct.in.l.re coniuncti.ff. de lega.3. & in.l.huiusmodi.§. quibus per tex.ibi.ff. de lega.1.& in.l.pe.per tex.ibi cum sua glo.ff.de usufr.accres. Id quod admitti potest, quando hæres scriptus in re certa aliena nullum habuit cohæredem. nam si haberet alium cohæredem, à testatore (in rebus ipsius testatoris uel simpliciter nulla rerum facta mentione) institutum, tunc ille hæres in rebus alienis nominatim institutus loco legatarii haberetur.argumen.l.quoties.C.de here.inst.unde legati ad imaginem de re aliena facti ea hæredis institutio ualeret.argumen.l. non dubium.ff. de lega.3.l. cùm alienam rem. C.de lega.l. prædia. C. de fideicommis. l. si rea obligata. ff. de lega.1. & communiter doctores in dictis locis. Vnde & in specie nostra in hanc partem procliuior sum, ut talis codicillus factus de re aliena ualere non desinat, quia superest hæres legitimus, qui tale fideicommissum de re aliena in codicillis relictum teneb tur redimendo rem illam præstare. iuxta.d.l.non dubiũ d.l.prædia.d.l.cum alienam. nec est ulla ratio cur minus ualere debeat fideicommissum rei alienæ in codicillis relictum, quàm ualeret si testamento relictum esset, præsertim cum.dd.ll. generaliter loquantur sicque omnem ultimam uoluntatem comprehendant: estque declaratio non minus utilis quàm noua, quam intellige primùm in codicillis expressis & ueris, ut per totum.ff.de iure codicill.&. C.& inst.de codi. Deinde etiam in codicillis interpretatiuis, quale est, cùm in testamento minus solenni inter fuit iuramentum iuxta.d.§.filius matrem.uel quando in testamento minus solenni testator expresserat se nolle sequi anxiam Iureconsultorum obseruationem.ut.d.l.codicillis.§.fi. Postremò etiam si id fieret in testamento alieno. iuxta terminos.d.l.Scæuola.

22 Codicilli nõ admittunt captionem.

Quid si 22 codicillantis captatoria uoluntas fuit, & ut testantis captatoria uoluntas non ualet, ita & codicillantis nullius momenti erit; quia utrobique par ratio est, & quia captatoriæ uoluntates in legatis & fideicommissis non secus quam in heredum institutionibus infirmantur.l.captatoriæ.ff.de lega.1.l.captatorias.C.de mil.testamento.l.si quis Sempronium.l.illa institutio.ff. de hæredi.inst.qua de re plenè in simili per doct.in.dd. locis & per Didacum de Segura in.l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.de uulgari.per Decium consi.494.quod supra, nume.6.Andreas Tiraquellus in legibus connubialibus gl. 5.num.95.Calcaneus consi.107.nume.1.Couarub.in c. cum tibi de testam.Bernardus Diaz regula.195. Idq; intellige in codicillis ueris & expressis ut per totum.ff. C.& inst.de codicillis. Item etiam in codicillis interpretatiuis ut.d.§.filiuũ matrem.&.d.l.codicillis.§.fi.Postremò etiam si tales codicilli alteri fierent.ut.d.§. Scæuola.

23 Codicilli nõ uitiantur liberorũ præteritione.

Quid si 23 codicillos feci in quibus liberis meis nihil omnino reliqui, sed tantùm extraneis, an ualeant? mouet quæstionem, quòd liberis præteritis testamentum uitiaretur.l.inter cætera.l.pe. ff.de lib.& posthum. l.1.ff.de iniust.rup. in pr.inst.de exhær.lib.com simil.adhuc tamen magis est, ut codicilli ualere non desinant, quia nullam solennitatem ordinationis desiderant.d.§. fi.inst.de condi.sicque neque istam. nam, qui totum dicit, nihil excludit.l.Iulianus.ff.de leg.3.l.si is qui ducenta.§. utrum.ff.de rebus dubiis.& quia cum ipsi liberi ab intestato parenti codicillanti hæredes existant, cessat iniuria, quam potissimùm ab eis abesse legibus curæ fuit. authen.ut cum de appell.cog.§. sola enim. dum ait sola enim est nostræ serenitatis intentio iniuriam exhæredationis & præteritionis à parentibus & liberis auferre.l. Iulianus.ff.si quis omissa causa testam. Neque quo ad bona ullam læsionem sentient cùm saluis legitimis fideicommissa codicillis relicta præstentur.l.2.C.de codi.§. fi.&.§.pe.inst.de codi.d.l.si Titio pecunia.§.fi.cũ.l. seq. id quod intelligo primùm in codicillis expressis. ut per totum.ff.C.& inst.de codi.deinde etiam in interpretatiuis.ut.d.§.filius matrem.l.codicillis.§.fi.ff.de lega.2.Postremò etiam in codicillis factis filio testatoris furioso, qui liberos naturales haberet in quorum præiudicio fierent tales codicilli.

24 Codicilli ipso iure irritantur cancellatione.

Quid si 24 feci codicillos, quos postea cancellaui.& quin ualere desinant dubium non est; sed in eo tantùm quæstio erit, an per cancellationem ipso iure irritentur, an uerò ope tantùm exceptionis? mouet quæstionis quòd ope tantùm exceptionis testam. eneruaretur, non ipso iure.l.1.&.3. &.l. cancellauerat. ff. de his quæ in testamento delentur. ubi tradunt communiter doctores. sed magis est ut codicilli ipso iure irritentur, argum.l.3.§.fin.l.ex parte.ff.de adim.lega.l.militis codicillis.§. Veteranus.ff.de mil.testam.l.pe.§. testamento. ff.de bo.post.secundum tab.l.si iure.ff.de lega.3.ut enim nuda uoluntate eos fieri suprà diximus, ita & nuda uoluntate infirmari par est.l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur.c.omnia res eod.tit.l.fi.ff.de accep.§.fin.instit.quib. mo.toll.obliga.quòd intelligo tam in codicillis expressis quam in interpretatiuis & etiam in iis, quos pater filiis suis siue impuberibus, siue dementibus faceret, ut suprà in simili docemur.

25 Codicillorũ ualiditatem impedit clausula derogatoria.

Quid si 25 feci testamentũ in quo expressi, si quos fortè postea codicillos facerem me nolle ut ualerent, an postea facti ualebunt? & puto non ualituros nisi in eis

sit reuocata ea clausula derogatoria. argumento eorũ, quæ plenè tradunt Bar. & communiter doct. per tex. ibi in.l.si quis in principio testamenti.ff.de leg.3. Bart. Bal. Angelus Cumanus Paulus Castre. Aretinus Alex. Ias. & cæliqui in.l.si mihi & tibi.§.fi.ff.de lega.j. Quod intellige in codicillis tam expressis quàm interpretatiuis & siue eos sibi paterf.faceret, siue etiam liberis suis impuberibus, uel mentecaptis. ut proximè disseruimus.

25 Quid 26 si non fuit consumata uoluntas codicillantis, quia cùm destinasset pluribus de rebus disponere, de pautioribus morte præuentus disposuit. an codicilli ualebunt in eo quòd dispositum fuerat? mouet quæstioné quòd testamentum ubi ex integro testantis uoluntas cõsumata non fuisset, non ualeret.l. si is qui testamentum. ff. de testam. quia testamentum est quid indiuiduum.l. furiosum.C. qui testam. facere poss.l. cum antiquitas. C. de testam. & nihil actum esse intelligimus cùm aliquid superest agendum.l.pen.C.ad Syllani. & id perfectum esse intelligitur, quod omnibus suis partibus constat.l.j.ff.de origine iur. quod procedit etiam in testamento inter liberos, & etiam in testamento ad pias causas. ut plenè (quia ingens controuersia est) uidebis per Bar. in.l.fideicommissa.§.j. ff.de lega.3. idem Bar. in.l.si is qui testamẽtum. suprà all. uers. quæro quid si testator. & ibi Aretinus Decius cons. 159. casus num.3. Imola in d.l.si is qui testamentũ. Alex. in.l. hac consultissima.§. ex imperfecto. C.de test. & nominatim de testamento ad pias causas id firmat Imola, Aretinus & Decius ubi suprà Angelus in.§. ex eo, inst. quib. modis test. infirmen. Alexan. in.l.si certis annis col.1.C.de pactis. idẽ Alex. cons. 105. col.3. lib 4. Decius consi. 488. in causa & lite num. 8. ubi allegat Ananiam cons. 87. uisis & consideratis Bal. in.l.fi.C.fam.hær. Decius cons. 610. num.2. Cuius controuersiæ uera distinctio est, quòd si testator in quadam fortè schedula, aut scriptura, uel etiam uerbotenus coram testibus omnem suam uoluntatem uel scripserat uel narrauerat & testes idoneos accersiri iussit, & interea decessit, ea testamenta quasi integram & perfectam uoluntatem continentia ualebunt; non sic si nondum omne quod uolebat scripserat uel enarrauerat morte præuentus, tunc enim non tam testamentum fecisse quàm facere cæpisse testator uideretur, sicq; tale testamentum minimè ualere nec iura permittunt d.l.si is qui. nec ullius magis interest quàm ipsius testatoris tale testam. non sustineri ut in simili ait.l. diuus.ff.de mili. testam.§. planè inst.eod.tit. Sic ergo & in specie nostra, ut testamentum de quo agimus ita codicilli si cæpti tantùm fuerint & non ex toto quò ad uoluntatem consumati, nihil omnino ualebunt. Quod si omne quod uolebat testator aperuerat, sed interea dum testes aduentabant decessit, & tunc quidem ad pias causas uel etiam inter liberos ualebunt: regulariter uerò non sustinebuntur, quia cùm agitur de defectu uoluntatis testantis, uel codicillantis, quæ ratio est in testamento infirmando uel non sustinendo, eadem quoque ratio est in codicillis infirmandis uel non sustinendis, argum.l. fin.C. de codi. & l.si iure.ff.de lega.3. Sicque non oberit quòd codicilli nullam solennitatem ordinationis desiderent. nam intelligitur quò ad solennia, & quò ad formam conficiendi, non quò ad integritatem & perfectionem uoluntatis. Et quod dicimus de codicillis inter liberos uel ad pias causas conscriptis, idem quoque admittendum in iis, qui fierent coram principe, cuius præsentia superat omnium testium fidem. argum.l. omnium.C.de testam. Idemque in codicillis factis coram quocunque duce, comite, aut marchione, aut alio quouis domino, qui in temporibus non recognosceret in terris suis superiorem; quia imperium nihil aliud est, quàm merum imperium aut suprema iurisdictio, & id appellatur regnum, principatus, aut imperium.l.j. uerb. omnem suum imperium & potestatem.ff.de const. principum.l. 9. tit. 15. par.4. qua ratione idem erit in codicillis à tali principe factis, uel factis ab eo, qui non recognoscebat superiorem in temporalibus. argumento d.l. omnium. quam etiam ad hunc casum nominatim extendunt Paulus Castr. in.l.si quis Imperatorem. C. qui testam. facere possunt. idem in.l. ex imperfecto. C.de test. ubi etiam Ias. licèt Fulgosius in contrariam partem ibi inclinet. Proinde eadem distinctio admittenda est in militis codicillis. argu.l. militis codicillis.ff. de mil. test. & l.j. eod. tit. in princ. inst. eod. tit.l.j.2. & 3.l. milites.C. eod. tit. Qua ratione idem quoque respondendum in codicillis factis à quocunque testatore in terris Ecclesiæ, in quibus solennitas testandi de iure canonico relaxata est, & ad ius Diuinum & gentium redacta.c. relatum.j.c. cum esses. de testam. diximus plenè suprà lib.3. in princ. Vnde idem quoque recipiendum in codicillis factis à quocunque clerico, cùm is iuri canonico, non ciuili subiaceat, & forum testantis uel codicillantis inspicere debeamus. ut in dd. locis habetur.

Denique 27 dum diximus codicillis quinque testes desiderari ad sui probationem iuxta.l. fin.C.de codicillis.l.fin.C.de don.ca.mor. id quidem regulare est, sed in testamento inter liberos necessarius non est tot testium numerus, duo enim sufficerent, nam etiam in testamento inter liberos duo testes sufficiunt, ut tradunt communiter doct. per tex. ibi in.l. fin.C. fam. her. communiter doct. per tex. ibi in.l. hac consultissima.§. ex imperfecto.C. de testam. diximus esse communem opin. suprà.§.21. num.72. ergo in codicillis inter liberos factis qui non tantam solennitatem quantam testamentum desiderant, ut in princ. & §. fin. inst. de codicill. duo testes sufficient, quod nominatim probare uidetur. d.l. fin. ibi, siue codicillus &c. qua ratione & testamentum de iure canonico quod cum duobus testibus ualere diximus suprà.§.21. num.3. per c. relatum.j. & c. cum esses de test. ubi plures adduximus huius sententiæ assertores, argu. erit, ut codicillus eodem iure cum duobus quoque testibus ualeat, quandoquidem minor solennitas in codicillis quàm in testamentis desideratur d. princ. & d.§. fi. inst. de codici. Quibus consequens est, ut militis codicillus cum duobus testibus ualeat, non aliter atque eius testamentum cum duobus testibus ualeret per.l.j.l. diuus.ff. de mil. testam. in princ. & §. planè inst. eod. tit.l. j.2. & 3.l. quanquam.l. milites.C. eod. tit. & ita intelligo tex. in.l. militis codicillis. in prin. ff. de mil. test. Proinde idem erit & in codicillis factis ad pias causas, cùm in testamento ad pias causas duo testes sufficere disseruimus suprà.§.21. num.4. per d.c. relatum. & d.c. cum esses. Vnde & in codicillis omnium clericorum duos testes regulariter sufficere respondendum est, cùm ipsi iuri canonico non ciuili subiaceant, quo iure canonico in testamentis ut diximus duo testes sufficiunt. Vnde & in codicillis ipsius proculdubio sufficient. Qua ratione cum testamentum coram principe factum duobus testibus contentum fit.l. omnium.C. de testam. & diximus suprà.§.24. num.6. quin codicillis coram principe factis duo testes sufficiant dubitari non oportet, proinde cum testamentum ab ipsomet principe factum non desideret nisi duos testes. ut in d.l. omnium. tenet Paulus Castr. in.l.si quis Imperatorem.C. qui testa. facere poss. Paul. & Ias. contra Fulgos. ibi in.l. ex imperfecto.C. de testa. magis est ut in iis codicillis, qui à principe fierent duo testes sufficerent. Quibus consequens quoque est, ut codicillus apud acta iudicis factus duobus testibus contentus sit, non aliter atque testamentum apud acta iudicis factum duobus testibus substineretur. per d.l. omnium. & est communis opin. ut disseruimus suprà.§.24. num.7. Vnde similiter si reciprocus codicillus per modum pactionis à commilitonibus, qui ad bellum pergebant fieret iuxta formam.l. licèt.C. de pact. quin duobus testibus ualeret non expedit dubitare. Qua ratione cùm testamentum tempore pestis cum duobus testibus ualere diximus suprà 22. num. 35. consequens est

Codicilli an exigant consummatam uolũtatem.

27 *Codicilli duobus testibus contenti sunt in quam pluribus casibus suprà enumeratis.*

ut codicillus eo tempore factus cum totidem testibus firmus sit. Idemque erit dicendum & in testamento facto tempore bellorum, quod cum duobus testibus ualere diximus ut etiam trahatur ad codicillos, quos similiter cum duobus testibus ualere intelligendum est, si eo tempore fierent concurrentibus iis de quibus meminimus suprà.§.24.num.1. Sed & si codicilli in summa angustia & necessitate fierent, duo testes sufficerent, in quibus terminis tale testamentum uaiturum tradidimus suprà.§.24.num.3.

28 *Codicillis sufficit solemnitas testamenti utcumque per statutum exigua requiratur.*

Denique 28 si per legem generalem receptũ esset ualere testamentum cum duobus testibus, non dubitatim quin ad codicillos ea lex trahenda esset, in quibus maior ratio est, argumento in princ.&.§. fin. inst. de codicillis. & quia quando duo casus sunt æquiparati per legem antiquam tũc lex noua loquens in uno ex eis trahitur ad alterum, etiam si sit correctoria. gl. communiter ibi app. in.l.si quis seruo alieno persuaserit.C.de furtis. sed in specie nostra quò ad numerum testium testamentum & codicillus non solùm æquiparantur, sed etiã nominatim cautum erat ualere codicillos cum minore numero testium. ergo lex noua loquens in testamento disponensq; ut ualeret cum testibus duobus procostanti habuisse intelligenda est, idem fore in codicillis. facit, l.nam & posteriores.ff. de legibus.l.j.§. lex falcidia, & quæ ibi plenè tradit Alex.ff.ad legem fal. licèt in contrarium aliqualiter faciat.l. quæ nuper.C. de inoffi.testa. & quod argumento illius legis docemur per Ias.ibi. sed certè illa lex ad nostrã sententiam tuendã reflecti posset intelligendo quòd quam interpretationem fecit ibi Iustinianus illam extensionem faciendo, eandem paremq; interpretationem exinde docemur ut & nos facere debeamus in similibus speciebus: & hoc puto uerius, licèt in contrarium faciat aliquantulum, quod notat Ias.n.19. in auth. quas actiones.C. de Sacr. eccl. & in.l. de quibus num.14.ff. de legibus. His ergo consequens erit ut si quædam Ciuitas puta Toletana faceret statutum ut testamentum cum duobus testibus ualeret idque statutum à Potentissimo Rege nostro Catholico confirmatum fuisset, tunc in ea ciuitate etiam codicilli ualerent cum duobus testibus (ut nobis uidetur) quia & si non paucis nostrorum repugnantibus tamen semper fuimus huius sententiæ, ut statutum firmum (quale est quod à superiore confirmatum est expressim uel tacitè) a lege generali differat solùm tanquam plus & minus, non autem in specie. argumento.l.ius autem ciuile &.l. omnes populi.ff. de iust. & iure &.§. sed naturalia. inst. de iure nat. iuncta.l.fin.ff.de fundo instr.&.l. quæ de tota.ff.de rei uendi.l.an pars.ff.pro derelicto, l.hæredes mei.§.cũ ita.ff.ad treb. Quid autem in codicillis, qui fierent in carcere tyranni an ualerent cum duobus testibus nõ aliter atque testamentum? & magis est ut ualeant. ut in simili docemur suprà.§.24.num.2.nam & hoc casu testamentum cũ duobus testibus ualeret. argumento.l.si quia dolo.ff.si quis aliquem testari prohib. tenent Benedictus in c. Rainutius de testam.uerb.testamentum.j.num. 13. Nicolaus de Matta.Bal. Sali.Ias.num.5.& Corneus col. 2.in.l.fin.C.de testam. Decius consi.274.uisso puncto nu. 1. Paulus Parisius consi.46. num.24.lib.3. loca uerò ad quæ me suprà remisi sunt intelligenda sub lib. de succ. crea.

29 *Codicilli admittunt interpretationes quas lex facit in testamentis.*

Sunt & alii 29 casus, in quibus pauciores quàm quinque testes sufficiunt in codicillis, puta in terminis.l. Theopompus.ff.de dote prælegata. & etiam in terminis.l.fin.ff.de rebus eorum. quas leges in testamento loquentes ad codicillos trahere & utile erit, & tutum, ut nobis uidetur: sicque si is, qui codicillabatur iusserit prædium filiorum suorum alienari, & si codicilli non ualuerint, quia duo tantùm testes habebant, magis tamen est, ut tutores prædium illud ex præcepto testantis alienare possint ut ibi. unde si testator, qui coram duobus tantùm testibus codicillabatur, & sic inutiliter de fideicommiss hæredis confisus fuerit iuxta formam & terminos legis fin. C.de fideicommiss.&.§.fin.inst.de fideicommiss. hær. secuta hæredis confessione magis est ut ualeant codicilli ut ibi. id quòd in codicillis expeditius est quám in testamentis, quia testes in codicillis ad solam probationẽ desiderantur. ut d.l.fin.C.de codic. at in testamentis desiderantur etiam ad formam.l.ad testium.§.si quis ex testibus.ff.de testibus. diximus suprà.§.11.num.16. Ex quibus apparet suspectam esse opin. existimantium 30 ex minus solenni uoluntate nõ teneri in foro animæ hæredem ad legata & fideicommissa præstanda, etiam si certò sciret eam esse uoluntatem. Quinimmo & in foro cõscientiæ eum teneri expeditum est, & etiam in foro contentioso (quod amplius est) compelleretur, si lex aut iudex de uoluntate testantis uel codicillantis certa foret; prout est quando ipsemet hæres grauatus eam agnoscit & ut dilucidè in multis sui partibus probat d.l.fin.& d.§.fin. nam quicquid ad probationem tantùm desideratur id æquipollenter impleri potest nec enim refert, hoc an illo modo quid probetur, cùm de probatione agitur ut est uera & communis opin. quam tenent Alex.col.2. & Ias.num.5.in.l.j.ff.de lib.& posth.Bal.Imola, Cumanus, Paulus, Areti. & Alex.in.l. hac consultissima.C.qui testam. facere possunt. & alii non pauci, quos retulimus suprà.§. 4. num.31. tex. in.l.j.§. fin.ff.de dote prælega. dum ait, rei demonstratæ frustra adrici aliam demonstrationem.l.certum.ff.si cert.pet.l.iubemus.iuncta sua glo. communiter ibi app. C.de testa. & ita in specie uolunt Ias.num.102.in.l.nemo potest.lect.2.& ibi Ripa num. 100.ff.de lega.j.& si contrarium tenuerit d.Couarub. dignissimus episcopus Ciui.Rod.in c.cum esses nu. 4.de testa. pro cuius tamen opinione facit, quia 31 legis generalis dispositio non cessat, licèt cesset eius ratio in particulari, nisi cesset in communi. ut tenent Aretinus & Tiraquellus qui eum refert de causa cessante. limit.32.per.l.j.§.fin.ff.de minoribus. ubi restitutio, quę conceditur minoribus propter lubricum ætatis minori utcunque industrioso, non denegatur etiam si eius industria superaret cuiusque maioris industriam, si quidem læsus reperiatur. sed certe ille tex. nihil probat, quia restitutio conceditur potissimùm propter læsionẽ & etiam propter lubricum ætatis ut.l.i.& per totum.ff. de min.&.C. per omnes titulos de restitutione minorũ loquentes sicque minoribus non læsis non conceditur.l. minoribus. &.l.fin. C. de in integrum rest. minorum.l. non solùm.ff.de minoribus. læsis uerò nunquam denegatur utcunque industriosi essent. Superest enim æquitas illa ne cum iactura minoris locupletetur maior, qui cum eo contraxerat contra.l. iure naturæ.ff. de reg. iur.l.nam hoc natura.ff.de cond. indeb. superestque culpa eius, qui cum minore contrahit eum decipiendo. arg. c. qui cum alio.de reg.iuris lib.6.l.i.C.de bon.ma. ergo, cùm & si cesset una ratio, non tamen cessent omnes rationes illius legis restitutionem minoribus concedentis, non cessabit legis dispositio.l.si non lex Eliasentia.ff. de hær.inst.§.affinitatis.inst.de nupti. sicque non est uerum dicere cessare ibi rationem legis in particulari, immo non ex toto cessat in particulari: non quoque ex toto cessabat in terminis legis prospexit.ff.qui & à quibus & quod textus ait, quòd per quam durum est, sed ita lex scripta est. hunc habet sensum, ut in terminis illius tex. etiam si ratio legis pænalis in seruis, qui extra familiam erant non ex toto, sed tantùm ex parte cessaret, adhuc durum esset seruos illos torqueri. Cæterùm si ea toto ratio legis cessaret, legis pænalis uirtus etiam in terminis illius legis conquiesceret, & tandem quòd cessante ratione legis etiam in particulari cesset dispositio legis in illo particulari & indiuiduo (iudice me) uerum est per.l.adigere.§. quamuis.ff. de iure patro.l. cum pater.§.dulcissimis.ff.de lega.2.in prin.C. de cad.toll ubi multa per Corne.l. illud.ff. ad leg. aqu.l. his solis.C.de reuo.dona.in fin. ibi satis etiam tacitè cautum putamus.

30 *Conscientiæ in foro an ex minus solenni uoluntate teneatur quis legata præstare. ard. q.*

31 *Ratione legis cessante in particulari an cesset ipsius legis dispositio. ardua. q.*

l. huma-

l.humanitatis.ubi not.Alex.Corneus Ias.Decius & Curtius Iunior.C. de impuberum. in simuli per Decium & Purpura.in.l.fin.per tex.ibi in.l.fin.C.de pact. per Georgium Nat.in c.2.num.32. de pact.lib.6. Bal. io.l.fin.per tex.ibi.ff.de hær. inst.l.sicut certi.l.si cũ uel in utero.C. de test.muli. cum mille similibus, de quibus per Tiraq. de causa cessante in primo par. facit argum. de toto ad partem.l.quæ de tota.ff.de rei uendi.l.an pars.ff. pro dereli.l. hæredes mri.§. cum ita.ff. ad treb. & quia ut pluralitas resoluitur in suas singularitates.l.2.§. fin.ff. de cond. inst.l. falsa.§. fin.ff. de cond. & demonst.l.Sti-chum qui meus erit.ff.de lega.1. ubi plenè per Alex.& Ias.ita & lex generalis in quam plures singularitates uidetur resolui, sicque, si in quadam singularitate, uel si in quodam singulari uel particulari cesset ratio legis in illo particulari, ut uirtus legis cesset, licèt in communi non cesset par est. Vnde communis doctrina Theologorum, quæ passim circumuolitat, eailtimantium cessante ratione legis in particulari non cessare ipsius legis uirtutem etiam in illo particulari; mihi placere nunquam potuit, quia est contra omnes leges suprà allegatas & alias innumeras & contra omne ius omnemque (ut nobis uidetur) rationem & uulgatum exemplum eorum arguentium, ieiunium inductum esse ab Ecclesia ad carnes macerandas, & tamen licèt quis in particulari sentiat se satis maceratum, adhuc tamen non liberari aut excusari à ieiunio, quia inquiunt & si in illo particulari cessat ratio præcepti, quia tamen non cessat in communi adhuc eius uirtus non cessat in illo particulari. Similesque esse aiunt in esu carnium, quem uetitum esse aiunt ob luxuriam uitandam, & tamen etiam si quis dum carnibus uescitur ad luxum seu libidinem minus accendatur quàm cùm piscibus uescitur, sicque in illo particulari cesset ratio præcepti, adhuc, quia non cessat in communi non licet ei non abstinere ab esu carniũ diebus designatis. Ita ipsi, qui (iudice me) minimè probant aut probare possibile erat in his exemplis cessare rationem legis, aut præcepti prohibitorii, quod eo etiam & fortè potissimùm nititur, quòd omnis Christi d. nostri actio, debet esse nostra instructio. quæ ratio in speciebus propositis non cessat, etiam si reliquæ rationes cessent. Vnde subest succurritque ontissimum iuris elemẽtum disponentis cessante una uel quibusdam legis ratione, uel rationibus, non cessare eius dispositionem aut uirtutem in illo particulari, quando adhuc suberat alia ratio: sicq; ratio legis nõ ex toto cessabat d. §.affinitatatis d.l. si non lex Eliasentia. Et in exemplo de ieiunio & esu carnium in specie doctiss. frater Alfons. Castr. de potestate legis pænalis negat id propter unam tantùm rationem receptum fuisse.

32 *Codicillari an possit is qui per statutum testari uetitus fuit, ard.q.*

Illud autem dubium est, an 32 uetitus per statutum ante annum uigesimum quintum testari, uideatur etiam prohibitus codicillos facere? id, quod firmat Bar.per illum tex.in.l.2.ff.de leg.2.Idem tenet ibi Paul. de Castr.idem tenet Bar.in.l.ut tantum.ff.de seruo corrup.idem Bar.in.l.1.§.l.falcidia.ff.ad. l. falcidi. idem tenet Paul.de Castr.in l.non est nouum.1.col.ff.de legi.idẽ tenet Alex.post alios.Ias. & Ripa in.d.l.2. de leg.1.col. 1.& est communis opin.secundum Ripam num.20.Alex. num.2.Ias.num.33.Socinus num.6.Zasius col.1.in.d.l.2. qui alios referunt. Contrarium tenet Bal.in.l.fi.C.de testam.& in.l.si arrogator pen.col.ff.de adoption.& idẽ tenet Rapha.in.d.l.2.de lega.1.& istam partem cõfirmo per sequentia. Primò, quia statuta non debent extẽdi, immo propriè intelligi.l.3.§.hæc uerba de nego.gest. cum similibus. & appellatione testamenti non ueniunt codicilli.l.si idem.C.de codicill.licèt largo sumpto uocabulo comprehendantur, ut notatur in.l.2.C. de consti. pecu.& in.l.2.C. communia de leg.

Præterea statuta non debent extendi ad casum, in quem non loquuntur.l.si furiosi.cum cõcord. & ibi Bal. C.de nuptiis.l.3. Probatur hoc, quia in materia correctoria ut est dictum statutum, appellatione testamenti ne dum non comprehenduntur codicilli, uerùm etiam nec testamentum nuncupatiuum, quod est fortius. casus est singularis & nouus secundum intellectum Iasonis in.l. quæ nuper. C.de inoffic.testam.4 istud statutũ est correctorium ut patet, ergo non debet extendi etiã ex maioritate rationis; quanto minus in casu isto, ubi non est maior ratio, immo nec eadem, si aduertis ergo &c.ut plenè per Iasonem in authen.quas actiones.C.de Sacro Sanct. Eccle.

Præterea, istud statutum est contra publicam utilitatem. casus in.l.uel negare.ff. quemadmo. testa.aper. glo. singu.in.l. Gallus.§.quid si is. uersi.utilitatem.ff.de libe. & posth.ubi habetur quòd conseruatio testamenti ad publicam utilitatem expectat. & licèt hoc statutum non loquatur de destruendo testamento iam facto, loquitur tamen prohibendo ne fiat, quod est idem; quia non minor est uirtus.d.l.si pater.§.fi. cum ibi notatis. de adoptio.d.l.3.& fi.C.de natu.liber.si ergo est contra publicam utilitatem, ergo non debet extendi ultra casum expressum in statuto ut est notum.

Sextò, quia cùm uerba statuti loquentis de testamento non conueniant codicillis propriè, licèt largo modo sic, ut suprà dixi, ergo nec debet conuenire dispositio.l. quod constitutum.de tèstam.mili. & ibi dicit Bar.nota. hanc.l.quæ semper solet allegari in materia statutorum quòd non sit recedendum à uerbis statuti facit.l.4.§. toties. & ibi Bar.in.fi.not. ff.de damno infect.idem Bar. in l.ita autem in prin.per illum tex. ff. de admi. tuto. facit quod mirabiliter dicit Bal.in.l.scimus in fi.principii.C. de inoffic. testam. facit.l. si seruum.§. non dicit prætor de acqui.hæredi.& quod egregiè dicit Bal. in.l.testamẽtum in fi. C.de testamen.ubi dicit quòd statuta tantum disponunt quantum loquuntur & non plus, cum ergo hic non loquatur de codicillis, ergo &c.

Septimò quia statuta quando sunt fauorabilia extenduntur ad casum inproprium, ut colligitur ea singu.dicto Bal.in.l. qui se patris.C.unde liber.pe.col.& per Ias. in.l.2. 2.col.C.de in ius.uocan.secus tamen in nostro casu, ubi statutum non est fauorabile, patet, quia lex fauet testamentis.l.in testamentis.de regu.iur.c.cum dilecti.de dona.& quia iste minor posset interim decedere & sic mori ab intestato, quod iura resistunt in quantum possunt.insti.qui ma.non poss.§.1.insti.ad.l.fal.§.1.notatur in.l.neminem.C. ex quib.cau. infa.irroga.ergo non debet ad codicillos extendi.

Octauò contra Bar.facit, quia statuta respicientia publicam utilitatem, puta, quæ disponunt super delictis puniendis quamuis sint pœnalia censentur tantùm fauorabilia & non restringuntur, sed intelliguntur largè & etiam inpropriè, ut expressè dicit Bar.in.l.quemadmodum.C.de agric. & censi.lib.11. circa medium & in.l.2. §.exercitum.ff.de infa.Bal.in.l. non sine.C.de bo.quæ liber.& Paul. in.l. bona fides. ff. depos. sed statutũ id nec respicit publicam utilitatem, ut dixi, nec etiam priuatam ut patet, ergo non debet ad codicillos & sic ad casum inproprium extendi. Immo, quod est fortius ego habeo quòd etiam in fauorabilibus non fit extensio ad casum inproprium.l.non aliter.de leg.3. Bar.in.l. librorum.ff.quos tamen.§.Cassius.ff.eod.titu. facit.l.1. §. si is qui nauem de exercito.tamen hoc non caret responsione.

Nonò per subauditos intellectus non debet induci legum correctio, gl.est singularis in.c.copientes.§.quod si per uiginti de electio. lib.6. sed extendere statutum prædictum ad codicillos esset per subauditionem, & induceretur correctio. ergo non debet fieri.

Decimò appellatione testamenti non comprehendũtur codicilli propriè, ut dixi, sed fictè quodammodo. sed statuta loquentia in casu uero non extenduntur ad fictum ut per Bar. in.l.3.§. hæc uerba de nego.gest. & in l.1. ff. de fonte.per doct. in.l. Gallus. §. & quid si tantùm de

tùm de liber. & posthum. quoties,

Vndecimò quia in dubiis opinio. docto. ut est ista, tenenda est illa, quæ magis fauet ultimæ uoluntati. l. si pars in princ. ff. de inofficioso testam. c. si. de re iud. cùm publicè intersit quòd testamenta effectum consequantur. d. l. uel negare. ergo &c.

Pro opinione tamen Bar. facit, quòd isti duo casus sint æquiparati à lege antiqua, ut est tex. in d. l. i. & in l. diuus. §. codicillos. de iure codici. & in l. conficiuntur §. diui. eod. tit. ergo statutum loquens in uno etiam in correctoris in casu uero extenditur ad casum fictum. tex. in c. cum dilectus. de cleri. non resi. & in c. ad audientiam eod. ti. probat bene. l. Gallus. §. & quid si tantùm. de libe. & posthu.

Præterea contrariorum eadem est disciplina. ergo quemadmodum permissus testari permittitur codicillari. d. l. 2. cum simi. ergo eodem modo prohibitus testari prohibeatur codicillari. ad hoc tamen respondetur & ad primum fundamentum per Bar. in d. l. 2. & dictam. l. allegat glo. in. l. si quis seruo. cum simi. C. de fur. dico salua correctione quòd illa iura non loquuntur in correctoris, sed in exorbitantibus, ut patet in. d. l. si quis seruo. & in aliis. & tunc fateor quòd statutum in uno ex parificatis extenditur ad aliud, secus autem in correctoriis, quia quantumcunque sint casus parificati a lege antiqua, tamen statutum corrigens in uno non extenditur ad alium ita dicit glo. notabi. quam ibi expressè notat Ange. in tit. qui manu. non poss. §. si. hoc probatur clarè in l. fi. C. de Sac. Eccl. iuncta auth. quas actiones. quæ corrigit in ecclesia. & sic in uno ex casibus parificatis non intelligitur corrigere in ciuitate, secundū glo. & docto. ibidem, & uide Ias. in auth. nouissima 12. col. C. de inoffic. testam. tamen ibi uidetur unum subiicere, quod destruit hanc responsionem ibi, uide omnino ut per eum, licèt non clare in. l. fi. eod. tit. ulti. col. post medium.

Ad aliud scilicet, quia contrariorum &c. dicitur quòd illud habet locum, quando in contrariis est eadem ratio, quæ hic non est, quia quando permittitur testari est fauor. l. uel negare. ff. quemad. testa. aperi. ergo est extendendus. sed quando testari prohibetur, est odium & sic restringendum. ut ibi iuncto. c. odia de reg. iu. lib. 6. tene commune opin. quæ tutior est.

33 *Pupillaris subst. an codicillis possit reuocare.*

Venio 33 ad secundum articulum principalem nempe ad codicillorum effectum & codicillis a patref. inter liberos factis pupillaris substitutio, quæ a patre in superiore testamento facta fuerat, an tolli possit, dubiū est. & sunt qui uelint tolli posse. ita Bar. & Cumanus in l. 2. ff. de inu. rup. Bar. in. l. hac consultissima. §. si quis autem. C. de testam. Bar. in. l. militis codicillis. in princ. per illum text. ff. de mil. testamen. Alex. & Ias. col. 3. in. d. §. si quis autem. Boerius decisi. 241. nu. 2. Aretinus in auth. hoc inter. C. de testam. Alex. consi. 146. lib. 2. & alii multi, quos retulimus infra. §. 1. num. 34. de succes. resol. ubi uidebis totidem ferè aut plures contrariam partem tuentes. id quod dic ut ibi docemur.

34 *Codicillorum tantū uim ut habeat testamentum an testator iubere possit.*

Illud autem dubium est, si 34 quis testamentum solenne fecerit & deinde iusserit ut non ualeat in uim testamenti, sed tantùm in uim codicillorum. an eius uoluntas rata sit, sicque id testamentum quasi in naturam codicillorum transformetur? & communis opin. esse uidetur, tale præceptum testatoris ualere. ut tenet Socinus consi. 142. reuerende pater nu. 4. lib. 1. Ioannes Andreas ad Specul. de instr. edi. §. compendiosæ Dinus in. q. incipiente quæstio talis, quidam pateref. prout eos allegat Socinus ubi supra tenet Gregorius Lupus in. l. 2. tit. 12. par. 6. Ias. in. l. non codicillum. C. de testamen. & in simili tradit Viglius in. §. ex eo inst. quib. mo. testam. infirm. cuius contrarium non parum utiliter tuemur suprà. §. 10. num. 91. per. d. §. ex eo & per. l. militis codicillis. §. ueteranus. ff. de mil. test. & per. l. i. ad finem. ff. de his quæ in testamentu delentur. & per. d. l. non codicillum.

35 *Testa. nūcupatiuū an ut ualeat tanquam conditum in scriptis, uel contra testator possit iubere.*

Quid autem 35 si testamentum solenne factum in scriptis testator iuberet ut ualeret ueluti nuncupatiuum? & non dubito, quin eius præceptum nullum foret, quia ut ualeat iure nuncupatiuum desiderantur multa solennia de quibus in. l. iubemus. C. de testa. quæ in testamentu in scriptis adesse non oportet. ut in. l. hac consultissima. C. de testam. in prin. inst. eod. tit. Iuncto. §. si. eodem tit. Quid per contrarium, si testam. nuncupatiuum iuberet ualere ut testamentum scriptum? & similiter eius præceptum nullum esset, quia multa solennia desiderantur in testamentu scriptis celebratu, quę in nuncupatiuo non expedit aut solent interuenire. ut. dd. ll. Quid autem si inter fuerunt solennia ad utrunque testam. necessaria? & tunc eius præceptum fortè seruaretur. argum. auth. de nupti. §. disponat. l. si quis eum testam. ff. de testamen. l. in conditionibus primum locum. ff. de cond. & dem. utilitas esset propter aperturam testamenti ut traditur in simili per doct. in. l. 1. per tex. ibi. ff. quemad. testa. aperi. facit. l. 3. ff. de mili testamen. & uide aliam pulchram quæstionem suprà. §. 11. ferè per totum.

Denique licèt codicillis hæreditas neque dari neque adimi possit. l. 2. C. de codi. §. pen. inst. eod. l. Scæuola. ff. ad Trebel. tamen si hæredem de facto in codicillis scripsi, quid iuris sit, est memorabilis articulus, quem expedimus suprà. §. 25. num. 19. de succ. cre. ubi etiam in nume. 18. uidebis, an codicillis possit confirmari hæreditas, quæ testamento data fuerat.

Quid si testamentum feci cum quinque testibus inter liberos, in quo quædam legata aut fideicommissa extraneis reliqui. an in uim codicillorum id testamentum ualeat quò ad extraneos, sicque eis relicta debeantur? quod agnoscit Boerius decisi. 241. col. fi. post Paul. Castren. quem ipse refert, sed in contrarium est ueritas, ut docemur infrà. §. 1. de succ. resol. num. 43. Et eum dicillari se uelle, an testari dixerit pateref. dum inter liberos suam facit dispositionem docemur ibi num. 44.

36 *Testam. quod à filio ergà parentes fiebat, an ualeat ut codicillus not. q.*

In summa 36 testamentum quod codicillorum tantùm solennia, non etiam testamenti habebat, an ualeat, si fiat à filio inter parentes? & Curtius Iunior in. l. hac consultissima. §. ex imperfectu. C. de testam. & Boerius deci. 240. ex processu col. fi. tenent ualere, fatetur tamen uterque id esse contra communem opin. quam ueriorem esse edocemur ubi suprà num. 45. In summa alia multa circa effectum & progressum codicillorum uidebis suprà. §. 25. per totum. Vnde, quæ hic desunt petenda sunt.

37 *Codicillaris clausula an prosit quo ad uitiū præteritionis. ard. q.*

Illud autem dubium est, an codicillaris clausula apposita in testamento faciat, id testamentum ualere in uim codicillorum, quando ea apposita fuit. & testamentum postea ex causa exhæredationis, uel præteritionis ruptum aut irritum factum fuit? & Bar. nume. 23. cuius opin. communis est secundum Curtium Iuniorem ibi in auth. ex causa. C. de lib. præt. num. 68. tenet partem affirmatiuam. contrariam tamen partem tenet & firmat cōmuniter teneri Fulgosius ibi col. pe. & Signorolus consilio. 177. pro qua opinione multùm facit. l. Titia & l. mater decedens. ad finem. ff. de inoffi. testam. qua de re alibi latius sed pars affirmatiua uerior est. nec ad rem pertinet. d. l. Titia. nam & si dementis sit filium non iurè præteritum aut exhæredatum in testamento facere, tamen eum in codicillis præteriri nullo iure uetitum reperitur.

38 *Codicillaris clausula quare à lege regulariter nō inducatur.*

Denique 38 qui testamentum facere destinauit neque solennia adhibuit ad testamentum sufficientia, adhibuit tamen ea solennia, quæ ad codicillos fat erāt. an utilem dispositionem fecisse uideatur, quasi illa in uim codicillorum ualitura sit, quæritur? & regulariter non ualere in uim etiam codicillorum expeditum est l. i. ff. de iure codi. ubi per Bar. & omnes & per Bar. & omnes in. l. 2. §. si quis ita. ff. de uerb. oblig. Contrarium tamen partem uidetur probare. l. 3. ff. de mil. testamento unde considera, quòd regulariter non ualere in uim codicillorum procedit ex defectu, non potestatis testato-

 ris,

ris, sed tantum uoluntatis. ut ibi. Vnde si expressim iussit, ut ualeret sua dispositio in uim codicillorum, ualebit quidem.d.l.i. Idem si id uerosimiliter ex eius uoluntate colligatur.argumen.l.cum quid.ff.si cer.pet.ubi plura per Ias. tacitè autem colligitur per interuentum iuramenti.l.cum pater.§.filius matrem.ff. de lega. 2. Itē quando motus uehemens & enixa erat testantis uoluntas, ua ibi uerbo enixæ uoluntatis preces. & in.l.codicillis.§.fi.ff.de lega.2. his autem cessantibus, quia forma & natura testamenti longè diuersa est a forma, & natura, & effectu, ui, & potestate codicillorum. iuxta prin.&.§.i.inst.de codi.in prin.inst.de fideicommis.hær. ideo testator, qui testamentum facere destinauit, si eius dispositio ut testam.ualere non potest, non præsumitur uelle quòd ualeat in uim codicillorum: quia in habentibus dissimilitudinem difficilis est transitus.secundum Philosophum relatum per Bar.in.l.centurio. ad prin.ff. de uulgari.optimè facit.l.si Titio.ff. de usufru. sed si destinauit testari in scriptis quòd ualeat in uim testamenti nuncupatiui facillimè admittitur.d.l.3.quia in habentibus similitudinem multam, multamque uicinitatem, aut contiguitatem facilior est transitus. ut per Bar.ubi suprà. unde portio rei legatæ, quæ uacare cœpit facilius alteri ipsius met rei portioni accrescit quam ad hæreditatem reuertatur.ut probat.d.l.si Titio &.l.adeò.§. Item per alluuionem.ff.de acq.rerum domin.§. Item per alluionem, inst. de rerum diui. Item facilius alteri ipsiusmet rei portioni accrescit quàm alteri rei omnino diuersæ.l. huiusmodi.§. quibus.ff. de lega.i.idque propter eandem rationem. Sed quæro, quæ maior similitudo est inter testamentum in scriptis & nuncupatiuū quàm inter testam.& codicillum? resp.longè maior, quia ea testamenta in effectu ferè nihil differunt, quia alterutrum dicitur esse iusta perfectissima ac consummata uoluntas & sententia testatoris, postquam de omnibus omnino bonis suis per alterutrum testamentum disponitur, seruaturque eius uoluntas ad unguem nulla ex parte truncata, deminuta, aut mutilata: non sic per codicillos. Vt patet ex.l.i.ff.de testam.iuncto prin.inst. de codic.§. pe.eod. & in princ. inst. de fideic. hær. diximus plenè in præfatione suprà lib.i.de succes. crea. post medium. Hinc est quòd & si testam.minus solenne ratione solennitatis ac imperfectum ex ratione sustineatur inter liberos.l.si.C.fam. her.l.hac cōsultissima.§. ex imperfecto. C.de testam.tamen si erat imperfectum ratione uoluntatis non sustinetur etiam inter liberos. ut tenent communiter doct.in.d.§. ex imperfecto .& edocemur suprà §.21.num.46. quia testator nunquam præsumitur uelle quòd sua dispositio truncata & mutilata seruetur: quasi satius reputetur quòd intestatus decedat, quam quòd eius dispositio truncata. & mutilata custodiatur. omnis enim dispositio quasi in ultima linea clauditur, nec quicquam actum aut dispositum esse intelligimus, cùm aliquid supererat agendum.ut.l.pe. C.ad Syllani.idque demum actum & dispositum esse intelligitur, quòd ex omnibus suis partibus constat.l j.ff.de origine iuris. Er-

39 Testamentum inter liberos ratione uoluntatis an ut codicillus ualeat, ardua.q.

go si 39 testamentum imperfectum non ex defectu potestatis, sed ex defectu uoluntatis testatoris in codicillos definic conuerti, quasi satius consultiusque testatori sit id nulla ex parte seruari proque infecto haberi quàm truncatum mutilatumque custodiri: consequens est, ut tale testamen. etiam inter liberos non ualeat. id, quod tenuit Ang.in.l.is qui testam.ff.de testam. Bald. in rep.l.i.C.de Sacro.Ecclesi.Abbas. consi.105. lib.2. Romanus in auth. similiter in.18.speciali circa ultimas uoluntates.C.ad leg.falc. & alii multi, quos retulimus.d. num.46.quibus adde Andr.Tiraq.hanc partem receptionem esse adfirmantem de pia causa priuilegio.7.sed tot authores sunt contrarium tenentes ut ibi refert, quòd uia intelligas utra harum partium receptior sit. nam ut lex discedit ab illa uoluntatis testatoris coniectura quoties enixa erat uoluntas testatoris. enixa uerò interpretatur quando interfuit iuramentum.ut.d.§. filius matrē Item quando testator protestatus fuit nolle se obseruare anxiam iuris peritorum obseruationem.ut.l. codicillis.§.si ff.de lega.2.

Quid est, quod impediat, quin similiter enixam fuisse testatoris uoluntatem, cùm inter liberos testatur interpretemur? præsertim cùm tex.l.fin.C.fam.her. dixerit, siue cæptum neque impletum &c. quæ quidem uerba restringuntur cùm ad imperfectionem tantùm solennitatis non etiam uoluntatis trahuntur. cogita.

40 Testamentum imperfectum ratione uoluntatis an pias ad causas ualeat? ardua q.

Denique cùm par controuersia sit, an 40 ad pias causas tale testamentum ualeret? ut tradunt doct. quos citauimus suprà de succ.crea.§. 21. num. 46. & alii plures, quos allegat Andreas Tiraq. de priuil. piæ causæ priuilegio.7.Corneus Ias.& Curtius iunior in d.§.ex imperfecto per.l.si iure.C. de manu.testam.l. in testamento.ff.de fideicommis.hæredi. consideratio nostra de qua suprà ad alterutram partem facilè trahi, uerti, ac conuerti potest; nisi dixeris iustiorem eā interpretationem uideri, quæ sumitur ex regula generali, quàm quæ sumitur ex fallentiis, aut limitationibus regulæ.secundū quæ pro regula negatiua habenda sit d.l.si iure.& pro fallentia d.l.in testamento. præsertim cùm ibi multa concurrebant, quæ Iureconsultum ad illam interpretationem faciendam mouerunt. ergo &c. argumen.l.nam quod liquidæ.§.fin.ff.de penu legata. Vnde in utraque hac specie multùm (iudice me) iudicantis arbitrio, prudentiæ, & religoni tribuendum ac committendum est. ut intelligas regulariter in utraque specie suprà relata testam. non ualere. uerùm si modicitas rei, uel quid simile extrinsecus eum uehementer moueat in contrariā partem procliuior esse poterit. argumentu d.l. in testamento.

41 Libertas, pia causa, amicitia, an inducāt clausulam codicillarem? arduæ quæstiones.

Illud 41 autem notandum est, quòd solus fauor libertatis non habet uim clausulæ codicillaris. ut in.l.si. iure.C.de manu.test.nisi præterea adesset magna amicitia. ut tenet gl. ibi per.l. in testamento.ff. de fideicom. liber.ubi etiam gl. & gl.in.l.eam quam uerbo traditur. 9. fall.C. de fideicommis.sentit Angelus in rep.d.l.eam quam.col.4. & Bal.in d.l.si iure.& Andreas Tiraq.de priuil.piæ cau. priui. 91. Vnde apparet errasse Catelianum cottam. memorabili incipiente amor licitus.in si. dum uoluit testam. factum ad amicum summa amicitia coniunctum habere uim clausulæ codicillaris: quod uerum non est. nam si libertas, quæ omnibus rebus fauorabilior est ad id non sufficit d.l. si iure. iuncta.l. libertas omnibus.ff.de reg.iur.longè minus fauor amicitiæ sufficiet. Qua ratione etiam Ecclesiæ aut alterius cuiusuis piæ causæ fauore tale testām.non intelligetur habere uim clausulæ codicillaris. argumento.l.i.§. fin.C.de communi ser.manu.iuncta d.l.libertas. quæ id probat à fortiori, licèt in specie contrarium teneant Catelianus ubi suprà & Cacialupus in repeti.l.præcib.C. de impuberum.in.5. char. quæstione 1.Corneus consi.307. uidetur prima facie col.5.lib.3. & per eundem in.l. eam quam.C.de fideicommis.quod in specie improbat & rectè (iudice me) Tiraq. ubi suprà & est contra mentem & sensum trium glosarum, & sequacium, quas suprà allegauimus. & tandem leges generaliter disponentes testamentum non uideri habere clausulam codicillarem, nisi specialiter apponatur (ut.l.i. cum conc.ff. de iure codi.) comprehendunt omnes causas utcunque priuilegiatas, si in ea re qua de agitur non reperiantur habere speciale priuilegium.l.in fraudem in fi.ubi Bal.ff.de mil. testa.Decius in.l.i. & in.l.nemo potest.ff. de reg. iur.idē Decius cons. 5. & in.c. 1.col.3.& in.c. sedes Apostolica de rescrip.col.5.& in d.ex testamento.C.unde liberi Alciatus lib.4.parad.c. 10. Tiraquellus de præscrip.§.1. gl.11.sed nec pia causa nec amicitia hac in re reperiuntur habere peculiare priuilegiū. ergo utentur iure communi & regulari.

42 Codicillis relicta an

Relicta 42 codicillis an hæreditatis aditionē saltem

abin-

desiderent hæreditatem abintestato adiri ard. q.

abintestato desiderent, dubium est? & sunt, qui uelint non desiderare. ita Bal. cons. 234. in Christi nomine. & consi. 164. lib. 3. & in d. cons. 234. hanc existimat esse communem opin. sed in consi. 164. supra all. ait utranque harum partium habere pro se eximios defensores & patronos tenet Iacobinus de Sācto Georgio in auth. ex causa num. 24. C. de lib. præteri. per Corneum consi. 92. lib. 2.

Contrariam tamen partem ut desiderent aditionem hæreditatis abintestato. tenet gl. in. l. qui filio impuberi. §. seruus. uerbo. liber. ff. de hære. inst. & ibi Bar. & Bal. in. l. hac consultissima. §. si quis autem. C. de testam. Ias. in. l. eam quam. C. de fideicommis. num. 13. post glo. & alios ibi, Ripa in. l. 3. num. 2. ff. de ega. 1. Et hanc partē ueriorem puto per tex. quem hanc ad rem non memini ab aliquo eorum, quos mihi legere contigit allegatum in. §. 1. & 2. inst. de eo cui libert. cau. bona addi. ubi siue quis testamento libertates reliquerit, siue codicillis eas reliquerit, cùm intestatus decederet, si nullus sit, qui ex testamento uel abintestato eam hæreditatem qua de agitur adire uelit seruis eo testamento uel codicillis libertate donatis, si idoneè cauerint de satisfaciendo creditoribus hæreditas addicitur, nec reliquis legatariis, aut fideicommissarius quicquam præstatur. Quod & secundo loco probatur, ibi, dum dicitur quòd si eam hæreditatem, quam neque hæredum institutorum neque legitimorum ullus adire uoluit, fiscus agnoscendam putauerit, id ei liberum erit, nec talibus seruis addicetur hæreditas, sed tunc fiscus libertates præstabit; reliqua uerò relicta non utique. ergo si hæreditas ex testamento uel abintestato adita non fuerit, siue ad fiscum perueniat, siue libertatum conseruandarum causa seruis libertate donatis addicatur, legata & fideicommissa pereunt. idemque futurum etiam si creditoribus iudicis officio bona uenundanda, uel ad eorum libitum disponenda tradantur. nam nec tunc ullum legatorum aut fideicommissorum præstabunt. ut colligitur ex d. tit. inst. de eo cui liber. cons. ca. bona addicuntur. & in tit. inst. de success. subl. & ferè per totū. ff. de bo. auth. iudi. possi. & ff. de curatore bo. dando. nam cum creditoribus talia bona traduntur, liberum est eis prout libitum fuerit de illis bonis disponere: ergo non imponitur necessitas satisfaciendi legatariis & fideicommissariis nam si imponeretur talis necessitas non esset eis liberū de eis disponere prout libitum esset. & uide Alex. in. l. recusare. §. si fisco. ff. ad trebell.

43 *Codicillaris claus. an testamento inter liberos semper inesse uideatur ard. q.*

Codicillaris 43 clausula inesse uidetur in testamento inter liberos, etiam si expressim à patre apposita non fuerit. ita tenent gl. in. l. cohæredi. §. cum filiæ. cum qua transeunt communiter doct. ibi. ff. de uulgari. estq; communis opi. secundum Boerium qui & eam sequitur decisione 240. & primò ponam regulam nu. 6. uersi. quoniam alias. Alex. in. l. hac consultissima. §. ex imperfecto col. fin. ff. de testam. & ibi Ias. col. 2. & Curtius Iunior col. 13. Ias. consi. 36. col. 1. lib. 1. hanc firmat esse communem opin. ipse Ias. in d. §. cum filiæ num. 18. communis etiam opin. est secundum Couarub. de testam. in c. Raynutius. §. 1. num. 4.

Contrariam tamen partem tenent quàm plures, quos refert & sequitur Gualdensis de arte testandi tit. 3. cautela 1. num. 7. quo teste hæc est receptior op. per eund. Couarub. in rubr. de testam. par. 2. nu. 20. Alciatus lib. 2. de uerb. signi. col. mihi 27. Nicolaus in add. ad Alciatū de præsumpt. regula 1. præsumptione 28. num. 7. Andr. Tiraq. qui plures refert in. l. si unquam. C. de reuo. donati. uerb. libertis num. 86. Et hæc pars (in quam proclinior sum) probata est per regulam generalem de qua in. l. 1. ff. de iure cod. & in. l. si idem. C. de codicillis cū aliis, quæ plenè adduximus supra. §. 11. de succ. crea. in quibus habetur testamērum nunquam censeri habere clausulam codicillarem, unde qui testam. facere uoluit nec adhibuit solennia ad testam. necessaria, eius testam. seu dispositio in uim codicillorum non ualet ut dd. ll. Nec dubium est, quin leges illæ ut potè generaliter loquentes comprehendant casus etiam priuilegiatos, si in ea re qua de agitur non reperiuntur habere speciale & expressum priuilegium. Bal. in. l. in fraudem. §. si. de mili. testamento per illum tex. Decius in. l. ex testamento. C. in de liberi idem Decius consi. 5. Alciatus lib. 4. parad. c. 22. Andr. Tiraq. qui alios refert de præscrip. §. 1. gl. 14. ad fin. estq; communis opin. ergo comprehenditur etiā testam inter liberos, si non monstretur speciale priuilegium: sed quidem speciale priuilegium mustratur & reperitur habere per. l. fin. C. fam. her. in quatuor sui locis, & dum ait quibuscunque uerbis, & dum ait quibuscunque indiciis, tertiò dum ait, quocunque modo 4. dum ait siue codicillos, siue epistola esse memoretur. lex enim consultum uoluit simplicitati & incuriæ qua plerique parentum inter liberos solent ultima elogia cōponere, & quicquid quocunque modo ipsi ordinassent ratum esse firmumque uoluit, non aliter atque foret, si nulla unquam forma in testamentis aut codicillis componendis, à lege reperta esset. Quòd & in milite ferè similiter induxit. argumento. l. 3. ff. de mili. testamento. sed ut nobis uidetur non tantam laxitatem militibus testantibus inter quoscunque quam parentibus inter liberos testantibus lex concessit. ut patet ex d. l. fin. Iuncta. l. Diuus. ff. de mili. testamento & §. planè inst. eod. tit. ergo ut uoluntas militis, quæ non potest ualere in uim illius dispositionis, quæ agebatur ualet eo modo quo potest etiam si transeat in aliam dispositionis speciem aut formam. l. 3. ff. de mil. testamento. l. militis codicillis. ff. de mil. testamento. ita & multò facilius uoluntas sanè patrisf. inter liberos testantis si in uim testamenti ualere nequiuerit, in uim codicillorum ut ualeat par est; cùm liberior laxiorque sit potestas hac in re parentis inter liberos disponentis, quàm militis disponentis inter extraneos. ut dd. ll. Et hæc pars ut æquior, ita & menti iuris proximior nunc mihi uisa est: quanuis olim contrariam amplexos fuerim. Et ideo dicebamus supra. §. 11. & §. 12. de succ. crea. tale testam. esse informe & ad similitudinem cuiusque dispositionis inter uiuos factę, esse sustinendum: in qua inter uiuos dispositione ut patet non sunt inuectæ illæ differentiæ tastamentorum aut codicillorum.

44 *Testam. etiam nuncupatiuum minus solenne an ualeat inter liberos ardua. q.*

Illud autem dubium est, an 44 testam. inter liberos ualeat minus solenniter celebratum etiam si non fiat in scriptis, sed per nuncupationem? & sunt, qui uelint non ualere, quando fieret per nuncupationem. ita Fulgosius, Paulus Castr. & Areti. notab. 1. in d. §. ex imperfecto. idem Fulgosius cons. 41. casus talis col 3. Salicetus in d. l. fin. C. fam. her. col. 2. ut refert Nicolaus Boerius qui contrarium & tenet & firmat communiter teneri in decisione 240. & primò ponam in prin. & ita sentit glo. in auth. quod sine. C. de testam. Barba. cons. 29. col. 4. lib. 1. & cons. 43. col. 11. lib. 3. Alex. cons. 104. col. 2. lib. 2. & cons. 105. super his lib. 7. & alii multi relati per Boeri. ubi supra. quæ pars ut receptior ita & uerior per d. l. fi. in 4. locis, ibi, quibuscunq; uerbis, & ibi quibuscunque indiciis, & ibi quocunque modo, & ibi siue testam. siue codicillos, siue epistola esse memoretur. Nam si quocunque modo, ergo non uno duntaxat modo. item si quibuscunque uerbis, ergo non iis duntaxat, quæ scriptis mandata essent. item si quibuscunque indiciis, ergo non iis tantum, quæ ex scriptura, sed etiā iis, quę aliunde colligerentur. nec dubium est quin d. §. ex imperfecto. ut potè ad interpretationem d. l. fin. factus eatenus se se porrigat quatenus d. l. fin. se se porrigebat; cùm lex, quæ ad alterius legis interpretationem fit, sit intelligenda iuxta terminos legis interpretatæ. communis opin. est doct. in. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. testamento. ubi per Ias. & Roderi. Xuarem circa pri. Alex. Corn. Ias. & alii communiter in. l. si pater. C de inst. & subs. per tex. in auth. de filiis ante dotalia instr. natis. §. si.

Quid si testam. inter liberos erat imperfectum, non solùm ratione solennitatis, sed etiam ratione uoluntatis? & quidem si testator cœpit disponere de rebus suis quibusdam, & cùm animus esset de reliquis quoque disponere, morte præuentus non potuit, uel etiam si de omnibus iam bonis disposuisset, tamen tutelas & similia cùm uellet ordinare fato arreptus non potuit, testam. non ualet. Quòd si omnia ut uolebat peregerat, sed cùm animus esset, ut ea scriptis uel mandarentur uel coram testibus recitarentur morte præuentus non potuit efficere, testam. firmum erit, utrunque membrum communiter receptum est secundum Boerium ubi suprà nu. 4. & 5. diximus suprà.

Quid si tale testa. partim fuit in scriptis partim per nuncupationẽ cõpositum minus tamen solenniter, adhuc quidẽ ualet. l. 2. §. & harũ. ff. de uerb. obliga. ubi multa in simili per Alciatum post Ias. & Alex. & est communis opin. ut per eund. Boerium ubi supra nu. 6. & in simili diximus suprà. §. 11. de succ. crea.

45 *Testamentum inter liberos an uideatur habere clausulam derogatoriam & clausulam si non ualet quod ago, ut ago &c.*

Denique in tali testamento subintelligitur illa clausula, si non ualet, quod ago ut ago, ualeat ut melius ualere potest: secundum eundem ibi nu. 6. post Antonium, Imolam, & Benedictum in c. Ramutius de testam. & alios plures, quos ipse allegat, ex quibus & hanc esse communem sententiam apparet & etiam illá quòd tale test. secundum eum uideatur habere clausulam derogatoriá ad reliqua testamenta quod & tenent per tex. ibi Paulus Castr. Corneus & Ias. col. 2. in auth. hoc inter liberos. C. de testam Alex. cons. 163. lib. 7. num. 5. per Corneum in. l. hac consultissima. §. si quis autem not. 1. C. de test. quæ conclusio quò ad reuocandum aliud superius test. est indubitata ut in. §. posteriore inst. quib. mod. test. in fir. l. 1. & 2. ff. de iniust. rup. l. si quis priore. ff. ad treb. l. si quis in principio testamenti. ff. de leg. 3. l. si iure. cod. tit. l. fin. ff. de hæred. inst. l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de lega. 1. Sed quò ad reuocandum uel infirmandum aliud testam. factum post id testam. quod modo inter liberos fiebat non satis certò scio, ao clausulam derogatoriam habere uideatur, uel an id descendat á mente d. auth. cogita, quia modò neutram partem firmo.

46 *Testa. minus solenne inter liberos an exigat quòd sint æqualiter honorati ard. &c.*

In summa illud etiam controuersum est, an 46 tale testam. factum inter liberos minus solenniter ita demũ ualeat, si liberi essent æqualiter honorati, an uerò etiá si inæqualiter? & hac in re sunt, qui uelint, non aliter ualere quam si æqualiter. ita sentiunt Alex. d. cons. 163. post Speculatorem, quem allegat in tit. de instr. editi. §. compendiose, uers. quid si pater habens tres filios. Romanus cons. 179. amplissime doctor col. 5. & cons. 385. col. 1. Socinus cons. 5. num. 10. lib. 3. Decius cons. 105. col. 5. Gerardus Albertus in rep. l. si pater. C. de inst. & subst. num. 85. quos refert Boerius ubi suprà num. 7.

Contrariam tamen partem ut id testam. ualeat etiam si liberi essent inæqualiter instituti, tenent Paulus & Aretinus in d. §. ex imperfecto. Paulus & Ias. in. l. hac consultissima. §. 1. C. qui testa. facere pos. Cumanus cons. 113. col. 1. Boerius ubi suprà num. 9. Sunt & qui teneant mediam sententiam, ut prior op. procedat, quando magna esset inæqualitas. secunda uerò quando parua. ita Curtius Iunior col. 2. in. d. §. ex imperfecto. quem tamen improbat Boerius ubi suprà.

Quid dicendum? & nos quidem sumus in 4. opinione ad cuius notitiam premittendum est, q tempore quo d. l. fin. C. fam her. facta fuit non erat inuentum supplementum legitimæ, patet, quia id supplementum ab Imperatore Iustiniano inuentum fuit per. l. omnimodo. C. de inoffi. testamento. ad d. l. fin. fuit facta ab alio anteriore, ut patet ex eius scriptione; sicque si tempore d. legis in minore portione quàm legitima esset unus ex pluribus filiis honoratus posset per querelam inofficiosi testamenti totum testam. rescindere l. cum quæritur. l. parentibus. C. de inoffi. testamento. l. Papinianus. §. quarta autem. & §. quoniam autem quarta. ff. de inoffi. testam.

Sin autem pater non tam testam. inter liberos quàm ultimam uoluntatem in genere fecisset (quale esset cùm non affuit alicuius filii institutio. §. ante hæredis. inst. de lega. l. proximè. ff. de his quæ in test. delentur. l. 3. ad fi. ff. de uulg. l. 3. ff. de hær. inst. §. pe. inst. de codi. ibi, ne côtum dantur iura testamentorum & codicillorum) tunc cessabat querela inofficiosi testamenti, quam contra inofficiosum codicillum dari non reperitur, sed per legem falcidiam legitimæ liberorum supplebantur. ut inst. de codici. §. 1. 2. & 3. illa enim erat successio abintestato ut d. l. fin. C. fam. her. ibi abintestato, & ibi, siue codicillus, siue epistola. quod intellige, quando nullus liberorum fuit institutus. nam si alii essent instituti, alii non, tunc testa. erat. l. si idem. C. de codicill. Sed erat ipso iure nullum per præteritionem filii in potestate. l. inter cætera. ff. de lib. & posth. l. pe. eod. tit. l. 3. ff. de iniu. rup. in pr. inst. de exhær. lib. licèt per d. l. omnimodo. testam. non uitiabatur filiof. præterito si quoquo tit. aliquid receperat, sed agebatur ad legitimæ suppl. tamen hodie correctum est & redacti sumus ad ius. ff. per auth. ut cum de appell. cog. §. aliud quoque. ergo iure hodierno, quo utimur sunt tres cásus inspiciendi. Primus, quando omnes filii fuerunt instituti. Alter, quando nullus, tertius quandam instituti quidam & non alii. Primo casu ea inæqualitate relictorum non potest desinere procedere d. l. fin. & d. §. ex imperfecto. nam siue omnes essent æqualiter instituti expedita res est, siue inæqualiter. ita tamen ut nullius legitima maneret diminuta, & similiter expeditum est d. l. cum quæritur d. l. parentibus. d. §. quarta & d. §. quoniam autem quarta. siue etiam alicuius legitima maneret deminuta. & adhuc idem, nam suppleretur per. l. omnimodo & l. scimus in prin. & §. repletionẽ. C. de inoffi. testam. & d. §. aliud quoque. testamentum autem saluum firmumque maneret. 2. casu, quando nullus fuit institutum, idem foret nam siue pater bona sua inter eos æqualiter partitus esset expedita res est, siue inæqualiter sine diminutione tamen legitimarum, idem esset d. l. cum quæritur. cum simil. suprà all. siue etiam diminuta alicuius legitima maneret, adhuc idem foret, quia per legem falcidiam suppleretur. l. 2. & l. fin. C. de codicill. cum sim. Tertio casu, cùm quidam fuerunt instituti, quidá præteriti id testamentũ nullum esset d. l. inter cætera. cũ simi. suprà all. & meritò, quia carere summo honore qui inspecta legis censura in institutione cõsistit. l. Iulianus. ff. si qua omi. cau. test. affectũ illum essu summa iniuria dicitur, quæ in præteritione, uel exhæredatione inspecta legis censura consistit. l. cum quidam C. de lega. l. Papinianus in princ. & §. 1. ff. de inof. test. §. 1. sola enim in auth. ut cum de appel. cogn. hæc quidem ut inæstimabilia per rerum hæreditariarum accessionem suppleri non possunt: sicque non iniuria testamentum manet nullum hæreditasque omnibus liberis ab intestato defertur, omnesque erunt ab intestato patri hæredes: sicque quò ad honorem pares erunt, non tamen quò ad bona. nam cum tale testamentum clausulam codicillarem sub intellectam habere suprà ostenderimus distributio bonorum in eo testamento à patre facta seruabitur, si quidem per eam nullius legitima fuerat deminuta. Idem si fuerat deminuta, facta tamen per legem falcidia suppletione. Hactenus quando preteritio testamentum nullum reddebat. at in quibus casibus præteritio habetur pro exhæredatione (ut si testam. fiat à matre uel ab ascendentibus per lineam maternam. § si. inst. de exhæ. lib. cum sim. quæ ita secundum nos hodie non sunt ex toto correcta) ad huc idem respondendum in omnibus quò ad primum casum principalem & secundum, sed quò ad tertium, nempe, quando liberorum quidam instituti, quidam præteriti fuerunt, tunc etiá hodie testamen. secundum nos ualere non desinit, licèt querelæ subiacere possit. ita intelligimus. d. §. aliud quoque. tuncque testam. per querelam rescinderetur hæreditasque ab intestato omnibus liberis deferretur;

que

quæ in honore sic pares essent sed non in emolumento; quia distributiones à patre factæ inter eos seruandæ essent ex ui clausulæ codicillaris,(quam in eo testamento subintellectam esse suprà ostendimus).nam si id contingit quando testam.erat ipso iure nullum, ut proximè diximus, multò facilius, quando initio ualuit, licèt per querelæ interuentum rescissum postea fuerit.& hoc modo uerificantur uerba Iustiniani dicentis, sola enim est nostræ serenitatis intentio iniuriam exhæredationum & præteritionis a parentibus & liberis auferre. ita ipse in d.§.sola enim.& ita uerificatur,& in hac ratione nititur auth. ex causa.C.de lib.præt.& in corpore, unde sumitur. dum iubet infirmato sic testam. reliqua relicta firma manere, præter institutiones, quæ omnia intellige, ut tamen si ex tali patris aut matris distributione, legitima alicuius diminuta manebat per legem falcidiam suppleatur.

47 *Intell. authen. ut cũ de app. cogn. per totam & auth. non licet. & auth. ex causa.C.de lib.præt.*

Quæ 47 omnia non minus nouè quàm piè & uerè intelligo in iis duntaxat casibus, in quibus iure nouo per d.§.aliud quoque, testam. hodie potuit infirmari, cum olim infirmari non posset. tunc enim Iustinianus ut nouè induxit testamenti euersionem, ita nouè quoque illam euersionem temperauit, ut quò ad institutiones tantùm & substi. directas non etiam qoò ad reliqua procederet per.d. auth.ex causa.& in corpore unde sumitur. at in quibus casibus etiam olim testam. uel ipso iure nullum erat, uel querelæ subiacebat, siue etiam contra tab.ho.possessioni in illis quidem nihil noui inductum; nec Iustinianum loquutum fuisse interpretamur, sicque si testam. euannerit, reliqua in eo testamento contenta non magis nec minus ualitura quàm olim ualerent, firmamus, aut saltem existimamus: tum per.d.§.sola enim ubi Iustinianus fatetur se denuo nihil inducere uelle, præter remotionem iniuriæ, quæ ex præteritione aut exhæredatione iniusta descendit, tum etiam quòd per hoc non tanta ex parte fit legum antiquarum correctio; quæ summopere uitanda est.l.si quando in princ. C. de inoffi. testamen. ergo in quibus casibus olim antequam fieret.d.§.aliud quoque.testamenta periclitabantur, in iisdem casibus & hodie periclitantur: non enim quò magis testamenta in pernitiem liberorum facta ex toto uel ex parte sustinerentur noua iura facta fuerunt, sed potius quo minus sustinerentur. ut patet per totum.d.§.aliud quoque.cum multis seq. Vnde in quibus casibus testamenta olim ex toto laborabant, si hodie ex parte (hoc est quò ad reliqua omnia præter institutiones & substitutiones directas) sustinerentur, planè fieret contrarium eius, quod Iustinianus inducere uoluit contra l.legata inutiliter.ff.de lega.1.l legata inutiliter.ff.de adimend.lega. ergo cum filius exhæredatur uel præteritur aut nulla causa fuit in genere uel in specie expressa, aut expressa fuit in genere tantùm, aut neque in genere neque in specie. Primò casu iure.ff.non minus nocebat exhæredatio uel præteritio, quia ipse filius onerabatur in probando se se gratum sicque iniuria exhæredatum fuisse.l.liberi.C de inof.testamen.hodie autem talis exhæredatio non nocet auth. non licèt.C de lib.præt.authen. ut cum de app.cog.§. aliud quoque &.§.siue igitur. nec admittitur hæres ad probandam talem exhæredationis, aut præteritionis iustitiam, quasi ingressus etiam probationis hoc casu denegetur, ut dictis iuribus &.l.omnimodo.C.de inoffi.testam.2. casu, iure.ff.nocebat exhæredatio, idem iure.C.ut.d.l.omnimodo.ibi, quod si nullam eorum quasi ingratorum fecerint mentionem ergo sufficiebat in genere eos ingratos aut demaritos appellasse. sed iure auth. id non sufficit nec hæres ad talem ingratitudinem probandam admittetur. nam talis probationis ingressus est impeditus.d.§.siue igitur &.§.cæterum si qui hæredes. Tertio casu, quando causa in specie fuit expressa(ueluti si testator dixit quòd ille uiolentas manus contra eum mouerat)tunc hæres potest & debet eam causam probare, ut exhæredatio aut præteritio noceat.ut.d.d.iuribus &.d.auth.non licèt. Modò sic, primo casu, quando causa exhæredationis nullo modo expressa fuit, olim filius onerabatur ut se se innocentem & inculpatum probaret, quo probato meritò tanquam dementis testam.reputabatur.(dementis enim erat liberos innocentes & inculpatos successione sua fraudatos relinquere) & cõsequenter etiam quò ad legata & fideicommis. & reliqua in testamento contenta id testam. infirmabatur olim.l. Titia.ff.de inof.testam.quod & hodie ut nobis uidetur procedit, cùm & hodie ratio illa urgeat & Iustinianus non quò magis sed quò minus talia iniusta testamenta ualerent curauerit. ut suprà ostendimus. Secundo casu, quando iusta causa exhæredationis in genere tamen non in specie expressa fuit iure tam.ff.quam.C.testam.ualebat, nisi exhæredatus uel præteritus se innocentem probasset.l.liberi.& l.omnimodo.C.de inoffic.testam.hodie uerò hæres probat dementia alioquin testam. irritatur, quo casu, si neque hæres dementia exhæredati aut præteriti, neque ipse suam innocentiam probauerit, ualet testam. quò ad relicta singularia, non quò ad institutiones d.§.siue igitur.d.§.cæterum cum.§.seq.&.d.authen. ex causa. cum enim tunc non sit probatum talem præteritum aut exhæredatum esse inculpatum, non esset æquum tale testam.quasi dementis iudicium reputari: prout reputatur quando probatum esset inculpatum fuisse filium. ergo si is filius in se uelit suscipere onus probationis se seque inculpatum docuerit, consequens erit omni ex parte testam.hodie etiam irritari, non secus quàm olim, cum quòd meritò quasi dementis iudicium damnari debet, eo quòd alienos suis inculpatis anteposuit. argum.d.l. Titia. cum etiam quòd iura noua facta quò facilius testamenta iniusta irritentur absonum esset quòd operarentur contrarium.s. ut quo casu olim testam. ex toto peribat, eodem casu hodie ex parte tantùm irritaretur. Tertio casu, quando causa exhæredationis aut præteritionis etiam specificè expressa fuit, si ab hærede probata fuerit, testamentum ex toto ualebit.d.§.aliud quoque. Quòd si nec hæres culpam probauit, nec ipse exhæredatus, aut præteritus suam innocentiam docuit, tunc testam.quò ad institutiones tantùm, nõ etiã quò ad singularia relicta irritatur.d.auth.ex causa. & in corpore unde sumitur. quia cùm non fuerit ostensum filium fuisse inculpatum, durum esset præsumi aut iudicari id testam.quasi dementis iudicium uideri. Vnde si ipse filius hoc casu in se suscepisset onus probationis, meritò testatoris iudicium quasi dementis fuisse uideretur: sicque nulla ex parte sustineretur etiam hodie, non secus quam olim per rationem proximè assignatam quæ omnia certiora redduntur ex.d.§.cæterùm uers.sola enim. ubi Iustinianus attestatur nihil noui se inducere uoluisse, præter quàm subuenire liberis remouendo iniuriam exhæredationis & præteritionis. ergo eis nocere nunquam uoluit. noceret autem si quando ipsi suam innocentiam ostendunt & hæres scriptus contrarium non probat, adhuc testam.quod olim nulla ex parte ualebat, hodie quò ad relicta singularia in onus & pernitiem huius filii sustineretur.quæ omnia nota, quia nullus unquam in cuius scripta inciderim, ita declarauit, aut proximè accessit.

48 *Codicillaris clau.in testamẽto inter liberos apposita an tueatur si testamentum ex præteritione uel exhæredatione irritetur.*

Secundum quæ eùm quæritur, an 48 rupto ex causa exhæredationis uel præteritionis testamento, clausula codicillaris io eo apposita conseruetur, & sic an sustineatur in uim codicillorum? qua in re Bar.in.l.1.ff.de iure codicil. tenuit ualere. cuius opin. communis est secundum Gualdensem, qui & eam sequitur de arte testandi tit.3.cau.1.num.4.per Ias.num. 24. post Corn. & Alex.in d.auth.ex causa ubi Ioannes Igneus nume. 179. cum seq.

Nos firmamus istorum sententiam suspectam esse, quando exhæredatus uel præteritus docuit se inculpatum seque immeritò exhæredatum uel præteritum fuisse

quod obtinet primùm, quando nulla causa expressa fue
rat exhæredatus aut præteritus. deinde etiam si expres
sa causa in genere tamen. Tertiò, etiam si in specie
expressa fuisset, tuncque demum & non aliter commu-
nem sententiam tueri posse, cùm neque ipse se inculpa-
tum ostendit neque hæres eius indignitatem & culpam
probauit ut supra ostendimus. Vt sic probata innocen
tia filius ad totum ab intestato admittatur testamento
ex toto perempto. probata autem ab hærede filii culpa
tunc filius ex toto ualente testamento ad nihil admitta-
tur. quòd si neque innocentia nec culpa probata fuerit,
tunc media uia eligatur. nam filius ab intestato hæres
patri fit, sed relicta singularia præstabit.

49 *Intell. l. sicut certi. l. si cum uel in utero C. de mi test. l. Titius. ff de mil. test.*
Hinc apparet, quòd si 49 filius per errorem præ-
teritus fuit (quia testator se eum habere ignorabat, aut
mortuum putabat) tunc quia satis superque de innocē
tia sua apparet, testa. hodie nulla ex parte ualebit, non
magis quam ualebat iure. ff.l. sicut certi.l.si cum uel in
utero C.de test.mil.non quidem eo quòd quasi per fu-
rorem testantis consensus testatoris defuerit iuxta.d.l.
Titia.ff. de inof. testam. sed eo quòd nihil est quòd tam
remoueat consensum quàm error.l.si per errorem.ff. de
jurisd. omnium iudi.sicque id testam.quasi testantis uo-
luntate destitutum non ualebit quò ad legata non ma-
gis quam quò ad institutiones. argu.l.si iure.ff.de lega.
3.l.ea parte.l.3.§.fi.ff.de adim.lega.l.pen.§.testamento.
ff.de bo.po.secundum tab.ad.d.auth. ex causa.& in cor-
pore unde sumitur resp.quòd loquitur in quibus casi-
bus olim ualebat testa. non quando olim ualere nō po-
terat, ut in specie nostra, & prȩterea facta fuit quo mi
nus non quo magis hodie quam olim testam.sustineren
tur. Vnde cùm olim id testam. etiam quò ad singula-
ria relicta non ualeret multò minus hodie sustinebitur.
& ita etiam hanc esse communem opi.tenēt multi, quos
referunt Alex.& Ias.num.24.in.d.auth.ex causa. qui fir
mant hanc esse communem opin. idem Alex. consi.37.
lib.i.& est communis opin.secundum Ioannem Igneum
in.d.auth. ex causa num.175. cum seq.post Bar.& alios
ibi. licèt contrarium teneant & malè multi, quos re-
fert & sequitur Aretinus consi.24.col.1. & nouissimè
Igneus ubi supra moti per.l.fin.ff.de hære. inst. quæ ni-
hil obest, quia ibi fuerunt duo testamenta & tam pri-
mum quàm secundum legatis oneratum fuit, sicque te-
stator constat quòd noluit uniuersa bona in hȩredem
conferre. hic autem unicum fuit testam. sicque potuit
testator & uerosimile est, ut noluisset filium legatis one
rare. Præterea ibi transuersus tantùm non etiam filius
fuit institutus, nos loquimur in filio, cui magis fauetur
prȩterea pro nostra & receptiore sententia facit à for-
tiori.l.si unquam.C.de reuo. don.si scis inducere.

50 *Intell. ad tit ff. de lega. præst.*
Ex superioribus colligitur, an 50 uera sit op.existi-
mantium hodie nullo omnino casu locum habere titulū
ff.de lega.præst. id quod post alios, quos ipse refert te-
net (multis tamen repugnantibus) Igneus in.d.auth.ex
causa num.219.sed ille titulus procedit etiam hodie, pri
mùm, quando per errorem fuit filius prȩteritus, quo
casu relicta singularia non conseruantur ut supra dixi-
mus, hoc primo contra Igneum. Idem si scienter fa
cta fuit præteritio si filius se inculpatum probauit, nec
hæres probauit contrarium, quo casu ut supra dixi, qua
si furiosi & dementis esse uidetur talia testamenta fecis-
se: sicque quò ad legata non ualebit non magis quàm
quò ad institutiones.d.l.Titia &.l.mater decedens.ad fi.
ff.de inoffic. testam.hoc ergo casu uidetur quòd subsisti-
neantur legata exceptis personis relicta per illum titulū
ff.de lega.præsta. nisi contra dicas quasi legata, quȩ ex
defectu intellectus præsumpto euanescunt non conser-
uentur per illum titulum, sed illa tantùm, quȩ ab homi-
ne sanȩ mentis relicta fuerunt. nec enim qui emancipa-
tum prȩteritum reliquit demens iudicatur, cùm ille iā
quasi extraneus reputaretur. cogita.

51 *Pupillaris an conseruetur ir*
Sed an 51 testamento ex causa exhæredationis uel

præteritionis irritato, conseruetur pupillaris substitu- *ritato per præteritionem testa. & quid in legatis relictis in principali testamento uel in pupillari, & quando conseruentur legata & si hæreditas adita non fuerit.*
tio? uidetur non conseruari; quia si quasi dementis iu-
dicium irritatur.d.l.Titia.d.l.mater decedens.l.i.2.3. &
4.ff.de inoffi.test.in prin.inst.eod tit. consequens est ut
pupillaris substitutio euanescat ne in perniciem pupilli
cederet.argum.§.sin autem quis ita formidulosus. insti.
de pup.per contrarium ut ualeat uidetur, quia Iustinia-
nus sola iniuria exhæredationis & præteritionis uoluit
remouere, quæ remouetur cum institutiones exulant
filiusque patri intestato hæres existit. §. cæterùm uers.
sola enim in auth.ut cum de.app.cog.sed certè nimis no
uum est, ut pereunte patris testamento, filii test. quod
est accessorium ualeat, uideturque esse contra.l.2. §.1.
&.2.ff.de uulga.l.patris & filii.ff.eod.tit. inst. de pupill.
§.uel singulis.& saltē in quibus casibus patris test.quasi
dementis irritatur sicque etiam singularia relicta non su
stinentur etiam hodie (id quod accidit in casibus per
nos suprà memoratis) in illis quidem pupillare testam.
similiter peribit, in reliquis uerò cogita, an similiter pe-
reat nec ne. ut sic appareat, ueram non esse opin.existi-
mantium indistinctè cōseruari pupillare testam.de quo
plenè post Bald.Salic.& alios tradunt Alex.Corneus Ia-
so.& Ioannes Igneus in.d.auth. ex causa.

Quid autem in institutione facta in re certa, an con-
seruetur per.d.authen.ex causa? uide plenè per eundem
Igneum ibi num.223. Quid in legatis relictis in tabu
lis pupillaribus? tradit ipse ibi col.antep. Denique ca
sus in quibus relicta conseruentur, & si hæreditas non
adita fuerit, congessit Ias.12.in.l.eam quam.C.de fidei-
commis.ubi Corneus enumerat casus.25.Decius consi.
476. Barbati. in.c.Rainaldus fol.60. de testam. Alex.in
d.auth.ex causa.col.fi.

Postremò quò ad tertiam partem ut resoluantur co-
dicilli, quæro, an 52 ut superius testam.tollitur poste 52 *Codicilli priores an posterioribus ipso iure infirmentur.*
riore ut in.§.posteriore. inst. quibus modis testam. in-
fir.l.si quis priore.ff. ad treb.l. fin.ff.de hær. inst.l. san-
cimus.C.de testam.l. si iure.l.si quis in principio testa-
menti.ff. de lega.3.l. si mihi & tibi. §. in legatis.ff. de
lega.3.ita quoque codicilli superiores posterioribus ip-
so iure infirmentur? & doctores communiter in d.l.fi.
C. de codicillis. sentiunt non infirmari, & rectè, quia
codicilli nullam solennitatem &c. §.fin. inst. de codi. &
quia idem foret in actibus inter uiuos, in quibus poste-
rior actus priorem non infirmat, nisi priori contrarius
sit, uel id expressim uel tacitè is, qui disponit uoluerit.l.
pacta nouissima. cum ibi plenè not. per gl. & doct.ff.de
pact. & quia omnia censentur permissa, quæ non repe-
riuntur nominatim prohibita.l. nec non.§. quod eis.ff.
ex quib. cau. maiores. nec reperitur prohibitum cum
duobus codicillis decedere. ergo &c. quinimmo expres
sim reperitur permissum. ut in.§. fin.inst.de codicillis.

Item quæritur, an 53 ut per lapsum decennii cum 53 *Codicilli an decennio senescant.*
aliis adminiculis infirmatur testamētum.l. Sancimus.C.
de testam.ita & codicilli infirmentur? & magis esse ui-
detur eam legem ad codicillos trahi non posse. nam so-
lùm tempus decenii non sufficit ut infirmentur codicilli
aut testamentum, ut ibi, nisi adsit uoluntatis testatoris
mutatio. at si adsit mutatio uoluntatis testatoris ea so-
la sufficeret ad tales codicillos infirmandos. argumen-
to.l.si iure.ff.de lega 3.cum simil.supra all. Adhuc ta-
men ad hanc partem procliuior sum, ut putem eam legē
ad codicillos esse trahendam, cum illa nō tam in ulla iu-
ris necessitate quàm in testatoris uoluntate nitatur.
Vnde si codicillos feci priores posteaque alios feci, qui
prioribus aliquantulum aduersabantur, sed posteriores
ualere desierunt, uel quia testibus destituti erant, quia
non quinque sed duo tantùm uel tres testes habuerant
iuxta.l.fin.C. de codi. tunc priores codicilli per poste-
riores eis contrarios non tolluntur; quasi sub hac demū
ueluti conditione testator à prioribus codicillis recede-
re uoluerit, si posteriores, ualerent: non sic si non uale
rent.l.si iure suprà all. sed si postea decennium præte-
rierit.

rierit. tunc priores codicilli quasi senio confecti euanescunt, ut quos sola uoluntatis mutatio, quæ per posteriorem dispositionem minus solennem ad superiores codicillos infirmandos non sufficeret, nunc per adiectionem & accessionem decennii sufficiat: sicque alterutrum nō sufficeret, sed utrunque simul sufficit. nam duo uincula &c. l. testamento. C. de impuberum. Et cum leges fauorabiles (quales esse intelliguntur, quæ in uoluntate expressa uel præsumpta disponentis nituntur) locum habeant etiam in testamentis & codicillis personarū, quæ priuilegiis gaudent, qualis est miles & similes. eumq; leges, quæ generaliter loquētes reperiūtur cōprehendant personas utcunq; priuilegiatas, si in ea re qua de agitur nō reperiūtur habere peculiare priuilegiū. ut tenet Bal. per tex. ibi in. l. in fraudem in fin. ibi quia generalis erat illa determinatio. ff. de testam. mili. Decius in. l. ex testamento. C. unde liberi. idem Decius consi. 5. plenè per Tiraq. de præscrip. §. 3. glo. 1 t. ad finem. ex cuius relatione apparet hanc esse communem op. Alciatus lib. 4 paradoxorum c. 10. euenit ut hoc casu idem futurum esse intelligendum sit in codicillis factis à personis priuilegiatis (quales sunt miles, paterf. inter liberos, uel ad pias causas, princeps, clericus, qui utitur iure canonico, ille, qui habet merum imperum ubi codicillabatur, & similes de quibus suprà. §. 30. ad fin.) quod foret in codicillis à quouis hominum confectis. & cum plures quàm triginta casus speciales enumerauerimus suprà lib. 3. ad fin. & in princ. in omnibus illis id admittendum esse existimo, id quod non minus utile erit quàm nouum.

54 *Codicilli an posthumi agnatione rumpantur.*

Item quæritur, an 54 ut testam. posthumi agnatione rumpitur, ita & codicilli posthumi agnatione rumpantur? & magis est regulariter non rumpi, per rationes & iura de quibus suprà in filio dum de filio loquebamur. & ita non inutiler limitabitur & declarabitur totus titulus. ff. de lib. & posth. & . C. de posth. hær. inst. quod fortè limitari posset, eo casu quò testator postquam posthumus sibi natus foret non habuisset spatium mutandi testamentum. argumento. l. si unquam. C. de reuo. don. iuncta. l. 3. C. de mosti. testamento & quæ notat ibi Ias. col. i. post Bar. & alios. quos ipse allegat, quod intelligo si in codicillis magna legata relicta fuerant uel fideicommissa, non si parua, argumento d. l. si unquam. Id quod procederet etiam in 30. omnibus casibus & personis priuilegiatis proximè memoratis, quia & hæc interpretatio in uolūtate præsumpta disponentis nititur. qua ratione & cum ille, qui codicillabatur & filium natum prætetiit si id errore fecit (quia filium se habere ignorabat uel mortuum putabat) fideicommissa codicillis relicta non ualebunt, si magna erant, secus si modica. argumento. d. l. si unquam. quod non minus utile existimo esse quàm nouum cogita tamen.

55 *Codicilli infirmātur arrogatione.*

Quid si 55 postquam feci codicillos me in arrogationem dedi, an ut testamentum infirmatur. l. pe. §. testamento. ff. de bo. poss. secu. tab. §. ex eo inst. quib. mo. testam. infir. ita quoque & codicilli euanescant? & putó euanescere. argum. l. 2. ff. de lega. i. sed ut tale testamentum si testator sui iuris effectus decederet accedēte noua uoluntate conualesceret, ut dd. iuribus, ita & codicilli sustinerentur. argumen. dd. iurium, & l. si iure. ff. de lega. 3.

56 *Codicilli cancellatione pereunt ipso iure.*

Quid si 56 postquam codicillos feci eos cancellaui, an pereant ut testam. periret per totum. ff. de his quæ in testam. delentur? & non dubito, quin pereant. argumen. in omnibus legibus illius tituli. hoc amplius & si per cancellationem ope tantùm exceptionis non ipso iure intercidat testam. ut tenent gl. & communiter doct. in. l. 1. ff. de his quæ in testa. deleu. tamen codicilli cancellati magis est, ut ipso iure intercidant. argumento. l. si iure. ff. de lega. l. 3. §. fin. l. ex parte. ff. de adim lega.

57 *Codicilli pænitentia occidunt ipso iure.*

Quid si 57 postquam codicillos feci pænitui, eosq; expressa sed nuda uoluntate reuocaui, an ut testam. per talem pænitentiam non periret. l. militis codicillis. §. ueteranus. ff. de milit. testam. §. ex eo inst. quib. mo. testa. infir. ita & tales codicilli nō infirmētur? & magis est eos infirmari. argumen. d. l. si iure & d. l. 3. §. fin. d. l. ex parte. ff. de adim. lega. & quia ut in sui creatione nullam solennitatem desiderant. §. fin. inst. de codi. ita & in sui resolutione, ut nullam solennitatem desiderent par est. diuersum est in testamentis, quæ ut in sui creatione multa solennia exigunt, ita & in sui creatione aliqua quoque desiderant.

58 *Codicilli per filii præteritionem non uitiantur.*

Quid si 58 in codicillis filium in potestate mea præterii, an ut testam. infirmaretur. l. inter cætera cum simi. ff. de lib. & post. in prin. inst. de exh. lib. 3. ff. de ini. rup. ita & codicilli infirmabuntur? & magis est, ut non infirmentur. quia nullam solennitatem &c. d. §. fin. inst. de codi. Quid si in codicillis de uniuersis bonis meis disposui & prohibui falcidiam detrahi, iuxta auth. sed cum testator. C. ad legem falci. & in corpore unde sumitur, an tales tunc filio præterito ualere desinant? quod nego, quia etiam inuito testatore legitima deducitur. §. cæterùm in auth. ut cum de app. cog.

59 *Codicilli hæredis repudiatione an cadant.*

Quid si hæres scriptus repudiauit hæreditatem, an pereant codicilli? & regulariter non pereunt quia & intestatus decedens potest codicillos facere. §. i. & . §. fin. inst. de codi. nisi cœperunt à testamēto pendere. sed hac in re sunt tres casus, primus, quando testam. firmum factum fuit, & codicilli, & tunc testamento per hæredis repudiationem irritato euanescunt & codicilli. l. i. & ibi communiter doct. C. de codi. Dinus & Bar. in. l. legata inutiliter. ff. de lega. i. Paulus Castrensis in. l. 3. §. fin. ff. de lib. & posth. Secundus quando testam. factum quidē fuit, sed non ualuit ab initio, quia minus solenne: & tunc codicilli firmi sunt. Dinus & Bar. & Paul. ubi suprà licèt contrarium sentiat glo. in d. l. 3. §. fin. & expressius gl. in. l. quidam referunt. ff. de iure codi. dum uult quòd & si inutiliter factum fuerit testamentum, adhuc tamen codicilli ab eo pendere uidentur eiusque fortunam sequi. sed superior opin. uerior est. argumento. d. l. 3. §. fin. qui tex. hanc ad rem est melior de iure si scis inducere. Vltimus casus est, quando nullum factum fuit testamentum, & tunc sine dubio ualent codicilli d. §. i. inst. de codi. & l. si quis cum testamentum nullum. ff. de iure codi. sed tunc ex testamento repudiari hæreditas non potest, cùm nullum factum fuerit.

60 *Codicilli pereunt, si hæres uiuo testatore decedat.*

Quid 60 si hæres scriptus uiuo testatore decessit, & tunc ut testam. ita & codicilli pereunt. l. un. §. in primo & . §. pro secundo. C. de cad. toll. l. si nemo. ff. de reg. iur. l. si nemo. ff. de testam. tut. l. eam quam. C. de fideic. iuncta. l. i. C. de codicillis.

61 *Codicilli an pereant si modus uel cōditio ab hærede non fuit expleta uel decessit ea pendente.*

Quid 61 si hæres fuit sub conditione scriptus eaq; defuit, & quidem tunc ut testamentum intercidit. §. fin autem aliquid sub conditione. C. de cad. toll. & per totū. ff. de cond. & dem. ita & codicilli peribunt. argumento. d. l. i. C. de codicillis. Quid si hæres sub conditione potestatiua scriptus ea pendente decessit, & adhuc idem puto, quia & tunc testam. intercidit eo quòd facultas implendi conditionem etiam potestatiuam non transit ad hæredes. l. 2. ff. de cond. & dem. l. si decem cum petiero. ff. de uerb. obliga. l. qui Romæ. §. Angerius. ff. eod. tit. facit gl. communiter ibi app. in. l. inter stipulantem. §. si Stichum. ff. eod. tit. Quid si hæres scriptus sub modo modum infra tempus à testatore definitum non impleuit, uel decessit ante quam illum impleret, an pereant codicilli? & quidem modus adiectus non impedit hæreditatem adire, licèt ea postea hæres priuetur, si modum non impleat uel ea possit priuari &c. l. in testamento. l. quibus diebus. §. Termilius ubi plenè per Bar. & Soci. ff. de conditi. & dem. l. i. cum gl. C. de his quæ sub modo. ergo si hæres hæreditatem adiuit licèt postea ea priuatus fuerie aut priuari potuerit ex defectu modi impleri, magis esse uidetur, ut codicilli semel confirmati hæredis aditione non infirmentur. argumento. l. 3 §. fin. ff. de lib. & posth. c. factum legitimè de reg. iur. lib. 6. l. patre furioso. ff.

so.ff. de hisqui sunt sui uel ali. iur. cogita.

62 Codicilli an pereant hæreditate non adita.

Quid si 62 testamentum nullum feci, sed tantùm codicillos iuxta.§.1.inst.de codi.l.si quis cum test.ff.de iure codi.nullus tamen meam hæreditatem adiuit abintestato & tunc codicilli peribunt, etiam si uelint, qui codicillis honorati erant eam adire.argum.l.eam quam.cum ibi plenè not.per gl.Bar.Bal.Sali.Corneum & Ias.l.si nemo.ff.de testam.tutela.l.si nemo.ff. de reg. tut. Quid si legitimi hæredes, qui erant in proximiore gradu meá hæreditatem repudiarunt, remotiores uerò eam adierunt, an per eorum aditionem firmentur codicilli? mouet quæstionem q legata & fideicómissa abintestato relicta ab iis duntaxat debétur, qui sunt in proximiore gradu, non etiam á remotioribus, quia ab his quos non honoraui, nihil possum fideicommitere aut legare.l.ab eo.C.de fideic.§ 1.inst.de sing.rebus.l.j.§.fi.ff.de lega.3.& licèt 63 intestatus decedens tacitè uideatur suam hæreditaté legitimis dedisse, eo q eis eam non ademit cum possit.arg.l.semper.qui nó prohibet.ff. de reg.iur.l.j.§.fi.ff.de leg.3.l.cóficiuntur.ff.de iure codi. tamen iis duntaxat, qui erant in gradu proximiore eam dedisse uidetur, non etiam remotioribus, qui eam capere si quando possunt magis casu & fortunæ ex iudicio quam ex iudicio testatoris uidentur capere, sicque ab eo onerari nequeunt. argu.l 5.& .6.ff.de lega.3. ita tenent gl.Bar Bal. nu.8.& Paul.Castr.in.l.non iustam.C.ad trebel. Ias. qui hanc dicit communem op.in.l.licèt Imperator nu.39.ff. de lega.j. idem Ias.in auth. ex causa ad fi.C.de lib.præteri.Ang.in fi.prin.inst.Cynus & Ang.io d.l.non iustam. gl.in.l.si Titio & Meuio.§.Iulianus.ff. de leg.2. Contrariá tamen partem ut legitimos etiá remotiores possit, onerare intestatus decedens, tenent gl.in d.l.j.§.fi.ff. de lega 3. & ibi Dinus & Bar.idem Bar.in.l. cum pater. §.cum existimaret.ff.de leg.2. Corneus io d.l.nó iustam col.2.C.ad treb.Bar.cons.204.factum tale est.Fulgosius & Sali.in d.l.non iustam. & hæc pars uerior est & fortè receptior per generalitatem d.l.j.§.fi.& d.l.cóficiuntur. cum simi.& quia, qui codicillos facit, non potest uidere honorasse proximiores legitimos hæredes, cùm possit diutius uiuere & interea possint perire, qui tempore codicillandi proximiores erant: sicq; apparet suam uoluntatem ad omnes omnino legitimos porrigi quandoquidem qui quales'ue eorum ei successuri essent ipse certo scire non poterat. Ad.l.6.ff.de leg.in qua re positú fuit unicum fundamentom eorum, qui contrariam partem tuentur, responde procedere nó in hærede testantis uel codicillantis, sed in hærede alterius hoc est illius, qui huic codicillanti hæres extitit, quem onerare non possumus cùm ei nihil reliquerimus, & licèt fortè bona uestra ad eum deuenerint, tamen id sorte & casu quodam non ex iudicio nostro contigisse uidetur, ut ibi, sicq; in consideratione non est, ut & in simili dixit.l. scimus.§. repletionem. uerbo, aduentitio lucro.C.de inoff.testa. Cùm ergo relicta á codicillante debeantur etiam á remotioribus legitimis, consequens est, ut impedimentum non sit, nihilq; noceat repudiatio eorú, qui erant in proximiore gradu, si modo remotiores adierint.

63 Legitimi remotiores an uideantur habere uoluntaté defuncti. ardua.q.

64 Codicilli an suitate confirmentur not.q.

Quid 64 si feci testamentum & etiam codicillos & iure suitatis non etiam immixtionis filius meus hæres scriptus mihi ipso iure hæres extitit, ac deinde usus beneficio prætoris abstinuit.iuxta.§. sed his permittit præcor.inst. de hær.qual.l.necessariis.ff.de ac.hær. an codicilli pereant, argu l.j.C.de codicillis, an uerò sustineantur, eo quod semel mero iure ciuili confirmatum fuerit test.suitate filii abstinentis? & q codicilli non ualeant. argumento est.l.nam nec emancipatus.ff.de leg.j.rursus ut ualeant, argumento est, q & tabulæ pupillares suitate filii etiam abstinentis semel confirmatæ per interuentum abstensionis non intercidunt, ut est uera & communis op.quam tenent Bar.& communiter doct.per tex.ibi in.l.filius qui se paterna.ff.de acq. hær.& in.l. quæsitum & in.l.si pupillus.eod.tit.& omnes doctores in.l.apud Iulianum.§. idem Iulianus.ff. ad treb. præsertim Alex. ibi Socinus in.l.si filius qui patri.ff.de uulg.Corneus in.l.3. C.de iure de lib. Alex. & Ias.in.l. si filius hæres.ubi etia Alciatus.ff. delib. & posth. Sic & in specie nostra cùm suitate filii semel hæredis ipso iure existentis confirmatum fuerit testamentum & consequenter codicilli, uidetur, q & si postea per abstensionis interuentú testamentum euanuerit, adhuc tamen codicilli non desinant ualere, præsertim cùm tabulæ pupillares ad testamentum magis accessoriæ sint quám codicilli: patet quia ipsæ tabulæ pupillares fieri non possunt, nisi pater sibi fecerit testamentú.l.2.§.prius.ff.de uulgari.l. patris & filii eod. tit.& tamen codicillos facere posset etiam intestatus decessurus.§.1.inst.de codi.l.si quis cum testamentum nullum.ff.de iure codi.ergo facilius sustinebuntur codicilli quàm tabulæ pupillares. pro quo etiam facit.l.3. §.fi.ff. de lib.& posth.l.si scis inducere, facit.l.si quis ita hæres institutus.ff.de acq. hær.ibi, sunt enim appenditiæ præcedentis institutionis. qui tex. in illis uerbis memorabilis est.

Quid 65 si testamentum nó suitate tantùm, sed etiá aditione hæredis scripti cófirmatum fuit, isq; hæres postea in integrum restitutus repulit á se hæreditaté (quia minor erat) iuxta.l.j.&.2. & per totum.C.si minor ab hæreditate abstineat.l.quod si minor.§. Scæuola.ff. de minoribus.an tunc codicilli infirmentur? & magis est non infirmari.arg.eorú, quæ proximè diximus, & quia beneficium minoris non debet cedere in perniciem eorum, qui codicillis honorati fuerant.argum.l.cum anus.C.de emancip.lib.l.ex facto in pr.ubi plenè in simili per Bar. Ias. & Ripam.ff.de uulga.

65 Codicilli aditione cófirmati an restitutione infirmentur.

Quid 66 si testamentum non solùm aditione hæredis minoris, sed etiam hæredis ætate maioris confirmatum fuit, sed tamen, quia postea cohæres suus minor, qui suam quoque portionem adiuerat in integrum restitutus fuit eiusque portio huic cohæredi suo maiori per ius accrescendi delata fuit, cui liberum est si accrescentem portionem agnoscere nolit etiam suam portionem relinquere iuxta.l.si minor.ff.de acquir.hæreditate.an si utranque portionem sic missam fecerit per quod hoc testam. iam semel aditione confirmatum intercideric, an codicilli quoque intercidant? quod nego.argum.eorum quæ suprá diximus.

66 Codicilli an infirmentur repudiati one eius, qui semel adierat.

Quid 67 si post factum codicillum interuenerint inimicitiæ capitales inter testatorem & eos, qui codicillis honorati fuerunt. an codicilli intercidant? quod puto uerum: licèt aliud esset in testamento. utrunque probatur in.l.3.§. fi.&.l.ex parte.ff.de adimendis legatis. quòd si non inter testatorem & omnes illos, qui honorati codicillis fuerant, sed respectu quorundam tantùm inter fuerunt tales inimicitiæ, tunc respectu illorú peribunt codicilli.argum.l.quæ de tota.ff.de rei uend.l. ut pars.ff.pro dereli.l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Trebel.l.6.ff.de lega.i.Nec ad rem pertinet quòd testam.ex parte ualere & ex parte intercidere nequeat.l.ius nostrum.ff.de reg.iur.nam illud quò ad hæredum institutiones, aliud quò ad omnia reliqua in testamento ordinata.arg.d.l.3.§.fi.&.d.l.ex parte &.l.fin.ff.de hær.insti.l.si iure.ff.de lega.3.cum similibus.

67 Codicilli an pereant capitales inimicitiæ.

Quid si ad mortem naturalem damnatus fuit, qui codicillos fecit? & puto intercidere codicillos, non secus quàm testamentum intercideret.argum.l.si quis filio exhæredato.§.irritum.ff.de iniusto rup.iuncta.l.2.ff. de lega.i.

68 Codicilli an condemnatione capitali uel captiuitate pereant.

Quid si codicillans captus fuit ab hostibus? & puto codicillos infirmari. nam & testamentum similiter infirmaretur cùm ille fiat seruus hostium.argum.d.§.irritum. iuncta.d.l.2.iuncta.l.qui in potestate.ff.de testam. seruorum enim status etiam in regentium annihilatus fuit.l.manumissiones.ff.de iust.& iure. & multò magis iure ciuili.l.quod attinet.ff.de reg.iur. ergo facultas codicillandi siue iuris gentium esse dicatur, siue iuris ciuilis,

uilis, in seruis non cadit: & quin sit iuris ciuilis dubium non est. ut in prin. inst. de codi. & in prin. inst. de fideicommiss. hær. sed ut testamentũ eo casu siue captos apud hostes decederet, siue reuersus esset, sustineretur. argu. d. l. si quis filio. §. quatenus. ff. de inios. rup. l. lex Cornelia. ff. de uulgari. l. eius. ff. de testam. ff. ita & codicilli (ut nobis uidetur) sustinerentur. arg. dd. ll.

69 *Codicilli pereunt si codicillans uendidit se se, uel fuit deportatus, uel proscriptus uel ad bestias uel ad metallum dãnatus, uel aqua & igni interdictus, uel si fuit obses, uel dãnatus ob carmen famosum, uel reus maiestatis, uel si hæc contigerunt in eo, qui codicillis fuit honoratus.*

Quid 69 si is qui codicillos fecit sese uenundari passus fuit ad pretium participandum? & puto eius codicillos infirmari per supra dicta iuncto. §. fi. inst. de iure personarum. & iuncto. d. §. irritum. Quid, si, qui codicillos fecit deportatus fuerit? & magis est codicillos perire. arg. l. eius. §. in insulam. ff. de testam. d. l. si quis filio exhæredato. §. eius. Iuncta. d. l. 2. ff. de lega. i.

Ergo & similiter peribunt si codicillans aqua & igne interdictus fuerit ut. d. l. eius & l. 2. C. qui testam. facere possunt. Iuncta. l. qui ultimo. ff. de pœnis.; qua ratione peribunt similiter si codicillans ad bestias uel ad opus metalli damnatus fuerit, argum. d. l. eius & d. §. irritum & quæ tradunt doctores in l. Gallus. §. & quid si tantum ff. de lib. & posth. Ergo & si proscriptus fuerit codicilli intercident, argum. rubr. C. de bonis damnatorum & proscrip. & in simili tradit Ioannes Igneus in l. i. §. si sibi num. 87. ff. ad Syllanianum. nam si testam. periret ut ipse firmat, ergo & codicilli. arg. d. l. 2. ff. de lega. i. quod dic, ut per Igneum ubi supra num. 108. per Decium in simili & per Cagnolum in l. seruitutem. ff. de regulis iuris. Ergo si codicillans sibi mortem consciuit peribunt codicilli argum. d. l. si quis filio exhæredato. §. eius. cum. §. seq. & d. l. 2. ff. de lega. i. quod obtinet quando id fecit metu criminis ut ibi.

Sed & si 70 honorati in codicillis fecissent pactum circa sibi relicta uiuo codicillante, effectuale codicilli periclitarentur, quia eis relicta per fiscum tanquam indignis auferrentur. argum. l. quidam in iure. §. fi. ff. de donat. l. 2. in fi. ff. de his quib. ut indig.

Idem si honorati in codicillis deportati fuissent. arg. l. i. C. de hær. inst. quia pro mortuis habentur. l. i. §. si patet. ff. de collat. cum eman. & ff. de bon. poss. contra tabul. i. §. deportatos. unde ut si uiuo codicillante naturaliter morerentur perirent codicilli. l. un. §. in primo & §. pro secundo. C. de cad. toll. l. quidam referunt. ff. de iure codicill. &c.

70 *Codicilli an pereãt si ibi honorati faciũt pactum de futura successione.*

71 *Codicilli pereunt in multis casibus hic relatis.*

Denique 71 si codicillans obses fiat peribit codicillus argum. l. obses. ff. de testam. iuncta. d. l. 2. ff. de lega. i. idemque & si obses fiat, qui codicillis honoratus fuit. argumen. dd. ll. idemque futurum existimo si ob carmen famosum codicillans damnatus fuisset, uel si etiam in codicillo honoratus ea ex causa damnaretur. argum. l. eius. §. si ob carmen. ff. de testam. Sed & codicillus factos de bonis quasi castrensibus si sine à filiof. simul ac is sui iuris effectus fuerit, puto quod intercidat. argu. l. si. §. fi. C. de inof. test. iuncta. l. ius nostrum. ff. de reg. iur. cogita, quia non firmo. sed & si postquam codicillos feci impetraui à principe meo, uel à Republica cuius subditus sum, ut exterus & ueluti alienigena sim uel uidear (quod fieri potest. arg. per totum. ff. & C. de hær. relli. & C. de sententiam passis. & quæ diximus supra. §. 30. nume. 290.) puto tunc codicillos intercidere. argum. l. i. C. de hær. inst. iunctis his, quæ diximus supra. §. i. in pr. idem ergo & si codicillis honoratus id impetrasset. In summa siue ipse codicillans, siue is, qui ab eo honoratus codicillis fuerat maiestatis crimine damnati essent; idem foret. argum. l. quis quis. & ferè per totum. C. ad legem Iuliam maiest. §. interdum inst. de hær. ab int.

72 *Codicilli an pereãt monachismo, uel agnatione posthumi uel*

Sed an 72 ut testamentum rumpitur per ingressum monasterij ut tenent glo. Petrus, Cynus, & Fulgosius in auth. si qua mulier. C. de Sac. Eccles. Imola in l. 2. nu. 17. ff. de testam. secundum quem hęc est communis op. Iason num. 17. in d. auth. an inquam codicilli similiter per talem monachismum intercidant? quod nego, quia & si monasterium posthumi loco haberetur, adhuc tamen posthumo præterito regulariter codicilli non infirmarentur si à testamento non cœperunt pendere ut supra diximus. nam si ab eo pendere cœpissent testamentumq; posthumi præteritione infirmaretur, idem euentus codicillos sequeretur. arg. l. 3. §. fi. ff. de lib. & posth. l. 1. C. de codi. Qua ratione idem foret si post factos codicillos aliquem in filium testator adoptasset. l. certum. ff. de lib. & posth. Idem si aliquem in locum filii arrogasset, ut ibi & l. si arrogator. ff. de adop. Idemque si filium naturalem legitimasset. arg. auth. quibus modis naturales effici. legi. §. liceat igitur. & §. sit igitur. & §. natura. & argu. in auth. quibus mod. nat. effi. sui. in pr. & §. natura & §. illud quibus iuribus habetur quòd naturalis legitimatus efficitur uerè legitimus. sicque si præteritus reperiatur uidebatur quòd codicillos rumperet, non aliter atque testamentum: sed magis est ut in omnibus his speciebus & si testamentum rumperetur quasi posthumi agnatione, id quòd etiam accideret, si nepos ex filio uiuo auo primum locum in suitate tenere cœpisset argum. l. posthumorum. ff. de ini. rup. §. posthumorum inst. de exhær. lib. tradunt gl. Ias. & communiter doct. in rubr. C. de posth. hære. inst. gl. Alex. Soci. Ias. & Alciatus in rubr. ff. de lib. & posth. tamen in his omnibus speciebus codicilli non rumperentur, quia ut rumpantur cautum non reperitur. ut supra diximus. argum. l. nec nõ. §. quod eis. ff. ex quib. cau. maiores.

interpretatione.

73 *Codicilli an conualescentia testatoris infirmentur, & an condemnatione rupti secuta restitutione uires resumant.*

Sed an 73 codicillantis conualescentia codicilli infirmentur, ut donatio causa mortis iuxta prin. & §. 1. insti. de dona. & magis est non infirmari. ut in simili per Benedi. in c. Raynutius de testam. par. i. pag. 115. nu. 3. An autem per capitis sententiam codicilli intercidant etiã si mors secuta non sit, & cùm eo casu testamentum intercideret, ut resoluit Benedictus ubi supra par. 2. num. 120. pag. 101. idem quoque & in codicillis admittendum est. arg. l. 2. ff. de lega. i. Sed tunc secuta principis indulgentia accedenteque noua uoluntate etiam duobus tantùm testibus probata dicerem conualescere eos codicillos arg. l. pe. §. testamento. ff. de bonorum posse. secundũ tab. per quod non minus utiliter quàm nouè simulabitur l. fi. cum simil. C. de codi. dum quinque testes ad codicillos desiderant. Adde quòd codicilli dependentiæ uel decessionis ratione solent infirmari. ut in terminis. l. i. C. de codi. l. 3. §. fi. ff. de lib. & posth.

74 *Codicilli ex parte infirmantur per bon. poss. contra tab. liberti & per bon. pos. contra tab. filii emancipati.*

Quid si 74 libertus, qui codicillabatur falcidiam detrahere uetauit? iuxta auth. sed cum testator: & in corpore unde sumitur. C. ad leg. fal. sicque omnia bona sua fideic. codicillo relicta exausit. an per patronum præteritum possint infirmari? & utique poterunt usq; ad debitam patrono portionem. arg. l. i. & 2. cum ibi not. per glo. C. de bo. po. contra tab. liberti. l. i. & per totum. ff. de bo. lib. i. i. ff. si à paren. quis fuerit man. §. sed nostra inst. de succ. lib. Quid si filius, qui minimè contracta fiducia emancipatus fuerat, sed ea lege emancipationis ius agnationis inter ipsum & patrem emancipatorem soluebatur. Quid inquam si is filius omnia sua bona codicillis exausit uetita falcidia uel trebellianica? an pater possit eos codicillos ut præteritus euertere? & poterit usque ad debitam sibi portionem. argumen. l. i. in prin. ff. si quis à paren. iunctis iis, quæ proximè dicebamus.

75 *Codicilli an oppugnentur querela uel legitimæ supplemento.*

Quid si 75 frater turpi personæ omnia bona sua reliquit, prohibita falcidia & trebellianica, fratreq; suo præterito in codicillis. an per fratrem præteritum poterunt euerti? & magis est, ut possint. argum. l. si fratris & l. si fratres. C. de inof. test. & §. 2. insti. eod. tit. quod non minus utile erit quàm nouum ad declarationem. dd. ll.

Quid si pater qui filii legitimam se per modum testã di diminuere non posse sciebat. iuxta. l. omnimodo. l. quoniam in prioribus. l. si quando. §. fi. in fi. l. scimus. §. cùm autem. C. de inof. test. eam diminuit per modum codicilli addi omnia bona sua fideicommissis aut legatis exauriens, triplex quæstio est. utrum filius mansurus sit de

fraudatus, an uerò codicillus intercidat, uel fortè eligatur media uia, ut grauamen quò ad legitimam non teneat, sed quò ad reliqua tantùm bona codicilli sustineantur. quod magis esse uidetur arg. dd. legum, quæ & si in testamentis nominatim loquantur ut patet in d. l. quoniam in prioribus, ibi, quasi nihil eorum testamēto additum esset. & in d. l. omnimodo. ibi de inofficiosis eorum testamentis. tamen quin & ad codicillos trahi possint & debeant non expedit dubitare, quia testamenti appellatione codicillus largo modo comprehenditur argum. in prin. inst. de testam. ubi tradunt communiter doctores per illum tex. quatenus ait testamentum esse testationem mentis, nec dubium est, quin lata uocabuli significatio fieri soleat in dispositionibus fauoralibus quales sunt in terminis dd. legum ut communiter tradunt doctores ibi. & Ias. post alios in l. quæ nuper. eod. tit. & in l. captatorias. C. de testamento mil. per tex. ibi & in d. l. si Rufinus eod. tit. Ergo & si filius dum codicillaretur omnia bona sua parentibus prætaritis distribueret par erit idem admitti, ut nec parentes legitima sibi debita (iuxta l. nam & si parentibus. ff. de inof. testam. & in prin. inst. eod. tit. & in l. cum filium. C. eod. tit.) fraudati remaneant, nec codicilli ex toto intercidant, sed parentes retenta tertia parte bonorum, quæ eis pro legitima hodie competit iuxta auth. nouissima cum ibi notatis. C. de inof. testam. residuum ad eos, qui codicillis honorati fuerant pertineat. Idemque & in matre simili modo codicillante admittendum est per eadem iura & rationes; & quia dictæ leges ad omnes omnino siue liberorum, siue parentum, siue etiam transuersorū, qui quo quo modo ad inoffi. querelam admitti possunt pertinent. d. l. si quando. §. fi. in fina. uerbis. Quæ omnia notanda sunt & utilia.

76 *Codicillis pater se iusta indignatione filium præteriisse expressit an ei proficiat.*

Quid si 76 pater, qui codicillis omnia bona sua extraneis concessit, expressit se filium præteritum reliquisse quia contra eum ingratus extiterat, iustamque ingratitudinis causam expressit: sicque prohibuit falcidiam, Trebellianicam, aut legitimam deduci. & quid assertio patris filio non nocebit, si hi, qui codicillis honorati fuerant non probauerint ueram esse causam indignationis à patre expressam. argum. auth. ut cum de appel. cog. §. aliud quoq; & auth. non licet. C. de lib. præt. cum utrobique notatis. Quid si eam causam iustam esse probauerint uel professi sint coram iudice eam se probaturos? & quidem sunt, qui uelint, quòd ea causa, quæ sufficit ad repellendum filium à patris hæreditate, si in exhæredatione rite facta expressa esset, et it quidem sufficiens ad repellendum eum ab hæreditate ab intestato. ita glo. & Angelus in auth. de nup. §. ingratitudinem. Ias. in auth. non licet. C. de lib. præteri. Contrarium tamen tenent multi & Ias. sibi contrarius in d. l. in harenam. C. de inoffi. test. idem Ias. in l. fratres eod. tit. Curtius Iunior in d. auth. non licet num. 17. Angelus sibi cōtrarius in l. 1. in fine. ff. de inof. testam. Guil. Bar. Bal. Angel. in d. l. fratres contra Salic. ibi, qui superiorem sententiam tuebatur Ripa q. 47. in l. fi. C. de reuo. dona. Emanuel à Costa in l. Gallus. §. & quid si tantùm pag. 149. nu. 168. ff. de lib. & post. Aretinus in l. 3. §. filium col. 2. ff. de lib. & postb. & alii non pauci, quos retulimus suprà de succ. crea. §. 30. num. 179. & pro hac communi opin. est tex. in l. si cognatis. ff. de rebus dubi. & in l. fi. C. de secund. nup. & in l. omnimodo. & in l. si quis filium. C. de inof. testam. & in d. l. in harenam. quod probatur aperta ratione. nam successio legitima fuit longè antiquior quàm testamentaria ut docemur supra. §. 1. in princ. tradit Corrasius in præludi. l. filium quem habentem. C. fa. her. Andreas Tiraq. de reuo. dona. in l. si unquam. uerbo libertis nume. 89. sicque post mortem cuiusque patrisf. eius hæreditatem lex statim defere legitimis eius ab intest. hæredibus, eosque inuitat, nisi per testamentum eius cuius de successione agitur remoti reperiantur. iuxta l. quandiu. ff. de acq. hær. per aliam uerò ultimam uoluntatem remoueri non possunt. §. pe. inst. de codi. l. non codicillum C. eod. tit. & l. 2. eod. tit. sicque exhæredationem scribi nō posse in codicillis dictum est in d. §. pe. & in d. l. non codicillum. & ut per exhæredationem expressam filius in codicillis ab hæreditate patris remoueri non potest, ita neque per tacitam aut per alium quēuis modum ut ibi. nam præteritio facta cum causæ expressione uirtualiter exhæredatio est. l. sicut certi. l. si cum uel in utero. C. de testam. mi. ergo si in codicillis liceret filium præterire expressa iusta causa & ea probata filius ab intestati patris successione repelleretur iam uirtualiter, idem codicillis fieret quod in testamento fieri duntaxat concessum est; essetq; imponere legem uerbis contra dd. ll. & l. 2. C. com. de lega. Vnde in specie proposita magis est, ut probare iustā indignationis causam a patre expressā fuisse nō expediat, nec prosit, nec ēt aditus ad id probādū aperiendus à iudice sit. arg. l. omnimodo. C. de inof. test. Vnde is ordo rerum futurus sit, ut filius capiat omnia bona patris, ut eius legitimus patri ab intestato & legatariis ac fideicommissariis agentibus deducta per prius à filio integra sua legitima residuum bonorum præstabit. quod si ipsi obiiciant non licere ei legitimam deducere in læsionem ipsorum quādoquidem patri ingratus extitit, replicabit ipse quod per modū testamenti, non etiam per alium modum posset pater eum à legitima sua priuare. quod si obiiciant ipsi eum esse indignum patris successione eamq; ad fiscum sic pertinere. ut per totum. ff. & C. quib. ut indig. replicabit ipse id eorum nihil interesse, nec esse audiendum eum in iudicio cuius non interest. l. ex conuentione. C. de pact. l. j. C. sine censu uel reli. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de uerb. oblig. ibi ut unusquisq; stipuletur quod sua interest. §. alteri inst. de inut. stip. & tradunt communiter doct. in dd. locis. præterea per dictos titulos (quibus ut indignis) persequi delicta certa in eis expressa, non autem omnia, ea ex quibus filius à patre potest exhæredari. ut patet in §. causas. in auth. ut cum de appell. cog. Idem ergo erit & cum mater in codicillis similem dispositionem faceret. Idem & cum filius in codicillis ergà patrem, aut matrē, aut reliquos parentes similem faceret dispositionem. Idemq; si frater erga fratrem similem faceret dispositionē cùm codicillis omnia bona sua turpibus personis concessisset, quæ omnia non minus utilia sunt quàm noua.

In summa 77 codicilli possunt perire etiam si abinitio ualuerint, si quidem postea unus ex testibus neget contenta in codicillis esse uera ex testibus intelligo, qui codicillis adhibiti fuerunt, siue id fortè fiat per errorem aut obliuionem ipsius testis, siue etiam per malignationem, quæ tamen non probatur. nam & similiter eo casu testamentū uacillaret; nec dubium est quin facilius codicilli quàm testamentum infirmentur. argum. l. militis codicillis. §. ueteranus. ff. de mil. testam. §. ex eo inst. quib. mod. testam. infir. l. 3. §. fi. l. ex parte. ff. de adim. lega. ergo id facilius eueniret si plures testes ex codicillo adhibitis ei aduersaretur, ut per Corn. cons. 319. nu. 29. lib. 1. idem Corneus cons. 232. nu. 1. lib. 1. limita nisi testis uel testes, qui codicillo contradicebant essent supernumerarii (quale est cùm septem testes codicillis inter fuerunt) tunc enim & si unus ex eis aut duo aduersarentur codicillis, non interciderent, quasi aliorum testium fides eis sufficeret. argum. l. j. in pr. C. de rei uxor. act. cogita tamen.

77 *Codicilli pereunt si testes in eis adhibiti eis aduersentur.*

Quid 78 autem si disposita in codicillis non processerunt ab expressa dispositione, aut concessione codicillantis, sed alio fortè interrogante annuit capite uel humeris aut similibus? & quidem non desinent ualere codicilli. arg. l. nutu. ff. de leg. 3. ut tamen non sit incerta codicillantis uoluntas: sicq; limitatur, quod dicitur in l. iubemus. C. de test. ut in testamento quidem procedat non sic in codicillis. Ergo si ad interrogationē alterius, qui codicillatur respondeat uerbis expressis concedendo indubitanter ualebit concessio, licèt in testamentis uehementer

78 *Codicilli an nutu fiant.*

mēter soleat dubitari ut plenè per gl. Sali. Alex. Corneū & Ias. in d. l. iubemus per Philippum Corne. cons. 532. n. 2. lib. 1. idem Corneus cons. 261. lib. 4. nu. 18. facit. l. nemo dubitat. ff. de hær. inst.

79 *Codicilli errore & incertitudine pereāt.*

Quid si 79 qui codicillos fecit audiuit mortuos esse eos, quos codicillis honorauerat aliosq; codicillos fecit adiiciens, quia quos honorare uolui superstites habere nō potui: ideo quod eis reliqui, Titio relinquo. An priores codicilli ualeant, an posteriores, an fortè utrique? & magis esse uidetur, ut soli priores ualeant. arg. l. fi. ff. de hær. inst. l. Titius in fi. princ. ff. de lib. & posthum. l. si cui certi l. si cum uel in utero. C. de test. mil. Quid si Titio codicillis reliqui & post mortem meam duo Titii ad id petendum concurrant, & sane propter hanc incertitudinem codicilli intercident. argum. l. si ita fuerit. ff. de reb. dub. l. duo sunt Titii. ff. de testa. tutela.

80 *Codicilli euanescunt in casibus hic subiectis.*

Quid 80 si codicillos coram duobus tantùm testibus miles fecit post annū missionis, an peribunt? & credo eos perituros. argu. l. Papinianus. §. Papinianus. ff. de inoffi. testa. l. si miles. ff. de iniust. rup. iuncto prin. inst. de test. Quid si tempore pestis aut bellorum sæuientium corā duobus tantùm testibus feci codicillos, quos ualere suprà edocti fuimus: an cessante bello uel peste, si habui spacium eos reficiendi intercidant? & puto intercidere, si quidem præterit integer annus à tempore, quo pestis aut bella conquierunt. argu. §. hactenus. inst. de mil. testa. l. Papinianus. §. Papinianus. ff. de inoffi. test. l. fi. ad finem. C. de inoffi. test. quasi cessante causā illius dispensationis cesset illa dispensatio. ut dd. ll. & l. 3. C. de inoffic. testam. & quod ibi tradit Ias. col. 3. & plenè in similis Corneus in. l. un. pr. C. de cad. toll. ubi bonus tex. dū ait, ut quod belli calamitas introduxit pacis lenitas sopiret. idemq; intelligo in codicillis coram duobus tantùm testibus factis tempore maximæ angustiæ, aut necessitatis, aut factis in carcere tyranni, aut ubi hominum penuria esset, quos ualere diximus suprà dum de creatione codicillorum agebamus. Quod nota. quia est non minus utile quàm nouum. & uide quod in simili diximus infra lib. 7. in 91. casu, quo restam. resoluitur.

81 *Codicilli pereunt si tempore mortis codicillantis non superuiuunt testes ibi adhibiti.*

Quid si 81 tempore mortis codicillantis testes codicillo adhibiti non uiuunt? & magis est, ut pereant codicilli. nam & similiter testamentum periret. ut tenent gl. in. l. 2. in pr. uerb. publicum. ff. quemad. test. ap. & ibi Bal. & Ang. tenent etiam ibi Bar. & Imola gl. in. l. publicati. C. de test. & Bar. Bal. Ang. & Salicetus ubi plenè per Ias. in. l. i. C. de test. Boerius decisi. 118. & præsupono aliam quæstionem nu. 24. Quid si duo testes ex quinque codicillo adhibitis essent serui, cùm liberi reputarentur, uel fæminæ cùm masculi crederentur, quia uiriles uestes gerebant? & existimo codicillos perituros. arg. §. si quis ex testibus. inst. de testa. l. j. C. de test. idq; retenta op. existimantium fœminam codicillis testē esse nō posse. quod suprà improbauimus. Ergo nostra sententia in testibus seruis tutior erit, quia & si in dd. legibus cū uitio unius testis dispensatum reperiatur, non tamen reperitur dispensatum cum duobus. ergo &c. l. cum prætor. ff. de iudi. l. nam quod liquidæ. §. fi. ff. de penu. leg.

82 *Codicilli an pereāt si in eis honoratus testatorē necauit aut eius.*

Quid 82 si codicillos fecit, & ab eo, qui in eis honoratus fuerat, occisus fuerit? & quidem si sine culpa codicillantis peribunt codicilli; quin fiscus eius locum intrat. l. Lucius. ff. de iure fisci. in simili per Alex. in. l. recusare. §. si fisco. ff. ad trebel. per. l. si seruus plurius. §. si quis ante. ff. de leg. j. quod si culpa codicillantis quòd fortè occisoris uxorem compresserat; & sunt, qui uelint talem occisorem eo emolumento non priuari, neque indignum uideri. ita Bar. in. l. si ab hostibus. §. fi. ff. sol. matrimonio Anto. Gomesius in Taurina. l. 80. & Ias. in d. §. fi. hanc partem dicit ueriorē alios allegans. Contrariū tamen tenent multi relati per eundem, quorum sententiam ueriorem puto, quia & si pœna mortis huic occisori propter illum iustū dolorē remittatur. l. Gracchus. C. de adult. tamen non ideo minus desinit indignus emolumento ab occiso profecto & ut datum ob causam simul ac illa causa ad non causam redacta est iuxta. l. si fullo. ff. de condi. sine cau. repetitur, non secus quàm si ab initio nulla causa dandi interfuisset: ita & huic occisori datū, cum causa præsumpta de qua in. l. neque adiecit. ff. pro socio. iam modo ad non causam redactū est, sicq; cessare debet. & quin hic sit maior ratio denegandi occisori tale lucrum quàm fuit in terminis. l. 3. §. fi. l. ex parte. ff. de adi. lega. non expedit dubitare. ergo &c. Pro nobis. l. cancellauerat. ff. de his quæ in test. delen. ut continuo subiiciam.

83 *Codicilli etiam iurati possunt reuocari, & etiam si fiāt impuberi, uel dementi possunt reuocari.*

Quid 83 si feci codillos, quos me non reuocaturū iuraui? & nihilominus eos reuocaui, puto, & ualere reuocationem. ut in simili dixi infra lib. 7. in pr. sed an periurus uidear? distingue, ut ibi. Quid si codicillos feci filio impuberi iuxta. l. Scæuola. ff. ad treb. l. si fundum per fideic. §. sicuti. cum. l. seq. ff. de lega. 1. puto perire simul ac ille adoleuerit. arg. d. §. sicuti cū duabus legibus seq. Quid si codicillos feci mentecapto isq; sanus esse cæpit? puto eadem ratione eos intercidere, ut ibi, iuncto. §. qua ratione. inst. de pup. & l. humanitatis. C. de impub. & ibi in simili per doct. Quid si hæreticus fiat, qui codicillatur puto codicillos perire ut & testa. periret, ut dixi infra lib. 7. §. 64. num. 23.

84 *Ratio in his, quæ sunt uoluntatis liberæ exquirenda non est.*

Denique dum 84 proximè dicebamus, perire codicillos si is, qui eos fecerat occisus fuit ab ipsomet, qui codicillis honoratus fuerat solus. Adde id probari in d. l. cancellauerat suprà all. ibi, licèt unus causam inductionis præbuerit omnibus tamē obfuerit ubi plures hæredes instituerā, & quia unus ex eis mihi displicuit omnes hæredum institutiones deleui & cancellaui, sicq; nō solùm illius, qui displicuit sed etiam aliorum, qui minimè displicuerant, nocuerant aut causam ullam displicendi præbuerant. & tamen non ideo minus innocentium institutiones cancellatione perierunt. ratio quia in iis, quæ sunt liberæ uoluntatis pænitere cuiq; licet, & si nulla causa pænitendi interfuerit, non secus quàm si interfuisset iusta pænitendi causa, & ita etiam procedit. l. si quis in principio testamenti. ff. de lega. 3. & tex. not. in. l. fi. C. de pact. quæ ostendit id licere in actibus inter uiuos non secus quàm in ultimis uoluntatibus. simile in. §. rectè quoque. inst. de mand. Simile in omnibus contractibus innominatis re integra. l. 3. in pr. l. si pecuniā. in pr. ff. de cond. cau. data. l. naturalis. §. j. ff. de presc. uerb. l. j. ff. de rerum permut. & C. eo. per totū. simile in. l. quia poterat. ff. ad treb.

85 *Papa an possit beneficia adimere sine causa & quid in principibus sæcularibus.*

Hinc dicebam 85 principibus sæcularibus liberum esse iudices & magistratus, quos iuri dicundo præfecissent mutare ad libitum. l. iudicium soluitur. ff. de iudi. summisq; Pontificibus similiter liberū esse & sine ulla causa inspecto iuris rigore idem facere. sicq; episcopatus, dignitates, reliqua beneficia, personatus, & similia tollere, mutare, & ad libitum disponere. uerum quia istorum pleraque moribus uetustissimis & usu gentium perpetuò conceduntur (hoc est ad totum tempus uitæ episcoporum, aut canonicorum, dignitatum, aut beneficiatorum) nec cuiquam adimuntur nisi ob suam improbitatem, aut malignitatem. iam ueluti in assiduam iurisdictionē abiisse, ut in simili ait tex. in pr. inst. de fideic. her. & in pr. inst. de codi. & in. §. j. inst. de test. sicq; ista hæc hodie saluo honore eorū, qui illa tenerent tolli non posse, quia populus semper huius erit opinionis ut is, cui ademptum esset ignominia notatus uideretur: sicq; ei iniuria fieret ad quam inferendam nullus unquam principum habet aut usque habuit iurisdictionem, nec talem facti infamiam posset etiam Papa ei adimere, qui semel suo beneficio aut episcopatu priuatus esset. ut tenet Panormitanus in c. cum te col. 3. de re iudi. Tiraquellus de iure consti. par. 3. limi. 7. n. 10. per. c. si Paulus 32. q. 5. l. j. §. si uir uxori, ibi quoniam res facti nullo iure ciuili infirmari potuit. Quid ergo si Papa cum similia cuiquam hodie sine ulla causa adimere uellet, adiiceret se declarare nullum ob demeritum hominis illius, qui eam

dabatur id fecisse sed solùm ut iure suo uteretur adhue uix est ut per hoc talis ademptio & priuatio possit iustificari, quia Papa (ut proximè) dixi uulgi opinionem mutare minimè poterit, & uteunq; ipse dixerit & declarauerit id fieri saluo priuati honore adhuc quidem eius opinio aut honor saluus non manebit sed læsus. Vnde cum hodie principes Hispani potentissimi ac catholici sint in inueterata consuetudine eos magistratus, quos auditores uocant, non mutandi per totum tempus uitæ suæ nisi in melius, uel nisi ob demerita, dicebam, iam id ueluti in assiduam abiisse iurisdictionem, nec illos hodie posse talibus magistratibus enudare sine ipsorū ignominia; quæ non cessabit etiam si princeps milies declaret aut protestetur saluo honore illius se id facere: & consequenter sine causa tales magistratuum munerum militiarum'ue honorea, aut administrationes, uix est ut tollere deceat, ne iniurius erga eos existat; ad qualem iniuriam inferendam uix est ut ullus unquam principum temporalium aut Pontificum ius potestatem ue habuerit; quæ omnia alibi fortè latius agemus.

Vnde 86 etiam dicebam, quòd si princeps iniustā
86 *Leges quādo ligent iure poli, uel fori.* legem faceret aut inutilem, ea uix est ut etiam in foro contentioso haberet uim legis, & in foro conscientię sine dubio subditos non ligaret, nam iustum imperium sine dubio illud est, quod processit ab ipsorum subditorum concessione, & præterea nullum. l. i. ff. de const. prin. quod enim ui & armis partum esset, tyranni imperium esset, subditique tunc quàm primum se se ab illo iure uel rectius iniuria, iugo, & seruitute possent liberare & se se in suam laxitatem recipere, & iure fecisse uiderentur. §. item ea, quæ ab hostibus. inst. de acq. rerum dominio. plenè per repetentes in rubr. ff. de acq. poss. & in. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. sicque hac tyrannide omissa de iusto imperio agentes quod à concessione ipsorum subditorum ad suam meram utilitatem nō etiam ad ipsius regentis processit utilitatem, admonendi sumus talis concessio ut ad perniciem concedentium trahatur non posse aut debere interpretari sine manifesta interpretantis dementia. argum. l. legata inutiliter. ff. de lega. i. l. legata inutiliter. ff. de adime. lega. l. non ideo minus. C. de procura. cum mille similibus. l. quod fauore. ff. de legibus. l. quod fauore. ff. de reg. iur. ergo si à tali principe lex fiat iniusta, non habebit uim legis (idemque si sit inutilis & aliqua ex parte oneret ciuium libertatem iure naturæ datam iureque gentium recentam) quia ad ædificandum non ad destruendum, ad proficiendum nō ad nocendum princeps ille creatus fuit, sibique à populo iurisdictio concessa fuit. Vnde subditus, qui talis legis transgressor extiterit (siue illa nociua sit, siue non sit, sed tantùm inutilia) in foro contentioso nullo iure punietur; & in foro conscientiæ sine dubio liber erit. Vnde cùm apud nos Hispanos sint leges uetantes ne aurum argentum'ue, aut equi, aut arma extra fines regni extrahantur, aut etiam coria. ne'ue quis mulabus, sed tantùm equis audeat æquitare, aut uestes auro decoratas & ostro audeat gestare, aut uendere iocalia, aut similia: certè istarum legum transgressio si ipsæ uel earū aliqua sit nociua, uel non sit utilis, impunita etiam in foro contentioso esse debet, & in foro animæ ligare minimè poterit. quia cum naturalem nostram libertatem constringant iurique gentium aliqua ex parte aduersentur. argum. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure &. §. libertas. inst. de iure personarū. reliquum est, ut nisi extrinsecus re uera aliquam utilitatem contineant per quam expediat à iure naturali uel gentium aliqua ex parte discedere uim legis habere nequeant; quia qua ex parte nostrā libertatem & naturalem laxitatem constringunt nobis nocent, sicque, nisi interius re uera aliquam commoditatem inducant ob quam conducibile & expetibile sit hac commoditate libertatis & naturalis laxitatis carere consequens est talem legem (ut pote nocentem) factam uideri, non solùm extra mentem & sententiam subditorum, qui ad suam tantùm utilitatem leges ferri concessisse uidentur, sed etiam directò contra eorum mentem & sententiam id esse foreque semper. Ergo, qui subditus est iusto principatui aut imperio, si principis sui legis transgressor extitit, & quæritur, an ideo in foro conscientiæ reus peccati sit, distinguo, nam si lex re uera nociua erat reus peccati minimè extitit. & ita potest intelligi. c. erit autem lex. 4. disti. aut lex utilis erat & iusta, sicque eius transgresio nocuit, uel reipublicæ uel priuato cuiquam, & reus peccati est: nam etiam illa lege remota reus peccati foret. §. iuris præcepta. inst. de iust. & iure. l. iustitia. ff. eod. & in præcepto de calogi. & lex lata fortè qualificauit & auget peccatū. arg. c. a. de mai. & obedi. Quod intellige, quādo transgressor non ignorabat nocumentū, quod ex tali transgressione reipublicæ inferebatur aut tertio. quod si non sciuit damnum inde resultare alicui, immo certò putabat nullū inde damnum descendere, credo ꝙ non peccat mortaliter, quia uoluntas maleficia distinguit; sed ad damni restitutionem tenebitur, quia culpa lata est, legi fidem non adhibere. In summa omnes conuentiones iure naturæ uel gentium nos ligant. l. j. ff. de const. pec. l. non minorē. C. de transl. l. j. ff. de pact. l. sub prætextu. C. de postul. §. per traditionem. inst. de rerum diui. l. conuentiones. &. l. iuris gentium. ff. de pact. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure tuncq; naturaliter obligari dicimur, ut dd. ll. &. l. is natura. ff. de reg. iur. l. Imperator. §. naturalis. ff. de soluti. lex autē, quæ fit à populo, consule, uel alio magistratu interrogante iuxta. §. lex. inst. de iure nat. &. ff. de inst. & iure. l. j. nos similiter obligat naturaliter quasi ex consensu nostro ut dd. ll. &. l. j. ff. de legibus. ibi reipublicæ sponsio. nā ut consensus noster ex conuentione obligat nos cuique priuato naturaliter, ita & multò magis is consensus præstitus in talis legis acceptatione obligat nos reipublicæ. ut dd. ll. &. c. a. de mai. & obed. quòd si lex fiat à principe (ut plerunque hodie fit populi consensu non requisito) tunc regulariter obligat nos quasi ex contractu nostro mandati, quia populus sponte se principi subiecit eique leges ferre commisit ac permisit. l. i. ff. de const. prin. ergo ex illo consensu & ueluti mandati ex contractu quisque naturaliter obligatur. ut ibi &. d. l. i. uerb. reipublicæ sponsio. ff. de legib. facit. d. c. a. uerùm quia in omni concessione & dispositione primum locum tenet uoluntas, sequentem uerosimilitudo, ultimum uerba, & meritò; uerba enim reperta sunt, quæ indicarent, non quæ impedirent nostram uoluntatem ut Cicero ait in oratione pro Lucio Cæcinna probat. l. Labeo. ff. de supell. lega. l. non figura. ff. de act. & oblig. iuncta. l. in conditionibus primum locum. ff. de cond. & dem. auth. de nupti. §. disponat. l. obligationum substantia. §. fin. ff. de act. & oblig. l. ita stipulatus. la mag. uers. Sabinus. uerbo ex mente. ubi notant Paulus Castren. & Ias. ff. de uerb. obliga. gl. in. l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. quæ communiter allegatur & app. secundum Ias. ibi idem in. l. de quibus num. 14. ff. de legibus. item in. l. quamuis. C. de fideicommis. cùm inquam in omni concessione & dispositione primum locum teneat uoluntas, sequentem uerisimilitudo, ultimum uerba. & in specie nostra uerosimillimum sic populum 87 qui ad suamet utilitatem
& principem creauit & ei legum ferendarum ius & facultatem dedit ob solam ipsius populi utilitatem, intellexisse de legibus, quæ populo utiles essent. & omnis lex prohibitoria est nociua quatenus restringit naturalem nostram libertatem & laxitatem iure naturę & gentium concessam. l. j. &. 2. ff. de ho. lib. exhi. not. Bar. & communiter doct. in simili in. l. stipulationes non diuiduntur. in pr. ff. de uerb. oblig. l. i. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerū actio non detur. consequens est ut ea lex talem nostram laxitatem restringens non uideatur comprehensa in tali concessione principi data, nisi contineat aliquam utilitatem propter quam par sit à iure naturæ uel gentium aliquantulum recedere. iuxta. l. ius ciuile. ff. de iust. & iure. 87 *Iure gentiū et naturæ omnes utimur à quo nisi ex causa recedere non licet.*

cum

cum ibi not. per gl. & doct. ius enim naturæ uel gentium semper est bonum & æquum semperque seruandum. l. omnes populi. ff. de iust. & iure. §. sed naturalia, inst. de iure nat. facit gl. in. l. un. in pr. C. de cad. toll. dum ait antiquum, ergo bonum. omnesque tam respublicæ populique quam principes hoc iure inferiores non superiores uidentur eoque iure uti debent, neque ab eo nisi ex iusta causa recedere: sicque quòd hoc iure concessum est per leges uel principes adimi aut prohiberi nisi iusta ex causa non poterit. neque fas erit. secundum quæ (ut plenius egimus controuersiarum lib. i. c. i.) lex Hispanorum posita, quæ iussit nequis sub certa pœna mulabus equitaret sed tantùm equis aut equabus: idque fecit ob publicam utilitatem quo magis res publica abundaret equis uim legis habuit & in foro contentioso seruanda est, quia habuit finem honestum & non intollerabilem. ut per Bal. in. l. lege. C. de leg. hær. & in. l. non omnium & in. l. de quibus col. 10. ff. de legib. Ioa. Faber in §. ex non scripto inst. de iure nat. Bal. in c. ex rescripto. de iurem. Andreas Tiraq. in præf. num. 74. de utroque retra. argu. c. erit autem lex. 4. dist. & l. i. & 2. ff. de legibus. l. prosperit. ff. qui & a quibus. Verùm si dicta lex habita compensatione incommodorum uexationum & molestiarum, quas secum fert cum utilitate illa publica, re uera plus incommodi quam commodi reipublicæ intulit, tunc subditos in foro conscientiæ non obligabit, quia non fuit satis iusta causa & sufficiens utilitas, ut à lanitate iure naturæ & gentium data recederetur neq; uerosimiliter populus de talibus legibus ferendis sensit, cùm generaliter earum ferendarum facultatem concessit, cùm hac in re sola mens & sensus uerisimilis concedentium sit inspiciendus post habitis uerbis concessionis generalibus, quæ uoluntati concedentium deseruire, non autem nocere, aut obesse debent, ut suprà diximus. miraberis fortè cur possit talis legis transgressor pœnæ illa lege comprehensæ reus esse, cùm peccati reus non sit. sed huius quidem differentiæ ratio obscura non est, quia utrum lex lata plus reipublicæ commodi adferat quàm incommodi quo ad forum contentiosum standum est hominis censuræ & opinioni ac sententiæ. sicque homo princeps, qui eam legem tulit ipsam plus commodi quàm incommodi allaturam existimauit; atque ita transgressorem illius legis in rem publicam noxium esse iudicabit & puniet. At cùm forus conscientiæ sit forus ueritatis, falsa erroneaque illa principis ac legislatoris opinio & sententia illius legis transgressori quò ad Deũ non nocet. & quod in. c. 2. de maio. & obed. superioribus obedire iubemur, intelligendum est in foro contentioso, & etiam in foro conscientiæ quatenus nos eius potestati imperio & ditioni subiecimus & non ultra, ei autem nos subiecimus quatenus eius iussa & præcepta plus commodi quàm incommodi afferent, aliter enim non tam regni aut imperii quàm tyrannidis ac seruitutis imago esset. Ergo aut ea lex, quæ laxitatem iure naturæ & gentium datam ac concessam aliqua ex parte minuebat adhuc reipublicæ plus commodi in communi quàm incommodi afferebat, & tunc obligat etiam in foro animæ. quia eius trangresio plerunque nocebit reipublicæ. sicque ut si priuato cuiquam immerenti noceres reus peccati esses, ita & multò magis si rei publicæ noceas. auth. res quæ. C. com. de leg. Aut ea lex plus incommodi quàm commodi adferebat reipublicæ in communi, & tunc eius transgressor reus peccati non erit: aut tãtum commodi quantũ incommodi adferebat, & adhuc idem, quia pari compensatione commodi & incommodi habita ea lex redditur non utilis, id quod sufficit ut quò ad Deum non obliget. nam si lex fieret nequis autem senectam esperet ne'ue mare totum ebiberet, aut digito cœlum attingeret, certè & si ea lex nemini noceret, tamen legis uim non haberet, quia nullam utilitatem afferret; ergo ut liget nos lex quo ad Deum non satis est damnosam non esse, sed oportet utilem esse ut in simili per. l. 1. ff. de cond. inst. ubi plenè per Bar. §. impossibilis. inst. de hær. inst. cum simil. Illud autem notandum est, quòd cum quotidie tempora & legum utilitas mutentur, ut in prin. C. de cad. tollend. cum simil. si quæratur, an legis positiuæ transgressor reus peccati quò ad Deum sit, ipsum tempus transgressionis, non tempus legis latæ inspiciendum est. Vnde si ea lex quo tempore facta fuit plus commodi quàm incommodi adferebat, tamen quo tempore eam transgredior uel inutilis facta est, uel minus continet commodi quam incommodi, tunc peccasse in conscientia non uidebor. rursus si quo tempore facta fuit minus inducebat commodi quam incommodi, uerùm, quo tempore fit transgressio plus commodi continet quàm damni, transgressor peccati reus erit: quia ueritas, quæ ex temporis præsentis existentia colligitur, inducit uel remouet peccatum. argum. l. filio quem. ff. de lib. & posth. ergo, si quo tempore bellum in penetralibus haberemus fieret lex ne quis arma extra fines regni asportaret, ne'ue mulabus sed equis equitaret, ut copia equorum cresceret & si tunc in conscientia ligaret, diuersum fortè esset, si postea ex toto bella silerent. rursus si quo tempore plena tranquilitate fruebamur tales leges fierent, & si tunc earum transgressor fortè non peccaret, tamen bellis postea seuientibus contrarium esset. argum. in prin. C. de cad. toll. hactenus de legibus, quę fiunt ad malum præsens uitandum, non ad mali occasionem tantùm uitandam. Nam ecce lex prohibuit pactum futuræ successionis non quòd quicquam mali secum ferat, sed quòd postea potest esse occasio delinquendi. l. fi. C. de pact. l. de fideicommisso. C. de transact. l. s. §. fi. ff. quib. ut indig. l. quidam in iure. §. fi. ff. de don. c. detestanda. & c. ne captandæ. de conc. præb. certè hoc casu, si fratres mei de hæreditate mea paciscerentur etiam me ignaro, non peccarent, immo naturaliter fortè inter se eam pactionem seruare tenerentur, quia talis pactio nemini nocuit quod si ipsi defuncto nocere dixeris eo quòd eius uoluntati non satis fit, qui uoluit diuersimodè suam hæreditatem in lucrum hæredum cedere quàm fiat per talem pactionem, replicabo id non esse in consideratione, quia post mortem meam similis pactio impune fieri posset; & si per hoc defuncti dispositio eluderetur. l. si quando. §. & generaliter. C. de inof. testam. l. 3. C. de rep. hær. l. quoties ab omnibus. C. de fideicom. ergo in omni lege lata solùm ob remouendam peccandi occasionem eius transgressio non inducit peccatum, nisi etiam illud peccatum actualiter sequeretur, quale esset in exemplo proposito, si uitæ fortè meæ ex fratribus meis, qui sic pepigerant aliquis insidiaretur successionis maturius habendæ causa: & tunc peccatum non tam ex illius legis transgressione quàm ex facinore postea secuto descenderet. Quæ 88 omnia faciliùs obtinerent si transgressio legis occulta esset, ut sic transgressor reliquis conciuibus peccandi (hoc est similem transgressionem faciendi) occasionem nullã præberet. Ex superioribus apparet reperiri casus in quibus, qui legem positiuam etiam à principe sæculari latam transgreditur peccati reus sit, licèt ea lege non lata tale factum non induceret peccatum, sed esset permissum iure naturali, diuino, uel gentium. nam cum eo iure comercia sint permissa. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure. §. ius autem gentium. inst. eod. tit. tempore etiam bellorum sęuientium possem equos & arma extra fines prouinciæ meæ extrahere, licèt ut nõ extraherentur reipublicę meæ utilius foret; sed tamẽ proximus sum ego met mihi, nec teneor propter alterius, aut reipublicę cõmodũ utilitatẽ meã prætermittere & eludere. l. alteius. C. de serui. & hæc est illa naturalis libertas de qua habetur in. §. libertas. inst. de iure personarũ. dum ait quod libertas in eo consistit, ut quisque faciat rebus de suis quod sibi libuerit, nisi quid ui aut iure prohibeatur, etiam abutendo rebus suis aut prodigendo. l. sed & si lege. §. cousuluit. ff. de pet. hær. l. j. §. pe. uerb. prodegit. ff.

88 *Legis positiuæ transgressor interdũ peccat, qui ea lege non lata non peccaret.*

si quid in frau. patr. l. in re mandata. C. mand. & hec est charitas illa bene ordinata, quæ debet incipere à se ipso. l. præscr. C. de seruit. & aqua. & tamen si eo tempore bellorum seuientium lex fieret à rege ne quisquam arma aut equos extra regni fines extraheret, cùm re uera ea lex plus cōmodi quàm incommodi attulisset eius transgressor peccaret, quia & si illud factum ante legem latā esset permissum, tamen post legem latam est prohibitū & rectè, sicque illicitum: & quia si conuenissem tecum ob aliquam utilitatem tuā ne arma aut equos meos uenderem extra regnum, hæc conuentio me obligaret naturaliter & sic etiam in foro conscientiæ ut supra ostendimus. Ergo multò magis si talem conuētionem facerem cum republica. arg. d. auth. res quæ. talem autē conuentionem cum ipsa republica fecisse uideor, cùm unusquisque ciuium ad leges reipublicæ utiles ferendas mandatū dedisse principi uideatur. ut supra dixi: sicq; ex suo consensu naturaliter & sic in foro cōscientiæ obligatur. Nam & si tibi mādatum dedi, ut me obligares Titio, uel ut ei rem meam uenderes, locares, dotis nomine dares, uel ut nomine meo matrimonium contraheres, certè antequam facias non sum obligatus & tamen postea obligatus ero naturaliter & sic in foro conscientiæ. l. j. 2. & 3. ff. de proc. per totum. ff. C. & inst. mand. & per totum extra de procur. & C. & ff. eod. & inst. de his per quos agere poss. Sic ergo & in proposito mandatum ad leges ferendas, quod à ciuibus princeps habere uidetur, eos non obligat antequam princeps eo mandato legem ferendo utatur, sed postea utique.

Et his quidem de rebus uidendus est sanctus Thomas in 2. 2. q. 60. art. & in prima 2. q. 96. art. 4. Archiepiscopus Florentinus par. j. tit. 18. c. un. §. 2. Baptista Trabona. uerb. lex. q. 17. Alphonsus de Castro de potest. l. pœn. lib. 1. c. 4. & Ioannes Muthinensis lib. de restitu. q. 36. uers. quo præmisso Syluester q. 8. uerbo lex. Gregorius Lupus in l. 16. tit. 1. par. 1. per tex. ibi dum ait & meterseyan enla carrera dela muerte. Barba. in c. filius nu. 8. de test. Bar. in l. si quis pro eo. col. 4. ff. de fideius. Barbatia cons. 46. n. 20. lib. 1. Sed quia doctores minus se se explicant nos facimus hanc regulam, ut lex positiua lata à principe sæculari regulariter non obliget in foro conscientiæ

89 pro quo dicimus esse optimum tex. hanc 89 ad rem à nullo nuquam in cuius scripta inciderimus allegatū in l. quæ sub conditione. in pr. ff. de cond. inst. ubi relictū fuit sub conditione iurandi, & lex noluit ut iuramentum præstaretur, hanc rationem nominatim adiiciens, quia perfidi & religionis contemptores facilè periurabunt, qui uerò supra modum Diuini numinis, timidi ac reuerentes sunt iuramētum subire fortè non audent, sicq; emolumento iniuria carebunt. ergo lex noluit ut augeretur peccatum eorum, qui religionem contemnunt, sed potius studet peccata minuere, & cùm illa ratio sit generalis & in lege expressa habenda est pro lege generali, & decisio illius legis, quæ particularis est loco exempli habenda est, quæ non arctat regulam. sicq; in omnibus speciebus, quæ euenire aut excogitari possunt intelligendū est legibus studio non esse homines ipsarum transgressores in foro animæ ad peccatum obligare, quia ratio expressa in lege, si sit generalis pro lege habetur uerè non interpretatiuè, ut est uera & communis op. quam tenēt gl. in auth. de hær. ab int. uen. §. si. uerb. ordine Bal. in l. si. ff. de hær. inst. & in l. maximum. C. de lib. præt. Alex. Corneus Ias. Curtius Iunior in l. humanitatis. per tex. ibi. C. de impuberum. Purpuratus & Decius in l. si. per tex. ibi. C. de pact. & alii plures, quos retuli de succ. crea. lib. 3. §. 21. n. 45. Hæc conclusio uariè intelligitur, primùm quando lex erat impossibilis natura, ut si iussit ciues urbem muro fortissimo triduo munire. c. erit autem lex. 4. distin. l. 1. ubi plenè per Bar. ff. de cond. inst. l. impossibilis ubi Decius & Cag. ff. de reg. iur. Idem si contingenter, nam in casu contingentis impossibilitatis non obligabit. arg. de toto ad partem. l. an pars. ff. pro derel. l. quæ de tota. ff. de rei uen. sicq; si iussit certū genus frumenti singulis annis reipublicæ præstari, & hoc anno nō nascitur tale frumentum, obligatio cessat. 2. intellige, si ea lex fuit iniusta. arg. d. c. erit autem lex. l. i. & 2. ff. de legib. ratio, quia ut supra dixi in mandato generali, quod ad leges ferendas ciues dederunt ad suam met utilitatē, non uenit quid iniustum & nociuum; ne inducta ad fauorem conuertantur in læsionem cōtra. l. legata inutiliter. ff. de adim. lega. l. legata inutiliter. ff. de leg. 2. l. quod fauore. ff. de legib. l. uerbis ciuilibus. ff. de uulg. amplia etiā si legislator expressisset ut transgressor teneretur in conscientia. nam per talem expressionem eius potestas non augetur. l. codicillis. §. si. ff. de lega. 2. l. nemo potest. ff. de lega. 1. hic autem lex ex defectu potestatis legislatoris infirma est. Tertiò intellige, quādo lex erat inutilis. arg. d. l. 1. & 2. d. c. erit autem. ueluti si iuberet uciari, uagare, & similia, uel mortuos gemmis sepelire, & in exemplis. suprà allegatis, quia ciues ad inutilia mandatum dedisse non uidentur, cùm leges si aliquam utilitatem non adferant semper sui natura sint onerosę dum imperant, aut uetant, aut puniunt. l. uirtus legis. ff. de legib. amplia etiā si legislator iuberet ut teneremur in foro animæ. Quartò intellige, etiam si partim sit utilis, partim onerosa, si quidem onus quàm compendium maius est. arg. eorum quæ supra disseruimus Amplia etiam, si expressum esset ut transgressor in foro animæ teneretur. Quintò intellige & si commodum & incommodum, quod lex illa inducebat par esset, quia tunc habita commodi & incommodi cōpensatione lex maneret nō utilis, ut suprà ostendimus. idq; etiam si expressum esset, ut in foro animæ ligaret. Sextò intellige, quando lata esset ad mali occasionem duntaxat uitandam, ut suprà disseruimus. Amplia etiā si expressum esset, ut in foro animæ obligaret. Septimò; intellige etiam si lex utilis esset, cùm fiebat, si tamen tempore transgressionis utilis non est: idq; etiam si expressum esset, ut ligaret in foro animæ ut supra ostendimus. Et adde, quę diximus de succ. cre. lib. 1. §. 10. nu. 661. eum plu. præced. & seq. & suprà in præfat. huius operis de succe. progressu.

L. quæ sub conditione. ff. de cond. inst.

F I N I S.

VENETIIS apud Ioan. Gryphium
M D LXIII.